8a-5-2
4
7836

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala [illegible]
[illegible] A
[illegible] 33
Número 52

R-11021

# ANDREÆ TIRAQVELLI REGII IN CVRIA Pariſienſi Senatoris.

## EX COMMENTARIIS IN PICTONVM CONSVETVDINES SECTIO.

De Legibus Connubialibus, & iure Maritali.

De la Libreria del Colegio Maior y Real de Granada

*POSTREMA HAC EDITIONE, AB AVTORE ipſo diligentiſsimè recognita, & locupletior facta,*

TOMVS SECVNDVS.

Cum Indicibus copioſiſſimis.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2ª C. 12 N. 13

M. D. LXXXVIII.

Venetijs, Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum.

# SENATORI AMPLISSIMO EIDEMQVE SAPIENTISSIMO ALOYSIO MICHAELIO,

## Ioannes Baptiſta Somaſchus. S. P. D.

*CVM iam eſſet diuulgandum hoc ſecundum Tiraquelli operum volumen, quod mecum ipſe cogitabam tacitus, admonuere me docti quidam viri, ne ſine alicuius præſtantis viri patrocinio tantum auctorem, & volumen ſinerem prodire, cum poſſem (vt aiebant) de eadem fidelia duos parietes dealbare, & Tiraquellum ſcilicet præclara aliqua clientela, atque patrocinio cohoneſtare, & mihi eiuſdem patroni beneuolentiam conciliare, ac gratiam aucupari: cum ſit hoc omnibus præclaris animis, à natura ingenitum, vt laudem concupiſcant, & præclaris præfici, ac præſcribi rebus geſtiant, & eos, per quos ſint id aſſecuti, non diligere non poſſint. In hac verò cogitatione hærenti, Tu primus, Tu maximè, Tu ſolus denique dignus occurriſti, cui hic licet perexiguus, quantum in me eſt, honos haberetur. Nam ſi velimus nobis proponere generis nobilitatem, omnibus antecellis: quæ enim eſt Michaelia gente, ex qua Tu oriundus es, antiquior, nobilior, illuſtrior in veneta nobilitate, atque adeo tota Italia? ex qua, tanquam ex equo Troiano, innumerabiles in omni virtutum genere Heroes extitere: quos ſi proſequi recenſendo tantùm velim, manus & calamus me deficient: ſi proprias uirtutes, quis te uno omnibus generibus ornatior, qui eas etiam inter ſe natura diſpares prudentia coniunxiſti, ut in tanta illarum uarietate nulla in te deſideretur, ſed pulcherrimus ex omnium conſenſione concentus exoticus, ut eſt apud Platonem, efficiatur; qui eas tanquam externo quodam ornamento, mirifico eloquentiæ flumine cumulaſti, vt nihil Tibi omnino deeſſe poſſet. Si Tiraquellum ſpectemus, cui poterat ille iuriſconſultus optimus aptius commendari, quàm Tibi iuris & legum peritiſſimo? (vt enim omittam philoſophiam, cuius tu in gremio es educatus, quæ legum legitima mater habetur, unde illæ fluxere) iuriſconſultos Tu potiſſimum tractas, & nunquam (vt ita dicam) deponis è manibus: huius rei teſtes laudare poſſumus, toties Tibi demandata in Rep. munera, in quibus Te ita tractaſti permirifica iſta legum & iuris cognitione, vt cum gratiæ cauſa nunquam quicquam feceris, omnia tamen ſemper fuerint grata, quæ feceris, & ijs ipſis etiam, quos contra feceris. Si denique ad me conuertatur animus, quis Tibi addictior? quis tibi tuis officijs, immortalibusq; promeritis, ſumma denique tua humanitate obligatior? omnibus poſtremò de cauſis tibi deberi iudicatum eſt hoc præſtantiſſimi uiri præclariſſimum uolumen. Ad Te igitur ambo accedimus, Ego inquam, & Tiraquellus; ego ueluti miniſter & quaſi ſequeſter amoris & clientelæ, ille tanquam nouus cliens, & tuo, (vt arbitror) patrocinio non indignus, cum maxime nunc mea opera, & impenſa prodeat ornatior, & caſtigatior, quàm antea. Tu quæ tua eſt humanitas, utrunque ſuſcipe, illumq; amplectere, ac tuere, & me Tibi tuis officijs diutius debere permittas, neque ab ære tuo reijcias. Vale.*

# IACOBVS SPIFAMVS IN SENATV PARISIENSI INQVISITIONVM PRAESES, AD LECTOREM.

IAM pridem, ſtudioſe Lector, fama ipſa & facie mihi notus etat ANDREAS TIRAQVELLVS, ac miro quodam affectu, animique propenſione ad eius amorem ducebar. Hoc enim commodi inter cætera virtus affert, vt quos ſemel complexa eſt, non modò claros & illuſtres reddat, ſed etiam abſentum & ignotorum beneuolentiam eis conciliet. Quod ſi virtuti etiam eruditio accedat, & pulcherrimo nexu inter ſe copulentur, tum demùm excellens quiddam & rarum exiſtit, quod ſpecie ipſa & pulchritudine beneuolentiam ſimul & admirationem parit. Vtraque laude cùm celebrem eſſe TIRAQVELLVM intelligerem, hanc noſtram opinionem non confirmauit modò, ſed (quod raro accidere ſolet) auxit etiam eius præſentia & quotidiana cum eo conſuetudo. Nam cùm plus minùs biennium illius claſſis in Senatu Pariſienſi Regis Chriſtianiſſimi beneficio ſim præſes, in qua Conſiliarij dignitatem honoratiſſimè ſuſtinet, multæ & graues controuerſiæ acciderunt, quibus in promptu excutiendis expendendiſque ſapientiam non mediocrem, ingenijq; & doctrinæ, famam verò minorem, nec ſatis eius virtutibus & ornamentis conuenientem depræhendi. Et enim ſiue cenſeat ipſe, ac de propoſita cauſa ſententiam dicat, ſiue ſummam controuerſiæ ſeriemque exponat, renuntiatoris parteis agens, Dij boni, quanta fide, quanta æquitate, ac diligentia hoc facit, vt integritatis, an doctrinæ laude potiùs ſit commendandus, meritò dubitare poſſis. Siue enim vnius, ſiue multorũ ſiue priuata, ſiue publica cauſa ſit, ita hercle in ea ſe gerit, vt nihil, niſi recti ſtudium, & publicam vtilitatem, præſe ferre videatur. Qui licet natura lenis & perquàm humanus ſit, in iure tamen æquoque & bono retinendo ita eſt ſeuerus & conſtans, vt nec ſpe allici, nec gratia flecti, nec autoritate frangi, nullius denique cauſa à recto, ne tranſuerſum quidem (quod aiunt) vnguem, dimoueri poſſit. Adeò hercle, vt apud omnes abſtinentiæ & iuſtitiæ gloria, illuſtre ſit nomen TIRAQVELLI. Huic autem virtuti & naturæ tam excellenti, quæ ſola ad parandam famam ſatis eſſe poſſit, raram quandam & incomparabilem in omni literarum genere eruditionem adiunxit. Cuius ipſe dat nobis ſpecimen ac teſtimonium locupletiſſimum tum ſermone, tum ſententia dicenda, tum lucubrationibus, & editis monumentis. Eruditionem non parum arguit ſermo ac colloquium, ſed multò apertiùs dictio ſententiæ extemporanea: omnium verò maximè ſtylus & lucubratio. Sermo noſtri ANDRAE cum de omni negotio, tum maximè de rebus ciuilibus terſus eſt, elegans, & venuſtus: dicenda autem & explicanda ſententia acutus, copioſus, grauis. Tum demum profert ſe ingenij lumen, fœcunditas memoriæ, cognitio antiquitatis, recondita doctrina. Hæc autem cùm magna ſint & præclara, tum multò vberius ſe proferunt in libris, & editis ab eo operibus. Licet enim multis & magnis negotijs occupatiſſimus ſit, domo, ac familia, quæ illi ampla & numeroſa contigit, regenda, Republica Senatorio munere adminiſtranda: ſi quid tamen vacui temporis ſuperſit, non ludo, non conuiuijs, non voluptatibus, ſed totum id legendo, commentando, lucubrando, impendit, præclaras animi meditationes literis committens, quo non de ſuis tantùm ciuibus, ſed etiam de alienis, de exteris, atque etiam poſteris bene mereatur. Tantum illi iuuandi propoſitum, vt non ſolùm ſuis non ope, opera, conſilio: ſed etiam abſens, etiam mortuus ſcriptis, exemplo, & memoria ſui, prodeſſe velit. Multa iam & præclara, tot rebus diſtractus, ingenij documenta in lucem dedit, quæ immenſam lectionem, memoriam antiquitatis, diligentiam incredibilem declarant. Vt verò nihil reliqui faceret ad ſummam doctrinam, & meliore fide lucubrandi ac ſcribendi munus impleret, literarum Græcarum ſtudium adiunxit, in quo eam poſuit operam natu grandior, tantumque breui tempore fecit ac promouit, vt à teneris annis inſtitutum fuiſſe, & in eo omneis animi neruos intendiſſe, credas. Exiſtimauit enim vir acri ingenio præditus, quærendos eſſe fontes, ipſamque Politices rationem, Philoſophiæ huius noſtræ ciuilis veluti fundamentum, à Græcis, Platone potiſſimum, Xenophonte, Ariſtotele, & Plutarcho traditam, omnino petendam eſſe. Arteis etiam humanitatis ac manſuetiores Muſas, cum grauibus ſtudijs ſimul colere ſolet, quod omnem eruditionem harum elegantia deſtitutam, mancam fermè ac parum profuturam putet. His, inquam, dotibus ad ſcribendum acceſſit noſter TIRAQVELLVS. Ex magno autem velut aceruo ea potiſſimum tractanda ſuſcepit, quæ & frequenter inter ciues accidere ſolent, & magnum præſtant vſum in Republica gubernanda: in quibus ne minus experientem arbitreris TIRAQVELLVM, indefeſſum legis vxoriæ patronum habes, multo iam tempore editum iuſtum opus in breuiſſimam l. ſi vnquam. C. de reuoca. donat. cuius medullam explicare non cuiuis facile fuerit. Eam tamen inuolutam antea & obſcuram ita eruditè interpretatus eſt, vt doctorum hominum iudicio illam planè euoluerit, & perſpicuam omnibus reddiderit. Cauſas enim, & fines & conſequentia acutè inueſtigans, quicquid ſimile, diuerſum, pugnans, contrarium, aut excogitari, aut in iure Ciuili vel Pontificio vſquam reperiri poteſt, id totum in eo opere, ordine pulchro digeſtum videbis. Ab imo enim ad ſummum rem ita tractat, vt nihil omnino accidere, nec facti ſpecies aliqua fingi poſſit, cuius explicatio non ſtatim tibi occurrat. Alterum item eius opus eſt, in mores, & inſtituta, ſeu conſuetudines Pictonum, in quo non doctrinæ tantùm, & ingenij, ſed etiam pietatis laudem conſecutus eſt. Nunc ab eodem autore, ſtudioſe Lector, tibi prodit in lucem aliud opus, incredibili eruditione refertum, vtilitate fructuoſum, varietate iucundum, ad vitam beatè traducendam penè dixerim neceſſarium. Huic titulum fecit, De legibus Connubialibus. Hic autem quid primùm mirari conuenit? an ſolertiam hominis, & iudicij acumen, an œconomiæ rationem, an memoriæ vim, an variam & infinitam propè lectionem? An non hæc omnia ſumma in hoc opere & ſingulari laude prædicanda? Nonnè arduum & immenſum fuit, tot autores euoluere? tot ſcriptorum genera circumuolitare, ex quorum veluti floſculis in morem apiculæ aliquid decerpas ac delibes, quod ad opus abſoluendum conducat? tot ſcriptores excutere veteres, nouos, Græcos, Latinos, Philoſophos, Iuriſconſultos, Poetas, Oratores, Hiſtoricos, nonne ſumma commendatione dignum? Cuius autem memoriæ tam multa, tam varia, tam diuerſis in locis poſita, mente complecti potuiſſet: illa verò tam diſperſa & velut diſſipata membra in vnum corpus compegiſſe, & certa ratione ac pulchro ordine digeſſiſſe, vt omnia inter ſe cohæreant apta rerum ſerie, nonne ſummi opus eſt artificis? Inter cætera autem, iudicium hominis ſingulare & prudentiam non poſſum non admirari, qui hoc ſibi argumentum ad ſcribendum delegit, in quo neruos ingenij intenderet, & ſtudium, operamque ſuam collocaret.



locaret. Nimirum vidit homo ſapientiſſimus, vnum eſſe inter omnia, quod obſeruatum, vel neglectum, tum priuatim, tum publicè, ſalutem, aut perniciem ſummam hominibus afferre ſolet. Non parum refert, quibus quiſque parentibus naſcatur. Nam (vt inquit Horatius:)

*Fortes creantur fortibus, & bonis:*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus: nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Multò autem magis intereſt, quibus præceptis, quibus exemplis domeſticis, à primis annis inſtituamur. Magnas quidem vires habet natura ad honeſtatem vitæ vel turpitudinem, ſed maiores habet educatio recta, quæ prauam naturam corrigit, & vertit in bonam. Quòd pulcherrimo exemplo ſuis ciuibus oſtendit Lycurgus, productis in medium duobus catulis. Vtramque autem curam, & gignendi, & educandi, connubium in ſe complectitur. Quin etiam Reipublicæ fœlicitas, non minus quàm vitæ priuatæ, ex connubio potiſſimum pendet. Etenim qui malis & obſcuris prognatus maioribus, qui prauis opinionibus imbutus, qui turpibus exemplis formatus, quid domi in honeſtè viuere & præeſſe conſueuit, eum in magiſtratu preclarè ſe geſturum, & Rempublicam ſanctè atque integre adminiſtraturum ſperabimus? Propterea cùm ad benè beateque viuendum tantum momenti eſſe in connubio Philoſophi illi veteres exiſtimarent, de eo ritè ineundo colendoque permultas leges diligenter ſcriptas nobis reliquerunt. Hanc eandem rationem ſecuti conditores vrbium & legiſlatores, quàm plurima ſtatuerunt, quæ ad auſpicandum matrimonium, quæ ad retinendam inter coniuges charitatem, quæ denique ad educandam prolem pertinent. Inde ſcilicet natæ ſunt leges de ſponſalibus, de dotibus, de diuortijs & repudijs, de adulterijs, de ritu nuptiarum, de pactis dotalibus, de rei vxoriæ actione, de dotium repetitione, ſolutis matrimonijs, & huius generis non pauca. Cui ignotum eſt, apud Athenienſes, Lacedæmonios, Romanos, præcipuam ſemper fuiſſe connubij curam? Nulla enim de parte Reipublicæ tuenda tam ſoliciti fuerunt Lycurgus, Solon, Cenſores Romani. Quemadmodum enim bene cultum coniugium bonos ciues & magiſtratus, ita neglectum & violatum ex florenti ac beata Republica miſeram eandem reddit & infœlicem. Cùm autem ſit veluti fundamentum ciuitatis, quid mirum eſt, à ſapientibus viris tantam eius habitam fuiſſe rationem? Quis ſperet domum pulchram & integram, vitiatis aut malè iactis fundamentis? Quæ res obſecro, dedit initium ciuitatibus? nònne connubium? Quidnam diſperſos homines in agris vnum in locum congregauit? Quæ res ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos nònne connubium? Quæ res fidem colere, iuſtitiam retinere, communis commodi cauſa labores periculaque ſubire? an alia res quàm connubium? Nihil eſt hercle tam genuinum & ſecundum naturam, quàm ſexus in ſexum propenſio, & penitus inſitum prolis deſiderium, quo alter in alterius poteſtatem ſe tradit, ſibi ius ſui corporis adimens. Societas autem illa viri & fœminæ cùm ſit omnium prima & honeſtiſſima & neceſſaria in Republica, quam diligenter, quàm accuratè cautum fuit legibus, ne reſcinderetur? quàm grauis pœna violati coniugij conſtituta fuit? Quàm religioſam verò & ſacram rem putarint Ethnici, vel hinc manifeſtum eſt, quòd, quos deos connubij pręſides exiſtimarent, ſummo cultu venerarentur, ac non niſi illis auſpicibus, & veluti teſtibus, inirent coniugium. Habebant Iouem Gamelium fidei coniugalis vindicem: habebant Iunonem Pronubam: habebant Venerem. Pręter pacta ſponſaliorum, pręter iuſiurandum, præter datas dextras, oſculum, ſtipulationem, arrham, Iunoni, Veneri, & Gratijs fiebat ſacrificium: vt Iuno caſtum, Venus fœcundum, Gratię iucundum & beneuolentię plenum connubium redderent. Non immolabant autem victimam cum felle, ſed exectum fel poſt aram abijciebant, vt contrahentes matrimonium intelligerent, depoſita morum animorumque acerbitate & amarulentia, quæ exaſperat odia potiùs, quàm medetur erratis, ſuauiter, & iucundè viuendum eſſe. Si tanto ſtudio ac religione colendum connubium Ethnici exiſtimarunt, pudeat nos noſtræ impietatis, qui tam parum honoris ei deferimus, imò verò negligimus atque aſpernamur: cùm ſciamus, à DEO Patre in Paradiſo dicatum, à CHRISTO præſentia & miraculis conſecratum: cum ſciamus, inquam, à Spiritu ſancto ſacramentum hoc ſuſpicientibus gratiam ſuppeditari, & arcanum mutuæ charitatis affectum aſpirari. Mirum eſt, me hercle, tot connubia, tam luctuoſa, tam infœlicia, tam miſera, inter Chriſtianos hodie reperiri. Cuius rei cauſam vel precipuam eſſe crediderim, quod res tam ſacra nihili ferè ducitur, quodque & delectus & conuictus nulla propemodum habetur. Sed quò delabor imprudens? quid plura diſputo de connubio? cum TIRAQVELLVS noſter argumentum tam copioſè, tam abſolutè tractarit, vt quicquid apud autores vſquam inueniri, aut ingenio excogitari poſſit, id omne hoc eleganti opere ſit complexus. Eorum enim, quæ vel ad ineundum, vel ad colendum, vel ad peragendum connubium pertinent, nihil quicquam prætermiſſum videbis. Vt autem rectè ineatur, monet delectu opus eſſe, qui poſitus eſt in tribus bonorum generibus. Inter animi bona primum ſpectandam eſſe pietatem: in corpore, bonam valetudinem, ſtatam formam, ætatem in fortunis, charitatem generis virtute partam. Vt verò contractum connubium rite colatur, docet quo modo concilianda beneuolentia, deinde fouenda, poſtremò quomodo ſarcienda, ſi reſcindatur. Conciliari autem ac confirmari natura, ſimilitudine morum, æquitate, mutuis obſequijs, officijs, monitis, adhortationibus, & pignoribus: contrarijs reſcindi. Tertium eſt, de peragendo coniugio, partim ſpectans ad vxorem, vt animo tranquillo, corpore vegeto, matura ætate, tempore non alieno concipiat: partim ad prolem, vt ſuſcepta pietate, & ingenuis artibus inſtituatur. Connubij autem doctrina vt omni ex parte abſoluta eſſet, controuerſias etiam forenſes, quæ deducuntur in iudicium, (quod noſtrę profeſſionis eſt) non pręter miſit. Hoc opus Leges connubiales inſcripſit, quod ijs obtemperare eum oporteat, qui bonum ciuem, & beatam vitam agere velit, ſed tantò ſtudioſius, quantò naturę iura ſcriptis legibus ſunt pręſtantiora. Breues ſunt & perſpicuę (quod legum proprium eſt) vt & facilè intelligi, & memoriæ mandari poſſint. Aggreſſus eſt autem hoc opus, vt Reipublicę ab hac infœlicium coniugiorum peſte grauiter laboranti ſuccurreret, & contracturi matrimonium haberent, veluti Theſeium filum, quod tuto ſequi poſſint. Neque verò ex ijs tantùm, quę apud alios legerit, ſed potiùs ex ijs quę longo vſu obſeruauit, & experiendo didicit, ſuas leges conſcripſiſſe exiſtimes. Quapropter Legiſlatorem connubialem optimo iure, vocauerim, quòd primus ſancta connubiorum iura, velut leges Decemuirales, in tabulis ſpectanda publicauerit. Multas leges de matrimonio Lycurgus tulit, multas Solon, multas Numa Pompilius, Cenſores, Decemuiri: nemo tamen (abſit verbo inuidia) tam exactè ab imo ad ſummum, quàm noſter hic Legiſlator connubialis. Eas ipſe cùm lego, videor hercle mihi naturam ipſam audire, apud homines è loco ſuperiori ſua iura promulgantem. Atque vtinam aliquando leges hę trinundino promulgatæ centuriatis comitijs perferantur, & in ęs incidantur, vt qui in animis ſuis inſculptas non cernunt, eas in tabulis ſcriptas legant. Quanquam hę tabulę noſtri Legiſlatoris, diutiùs (vt opinor) quàm Decemuirorum, duraturę ſunt, ſi modo vlla ſit Reſpub. quę honeſti & recti curam gerat, His autem legibus ſcribendis, quis queſo noſtro

TIRAQVELLO aptior reperiri poterat? qui ad rem connubialem natura factus, doctrina excultus, vſu deniq; cōfirmatus ſit. Etenim ne ſis inſcius, in connubio ſuauiſſimè viuens, iam peruenit ad canos, adeò nullas rei vxoriæ moleſtias ſentiens, vt nudiuſtertius vxorem duxiſſe videatur. Ac ſi quando cum optima coniuge colloquentem conſpicias, dicas hercle te audire Auſonium ſua carmina vxori recitantem:

*Vxor viuamus, quod viximus, & teneamus*
*Nomina, quæ primo ſumpſimus in thalamo.*
*Nec ferat vlla dies, vt commutemur in æuo:*
*Quin iuuenis tibi ſim, tuque puella mihi.*

Quanquam hunc amorem non tam efficit corporum voluptas, quàm pietatis in vtroq; ſtudium, morum ſimilitudo, æqualitas, mutua obſequia, communia pignora. Tam arcta certè & ſyncera inter eos charitas eſt, vt inter coniugum laudatiſſima paria meritò reponi poſſint. Nec dubito, quin hic noſter Decem uir connubiales leges ſcribens, in conſcientia vitæ ſuauiter actæ in matrimonio libenter acquieſceret, fœlix vxore, fœlix ſobole. Soboles enim numeroſa illi contigit, ingenua, probæ indolis, vtriuſque parentis virtutem referens. Vxor verò caſtitatis & amoris erga maritum laude celebranda, adeò hercle, vt noſtro TIRAQVELLO feliciorem in hac re Publium Rubrium Celerem fuiſſe non exiſtimem, qui monumento ſuo inſcribi iuſſit, cum Caia Ennia vxore vixiſſe annos quadraginta tres, menſes octo, ſine querela. Quamuis autem ſeuerus ſit hic noſter Legiſlator, æquior eſt tamen, quàm nonulli, in vxores, & ſexum muliebrem, cuius tot flagitia maritis adſcribenda putat, qui coniuges ſuas ad pudorem modeſtiamque non inſtituunt, nec præceptis & diſciplina domeſtica, vitæque honeſtæ exemplo ad cultum virtutis formant. Habes igitur, ſtudioſe Lector, Leges connubiales, quibus ſi libenter obtemperes, fœlicem in coniugio vitam exigere poteris. Habes controuerſias omnes de re vxoria, quæ inde naſci poſſunt, & in forum deduci, diligenter explicatas. Legant ergo lucubrationem hanc ducturi vxorem, legant matrimonio iuncti, legant & cœlibes. Nemo erit, (ſat ſcio) qui ex huius lectione fructus vberes non reportet, & noſtro connubiali Legiſlatori gratias ingentes non habeat, per quem intelligant ſe non parum profeciſſe. Antea quidem hominem diligebam, verum virtute eius & doctrina, tum diſceptandis quotidie rebus, tum ſcriptis, & hoc potiſſimum opere propiùs ac certiùs cognita, tanta ad amorem facta eſt acceſſio, vt mihi temperare non potuerim, quin tibi & hoc opus & operis autorem, quo poſſem modo, commendarem. Quanquam quid mea aut cuiuſquam prædicatione eget opus tam eruditum, tam neceſſarium, votis omnium tam expetitum? autor verò adeo celebris? Gratulor propterea mihi & curiæ ipſi in qua Præſidis autoritatem gerimus, quæ tales habeat conſiliarios de rebus magnis, & controuerſis non minori æquitate, quam ſapientia, conferentes nobiſcum & conſultantes. Gratulor ciuibus, & Gallis hominibus, qui per huiuſmodi viros ius ſuum ſumma cum integritate obtineant, & rebus ac fortunis tranquillè ſummoque in otio perfruantur. Maximè verò atque adeo immortales ſapientiſſimo & potentiſſimo Regi noſtro Franciſco gratiæ ſunt habendæ, à quo tales rebus gerendis & Reipublicæ adminiſtrandæ pręficiuntur, qui non tantùm populo prodeſſe, verùm etiam nomen Gallicum non mediocriter illuſtrare poſſint. Lutetiæ Pariſiorum, pridie Calend. Septemb. M. D. XLV.



# ANDREAS TIRAQVELLVS CANDIDO LECTORI SALVTEM.

*MAXIMAM iȷs deberi ab omnibus gratiam, qui de Repub. literaria bene mereri ſtudent, Candide Lector, nemo eſt adeò rerum iniquus æſtimator, qui inficiari audeat, ſi modò verum eſt, quod à Cicerone, Romanæ eloquentiæ parente, accepimus, Nullum viuendi genus ſine literis commodè inſtitui poſſe. Equidem cùm ab ineunte ætate me totum literarum ſtudio deuouiſſem, omnes animi ingeniȷq; neruos eò ſemper contuli, intendiq;, vt quoquo modo bonarum diſciplinarum ſtudioſis, ſi non multùm, at certè, quoad liceret, pro viribus prodeſſem. Quod vt conſequi poſſem, neque ſumptibus in comparandis mihi bonis autoribus, neque vigiliȷs in iȷs euoluendis vnquam peperci: & tamen parum fœliciter mihi ea res hactenus ſucceſſit. Nam cùm ante annos plus minus triginta, Tractatum de Legibus connubialibus & iure maritali in communem ſtudioſorum vtilitatem, non ſine labore maximo, edidiſſem, fuerunt qui lucubrationes meas ſibi impudenter adſcribere cupientes, quas ſciebant cum plauſu aliquo à viris doctis excipi, totum eum librum quaſi membratim diſcerptum cum mendis, quibus librariorum incuria priores editiones ſcatebant, in ſuas commentationes transferre ac tranſſcribere non erubuerint. Qua ego rei indignitate commotus, omnino ab hoc ſcribendi genere mihi abſtinendum duxeram, ne quid tale in poſterum in libros meos committerent. Verùm hoc meum conſilium vicit amicorum quorundam, non infimæ notæ virorum neceſſitudo, quibus aliquando ea quæ mihi in memoriæ ſubſidium adnotaram, communicaui, nihil tamen minùs cogitans, quàm vt me autore in publicum prodirent. Quæ cum illi ſtudioſè perlegiſſent, impensè probare, commendare, admirari etiam (quod citra arrogantiam dictum velim) viſi ſunt, atque vt in lucem emitterem inſtantiſſimè flagitare, adeò vt & minitarentur ſe edituros, quæ ex illis meis Commentariȷs exſcripſerant, & adſeruabant, ſi ipſe editionem diutius differrem. Sic enim mecum expoſtulabant, Quamdiu quos in ſcriniȷs tuis theſauros habes, ceu Plautinus quidam Euclio, ſupprimes? quamdiu eos publicè ſtudioſorum vtilitati inuidebis? An ignoras, bracteata fortunæ bona communione decreſcere ac minui: vera bona, quo latiùs diffuderis eo meliora reddi & illuſtriora? Quamdiu tā doctos commentarios in apertū proferre ac expromere cunctaberis? Tum egomet mihi ſuccenſere cœpi, qui libros meos tanto tempore apud tales viros eſſe permiſiſſem, vt ex eis aliquid exſcribendi otium fuiſſet, quod mihi vel inuito, cætera edendi neceſſitatem adferret. Negabant enim ſe diutiùs, quod habebant preſſuros, etiam ſi ipſe grauarer reliqua addere: ſed potiùs opus ἀκέφαλον emiſſuros, quàm tanto commodo ſtudia amantium bonas diſciplinas fraudaturos. Ego contrà cauſabar occupationes, ætatem, curā rei familiaris, & alia non pauca, per quæ mihi non licebat ea quæ olim ſcripſeram, relegere, etiamſi maximè edita cuperem. Verum illi huiuſcemodi excuſationes minimè admittentes, cùm tamen & iuſtæ eſſent, & veriſſimæ, quò conſtantius illis refragabar, hoc impenſius vrgebant, neque prius ceſſarunt, quàm me de ſententia deiectum cognouerint. Eorum itaque cùm precibus, tum minis victus, dedi herbam, & paſſus ſum exire nuper Commentarios de Retractibus vtinam dextris auibus, hoc certè conſilio, vt vel ſatiati deſinerent flagitare maiora, vel ipſi certè deſiſterent ab edendi conſilio, quod præ ſe ferre videbantur. Sed nec ea editione ipſorum deſiderio ſatisfactum eſt: imò viribus nondum bene recollectis ab vniuerſo eo labore, qui in editione eorum Commentariorum mihi neceſſariò ſubeundus fuit, impetrarunt, imò verò extruſerunt, ac extorſerunt eius operis recognitionem, cuius antè memini, id eſt, De legibus connubialibus: quòd ita à me auctum, & multis iȷsq; nouis acceſſionibus (quas tibi non minus utiles, quàm iucundas, fore confido, ſtudioſe Lector) locupletatum eſt, vt iam nouum opus meritò videri poſſit, licet re vera ne apicem quidem editionis ſpe ab initio adiunxiſſem: ſed in eum librum, quicquid egregium & notatu dignum quotidiana lectio, vel ipſe forenſium rerum vſus ſuppeditabat, tanquam in penum aliquem, ne memoria excideret, tumultuariè, & (vt ita dicam) αὐτοσχεδίως congerebam.*

*gerebam. Habes itaque, Candide lector, conſilij mei rationem: habes opus, argumento quidem & inſcriptione tibi notum, cæterùm ſtylo, rerum copia, & ordine, nouum, in quo multa ab ipſa antiquitate repetita, non pauca ex Theologis, Medicis, Philoſophis, & cæteris humanitatis, vt vocant autoribus, cùm Græcis tum Latinis, (quos omnes non ex profeſſo, ſed obiter quandoque aliud agentes interuiſimus) explicata comperies: vt interim infinita Iuris vtriuſque loca, à me hoc libro partim enarrata, partim integritati reſtituta, omittam: quæ ſi tibi probari ſenſero, abundè magnum laborum meorum fructum percepiſſe fatebor, neque vnquam me huius editionis pœnitebit.*

*Vale Lector, & fruere.*

ANDREAS

# ANDREAS TIRAQVELLVS

## STVDIOSIS.

QVOD votis omnibus patres, atque ataui noſtri, optauerunt, optandumq́; imprimis cenſuerunt, vt ſtatim vel paulò pòſt perfectum abſolutumq́; cernerent opus, iam tum eximiè inchoatum, inſtauratæ poſt longa ſæcula linguæ Latinæ: id noſtra demum ætate conſecutos ſe Dei Opt. Max. beneficio plerique omnes exiſtimant. Paſſim enim videmus Latinè non rhetoricari ſolum, ſed etiam philoſophari, ἀριθμεῖν, γεωμετρεῖν, θεολογεῖν: idq́; ſic Latinè, vt Barbaris illis ſexagenarijs, qui ſibi in diſciplinis quibuſque tanquam in latifundijs prædijsq́; ſuis regnabant non impudenter magis, quàm ſuperciliosè, de ponte deiectis, vix fugæ locus vllus tutus ſit. Plaudenda ſanè rerum cataſtrophe. Verùm ea fatorum vis eſt, vt mala, cùm in imum vitiorum deſcenderunt, tum demum exoleſcere incipiant: & vice verſa, bona degenerare, cùm ad ſummum profectus euaſerunt. Mouentur ſcilicet omnia, nec ſtare diu quicquam rerum natura patitur. Sic Roma illa caput orbis, cùm ab exiguis profecta initijs eò creuiſſet, vt, quod Liuius ait, magnitudine ſua laboraret, ſic funditus diruta iacet, vt ſolis extet ruinis. Sic & corporis habitus, cùm ad ſummum bonitatis deuenerit, (quod ſcribit Hippocrates) id eſt, cùm menſuram creſcendi impleuerit, vt interpretatur D. Hieronymus, in deterius labatur oportet, niſi continuò ſoluatur, vt rurſus habeat, in quo poſſit creſcere. Id nunc agunt ſtudioſorum ingenia, vt literæ illæ, quæ vulgato, adpoſitoq́; nomine humanæ vocantur, non ſolùm inſtaurētur, &, vt cum noſtris Iuris autoribus loquar, reſtituantur in integrum, in ſuumq́, ſtatum illum priſtinum veluti poſtliminio reuertantur: verum etiam altius, ſi fieri poſſit, faſtigium attollant, nec iam nobis pœnitendus ſit (id quod plerique cenſent) ſed plaudendus potiùs earum multis ſeculis interitus. In Iuris legumq́; ſcientia nitori ſuo reſtituenda, plus aliquanto negotij, quàm in reliquis videbatur, tum propter diſciplinæ eius præſtantiam, tum propter Barbarorum arcem ipſius, ter longiſſima temporis præſcriptione vſq; occupantium, peruicaciam. Tanta quippe fuit quondam Iuris amplitudo, tantus legum nitor, tanta Iuriſconſultorum priſcorum & eruditio, & eloquentia, vt ſi illorum induſtriam deſcribere & laudare κατ' ἀξίαν velim, non prooemium, ſed librum integrum explendum habeam. Vno tantum verbo eos deſcribam, quo ſe maximè Demoſthenes περὶ τῶν συμμοριῶν, priſcos Athenienſes laudare dicebat: ἐγὼ γὰρ ἐκείνων μὲν ἔπαινον τὸν χρόνον ἡγοῦμαι μέγιστον εἶναι, ὃ πολλῶν γεγενημένων, μείζω τῶν ὑπ' ἐκείνων πραχθέντων οὐδένες ἄλλοι παραδεῖξαι δεδύνηνται. Nec eſt, quod magis admirer, quàm tot ſeculis neminem extitiſſe, qui illorum ingenium & eloquentiam, nō dico ſuperare (id enim ſupra votum ſemper fore credo) ſed aſſequi, æmulari vel etiam imitari potuerit. Certant noſtra ætate multi cùm Liuio: non pauci Terentium effingunt: Ciceronis ſimiæ complures ſunt: Ouidium multi è veſtigio imitantur ad Maronis venam quidam aſpirant: qui hactenus Vlpianum, Paulum, Papinianum, & cæteros Iuriſconſultos poſt annos plus minùs mille ducentos reddere vel ſtudeat, vel ſperet, vt diatribas omnes obieris, neminem certè reperies. Tanto enim eloquentiæ fulgore legum tenebras illuſtrant, vt admirationis materiam magis, quàm imitationis ſpem poſteris reliquiſſe videantur. Quid, quæſo, vel Vlpiano eloquentius, vel Paulo neruoſius, vel Calliſtrato doctius, vel Papiniano acutius, vel Scæuola preſſius, vel Caio florulentius, vel Africano ſubtilius, vel Pomponio iucundius, vel Celſo nitidius, vel Tryphonio candidius? vt cæteros non inferioris notæ taceam. Quanquam ne noſtra quidem tempeſtate effœta ſit natura, quin paria illis ingenia producat, modò ſolertiſſima perſpicaciſſimaque quæque ingenia in eam vnam Philoſophiæ partem (pars enim eſt non infima Philoſophiæ legum Iuriſq; peritia, ſi Tullio, Vlpiano Iuſtiniano credimus) incumbant. Certè quo vno promoueri potiſſimum poteramus, id nos maximè deficit. Et ſunt luculentiſſima Iuriſconſultorum illorum monumenta, quæ & Iuſtiniani primùm culpa, deinde & longa temporum iniuria periјſſe creduntur. His accedit, quòd non alij temerè vlli rerum publicarum gubernaculis admouentur, non alij rerum habenas obtinent, non alij Regum vel Imperatorum latus cingunt, quàm qui legum Iuriſq́; ſcientiæ opinione celebrantur. Et erat ſanè hanc in vulgum ſpargi de Iuriſconſultis opinionem iuſtiſſimum: nec Reges nunc, aut reſpublica falleret, ſi ij eſſent ipſi, quales dicuntur, ac creduntur, qualesq́; priſcos illos fuiſſe conſtat, in omni ſcilicet diſciplina exercitatos, antiquitatis non ignaros, hiſtoriarum ſcientes, in Philoſophorum gymnaſijs expolitos, rerumq́; vſu & experientia probatos. Tales enim eſſe decet, & qui ad Reipub. munia capeſſenda deſtinantur, & quibus principes ſtipati, auguſtiores ſe vulgò haberi volunt. Sunt tamen noſtro quoque ſeculo non parum multi, à quibus vetuſtatem bellè interpolari experimur, quorumq́; auſpicijs ſi ſummæ rerum gererentur, alius eſſet regnorum rerumq́; publicarum ſtatus. Sunt Budæi, ſunt Deloini, ſunt Valeæ, ſunt Minutij, ſunt Beraldi. Longolius anno ſuperiore magna literarum iactura occubuit. Habet Anglia ſuos Tunſtallos, Paceos, Moros: habet Germania Capniones, Zazios, Cantiunculas: Italia Cottas, Alciatos. Et ne ſingulos percenſeam Iuriſconſultos, quibus ætas noſtra beata cenſetur, angulus nullus vſquam eſt, in quo non aliquis ingenium ſuum ad vetuſtatis normam exigat. Quo nomine ſeculo noſtro gratulari frequenter ipſe ſoleo, adeò ingeniorum feraci: cùm Tullius ſanctè deierare auſus ſit, ſingulas ætates vix binos oratores habuiſſe. Nunquam tamen tam bene cum rebus mortalium actum eſt, vt in vllo ordine non maior pars (quod eſt apud Liuium) vincat meliorem. Sunt paſſim rabulæ forenſes, ſunt quos Demoſthenes aduerſus Aeſchinem, σπερμολόγους & περιτρίμματα τῆς ἀγορᾶς, Demoſthenes alter Leguleios Latinos vocat, Gothorum reliquiæ, quibus operæpretiū eſt, in circulis in conuiuijs (neque enim iam palam audent) ex longo exilio redeuntibus, literis melioribus obſtrepere. Quia ergo, vt iam dixi, homines iſti totius humanitatis expertes rerum ſummam plerumque ſuo arbitratu moderantur, in eoq́; ſunt ordine qui (quod leges duodecim Tabularum præcipiunt) vitio vacare creditur, cæteris ſpecimē eſt: adeò mordicus putrida iſta iuris, vt ita dicam, ſimulacra retentant, vt animam potiùs ex ſedibus ſuis, quàm ea ex manibus extundi patiantur: pro ijsq́; non ſecus, atque pro aris & focis, certare tota ope conſueuerunt. Turpe enim putant, ſibiq́; noxæ futurum, ſi ſemel vulgus eos intus & in cute dignoſcat. Tum demum enim detracta λεοντῆ iſta magiſtratuum & dignitatum, in piſtrinum dedendos ſe præuident. Ea ſunt, quæ amores iſtos noſtros, dies noctesq́; ſolicitos habēt, ne quid exeat, ne quid excudatur, ne quid importetur, ne quid editū excuſum, importatū legatur, quòd in Accurſium, aut Bartolum incurrat. Horum enim confirmatam, ac ſacroſanctam multorum ſeculorum opinione autoritatem conuelli, aut labefactari, piaculare eſſe putant: veteribus (ſic enim heri, vel nudiuſtertius natam barbariem vocitant) ſtari malunt, nihil ex antiquo motum probant. Hi ſunt, quibus apud Tullium, etiam alabaſter plenus vnguenti puteſcere videtur, qui nihil legere ſibi imperarunt, niſi quod. ff. quod C. quod §. quod extrà, in authen. quod gloſ. Barto. Bald. Innoc. Hoſtien. Ioan. And. identidem literis pollicaribus, tanquam gemmis quibuſdam, illuſtratum, primo ſtatim conſpectu viderunt. Cum his mihi, cæteriſq́; literaturæ humanioris ſtudioſis, non bellum ſolùm: ſed prælium: nec prælium duntaxat, verùm certamen propè quotidianum eſt: exercenturque vulgò maledictis etiam paruulorum. Nec vllus eſt eorum qui animi contentionem ad auguſtiores illas diſciplinas appulerunt, qui non ſibi præ oculis ſtatim, vt in eis profeſſus fuerit, proponat

de his

de his vel triumphare, vel ſpolium aliquod referre. Sic etenim tum demum ſe dignos arbitrantur, qui in Doctorum ſenatum aſſumantur. Indidem tot iam legum genuina interpretatio, tot titulorum iuris ſyncerus ſenſus illis extortus è manibus, & antiquis poſſeſſoribus aſſertus. Ornantur ſtudioſorum ædes, & bibliothecæ libris eius notæ, tanquam manubijs ſpolijsque hoſtium. Et inter hos noſtræ atque etiam ſuperioris memoriæ iuris tum peritos, tum ſtudioſos, ad publica decora excitatos, conſilia varia diuerſaque animaduerto. Sunt enim, qui cùm poſſent, nolunt mentis ſuæ ſenſum teſtimonijs illuſtrioribus firmare. Congruum etiam magis, & æquius cenſent, collato pede, paribusque armis in prælium deſcendere, & inſtar Dauidis illius hoſtis ignauiſſimi ceruicem proprio mucrone ferire. Sunt qui non niſi deauratis, & inſignibus, planeque Romanis armis, ſibi decertandum putant, ſtylumque non ad præſentem ſcenam, ſed ad tempora paulò mox futura accommodant, Menandrum imitati, qui, teſte Quintiliano, iuſtiora poſterorum, quàm ſuæ ætatis, iudicia conſecutus eſt. Cum his manum Barbari conſerentes, ſe potiùs ocyusque victos dici audiunt, quàm ſentiunt. Triumphant tamen & victi, apud ſuos atque etiam ἀντιθριαμβεύουσι non minùs, quàm qui verè debellarunt: dubiam ſcilicet eam victoriam eſſe putãt, quam non intelligunt, quamque de ſe fieri, quia neſciunt, non exiſtimant. Ego certè, vt de me tandem dicere incipiam, cùm iam inde ab adoleſcentia ita affectus eſſem, vt magnopere cuperem Pictones municipes meos, gentem alioquin nec bardam, nec ſtupidam, ad auguſtiorem hanc Philoſophiæ partem capeſſendam illuſtrandamque animare, Commentarios inchoaueram ante annos propè ſeptem in conſuetudines eorum, non ſublimi illo grauiq; dicendi ſtylo, quem effingere, ſi velim, nequeam: neque ſi maximè poſſem, in hoc certè argumenti genere vellem. Ea ſemper fuit conſilij mei ratio. Noui enim & ſcio, qui fructus eius exiſtat apud eos, qui iuuandi potiſſimum erant. Scio item, quàm frigeant iaceantque Commentationes illæ, quæ prorſus nitore carent, nihilq; aliud quàm legum capita ſonant. Mediam quandam viam iniui, (medio enim tutiſſimè commodiſſimeq; itur) ſicq; ſtylum contemperaui, vt legentes noſtri ea, quæ tanquam propria agnoſcunt, imprudentes in ea incidant, quæ noſſe maximè debuerant. Ea ſunt Philoſophorum placita, Oratorum decreta, antiquitatis hiſtoriarumque monumenta, Poetarum carmina, populorum ritus, mores gentium, quibus ff. gloſſ. Bart. & alias huiuſmodi notas inferioris notæ & doctrinæ ſcriptorum, tanquam hamum eſca obtexiſſe mihi videor, quo ſenſim vorato velut inuiti aut imprudentes ad lectionem humaniorum ſcriptorum attraherentur: iam inde (vt ille ab vnguibus leonem) intelligentes, alios eſſe libros, quibus maximè niti aſſerique poſſit, & illuſtrari iuris legumque peritia. Eius porrò libri ſectionem quæ de legibus connubialibus erat, vix prima deformatam manu (vt Horatij verbis vtar) nedum extremam expertam, amiculus quidam alteri, qui ſibi legendam à me impetrarat, ſubripuit: ſublatamque inſcio me, & eo cui legendam dederam, impreſſori excudendam tradidit. Circunfertur interim libellus ille, teriturque legentium manibus: ego quoque interim reliquum opus meditor, & paro, cùm ecce Almaricus Buchardus Sanctonum Suppræfectus, amicus hoſpesque meus, librum aduerſus me nuncupatim edit: libellum illum meum (argumentis quàm adpoſitis, tuum erit, Candide Lector, iudicium) cocidit, ſugillat, conterit. Dolui equidem non tam quòd ille nihil à me læſus aduerſus me ſcripſiſſet, neque enim mihi magnopere ab huiuſmodi timendum puto, quàm quòd homo amicus, cuius nomen quàm celeberrimum clariſſimumque eſſe cupio, tale ſui ſpecimen dederit. Ego quid hic? diſſimularem? at prouinciatim nomen meum viuo me, quod aiunt, & videnter traducitur. Tacerem: at conuitijs amicorum propè quotidianis impotentique deſiderio ſatisfaciendum fuit. Opus totum Commentariorum noſtrorum ſemel ederem? at tomi & ingentes, & multi, quos vix datum eſt recognoſcere. Hæc menſes aliquot voluenti, animoque verſanti tandem mihi viſum eſt ſectionem eandem, multis, quæ ſubturpia videbantur, deraſis, ſed multò pluribus adiectis, amicis efflagitantibus, vt offam Cerbero, obtrudere. In qua & ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι & Almarico, qui eam ipſam inſectatus eſt, obiter reſpondeo, non eum titulo ſtatim à limine perſtringens, non obiecta omnia ſigillatim refutans, non conuicia conuicijs retalians, non ſingula eius argumenta & capita excutiens & examinans (id enim amicitiæ noſtræ veteri condonare mihi perſuaſi) ſed locos tantum illos firmans & amplians, quos ille labefactare & conuellere conatus eſt. Tu lector optime, quicquid id eſt operis, boni conſules, tomosque cæteros aliquot, eiuſdem farinæ exſpectabis, quibus vniuerſas Pictonum leges municipales, quas conſuetudines vocant, enarrare, illuſtrare, enodareque ſtuduimus. Valeto. Anno M. D. XXIIII.

TABVLA

# TABVLA QVAESTIONVM, ET RERVM, PRIVATIM AD NOSTRAM Conſuetudinem pertinentium ex ordine Operis.

Cuius prior numerus quæſt. continet ſecundus folium, tertius & poſtremus marginalem numerum denotat.

## GLOSSA PRIMA, Continens Leges Conubiales.

*VXOR an de iure communi ſit in poteſtate viri, l. 1. fol. item 1. num. 2. & per totam eam. l. 1*
*2 Quid autem ex Gallorum conſuetudine, ibid. nu. 3. 4. & fol. 2. nume. 6*
*3. Quid ex legibus Longobardorũ, ibid. f. 2. nu. 5*
*4. Quid ex legibus Moſaicis, ibidem nume. 7*
*5. Quid denique ante leges Moſaicas, & veluti ex iure naturæ, ibid. nu. 8. & penè per totam eam l. 1*
*6. Quid ex legibus Lacedęmoniorũ, ibid. nu. 10*
*7. Quid de iure diuino, ead. l. num. 21. f. 4*
*8. An vir poſſit verberare vxorem, ibid. nu. 22. & f. 5. nu. 23. & 24*
*9. An autem id ſit honeſtum, & tutum, l. 8. per totum. f. 124*
*10. An cum vxor quicquam facit ſibi incommodum, viro autem commodum, feciſſe præſumitur metu & reuerentia maritali, leg. 1. folio 5. nume. 25*
*11. Vxor an teneatur marito lauare pedes, & caput, & alia id genus facere, ibid. f. eod. nu. 26*
*12. Vxor an ſortiatur viri domicilium, forum, ciuitatem, originem, familiam, ibid. num. 28. & fo. 6. nu. 29. 30. 31. 32. 33. 34. iterumque in gl. 2. fol. 264. nu. 45. & ſeq.*
*13. Vxor an teneatur ſequi maritum, quocunque vadat, leg. 1. nume. 39. f. 8*
*14. Vir an poſſit vxorem fugientẽ propria autoritate capere, & in eam manus inijcere, l. 1. eod. fol. 8. nu. 40. & iterum gl. 2. nu. 23. f. 260*
*15. Vxor an marito debeat reuerentiam, l. 1. fol. 8. nu. 41*
*16. Vxor an poſſit maritum de adulterio accuſare, l. 1. nume. 42. fol. eod. ſub fin.*
*17. An virum in adulterio depræhenſum, occidere, f. 9. nu. 43*
*18. An repudiare, maritum ob adulterium ibid.*
*19. Quæ ſunt præcipuæ rationes cur vxores ſubſint maritis non è diuerſo, l. 1. f. 10. nu. 47. & multis ſeq. vſque ad fin. l. 1*
*20. An legibus Grecorum vxoribus contrahere liceat ſine tutore, l. 1. f. 17. nume. 72*
*21. An & antiquis Romanorum legibus, ibid. nu. 73*
*22. Vtrum conducibilius ſit, vxorem formoſam an deformem ducere, l. 2. f. 22. nu. 1. et multis ſeq. per totam eam l. 2*
*23. Poßintnè mulieres ſe ornare aut fucare, l. 3. f. 41. num. 1. & multis ſeq. per totam eam l. 3.*
*24. Quid de viris d. l. 3. f. 74. nu. 45. & ſeq.*
*25. Licàtne viris vti veſtibus muliebribus, & fœminis, virilibus, l. 3. f. 78. nu. 58. & ſeq.*
*26. An vir vxori futurę, & contrà, vxor viro futuro vitium corporis occultum detegere debeat, l. 4. fol. 79. num. 1. & ſeq. per totam eam l. 4*
*27. An ſe ob id nudare, ead. l. 4. nu. f. 81. 10. & ſeq.*
*28. Vtrum conducibilius, ſit, ducere vxorem opibus & nobilitate ſuperiorem, an inferiorem, l. 5. f. 87. nu. 1. & multis ſeq. per totam eam l. 5*
*29. De ætate virorum & vxorum, l. 6. f. 97. nu. 1. & ſequentibus, per totam eam leg. 1*
*30. Quibus parentibus, aut patria, aut moribus vxores ducere debeamus l. 7. f. 107. nu. 1. & ſeq. per totam eam leg. 7*
*31. Quibus modis & rationibus vir vxorem ad bonos mores reducere debeat, l. 8. f. 124. per totum eam leg. & iterum leg. 9. folio. 129. etiam per totum.*
*32. Quarum rerum curam vir vxori relinquere debeat, l. 10. fol. 175. per totum.*
*33. An vir conſilium ab vxore debeat capere, l. 11. f. 184. per totum.*
*34. An arcana uxori detegere, l. 12. per totum fol. 197*
*35. Viri omnino externarum mulierum concubitus fugiunto, l. 13. f. 200. per totum.*
*36. Vir & vxor an magicis artibus vti poſſint, ad conciliandam vtrinque amicitiam, leg. 14. folio 211. per tot.*
*37. De ratione concubitus viri & vxoris, leg. 15. f. 214. per totum.*
*38. De zelotypiæ legibus, leg. 16. folio 246. per totam eam l. 16*

## GLOSSA SECVNDA IN VERBO,

En pouuoir de ſon mary.

39 *SPonſa an ſit in poteſtate ſponſi, vt vxor viri, ex noſtris conſuetudinibus, gl. 2. f. 256. nu. 1. et multis ſeq. vſque ad nu. 44*
*40. Si ex ſtatuto loci viri vxor ſit in poteſtate ipſius viri, non etiam in ſtatuto loci vxoris, vtrum eorum ſequi debeamus, ead. gl. fol. 264. nume. 45. & ſeq. vſque ad 52*
*41. Et quid ſi vir habitatum eat ad domum vxoris ibid. nu. 46*
*42. Sed quid ſi vxor ignoret ſtatutum loci viri, f. 265. nu. 50*
*43. Quid ſi agatur de re immobili, an tunc potius ſit ſeruandum ſtatutum loci ipſius rei, ibid. nu. 52*
*44. Vtrum ſtatutum puniens inferentem iniuriam viris cuiuſpiam dignitatis, habeat locum in vxoribus eorum, ibid. nume. 53. & ſeq. vſque ad fin. huius gl.*
*45. Priuilegium viri, an competat vxori, ibidem. nu. 53. & multis ſeq.*
*46. Quid, ſi id priuilegium competat ex ſpeciali iure, ibidem nu. 54*
*47. Quid ſi ex diſpoſitione pœnali, ibid. nu. 55*

## GLOSSA TERTIA, IN VERBO,

N'eſt plus en pouuoir de ſon pere.

48 *VTrum vxor ſemel liberata à patris poteſtate per matrimonium in eam recidat, eo ſoluto, gl. 3. f. 267. nu. 1. & multis ſeq.*
*49. An ſi quid ſit probibitum alienari extra familiam, poſſit alienari in fœminam in alia familia nuptam, f. 268. nu. 7*

## GLOSSA QVARTA, IN VERBO,

Ne peut.

50 *AN contractus ab vxore factus ſine conſenſu mariti, ſit ipſo iure nullus, glo. 4. f. 268. nu. 2. & multis ſeq.*
*51. Et quid ſi ſtatutum pœnam imponat, 269. nu. 5*
*52. An vxor, quæ ita contraxit, obli-*

obligetur naturaliter, fol. 270. num. 12.271.nu.13

53. An huic contractui poſſit accedere fideiuſſor, ibidem, nu 14.

54. An talis contractus teneat in foro conſcientiæ, ita ſcilicet, vt vxor quæ ſic contraxit, in eo foro obligetur, ibid.nu eod.& ſeq.

55. An mulier peccet, quæ ſic contraxit, ibid.nu.eo. & ſeq.

56. An autem is qui contraxit cũ muliere, ſit tutus in foro conſcientię, retinens quæ ex eo contractu habuit. f.272.nu. 20.& ſeq.

57. Vtrùm talis contractus confirmetur iuramento, f. 273.nu. 26.& ſeq. vſque ad fin. eius gl.

## GLOSSA QVINTA, IN VERBO,

### Contracter.

58 AN noſtra conſuetudo loquens de contractu, habeat locum in diſtractu, gl.5.f.273.nu.1.& ſeq. vſque ad 42

59. Et conſequenter, an poterit liberare, ſiue renuntiare, ibid. & iterum f.280.nu. 34. & ſeq.

60. Quid ſi ſtatutum dicat, quòd nõ poſſit ſe obligare, f.274. nu.4

61. Quæ ſit ratio noſtræ conſuetudinis, prohibentis vxorem contrahere ſine conſenſu mariti, d.glo.5.f.278. nume.26.& iterum gl. 6.f. 311. nu. 37.& ſeq.

62. An autem poſſit diſtrahere ſuper rebus nondum quæſitis, d.gl.5.f. 278.nu.28.& ſeq.

63. An repudiare res donatas nondum acceptas, ſine conſenſu viri, fol. 278.nu.31

64. An renuntiare patri ſine conſenſu mariti, ibid.nume.33.& multis ſequenti.

65. An donare alijs, ſine conſenſu mariti fol. 281.nume. 43.& multis ſequenti.

66. An ſi donet ei, à quo prius donatione acceperat, dicta gl.5.f.282. nu.54.& ſeq.

67. An id ſtatutũ procedat in donatione tacita & præſumpta, fol. 283. nu.57. & ſeq. vſque ad 63

68. An & in donatione cauſa mortis, fol. 284. 64. & ſequenti. vſque ad 83

69. Et quid ſi conſuetudo noſtra uſa fuiſſet verbo obligandi, an tunc huiuſmodi donatio cauſa mortis fuiſſet prohibita, d gl. 5.folio eodem numero 65

70. Quid, ſi ea donatio cauſa mortis facta ſit ſtipulanti, dicta, glo.fol. 287.nu 85

71. An in huiuſmodi donatione, cauſa mortis facta ab vxore, conſentiente marito, requiratur mors vtriuſque ad eius confirmationem ibidem numero 86. & 3. ſequenti.

72. Et quid ſi ita donat rem ipſius mariti, eo conſentiente, folio eodem nume.89

73. Sed an ad reuocandam hanc donationem requiratur vtriuſque pœnitentia, & viri, & vxoris, ibid.nu. 90. & ſeq.

74. Et quid, ſi vxor donauit rem mariti cum conſenſu ipſius, an tunc ſolus maritus poterit reuocare. folio. 288.nu.92

75. An hæc conſuetudo habeat locum in teſtamentis, d.gl.5.f.eod. nu. 93.& multis ſeq.

76. Quid ſi noſtra conſuetudo prohiberet alienare ſimpliciter, ſine mẽtione contractus, glo.5.nu.100

77. An autem mulier poterit contrahere in teſtamento ſine autoritate mariti, d.gloſ.5.f.289. nu. 101.& duobus ſequentibus.

78. An vxor poſſit fideiubere ſine conſenſu mariti, gl.5.f. 190. numero 104.& ſeq.

79. An pignorare, ibid. nu. 108.& ſequenti.

80. An vxor confiteri poſſit, dicta gl.5.f.291. & ſeq.

81. An poſſit adire hæreditatem, gloſ. 5. fol.292. nu. 119. & multis ſequentibus.

82. An aliter quaſi contrahere, ibidem.

83. An aſſumere tutelam. f. 294. nume.133

84. Quid, ſi mulier ſtatuto ſit prohibita ſe obligare, an poſſit tũc adire hæreditatem, dicta gl. 5.ibid. num. 134. & ſequentib.

85. Sed an ſaltem poſſit adire hæreditatem opulentam, gloſ. 8.fol. 384. nume.78

86. An poſſit vxor alteri contrahenti conſentire, ſine conſenſu mariti, gloſ. 5.folio. 295. nume.136.& ſequenti.

87. An poſſit ſe ex delicto obligare ſine conſenſu mariti, gl.5.fol.297. nu.154.& ſeq.

88. An committendo delictum, ex quo fit bonorum confiſcatio, præiudicet marito, dicta gl.5.f.298.nu. 157. & ſequen.

89. Vtrùm poſſit transferre poſſeſſionem rei ſuæ, gl.5.nu.160. & multis ſeq ibid.

90. Quid ſi tradat eius rei poſſeſſionẽ ei, cui prius vendiderat cùm autoritate mariti, ibid. numero. 165.& ſequenti.

91. An autem poſſit tradere nudã poſſeſſionem, quam habet ſine autoritate mariti, ibid. nu. 170

92. An poſſit officium procuratoris ſuſcipere, & exercere, gl.5.num. 171.& multis ſeq. ibi.

93. An autem ad ſui præiudicium, ibid.nume.180. & nume.181.folio. 301

94. Quid verò in his, quæ ex mandato legis ſunt, ibidem nu. 181

95. Quid item in his, quæ reſpiciunt publicam vtilitatem, ibid.nu 182

96. Vtrùm vxor poſſit conſtituere procuratorem ad contrahendum ſine conſenſu mariti, ibidem glo. 5.nume. 183.& ſequentib.

97. Si vxor contrahit per procuratorem, an requiratur conſenſus viri, ibid. numero 187. & ſequentib. vſque ad 199

98. Et ſi uxor conſtituat procuratorem cum conſenſu viri, an procurator poſtea contrahens, debeat iterum uiri conſenſum adhibere. folio.302. num.189

99. Quid, ſi conſenſus non interuenit, nec in conſtitutione procuratoris nec in contractu ab eo facto, ibid.nu. 190.& ſeq.

100. Quid ſi mulier contrahit per procuratorem ſpecialiter ad certum contractum faciendum cum conſenſu mariti, an neceſſe, ſit conſenſum uiri adhiberi in contractu procuratoris, ibid. 303.nu.196

101. Quid, ſi procurator fuerit generaliter conſtitutus de conſenſu mariti, ibid nu.197. & ſeq.

102. An ſufficiat conſenſus mariti pro omnibus contractibus in genere, 198.d.nu.

103. Vxor an poſſit ludere ſine cõſenſu uiri, ibi.nu.200

104. An poſſit compromittere, ibidem nu.202.& ſequentib.

105. An tranſigere, f.304.nu.205

106. An litigare, aut aliàs rẽ ſuam in iudicium deducere, d glo. 5. ibidem nu.206

107. Quid autem ſi re ipſa ſine conſenſu uiri litigarit, & ſententiam obtinuerit, an ea ſit ualida, ibid.nume. 209.& iterum gl.8.f.345. nu.61

108. Sed quid ſi is cum quo uxor litigauit, & obtinuit, oppoſuerit ſtatim in initio litis eam non poſſe litigare ſine autoritate uiri, d gl.8.nume.88. fol.349

109. An autẽ ſimplex ſtatuti prohibitio de non litigando ſine authoritate mariti includat prohibitionem de non contrahendo, gl. 5.nu.210. & ſeq.f. 304

110. An uxor poſſit res cum alio communes diuidere ſine authoritate mariti, d.gl.5. nu. 216.f.305

111. An commodare, ibid nu.217

112. An eleemoſynam facere, ibi. nu.218.& ſequentib.

113. An promittere de contrahendo nu.220.306

114. An preſentare ad beneficiũ, cuius ea eſt patrona, ibid. nu.221

115. Quid, ſi uxor re uera non contrahat, ſed à lege fingatur contrahere, ibid.nu.223





## GLOSSA SEXTA, IN VERBO,

### Conſentement.

116 AN hic conſenſus & authoritas mariti, qui debet interuenire in contractibus vxoris, debeat in ipſo contractu interponi, an autem antè & pòſt poſſit, dicta gl.6 nu. 1.& multis ſeq. vſque ad 15. incluſiuè fol. 306. 307. 308

117. Quid ſi procurator mulieris eius nomine contraxit ſine conſenſu mariti, & poſtea mulier ratificat cum conſenſu viri, an ſufficiat, vt valeat contractus, nu.15.f.309

118. Si vxor ſine conſenſu viri contraxerit, & poſtea reuocarit, antequàm vir conſenſerit, an poterit poſtea vir conſentire, vt contractus valeat, ibid nu.16.& 17

119. An ſi vxor, quæ ſine conſenſu uiri contraxit, mortua ſit, poſſit uir conſentiendo dare robur contractui, ibid.nu 18.& 19

120. Vtrum maritus poſſit conſentire, contractui vxoris per procuratorem, ibid.nu. 20

121. Quid, ſi maritus ſit bannitus, aut cui aliàs in ciuitate eſſe nõ liceat, d.gl.6.nu.29 f.310

122. Quid, ſi conſuetudo requireret præſentiam mariti, an tunc eam adhibere poſſet, per procuratorem, ibi.nu. 31.& multis ſeq.f.311

123. Et an tunc conſenſus requiratur, aut conſilium ibid.nu.36.& iterum in gl.7.nu.32.& duobus ſequentibus fol. 316

124. Et quid, ſi nolit intereſſe an ſufficiat unica interpellatio. gl. 6. nume. 36.f.311

125. An cõſenſus & authoritas uiri ſit pro ſolennitate, an pro commodo uel incommodo uiri, ibi.nu 37.et ſeq.

## GLOSS ASEPTIMA, IN VERBO,

### Expres.

126 AN authoritas & conſenſus uiri, qui debet interponi in contractibus uxorum, debeat uerbis exprimi, gl.7.nu. 1.& multis ſeq fol. 312. præſertim nu.14.& ſeq.fol.314

127. An autẽ opus ſit uti expreſſè uerbo authoritatis, ibid.num. 3.& 4. f.312.& 313

128. Quid ſi conſuetudo requireret ſimpliciter licentiam uiri, an tunc ſufficeret eam adhiberi per modum conſenſus d.nu.4.in fine f.eod.

129. An autem ea licentia deberet eſſe expreſſa, ibid.nu.8

130. Quid autem ſi maritus mutus eſt, d.gl.7.nu 16.17.18. 19.fol. 314

131. Quid, ſi in contractibus tacitis uidelicet in ſocietate, an hic ſufficiat tacitus uiri conſenſus, ibid.nu 20

132. Quid, ſi ante contractum maritus conſilium dederat aut aliud fecerat, quod conſenſui adſtipulatur, & poſtea præſens eſt in ipſo contractu, an ſatis ſit, nu.23.f.315

133. Quid ſi pater ſimul cum filio ſe obliget in eod. inſtrumento an ſatisfiat ſtatuto ibi.nu. 24

134. Quid ſi pro filio fideiubeat, pater ibid.nu.25

135. Quid, ſi pro eo litigante in cauſa, inſtruat eandem, aduocatum ducat, aut aliàs ſolicitet.num. 29.f.316

136. Quid, ſi alius actus poſitiuus cum præſentia & taciturnitate, interuenerit ibid. nu.30

137. Quid, ſi tacitè conſenſus reſultet ex uerbis, ibid.

138. Quid autẽ ſi nulla uerba ſint, ſed ſola iuris præſumptio, uel etiam alius actus ſine uerbis, ibid.

139. Si ex ſtatuto requireretur ſciẽtia, ſiue conſcientia mariti in contractu uxoris, an requiratur illius conſenſus d.gl.nu.35.& 36.f.317

140. Sed quid in actibus iudicialibus, an taciturnitas mariti habeatur pro conſenſu, ibid.nu. 37

141. Quid autem, ſi is actus ſit uoluntariæ iuriſdictionis, ibid.in fine numeri.

142. Quid, ſi maritus poſt contractum uxoris ſciens patiatur diutius eum, qui cùm ea contraxit, poſſidere rem ab uxore uenditam, ibid. gloſ.7. nume. 39.& multis ſeq. uſque ad 48. incluſiuè.

143. Quando autem conſenſus dicatur eſſe expreſſus, aut tacitus, glo.7. nu.49.& multis ſequent. uſque ad finem eius gl.f.318

144. An ſufficiat maritum prebuiſſe generalem conſenſum quibuſuis contractibus, qui fient per uxorem, gl.7.nu 113.f.326

## GLOSSA OCTAVA, IN VERBO,

### De ſon mary.

145. AN uxori liceat quicquam agere ſine authoritate mariti, antiquorum legibus, gl. 8.nume.1. fol. 339

146. Quid ex legibus Platonis, ibi. nume.3.in fin.

147. Apud quos populos ſint ſimilia ſtatuta, in Italia ibid.nu.4

148. Quid de iure ciuili ibid.num.5

149. Vtrùm noſtra conſuetudo ſit largè uel ſtrictè interpretanda, ibid. & alijs locis ibi citatis, eod.nu. 5

150. Si uir abeſt, an eius conſenſus requiratur, ead gl.8.nu. 6. & multis ſeq. eod.f.

151. Quid ſi non abeſt in longinquis partibus, aut diutiùs non eſt abfuturus, nu.19.f.340

152. An autem tunc interuenire debet iudicis authoritas, ibid.nume. 20.& multis ſeq.f.341

153. An & alij loco eorum ſubrogandi, d gl.8 nu.27.iunctis præcedentibus ibid.

154. Et ſi dubium ſit, an uir fuerit præſens, an abſens à loco cùm mulier contraxit, quid præſumendum eſt, ibi. nu.29.& ſeq.

155. Quid ſi uir ſit furioſus, d.gl.8. nume. 32.ibid.

156. Et an tunc quoque loco illius, iudicis authoritas interponi, aut alij ſubrogari debeat, d.nu. 32.f.342 & iterum nu.34 in fin. & locis ibi allegatis.

157. Quid ſi maritus ſit bannitus, gl.8.nu.35. & ſequentib. ibid.

158. Quid ſi minor, dicta glo.8.nu. 41.& ſeq.eod f.343

159. Sed quid ſi è diuerſo uxor ſit minor, & uir maior, an ſufficit eius authoritas, nu.4 .f.344

160. Quid autem in muliere cœlibe, an ea liberè ſine authoritate cuiuſpiam contrahere poſſit, ibi.nu.50. & multis ſequentib.

161. Et ſi uxor fecerit contractum ſibi utilem ſine conſenſu mariti, an ualeat, gl.8.num.56.& ſequentibus. fol.345

162. In dubio autem præſumetur ſibi eſſe utilis, an inutilis fo. 346.nu. 64. & iterum nu.89 f. 349

163. An uxor, quæ emit commodè ſine conſenſu mariti, poſſit dare facultatem redimendi, uel ipſo contractu, uel poſtea, gl.8.nu.90.

164. Et ſi dederit in ipſo contractu, an poterit poſtea prorogare ſine conſenſu mariti, ibid.

165. An uxor mortuo marito poterit ratificare contractum à ſe factum ſine authoritate illius in ſui præiudicium, gl.8.nu.91.ibid.

166. Sed an poterit cogere eum, qui ita ſecum contraxit, ut obſeruet contractum, ibidem, & multis ſequentibus.

167. Vtrum autem ſoluto matrimonio, ea quæ ſic contraxit aut hæredes eius, teneantur ſtare contractui, nu. 99.& multis ſeq f. 350

168. An uerò uxor poterit donare liberis ſuis ſine conſenſu mariti, num. 110 f.352

169. Vtrùm uir poſſit accomodare authoritatem uxori ſecum cõtrahendi, gl.8.nu.113 & & multis ſequentibus. iiſdem in locis.

170. An uir qui conſenſit contractui uxoris, poterit poſtea conſenſum reuocare, d.gl. 8.nu.125.& ſequenti fol.354

171. Si uir nolit conſentire uxori uolenti contrahere fortè utiliter, quid agendum ſit nu. 127.f.355

172. An autem tunc ſufficiat, nullam

lam eſſe cōſentiendi cauſam, vt vxor contrahere poſſit, ibid. nu. 129

173. Quid ſi periculum ſit in mora, ibid. nu. 31

174. An autem loco viri alius ſit ſubſtituendus, f. 359. nu. 132

175. Sed quid, ſi conſuetudo vltra conſenſum viri requireret decretum iudicis, an tunc recuſante viro ſufficeret decretum iudicis, ibid. nu. 133

176. Quid, ſi vxor contrahat cum extraneo, cui ſe aßerit eße innuptam an tunc valeat contractus, ibid. num. 135. & multis ſeq.

177. An autem in præiudicium mariti, f. 357. nu. 141

178. Sed quid, ſi is extraneus non ignorabat eam nuptam eſſe, ibidem nu. 142. & ſeq.

179. Quid autem, ſi ea vxor creditur communi hominum opinione maritum non habere, dicta gl. 8. ibidem num. 144. & ſeq.

180. Et quid, ſi is qui cum ea contrahit, ſcit communem opinionem eſſe falſam f. 359. nu. 159

181. Quæ autem hic dicatur, communis opinio, vt det robur actui, ibid. nu. 160. & ſeq.

182. Quid, ſi mulier contrahat cum eccleſia, vel pia cauſa ſine conſenſu viri, an valeat, gloſ. 8. ibidem nume. 162. & ſequentib.

183. Et quid, ſi contrahat cum fiſco, aut principe, f. 361. num. 175. & ſequenti.

184. An conſenſus mariti requiſitus à conſuetudine, ſit immediata cauſa transferendi dominij, gl. 8. ibidem numero 177

185. Cuius autem effectus ſit ea res, ibid.

186. Si mulier ſine conſenſu viri vendit rem alterius conſentientis, cui poſtea ſuccedit, an poterit impugnare huiuſmodi venditionē. 362. nu. 178

187. Si vir conſentiens non intelligit quid vxor contrahit, an ſatisfactum ſit conſuetudini ibid. num. 179. & ſequentibus.

188. Si teſtator iuſſerit domum vēdi, an vxor mea eiuſdem hæres poſſit id facere me inſcio, d. gl. 8. fo. 363. nu. 184. & ſeq.

189. Quid de alio contractu neceſſario, qui ſcilicet procedit ex neceſſitate ſtatuti aut aliter, f. 364. num. 195. & ſequen.

190. Mulier innupta, quæ emit cū facultate redimendi, an conſtante matrimonio, poterit emptorem admittere ad redemptionem ſine conſenſu mariti, dicta glo. 8. fol. 365. numero 204

101. An mulier vendens rem emphyteuticam ſine conſenſu mariti, cadat emphyteuſi, ibi nume. 205. & ſequentibus.

192. Vtrùm id ſtatutum ſit æquum & fauorabile, an contrà iniquum & odioſum, ibidem numero. 214.

193. An mulier Pictauica poſſit alibi contrahere ſine conſenſu viri. fo. 366. nu. 216. cum ſeq.

194. Quid è diuerſo, ſi mulier extranea contrahat in Pictauia ſine conſenſu mariti, d. glo. 8. f. 367. nu. 225. & ſequentibus.

195. Et quid, quantùm ad bona ſita in ipſa Pictauia. ibid.

196. Quid autem in muliere Pictauica, quantùm ad bona alibi ſita, ibi. nu. 227. & ſequentib.

197. Sed quid in muliere alterius originis, nupta in Pictauia. fol. 269. nume. 229

198. Quid è diuerſo in muliere Pictauica origine, alibi nupta, ibid. numero 230

199. An autem in his dubijs inſpiciendus ſit locus conſtitutionis procuratoris ad contrahendum, an locus in quo procurator contrahit, ibid. num. 23. & ſequentibus.

200. Si vxor habet verum maritum, quem fortè putat mortuum, & alteri nupſit, cuius conſenſu cōtraxit, an valeat contractus, d. glo. 8. ibidem nu. 233. & ſeq.

201. Quid autem, ſi vxor non habet verum maritum, ſed tantùm putatiuum, an eius conſenſus requiratur in contractibus illius ibid. nu. 234. & multis ſequentib. vſque ad 275

202. Si vxor vendidit ſine conſenſu uiri, & poſtea res uendita perijt, cuius erit periculo, uxorìſne an emptoris, glo. 8. f. 373. nume. 277. & 4. ſequenti.

203. An uxor captiua poſſit contrahere pro ſua redemptione ſine cōſenſu uiri, dicta gloſ. 8. ibid. numero. 182. & ſequentib.

204. Sed quid, ſi captiua ſit ob crimina. f. 374. nu. 288. & 2. ſequent.

205. Quid, ſi uxor conferat ſuum contractum factum inſcio marito in tempus ſoluti matrimonij, d. gloß. 8. ibid. nume. 291. & ſeq. uſque an fin. eius gl.

## GLOSSA NONA,

### IN VERBO,

Ne les ſiens propres.

206 MAritus an habeat adminiſtrationem bonorum paraphernalium uxoris, fol. 375. nume. 1. & 2.

207. Et ſi uxor nondum ſit nubilis, an maritus habeat bonorum ipſius adminiſtrationem, ex hac conſuetudine, ibid. nu. 3. & 4

208. Si ius patronatus pertineat ad uxorem, quis præferetur, præſentatus ab ea, an à marito, ibid. nu. 5. & ſequentibus.

209. Et quid, ſi id ius competat ratione dotis, ibid. nume. 6. & ſequentibus.

NOMEN-

# NOMENCLATVRA ALPHABETICA AVTORVM IN HOC OPERE CITATORVM,

*Præter legum canonumq́; Interpretes, quibus nominandis iuſto volumine opus eſſet.*

### A.

ABbas Maximus.
Abienus.
Achæus poeta Tragicus.
Acron Horatij interpes.
Actius antiqu? poeta.
Adrianus Florentinus Theologus.
Aegeſippus.
Aegidius Romanus.
Aelianus.
Aelius Fuſcus, pater.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aemylius Macer.
Aemylius Probus.
Aeneas Syluius, Pius Papa dictus.
Aeſchines orator.
Aeſchines Poeta Socraticus Satyricus.
Aeſchryon Mitylenęus poeta antiquus.
Aeſchylus poeta Tragœdus.
Aeſopus.
Aetius Medicus.
Afranius.
Africanus ſcriptor rei ruſticæ.
Agathius Scholaſticus.
Albertus Magnus.
Albertus Eyb.
Albumazar aſtrologus.
Alcæus poeta antiquus.
Alcimus Siculus.
Alcinous Platonicus.
Alcman, ſiue Alcmęon.
Alexander Aphrodiſeus.
Alexander Trallianus medicus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Hales Theologus.
Aelxis poeta Græcus.
Almanſor Aſtrologus & Medicus.
Alphredus.
Aluarus Pelagius.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Amos Propheta.
Amphiteus.
Anacreon Teius poeta.
Anaxagoras Philoſophus.
Anaxandrides poeta Græcus.
Anaxilas, aut vt alij vocant,
Anaxilaus.
Anaximander Mileſius.
Anaximenes & ipſe Mileſius.
Andreas Diuus.
Andreas Veſalius.
Angelus Clauaſius.
Angelus Politianus.
Antigonus.
D. Antiochus Pandectes.
Antipater Sidonius.
Antipater Theßalonicenſis.
Antiphones poeta Græcus.
Antiphon Ramnuſius.
Antiſthenes Philoſophus.
Antiſtius Labeo.
Antonius Codrus Vrſeus.
Antonius Florentinus Theologus.
Antonius Gazus Medicus.
Antonius Guarnerius Medeius.
Antonius Monachus, Theologus antiquus.
Antonius Panhormita.
Aphthonius declamator.
Apocalypſis.
Apollodorus.
Apollonides.
Apollonius Rhodius poeta.
Apollonij Scholiaſtes.
Apoſtolius Byzantius.
Appianus Alexandrinus.
Apuleius Madaurenſis.
aquila interpres Bibliorum.
archangelus Madrignanus.
archelaus Alexandri filius Athenienſis.
archigenes Medicus.
archytas harmoniacus.
ariſtarchus.
ariſteas.
ariſtides Myleſius, ex libris rerum Italicarum.
ariſtippus ex libris de antiquis delicijs.
ariſto.
ariſtobolus.
ariſtophanes.
ariſtophanis ipſius interpres.
ariſtoteles.
ariſtoxenus Muſicus.
ariſtoxenus Pythagoricus.
arnaldus Villanouanus Medicus.
arnobius Theologus.
arrianus Hiſtoricus.
arſenius.
artemidorus Daldianus.
aſconius Pedianus.
aſpaſius.
aſteſſanus Theologus.
athanaſius.
athenæus Naucratita.
athenocles Symmachus.
attilius.
auenzoar Medicus.
auen Eſdra, Bibliorum interpres.
auerrois.
D. Auguſtinus.
auguſtinus Eugubinus.
auicenna.
aulus Gellius, aut, vt alij vocant.
augellius.
aurelius Olympius Nemeſianus.
aurelius Victor.
auſonius.

### B.

BAptiſta Egnatius.
Baptiſta Mantuanus Theologus & Poeta.
Baptiſta Saliceus Theologus.
Bardeſanes Syrus.
Barptolomæus Merula.
Barptolomæus Montagnana Medicus.
D. Baruch Propheta.
Baſilius Magnus.
Bayſius.
Beda Presbyter.
D. Bernardinus Franciſcanus.
Bernardinus Buſtius Theologus.
D. Bernardus Clareuallenſis Abbas.
Bernardus Sylueſter.
Beſſario Cardinalis.
Bias Prienæus.
Biblia.
Bibliorum Interpres.
Bibulus.
Bigus Poeta Neotericus.
Bion Boryſthenites.
Bion, Poeta Bucolicus.
Blondus.
Boethius.
D. Bonauentura.
Bonifacius à Ceua, Franciſcanus.
Buchardus Decretorum collector.
Budæus, Galliæ decus perpetuum.

### C

CAecilius antiquus Poeta.
Cælius Aurelianus Medicus.
Cælius Rhodiginus.
Caius à Stobæo citatus.
Caius Titus Probus.
Caius Matius rei ruſticæ ſcriptor.
Callicrates Tyrius.
Callimachus Poeta Græcus.
Calphurnius Poeta.
Calphurnius alter, interpres Terentij.
Cantica Salomonis.
Caper Grammaticus vetuſtiſſimus.
Cardinalis Vliſponenſis.
Carneades Philoſophus.
Carolus Bouillus.
Carpocration.
Caſſiodorus.
Caſſius Dionyſius Vticenſis, rei ruſticæ ſcriptor.

ſcriptor.
Caſſius Latro ſophiſta.
Caſſius Septius.
Cato Cenſorius.
Catonis nomine inſcriptus vulgaris libellus.
Catullus Poeta.
Catullus antiquior, & ipſe Poeta & orator.
Cenſorius.
Cephiſſodorus Poeta Comicus.
Cercidas Megapolita Iambicus.
Ceſtius Pius declamator.
Chalcidius Platonicus.
Chamæleon.
Charicleas.
Charon Lampſacenus Hiſtoricus.
Chilo vnus ex ſeptem.
Choricius.
Chreſtodorus.
Chriſtina Piſana.
Chryſippus, qui de rebus Italicis ſcripſit.
Alter Chryſippus Solenſis.
D. Chryſoſtomus.
Chriſtophorus Landinus.
Claudianus Poeta.
Cleantes.
Clearchus.
D. Clemens.
Clemens Alexandrinus.
Cleobulus Lyndius.
Clitonymus, rerum Sybariticarum ſcriptor.
Clitophon ex libris rerum Gallicarum.
Columella.
Conradus Heresbachius.
Conradus Theologus.
Conſtantinus Africanus.
Conſtantinus Caſſianus Medicus.
Conſtantinus Cæſar.
Conſtantinus Fanenſis.
Cornelius Celſus.
Cornelius Fronto.
Cornelius Gallus Poeta.
Cornelius Nepos.
Cornelius Tacitus.
Cornutus Grammaticus.
Crates Thebanus.
Cratinus.
Crinitus.
Critias.
Crobulus Comicus.
Cteſias.
Cynicus.
D. Cyprianus.
D. Cyrillus

D

Damegeron.
Daniel Propheta.
Dantes Florentinus.
Dardanus.
Dauid Pſalmographus.
Demades Rhetor.
Demetrius Phalereus.
Demetrius alter.
Democrates.
Democritiut.
Demoſthenes.
Deuteronomij liber.
Dicæarchus.
Didymus, rei ruſticæ ſcriptor.
Didymus Chalcenterus.
Diocles Caryſtius Medicus.
Diodorus Siculus.
Diodorus Theologus.
Diogenes Apolloniates.
Diogenes Cynicus.
Diogenes Laertius.
Diogenianus.
Dion Nicæus.
Dion Pruſenſis.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Alter Dionyſius, qui de herbis ſcripſit.
Dioſcorides.
Diothymus Thebanus.
Diphilus.
Dius Pythagoricus.
Donatus.
Donatianus.
Doſitheus ex libris rerum Italicarum.
Doxopater Apthonij enarrator.
Draco Corcyræus.
Durandus Theologus.
Duris Samius.

E.

Eccleſiaſticus.
Ecdorus Poeta Græcus.
Egenarthus.
Empedocles.
Ennius.
Ephorus.
Epicharmon.
Epicrates Ambraciora, Poeca comicus.
Epicurus.
Epigrammata Græca.
Epiclitus.
Epictetus Philoſophus.
Epiphanius Cyprius.
Eraſiſtratus Medicus.
Eratoſthenes.
Eriximachus.
Eſaias.
Eſdras.
Eudoxus.
Eunapius.
Eupolis Poeta Comicus.
Euphron, item Comicus.
Euripides.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſtathius interpres Homeri.
Euſtathius alter, Dionyſii interpres, ni ſi idem ſit.
Euſtochium ex epiſtola ad Marcellam.
Eutropius Hiſtoricus.
Exodi liber.
Ezechiel.

F.

Fabius Pictor, antiquus Hiſtoricus
Fauſtus Forliuienſis Poeta.
Feneſtella.
Feſtus, aut, vt alij vocant, Sextus Pompeius.
Firmicus Maternus Aſtrologus.
Flaccus Tibullus, antiquus Poeta Comicus.
Flauius Vopiſcus.
Florentinus, rei ruſticæ ſcriptor.
Floridus Sabinus.
Fortunatianus.
Franciſcus Barbarus.
Franciſcus Grapaldus.
Fulgentius.
Fulgoſius.

G.

Gabriel Biel Theologus.
Galenus.
Gallienus Imperator ex Epithalamio.
Gariopontus Medicus.
Garnerius, ſiue Guarnerius Medicus.
Geneſis Liber.
Gentilis Fulgineus Medicus.
Gloſa ordin. Bibliorum.
Gorgias Leontinus.
Gorrhæus Pariſienſis Medicus.
Granius.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
D. Gregorius, vnus ex quatuor Doctoribus.
Gregorius Gyraldus, vide infrà Lilius.
Guido Bonatus Aſtrologus.
Gulielmus Blanchus.
Gulielmus Pariſienſis.

H

Haly, Abbas Medicus.
Haly Abenragel Aſtrologus.
Halmicar rei ruſticæ ſcriptor.
Harmenopolus.
Harpocration.
Hecaton.
Hegeſander.
Hellanicus.
Heliodorus.
Hephæſtion.
Heraclides Ponticus.
Heraclitus Metapontinus.
Hermes Triſmegiſtus.
Hermia Platonis interpres.
Hermippus.
Hermogenes.
Hermolaus Barbarus.
Herocles.
Herodianus.
Herodicus Cratetius.
Herodotus.
Herophilus Medicus.
Heſiana ex libris rerum Libycarum.
Heſiodus.
Heſiodi ipſius interpres.
Heſter liber.
Heſychius.
Hieremias.
D. Hieronymus.
Hieronymus Rhodius.
Hieronymus Zanetinus.
Hieronymus alius antiquiſs. ſcriptor.
Hieronymus Cardanus.



TABVLA.

Hippaſus Metapontinus.
Hippias Sophiſta.
Hippocrates Medicus.
Hiſpanus quiſpiam innominatus.
Homerus.
Homeri interpres.
Horatianus medicus, vide Octauius.
Horatius.
Hugo à Sancto Victore Theologus.
Hyginus.
Hyperides orator.

I

Iacobus Forliuienſis medicus.
Iacobus Purlillarum Comes.
Iacobus Sprenger.
Iacobus Voragineus Theologus.
Iamblycus.
Ianus Cornarius.
Ianus Parrhaſius.
Ibycus.
Ieſus filius Syrach.
D. Ignatius.
D. Ioannes Apoſtolus.
Ioannes Balæus Sudoluocas.
Ioannes Damaſcenus Theologus.
Iannes Gerſon.
Ioannes Grammaticus cognomento Tzetzes.
Ioannes Grieſch Theologus.
Ioannes Haresbarienſis.
Ioannes Meſues Medicus.
Ioannes Secundus Poeta Epigrammatographus.
Ioannes presbiter.
Iſabella Malateſta.
Iſis Aegypti regina.
Iſota Nouarole Veronenſis.
Iſtrina Scytarum regina.
Ioannes Textor.
Ioannitius Medicus.
Iob Liber.
Ioſephus.
Iouianus Pontanus.
Irenæus.
Iſaac Medicus.
Iſaacius Tzetzes, Lycophronis interpres.
Iſocrates.
Iſychius Hieroſolymitanus.
Iuba rex Mauritaniæ.
Iudicum Liber.
Iulianus Aurelius.
Iulius Cæſar.
Iulius Capitolinus.
Iulius Frontinus.
Iulius Florus.
Iulius Martiannus Rota.
Iulius Pollux.
Iunius Romanus.
Iuncus.
Iuſtinus Hiſtoricus.
Iuſtinus Philoſophus & Martyr.
Iuuenalis.
Iuuencus.

L

Lactantius Theologus.
Lactantius Cælius, Statij interpres.
Lelius Poeta antiquus.
Lais medica.
Lampridius.
Latinus Pacatus.
Laurentius Valla.
Lazarus Bayſius.
Leo Papa.
Leon Philoſophus.
Leonides Græcus Epigrammatographus.
Leontius, rei ruſt. ſcriptor.
Leuitici liber.
Leuctricus.
Libanius Sophiſta Antiochenus.
Laura, Nicolai Throni vxor.
Laura altera, Brixiana.
Learchis.
Leontium Epicuri amica.
Leoparda.
Libyſſa.
Liciniæ duæ.
Licinius Mutianus.
Lilius Gregorius Gyraldus.
Liuius.
Lucrus, Poeta antiquus.
Lucanus.
D. Lucas.
Lucianus.
Lucillius, Poeta antiquus.
Lucius Afranius.
Lucius Cincius, antiquus Hiſtoricus.
Lucius Florus.
Lucretius.
Luctarius, Statij Interpres, vide.
Lactantius.
Ludouicus Viues.
Lycophron, Poeta Græcus.
Lycophronis interpres.
Lycurgus Orator.
Lyſander Hiſtoricus.
Lyſias.
Lyſis.

M

Macrobius.
Mago Carthaginenſis, rei ruſt. ſcriptor.
Mahumetes.
Malachias propheta.
Mamertinus Panegyriſta.
Manardus Medicus.
Mantuanus Poeta, vide Baptiſta.
Marcellus Burdegalenſis Medicus.
D. Marcus.
Marcus ambiuius, rei ruſt. ſcriptor.
Marſilius Ficinus.
Martialis Conſtantinopolitanus.
Martialis Poeta Epigrammatarius.
Martianus Capella.
Martinus Magiſter, Theologus.
Marullus Conſtantinopolitanus Poeta.
D. Mattheus Apoſtolus.
mus.
Michael Sauonarola Medicus.
Michael Verinus, Florentinus.
Micheas propheta.
Mnaſeas, rei ruſt. ſcriptor.
Moſchus Siculus, Poeta.
Muſæus, Poeta antiquiſſimus.
Muſicius, Poeta Epigrammatographus.
Mattheus à Gradibus, Medicus.
Melancomius.
Menander, Poeta Græcus.
Menander alius, Rhetor.
Menæhmus Sicyonius.
Menodemus Philoſophus.
Menippus Byzantius.
Merula, vide Georgius.
Metellus Numidicus.
Metiodorus.
Michael Bizantius, qui & Apoſtolius dicitur, quē ſuprà nominauimus.
Marſine.
martha Syra.
martia Hortenſij vxor.
martia Proba Britannorum regina.
medea.
megaloſtrata.
menexene.
meneſarchis Epheſia.
mœro.
muſcæ, ſiue myriæ duæ.
muſæ nouem.
mutiæ duæ.
mycale Centaura.
myia Vbeanus filia.
myrina.
myro Byzantia.
myrtis Anthedonia.
Muſonius.
Mycyllus, Ouidij Interpres.
Myro.
Myrſilius ex Hiſtoricis paradoxis.
Myrtylus.

N

Næuius, Poeta antiquus.
Naumachias, Poeta Græcus.
Nemechius Philoſophus.
Nicander.
Nicandri interpres.
Nicephorus Hiſtoriographus.
Nicias in Arcadicis.
Nicolaus ex libris περὶ ἐθῶν.
Nicolaus Nicolus Florentinus Medicus.
Noſis Lyrica.
Nyſis poetria.
Nicolaus Leonicus Thomæus.
Nicolaus Themæus.
Nicolaus Lyranus Theologus.
Nicoſtratus Poeta Comicus.
Nonius Marcellus.
Nonius, Poeta Græcus.
Nonius.
Numerorum liber.
Nymphodorus Syracuſanus.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

# TABVLA.

O

Octauius Horatianus medicus.
Oenomaus.
Omar Aſtrologus.
Oneſicritus.
Oribaſius Sardianus Medicus.
Origines adamantius.
Oxion Thebanus.
Orpheus.
Orus apollo.
Oſias Propheta.
Oſthanes Medicus.
Ouidius.

P

Pacatus Panegyriſta.
Pacuuius Poeta Comicus.
Palæphatus.
Palladas Epigrammatographus Græcus.
periĉtione Pythagorica.
perilla.
phaennis.
phanothea.
phemonoe,promantis Apollinis filia.
philænis.
phintis,Callicratis filia,pythagorica.
phygo.
plotiana.
polla, vide Argentaria.
polydamia.
polyxo.
pompeia paulina.
pompeij Saturnini vxor.
praxila Sicyonia.
proba Falconia.
ptolemais Cirenenſis.
pudentilla Apuleij ſoror.
Sappho mitilenæa.
Palladias,rei ruſt ſcriptor.
Pancrates arcas,Poeta.
Panegyriſta Conſtantini innominatus.
Paralipomenon liber.
Parmenides Philoſophus.
Parthenius Chius,Poeta Græcus.
Patroclus.
Paula ex Epiſtola ad Marcellam.
Paolinus Nolinus.
D.Paulus.
Paulus aegineta.
Paulus aemylius.
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
Paulus Oroſius.
Paulus Silentiarius, Græcus Epigram.
Pauſanias antiquior.
Pauſanias iunior.
Paxanus,rei ruſt.ſcriptor.
Periĉtione Pitagorica.
Petrarcha.
Petronius arbiter.
D.Petrus.
Petrus Damianus.
Petrus Lombardus.
Petrus Paludenſis,Theologus.
Phalaris.
Pherecrates athenienſis,Comicus.
Philagrius Medicus.
Philæmenon,Poeta Comicus.
Philaretus Medicus.
Philelphus.
Philippus Comicus.
Philippus Beroaldus.
Philo Iudæus.
Philo Biblius, Sachoniatonis interpres.
Philochorus.
Philoſtrates.
Piloſtratus alter,Lemnius.
Philoxenus,Poeta Lyricus.
Phocylides Mileſius.
Phocion.
Phyutis filia Callicratis Pythagorica.
Peierius Valerianus
Pindarus.
Pindari Interpres.
Pittacus Mytelenæus.
Planudes.
Plato Philoſophus.
Plato alter,Poeta Comicus.
Plautus.
Plinius Senior.
Plinius Iunior.
Plinus Valerianus Medicus.
Plotinus platonicus.
plutarchus.
polemon.
politianus.
pollux.
polybius medicus antiquus.
polybius Megalopolitanus, Hiſtoricus.
polyenus.
pomponius,antiquus poeta.
pomponius Mela.
porphyrion,Horatij interpres.
porphyrius platonicus.
pontanus.
portius Latro.
portius Licinius.
poſſidonius Calamenſis.
priſcianus.
probus Aemilius.
probus Virgilij interpres.
procopius Cæſarienſis.
procrus Lycius platonicus.
propertius.
prudentius poeta ſanĉtiſſimus.
ptolemæus Aſtrologus.
publius Rutilius Lupus.
publius Sirus Mimus.
pylades interpres pauli.
pythagoras

Q

Quintilianus.
Quintilianus alter,huius auus.
Quintus Curtius.

R

Rabbi Solomon.
Rabbi Moſes Aegyptius.
Rabbi Dauid Kimbi.
Rabbi Bag.Bag.Medicus.
Raſis Medicus.
Regum liber.
Richardus à S.Victore,Theologus.
Rubertus Carozolus,Theologus.
Robertus Holkot Theologus.
Rodolphus Agricola.
Rodolphus Gualtherus.
Romuli leges.
Ruellius Medicus.
Rufus Medicus.
Ruth liber.
Rutilius Lupus.

S

Sabinus Medicus.
Saconiaton byblius.
Salomon
Selpe Medica.
Saluſtius.
Satyrus.
Saxo Grammaticus, Danorum Hiſtoricus.
Scaurus declamator.
Scotus Theologus.
Sebaſtianus Montous,Medicus.
Secundus philoſophus.
Sempronius Aſello.
Seneca philoſophus.
Seneca alter Tragediographus.
Serapio.
Serenus Sammonicus.
Serinus.
Seruius maurus, aut, vt alij vocant, Marius.
Sextus Clodius.
Sextus, aut, vt alij vocant, Feſtus pompeius.
Sibylla Erithræa.
Sidonius Apollinaris.
Sigiſmundus, lib.Gem.
Silius Baſſus.
Silius Italicus.
Sempronia.
Sentia Elea.
Sera filia Azer.
Sybillæ.
Sido ponti filia.
Soſipatra Lyda.
Sotira.
Sulpitia.
Suſanna Rufini Alexandrini ſoror.
Symmachia.
Simonides.
Simplicius.
Socion.
Simulus poeta.
Socrates Conſtantinopolitanus Hiſtoricus.
Solinus.
Solomon.
Solon.
Sophocles.
Sophonias propheta.
Soranus Epheſius medicus.
Soſipater.
Sozomenus,Hiſtoricus Eccleſiaſticus.
Soſtratus,

# TABVLA.

Soſtratus, rerum Tuſcanicarum ſcriptor.
Soſtratus alter,qui de venatione ſcripſit,niſi idem ſit.
Sotacus.
Sotira obſtetrix, eapemque Medica.
Sphærus Boſphoranus,philoſophus Stoicus.
Statius.
Statij eiuſdem Interpres.
Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Strato Lampſacenus.
Suetonius.
Suidas.
Suſarion Megarenſis, primæ Comœdiæ inuentor.
Symmachus.
Symphorianus medicus.
Syneſius Cyrenenſis.
Sineſius platonicus.
Syriſcus Papa.

T

Tatianus Syrus,Theologus.
Taurus Philoſophus Platonicus.
Telemachus Epigram.Græcus.
Terentius.
Terentianus.
Tertullianus.
Thales Mileſius.
Themiſon Medicus.
Theocritus.
Eiuſdem interpres.
Teodoricus.
Theodoricus Cyrenenſis.
Theodorus Gaza.
Theodorus alter antiquior, ex lib. Metam.
Theodorus Priſcianus,Medicus.
Theodoſianus Codex.
Theognis Megarenſis.
Theophylactus Theologus.
Theophylus Antiochenus.
Theophylus Protoſpatarius,Medicus.
Theophraſtus.
Theopompus poeta Comicus.
Theſſalns,Hippocratis filius.
Thobia liber.
D.Thomas Aquinas.
Thomas magiſter.
Thomas maurus.
Thraſeas.
Tibullus Elegiographus.
Timæus.
Timon.
Theano alia Locrenſis.
Theano alia Turia.
Theleſilla Argiua.
Themides duæ.
Themiſta vxor Leontei Lampſacciti.
Vhemiſtoclea,quã alij Theocleã vocãt.
Theognis Diodori Saturni filia.
Theone Protei filia.
Theofila Cauio Gaditano poeta adamata.
Theoſebia.
Timaris Regina.
Timoclea Thebana.
Triuultia mediolanenſis.
Trota.
Timotheus Epiſcopus.
Titinnius,antiquus Poeta.
Titus Medicus aſclepiades.
Trebellius Pollio.
Trithemius abbas.
Triphiodorus.
Turpilius,antiquus Poeta Latinus.
Tzetzes.

V.

Valerianus Imperator.
Valerius Aedituus
Valerius Flaccus.
Valerius Harpocration, de quo ſuprà.
Valerius Maximus.
Valerius alter, ſcriptor eccleſiaſticus.
Valeſcus Tarentinus Medicus.
Varro.
Varus Germinus,declamator.
Vegetius Renatus.
Velleius Paterculus.
Vertius.
Virgilius.
Vitruuius.
Vlpianus, Demoſthenes Interpres.
Volaterranus.
Vopiſcus Syracuſius.
Vunnefrigus Anglus.

X.

Xanthus Lydus.
Xenarchus.
Xenophanes.
Xenophon.
Xyſtus Pythagoricus.

Z.

Zacharias Propheta.
Zenobius.
Zenodotus.
Zenon Philoſophus.

# FINIS.

# TABVLA ALPHABETICA GENERALIS OMNIVM RERVM

In hoc Tomo de Pictonum conſuetudinibus Tractatarum.

*Quam ſequetur alia rerum & quæſtionum, hanc noſtram conſuetudinem priuatim tangentium.*

## A


*ABbas non habẽs capitulũ, debet adhibere autoritatẽ ſuperioris in alienatione rei eccleſiaſticæ, gl. 8. nu. 21 fol. 341*
*Abimelech non priùs Dauid eſurienti panes ſanctificatos dedit, quàm profeſſus eſſet à mulieribus triduo ſe continuiſſe, l. 15. n. 111. fol. 236*
*Abraham ob vxoris formam in mortis diſcrimen adductus, l. 2. nu. 14. f. 25. annis decẽ vxore ſenior, l. 6. n. 49. f. 107 ſolicitus, vt de ſãcta gẽte vxor filio duceretur, l. 7. n. 68. f. 123. iuſſus à domino ſeq vxoris monitũ, l. 11. n. 8. f. 186*
*Abſens perinde habetur, ac ſi non eſſet, glo. 8. nu. 25. fol. 341*
*Abſentis locum ſupplet iudex, glo. 8. n. 36. fol. 347.*
*Abſentia eorũ, quorũ cõſenſus reqritur, facit, vt act⁹ expediri poſſit ſine eorũ cõſenſu, gl. 8. n. 6. & multis ſeq. f. 339 Quod tamen intelligitur, cùm abſentia futura eſt diuturna, & in longinquis partibus, ib. n. 19 fo. 340. An autem tunc autoritas iudicis requiritur, ibi. n. 20. & ſeq. f. 341. An itẽ alij in eorum locũ ſint ſubrogandi, nu. 27. ibid.*
*Abſentianè an præſentia potiùs præſumatur, gl. 8. n. 20. & 2. ſeq. ibid.*
*Abſolutio excõicationis ſimplici verbo, fit, vt ipſa excõicatio, gl. 5. n. 14. f. 276*
*Abſurda fugienda, gl. 5. n. 124. f. 293*
*Abuſio maior in fœminis, quam in viris, l. 9. n. 53. fol. 138*
*Acanthus primus autor fuit nudãdi corporis in certaminibus, l. 4. n. 36. f. 92*
*Accuſatio facta de crimine facto in palatio, ſine alia declaratione finium, an valeat, gl. 7. n. 132. & ſeq. fol. 328.*
*Acedia, non accidia, pro deſidia, l. 9. nu. 25. fo. 134*
*Achaz rex annos 10. aut 11. natus, filium genuit, l. 6. nu. 37. fo. 104*
*Achilles muliebri veſte vſus, l. 3. n. 68. veſte muliebri dilanniata, clypeum & haſtam arripuit, ibi. fol. 78*
*Achili quod nomen fuerit inter virgines, ibid.*
*Achiuæ, non achiui, l. 1. n. 89. fo. 20.*
Ἀκόλαστοι *qui dicantur, l. 15. n. 63. f. 226.*
*Acquirere prohibiti per contractũ, non prohibentur acquirere ex teſtamento, gl. 5. nu. 93. fol. 288.*
Ἀκρατεῖς *qui dicantur, l. 15. n. 63. fo. 226*
*Actæon in ceruum mutatus, ꝙ Dianam nudam vidiſſet, l. 4. nu. 24. fol. 84*
*Actio quæ datur ꝓ dote putatiua, æquè priuilegiata eſt, ac quæ datur pro vera, gl. 8. n. 254. fol. 371*
*Actor ſequitur forũ rei in diſtractu, vt in cõtractu. gl. 5. n. 8. in fi. fol. 275*
*Actus attribuitur agenti nõ conſentiẽti actui, gl. 6. n. 18. f. 309. à principio inualidus ex defectu cõſenſus alterius, nõ põt validari ꝑ cõſenſum eius præſtitũ poſt mortẽ eius, q eũ actũ fecit, gl. 6. n. eo. factus à nõ domino, aut inhabili ſortitur effectũ, ſi poſteà fiat dominus, aut habilis, gl. 8. n. 99. f. 350. q venit ad eũ caſum, à quo incipere potuit, recõualeſcit, ib. neceſſarius nõ cõpræhẽditur ſub lege actũ prohibente gl. 8. num. 201. fol. 364*
*Adam plus peccauit, quam Eua, l. 1. nu. 85. f. 19. & Eua erubuerũt ſe nudos eſſe, l. 4. nu. 34. fol. 92*
*Adamiani mares & fœminæ nudi conueniebant. l. 4. n. 22 f. 84*
*Adminiſtrator quilibet poteſt libere cõtrahere ad commodum ſuæ eccleſiæ, gl. 8. num. 80. fol. 348*
*Adrianus ille ſanctus vxorem dominã vocabat, l. 5. num. 13. fol. 90*
*Adulteriũ in maribùſne, an in fœminis ſic grauius, l. 1. n. 46. fo. 10. & nu. 85. & ſeq. f. 19. & l. 9. n. 90. f. 145. an prę ſumatur ex depræhẽſione viri & mulieris formoſæ, l. 2. n. 9. f. 24. ex ſimilitudine depręhẽdi, l. 7. n. 52. f. 119. & veneficiũ proxima, l. 8. nu. 22. & 2. ſeq. f. 128. bruta quoq; animãtia deteſtantur, l. 13. n. 1. f. 200. & ſeq. graue ſcelus, l. 13. n. 26. f. 206. grauius ꝑiurio, ibi. grauius idololatria. ibi. virorũ vxores impudicas facit, l. 13. nu. 36. fol. 208. curioſitas eſt alienæ voluptatis, l. 9. num. 34. fol. 135*
*Adulterij pęna apud diuerſas gentes, l. 13. n. 6. & ſeq. vſque ad n. 24. f. 261. pœna ante leges Moſaicas, n. 6. ib.*
*Adulterorum filij patribus vultu ſimiles, l. 7. n. 51. & 52. caſtratio, l. 13. n. 7. f. 201. vxores ipſe quoq; ſæpe adulteræ, l. 9. nu. 232. f. 174. l. 13. n. 36. & ſequen. fol. 208*
*Adulteri iunctis corporibus viui incẽſi, l. 13. num. 17. fol. 204.*
*Adultera dote priuatur, l. 1. n. 45. ad fi. f. 10 & iterum gl. 8. n. 238. fol. 367*
*Adult⁹ habẽs curatorẽ, an libere poſſit donare cã mortis, ſine illius autoritate. gl. 5. n. 72. f. 285. & n. 77. f. 286. 83. f. 287. an & diſponere de rebus immobilibus, d. l. num. & f. eod.*
*Adyrmachidæ virgines nuptas regi ſtuprãdas exhibent, l. 7. nu. 62. fol. 122*
*Aeas philoſophus ter tãtũ per omne uitæ tempus cum vxore concubuit, l. 15. num. 83. fol. 230*
*aedium non eſt, quod earum cauſa paratum eſt, gl. 2. n. 30. fol. 261*
*aegroto dũ aĩa eſt, ſpes eſt, gl. 2. n. 29. ib.*
*aegyptiorũ lex, l. 1. n. 57. f. 13. opinio de elemẽtorũ ſexibus diuerſis, l. 1. n. 68. f. 16. lex à cęteris gẽtibus diuerſa, l. 10 n. 5. f. 176. viri domeſtica negotia, fœminæ extranea adminiſtrãt, ib. pœna in adulteros, l. 13. n. 7. f. 201. ſacerdotes caſtitatem inoffenſam ſeruabant, l. 15. num. 122. fo. 238*
*aegyptij ſinguli plures uxores habent, præter ſacerdotes qui vnam tantum ducunt, l. 7. n. 22. f. 111. cũ matribus, filiabus, ſororibus nuptias contrahũt, l. 7. n. 33. & 34. & ſe. f. 114. in tẽplis coitu abſtinebãt, l. 15. n. 105. f. 235.*
*aegyptiæ mulieres calciamentis nõ vtũtur, & quare, l. 10. n. 17. fo. 179.*
*aegyptiaca fabula de mẽdacio mulierũ, l. 9. num. 53. fol. 138*
*aemilius uxorẽ zelotypã incautã incautus interfecit, l. 16. n. 4. fo. 246.*
*aemylia pellicẽ viri matrimonio collocauit & libraliter dotauit, l. 13. nume. 34. fol. 208*
*aeneas formoſus, l. 2. n. 40. f. 32*
*aeolus filios & filias ſimul matrimonio iunxit, l. 7. n. 35. circa finem fol. 115*
*aequalitas amicitiæ mater, l. 5. n. 20. fo. 92. & ſeq. coniugũ in ætate ſeruãda, l. 6. n. 1. f. 97. ætatis coniugũ reſpectu finis cõſiderãda, l. 6. n. 46. fol. 106.*
*aeſchylus repræhenſus, quòd bis idem dixerit, l. 9. n. 26. fol. 134*
*aeſopi apologia de carbonario & fullone, l. 5. n. 24 f. 94. Eiuſdẽ altera apologia de vitãda potẽtiorũ ſocietate, l. 5. n. 34. f. 96. Eiuſdẽ quoq; alia apologia de canis inuidẽtia, l. 9. nu. 213. f. 170. Eiuſdẽ itẽ alia de cæteris mẽbris quæ aduerſus ventrem conſpirarunt, l. 15. nu. 32. fol. 220*
*aetas cõtrahẽdi matrimonij, et mariũ et fęminarũ, l. 6. n. 36. & n. 40. f. 104. ferẽdi ſeminis, & ei⁹ ꝓlifici, ib. eo. n. 36*
*æthiopes regẽ cõſtituebãt, q forma cęteros excelleret, l. 2. n. 44. f. 33. non ſuis ſed ſororũ filijs regnũ relinquebãt, ib. vxores ducũt matres, filias, ſorores, l. 7. n. 33. f. 114. Gramantes vxores communes habent, l. 7. n. 51. fo. 118*
*aethiopis occurſus, mortis portentum, l. 2. num. 60. fol. 38*
*aetij medici ſententia de ætate contrahendi matrimonij virorum, & fœminarum, l. 6. num. 41. fol. 105.*
*Aetiuſne, an Paulus Aegineta prior fuerit. l. 15. n. 76 fol. 229*
*Aetij locus ibid.*
*Aethneus piſcis nunquam aliam fœminam contingit, l. 13. n. 5. f. 201*
*affectionis eiuſdem eſſe quis præſumitur cuius patria eſt, l. 7. n. 17. f. 110*
*affectus animi eodem modo deponũtur, quo aſſumuntur, glo. 5. nu. 24. f. 278. Et quare, ibid. nu. 25*
*Africanus laudatus ob cultus negligentiam. l. 3. nu. 47. fo. 75*
*afri ſubdoli, l. 7 n. 15. fo. 110.*
*agamemnonis vxor impudica, l. 9. num. 122. f. 152*
*agape Elpidium in errorem duxit, l. 9. n. 31. f. 135*
*agathirſi vxoribus communibus vtuntur, l. 7. n. 53 fo. 120*
*agens nobilius patiente, l. 1. n. 96. fo. 21*
*agidis Lacedæmoniorum regis vxor impudica, l. 9. n. 165. f. 160. & l. 16. nu. 61. fo. 254*
*agnodice puella virili habitu medicinæ operam dedit, l. 3. n. 69. f. 78*
*agricola ob modicum cultum laudatus, l. 3. nu. 47 fol. 75*
*agrippina filio Neroni commixta, l. 9. n. 101. fo. 148*
*aiax Oilei filius à Pallade fulmine ictus quòd Caſſandram in eius templo vitiaſſet, l. 15. num. 109. fol. 236*
*aioth ambidexter, l. 1. n. 63. f. 14*
*albedo corporis à frigore, l. 9. nu. 247. fo. 157*
*alberti magni ſententia de ætate generationi idonea, l. 6. n. 48. fo. 106*
*alcinous Phæacum rex filiam fratris vxorem duxit, l. 7. n. 43. f. 116*
*alcippe elephantum peperit, l. 9. n. 108 fol. 143*
*alemannorum lex ne liceat duorum fratrum vel ſororũ liberos matrimonio iungere, l. 7. n. 44. f. 116*
*alexander Pyrrhi filius Olympiadem ſororem duxit vxorem, l. 7. n. 36. f. 115*
*alexander Magnus ſine vlla capillorum cura, l. 3. n. 47. vituperatus, quod peregrinis veſtibus vteretur, l. 3. nume. 57. Perſas docuit matres reuereri, earumq; nuptijs abſtinere, l. 7. n. 32. circa finem f. 114. Deum ſe non eſſe ex coitu cognouit, l. 15. n. 63 f. 226*
*alexandri magni familiares ceruicẽ eius inflexam repræſentabant, l. 16. n. 20. f. 249. hiſtoria memorabilis, l. 10. nu. 42. f. 184 ſorores lanificio deditæ, ib.*
*alexander Seuerus Imperator. Ro. veſtes ſericas raras habuit, holoſericas nunquam induit, l. 3. n. 17. f. 46. gemmas poſſidere, muliebre exiſtimabat, l. 3. n. 20 ibid. qua pœna adulteros puniuit, l. 13. n. 20. fo. 204*
*alexander Pherræus ob pellicatus ſuſpicionem, ab uxore interfectus, l. 13. n. 29. fol. 207*
*alienari prohibita extra familiam, an in fœminam nuptam alienari poſſint gl. 3 n. 7. fo. 268*
*alienare prohibitus ſimpliciter, an per teſtamentum alienare poſſit, gl. 5. n. 100. f. 289. non dicitur, qui poſſeſſionem tantum ammittit, in fine glo. 5. n. 161. f. 198. prohibitus, actiones exercere ꝓhibetur, gl. 5. n. 207. f 304*
*alienatione prohibita, pignus prohibitũ cenſetur in fauorabilibus, gl. 5. n. 109 f. 291. in fauorẽ alterius, delinquẽdo ei non præiudicat, gl. 5. n. 156 f. 298 & id quoque prohibetur ex qũo alienatio ſequi poteſt. gl. 8. n. 192. f. 363*
*Alienationis permiſſio non trahitur ad alienationem, quæ fit ex delicto, glo. 5. nu. 158. f. 298*
*Alienatio voluntaria inutilis rei legatæ, adimit legatum tacitum, non expreſſum, gl. 7. nu. 67. f. 320*
*Alienationis prohibitio non habet locum, cùm ea fit ſui aut ſuorum redimendorum cauſa, gl. 8. nume. 282. & multis ſeq. f. 373*
*Alimentum id conueniens eſt, quod aſſimulari poteſt corpori, quod nutritur, l. 5. nu. 23. f 93*
*Alijs aliæ res placent, l. 2. nu. 75. fol. 41*
*Aliæ alijs gentibus leges placent, leg. 7. nume. 19. f. 111*
*Alius & Aliàs dictiones implicatiuæ ſimilitudinis. gl. 5. num. 28. f. 279. & iterum nu. 48. f. 281*
*Aliud eſt facere, aliud facienti conſentire. gl. 5. nu. 136 fol. 295*
*Althęa ex pellicatus incentiuo proprios liberos interemit. l. 13. nu. 32. f. 207*
*Amathia pulchricoma, l. 2. nu. 37. f. 31*
*Amare & amari, iuuenilem ætatem decet. l. 6. nu 9. & multis ſeq. f. 99*
*Amantes redamamus. l. 13. n. 43. f. 210*
*Amans in alio corpore viuit, ibi nu. 46 fol. 210. amati faciem animo ſuo inſculpit. nu. 47. 211*
*Amabiles vt fiant mares fœminis. l. 1. nu. 65. fol. 15*
*amatoria pocula & alia plurima amori prouocando apta l. 14. n. 1 & multis ſeq. f. 211. nil virium habere. nu. 7. f. 213. vim furoris habere, ibid. nu. eod. 7. & paulo poſt 10*
*Amatorium valentiſſimum omniũ forma, venuſtas, & id genus cætera ſunt, ibi, num. 8. efficaciſſimum, cum vxore frequenter congredi l. 15. n. 1. fo. 214*
*Amazones cur dextram mammam exurebant. l. 1. nu. 64 fol. 14.*
*Ambidextri qui fuerint, l. 1. n. & f eo.*
*Ambidextra mulier nunquam viſa, ibi.*
*Ambroſii loc⁹ emẽdat⁹, l. 10. n. 23. f. 180*
*Ameſtris vxor Xerxis lanificio dedita. l. 10. nu. 42. f. 184*
*Amicis nil fucatum & tectum, ſed nuda & ſimplicia omnia eſſe debent. l. 4 n. 26 non fidendum in aſſeruatione vxorum. l. 16. nu. 28. f. 250*
*Amici ſecretò monendi, palàm laudandi l. 9. nu. 233. f. 175*
*Amicitia mutua inter coniuges, omniũ maximè eſt neceſſaria, l. 5. nu. 18. fol. 85. diſſimilium dura & aſpera, ib. nu. 21. f. 92. inter diſſimiles, aut omnino non coit, aut ſi coierit, non cohæret, ſed cito dirimitur. nu. 28. fol. 95. opulentiorum vel nobiliorum non ſatis tuta & firma eſt. ibi. nu. 33. f. 96 Sed & ea non innoxia eſt, ibi.*
Ἄμιτροι *vocantur virgines inuptæ. l. 3. nu 31. f. 71*
*Amor pulchritudinis deſiderium, l. 2. num. 10. per diuerſas libidines diſperſus torpeſcit l. 7. nu. 22. f. 111. fœmineus cur dicitur. l. 9. nu. 84. fol. 144. animi cura vacantis paſsio. l. 9. nume. 89. f. 145. longa abſentia langueſcit, & plerumque euaneſcit, l. 9. nu. 122. fol. 152. otioſorum occupatio. l. 9. nu. 174 fol. 162. ocioſus dictus. ibi. affectus animæ otioſę, ibi. non alio precio, quàm ſeipſo emitur. l. 13. num. 44. fol. 210. carminibus & poculis an conciliari poſſit. l. 14 nu. 1. 2. & multis ſeq.* σιμελὴς *dictus l. 15. numẽ. 44. f. 222. ignis eſt. l. 15. nu. 58. f 245. flamma, ib. feruidus, ibi flagrans, ib. vrere dicitur. l 15. n. 59. f. eo torrere dicitur, ib.*
*Amoris & libidinis tædium quibuſdam rebus fieri, l. 15 nu. 93. & ſeq. fo. 233*
*Amorem ſedat fames. vel laqueus. leg. 16. nu. 48. f. 253*
*Ammonius ſe nudum conſpici puduit, l. 4. nu. 35. fol 92*
*Amphiaraus temere vxori latebras ſuas detexit. l. 12. nu. 2. f. 97*
*Amphionis & Zethi fratrum diſſimilitudo. l. 5. nu. 28 f. 95*
*Anacharſis vxorem deformem duxit, l. 2. nu. 27. f. 28*
*Ademada l. 3. Anadeſma ſiue. nu. 27. fol. 49*
Ἀναδέω, *ibid.*
Ἀναδέσμη, *ibid.*
Ἀνάδετος, *ibid.*
*anaitidis deæ ſtatua ſolido auro conflata, à M. Antonio compilata, l. 7. nu. 60 fo. 121*
*alexandrides ſolus Lacedæmoniorum duas ſimul vxores habuit. l. 7. nu. 27. fol. 113*
*anaxarcho nudæ puellæ miniſtrabant, l. 4. n. 31. f. 85*
*anaximander Mileſius infinitatem naturæ omnium rerum eſſe principum, & in eandem omnia reſolui dicit, gl. 5. nu. 20. fo. 277*
*anaximenes Mileſius aerem rerum omnium principum, & in eum quoq; omnia reſolui dicit, ibi. nu. & fol. eod.*
*ancillam noſtram nõ eſſe in vxorem ducendam l. 8 nu. 2 f. 124.*
*ancilla à domina deſponſata, ab eo diuertit, l. 8. n. 2. f. 124. ob zelotipiam interempta à domina, l. 13. n. 28. circa finem f. 207*
*ancillæ negotia domeſtica committenda ſi vxor deſit, l. 10. n. 9 fo. 177*
*ancillarum Smyrnæorum prudens cõſilium l. 15 nu. 26 f. 219*
*Andromache vxor Hectoris lanæ dedita l. 10. nu. 40. & 41. f. 183*
*Andronitis virorum habitaculum. leg. 10. nu. 22 f. 180*
*Anilis ſuperſtitio. l. 9. nu. 30. f. 135*

*aniles fabulæ,l.12.n.17.f. 200*

*animalia plurima cum fœminis coitura, ſeceſſum petunt,l.15. nu.160 f.244.*

*anima ſanguis quibuſdam dicitur, l. 15. n.17.f.217.non ex traduce eſt, l. 7. n.2.f.107.et iterũ l.15.n.153.f.243*

*animi liberorum aliquid à parẽtibus accipiunt,ib.in vtroq; loco: vires corporis viribus præpollent,l.1.n.51.f.11 muliebres,l.1.nu. o f.20.viriles,ib. 92.mares.ibi.f.& num.eod.*

*animus ex animo aliquid capit,l.15.nu. 153.f.243*

*antecedenti deſtructo,deſtruitur conſequens,gl.5.n.194 f. 302*

*antenoris Cephalenij egregium facinus l.3.n.70.fo.79*

*Anteros Cupidinis nomen,l.13.nu.44. in fine 210*

*antidoralis obligatio non impedit repetitionem indebiti,niſi id ſolutum fuerit,quod priùs datum fuerat,gl.5.nu. 56 fo.282*

*anthiſtenes repræhẽſus, à Socrate quod attritis veſtibus vteretur,l.3.nume. 56.fol. 77*

*antonius Caracalla Imperator exarſit in libidinem,denudato corpore nouercæ,l.4 nu.13. fo.82*

*antoninus Philoſophus,Imperator ſanctiſſimus conſobrinam ſuam duxit vxorem,l.7.nu.44 fol.116*

*antonin⁹ idẽ vxoris adulteria diſſimulauit,l.8.n.14.Eiuſdẽ laudes,ib.f. 127*

*antoninus Verus Imperator, ab vxore ob zelotypiam interſectus, l.13. nu. 29.fol.207*

*anus cum iuuene matrimonium improbatum,l.6.n.33.f. 104. ornata deridetur,l.3.n.11.& ſeq.fo.44.garrulę, l.12.n.17.fol.200*

*apes omnium formoſiſſimas in reges deligunt,l.2.n 44.fo.33. non niſi à caſtis tractandas,l 15.n.125.f.239*

*aphrodite cur venus dicta, l.9. nume. 168.f.160.& 4.ſeq.& iterum l. 15. num.23.f.218*

*apio quare nutricib. interdicatur, l. 15. n.140.f. 241*

*apollo* Α'κερσεκόμης *Intonſus,Cæſariatus Crinitus,Comoſus,dictus,l.2.n.35. f. 29.formoſus,l.2.n.40.fo.32*

*apollinis Pythij ſacerdotes Veneris expertes,l.15.n.121.fo. 238*

*appellationi expreſsè renuncians videtur fateri malam ſe cauſam habere: nõ etiam tacite,gl.7.nu.70.fol.320.*

*appellanti ab interlocutoria an ſatis ſit exprimere cauſas per verba generalia, gl.7.nu.120.fol.327.an autem, quæ mentaliter neceßario compræhenduntur,n.162.f.332.& ſeq. An per relationem ad acta, aut aliud quippiam,ibi.n.190.& ſeq.f.336*

*appellãs an dẽat exprimere cãs grauaminis notorij,gl.7.n.191.ijſdẽ ĩ locis*

*appelles hæreſiarcha Philomenam ſuarum doctrinarum comitem habuit, l.9.n. 31.fo.135*

*aquæ furtiuæ dulciores,l.2.n.67.fol.39*

*aquilæ columbam non generant, ex Horatio,l.7.n.4. fol.108*

*aquilij Iuriſcõſulti ſanctiſſimum iudiciũ contra meretricẽ,gl.5.n.103.f. 290*

*arabes vxores emunt,l.4.n.9.f.81.molles,l.7.n.18.f.111.dicti, tanquam vitę nocumentum ibid.*

*arabum mulieres vno tantùm oculo libero incedebant,l.4.n. 20.f.83.pœna in adulteros,l.13.n.6.fo.201*

*arabibus omnibus conſanguineis vna uxor erat, l.7.n.30 f.113.cum matre coire,non cenſetur impium cum alterius ſanguinis fœmina coire,adulterium eſt,ib.eo. n.& fo.*

*arabas vxores communes habent, l.7. n.53 fo. 120*

*arbitrum quem eße non poße, ex iuris apicibus eſt,gl.5.nu.171.fol. 300*

*arbores ſexu diſtingui, l. 1. nu. 65. & ſeq.mares plus virium habere, quàm fęminas,ibi.& ſeq fol.14.quę citò naſcuntur, creſcnnt, perficiuntur, vitæ ſunt breuioris, & e diuerſo,l 6.n.38. fol. 105.mares breuiores, fortiores, difficiliores: fœminę proceriores,molliores,faciliores,l.9.nu.146.fo. 157. cito aut nimium ſeminis producẽtes, citò deficiũt,l.15.n.52.f.224. & herbæ caſtos cultores cupiunt, l. 15. nu. 126.fol.239.*

*arborum fœminarum fructus melior, l. 1.num.66.16.*

*arbor arbori diſſimili non inſeritur, l.5. n.24.f.94.mala bonos fructus facere non poteſt,nec bona malos, l.7.n. 4.f.108.*

*arcens Siculus à forma commendatus, l.2.nu.40.32*

*archelaus vxorem duxit fratris viduam,l.7.n.50.118*

*archidamus rex ab Ephoris mulctatus, quòd vxorem puſillam duxiſſet, l.2. n.73.fol.41*

*archontici hæreſiarchæ mulieres eſſe opus Satanæ dicebãt,l.9.n.222.f.172*

*ardere pro vehementer amare, l.15.n. 60.225*

*arete vxor Alcinoi regis lanificio dedita,l.10.nu 40.f.183*

*argiuorum mos in celebrandis quibuſdã ſacris,l.3.n.66.f.78*

*argiuarum mulierum taciturnitas & ſilentium,l.12.n.7.fol.198*

*argumentum à perſona l 7.n.6.f.108.à genere,ib.à natione,l.7. n.19.f. 111 à ſtricta ſignificatione ad latam,glo. 5.nume. 26.278.à correlatiuis, glo. 5.nume.108.290. à contractibus ad iudicia. ibid. 108. & ea. gloſ.nume. 215.f.305. à contrario ſenſu nõ facit expreſſum etiam generaliter,gl.7.n. 175.fo.334.à iudicijs ad contractus, gl.5.n.210.f.364. à toto ad partem non valet,ſi ſit diuerſa ratio,gl.5.n. 215.f.305.ab æquiparatis ſimiliter, ib.à contractibus ad delicta,ibi.à milite armatæ militiæ ad cœleſtem,ibid. ab alimentis ad piam cauſam, ibid.à communiter accidẽtibus, valet,gl.8. n.30.f.342.de tanquam,quando non habet locum gl.8.n.99.fo.350*

*ariadne ob pellicatus ſuſpicionem proprios filios ĩteremit l.13.n. 32.f.207*

*arietes duobus menſibus à coitu reuocãtur,& quare l.15.n.67.fo.227*

*arigæus Lacedęmonius de vxoribus aliorum nil temere dicendum dicebat l. 10.n.11.177*

*arimphæorum fœminæ comam amputabant,vt mares l.1.n.21.f.4.*

*ariſto iuriſconſultus ex cultus negligentia laudatus l. 3.n.47.f.75*

*ariſtocleæ hiſtoria,quæ Ioui nuda ſacrificauit l.4.n.14.f.82*

*ariſtotelis familiares eius balbutiem referebant l.16.n. 20 fo.249. de ætate contrahendi matrimonij ſententia l. 6.n.45.f.105.*

*ariſtoxeni de iuuenum venere ſententia l.6.a.50.107*

*arrhius hæreſiarcha vt orbem deciperet,ſororem principis antè decep it l 9.n.31.f.135*

*armenij filias ſuas Anaitidi dedicant quæ ibi proſtrata pudicitia poſtea viris traduntur. l.7.n.60.f.121*

*armeniorum pœna in adulteros l.13. n. 10.f.202*

*arnobij locus emendatus l.15. num.92. fol.232*

*aromatiferæ regionis pęna in adulteros l.13.n.6.f.201*

*arſinoe conſuetudinem Venereã habuit cum Demetrio genero l.9.n.104.fol. 148.altera Lyſimachi nxor Agathoclem priuignũ de ſtupro appellauit l. 9.num.103 fo.eod.*

*artaxerxes filias vxores duxit l.7. nu. 32.114*

*aſinus aſino pulcherrimus eße videtur. l.5.n.21.in fi.f.93*

*aſiatici luxurioſi.l.7. n.15.fo.110*

*aſiaticis vxores dominantur l. 7. n.67. fol.123*

*aſoti vxoribus communibus vtuntur l. 7.n.53.120*

*aſpaſia Cyri vxor ab omni ornatu aliena l.3.n.9.f.441.quædam alia Periclis magiſtra.l.11.n. 29. f.188*

*aſpis aſpidem morſu non perimit, l.5.n. 23.fo.93*

*aſſyrij nubiles virgines vendebãt ad matrimoniũ l.4.n.9.f.81. vxores ducũt matres,filias,ſorores,l.7.n.32.f.113 ijdem qui & Syri.l.13.n.2.fo. 200.*

*aſſyriorum proceres ſimulacrum Solis ſub Iouis nomine vehebant longi temporis cactimonia puri l. 15.num. 114.fol.236*

*aſtarte dea quæ ſit l.15.n.30.fo.219*

*aſteropæus ambidexter l.1.n. 64.fo. 14*

*aſtronomorum ſententia de ſapientum dominatione l.1.n. 50.f.11*

*aſtrorum vi ad ornamenta corporis propenſi l.3.n.50.fo.76.vi vxores iuuenes aut anus ducim⁹ l.6.n.6.f.98. vi quædã mulieres libentius miſcẽtur ſenibus, q̃ iuuenibus l.6.n.31.f.103.vi mulieres ſenes maritos aut e diuerſo ſortiuntur,l.6.nu.35.f.104.vis mœchos & mœchas facit,ſi Aſtronomis credimus,l.13.nu.39.fo.209. vi non nulli in media Venere mortem obeũt l.15.nu.28.f.219. vi zelotypiæ dediti.l.16.nu.3.f.246*

*aſtur formoſus,l.2.nu.40.f.32.*

*aſtianaßa libros ſcripſit de formis & figuris concubitum,l.9.nu.97.fol.147*

*ataulphus Gothorum rex, vxoris ſuaſu ab eucrſione Romæ abſtinuit,l.11.nume.12.f.186*

*athenæi,locus,l.15.nu.92.f.232*

*athenienſium legibus non licebat fœminis paſſim commercari, l.1.nu.72.f. 17.ex qua orbę eis,qui erant genere proximi,nubebant,l.7. nu.37.in fine fol.115.mulieres publicis conſultationib.adhibebantur,l.11.nu.21.f.187 pęna in adulteros,l.13.n.9.f.202.nocturna ſacra ſublata,l.16.nume. 44. fol.253*

*athenienſes aliquando duas vxores ex lege habuerunt,l.7.n.23.fol.112.ante Cecropis leges vxoribus promiſcuè vtebantur,ibi.*

*athenienſibus an licuerit ſorores in vxores ducere,l.7.nu.37. fo.115*

*athletas Venere abſtinere, vt robur ſuum conſeruent,l.15.nu.26.218*

*auartia & luxuria an ſimul coire poſſint,l.9.nu.141.f.156.& iterum nu. 156.& ſeq.f.158.omnium malorum arx & radix, ibi nu. eod.*

*audacia meretricum propria,l.9. nume. 161.fo. 159*

*auentinus formoſus,l.2.n. 40. fol.32*

*augylarum mos in ducendis vxoribus, l.7.nu.56.fol.120*

*auguſtinus librum quempiam pluris emit,quàm iudicaretur.leg.9.nu. 11. fol.131*

*auguſtus pumilos & diſtortos, & cæteros id genus vt ludibria naturæ maliq; ominis abhorrebat,l.2.num. 60. fol.38*

*auguſtus Tiberium & Liuiam, quos primos hæredes inſtituit, nomen ſuum ferre iuſſit,l.5.n.27.f.94. filias & neptes cœtu extraneorum probibuit, l. 10.n.11.f. 177. ipſe Lucio Tucinio claro iuueni ſcripſit, parum modeſtè eum feciſſe,quòd filiam ſuam Baias ſalutatum veniſſet,ibi.in fine.vxoris conſilio vſus eſt,l.11.n.1.circa fin.fo. 185.cur adulteria exercebat,l.12.n. 16.fol.200*

*auguſti vxor,filiæ,& neptes lanificio ſe exercebant,l.10.nu.44. fol.184*

*augylarum fœminæ,nocte qua nubunt, omnium ſtupro patẽt,l.7.n.56.f.120*

*auicennæ locus,l.15.n.78*

*aulus Gellius, nonnullis Augellius dictus,l.1.n.31.fol.6*

*aurelianus Imperator veſtem holoſericam ne in veſtiario quidem habuit,l. 3.n.17.f.46.quam pœnam adultero impoſuit,l. 13.n.17. f.204*

*aureum pro pulchro,l.2.n.36.f.30*

*aurora roſeis digitis,l.2.num.37.fol.31*

*aurora puella Tithonum ſenem amauit, l.6.n.30.f.103*

*auſes vxores habent communes, l. 7.n. 53. fol.120*

*auth. ſacramenta puberum, an habeat locum in diſtractu, liberatione,renunciatione,gl.5.n.7.f.275.An in donatione,gl.5.n.49.f.281. An in fideiuſſione gl.5.n. 104.f.290.An in quaſi contractibus,gl.5.n.127.f.294. Et conſequenter;an in iudicijs, gl.5.nu. 208. fol.304*

*autoritatem pręſtans actui, non dicitur illum facere,ſed imperfectum perficere,gl.5.n.88. f.227. præſtare non poteſt,qui ipſe ea indiget, gl.8.n. 48. fol.344*

*autoritas ex cultu viris, accidit, l.3.nu. 52.f.76.ipſo actu præſtatur,gl.6.nu. 2.f.307.pro conſenſu ex ſubiecta materia accipitur,gl.6.n.6.ibidem.interpoſita vice confirmationis,vel approbationis,poteſt ſequi actum,gl.6.n.9 f.308.quę in actu interponi debuit,ſi poſtea interponatur partibus præſentibus & conſentientibus facit vt actus ex pręſenti valeat, non ex pręterito,gl 6.nume.10.& 11.ibid.poſt actum præſtari poteſt, ſi is vtilis ſit ei,cui pręſtare debuit,ibid.n.12.an de æquitate Can. ſequi põt,ibi.n.13.pręſtita in ratificatione actus geſti à procuratore ſine authoritate, facit vt actus valeat, nume.14.ijſdem in locis. Quid ſi interponatur in ratificatione per ipſummet,qui confecit. nu.15.fo. 309.propriè ſumpta,non poteſt interponi per procuratorem,l.6.n.23.fol. 310.an verbis exprimi debeat, gl.7. n.1.& 2.f.312.Sed an verbo autoritatis nuncupatim utendum ſit, ibi.n. 3.& f.313.n.4. tutoris vel alterius, an à muto præſtari poſſit nutu. l. 7.n. 16.f.314.an tacitè in actibus tacitis pręſtari poſſit,ib.n.20.& 2.ſeq.ab eo pręſtita videtur ei,pro quo fideiubet, n.25.f. 315. à principe poteſt tacite interponi,licèt non ab inferiore, glo. 7.n.38. f.317*

*axiothea phyſia auditoriũ Platonis virili habitu frequentabat,l.3. nu. 69. fol.78*

*B*

*BAbylonij virgines nubiles in matrimonium vendebant.l.4.num.9. fol.81*

*Babyloniorum vxores cum hoſpitibus paſſim ſtupro coeunt,l.7.n.61.f.122*

*Babylon purpurata meretrix,ib.*

*Babylon Roma dicta,ibi.*

*Bacchanalibus decem dierum caſtimonia opus erat,l.15.n.115. f. 237*

*Bacchanalia ſublata,& quare,l.16.nu. 43.f.253*

*Bacchi ſacra caſtè fieri oportebat, l.15. num.237*

*Bacchus Sabazi⁹ dictus,l.16.n.43.f.253*

*Bacchus Mænalan dictus,l.3.n.70.f.76*

*Bacchus muliebri habitu ornatus,ib.*

*Bactris vxores dominantur,l.7.nu.67. fo.123*

*Baleni quæ propriè dicantur, l. 1. num. 65.fo.15*

*Baldus Nouellus excellentiſſimus doctor,l.2.n.9.f.24.in fine nu.*

*Balearum inſularum vxores amicis ac domeſticis ſecundum ætatem primùm coeunt,vltimus locus ſponſo datur, l. 7.n.59.f.121*

*Bannitum ex ſtatuto occidere,peccatum eſt,l.9.n.4.f.130*

*Bannitus non amplius eſſe cenſetur,verbaliter tantùm à banno liberatus,gl. 2.nu.3.f.256. non eße cenſetur, qui ſtatim rebanniendus,id eſt,à banno reuocandus eſt,ibid. ſtatuto prohibitus agere,poteſt tamen nomine procuratorio alterius agere,gl.5.nume.173. fo.300*

*Banniti patris filius poteſt exigere dotem ſine conſenſu illius,gl. 8. nume. 35. f.342*

*Banniti patris filius poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu illius,ibid.*

*Banniti conſanguinei conſenſus non eſt neceſſarius ex ſtatuto requirente cõſenſum conſanguineorum in contractibus mulierum,ib.n. 36.filij præſentia non eſt neceſſaria in teſtamento matris,quæ alias requiritur ex ſtatuto, ibid.n.37*

*Bannitus non cenſetur eſſe in rerum natura ibi.conſentire poteſt,in alienatione feudi.n.39.343. iura ſua non amittit,ibi.nu.40*

*Baptizatus & mox baptizãdus eodem priuilegio vtuntur, gl.2.n.9. f.257*

*Barbari veſtitu muliebri delectantur,l. 3.nu.64.f.77*

*Barbarorum eſſe, parentum & filiorũ, fratrum & ſororum concubitum, l. 7.n.49.f.117*

*Barbaris vxores famularum loco ſunt, l.8.n.9.125*

*Bartolus an ſcripſerit in tres libros C. & quos,l.1.n.35. & ſeq. f.l.7. ſæpe cum mercatoribus conſilia ſua cõmunicauit,l.11.n.5.f.185*

Βαρὺ *quid ſit,l.3.n.17.f.46*

*Baſilica ſtatim conſecranda, pro conſecrata habetur,gl.2.n.9. f.257*

*Baſiliæd hæreſis de communitate mulierum,l.7.n.51.f.118*

*Batalus omniũ primus muliebribus ſandalijs in ſcenam prodijt l.3.n.64.f.77* Βαταλίζεσθαι, *ibidem.*

*Beneficium eccleſiaſticum non perdit cõtrahens ſola ſponſalia,gl.2.nu. 18. fo.259. impetrans debet in indiuiduo nominare aliud beneficium quod obtinet,gl.7.n.114 f 326*

*Bene olere nil olere eſt,l.3.nu. 10.f. 44*

*Bella virorum propria non fœminarum l.1.nu.62.f.14.*

*Bertrandus Forrerius in Venere expirauit,l.15.n.27.f.219*

*Beronice virum repudiauit ob immodicum eius concubitũ,l.15.n.1.fo.214*

Berſabee Dauid maritum ſuum dominum vocabat, l. 1. n. 14. f. 3
Berſabee forma Vriæ priori viro exitio fuit, l. 2. n. 14. f. 25
Beſtiæ quoque pulchritudinem amant, l. 2. n. 11. f. 24
Beſtia ex beſtia generatur. l. 7. num. 7. fol. 108
Beta cito naſcitur. & citò perit, l. 6. nu. 37. f. 105
Biantis dictum memorabile, l. 2. nu. 7. fo. 23
Bibiennus Carbonem in adulterio deprehenſum caſtrauit, l. 13. n. 7. f. 201
Bibliorum locus de caſtimonia ſacerdotum. l. 15. n. 118 f. 237
Bigamus eſt qui vxorem corruptam ducit, l. 1. n. 45. fol. 10
Bigamia contrahitur ex matrimonio putatiuo, vt ex vero, gl. 8. n. 269. f. 372
Bilis caliditatis argumentum, l. 9. num. 147 f. 157
Billia vxor Duillij putabat virorum omnium vt ſui mariti, os malè olere, l. 4. num. 1. f. 79
Bis idem dicere licere, dubitationis tollendæ gratia, l. 9. n. 26. f. 134
Blanditijs in corrigendis vxoribus minæ, ſi opus ſit, regaliter addendæ, l. 9. n. 234. f. 175
Boetiorum mos. l. 1. n. 32. f. 7
Boiariorũ pœna in adulteros, l. 13. n. 24
Bombyces ſericarij l. 3. n. 18. f. 46
Bombycina veſtis quid, ibi.
Bonum omnia appetunt, l. 2. nume. 45. fol. 33
Bona dea nunquam extra domum egreſſa, l. 10. n. 26. f. 180
Bonæ deæ templum non licebat maribus ingredi, ibi. ſacris picturæ etiam animalium maſculorum tegebantur, ibi ſacris mulieres rebus Venereis abſtinebant, nec ſolum viros, ſed quicquid maſculum erat, domo exigebãt. l. 15. nu. 116. fo. 237
Bono viro non licet in contractibus decipere etiam intra dimidiam iuſti prętij, l. 9. n. 7. f. 130. & n. 11. f. 131
Bona mulier facit bonum virum. l. 11. nu. 19. f. 187. pulchra eſſe, mala turpia. ex Laertio l. 2. nu 46 f 34
Bonum & vtile fieri non debet, niſi eo modo, quo fieri debet. gl. 8. nume. 60. fo. 345
Bononienſium pœna in adulteros, l. 13. nu. 23. fo. 205
Bos boui pulcherrimus eſſe videtur, l. 5. nu. 21. fo. 93
Boues execti maiora cornua habent, l. 15. num. 35. fo. 220
Bragmanes uxoribus communibus utuntur, l. 7. nu. 53 fo. 120
Brenni Senonum regis regium & arrogans reſponſum ad Romanos, l. 1. nu. 47. fo. 10
Britanni ſe glaſto inficiunt, l. 3. num. 11. fo. 45.
Britannis pluribus vna vxor eſt, l. 7. n. 30. f. 113. matrimoniũ eſt inter parẽtes, & liberos, fratres & ſorores, ib.
Britanni vxores communes habent, ib. & iterum n. 53. f. 120
Bruechilis prudens & ſanctum conſilium, l. 11. n. 16. fol. 187
Bruta ita viuunt vt mares fœminis prę ſint, l. 1. n. 9. fol. 2
Bruta animalia parentum coitum deteſtantur, l. 7 nu. 47. f. 117. poſt conceptũ non admittunt coitũ, præter pauca, l. 9. n. 85. f. 144. plurima neſciunt adulteria, & ea deteſtantur, l. 13. n. 1. & ſeq. fol. 200
Bulgarus deriſus, quod vetulam deſponſaſſet, l. 6. n. 5. fo. 98
Buxus tardè & paulatim creſcit, ſed diutiſſimè viuit, l. 6. numero 37. folio 105
Byblis Caunum fratrem deperijt, l. 9. n. 102. fol. 148
Byſalitia libidinis cauſa patrem interemit, l. 9. nu. 114. fo. 150

C

Cadauera virorum ſupina, fœminarum prona fluitant, l. 4. nu. 23 fo. 84
Cabadis Perſarum Regis lex de vxorum communitate, l. 7. nume. 51. folio 118.
Caduceum violari dicitur, cum vetito tempore coniuges coeunt, l. 15. nu. 115. f. 237
Cadurcorum pœna in adulteros, l. 13. nu. 14. f. 205
Cæcus ſi cæcum ducat, ambo in foueam cadunt gl. 8. n. 43. fo. 343
Cæleſtia corpora neceſſitatem non imponunt, ſed inclinationem, l. 9. nu. 5 fol. 125
Cæneus ex fœmina in marem mutatus, l. 1. numero. 100. & ſequen. fo. 21
Cæſar adulterum capitali pœna affecit, l. 13. num. 7. moriens prouidit, vt honeſtè caderet, l. 4 nu. 34. f. 92
Cæſaris lex, vt vxores quas & quot qs vellet, ducere liceret, l. 7. n. 24. f. 112 vxor Pompeia impudica, l 9. nume. 122. f. 152
Cæſii oculi quid ſignificent, l. 2. nu. 35. fol. 30
caiæ Turatiæ Veſtali ius dicendi teſtimonij datum. l. 9. n. 77. f. 142. cæciliæ ſtatua, l. 10. num. 38. f. 183
cain & Abel fratrum diſſimilitudo. l. 5. num. 28. f. 95
calecorum fœminæ domeſtica negotia adminiſtrant, l. 10. n. 5. f. 176
calæcij ſunt. quos nunc Portugalenſes, olim Luſitanos vocabant, ibid.
caligula Imperator amatorio in furorẽ verſus, l. 14 n. 9. f. 213. reprahenſus, quod ſocculos è mangaritis induebat, quodq; veſtibus muliebribus vteretur, l. 3. n. 63. fol. 77
calidiora calidioribus alimentis indigẽt, l. 5. n. 23. fol. 93
calipatera habitu pugilis in certamen deſcendit, l. 4. n. 37. f. 87
callirhoe patrem prodidit libidinis cauſa, l. 9. n. 114. f. 150.
Καλλιστεῖα certamen formæ muliebris apud Lesbios, l. 2. n. 49. fol. 35
Καλλιστεύουσα, quæ in eo certamine formoſiſſima dicebatur, ibi.
Καλλιστεῖον præmium formoſiſſimæ, ibid.
calor libidinoſos efficit, l. 9. n. 150. f. 157
caluitium ex Venere, l. 15 nume. 34. folio 220.
calypſo pulchricoma, l. 2. n. 37. f. 31. texens reperta, l. 10. n. 40. f. 183
cambyſis lex de vxoribus ducendis, l. 7. n. 33. f. 114
cameli matres nunquã ſuperueniunt, l. 7. n. 47. & ſeq. f. 117. dum coeunt, ſolitudines petunt, l. 15. n. 160. f. 244
camelus curatorem ſuum, quod matri opertę cum admiſiſſet, re cognita, morſu interemit, l. 7. n. 47. f. 117. fœminam grauidam non tangit, l. 9. nu. 85 fo. 144
cammę forma Sinato marito fuit exitio, l. 2. n. 14. f. 35
camœnæ cur Muſæ dictæ ſint, l. 15. n. 62 226
canadis regis Perſarum lex de communitate mulierum, l. 7. n. 53. in fine folij f. 120
canarię herbæ vis, l. 9. n. 213. f. 170
canarij non priùs vxores accipiunt, quã à rege defloreantur, l. 7. n. 62. f. 122
canities moroſa, l. 6. n. 24 f. 102. ſordida & turpis n. 26. f. 103
canis cani pulcherrimus eſſe videtur, l. 5. n. 21. animal inuidum, l. 9. n. 213. f. 170. in athenienſium arcem non admittitur, & quare, l. 15. nume. 159. fol. 244. Delum inſulam non attingit, & quare. ibid.
canum nomine vocantur impudentes. l. 9. n. 183. f. 163
canes obſcœni, l. 15. n. 159. f. 244. immũdi, ib. impudentiſſimi, ibid.
cantabri poſt vxoris partum in lectum recubant, ac ſi peperiſſent, vxoribus illis miniſtrantibus, l. 7. nume. 63. folio 122
cantharus animal ſine fœmina, l. 1. nume. 57. 13
canulia à fratre impregnata, l. 9. nume. 102. 148
cap. quanquam de vſuris, lib. 7. habet locum in codicillis, gl. 5. num. 157. 242
capra abſtinebant ſacerdotes Romani, l. 15. n. 123. 238
capri matres ſuperuenniunt, l. 7. nu. 48. 117. & iterum, l. 15. n. 6. vt ſunt immodicæ libidinis, ita ſunt breuioris vitæ. d. n. 6. 215.
capti in bello fiunt ſerui capientium, l. 1. n. 48. 11.
captiuitatis redemptionis cauſa multa ſpecialia contra leges & ſtatuta, gl. 8. num. 282. 373
& multis ſeq. Statutum enim prohibens contrahere, non trahitur ad contractum qui in eam cauſam fit. ibid. Res dotalis in eam cauſam alienari poteſt, ibid. Et res eccleſiaſticæ & ſacrę, ibidem. Et valet donatio vltra quingen-
quingentos aureos, ſine inſinuatione, ibid. Et res ſubiectę reſtitutioni in eam quoque cauſam alienari poſſunt, ibid. nu. 283
Legatũ dotis cauſa, aut propter nuptias relictum, vel factum ſub conditione nuptiarum, aut liberorum non exiſtẽtium, deficit, ſi legatarius grauatus reſtitutione in eam cauſam ſit monachus, ibid. num. 284.
Quartæ diminutio fit ob eandẽ cauſam ibidem.
Legatum incertum valet, ibidem.
Valet alienatio ſine mandato, ibid.
Exheredari poteſt filius, ob patrẽ non redemptum, ibid.
Imo priuatur ſucceſſione, qui id non facit, ibidem.
Libertus in ſeruitutem reuocatur, qui patronum non redemit, ibid.
Vxor ſe obligare poteſt, pro redemptione mariti, ibid. num. 283.
Et filiusfamil. pro redemptione patris, ib. eod. fol. 373
Captiuitatis redemptio pia cauſa eſt, ib. nume. 286. 374. Et externis quoque ſcriptoribus commendata, ibid. num. 287. an autem ea obtineant in captiuis ob delicta, gl. 8. num. 288. & ſeq. fol. eod.
Carbonarius & fullo ſimul habitare nõ poſſunt, l. 5. nu. 24. 94
Cardami natura, leg. 5. numero 34. folio. 97
Cares ex lege ducebant ſorores in vxores, l. 7. nu. 34. f. 114
Caro pro vxore vt ſpiritus pro marito accipitur, leg. prima nu. 21. fol. 4
Carolus magnus filias lanificium diſcere voluit, l. 10. nu. 44. 134
Carpocratis & eius filij Epiphanis hæreſis de communitate mulierum, l. 7. nu. 51. 118
Caſtoris & Pollucis fratrum diſſimilitudo l. 5. nu 28. 95
Caſtra vnde dicta, leg. 15. numero 24. 218
Caſus verus trahitur ad caſum fictum vel præſumptum, quem lex vero æquiparat, glo. 7. num. 48. 318
Caſibus fortuitis non renunciat, qui ſuſcipit omne periculum: ſed neceſſariũ eſt illis renunciare: nec tamen opus eſt illos ſpecialiter deſignare, gl. 7. nu. 108. 325
Catabaptiſtæ veſtimenta pretioſa omnino reſpuebant, l. 3. num. 56. in fine. folio. 78
Cataloni viri ex vxorum adulterio puniuntur, l. 9 nu. 232. 174
Cathei Indorum populi in regem eligebant, qui cæterorum erat pulcherrimus. l. 2. nu. 44 f. 33. in contrahendis matrimonijs forma tantum rationem habebant, ibi.
Catheorum ſiue Catharorum vxores ſimul cum viris mortuis cremantur, l. 7. nu. 20. 111
Cato laudatus ex cultus negligentia, l. 3. nu. 47. 75
Catonis Cenſorij ſententia de dotibus vxorum, l. 5. nu. 10. f. 89. 80. anno filiũ genuit, l. 6. nu. 22. 102. eum qui vxori manus inferret, non aliter deteſtandum eſſe dicebat, quàm qui Deorum ſimulachra temeraſſet, l. 8. num. 10. 126.
Manilium ſenatu mouit, quod vxorem pręſente filia deoſculatus fuiſſet, l. 15 nu. 157. 243
Catoni Cenſorio vxor humili loco nata, ſuperbior. l. 8. nu. 3. 124
Catonis Cenſorij dictum de vxorum imperio, ibi.
Catonem Cenſorium trium maximè pœnituiſſe, l. 12. nu. 15. f. 199
Cato vticenſis vxorem ſuam Hortenſio conceſſit, l. 7. nu. 28. f. 113. ad iraſcendum difficilis, ſed ira concepta implacabilis, gloſſ. 5. nu. 24. fol. 278
Catulli locus declaratus, leg. 13. nu. 10. fol. 202
Catullus amatorium de incantamentis edidit carmen, leg. 14. nu. 2. fol. 212
Caucaſi incolæ palàm coeunt. l. 7. num. 55. f. 120
Cecropis lege vnicam vxorem licebat ducere, l. 7. nu. 23. f. 112
Cedere bonis poteſt, qui nihil habeat gl. 2. nu. 41. f. 263
Cephalus Procrin vxorem incautus incautam interemit, l. 16. nume. 4. fol. 246
Cerebri modicum habent ſalaces, l. 15. nu. 35. 220
Ceres pulchricoma, leg. 2. numero 37 folio. 34
Cereri ſacra non niſi à pudicis fieri licuiſſe, leg. 15. nu. 116. fol. 237
cerealibus ſacris fœminæ per aliquot dies virorum concubitu abſtinebant, ibid. nu. & fol. eod.
cereris ſacerdotes fœminæ, etiam proprijs viris abſtinebant, l. 15. numer. 121. f. 238
certamina pulchritudinis, l. 2. nu. 49. & ſeq. fol. 35
ceruſſa quomodo fiat, l. 3. nu. 12. fol. 45
cerui caſtrati cornua non edunt, leg. 15. nu. 35. 220
chalcedoniæ mulieres dimidium faciei retegebant, l. 4. nu. 19. f. 83
charitas per diuerſas libidines diſperſa torpeſcit, leg. 7. nu. 22. fol. 111
charondæ lex in eos, qui in prælijs ſigna ordinesque deſtituiſſent, l. 3. num. 62. 77. de permutandis viris, & vxoribus ſublata, l. 7. nu. 31. 113
charybdis vorax cauſam dedit fabulæ, l. 9. nu. 209. 169
chaſſenæi furta ex prioribus huius libri editionibus, quæ vt Enellano, neſcio cui id poſcenti ſatisfieret, huc ſubiecta ſunt, l. 1. nu. 51. 12. & l. 2. nu. 43. & 44. f. 33. & 50. 53. & l. 5. num. 14. & 15. 90. & l. 7. nu. 8. 109. 19. & 111. & 66. 123. et l. 9. nu. 135. 155. & l. 11. n. 28. 188. l. 12. n. 8. 199. & l. 13. nu. 42. 210. & l. 15. nume. 105. 235. Nec dubites, quin & alia multa reperiat, qui malè bonas horas ei libro legendo collocare voluerit.
chaſſenæi iniuſta aduerſus autorem ira, gl. . nu. 5. 268
cholerici ad Venerem cęteris propenſiores, l. 9 nu. 150. 157
chriſtus ſpecioſus, l. 2. nu. 153. & quare, dicatur ſpecioſus præ filijs hominũ. non angelorum, ibi. f. 35
Chriſti nomen omnes amatorias incantationes funditus tollit, l. 14. num. 7 fol. 213
cicadæ mares tantùm canunt, fœminæ tacent, l. 12. nu. 8. f. 199
ciceronis locus declaratus, l. 2. n. 34. 33
ciceroni probro datum, quod ſenex vxorem iuuenem duxiſſet, l. 6. n. 14. 100
ciconiæ adulterij ſenſus, & pœna, l. 13. nu. 3. 201
cimon Athenienſis Elpinicen ſororem duxit vxorem, leg 7. nu. 37. 115
Cinctura dictio Latina, le. 3. nu. 27. f. 52
cinctus & cingulum quomodo differant ibi in dictione Cingulum.
cinerarij qui dicebantur, l. 3. num. 27. in Calamiſtro. f. 50
Cinoſtones qui, ibi.
circe pulchricoma, l. 2. nu. 37. fo. 31. texens reperta, l. 10. nu. 40
citò nata citò pereunt. leg. 6. nume. 38. fol. 105
clamor inanis vbi manu opus eſt, leg. 6. num. 18. f. 101
claudius Imperator Meſſalinam vxorẽ uocabat dominam, l. 5. num. 11. 89. Idem alios ciues Rom. dominos quoque vocabat, ibi. Agrippinam fratris filiam duxit vxorem, l. 7. nu. 42. 116
claudiæ memorandum epitaphium, leg. 10. nu. 27. 181
clauſula derogatoria expreſſa præcedẽs, tollit voluntatem ſequentem, etiam expreſſam, non autem tacitã, glo. 7. nu. 6. 320
clauſula haberi pro expreſſo, vel ſimilis, quam vim habeat, gl. 7. nu. 20. 314. decreti irritantis, tum demum facit nullitatem, cùm is vult, in cuius fauorem poſita eſt, aliàs non, glo. 8. num. 95. f. 350
cleocritus ad maiorem laſciuiam veſtibus mentiebatur fœminam, l. 3. num. 62. f. 79
cliſthenes cultu indecoro ibi.
clitorij fontis vis, in reddendis abſtemijs l. 9. nu. 211. f. 170
clodius in ſacris Bonæ Deæ habitu muliebri deprehenſus, l. 3 num. 60. fol. 78
clytæmneſtra Agamemnonem maritũ ob zelotypiam interemit. l. 13. num. 29. f. 207
coeundi cupiditas ex humecta natura procedit, l. 9. nume. 165. & ſeq. vſque ad 172. fol. 160
coeuntes frequenter, citò ſterileſcunt, l. 15. nu. 67. & ſeq. f. 227. frequẽter, rarò concipiunt, ibi. frequenter, minus in coitu delectantur, ibidem nu. 69.
coitum exercentes in in ipſo actu plerique mortui, leg. 15. nu. 27. fol. 219

coitus quibuſdam incitatur plagis & vulneribus, l.15.nume.5.fo.215.vires corporis labefactat, ibid.nu.6.vitam abbreuiat, ibid. calidum & humidum quibus ita maximè conſtat educit, l.15.nu.9.216.pallidos facit, leg. 15.nu.18.f.217. omnes alias euacuationes ſupat, ibi.19.plurima incõmoda, l.15.nume.22.ibid. & multis ſeq. vſus in conſeruatione ſanitatis, ex quorundam ſententia prohibitus, nume. 23.ſo.218.nocet ſtomacho, l.15. nu.32. 220. cerebro & membris illi vicinis, ibi nu.33.Spinę dorſi, ibi nu. 36. Neruis ibid.nu.37.Oculis nume. 38.221.Vide tamen contrarium nu. 74. & ſeq.f. 228. Et defluxionibus in eos decumbentibus, d l.15. nu.39. 221. Palpebrarum fluxionibus, ibid. Renibus, ibid.nu.40.Lumbis, ibi nu. 41.Lateribus, nu. 42.fo.222.Ilibus, ibid.Dentibus, ibi.nu.43.Capiti, ibid. Cordi, ibid.Hepati, ibi. Ventri, ibid. Pulmoni, ibi.Pectori, ibi.Coxẽdicibus, ibi.Veſicæ, ibi.Pedibus, Gurgulionibus, ibi.Podagræ, ead.l.15.num.45. Chiragræ, ibi. Et omnibus iuncturarum ægritudinibus, ibi. Iſchiadicis, ibi.Phocalicis, ibi.Hecticis, l.15.nu. 46.Epilepſiæ, ibi.Vide tamen contrarium nu.73.& 76.228.& 229.Colicæ, l. 15. nu. 46. Febribus adurentibus, ibi Scabiei ibid. Peſti, d.l.15.nu. 47.Tuſſi, ibi.Phtiſi, ibi.Hydropi, ibid. Deſtillationi, ibi. Grauedini, apoplexiæ, ibi. Paralyſi.ibi.Lepræ vulgo dictæ, d.l.15.n.48.Atrę bili, ibi.Alopeciæ, ibi.nu.49.Veſicæ paſſionibus, ibi. Sanguinis ſputationi, ibid.Sanguinis fluxui, ib.Gonorrheę, ibi.Satyriaſi, ib. Priapiſmo, ibid. Et omnibus prope morbis, ibid nu.50

coitus an ei conueniat., qui amoris morbo laborat, ibi & iterum nu.76.229. omnes conſenſus habeat, l.15.nu.51. 224.quantum animo noceat.ibid.nu. 53.& multis ſeq.Et huius ratio, ibid. nu.65.pars morbi comitialis.leg.15. num. 54.eſt veluti quidam ſpaſmus, ibi.nos brutis ſimiles facit nu. 55. & nu.63.f.226.& num. 64 præcipuus ſtudioſorum hoſtis, ibid.nu.64.in fine ex Ficino memoriæ nocet, l, 15.num. 66.fol.eo.226. frequens ſemen infæcundum facit, l.15.nu.67. 227.vocis ſuauitati nocet, leg. 15.nu.70 ibid.

Cætera vidè infrà in verbo Venus.

cognomen, quod ex forma exprimi debet, exprimi neceſſe eſt, etiam ſi nomen proprium ſit admodum ſingulare, gl.7.nu 99.f.324

collatio beneficij vt teſtibus probari poteſt, ita & eius renunciatio, gl.5. nu. 17.277. quę debet fieri conſulto epiſcopo, poteſt libere fieri eo abſente, gl.8.nume.13. 340.eſt in fructu, glo. 9.nu. 5.375. bonorum an cenſeatur prohibita à teſtatore verbis generalibus, gloſſ. 7. numero 103.325

colloſtrati infantes qui, l.15.n.139.241

coloſtra quid, ibi.

columbæ impares minùs ſe diligunt, nec multum coeunt, nec ſæpiùs fœtant, l. 5.nu. 24.94

columbarum mas prior editur, fœmina poſterior, l.1.nu.59.f. 13. caſtitas, l. 13.nu 2. 220

columba apud aſſyrios vice numinis colitur, ibidem.

comitialis morbus cur ſacer dictus, l.15. nu.54.224

Commodus Imperator cum muliebri veſte in theatro publicè ſedit. l.3.nume. 63.77

communtitas mulierum reprobata, l.7. nu.54.15.120

communem opinionem haberi pro veritate, quomodo intelligatur.glo.8.nu. 156.fol.359

Communis opinio cuiuſmodi eſſe debeat, vt det robur actui, nu.160.folio eodem.

compenſans non ſatis facit iuramento de ſoluendo, glo. 7. nu.189.336

compenſatio eſt, ficta & impropria ſolutio.ibid.

compromiſſum contractus dicitur, gl.5. nu.202.303

compromittere non poteſt, qui contrahere non poteſt, ibi. Nec qui alienare non poteſt, ibidem nu. 203

conciliorum eccleſiaſticorum pœna in adulteros, leg. 13. numero 24. folio 205

conclaue eſt, quod Græci gynæcium vocant, leg. 10. nu. 23. fol. 180.

concubitus humido & calido conficitur, l.9.nu. 165.& 2.ſequen.f.160.

concumbendum ei, qui ſe infirmiorem eſſe vult, l.15.nu.20.217

condemnatus & conuictus æquiparantur, gl.2.nu 5.f.257

conditio expreſſa in vltimis voluntatibus, impedit tranſlationem ſiue trãſmiſſionem, non autem tacita, etiam ſubrogata in locum expreſſæ, gloſſ.7. nu.53.f.319

conditio ſi conſenſerit, aut voluerit, requirit expreſſam voluntatem, glo.7. nu.71.320

confeſſio facta in teſtamento an reuocari poſſit, gl.5.num. 102.f.289.habet vim donationis, gloſ. 5. nu.114.292

confiteri non poteſt, qui alienare, contrahere, vel obligari non poteſt, ibidem nu.116.292

coniecturæ ſæpe ſunt fallaces glo. 7. nu. 72.321

coniecturalis probatio dicitur euidens, gloſſ.7.nu.164. & 167. 332. Et expreſſa, d.nu. 164.ibid. Et manifeſta, num.167. Non tamen euidenter expreſſa, ibi. Nec patenter, ibi.nu.168. Nec verbis, ſed lege, ibid.nu.169.& fol.333

conqueſtus ſunt communes inter coniuges putatiuos, ex ſtatuto illos inter coniuges ſimpliciter communicante, gl.8.nu.271.372

conſcientiæ forum reſpicit obligationem naturalem glo. 4.num.15.271

conſcientia alicuius ſi requiratur in aliquo actu, an et eius ſciẽtia requiratur gl.7.nu.35.317. Sed quid ſi conſcientia ſuperioris requiratur, ibi.nu.36. eod.fol.

conſentiens non facit, ſed non impedit, gloſſ.5.nu.88.287.& iterum glo. 8. nu.42.343

conſentiens donationi rei ſuæ, eam ipſe donare uidetur. gl.5. nu.92.288.& iterum nu.140.295.actui, an eum dicatur facere, gloſſ. 5. nu. 136.f.294. & multis ſeq. ſimpliciter, an teneatur de euictione, ibi.n.138.295.legato rei ſuæ non conuenitur ex teſtamẽto, ut præſtet, ibi.nu.140.iura ſua perdit, nu.145.296.& multis ſeq.legato rei ſuæ ſibi præiudicat, eo.nu.145.& ſeq.alienationi rei ſuæ, alienare cenſetur, nume. 150. 297.an autem propriè.ibi.f.& nu.eod.

conſenſus pignoris rei alienæ non ei præiudicat, qui poſtea factus eſt dominus gl.5.n.142.295. interpoſitus in iudicio, inſtrumento, pignore, trahitur ad conſequentia eorum.gl.5.nu.165.& 2.ſeq.299. patris in officio tutoris filij, non amplius requiritur in exercitio illius. ibid. nume. 167. principis in promiſſione vendendi feudi non amplius requiritur in ipſa venditione.ibid.num.eod. ante & poſt actum præſtari poteſt. glo.6.nu.1.306.Niſi conſenſus pro forma aut ſolennitate ſit interponendus nu. 3.307.cũ propter priuatum commodum interponi debet, non eſt ſolennitatis, ibi. nu.5. pro autoritate ex ſubiecta materia accipitur. ibi.nu. 6. eius cuius priuatim nihil intereſt, interponi debet, ad ſolennitatem, ibi. nu. 7.propinquorum à ſtatuto requiſitus in contractibus minorum vel mulierum, in ipſo actu interponi debet.gl. 6. nume.8.f.307. & 308

conſenſus prioris actus debet eo tempore interponi, quo prior ille fieri poteſt gl.6.nu.19.f. 309

conſenſus ſimplex poteſt præſtari per procuratorem, nuntium vel epiſtolam glo.6.nume.20.& ſequen. folio eod.309

conſenſus ſolennitatis per procuratorem, nuntium, vel epiſtolam præſtari non poteſt, nu. 25. fol.310.

conſenſus an verbis exprimi debeat, gl. 7. num.5. & 2. ſequenti. fol.313

conſenſus patris in donatione cauſa mortis filijfamiliàs expreſſus eſſe debet ibid.nu.9

conſenſus quem præſtat pater filio agenti in iuditio expreſſus eſſe debet, ibi.nu.10.

An autem is conſenſus ſit ſolennitatis, ibid.

conſenſus domini in alinatione feudi, an ſit de ſolennitate, gloſſ. 7. numero 11.folio eodem & 12.folio 314

An autem is debeat eſſe expreſſus, an verò ſufficiat tacitus, ibid. An item poſſit interponi ex interuallo, d.num. 11.fol.313

Conſenſus prælati in alienatione perpetua rei eccleſiaſticæ expreſſus eſſe debet, d gloſſ.7. nu.13. fol.314 viri & conſanguineorum requiſitus ex ſtatuto in contractibus mulierum an expreſſus eſſe debeat, gloſſ.7. nu.14.& 15.314. ſolennitatis an à muto præſtari poſſit nutu & ſignis.glo.7.num. 16.ibi patris qui debet præſtari filio agenti an à muto præſtari poſſit nutu & ſignis, ibid. ſolennitatis an in actibus tacitis tacitè præſtari poſſit, gl.7. nume.20.ibid.& 2.ſeq.315 ſolennitatis ab eo ſatis preſtitus eſſe cenſetur, qui vltra præſentiam ante actũ, vel in ipſo actu quicquam facit, aut dicit, quod eum conſentire declaret, gl.7.nu.23. ibi.f.315

Conſenſus præſtitus cenſetur contrahenti ab eo, qui pro illo fideiubet, ibidem nume. 25

A ſtatuto requiſitus in contractibus mulierum aut minorum, intelligitur de pleno, non deſectiuo, glo.8.nu 43. 343 præſtitus cui conſentiens obligari poteſt, ab eo reuocari non poteſt, aliàs ſecus gl.8.num.125.354.alterius in contractu mulieris requiſitus, non eſt immediata cauſa tranſlationis dominij, ſed tantùm conſenſus ipſius domini, ibid nu.177.361

Conſentire non dicitur, qui ignorat, ibid. nu 179.f.362

Conſilium ante præſtitum cùm præſentia in actu pro authoritate habetur glo.7.nu.23.315

Conſilium abſentis aliàs requiſitum, nõ requiritur, gl.8.nu.16. f. 340

Conſobrinorum matrimonium an licitum.l.7.nu 44.116

Conſtantinopolitanæ mulieres domi ſe continere ſolent. l.10. nume.20.179

Conſtitutiones etiam pęnales ne eludantur, extendi debent, gloſ. 5. nume. 115.292

Conſtitutio exorbitans, loquens de contractu non habet locum in contractu ficto, glo. 5.nu.192.302.& nu. 224. & ſeq.306

Conſtitutio Papæ vel Imperatoris ligat ſubditos, quocunque ſe conferant, gloſ. 8. numer. 219. circa medium. fol. 366

Conſuetudo non introducitur vſu mulierum, l.1.nu.83.f.19

Conſuetudo mala licet excuſet à pœna non tamen à peccato, l.9.num.4.130

Conſuetudine peccata fiunt incorrigibilia, l.9.nu.224.f.172

Conſuetudo vt adulter morte non puniatur, an valeat, l.13.nu. 25.fo.206.& familiaritas multum habet momenti ad deprauandos vel corrigendos mores, l.16.nu. 15.248

Conſuetudo concinnat amorem, nume. 27.250

Contagio morum, leg. 16. nume. 15 & ſequenti 248

Conſuetudinis abolitio idem tempus requirit, quòd eiuſdem introductio, glo. 5.nu.13.276

Conſuetudo an poſſit dare robur diſpoſitioni captatoriæ, glo. 5.nu. 96.f.288

Conſuetudo mixta clericorum & laicorum in vtroque foro & contra clericos obſeruatur glo.8. nu.173.f.361

Contagio potentum in alios, l. 7.nume. 68.123

Continentia in ſenectute non eſt continentia, ſed libidinis impotentia, l.6.n. 9.fol.99

Contrahentibus an liceat decipere infra dimidium iuſti pretij in foro conſcientiæ, l.9.nu.8. & 3.ſeq. fol.130

Sed quid ſi non ex propoſito hoc accidat.315.nu.12.f.131

Contractus ab vxore factus ſine autoritate viri aut conſanguineorum an ſit ipſo iure nullus, gl.4.nu.2.& ſequen. fol. 269

Et quid ſi ſtatutum pœnam imponat, ibid.num.5

An autem vxor ex huiuſmodi contractu obligetur, glo. 4.nume.12.& ſequenti. 270

Sed an contractui poſſit accedere fideiuſſor, ibid.nu.14.f.271

An vero valeat in foro conſcientiæ, gloſſ.4.nu.15. & 2.ſeq.f.eod.271

Et conſequenter an mulier ex huiuſmodi contractu obligetur in foro conſcientiæ, ibid.& ſeq.

An item peccet mulier ſi contrahat ſine conſenſu mariti ibi.nu. 18. & ſeq.

Contrahens contra probationem legis peccat mortaliter, ibid. & ſeq. vſque ad 21

An autem peccet, qui rem detinet ex huiuſmodi contractu, nu.20.f.272

Sed an talis contractus confirmetur iuramento, glo.4.nu.26.273.& multis ſeq. vſque ad finem eius glo.

Contractus in ſtatutis an comprȩhendat diſtractum, liberationem, renuntiationem, glo.5.num.1.& ſeq.vſque ad 42.fol.eod.273

Contractus aliquando pro diſtractu accipitur in noſtris legibus, glo.5.nu.6. 274.dicitur omne pactum, ibid ijſdẽ modis ſoluitur, quibus ſit, gl.5. nume. 19.277. propriè non dicitur donatio, glo.5.nu.43.& ſeq. 282. inter viuos poſſunt fieri in vltima voluntate, gl. 5.nu.101.f.289

An autem tales contractus poſſint reuocari, vt teſtamentum, ibid.num. 102.& ſeq.

Contractus factus in teſtamento, an poſſit probari duobus teſtibus, d.num. 102.ibidem.

Contractu prohibito acceſſoria eius prohibita eſſe cenſentur, gloſſ. 5. nume. 110.fol.291

Contractu prohibito, an hæreditatis aditio prohibeatur. ibid.

Contrahit, qui procuratorem ad contrahendum conſtituit, gloſſ. 5. numero 188. folio 301

Contrahens ſine conſenſu alterius qui requiritur, poteſt, antequam eius conſenſus interueniat liberè contractum reuocare, gl.6 nu.17 f.309

Cui lex reſiſtit non parit obligationem, glo.8.nu 168.26 debet eſſe ultro citroque obligatorius, ibid.

Contrahens ex neceſſitate prioris obligationis, propriè non contrahit, glo. 8.nu 186.363

Contractus factus contra legem, valet ad incommodum eius, qui ita contraxit, gl.8.nu.213.f. 65

Contraria à contrarijs interimuntur, l. 5.nu.23.f.93

Contraria contrarijs curantur, ibid.

Contraria res neque alere, neque ſeruare apta, ibid.in fin.

Contraria inuicẽ ſe non patiuntur. leg.9. nu.141.f.156

Niſi diuerſis reſpectibus.158.nu.157. & iterum n. 163.f.160

Contraueniens contractui, qui ob id erat nullus ex conuentione, cogitur ſtare contractui, ſi alter velit .gl.8. nu.96. fol.350

Conuenire in manum quid ſit, l.4.nu.5. fol.80

Conuiuator, an teneatur hora prandij mittere ad cõuiuas, l.11.n.27.f. 188

Cor ſymbolum amoris coniugum, l.5. nume.19.f.92

Corinthij ſuas virgines uelabãt, l.4 nu. 20.fol.83

Corinthiorum meretrices in templo Veneris proſtabant.leg. 15 nume.105. fol. 235

Κορινθιάζεσθαι dicebantur, qui ſcortationibus indulgebant.ibid.nu.eo.in fine.

Cornelia Veſtalis inceſtus non iure condemnata ſtolam quæ deſcendenti in ſubterraneum cubiculum hæſiſſet recollegit.l.4.nu.33.f.92

Cornelius Balbus in Venere occubuit. l.15.nu.27.219

Cornelij Taciti, locus. l.9. nume. 135. fol.155

Cornicum perpetua viduitas, l.13.nu.5. fol.201

Corpora ſanctorum ſine deformitate reſurectura, leg.2. nu.52.f.35

Corpora damnatorum è diuerſo cum ſuis deformitatibus reſurrectura, ibid.

Corporum vitia & maculas habere ſymbolum vitiorum animi, l.2.num. 59.fol.37

Correcta ratione legis, lex non corrigitur, l.1.nu 84.f.19

Correctione peccata emendantur.leg.9. nu.223.f.172

Correctio fraterna præcepti eſt, niſi veriſimiliter monitus fieret deterior.l. 9.nu.226.173

Corſi virgines ad littus nautis proſtituunt l.7.nu. 57.f.121

Coriſici poſt partum vxoris lecto incubant, tanquam ipſi pepererint, vxoribus illis miniſtrantibus.ibid. nu.63. fol.122


Cor-

*Cortyneſium pœna in adulteros. l.13. nu.11.202*
*Corytheus vt forma fœdiſſima, ita animo vecordi, leg.2.nu.57.f.37*
*Cois mos fuit, vt ſponſalia veſte muliebri inirent, l.3.nu.70.f.79*
*Κόσμον Græcis mundum vocant, & quare. l.3.nu.34.f.72*
*Coturnices mares tantùm canunt, l.12. nu.8.f.199*
*Cratea filium Periandrum deperditè amauit, l.9.nu.101.f.148*
*Crates Hipparchiæ futuræ vxori interſcapilium gibberoſum retexit, l.4.n.2.fol.80*
*Creditor cur alijs ſimilem cauſam habentibus quærit, non alijs, l.5.nume.25. fol.94*
*Creditor poteſt ſine decreto rem pupilli, vel eccleſiæ, ſibi cum decreto datam alienare, gloſſ.5.nume.167.& ſeq. fol.299*
*Credulitas deceptionum mater, l.9.nu.137.fol.156*
*Crepidarij, l.3.nu.27.f.53*
*Crimina ſpecialiter ſunt opponenda. l.9 nu.24.f.134*
*Crines à mulierib. plicari, antiquum l.3 nu.39 ſub finem f.74*
*Crocotularij qui, l.3.nu.27.f.53*
*Crucis ſignaculum aduerſus artes amatorias. l.14.nume.7.in fine f.213*
*Cui plus licet quàm par eſt, plus vult quàm licet. leg.4.nume.13.in fine. fol.82*
*Cultus magis viros dedecet, quàm fœminas. l.3.nu.52.f.76*
*Cultus mediocris viros non dedecet. l.3. nu.52.76. autoritatem & dignitatẽ addit, ibid. ſordidus vituperatur, ibid. & ſeq. ſit nec ſordidus, nec exquiſiſitus. l.3.nu.54.77. nimius ſuperbiæ ſpecies. l.3.nu.56.ibid.*
*Et hypocriſis. ibid. ex more regionis amplectendus, l.3.nu.57.f.78*
*Cumæorum pęna in adulteros. l.13.nu. 11.202*
*Cupido nudus, l.4.nu.16.83. iuuenis. l.6.nu.9.99. cæcus, & quare. l.15.nu. 39.221. & iterum nu 62.226 λυσιμελὴς, id eſt, membra ſoluens l.15.num. 44.222. facem gerit. l.15.nu.60.225*
*Cupidini cognomentum Anteros cur inditum. l.13.nu.44.f.210*
*Curator non opponendo exceptionem peremptoriam, nocet minori, licet expreſsè renuntiare non poſſit. gloſſ.7. nu.78.f.321*
*Curator hic datus ſimpliciter, vbique cenſetur datus. gloß.8.nume.219. fol.366*
*Curioſitas & garrulitas germanæ ſunt l.9.nu.34.f.135*
*Curioſitas, quid ſit, ibidem argumentum impudentiæ, ibid. mulierum, ibi. & ſequen.*
*Curioſi noſſe cupiunt, quomodo Iupiter duxerit Iunonem, & quid inuicem fabulentur. ibid.*
*Curius laudatus ex cultus negligentia. l. 3.nu.47.f.75*
*Cyanippus vxorem zelotypam incautus incautam interfecit. l.16.nume. 4.246*
*Cyclopes vxoribus dominantur, leg.1. nume.12.f.3.*
*Cydonem ſoror adamauit. l.9.nu.102. fol.148*
*Cynici vnde dicti. leg.15.nume.159. fol.244*
*Cypriani locus l.3.nu.2.f.42*
*Cyprij virgines ſtatis diebus in quæſtum dotis ad littus proſtituunt. l.7.nu.57. fol.121*
*Cyrene 12. formas concubitus excogitauit l.9.nu.97.f.146*
*Cyrenaici ſinguli plures uxores habent. l.7.nu.22.f.111*
*Cyrus Darij & Paraſatidis filius vxoris conſilio vtebatur. leg.11.numero 1. fol.185*

D

*Damæ vulgò fœminæ à multis vocantur. l.5.nu.12.f.89*
*Δάμαρ & δάμαρς fœmina Græcis dicitur, ibid.*
*Damnatorum corpora cum ſuis deformitatibus reſurrectura. l.2.nume.52. fol.35*
*Damnum non patitur, qui perdit ſpem lucri futuri, glo.2.nu.35.fol.262*
*Daphnophrus Apollinus Iſmenij ſacerdos annus, forma & genere inſignis legebatur. l.2.nu.59.in fin.f.38*
*Dapſiles dotes quæ. l.5.nu.1.f.87*
*Dapſolibyum mos in ducendis vxoribus. l.7.nu.60.f.122*
*Dauid in Berſabeam nudam exarſit. l.4. nu.14.fol.82*
*Dea, & Deæ, vide inferius poſt Deus.*
*Deceptis, & non decipientibus ſuccurrendum, glo.8.nume.136.& ſequen. fol.359*
*Declaratio nil addit, nihilque noui inducit. gl.7.nu.126.f.327*
*Decore nil gratius. l.2.nu.40.32.& iterum nu 61.in fine.f.38*
*Decor confert ad fœlicitatem. l.2.num. 47.34*
*Decretorũ loci emendati vel enucleati l.3.nu.4.42.& l.4.nu.2.80.l.5.nu. 17.85.& l.9.nume.153.158.&*
*Decretum interpoſitum in contractu, trahitur ad conſequentia illius. gloß. 5.nu.167.299. non irritat, niſi velit is, in cuius fauorem interpoſitum eſt, glo.8 nu.96.350. iudicis nullum eſt, niſi iudex apertè intelligat, quid agatur gloſſ.8.nume.180.& ſequenti. fol.362*
*Deformia exta. l.2.nu.11.f.24*
*Deformem non ſatis eße ad fęlicitatem idoneũ. l.2.n.46.34. ſtudijs liberalibus non ſatis eſſe idoneũ, ex autoritate Boetij nu.54.fol.36*
*Deformi occurrere, infelix omen. f.36. nu.60.38*
*Deformitas corporis oſtendit deformitatem animi. nu.55.36. ad ſacros ordines promoueri impedit. ibid. deteſtabilis l.2.nu 60.f.38*
*Deformia Deo non offerebantur, nec immolabantur, nu.59.f.37*
*Deformes fœminas non omnes pudicas eſſe. l.2.nu.63.f.38*
*Deianira viduam ſe vocat, quoniam marito ſuo careret. l.6.nu.12.f.99*
*Deiphobus fratris viduam vxorem duxit. l.7.nu.50.f.118*
*Delectabiliora eße, quę non licent, l.2. nu.67.39. ea ſunt, quæ rara ſunt. leg. 15.nu.69 227*
*Demeneta priuignum adamauit, leg.9. nume.103.f.148*
*Demetrius Antigoni filius, ab vxore interfectus, ob zelotypiam, l.13.nu.29. fol.207*
*Demetrius Nicanor ob eandem cauſam interemptus, ibi. eod nu.*
*Demetrius Poliorcetes repræhenſus, quòd capillos tingeret, & faciem inungeret, l.3.nu.50.f.76*
*Demetrius Platonicus in Bacchanalibus indumentis muliebribus indutus, ibid.nu.67.78*
*Democritus Venerem damnabat in conſernatione ſanitatis, l.15.nume.21. fol.217*
*Demonactis ſententia in nocturna ſacra l.16.nu.44.253*
*Demoſthenes ob nimium cultum repræhenſus l.3.nu.45.74. Batalus cognominatus, nu.64.fo.77*
*Diogenis Lacedæmone redeuntis dictũ, l.10.nu.22.80*
*Denominatio non accipitur ex eo quod erit, ſed quod iam eſt. gl.2.nume.30. fol.261*
*Dentium dolor acerrimus. l.15.nume. 43.222*
*Depoſitus de facto, de facto quoque reſtituitur, gloſſ.5.nume.16.f.276*
*Depræhenſis in coitu, dicentibus ſe matrimonium contraxiße, creditur. l.5. nu.32.95*
*Si ſit tamen æqualitas inter eos, ibid.*
*Deputatus ad ſcribendum, iam ſcripſiße videtur. gl.2.nu 14.258*
*Derogatoria clauſula gratiæ ſpecialis eſſe cenſetur, cum vna tantùm gratia præceſſit. gloſſ.7.nume.139. fol.329*
*Deſpuere res monſtroſas, comitiales morbos, faſcinationes, incantationes, & alia id genus. leg.6.nume.17. fol.100*
*Deſpuere mores alterius, quid. ibidem.*
*Deſtinatum ad aliquid, an pro facto habeatur. gl.2.nu.2.& multis ſequen. fol.256*
*Dij Deæque à forma laudati. l.2.nu.33. fol.29*
*Dijs terreſtibus terreſtria atque quadrupedia animalia eſſe ſacrificanda. l.5.nu.21.f.93*
*Deorum Dearumque ſacris Venus interdicta. l.15.nu.114.& 3.ſeq.f.236*

Dia-



*Diabathrarij qui. l.3.nu.27.ibi. Diabatra fol.54*
*Dijs caſto corpore honores exhibendi. l. 15.nu.117. ex Pythagora. 237*
*Deas ornamentis gaudere. leg.3.nume. 38.73*
*Deas caſtas, nudas ſe conſpici, moleſtè ferre. leg.4.nume.24.& ſequenti. folio 84*
*Dea viriplaca. leg.15.nu.104.& ſeq. 235*
*Deæ quoque ipſæ à verecundia laudantur. l.9.nu.180.163*
*Deucalion Pyrrham patruelem vxorẽ duxit. l.7.nu.44.116*
*Dextera pars calidior ſiniſtra. l.9.num. 147.157*
*Diagondæ lex in nocturna ſacrificia. leg. 16.nu.43.253*
*Diana Virago dicta, & quare. l.1.num. 91.20. aurea, l.2.nu.36.50. à proceritate laudata. l.2.nu.74.41*
*Dianam nudam in ſomnis inſpicere, quid ſignificet, l.4.nu.27.f.85*
*Dianæ ſacerdotes Venere abſtinebant. l.15.nu.121.f.238*
*Dictiones, aliàs & alius implicatiuæ ſimilitudinis, gloſſ.5.nume.28.279.& 48.281*
*Dictio, Perinde, impropria. glo.7.num. 187.335*
*Præſertim implicatiua, gloſ.8.nu.57. 34. Quaſi, ex propria & genuina vi improprietatem ſignificat, glo.5.nu. 206.304.& iterum gl.7.n.187.335*
*Dido auunculo Sichæo nupſit, l.7.num. 43.116. lanificio ſe exercebat. l.10. nu.42.184*
*Dies ad virum, nox ad fœminam refertur. l.10.nu.14.178*
*Dignitas vxori competens ex perſona viri non eſt principalis dignitas. glo. 2.nu.59.266.*
*Dignitatis appellatione venit dignitas, prout eſt principaliter in aliquo ibid. nu.60.fol. eod.*
*Dinocrates Meſſenius muliebri habitu ſaltauit. l.3.nu.63.f.79*
*Diogenis dicteria in adoleſcentes ornatos. l.3.nu.48.75*
*Diogenis pœna in adulteros. l.13.num. 12.f.202*
*Diogenes interrogatus, quando vxor eſſet ducenda, Iuuenibus, ait, nondũ, ſenibus verò nunquam. l.15.nu.21. fol.217*
*Diogenes Cynicus dictus, quod more canum publicè cum mulieribus congrederetur. l.15.nu.159.244*
*Dionyſij ſenioris ad nuptias vocati reſponſum. l.6.nu.14.100*
*Dionyſius, dictus aliàs Anaxandrides duas ſimul vxores habuit. l.7.num. 23.112*
*Dionyſius Syracuſanus iunior Sophroſynam ſororem vxorem duxit, leg.7. num.36.115*
*Dion Areten ſororis filiam vxorem duxit. l.7.nu.43.116*
*Diophanti Themiſtoclis filij dictum de matris in patrem imperio, l.8.nu.3. 124*
*Dioſcurorum hiſtoria miranda, leg.10. nume.25.fol 180*
*Diræ ob pellicatus ſuſpicionẽ Anthiopen crudeliter interemit. l.13.nu.31. fol.207*
*Diſpoſitio facta de vera perſona, trahitur ad fictam, quæ veram repreſentat. glo.5.nu.195.302. de vero contractu trahitur ad fictum, qui ſubrogatur loco ipſius, ibid.*
*Diſſimilitudo mater odij, leg.5.nu.20.92*
*Diſſimilitudo ſtudiorum & artium odiũ gignit. ead. l.5.nu.28.fol.95*
*Diſſimilia ferè non coeunt, l.5.numer. 24.94.*
*Diſtractus an cõpræhẽdatur appellatione cõtractus, gl.5.n.1.& multis ſeq. 273. eiuſdẽ naturæ, ac cõtractus, gl.5. nu.8.275. facit vt forum ſortiamur, vt contractus, ibi. præbet iuſtum titulum & cauſam ad præſcribendũ, vt contractus, glo.5.nu.9.ibi. ob dolũ ita nullus redditur, vti contractus, ibi. in duobus locis. eſt bonæ fidei, cuius contractus huiuſmodi eſt, ibi conditio retrotrahitur, vti & contractus, d.glo. 5.nu.10.16 ſine traditione non trãsfert dominium, vti nec contractus, ib. Niſi in ijs caſibus, in quibus dominiũ tranſijt ſine traditione, ibid. eandẽ requirit ſolennitatẽ, vt cõtractus, gl.5. nu.11.& ſeq. rei immobilis minoris peti non poteſt ſine decreto, non magis, quàm cõtractus. d.nu.11. requirit ſcripturam cùm contractus requirit, ibi. eiuſdẽ conſenſum requirit, cuius et contractus, ibid. rei eccleſiaſticæ prælato prohibetur, vt & contractus, eadem gl.5.nu.13.276*
*Docti plerunque gignunt imbecilles filios, l.15.nu.154.f.243*
*Dolus ſpecialiter allegari dẽt, l.9.n.24. an præſumatur in mulieribus, l.9.nu. 51.138. fœmineus peculiari epitheto dictus, ibid. dans cauſam diſtractũi, an illum reddat nullum, vti & cõtractũ, glo.5.nu.9.275. in duobus locis. non demum vitiat contractum, ſi qui dolum paſſus eſt, velit, gl.8.nu.93.349*
*Dominæ vxores dicuntur, l.5.nu.11.& 3.ſeq.89*
*Dominus pro marito interdum accipitur, l.1.nu.14.fo.3. præſumitur conſenſiße alienationi emphyteuſis, ex diuturnitate tẽporis. gl.7.nu.41.317*
*Dominarum mores ex ancillarum moribus præſumuntur, l.5.nu.29.95*
*Dominari naturaliter debet, qui viribus corporis præſtat, l.1.nume.47.fol. 10. item debet, qui viribus animi præſtat, nu.50.f.11*
*Donata ante acceptionem non fiunt donatarij, gl.5.nu.32.279*
*Donatio an ſit contractus, & an propriè gl.5.nu.43.281.& nu.48.& 3.ſeq. ibid. an in ſtatutis veniat appellatione contractus, in ijſdem locis. tacita & præſumpta fieri poteſt abſenti ſine nuntio, vel epiſtola, gl.5.nu.59.283. cauſa mortis inducit obligationẽ, glo. 5.nu.64.284. cauſa mortis, an magis accedat vltimæ voluntati, an contractui, gl.5.nu.68.ibid.& 75.285.& 77.286*
*Donare cauſa mortis poteſt, qui teſtari poteſt & è diuerſo, glo.5.nu.68.284*
*Donare cauſa mortis poteſt minor adultus, ſine ſui curatoris autoritate, gl.5. nu.72.285*
*Donatio cauſa mortis faciliùs reuocatur, quàm teſtamẽtũ. ibid.nu.73. ſola pœnitentia reuocatur, ibid.*
*Donare prohibita mulier ſine conſenſu propinquorũ, an poſſit donare cauſa mortis, gl.5.nu.74.& ſeq. eod. f.285*
*Donatio cauſa mortis an valeat inter cõiuges, glo.5.nume.75. ibid. poteſt dependere ex alieno arbitrio. d.nume. 75. ibidem.*
*Donare cauſa mortis nõ prohibetur qui teſtari prohibetur, gl 5.nu.77.286. poteſt vſurarius ſine ſolennitate, ca. quanquam de vſuris, ibid.*
*Donatione ſimpliciter prohibita, intelligitur prohibita donatio cauſa mortis, glo.5.nu.80.eod.f.286*
*Donatio impropria continetur ſub donatione ſimplici, cùm eadem eſt ratio, glo.5.nu.82.ibid.*
*Donatio cauſa mortis facta ſtipulanti, cenſetur eſſe contractus, gl.5.nu.85. 287. ſtipulanti non requirit aditionem hæreditatis, ibid. ita facta nõ habet hypothecariam, quam habet legatum, ibid. In teſtamento vel codicillis illis haud dubiè ſapit naturam vltimæ voluntatis, glo.5.nu.93.288. inter viuos facta in teſtamento requirit inſinuationem, gl.5.nu.102.289. vxori facta, non reuocatur per confiſcationẽ bonorum mariti, ſed potius vires accepit, glo.5.nu.159.298. vltra quingentos aureos, ex interuallo inſinuata, valet à tempore inſinuationis, non à tempore ipſius donationis, gl.6.nu.10.f.308.*
*Donatio cauſa mortis à filiofamilias facta ſine conſenſu patris, tum demum robur accipit ex ſequenti patris conſenſu, ſi interim filius non reuocet, gl. 6.nu.16.f.309*
*Donationis inſinuatio an requirat conſenſum vel decretum iudicis, coram quo ea fit, gl.7.num.32.316.& 34. fol.317*
*Donatio non dicitur inſinuata, niſi iudex apertè intelligat quid agatur, gl. 8.nu.180.362.& ſeq. inter coniuges putatiuos, nõ confirmatur morte, gl. 8.nu.249.370*
*Et quare, nu.271.372*
*Donatio facta curatori putatiuo non valet, gl.8.n.273.272. facta ob redemptionem captiuorum non requirit inſinuationem, gl.8.nu.282.f.373*
*Donatus hęreticus, Lucillę opib. adiutus per Africam, ut infęlices fœtentibus aquis pollueret, l.9.nu.31.135*

donati

Douati locus de conclaui l. 10. nume. 23.180

Dos eſt ſua forma puellis,l.2.nu. 46. 34

dotes dapſiles in ſeruitutem viros redigunt,l. 5.nu.1.fol.87

dos eſt vxoria lites. ibi ex Ouidio.

dos magna parentum virtus. l.7.nume. 13. 110

dotis alignatio facta à muliere conſtante matrimonio,an eo ſoluto valeat in præiudicium illius glo. 8.nume.100. 350.& 106.f.351

dotis alienatio à viro facta conſtante matrimonio, ſi poſteà ceſſerit lucro mariti,valet.glo.8.nu.103.351

dos putatiua an ſit priuilegiata,vt vera gl.8.nu.236.& ſeq.369.& iterũ nu. 242.ib.243.eodem in loco 252. 253. 254.255.256.257.370.& 371

dos habet priuilegium vt non poſſit opponi exceptio compenſationis, glo.8. nu.236.369

dos putatiua non habet ſtipulationem tacitam,gl.8.nu. 242. ibid.

dotis putatiuæ dominium ipſo iure non tranſit in vxorem, vt dotis veræ,ibi. nume.243

dotis veræ retentio fit propter impenſas in ea factas, nor etiam putatiua, glo.8.nu.248.370

dos putatiua an habeat priuilegium prelationis,glo.8.num. 253.371.an habeat tacitam hypothecam, & eam quidem priuilegiatã glo. 8.nu.255. ibid.an habeat priuilegium, ne poſſit alienari, ibid.nu.256.præbet iuſtam cauſam preſcribendi, vt vera,glo.8. nu. 263. ibid. minuitur impenſa neceſſaria,vt vera.gloß. 8. nume 268. fol.372

dos vendi poteſt ob redimendos à captiuitate parentes, fratres, & neceſſarios.gl.8.nu.282. 373

duas ſimul vxores ducere, capitale eſt noſtris legibus. l.7. nu.24. eſt contra ius naturale,ibid f.112

duæ improprietates fugiendæ, gloß. 5. nu.67.284

dubitans pro ignorante habetur, glo.8. nu.179.f.362

ducere virorum eſt.l.5. nu.4.f.88

Licèt interdum de fœminis dicatur, ibidem.

durandus Theologus in id tantùm ſcripſit vt cæteros repræhenderet, præſertim Diuum Thomam Aquinatem l.9.nu.item 9. 131

dyna in ſacris literis curioſa,l.9. nu.35. fol.135


E.


EAni quid à peplis differant in dictione peplus, l.3.nu.27. fo.61.

Ebrietas in muliere, an ſit leue peccatum,an graue,l.9.nu.205.f.168.

Ebrietas Veneris comes,l.9 num. 208. 169.

Ebriorum liberi ebrioſi ex Diogene cynico,l.7.num.6.fo.108. & iterum,l. 15.nu.146.242.

Ebrioſorum ſemen infœcundum, l. 15. num.148.ibid.

Ebrijs coitus inſalubris, nu.150.243

Ebrij nonnunquam generant, ibid.nu. 151.an poſſint contrahere ad ſuam utilitatem gloß.8.num.83.f.348.

Eccleſia dicitur viduata ſponſo, id eſt Epiſcopo,cùm is eſt inutilis, l. 6. nu. 11.fo: 99. ſi fecerit contractum ſibi utilem ſine ſolennitatibus,an valeat is contractus,glo. 8 num.56.57. 62. & ſeq.fol. 345

Eccleſiam non decet rem pluris vendere,quàm valeat,l.9.num.11. 113

Eccleſia,& minor,æquiparantur, gloſ. 8.nu.70.347. ſi litigarit ſine autoritate prælati,& obtineat, valet ſententia, ibid non poteſt cedere nobili contra popularem,ſtatuto prohibente huiuſmodi ceſſionem glo.8.nume. 169.360.non poteſt contrahere cum prodigo vel minore,ibid.in fine.

Effœminatos eſſe ornatus ſtudioſos,l.3. num.48.fo.75

Eleemoſynam an poſſit vxor conferre ſine conſenſu mariti,gl.5.n.218.305. an poſſit monachus facere ſine conſenſu prælati,ib.n. 219.

Electum in Epiſcopum intetficiens,non cenſetur Epiſcopum interimere glo. 2.num.30.261

Effœminatio carnium pro debilitate, l. 1.num.64.fo.14

Electus,in cuius electione non fuit obſeruata iuris ſolennitas, tutus eſt in foro conſcientiæ,glo.4.nu.21.fo. 272 electio,quæ debet fieri requiſito cõſenſu principis, poteſt fieri liberè,eo abſente,glo.8.nu.14. f.340

Elephantis fœmina conſcripſit modos,figuras ſpecies concubituum, l.9.num. 97.fol.146.

Elephas imprudens à curatore matri admiſſus,eum re cognita interemit,l.7. nu. 47.117

Elephantes, quam coitu grauidam reddiderunt eandem rurſus non attingunt.l.9.nu. 88.144 nulla nouerunt adulteria:ſed & ipſi hominum adulteria intelligunt, deteſtantur.& morte puniunt, et maritis detegunt.l.13. nu.1.200.cùm coire appetunt,ſolitudines petunt.l.15.nu. 160.f.244

Emere prohibitus, non cenſetur prohibitus in pignus accipere,glo.5.nume. 108.f.290

Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs, filias non compræhendit, niſi conceſſio facta fuerit à fœmina.leg.5.num.26. fol.94

Emphyteuta alienans, aut non ſoluens, tum demum cadit empyhteuſi, ſi dominus voluerit, gloß. 8. nume.95. fol.350

Endromidatus, l.3.nu.27.in uocula.Endromide 55

Epicharis libertinæ conſtantia in tormẽtis,quàm virorum, maior.l.9. nume. 135.155

Epicurus nullum venereorum vſum eſſe ſalubrem dicebat.l.15.n.21.217

Epicurus Neoclis filius uituperatus, ꝙ palam cum mulieribus congrederetur,l.15.num.158.244

Epigramma mulierum litigioſarum, l. 9.num.192.165.

Epitaphiũ elebre mulieris litigioſæ,ib. aliud memorandum probiſſimæ mulieris,l.10.nu.27.181

Epiſcopis claræ & fulgidæ ueſtes interdictæ,l.3.n.45.75

Epiſcopi clericos, ut clericos, honorent, ſi ab eis mutuò,ut Epiſcopi,honorari uelint,l.13 nn.41.fo.209.

Epiſcepum caſtum eſſe oportere, l. 15. num.118. 237,

Epiſcopus ſubrogatus in locum executoris teſtamenti in negligentia illius,tenetur eodem modo bona diſtribuere, ut ille tenebatur,glo.5.nu.190. 302 cui deuoluta eſt electio eodem modo tenetur eligere,ut tenebantur primi eligentes,ibi.eod.num. uendens fundum ad ædificandum templum ſatis uidetur autoritatem præſtare, ad id faciendum, glo.7. nume. 26.315.emens à clerico,uidetur illi dare licentiam à ſtatuto requiſitam, glo.7.nume.27.fol.316

Epiſcopo abſente in remotis,licet in caſibus permiſſis ſine eius conſenſu res eccleſiæ alienare,glo.8. n.18.340

An autem autoritas ſuperioris tunc requiratur, uide paulo poſt, nume. 22.341.

Epiſcopus poteſt cogere eum, qui cum eccleſia contraxit ſine ſolennitate, ſtare contractui,glo.8.nu. 92.f.349

Equus matri imprudens admiſſus,re cognita,ſeſe præcipitem actum interemit,l.7.n.47.117.alter ob eandẽ cauſam perorigam mordicus interfecit, ibid.item alius ob id ipſum ſibi genitalia amputauit ibid.

Nec tamen id in equis perpetuum eſt, ibid.num. 48.

Equa eadem ex cauſa in Rheatino agro auriga prius lacerato, ſeſe præcipitauit, ibid.eod. fo.num.47.

Equire dicuntur mulieres libidinoſæ,l.9 nu. 85.f.144.

Eryphile monile prætulit vitę Amphiarai mariti,l.3.nu.23.47. & iterum l. 12.nu.2.f.197

Erubeſcere pudoris & verecundiæ ſignum,l.9.nu.155.f 158

Eruli ſinguli plures vxores ducebant, l.7.nu 21.f.111

Eſau cur à patre, Iacob à matre magis dilectus.l.10.nu.15.178

Eſau vitam actiuam, Iacob contemplatiuam ſignificat.ibid.

Eſſedonum fœminæ peræquè fortes, ac viri,l.1.nu.57.in fine f.13

Eßei ſiue Eſſeni quare vxores non ducant,l.9.num.80.143.cum vxoribus prægnantibus non coeunt.l.15.num. 14. f.242

Eua apud Habreos ſine aſpiratione mulierem ſignificat: cum aſpiratione ſerpentem,l.9. num.204. 168. curioſa, l.9.nu.35.135

Euboidas Lacedæmonius non probabat eos, qui alienas vxores laudabant, l. 10.nu.11.177

Euclides habitu muliebri ad Socratem audiendum commeabat,l.3.num.67. fol.78

Eugenia ſancta fœmina virum habitu mentita.l.3.num.71.fol.79.

Euictio non debetur ab eo, qui ſimpliciter conſentit,glo. 5.num.138.295

Euidens dicitur, quod ex coniecturis colligitur,glo.7.nume.164.f.332

Verùm id non dicitur euidenter expreſſum ibid.num.167. paulò.poſt.

Eunuchis pili deſunt,vt fęminis,& quare,l.9.num.145.f.157

Eunuchi podagra non laborant,& quare,gl.15.num.45 fo.222

Euphorion notatus, quòd cum diuite vetula concumberet,l.6.nume.5.fo.98

Euphroſyna ſancta mulier habitu uirum mentita,l.3.nu.71.fo. 79

Euripides duas vxores ſimul habuit,l.7 num.23.112

Vide tamen ibid.nu.25.& 26.fo.113 omnes mulieres multum exoſus, d. num. 23. μισογυνὴς alijs dictus, alijs φιλογυνὴς, l.9. num. 18.113.duplicia matrimonia damnauit,l.7.n.25.112 ipſe alibi conſuluit duas vxores ducendas, vt malam domo exigamus, bonam retineamus, num.26.fol.113

Euryalus formoſus,l.2.nume.40.fo.32

Euryali mater lanam exercens,l.10.nume.41.183

Eurydice libidinis cauſa liberos interemit.l.9.nu.113.fo.150

Euſebij Cæſarienſis locus emendatus, l. 15.nu.30.219

Exangues cur mortui dicantur,l.15.nu. 18.217

Exceptio S. C. Macedo. competit fideiußori, qui habiturus eſt regreßum contra filium, glo.2.nu.66.267.

Excommunicatio tollenda eſt, cum excommunicatus fit deterior,l.9.nume. 226.173.ferenda non eſt,ſi veriſimiliter ſit futura inutilis & contemptibilis.ibid.

Excommunicatus ſimplici verbo,ſimplici quoque verbo abſoluitur,glo.5.nu. 14. 276.nullo petente,abſolui etiam nullo petente poteſt, ibidem num.16

Excommunicatus iudex, qui communi opinione pro legitimo habetur,non inutiliter iudicat,glo.8.nume. 150.folio 358

Excommunicatus notarius, qui communi opinione reputatur: non excommunicatus poteſt conficere inſtrumenta,ibid.in fine, hic, vbique intelligitur excommunicatus,glo. 8.nu.219. fol.366

Executores teſtamenti poſſunt alienare bona pupilli hæredis, ex mandato teſtatoris, ſine decreto,glo.8.nu.185. fol.369

Exempla magni ſunt momenti ad deprauandos, vel corrigendos mores, præſertim domeſtica, l.9.num. 230. fol.174.

Ex nihilo nihil fit, ex Philoſophorum ſententia,gl.5.nu.23.278.& iterum glo.8.n.212.367

Expigmare quid ſit, l.3.n.4.fol.42

Explicans nihil noui facit, ſed detegit, glo.7.nu.196.337

Expreſſum an ſit, quod fit nutu, & ſignis,glo.7.nume. 19. iunctis duobus præcedentibus. 314.& iterum num. 83.322.rurſumque nu. 60.319

Expreſſus conſenſus potentior,quàm tacitus,glo.7.n.40.& ſeq.317. & iteram,n.71.f.320

Expreſſa voluntas magis priuilegiata, quàm tacita,ibid.in vtroque loco. teſtatoris voluntas fortior, quam tacita,ibid.

Expreſſum extendi,non tacitum,glo.7. num.50.318.

Expreſſa profeſſio fortior tacita,& difficilius retractatur, nu.52. 319. conditio iu vltimis voluntatibus impedit tranſmiſſionem non tacita, etiam à lege ſubrogata, in locum expreſſæ gl.7.n.53.ib. expreſsũ legatum ipſo iure transijt in legatarium non tacitum,ibid.n.54.ademptio ipſo iure adimit,non tacita.ibid.num.55. pactum nudum ipſo iuro pignus tollit, non tacitum,ibid.n.56. prohibitio alienandi reddit alienationem ipſo iure nullam, & repellit alienantem à reuocatione illius,ibid.num.57. afficit ignorantes,glo.7 num. 58.ijſdem in locis.

Expreſſus iuris error reddit ſententiam ipſo iure nullam, non tacitus, etiam qui ex expreßo procedit, ibid. nu.59

Nec qui ex mente & coniecturis,glo. 7.n.168.f.332

Expreſſa ſubſtitutio excludit tacitam, gl.7.num.60.319.pupillaris excludit matrem,non tacita,ibid. num. 61.folio 320.

Expreſſa ſubſtitutio vulgaris tollit ſuitatem, & ſic impedit tranſmiſſionem, non tacita contenta ſub expreſſa pupillari,ibid.n.62.eod.fol.

Expreſſum in vno capite videtur in alio repetitum non etiam id, quòd tacitè intelligitur,glo.7.num.65.ibid.

Expreſſa clauſula derogatoria præcedens, tollit voluntatem ſequentem, etiã expreſſam nõ etiã tacita ib.n.66

Expreſſus conſenſus requiritur in alienatione perpetua rei eccleſiaſticæ,gl. 7.n.69.ibid.

Expreßus conſenſus requiritur,cùm clericus tranſit ad aliam eccleſiam alterius diocœſis.ibid.

Expreſſa hæreditatis paternæ renuntiatio intra triennium reuocari poteſt, gl.7.n.74.f.321

Expreſſa filijfa. renuntiatio hæreditatis patri non nocet: tacita ex lapſu temporis nocet,ibid.n.75

Expreſſum non plus operatur, quàm tacitum,cùm agitur de excluſione hæreditatis,gloſ. 7. num. 76.eod. fol.321.

Expreſsè multa remitti non poßunt, quæ tacitè poſſunt,glo.7.num. 80.ijſdem in locis.

Expreßum eſt, quod verbis exprimitur Tacitum quod ex intellectu,& ex factis percipitur, nu.81.322.quod per ſcripturam apparet,ibid.nu.82.quod ex certa ſignificatione, & vi verborum depræhenditur, ibid.quod voce profertur,ibid.quod venit ex ſignificatione vocis,glo.7. nume.83. id eſt, quod tacitè ineſt ex natura verbi hoc importantis,ibid.num. 84.eſt, quod ex verbis infertur,licet ipſa verba upertè non exprimant,ibid.nume. 85. generaliter, glo.7.num.86.& multis ſeq.ibid.ſpecialiter,ibid.& iterum nume.148.330.ſingulariter,glo.7.nu. 86. 322. generale etiam in materia ſtricta habet locum,glo.7.nume. 91. 323.generale non ſufficit, cùm debet fieri reſpectu certæ perſonæ, ibid. nu. 92.eod.fol.

Nec cùm lex noua inducit nouam formam,cuius expreßa mentio fieri debet,ib.num.94

Nec cùm requiritur expreßum verbis,ſiue vt quid fiat verbis expreſſis. 324.num.96.Sed tamen vide nume. ſequen.

Nec cum aliquid requiritur expreſſum pro forma ibid.n.98

Nec quando lex noua correctoria iuris antiqui requirit aliquid expreſsè fieri,ibid.n.100.& ſeq.Sed tamen vide 2.n.ſeq.

Nec in eo quod venit in conſequentiã etiam neceſſarium,d.gl.7.n.105.325

Nec in genere generaliſſimo, vt vulgò dicitur, aut, vt alij appellant, ſummo ibid.n.108

Nec cum vertitur graue quodpiam periculum num.111.326

Nec cùm agitur de fauore aduerſarij, ibid.num.112.Nec in reſcriptis ad beneficia.ib.n.114.& 2.ſeq.

Nec generaliter in odioſis, ibidem nume.116

Nec cùm requiritur expreſſio per verba geminata, vt ſi dicatur, omnia & ſingula,ibid.n.117

Nec cùm certitudo requiritur reſpectu certæ ſpeciei,ibid.num.118

Nec cùm aliquid debet ſpecialiter fieri.ibi.num.119.

Nec cum nominatim fieri debet,num. 120.327

Nec cùm interponi debet iuramentũ, ibid.n.121

Nec cùm expreſſio requiritur, ut quis in pœnam incidat, ibid.num.127. & fol.328

Expreßum verbis generalibus, dicitur tacitum verbis ſpecialibus, glo.7.n. 123. 327. ſpecialiter plus habet uirium,quàm generaliter,ib num.124. generaliter,& poſtea ſpecialiter,nouum dicitur,ibid.nume.126.ſpecialiter

ter id cenſetur, quod in vna tantum ſpecie intelligi poteſt glo.7. nu. 128. 328.& multis ſeq. vſque ad n.147
Sed an id procedat, cùm expreſſio eſt de forma ibid.num. 141.f.329
Et cùm diſpoſitio vtitur verbis pluralis numeri, ibid. n. 146 fo. 330
Et cùm requiritur certum ſimul & expreſſum, ibid.n.147
Expreſſim & ſpecialiter an eadem ſint, gl.7.n.148.in fine. & ſequen. iiſdem in locis.
Expreſſum, & nominatim eadem, eod. num.148
Expreßum eſt, quod ex natura exceptionis præſupponitur, glo.7.n.161. 332. quod ex mente & coniecturis neceßario colligitur, gl.7.num.162. ibidem & multis ſeq. euidenter non eſt, quod ex coniecturis elicitur, gl.7. num.167.ibid.
Nec patenter, ibid.n.168
Nec verbis, ſed lege, ibi.n.169
Expreſſum ex mente & coniecturis tũ demum dicitur, cùm ex eo quod expreſſum eſt conijcitur, glo.7.nu. 171. 333. ex mente & coniecturis, non ſufficit, cùm in caſu ſpeciali requiritur expreſſio, ibid.n. 172. generaliter dicitur, & non ſpecialiter: quod ex mente & coniecturis colligitur, ibid.num. 173. ex mente, & coniecturis, expreſſum impropriè dicitur, ibid. num. 174. huiuſmodi non compræhenditur ſub ſtatuto, ib. non dicitur etiam generaliter, quod ex argumento à contrario ſenſu colligitur, gloſ.7. nume.175. 334. eſt, quod tacitè ineſt ex natura verbi id importantis, glo.7.n.177.& ſeq. Idque etiam, vbi expreſſio requiritur pro forma, ibid.n. 178. id cenſetur tacitum, quod ſequitur ex expreſſo, glo.7.n.179. id cenſetur, quod ex verbis apparet fuiſſe omiſsum, glo.7. n.180.ib. id cenſetur, quod diſponẽtes interrogati vel cogitantes veriſimiliter diſpoſuiſſent, gl.7.n.181.ibid. eſt, quod refertur ad aliud expreßum, gl. 7.n.182.& ſeq. iiſdem in locis.
Expreſſio, quæ fit per relationẽ ad aliud ſitne propria an impropria, ib.n.187. 335.& ſeq. grauaminum an poſſit fieri per relationem ad aliud gl.7. num. 190.336. relatiua generalis impropria eſt. At ſpecialis & ſingularis, propria. ib.n.194. relatiua eſt expreſſa generaliter propriè, ſed ſpecialiter impropriè, ibid. nume.195. non ſufficit, cùm quid certum & ſimul expreſſum requiritur gl.7.n.198.f.337
Nec in his quæ verba requirunt, ib.n. 199. Nec in his, quæ patenter exprimi debent, ibid.n.200
Nec quæ euidenter, nec quæ nominatim, ibid. Nec cum expreſſio ſingularis requiritur, ibid.n.201
Expreſſum an quid habeatur ex clauſula haberi pro expreßo, & ſimili, gl.7. n.202.& ſeq. iiſdem in locis.
Expreßum cùm quid requiritur, an in foro conſcientiæ ſatis ſit, in mente eße conceptum, glo.7.n.205.fo. 338.
Expuere, exputare, vide ſupra, Deſpuere.
Extenſio facilius fit de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonam, gl.5. num.195.302.
Extranei prohibiti à ſtatuto emere, non prohibentur pignus accipere; gl.5.n. 108.290

## F

Fabius Gurges matronas ſtupri damnatas pecunia mulctauit, ex qua Veneri ædem faciendam curauit, l.13. n.14.f.203
Faciles ad accipiendas amicitias, iidem faciles ad deponendas, & è contrario gl.5.n.24.278. ad iram capeſſendam ad eandem deponendam faciles, & è diuerſo, ibid.
Facul quid ſit, idẽ quod facile l.9.nu. 17. fo.132
Falcidia non cenſetur prohibita, ex eo quòd teſtator iuſſit totam vel integrã hæreditatem reſtitui. gl.7.num. 100. & ſeq.324
Falſarius inſtrumenta conficere non poteſt, gl.8.n.154.fo.358
Falſum committit, qui ſe pro notario gerit, cùm non ſit, ib.n. eod.
Falſus denarius, non eſt denarius, glo.8. n.234.f.368
Fama ex loco originis, l.7.n.17.f. 110
Famuli tùm priores dominos deſiderãt, cum ſecundorum ceperint experientiã l. 6. nu.4 fol.98
Fatum non tollit arbitrium, l.8.n.5. & 6.125
Fato dominatur religio, ibid.n.5.
Fata ratione diſrumpuntur, ibid. nume. eod. in fine.
Fatui Pariſienſis prudens iudicium, l.11. n.5. fo. 185
Fauſtinæ duæ impudiciſſimæ, l. 9. n. 98. fol. 147
Feles fœminæ ſalaces, l.9.n.127.fo.153
Fœlicem non fuiſſe ſatius eſt, quàm fœlicitate excidere, l.2.n. 17.& 18.fo.26
Fœlicitas nulla tanta eſt, quæ non multum fellis habeat, l.6.n.4. circa finem. fol.98
Felix pro formoſa Horatio dicta, l. 3.nu. 48.fo.34
Femur ſedes libidinis, l.9.n.81.143. in ſacris literis pro opere nuptiarum ponitur, ibid.n.82
Feminalia, quibus verenda ſacerdotum operiri iubentur, caſtitatem ſignificant ibi fol. 144
Femora & fęmina quid inter ſe differãt, ibid.n.83.f.144
Fictio contraria eſt veritati, gl.5.n. 63. 283. non recipit probationem in contrarium, ibid.
Fingere de tempore ad tempus, hominis non eſt in poteſtate, glo.6. nume. 24. fol.310
Fideiuſſor propria promittit eandẽ ſummam, quæ continetur in inſtrumento principali, licet alter nõ ſpecificet, gl. 7.n.196.fo.337
Fideiuſſio & pignus æquo iure procedunt, gl.5.n.109. in fine. fo.291
Fideiubens pro alio, ei conſentire & autoritatem præſtare dicitur, gl.7.n.25 fo.315
Filia per matrimoniũ non liberatur patria poteſtate legibus Romanis ſed Pictonicis liberatur, l.1.n.1.f. itẽ.1.
Filia naturalis, quæ viro legitimo nupſit legitima efficitur, l.1. nu. 18. in fine folio 4.
Filiarum nuptias non differendas ad 25. annum l.6.n.39.105
Filiæ interdum à parentibus decipiũtur, gl.5.n.351.f.280
Filiæ matrum mores imitari ſolent, l. 7. n.10.109
Filias plerunque 15. anno matrimonio locamus, l 6.n.41.f.105
Filia licet de Iure Canonico poſſit nubere inconſulto patre, honeſtè tamen id non facit, l.9.n.3.f.130
Filia à ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu patris poteſt donare ſine huiuſmodi conſenſu, glo.5. nume.47. fo.281
Filiafa. poteſt exigere dotem, ſine conſenſu patris abſentis, gloſ. 8. numer. 15.346. ſine patre poteſt in ſui præiudicium remittere marito reſtitutionem dotis, nume. 101. 350. ſi ſola ſine patre remiſerit reſtitutionem dotis, ei nocebit poſtea ſui iuris effectæ, ibid.
Filius per matrimoninm non liberatur patria poteſtate, l.1.nume.1. & folio item 1.
Filij plerunq; effigiem matris referunt, l.2.n.73.f.40. ſimiles parentibus eße ſolent, l.7.nu.3. 108. presbyterorum quare non promouentur, eadem l.n. 3.fo.eod. an parentum vultus repræſentare ſoleant, n.51. & 52.119 bannitorum ſi ex ſtatuto ſint expellendi, filii non compræhenduntur, l.9. nu. 158.f.159
Filius qui poteſt eſſe prioris & poſterioris mariti, vtrius ſit cenſendus, d l.7. n.52.119
Filius ob bona patris non releuatnr ſatiſdatione, gl.2.n 27.261
Filiusfa ſi donauerit vxori patre conſentiente, an requiratur vtriuſq; & patris & filij mors, ad confirmationem eius donationis, gloſ.5.nu.87.& ſeq. 287. ſi rem ſuam mortis cauſa conſentiente patre donauerit, pater ſolus id reuocare non poteſt, ib.n.91 ſi cõſentiente patre fecerit teſtamentum ad pias cauſas, pater ſolus id teſtamentũ reuocare non poteſt, ibi. poteſt alieno nomine in iudicio eſſe ſine cõſenſu patris, n.174.f.300. quibus caſibus agere poteſt ſine autoritate patris, poteſt & ſine ea procuratorem conſtituere, gl.ead.n.183.301. abſente patre põt liberè matrimoniũ contrahere, glo.8. num.

T A B V L A.

nu.12.340. patris furioſi poteſt per ſe iniuriam agere, glo.ead.nu.34.f.342
Et hæreditatem adire, ibid.
An & mutuò accipere, ibid.
Filiusfa. poteſt eße in iudicio ſine cõſenſu ſui patris banniti, ibid. patris deportati omnia facit, quæ paterfa. ibidem ſi in iudicio vtiliter egerit, ſine auctoritate patris, valet, glo.8.nume.72. 347. ſine patre poteſt adire hæreditatem opulentam gloſſ. ead. nume. 79. 318. qui pro patre fideiuſſit, poſteà ſui iuris effectus, tenetur de fideiuſſione, eadem glo.num.103.351. an poſſit mortis cauſa donare patri conſentienti, glo.ead.num.115.116.& ſeq. fol.352 & 353.
Filius tempore excluſus à primo cap. nõ propterea eſt excluſus à ſequentibus. Sed ſi expreſſe renuntiet, ab omnibus excluditur, glo.7.nu.79.fo.321
Filius patris banniti, poteſt ſine illius cõſenſu dotem exigere, glo.8.nume.35. fo.342
Filius qui liberauit debitores patris viuentis, an ſibi nocuit poſteà effecto hæredi ipſius patris, eadem glo.8.n.101. & 107.fol.351
Filij venditio & pigneratio rerum patris viuẽtis ei nocet poſteà effecto hæredi patris, ead. gloſſ.nume.102.folio 350
Filiofam. accipienti mutuum, & mentienti ſe eße patremfa. non ſubuenitur, glo.8.num.135.346. patienti prę ceptum guarentigiæ, aſſerenti ſe patremſa. non ſuccurritur, ibid.nu.136. fol. eodem
Filijfa. teſtamentum, qui communi opinione reputatur eſſe ſui iuris, an valeat, gloſſ.8.nu.144 fol.357
Quid de alijs, ibid.num.143
Filiusfa. poteſt ſe obligare pro redẽptione patris, ſine conſenſu ipſius, numę. 285.374
Filius putatiuus non quærit patri putatiuo, glo.8.nu.250.370. hæres inſtitutus etiam fauore patris putatiui, eo iubente non tenetur adire hęreditatem, ibidem
Filij aut patris putatiui inſtitutio non valet, ibid.nu.251.eod.fol.370
Filij naturalis, qui putatur legitimè legitimatus, cùm tamen legitimatio non valeret, inſtitutio non valet, ibid.nu. 252.ibidem
Filius qui neglexit redimere patrem captiuum, exhæredari poteſt, imò & ſine exhæredatione priuatur eius ſucceſſione, gloſſ 8.nu.284.f.374
Fiſcus lien dictus, & quare, l.11.nu.11. fol.186
Flamen Dialis vxore mortua ſacerdotio ſe abdicat, l.2.num.17.fol.26
Flamini Diali nefas erat hederam tangere & quare, l.15.nu.123.238
Flamini vſus fabæ interdictus, & quare, l.eodem num.20.fol.eod.
Flãmearij qui, l.3.nu.27. in Flãmeo.56
Focaria, vxor dicitur, & quare, l.10.numero 31. 181
Fęmina corrupta inter moniales nõ cooptatur, l.1.nu.45.fo.10. ſi eodem caſu cũ mare occumbat, præſumitur prior occubuiſſe, l.1.nu.58.fo.13
Fœminas præeſſe natura non ſinit. l. 1. num.9.fol.2
Fœminas an in rationalium, an in brutorum genere ponat, Plato dubitat, l.1. nu.69.fo.16
Fœminæ in malo conſilio vincunt viros, ibid. viriles viragines dictæ, l.1.n.91. 20. cur in feudis non ſuccedãt. l.1.nu. 78.18.& l.9.nu.132.184. & l.12. nu.13.199. nõ cõprehenduntur in ſtatutis requirentibus conſenſum propinquorũ, l.1.nu.79.18.& ſequ. à forma laudari maximè cupiunt, l.2. nu.48. 34. res oẽs nihil prę forma ducũt, l.2. n.50.35. ne viris ſe denudẽt, l.4.n.11. 82. humeros ne detegant, ibidem nume.19.83
Fęminarũ conſiliũ aduerſus propria cõmoda laborat, l.1.nu.70.16. inualidũ fragile, infirmum, lubricum, debile, ibidem & iterum num. 77. & 2.ſeq. folio 18
Fœmina mas occaſionatus, & imperfectus, l.1.nu.99. circa finem fo.21
Fœminas in mares interdum mutari, nũquam mares in fęminas, ibid.nu. 100. fol.eodem
Fęminis licet ornamenta ex auro ferre, viris non licet, l.3.nu.20.fol 46
Fęminas non denudandas eſſe ad depræhendendam libidinem, l.4. nume.22. folio 84
Nec ad depræhendendam pubertatem, ibid.num.23
Fœminas non niſi fœminis nudãdas, cùm nudari neceſse eſt, d.num.23. iiſdem in locis.
Fœminæ paſſim à multis dominæ vocantur, l. 5.num.14.fo.90
Fęminam ad fęminas plus affectionis habere, l. 5.nu.26 fol.94.
Fęminæ iuuenes ſeniorum virorum amplexus refugiũt, l.6.nu. 28.103. mortem maritorum ſeniorũ cupiunt, ibid. cur citiùs pubeſcant, quàm mares, l.6. nu.38. 104. ad 50. annum, mares ad 70. gignunt, l.6.nu.45.& 3.ſeq.106. ſua natura dominationis cupidæ, l. 8. nu.2. 124. impotenti natura ſunt, l.8. nu.7.125. rerum omnium libertatem deſiderant, ibid. vindictæ cupidæ, l.8. num.18.128.& iterum l.9.nu. 200. apud Romanos primæ veneficijs vſæ, l.8.nu.19.128. maribus inſidioſiores, l.8. nu. 21. ibid. citiùs veniam ætatis impetrant, l.9.nu.15.131. apud Hebræos ab נשה dictæ, quod ad omnia vitia ſint procliues, ibid.nu.22.133. ingratæ, l.9.nu.28.134. vnde dictæ l. 9.nu.81.143. æſtate, viri hyeme Veneris appetentiores, & quare, l.9.nu. 125.153. prius torquendæ quàm mares, l.9.nu.134.fo.155
Fęmina ex coſta viri, non ex pede facta, & quare, l.8. nu. 12.fo.126
Fœminarum ſcientiam in veneficijs pręualere. nu.19.fo.127
Fœminarum veneficarum plurimarum nomina ab auctoribus celebrata, ibid. num.eodem
Fœmina optima rarior phœnice, l.9.nu. 20 fol.133
Fœmina omnium malorum caput, ibid. nu.21.& ſeq.fol.eod.
Fœmina nil doloſius. l.9.nu.51. fol.138
Fęmina mori inedia coacta, quòd claues cellę vinariæ reſignaſſet, l.9.nu.206. fol.168
Fœmina dote mulctata, quòd plus vini bibiſſet, quàm valetudinis cauſa, ibid. num.206
Fœminæ animantis cornu depictum vltionem ſignificat, l.9.nume.200. folio 167
Fœminarum proprium perfidia, ibid.
Fœmina ventis mobilior, l.9.num.130. 135
Fœmineus clamor proprio epitheto dictus l.9.nu.188.165. dolus peculiari epitheto dictus, l.9.nu.51.fol. 138
Fœminei item vlulatus ibid.nume.189. 165. plangores, ibid.num.190
Fœmina vinolenta, eadem & impudica, l.9.num.208.169
Fœminæ rarò inebriãtur, & quare, ibid. num.210. 170. cur magis incidunt in terrores imaginoſos, quàm viri, l.9. nu.216.171. multò grauiores ictus, & vulnera ſuſtinent, quàm mares, l. 9.nu.225.172. domi ſe continere debent. non foràs euagari, l.10.num.12. 177. in facie pilos non poſtulant. l.10. nu.14.178. quò frequentiùs coeunt, eò citiùs ſterileſcunt, l.15.nume. 68. fol. 227
Et rariùs concipiunt, ibid.
Cætera autem, quæ huc pertinent, vide in verbo, mulier.
Fœminarum & mammæ & reliquum corpus, cur ſit rarius, frigidius, mollius, & minùs validum quàm virorũ, l.9.nu.216.171. præcepta ſæpe maritos iuuare, l.11.nu.11.186
Fœmina optima de cuius nomine ſermo non habetur, l.10 nu.10.177
Fęminas cœtui publico ſeſe demonſtrare non licet, l.10.nu. 31. 181
Forma ſuperbas fęminas facit, l.2.num. 2.22. Etiam pudicas, ibid.num.3 fol. 23
Formoſas vxores an ſatius ſit ducere, an deformes, l.2.num.1.22.& per totã eam legem. 2
Forma ad libidinem prouocat, l.2.num. 10.24. vnde dicatur, ibi. feruor, ignis, calor, ibid. quid ſignificet, ibid à foruo. ibid. eburneum detrimentum, l.2. nu.14.fo.25
Formoſæ congredi non tam graue peccatum, quàm deformi, l.2.num.12.eod. fol.25
Formoſę, licèt ſint pudicæ, non tamen eſſe creduntur, l.2.num.15.ibid.
Formoſæ vxores viros in zelotypiam trahunt, ibid.

Forma Synorigis viro fuit exitio, l 2.nu. 14 ibi. animum deprauat, l.2.nu.16. ibid. res caducę, l.2.n.19.26 exiguitē poris tyrannis, ibi.n.21. Dei donū l.2. nu.31. 29. inter naturę bona pcipua, l.2.num.42.32. bonæ valetudini præ-lata, ibid nu.43. 33
Formæ amor cum forma abit, l.2.nume. 23.27
Formoſi in reges olim ante cæteros delecti, l.2.nu.44 ibid.
Formoſus, cæteris paribus, deformi præferendus in rectoris officio. l.2.nu.47. fol.34
Forma cùm diuitijs & nobilitate cōpenſatur ibid. mediocris in vxore amplectenda, l.2.nu.70.fol.40.
Forma vxoria, ibid.
Formoſo occurrere fœlix omen, l.2.nume.60.38
Formoſa ſpecies, muta comendatio, l.2. nu.61.ibid.38
Formam eſſe ſilentem fraudem, ibi. eſſe regnum abſque ſatellitio, ibid.
Formoſas vxores, quę præcipuè ſuadeant ducere, l.2.n.64.& ſeq ibi. & 39.
Formoſæ formoſos pariunt, d.nume.64. in fine.
Formoſi liberi vix ex deformi vxore naſcuntur, eadem l.2.nu.68.ibid.
Forma ſtata ibi.n.70. mulieris nimio or natu obſcuratur, l.3.nu.15.45. venuſtas, & alia id genus, philtra ſunt efficaciſſima, l.14.nu.8.fo.213
Forma (hæc alia omnino eſt) dat eſſe rei, glo.4.n.3.fo.269
Formam perfectionem eſſe ibid.
Forma cuilibet rei nomen imponit, ibid. in fine indiuidua eſt.gl.6 num.4.207. contēporanea eſſe debet, ibi. per æquipollens non adimpletur, glo.6.nu.26. 310.& iterum gl.7.nume.188. 335.
Niſi aliqua neceſſitas impediat adimpleri in ſua forma, gl.6.nu.34.fo.311
Forma reijcit verba generalia.glo.7.nu. 98.324. item reijcit verborum inuolucra, ibi.nu.99. an impleatur per relationem ad aliud, gl.7.nu.188.& multis ſeq.335
Fortes creantur fortibus, l.7.nu.4. 108
Fortuna cur muliebri ſpecie depingitur, l.1.nu.81.fo.19
Fortunæ virilis templo fœminæ nupturæ corpore nudato explorabantur, an aliqua deformitate eſſent affectæ, l.4.nume.10.82
Forum conſcientiæ reſpicit obligationem naturalem, gl.4.nu.15.271. ſortimur ex diſtractu, vt ex contractu, gl.5.nu.8.fo.275
Francorum pœna in adulteros, l.13.nume. 24.fo. 205.
Franc. Aret. laus.glo.2.nu.62.266
Frater in feudo nō ſuccedit, niſi expreſsè in inueſtitura noui feudi exprimatur: ſatis tamen eſt, ſi ex verbis generalib. id colligi poſſit, glo.7.nu 90. 323
Fratres cur conſanguinei dicantur, l.15. num.14.216. ὁμαίμους Sophocles appellauit.ibid.in fi.
Fratrū vxores viduas vbi ducere licuerit, l.7.n.50.118.& ſororum concubitus apud Romanos & Tuſcos morte piatos fuiſſe, l.7.n.41.116
Fraudis ſpecies alleganda, l.9.nume.24. 134
Fraudibus obuiandum gl.5.n.60. in fine f.283.& nu. 192.302
Frigidiora frigidioribus alimentis indigent, l...n.23.93.
Frigiditas & ſiccitas, imprimis contrariæ voluntati, & potentiæ coeundi, l. 6.n.8.98
Fructus ſtatim colligendi, pro collectis habantur, glo.2.n.11.258 pendentes æquè ac collecti ſequeſtrantur, ib. qui in ſpe ſunt, pro fructibus non habentur, gl.2.n.35.262
Frumentum in herbis æſtimatur, vt ex pr.ſenti, non vt ex futuro, ib. eod. nume.35
Fruſtra petit debitum, qui quod debet, non impendit, l.13.n.42.209
Fruſtratorinm factum pœnam efficaciter non committit, gloſ. 8. nume. 212. fo. 365
Fur magis eſt, qui modica furatur, l. 2. num.12.25
Furioſus eſt loco abſentis, gloſ. 8. 32. fo. 342
Furioſi cuiuſpiam conſenſus cum requiritur, quid agendum ſit, ibid. in fin. & num. ſeq.

G

GAbella ex diſtractu non ſoluenda, gl. 5.n.2.f.274
Et quare, ib num.29. 279. vbi videbis an id ſemper uerum ſit. ex contractu ſolui iuſſa, an debeatur ex donatione gl.5.n.43.281.& 52.282. ſolui iuſſa ex cōtractu an ſoluatur ex fideiuſſione. gl.5.n.105.290. quæ ſoluitur ex contractu, ſoluitur ex confeſſione, gl. 5.nume.117.fo.292.
Galatæ vxores ducunt matres, filias, ſorores, l 7.nu.33.114
Galactophagi vxoribus communibus vtuntur, l 7.n.53.120
Galba Iuriſconſultus, adulter, l. 13. nume.7.202
Galba pater Imperatoris vxori futurę uitium corporis detexit, l. 4. nnme. 2. fol. 80
Galenus princeps Medicorum, l.5. num. 23.fo.93
Galli ſtolidi. l.7.nu.15.f.110
Gallorum moribus vxor in poteſtate viri non patris, l.1.n.3.fo.& 6.f.2. mulieres conſultationibus belli & pacis adhibebantur, l.11.n.23.187.& Annibalis conditiones pactæ, ib. nu. eo.
Gallinacei mares tantùm canunt, non etiam fœminæ l.12.n.8.199
Garamātes vxores communes habent, l. 7.n.51 f.118
Geloni ſinguli plures vxores habent, l. 7.n.22.112
Geloni Scythæ ſunt, ib. in fin.
Gelonorum leg e mulieres quoſcunq; volunt viros conueniunt, 7.nu.59.121. mares domeſtica negotia exercent, fœminæ extranea, l.10.nu.5.176.
geminorum alter marito, alter adultero ſimilis, l.7.nu.52.119
generos cum ſoceris lauari Romę non licebat. l.4.nu.34.92
generatio & interitus eiuſdem naturæ gl.5.nu.18.277
genere remoto, & quælibet eius ſpecies remota eſſe cenſetur, glo. 5. numero 80.286
generalis diſpoſitio tantùm operatur, quoad oīa expreſſa ſub genere, quantum ſpecialis ſub ſpecie gl.7.num.89. 323. generaliter intelligēda, etiam in odioſis & pœnalibus, ibid.nu.91. non includit perſonas & cauſas priuilegiatas, ib.gl.7.num.93. derogatio legum vel ſtatutorum ſufficit, etiamſi lex aut ſtatutum ſpecifice non deſignetur, gl. 7.nu.110.326. renuntiatio exceptionum ſiue priuilegiorum, non ſufficit: ſed ſatis eſt, renuntiari omni priuilegio fori, aliter non deſignato, ib. obligatio non compræhendit quæ veriſimile eſt loquentem non intellexiſſe, gl. 7. nu.125.fo.327
generi per ſpeciem derogatur, non è conuerſo, ibid.
generaliter facta multa valent, quæ non ſpecialiter, ibid. pignori obligatus manumitti poteſt non ſpecialiter ibidem. in fine.
generalis diſpoſitio quæ non niſi in vna ſpecie poteſt verificari cenſetur eſſe ſpecialis.glo.7.nu.128.& multis ſeq. fo. 328
Idq; etiam reſpectu legitimæ ibid.num. 144.fo.329
Sed an id procedat cùm expreſſio eſt de forma.ibi.n.141.fo.eod.
Et quid ſi diſpoſitio vtatur uerbis pluralis numeri.ib. n.146 f.330
Quid item cùm requirit aliquid certum & expreſſum ibid.nume. 147. derogatio, an habeat vim ſpecialis cùm vnum tantùm teſtamentum præceſſit glo. 7. nume. 130.328.& ſequen. remiſſio vel renuntiatio quæ de vno tantùm poteſt intelligi pro ſpeſica habetur glo. 7. nume. 134. ibidem ſubſcriptio teſtamenti continentis vnum tantùm caſum, pro ſpeciali habetur, etiam vt quis cadat in crimen falſi. glo.7.num.135. 329. donatio eorum quæ ſunt in tali loco non compræhendit res venales niſi nullæ aliæ ibi ſint. gloſ. 7. nu. 136. ibi. fo. eo.329
generale mandatum habetur pro ſpeciali cùm vnicus actus eſt demādatus, vt dominus cadat in pœnam, glo.7. num. 138.ibid.
genitalia muliebria minimè inſpicienda ad depræhendendum ſtuprum, leg.4. nu.22.fo.84
Nec ad depræhendendam pubertatem ib.nu.23.paulo poſt.
germani intra vigeſimum annum vxorem ducere turpiſſimum iudicabant, l.6.nu.47.in fi. fo.106
Germanorum quorundam moribus olim virgines tantum nubebant, l.6 nu 5. 98. mos circa Venerem. l.6.num.47. 106. fera Venus, l.6.nu.47. ibid.
Germani ſinguli plures uxores olim habebant l.7 nu.22.111. ſoli Barbarorum ſingulis uxoribus contēti, præter nobiles l.7.nu.62.112
Germanorum uxores domus officia exequuntur, l.10.nu.176 pœna in adulteros, l.13.nu.11.202
Germani fęminarum conſilia non negligunt, l.11.nu.22.187
Getulorum lege mulieres quibuſcum volunt, coeunt, l.7.nu 59.121
Gidica priuignum Cominium turpiter adamauit, l.9.nu.103.148
Glaphyra mariti errores repreſſit, l.11. num.17.187
Glaſtum quid ſit, l.3.num.11. ſub finem. fol.45.
Glauca quædam canem adamauit. l.9.n. 108.fo.149
Gnidanum vxores ſibi honori ducunt à pluribus Venerem pati, l.7.nume.56. fo.120.
Gnoſticorum hæreſis de cōmunitate mulierum, l.7.n.51.118
Eorundem infandiſſimum facinus, l.5. nu.15.138.fo.241
Gorgonis Lacænæ dictum. l.1.n.11.fo.2
Gorgonū mares domeſtica negotia exercent, fœminæ extranea, & publica l. 10.nu.5.176
Gothorum lege licebat adulterum occidere, l.13.n.13.fo.203.
Græcorum lex de tutela mulierum, l. 1. nu.72.fo. 17
Græci priſci vxores emebant, l.4.num.9. fol.81.
Græci vxores dominas vocant, l.5.n.12. fo.89. leucs, l.7.n.15.110. in templis vxorum concubitu abſtinebant, l.15 nu.105.fo.235
Græcorum fęminæ in conuiuijs virorum non aſſident, l.10.n.21.f.179
Grandia corpora non ſemper firmiſſima, l.1.n.53.fo.12
Gratianopolitanorū pœna in adulteros, l.13.nu.24.fo.205
Gratiæ pulchricomæ, l.2.n.37.fo.31
Gratiæ nudæ, & quare, l.4.n.28.84. Veneri familiares, ibi. in fin. num.
Grauaminis realis reuocatio, realis eſſe debet: verbali verbalis ſufficit, glo.5. nu.14.276
Gualdum quid, l.3.nu.11.fo.45
Gynæconitis quid ſit, l.10.n.21.fo.179
Ginæcium quid ſit, ibid. & nume.22.& 23.fo.140
Gynæciarij quid.nu.22.ibid.
Gynæcia in loco domus editiſſimo, ibid. num.24.

H

HAbetur verbum, improprietatem denotat, glo.7.nu.174.333.
Hæres inſtitutus in teſtamento nō ſolenni, an ſit tutus in foro conſcientiæ glo. 4.n.22.& 3.ſeq.272. ab inteſtato, qui non vult reſtituere hæreditatem, vel ſoluere legata ex teſtamento non ſolenni, an ſit tutus in foro conſcientiæ. d.n.22 ibid an peccet, qui retinet hæreditatem relictam fratrib. minorib. glo.4.nu 24.ibid.
Hæredis factum teſtatoris iuſſu, non ipſius hæredis, ſed teſtatoris factum eſſe intelligitur, glo.8.num.184. & ſequen.363
Haliæeti auis naturæ in depræhendenda legitima prole, l.13.n.5.fo.201
Harmodius & Ariſtogiton tyrannicidę, l.9.nu.135.fo.155
Harpalices cum patre Clymeno concubitus, l.9.nu.100.fo.147
Harpocrates Oſiridis ex Iſide ſorore filius, l.7.nu.34.fo.114
Hebe καλλίσφυρος, ideſt, pulchritala, l.2. nu 37.fo.31.
Hebræorum legibus vxor in poteſtate viri eſt. l.1.num.7.fol.2. mos in emittendis filiabus foras, ad maritos, l.1. nu.32.fo.7
Hebræi eadem voce bonū & pulchrum vocant, l.2.nume.54 ante finem f.56
Hebręis non erat prohibitum matrimonium inter conſobrinos aut patrueles, l.7.num.44.116. an & quando licebat vxores fratrum ducere, l.7.nume.50 fo.118
Hecate prima omnium aconitum inueniſſe dicitur, l.8.n.19.128
Hedera herba laſciua, l.15. nume.123. 234.
Helena nigris oculis l.2.nu.38. 31. lanificium exercens. l.10.num.40.183. arbori ſuſpenſa ob zelotypiam. l.13.nume.28.206
Heliogabalus primus holoſerica veſte vſus, l.3.num.17.46. nudus nudis fœminis currum trahentib. in publicum prodibat, l.4.nu.31.85
Heliogabali oratio ad meretrices, leg.9. nu.155.fo.158
Henricus Imperator vxorem ſuam, quæ quinquagenaria conceperat, voluit palàm parere, ad tollendam partus ſuppoſiti ſuſpicionem, l.6. nume.47. 106
Heraclides Ponticus ob nimium cultum repræhenſus, & ob id Pompicus dictus, l.3.n 45.75
Heraclitus ignem omnium rerum principium, & in eundem omnia reſolui dixit, gl.5.nu.20.277
Hæreticorum mater ſuperbia, l.9.nu.31 fol.135
Herbas ſexu diſtingui, l.1.nu 65.14. mares plus virium habere, quam fœminas ibid.nu.eod.
Herbæ cuiuſdam contractu ſeptuagenum coitum fieri, l.15.n.2.214.
Hercules formoſus l.2.nume.40.32. aliquando veſte muliebri vſus, l.3.num. 59.78. Crocotophoros dictus, ibidem. eod.num.
Herculis ſacerdos apud Coos muliebri veſte indutus, rem diuinam faciebat, & quare, l.3.nu.66.fo 78
Herculis vires incredibiles ad concubitum, vt qui 50. virgines vna nocte cōpreſſit, & omnes grauidas reddidit, l. 15.nu.92.232
Heriſtilla ob zelotypiam proprios filios interemit, l.13.nu.32.207
Hermophrodita non compræhenditur in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum in contractibus mulierem, gl. 5.num.70.284
Hermaphroditus non admittitur ad feuda & alia ad quæ maſculi tantùm admittuntur, ibidem circa finem. num. eod.
Hermes Aegyptius Philoſophus pluris emebat, quàm res iudicaretur, l 9.nume.12.190
Herodice victrix in certamine pulchritudinis, l.2.nu.49.fo.35
Heſiodi ſententia de ætate contrahendi matrimonij, l.6.nu.41.109
Heſiodus terram rerum omnium principum, in eamq; res omnes reſolui dicit, gl.5.nu.20.277. ſacra dijs caſtè & purè fieri iubet, l.15 nu.114.236.
Hieronis vxor putabat viris omnibus os grauiter olere, l.4.n.1.79
Hiero Syracuſanus, inſpectis moribus nepotis Syracuſas liberas dimittere voluit, ſed eius filiæ obſtiterunt, l.9.num. 36.136
Hieronymi loca. l.3.nu.4.43.& l.9. nume.31.135
Hierophātæ Atheniēſiū ſorbitione cicutæ ſeſe euirabant. l.15.n.122.238
Hippaſus Metapontinus ignem rerū omnium principium, & finem dicebat, gl.5.nu.20.277
Hippocrates de mulierum impudicitia, l.9 nu.80.143.& l.16.n.8.247
Hippodamia cum Oenomao patre concubuit, l.9.n 100.147
Hippolyta Amazonū regina zonæ cauſa ab Hercule interfecta, l.3 num.27. in zona 68
Hippomanes an habeat vim amatoriā, l.14.nu.1.211.& 7.213.
Hippomenes filiam in adulterio repertam, equo deuorandam præbuit, l.13. nu 9 202
Hippomenes & Atalanta in leones verſi, quòd in templo Cybeles concubuiſſent, l.15.nu.108.235
Hiſpani elata iactātia animoſitate prępoſteri, l.7.nu.15.110. poſt uxoris partū in lecto recubant, uxoribus illis miniſtrantibus, l.7.nu.63.122
Hiſpanorum uirgines, quibuſcum libuerit, congrediebantur, l.7.n.60.121
Hædi matrib. ſimiles, l.7.n.10.fol.109
Holobaris veſtis, l.3.nu 17.46
Holobryza ueſtis.ibid. eod nu.
Holoſerica ueſtis, ibid ſimiliter eod.nu.
Homerus à pulchritudine heroes laudat. l.2.40.32
Homeri tempore luctaturi ſe accingebant, l.4.nu.36.fo.92

*Homo hominem morſu non perimit, l. 5. nu. 23 fol. 93*

*Homo plus cæteris animalibus ex coitu langueſcit, l. 15. nu. 10. 216. animal zeiotypum l. 16. nu. 2. 246*

*Homines priſci ſæculi, cur erant viuaciores, ſiue longæuiores, l. 15. n. 8. 215*

*Hominum immolatio ob coitum in templo Dianæ, l. 15. nu. 109. 235.*

*Honorem qualem maritus debeat vxori, l. 13. nu. 37. 208*

*Horatius iraſci facilis, ſed ira citò placabilis gl. 5. nu. 24. 278*

*Hortenſius ob nimium cultum repræhenſus, l. 3. n. 45. fo. 74*

*Hoſpitalia non compræhenduntur in generali prouiſione ad beneficia: ſufficit tamen generalis mentio hoſpitalium, glo. 7. n. 115. 326*

*Humidis humida apta ſunt, l. 5. num. 23. fol. 93*

*Humidus victus vtilis febricitantibus, pueris, & his qui tali victu refici aſſueti ſunt, ibi. eod. nu.*

*Humecta natura concumbendi auida, l. 9. nu. 165. & ſeq. fo. 160*

*Hyberni matrimonia ineunt cum matribus, filiabus, ſororibus, l. 7. nume. 33. 114. in propatulo coeunt, l. 7. numero 55. 120*

*Hyperion Euryphaeſſem ſororem uxorem duxit, l. 7. n. 35. fo. 115*

*Hypermneſtra fratrem mariti ſui adamauit, l. 9. n. 105. fo. 148*

*Hypocriſis vitium teterrimum. nu. 27. fo. 134*

*Hypſicratea Mithridatem virili habitu ſecuta, l. 3. nu. 66. 78.*

*Hyrcani vxores communes habent, l. 7. num. 53. 120.*

*I*

*IAlchleuenſiũ Lybium mos in ducendis vxoribus l. 7. n. 60. fo. 122*

*Iambe maledica, l 9. n. 94. 166*

*Ιαμβίζειν, conuiriati, ibid. eod. nu.*

*Ianus Camiſiam ſororem uxorem duxit, l. 7. nu. 35. fo. 115*

*Iaſon formoſus, l. 2. nu. 40. fo. 32*

*Iaxamatæ filias non antè nuptui dabãt, quàm hoſtem interemiſſent, l. 7. nume. 62. 122*

*Ibi plus linguæ, vbi minus cordis, l. 12. nu. 15. 200*

*Iachthyophragi vxores communes habent, l. 7. nu. 53. 120*

*Idrieus Carum rex Aolam ſororem vxorem duxit, l. 7. nu. 36. 115*

*Id ſumus, qđ amamus, l. 13. n. 46. fo. 211*

*Ignis pro auaritia, l. 8. nu. 46. auarus & auidus dicitur, ibid. item pro libidine & amore, l. 15. n. 58. 225*

*Ignobilem non ſatis idoneum eſſe ad fœlicitatem, l. 2. nu. 46 fo. 34*

*Ilia quæ ſunt, l. 15. nu. 43. fo. 222*

*Illyricorum virginibus permiſſum vagari, & filios habere, à quibus vellent, l. 7. nu. 57. 121*

*Ilophagi vxoribus communibus vtuntur, l. 7. n. 53. 120*

*Immatriculatus cenſetur ſtatim immatriculandus, gl. 2. nu. 12. 258*

*Immunitas viro conceſſa, an vxori competat, gl. 2. nu. 55. 265*

*Imperator exercitus cæteris formoſior deligendus, l. 2. num. 44. in fine. fo. 33. dat leges non accipit, l. 4. num. 13. 82. non poteſt dare fidem ſcripturæ non authenticæ, gl. 4. nu. 1. 269*

*Imperatoris ſententia contra non citatum, non valet, ibid. nu. eod. 1. fo. 268 paulò ante.*

*Impetrans beneficium debet exprimere ius alterius, quod in ſpe tantùm eſt, gl. gl. 2. nu. 41. 263*

*Improbatiſſimi viri probatiſſima ſententia. l. 11. n. 6. 186.*

*Impudentes canes vocati, l. 9. numero 183. 163*

*Inæqualitas odij mater, l. 5. num. 20. & ſeq. 92*

*In aurem vtranque dormire quid ſit, l. 5. num. 2. fol. 87*

*Inceſtos concubitus ſunt qui deteſtantur quique defendunt, l. 7. nu. 38. & ſeq. fo. 115*

*Incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mentis, l. 2. n. 57. fo. 37*

*Indiuiduum eſt, quicquid ſolennitatis eſt gl. 6. nu. 4.*

*Indocti plerunq; generant robuſtos filios, l. 15. n. 154. fo. 243*

*Indi vxores pari boum emebant, l. 4. n. 9. 81. plures ſinguli ducunt, l. 7. n. 20. 111. ducunt matres, filias, ſorores, l. 7. n. 33. 114*

*Indorum vxores contendunt, quæ ex illis tremabitur cum viro mortuo, nu. 20. f. 111*

*Indi in propatulo coeunt, l. 7. nume. 55. 120*

*Indorum fœminæ amatoribus elephanti pretio ſe ſubſternunt ib. n. 58. 120. uirginibus datur optio eligendi maritum ibid. vxoribus licet fornicari, niſi maritus probibeat, ib. uirgines hodie proſtituũtur ib. vxores prima nocte cum ſacerdotibus iacent, ib. eo. num. & fo.*

*Inducta ad fauorem, non debent retorqueri in odium, glo 8. nu. 86. 348. ad unum effectum contrarium non operantur, ibid.*

*Induſiarius, l. 3. nume. 27. in Induſio. fol. 57.*

*Induſiatus, ibid. eod. nu. & fol.*

*Infamis an is ſit, qui veſte muliebri vtitur, & fœmina, quæ virili, l. 3. nu. 58. 78. qui communi opinione reputatur bonæ fam, poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto gl. 8. nu. 149 fo. 358*

*Infans poteſt obtinere ſententiam ſine tutoris autoritate. glo. 8. numero 68. fo. 346*

*Ingenio tardi ſunt tenaci memoria, gl. 5 nu. 24. in fi. 278. prompti non admodũ valent memoria, ibid. eod. num.*

*Ingratitudo teterrimum vitium, l. 9. nume. 27. 134. apud Perſas ſeueriſſimè plectitur, ibid.*

*Ingratitudinis impudentia comes, ibid. num. 28.*

*Inhabilis & nullus æquiparantur, gl. 8. nu. 61. 345*

*In habentibus ſymbolum, facilis eſt trãſitus, l. 5. nu. 25. fo. 94*

*Initium contractus inſpiciendum, glo. 8. nu. 105. 351*

*Iniuria illata vxori, viro illata eſſe videtur, glo. 2. nu. 57. fo. 266*

*Iniuriam inferens conſanguineis ſcholaris, qui eum inuiſum eunt, punitur pœna quadrupli, ibid. eod. nu.*

*Ino Leucothea pulchritala. l. 2. num. 37. fol. 31.*

*Ino ob pellicatus ſuſpicionem filiũ proprium amauit, l. 13. nu. 31. fo. 207*

*Inſidiæ arma mulierum, l. 8. nu. 21. 128.*

*Inſinuatio donationis: non niſi vtraque parte petente fieri poteſt, gl. 6. nu. 10. 308. an requirat conſenſum ſiue decretum iudicis gl. 7. num. 32. 316. & 34. 317. nominis & cognominis quæ fieri debet à nominatis ex concordatis Papæ & regis, debet omnino fieri, nõ prætermiſſo cognomine, etiamſi nomen ſit multum ſingulare, glo. 7. nume. 99. fo. 324*

*Inſipientium quoque conſilium cõſulendum, l. 11. nu. 5. 185*

*Inſpiciendumne ſit, quod euenire poteſt, gl. 2. nu 16. 262. & 44. fo. 264*

*Inſpuere & inſputare, vide ſupra Deſpuere.*

*Inſtrumentũ dicitur expreſsè probare, non id tantum quod directè, ſed & qđ indirectè ex eo colligitur gl. 7. n. 177. 334. ab eo confectũ, qui non eſt notarius, ſed cõi opinione talis exiſtimatur, an valeat, glo. 8. nu. 145. 357. do tale putatiui matrimonij, non hẽt executionem paratam ex ſtatuto id priuilegium dante inſtrumentis dotalibus. glo. 8. nu. 257. 371*

*Inſtrumenta confecta à notario excõmunicato, qui communi opinione reputatur non excommunicatus, valent gl. 8. n. 150. 358*

*Intelligitur, verbum, an denotet veritatem, an fictionem, vel improprietatẽ, glo. 2. num. 67. in fi. 267. & glo. 7. nume. 174. fo. 333*

*Inter os & offam, gl. 2. nu. 31. fo. 261*

*Interdictio hic facta prodigo, vbique ſuã vim extendit. glo. 8. n. 219. fo. 366.*

*Interfemineum muliebre genitale dicitur, l. 9. nu. 81. 143*

*Io, curioſa, l. 9. nu. 35. fo. 135*

*Ioan. And. vxorem ſuam dominam vocabat, l. 5. nu. 13. 90. multa ab vxore didicit, l. 11. n. 27. 188*

*Ioan. Apoſtolus Electam dominam vocat, l. 5. nu. 14 fo. 90*

*Ioan. Calde. aliquando ſuam vxorẽ conſuluit, l. 11. n. 27. 188.*

*Io. Ligna ob veſtem vulgarem contemptus, l. 3. n. 53. fo. 77.*

*Ioanna Gallica viua exuſta, quòd virili veſte vſa fuiſſet, l. 3. nume. 64. ibid. fol. eod.*


Ioan-

TABVLA.


*Ioanna duæ Neapolitanorum reginę libidinoſiſſimæ, l. 9. nu. 99. 147*

*Ioſeph à pulchritudine laudatus, l. 2. nume. 53. 36*

*Iphidamas vxorem centum bobus emit, l. 4. num. 9. 81*

*Ira vitium muliebre, l. 9. nu. 184. f. 164. & ſeq.*

*Ira libido vindictæ, ibid. num. 188*

*Iſaacius Imperator Conſtantinop. vxorem poſt conceptũ non cognouit, l. 15. nu. 142. 241*

*Iſchiadicis coitus nocet, l. 15. num. 45. in fine. 222*

*Iſis fratri Oſiridi nupſit, l. 7. nu. 34. 114*

*Iſidis ſacris mulieres per nouem dies à uiris abſtinebant, l. 15. n. 115. 237*

*Iſſedonum fœminæ non minus fortes, quàm viri, l. 1. nu. 57. in fi. fo. 13*

*Itali ante Aeneæ tempora capillos componebant, l. 3. nu. 57. 78. priſci vxores conſobrinas ducebant, l. 7. n. 44. 116. regali nobilitate præfulgidi, l. 7. nume. 15. 110*

*Italorum pœna in adulteros, l. 13. numero 23. 205*

*Iudæi ſinguli plures vxores habent, l. 7. num. 22. 111*

*Iudex inquirere debet, quibus cum reus cõuerſari ſolebat, vt hinc mores illius depræhendat, l. 5. n. 29. in fi. 98. qui de facto proceſſit parte non vocata, de facto quoque põt reuocare, gl. 5. nu. 13. 276. ſupplet contradictionem eius, qui conſentire debet, gl. 8. n. 23. 341. interponit autoritatem loco tutoris, & curatoris, glo. 8. n. 26. 341. ſupplet defectum prælati eccleſiæ, ibid. debet apertè intelligere, quod coram eo factum eſt: aliàs nõ dicitur interponere decretum, aut autoritatem, glo. 8. nu. 180. 362. & ſequẽ. qui ſententiam nullam fert, non facit litem ſuam, gloſ. 8. nume. 298. fo. 365*

*Iuliæ Auguſti filiæ ad patrẽ facetum reſponſum, l. 3. nu. 35. fo. 73*

*Iuliæ eiuſdem dictum, Non niſi plena naui vectorem tollo, l. 7. nu. 52. fo. 119*

*Iuliæ duæ libidinoſiſſimę, l. 9. nume. 98. fol. 147*

*Iulus formoſus, l. 2. nu. 40. fo. 32.*

*Iuno irata ob ſuam formã contẽptam, l. 2. nu. 50. 35. Dea caſtiſſima marito ſeſe adornauit vt eum ad concubitũ pelliceat, l. 3. n. 39. 74. & l. 15. num. 158. fol. 244. taciturna, & quare, l. 12. n. 7. 198. Argiua. ibi. Matrona. ibi. nudatã ſe vindicauit, l. 4. num. 25. fo. 84. ætate grandior Ioue marito, l. 6. num. 51. fol. 107.*

*Iunonis Achaicæ ſacerdotes à Venere abſtinebant, l. 15. nu. 20. 121*

*Iunonis ſacrificijs fel non adhibetur, & quare, l. 8. nu. 11. fol. 126*

*Iuno de coitu à Ioue appellata, locũ patentem recuſat, l. 15 nu. 158. fol. 244*

*Iupiter Iunoni vxori non omnia ſua conſilia communicabat, l. 12. nu. 1. f. 197*

*Iuramẽtum à mulieribus non exigendũ metu periurij l. 9. nu. 139. etiam oneris nunquam ei defertur, qui veriſimiliter peierabit, ibid. in ſupplementum non defertur ex teſtimonio vnius teſtis, niſi ſit omni exceptione maior, l. 9. nu. 74 f. 142. An autem ex teſtimonio mulieris, ibid. & ſeq. an confirmat contractum factum ſine conſenſu propinquorum requiſito ex ſtatuto. gl. 4. nu. 26. 273. an confirmet contractum factum ſine ſolennitate requiſita. ibi. & ſeq. vſque ad finem eius glo. verba requirit in his, qui loqui poſſunt, gl. 7. nu. 18. 314. calumniæ expreſsè remitti non poteſt, tacitè poteſt. gloſ. 7. nu. 80. 321. vbi præſtari debet tactis ſcripturis non ſufficit præſtari his præſentibus gl. 7. n. 98. 324. verbis ſpecificis præſtari debet, glo. 7. nu. 121. 327.*

*Nec ſufficit dicere per iuramentum, aliàs præſtitum, ibid.*

*Nec ſi quid fit cum omnibus clauſulis appoſitis in præcedenti contractu, quo iuramentum fuerat pręſtitum, ibi. non poteſt poni ſiue extendi per clauſulã. vt cõtractus extendi poſſit ad ſenſum ſapientis, ibid. nu. 122. habet vim expreſi, gl. 7. n. 152. fo. 330*

*Niſi vbi eſt præſumptio defectus cõſenſus nume. 154. 331. in ſecundo teſtamento appoſitum, habet vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, glo. 7. nu. 153. ibid. non ſupplet conſenſum. ibi. n. 154*

*Iuramentum non habet fundamentum iuris naturalis, conſenſu annullato, ibi. ad eos tantùm caſus refertur, qui compræhenduntur in actu, in quo interpoſitum eſt, glo. 7. nu 155. ibi. 331 non operatur, vbi nõ adeſt conſenſus, nec in genere, nec ĩ ſpecie. Secus ſi ſaltem in genere, gl. 7. n. 157. ibi. nõ ſufficit, vbi expreſſum pro forma requiritur, glo. 7. nu. 158. ibid. non operatur ſpecialem renuntiationem legitimæ, glo. 7 nu. 159. iiſdem in locis.*

*Iuramentum in forma ſpecifica impleri debet, gl. 7. n. 189. fo. 336.*

*Iuramentum per relationẽ ad aliud, non interponitur, ibid. nu. eod.*

*Iurans ſoluere non ſatisfacit compenſando, ibid. in prin. num.*

*Iuris Canonici principalis intẽtio eſt, cõſulere ſaluti animarum, l. 9. n. 10. 131*

*Iuriſconſultorum loci emendati, l. 4. n. 5. fo. 80. & l. 9. n. 95. 146. & l. 10. n. 28 & 32 181. & gl. 2. n. 7. 257*

*Iuſſus poteſt interponi per procuratorẽ, nuntium vel epiſtolam, gl. 6. num. 22. 309. per viam ſimplicis conſenſus, gl. 7. nu. 4. fol. 313*

*Iuſtum eſt, quod ex lege eſt, quòd vero contra legem eſt, id violentum eſt, l. 9. nu. 1. in fine. fo. 129.*

*Iuſta vxor quæ ſit, glo. 8. nu. 244. f. 370*

*Iuſta materfam ibid. eod. num.*

*Iuſtina Romana ob zelotypiam à viro interempta, l. 13. num. 34 fo. 208*

*Iuſtini locus, l. 7. n. 57. fo. 121*

*Iuuenes facilè formantur, & reformantur, l. 6. num. 3. 97. ad omnia miniſteria aptiores & dociliores, ibid. antequam ſcortentur, matrimoniũ ineant, l. 6. nu. 34. 104*

*Aliàs enim eos facilè labi in priſtinam petulantiam, ibid.*

*Iuuenum fœtus imbecilles eſſe ſolẽt, l. 6. nu. 45. & ſeq. fo. 106.*

*L*

*LAcedæmoniorum mos de virorũ & fœminarum poteſtate, l. 1. n. 10. & ſeq. fo. 2.*

*Lacedæmoniorum inſtitutum, l. 2. nume. 57. 37*

*Fœminis omnis ornatus ereptus, l. 3. nume. 9. 44.*

*Lege, nulla matrimonia intercedente dote contrahebantur, l. 5. nu. 10. f. 89*

*Lacedæmonij laſciua Archilochi poemata vrbe eiecerunt, l. 16. n. 41. 252. & priuata & publica conſilia vxoribus communicabant. l. 11. nu. 20. fo. 187*

*Lacedæmonijs an licebat duas ſimul uxores habere, l. 7. n. 27. 118. licebat vnã uxorem eſſe duobus collocatam, ibid. item licebat ſeni viro iunioris uxoris, iuuenem probum deligere, cui uxorẽ complendam eius ſemine offerret, & quod hinc naſcebatur, ſuum efficere, ibid. eod. num.*

*Lacænæ dictum, l. 1. n. 10. fo. 2.*

*Alterius quoque dictum, ibid. num. 11. fol. eod.*

*Lacænæ mulieres φαινομηρίδες & ἀνδρομανεῖς cur dictæ ſunt, l. 4. nu. 29. fo. 85*

*Lachrymæ ſalſæ, l. 9. nu. 171. fo. 161*

*Laciadarum pœna in adulteros, l. 13. nume. 10. fo. 202*

*Laici clericis infeſti, l. 5. nu. 28. fol. 95*

*Lais ob zelotypiam trucidata, l. 13. nume. 28. 206*

*Lampridij locus, l. 9. nu. 99. fo. 147*

*Lanificium decet mulieres honeſtas & pudicas, l. 10. num. 38. & multis ſeq. fol. 182.*

*Lanuuij qui ſunt, l. 4. nu. 12. fo. 82.*

*Laodice pellicem viri, & eius filium, & ſe tandem interemit ob zelotypiam, l. 13. nu. 28. 206*

*Lapides ſexu diſtingui, l. 1. nu. 68. fol. 16.*

*Lapis ligno non cohæret, l. 5. nu. 24. f. 94.*

*Laſthenia Mantinea auditorium Platonis habitu uirili frequentabat, l. 3. nume. 69. fo. 78*

*Latini uxores dominas uocant, l. 5. n. 13. 89. ſuis mulieribus uino interdicebãt, l. 9. nu. 206. fo. 168.*

*Latona pulchritala, l. 2. nu. 37. fo. 31*

*Et pulchricoma, ibid.*

*Et pulchrigena, ibid.*

*Et auricoma, ibid.*

*Latus rumpere quid ſit, l. 15. nu. 42. 222*

*Lateri parcere quid. ibid. paulo ante.*

*Lauſus formoſus, l. 2. nu. 40. 32.*

*Leænæ meretricis conſtantia in tormentis, l. 9. n. 135. f. 155*

*Leda pulchricoma, l. 2. nu. 37. 31. Caſtoris & Pollucis mater lanificio ſe exercebat, l. 10. nu. 43. 184*

*Legatum ſi duob. teſtibus ex ſtatuto probari*



bari

bari poteſt,ſic & eius ademptio, gl.5. nu.17.277.valet inter uirum & vxorem glo 5.nu.75.285. rei alienæ factum conſentiente domino non tranſit ipſo iure in legatarium, glo.5. nu. 141.295.tacitum adimitur volũtaria alienatione inutili,non etiam expreſſum,glo.7.num.67.320 incertum valet ob redemptionem captiuorum, gl.
Le3.num.284.374.
gitima efficitur naturalis, quæ viro legitimo nupſerit,l.1.nu.18 fo.4.
Legitimandi facultas ad feuda non trahitur: Tamen ſufficit, vt de principis volũtate id intelligi poſſit, ex generalitate verborum,gl.7.nu.90. fol.323
Legitimatio principis non trahitur ad bona exiſtentia in alieno territorio,gl.8. nu.227.367.
Lemniæ mulieres zelotypia incenſæ viros omnes interemerunt,l.13.nu.31. fol.207.
Lenitas cum ſeueritate miſcenda,l.9.nume.233.174.
Lentulus intima ſua conſilia vxori communicabat.l.12.nu.1.fo.197.
Leo minùs ſæuit in fœminas, quàm in viros.l.1.nu.85.fo.9.
Leones leænas adulteras puniunt, l.13. num.5.201.
Leonina ſocietas vnde dcã,l.5.nu 34.96
Leontinus Gorgias dicebat,nomen & famam mulieris debere apud quamplurimos eße vulgatam, l.10.num. item 10 fol.177.
Lepidi vxor impudica,l.9. nu.122.152. & l.15.num.60.fol.254.
Lepra vulgò dicitur, quæ elephantiaſis eſt,l.15.nu.48.fo.223.
Lepreorum pœna in adulteros. l.13.nume.8.fol.202.
Leucadius ſaltus aduerſus amores, l.15. nu.100.234.
Leucothea dea nudam ſe videri noluit, l.4.nu.25.fo.84
Leucothoe filia Perſarum regis lanificio dedita,l.10.nu.43.fo.184
Lex ea naturæ eſt, vt vxor in poteſtate viri ſit.l.1.nu.8.& 9.fo.2.
Lex Aegyptiorum de canthara in annulo gerendo,l.1.nu.57.13. Græcorum de tutela mulierum, l.1.num.72.17. Athenienſium, de modo commerciorum mulierib præſcripto,ibid. Platonis ad deprahendendam pubertatem, l.4.num.23.84 Moſis ne ſacerdos viduam vxorem ducat,l.6. nume 4.98. Papia Poppea, ne ſexagenarij vxores ducerent,l.6.nu.20. 102.antiqua Romanorum de ducendis vxorib intra.25.annum,l.6 nu.39.105. Athenienſium de ducendis duabus vxorib. l.7.num 13.112. Cecropis, ne liceret duas ſimul vxores ducere, ibi.eo.nu. Valentiniani Imperatoris, vt liceret duas uxores ſimul ducere, l.7.nu.24. fol.eod. Iulij Cæſaris, ut uxores quas et quot ducere quis uellet,liceret,ibi. Lycurgi circa rem ueneream,l.7.n.27. ibid. Alemanorum,ne liceret duorum fratrum, vel ſororum liberos matrimonio iungere,l.7.nu.44.116.a Deo indita, ne parentes filijs miſceantur, nec filij parentibus,l.7.num.49.118. Moſis de probibitione matrimonij inter coniunctos,et quos,ibid. Platonis, de eadem re,ibid. Canadis Perſarum regis de communitate mulierum,l.7. nu.53.in fi.fol.120. Syracuſanorũ de mulieribus maiori ſumptu non ornandis,priuſquã ſe omni libidine coinquinatas probarent.l.7.nu.59.121.Gelonorum, permittens mulieribus cũ quibuſcunque uiris uelint, congredi,ibid. nu.eod. Babyloniorum de proſtituẽdis mulieribus ſemel in vita, externis viris ad Veneris templum,l.7.num.61. 122. Volſinenſium de virgine ingenuo non tradenda,priuſquam eius caſtitatem ſeruus aliquis delibaſſet, l.7. nu.62.fo.122
Lex eorundem, vt viri pollicerentur, ſe omnia intra penetralia vxorum arbitrio relicturos,l.10.nu.5.fo.176
Lex vxori oculos mariti tantùm præfiniuit,quibus formam ſuam approbet, et placere deſideret,l.4.num.21.fol.83.
Legibus Spartanorum pœna malo marito indicta,l.8.nu.8 in fi.fo.124
Lex Moſis veneficas iubens interimi,declarata,l.8.nu.20.128. Platonis de teſtimonio mulierum,l.9 n.76.f.142 Moſis de eadem re ibi. antiqua Romanorum de eadem quoque re,ibi.n.77. Fuſia Canina vnde dicta, l 9. n.213. 170.Platonis in adulteros.l.13. n.12 fo.202 Iulia de adulterijs,l.13 n.16. 203.Solonis de numero concubituum viri & vxoris,l.15.n.83.230. xij.tabularum probibens nocturna ſacrificia,l.16.nume.43.253. Zabiorum de fœminis menſtruatis l.15. num.133. 240.Lycurgi de congreſſu viri et vxoris,l.15.n.155 fo.243.Lycurgi de dote mulierum,l.5.n.10.fo 89. Salethi Crotonienſiũ principis, de pœna adulterorum,l.13.n.13. fo.203.Mahumetis de eadem re, ibid. Mahumetis de Venere in tẽplis non exercenda, l.15. nu.109.236. Gothorum de eadem re, ibid.eod.n.13.etiam pœnalis & odioſa extenditur,ne aliàs ſit ludibrio,gl. 5.nu.115.292. noua non trahitur ad ius quæſitum ſola ſpe,gl.2.nu.41.263 loquens probibitiuè,reddit actum cõtra factum nullum, ſecus ſi loquatur non permiſſiuè,glo.4. nu.6.fo.269
Lege Moſaica adulteri pœna mortis puniebantur l.13.n.6.fo.201
Legis Iuliæ pœna, an mortis eſſet, ead.l. 13.nu.19. 204.
Legis clypeo nemo decipi debet, l.9. nume.10 fo.131.
Leges loquentes in contractu: an habeãt locum in quaſi contractu, glo.5.num. 120.293. de viro & vxore an habeant locum in putatiuis,glo.8.n um. 234.fo.368
l.2.C.de reſcin.uen. habet locum in uenditione ſpei,gl.2.nu.38.fo.263.
L.ſi quis argentum. C.de don. an procedat in donatione tacita,et præſumpta, glo.5 n.58 fo.283
Eadem l an habeat locum in donatione cauſa mortis glo.5.n.81.fo.286.
L.vlt.C.de ſacro.eccl.an procedat in donatione tacita, & præſumpta, glo.5. nu.59.283.
Libellus repudij à Moſe permiſſus, non erat ſine crimine,l.9.n.5 fo.130
Liber Pater armiger Veneris,ibi.nume. 208.169
Liberi à matre potiſſimum ſtaturam corporis accipiunt,12.nu.73. fo.40.pulchri & boni vt gignantur, l.15.num. 170.fo.245
Libertas actus pietatis,glo 8.num.166. 369 & pia cauſa æquiparantur, ibid. fauorabilior omni alia pia cauſa.ibid. eod.nu & fol.
Libido fœdior in fœmina quàm in mare, l.1.n.45 fo.9.
Libidinoſi nuditate mulierum maximè gaudent,l 4.n.15.fo.82
Libidinoſiores euadũt puellæ, quæ admodũ puellæ ſtuprantur,l.9.nu.119 151
Libido ignis dicitur, & flamma,l.9.num. 151.157.damnoſa Horatio, l.15.nu. 72.227.gaſtrimargiæ comes, l.16.nume.49.fo.253
Libidinis fomentum,ſermo laſciuus,l.16 nu.29.& 30.fo.250 & 251
Libitina Venus dicta,l.15 n.29.fo.218
Libitina exequiarum dea ibid.
Libitinarij qui,ibid.
Liburni vxores communes habent, l.7. nu 51. 119
Libyes ſuperiores vxores communes habent, filiosq; partiuntur ſecundum ſimilitudinem ibid.eod.nu & fol.
Licentiatus an pro Doctore habeatur,gl. 1.nu 2 fo.256
Licentia vbi requiritur per viam conſenſus interponi poteſt,gl.7.num.4.313. expreſſa eße debet ibid.nu 8. ſatis expreſſa eſt,cùm is,qui eam dare debet, actum facit cũ eo, cui licentia præſtanda eſt,ibid.n.24.315.à ſtatuto requiſita,ſatis uidetur data ab eo qui emit, ibid.n.27.fol.316
Limbolarij qui,l.3.n.27.in Limbo.f.58.
Limen pro domo,l.10.n.28.fo.181
Linozoſtis fœmina mare efficacior.l.1.n. 103.22.mas marem fœtum facit, fœmina fœminam,l.1.nu.65.fo.15.
Lituanorum matronæ nobiles publicè concubinos habent: viris autem non licet habere pellices, l.7. numero 60. fol.121
Locorum mutatio moribus prodeſt,l.16. n.50.& ſeq.fo.254
Atque etiam morbis,ibid.nu.55. paulo ante.
Locorum fertilitas & abundantia in rebus delicioſis homines delicioſos atque uoluptuoſos facit, l.7. nume.18. fol.111
Locumtenens principis alienatione prohibitus,non prohibetur conſenſu alienationis,gl.5.n.139 fo.295



TABVLA.

Locrenſium votum de virginibus, ſi victoria potirentur, Veneris feſto proſtituendis l.7.nu.57.fol.121.
Longobardorum legibus,vxor eſt in viri poteſtate,l.1.nume.5. fol.2. pœna in adulteros,l.13.nu.6. fo.201.
Loquacitas & curioſitas inuicem germanæ,l.9 nu.34.fol.135.
Lucerna ab amatore inuenta,l.15.num. 164.fo.245.
Lucretius amatorio in furorem verſus, l.14.nu.9.fo.213.
Lucretia moriens prouidit,vt honeſtè caderet,l.4.nu.33.f.92. non ſatis caſta, l.9.nu.96. 146. à Tarquinio inuenta nocte ſera lanæ dedita.l.10.nume.39. fol.183.
Luculli vxores Clodia & Seruilia impudicæ,l.9.nu.122.fo.152.
Lucullus amatorio interemptus,l.14.nume.9.213.
Ludi impudici vitandi, præſertim mulieribus,l.16 nu 25.fol.251.
Lumbi pro libidine,l.15.nu.41. fo.221.
Lumbos accingere quid in ſacris literis, ibidem.
Lumbi à libidine dicti,ibid eo.nu & fol.
Luna fœmina exiſtimata facit viros vxoribus inſeruire: mas contrà, vxoribus dominari,l.8.nu.4.128.
Lunæ ſacrificium viri cum veſte muliebri,mulieres,cum virili faciebant, & quare,ibi.
Lupercalia,l.4 nu 38.fol.93.
Luſciniæ cantu priuantur, cùm incubant & pullos educant, magno fœminarũ documento,l.12.nu.8.fo.199.
Luxuria priuatim & peculiariter libidinem non ſignificat,l.9.nu.25.134.& auaritia an ſibi aduerſentur,l.9.num. 156.fol.158.
Luxuriæ comes perpetua prodigalitas, l.9.nu.141.156.
Licij in funere veſtes muliebres induebant,l.3.nu 70.fol.79.
Lycõ Troadẽſis Philoſophus repræhẽſus ob nimium cultum l.3.n.45. fo.75.
Lycurgus nudas mulieres exerceri voluit,l.4.nu.29.85.dotes prohibuit,& quare,l.5.nu.10.fol.89.
pœnam nullam ſtatuit in adulteros, & quare,l.13.nu.12.fol.202.
Lycurgi ſententia de ætate matrimonij contrahendi,l.6.nu. 42.fo.105.
Lydi flammeis mulieribus vſi,l.3.nume. 64 fo.79.
Lydis probrum eſt nudos conſpici, l.4.nume.35.92.
Lydorum mulieres paſſim hoſpitibus proſtratæ,l.7.nu.56.fo.121.
Eædem proſtrata pudicitia dotem ſibi quærunt,ibid pœna in adulteros,l.13. nu.6 fo.201.
Lyguſticæ fœminæ conſtantia in tormentis,l.9.135.fo.155.
Lynces amiſſis coniugibus alijs non coniunguntur,l.13.nu.4.fol.201.
Lyſidice ne cùm lauaretur quidem, tunicam exuebat.l.4.nu.11.fol.82.
Lyſimelis Venus,l.15.nu.44.fo.222.

M

MAchiles, vxoribus communibus vtuntur,l.7.nu.53.fol.120.
magos ex matris & filij concubitu naſci oportere ex Perſarum religione, l.7. num.31.114. circa verbenacam herbam inſanire,l.14.nu.2.fol.212.
magicæ artes an ad amorem conciliandũ vim habeant,l.14.num.1.& ſeq. per totam eam,l.211.artis præſtigiæ execrabiles & puniendæ, ibid.nume.10. fol.214.
magicorum ſacrificiorum vſum ijs denegari qui lentiginem habent,l.2.num. 59.fol.38.
magiſtratus non poßunt filios in ſua prouincia matrimonio elocare, filias autem poſſunt,l.1.nu.45.fol.10.iubẽtur in ſuas prouincias proficiſci ſine vxoribus,& quare,l.9.nu.44.137.ſtatim ineundus pro inito habetur, glo.2.nume.12.fo.258.
magnes viri & vxoris concordiam conciliare dicitur,l.14.nu.4. fo.212.
maguſei qui dicti ſunt, l.7. nume.33. fol.114.
mahumetis lege ornatus vxoris arbitrio mariti relictus l.3.num.44.74. lex de pœna adulterorum,l.13.nu.13.f.203 lege cõcubitus in templis probibitus, l.15.nu.109 fo.236.
maia pulchricoma,l.2.nu.38. fol.31.
malum malo aptiſſimum, l.5. nume.22. fol.93.
malus quis præſumitur ratione malæ ſocietatis,l.5.num.29 fo.95.nemo adeò eſt,quin aliquando boni quippiam faciat,l.11.nu.3 fo.185.
mali corui malum ouum, l.7. nu.item 7. fol.108.
mala herba citò creſcit, l.9. nume.15. fol 131.
mandatum pupilli datũ cum autoritate tutoris,non finitur morte ipſius tutoris,ſed tantùm pupilli,glo.5.num.88. 287.cuiuſpiam rei ita intelligitur, vt in ea obſeruetur ſolennitas legum & ſtatutorum,glo.5.nu 190.202.ſpeciale requirentia,glo.7.109.325.relatũ ad aliquid ſpeciale, cenſetur eſſe ſpeciale, etiam vt mandans cedat in pœnam,glo.7.nu.186.fol.335.
mandata ſpecialia non ſatis eſſe mandare in genere generaliſſimo, ſed opus eſt vt ſaltem in genere ſubalterano demandentur,ibi.
manicatus qui dicatur,l.3.nu.27.fo.58. in Manica.
manuleatus,ibid.eod.nu.
manulearius,ibid.eod nu. & fol.
manilius ſenatu motus, quòd vxorem præſente filia deoſculatu fuiſſet,l.15. nu.157.fol 243.
m.Antonius,Imper ſanctiſſimus vxoris adulteria diſſimulauit, l.8. nume. 14. fol.127.
mare ſpumoſum,l.9 nu.169.fo.161.
mariani Socini dictum de vxore, l.2. nume.25. fol.28.
marina ſancta mulier habitum virilem mentita,l.3.nu.71. fo.79.
mariti maritos ſe præſtent,non dominos. l.8.nu.8 fol.125.
maritus abſolutus, qui vxorem quòd vinum bibiſſet,occiderat,l.9. num.205. 168. quibuſdã reputatur viliſſimus, qui de adulterio ſuis manibus vindictam non capit,ſed in id adit iudicem, l.13.nu.25,205.vxori præeſt, non vt pecoribus, ſed vt anima corpori l.9. num.233.f.174.an poſſit uxori dotem alienanti conſentire,glo.5. num.139. 298. putatiuus an habeat priuilegiũ, ne conueniatur, niſi inquantum facere poteſt,gl.8.num.235.369.& 260. 371. putatiuus an lucretur dotem ex pacto vel ſtatuto, de dote lucranda, gloſ.8.nu.237.369.et nu.264. f.372.
An ex adulterio vxoris putatiuæ ibid. nu.238.369.& nu.265.372.putatiuus an habeat dilationem reſtituendæ dotis glo.8.nu.239. 369. & nu.266. 372.putatiuus non habet bonorum poſſeſſionem ex edicto vnde vir & vxor.d.gl.8.num.240.fol.369.
An autem ex teſtamento, ibid.
Nec accuſat vxorem adulteram iure mariti,glo.8.num.244.161.& 2.ſeq. fo.370.
An poſſit occidere ibi nu.245. 370.putatiuus habet cauſam oneroſam, etiã in lucro dotis,gloſ.8.nume.262. 371. putatiuus poteſt interuenire pro vxore putatiua,glo.8.nu.274.272.
mariti ne ſe alienarum mulierum amoribus implicanto,l.13.num.1. fol.100.
marito an liceat vxorem in adulterio depræhenſam aut ipſum adulterum occidere,l.13.nu.15.fol.203.
mars & Venus Vulcani vinculis irretiti.l.1.nu.53.fol.12.
mars vnde dictus l.1.nu.62.in fi. fo.14. Veneri coniunctus.& quare, l.9. nume 124.152.
martialis locus animaduerſus, l.10. nume.16.178.
martion hæreticus Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos animos ſibi præpararet.l.9.nu.31.fo.135.
mas fœmina corpore robuſtior,l.1.nu 55. 12. præſumitur prior fuiſſe natus,quã fœmina,nu 59.13 & fœmina in herbis plãtis arboribus & virgultis, l.1. nu.65.& ſeq.& fœminas in omnibus quæ terra gignit,ibid nu.66.fo.16.an mulier impudica plus peccet. l.1. nu. 45.fo.9.& ſequen.& nume 85.f.19. & rurſum l.9. nume.90.generationis principiũ.l.1.n.95.21 .agẽs, fœmina patiens,ibid nu.96. aut fœmina vt generetur,quid faciendum eſt.ibid.
maribus pulſus maiores, & vehementiores,quàm fœminis,l.1.num.56. 13.& iterum l.9.nu.141.
maribus partes,quas natura vice armorum dedit aut ipſis ſolis dedit,aut certè robuſtiores quàm fœminis, l.1. nume.57.fo.13.

*mares ſunt numeri impares, l.1. nu.64. fol.14.*
*mares animi viribus fœminis præſtant, l.1. nu.69. fol.16.*
*mares animi l.5. nu 92. fol.20. maioris dignitatis, ibid. nu.93.*
*maribus gignendi finis ſeptuageſimus annus, l.6. nu.47. & 2. ſeq. fol.106.*
*mares corpore maiores, quàm fœminæ, l.9. nu.146. fo.157. in dextris, fœminas in ſiniſtris fieri ibid. num.147. ex dextris teſticulis, fœminas ex ſiniſtris profluere, ibid.*
*mares ex ſemine calidiore fœminas ex frigidiore gigni, ibid. nu. eod.147.*
*maribus 9. die, fœminis 8. & nomina imponebātur, & quare, l.10. nu.17.179. non licebat ingredi templum Bonæ Deæ, l.10. nu.26. 180.*
*maſculum pro forti & vehementi, l.1. nu.63.14.*
*maſcula bilis, ibid. Sappho, ibid. proles, ibid. meretrix ibid. ad omnia medicamenta et alia id genus efficaciora, l.1. nu.103. fol.22.*
*maſculinum in officijs non concipit fœmininum, l.1. nu.82. fol.18.*
*maſiniſſa 86. ætatis anno filium genuit, l.6. nu.22. fol.102.*
*maſſagetæ ſinguli ſingulas vxores habent, ſed alijs vt communibus, vtuntur, l.7. nu.53.120.*
*maſſagetæ in propatulo coeunt, ibid.*
*maſſilienſes olim vnguentis delibuti, l.3. nu.61.77.*
*maſſilienſium noſtrorum continentia, ſeueritas. & abſtinentia, ibid. nu. eod.*
*maſsylia Libyca, ibid.*
*maſſilienſium mos in deligendis generis ſuis filiabus, l.7. nu 63.122.*
*maſſilienſes ſuis mulieribus vino interdicebant, l.9. nu.207.169.*
*mater meretrix non poteſt filiam meretricē exhæredare l.1. nu.45. fol.9. cui permittitur aliquem adoptare, nō poteſt ei pupillariter ſubſtituere, & quare, l.1. nu.84.19. habet plus affectionis ad prolem fœmineam quàm ad maſculam, propter ſexus ſimilitudinem, l.5. nu.26. fol.94.*
*materfam. quæ dicatur. l.4. num.6.7. fol. 80. & 81. & gl. 8. nume.244. quid ab vxore differat, l.4. nu.6. 80. pro vxore, num.7. 81.*
*materia appetit rerum formas, vt fœminæ virum eſſe: & turpe, honeſtum, l.9. nu.92.145.*
*matrimonium non liberat liberos à patria poteſtate, l.1. nu.1. fol. item 1. cur inuentum, l.1. nu.75.17. ad ſolatium & leuamen inſtitutum. ibid. eod. ſpecies vēditionis, l.4. nu.5. 80. per coemptionem, ibid. inter pares facilè præſumitur non item inter impares, l.5. nu. 31.95. qua ętate ineūdum, l 6. nu.36. 104. & ſeq. an conſiſtat inter fratres & ſorores, l.7 num.41.116. An inter fratres & fratrum filias, ibid. nu.43. An inter conſobrinos ſiue patrueles, nume.44. iiſdem in locis ſine concubitu an dicatur plenum matrimoniū, gl.2. nu.20.259 uerba requirit in his, qui loqui poſſunt, non in mutis. glo.7. nu.17.314. putatiuum an habet priuilegia veri. glo.8. num.235.369. & multis ſeq. honeſtatem publicam producit, glo.8. nu 269 fo.372. Et bigamiam, ibid. eod. num.269. in fine.*
*matrimonium putatiuum facit conqueſtus communes, vt verum, ex ſtatuto, glo 8. nu.270. ibid.*
*matrimonij ſumma fœlicitas eſt, mutua coniugum amicitia, beneuolentia, concordia, l.5 nu.18 fol.91.*
*matrimonij concordia iuri patriæ poteſtatis anteponenda, nu.19. fol.92.*
*matronæ quædam Romanæ probri damnatæ, in exilium actæ, l.13. nu.14. & num.19. in fi fol.203. & 204.*
*mauri ſinguli plures vxores habent, l.7. num.22.111.*
*maurusij plurimas vxores ducunt, ibid.*
*maximianum imperatorem vxor ad humanitatis viam reduxit, l.11. nu.17. fol.187.*
*maximino imperatore nulla mulier ornatior l.3. nu.49. fo.76.*
*medea ob zelotypiam proprios filios interemit. l.13. nu.32. fol.207.*
*medis pluribus vna vxor eſt, l.7. nu.29. fol.113.*
*medorum reges, plures ſimul vxores habebant. ibid. in fine.*
*medi vxores ducunt matres, filias, ſorores, l.7. nu.33.*
*medi Deæ Anaitidi filias conſecrant, ibi proſtrata pudicitia, mox maritis traduntur, l.7. nu.60. fol.121.*
*medicamenta caſtitate gaudent, l.15. nume.127. f.239.*
*medium tenendum, l.15. nu.6.215.*
*mediocritas aurea ibid. eod. nu in princ.*
*mediocritas omnibus in reb. optima, ibi. Sed in concubitu imprimis ſeruanda, ibi. & iterum. nu.91.232.*
*megiſtoniæ dictum memorabile, l.1. nu. 16. fol.3.*
*membra ſoluere quid ſit, l.13. nume.44. fol.222.*
*memoria Venere læditur, 66.226.*
*menam deam menſtruis fœminarū præeſſe. l.15. nu.137.241.*
*menelaus non ille omnibus notus, ſed alius in media Venere mortuus, l.15. nu.29.219.*
*menſtruatis fœminis coitu abſtinēdum, l.15. nu.128. fo.239.*
*menſtruatæ mulieris concubitu gignuntur liberi epileptici, leproſi, & aliàs morboſi, ibid. num.129. mulieres raro concipiunt. ibid. nu.131. fo.240.*
*menſtruorum fœditates & maleficia. nume.132. ibid contra multa commoda, vtilitates, & medicamenta, l.15. nu. 135. & multis ſeq. ibid.*
*menthæ herbæ vis & natura. l.15. num. 96.233.*
*mercurialis herba mas facit, vt mares: et fœmina, vt fœminæ gignantur, l.1. nume.65.15.*
*mercurius cum Hercule colebatur l.1. nu.51.12. hirci ſpecie cum Penelope concubuit, l.9. nu.95.146. cur iuxta Venerē collocatur, l.9. nu.233.174. & iterum l.15. nu.82.230.*
*meretrices ſimul ſunt prodigæ & auaræ, l.9. nu.157. fo.159.*
*meretrices præ cæteris impudentes, l.9. nu.154. & 155.158. & iterum num. 181.162. & ſeq. canibus comparatæ, l.9. nu.183. ibid.*
*meretrix præſumitur quæ vagari ſolet, l.10 num.34.182.*
*meretrices præ cæteris loquaces, l.11. nume.16. ſuos concubitus tegi nolunt. l. 15. nu.161.244.*
*meſſalinæ portentoſa libido, l.9. nu.94. fol.145.*
*metalla ſexu diſtingui, l.1. nu.68. fo.16.*
*metelli vxor impudica, l.9. nu.122.152.*
*metus reuerentialis erga parentes quomodo præſumatur, glo.5. nume.36. fol.280.*
*metus reuerentialis erga fratres maiores. ibid.*
*metus reuerentialis parentum non tollitur præſentia amicorum, & conſanguineorum, ibid. nu.37.*
*metus reuerentialis parentum cæteris præponderat, ibid. eod. nu.*
*metus reuerentialis parentum impedit conſenſum aliàs præſumptum ex taciturnitate, ibid nu.38. eod. fol.280.*
*micca rogat, ne poſt mortē nuda iaceat, l.4. nu.33. fo.92.*
*mileſiarum virginum inſania, quo aſtu curata fuit, l.4. nu.32. ibid. eod. fol.*
*mileſii ſuis fœminis vino interdicebant, l.9 nu.106. & ſeq. fo.168.*
*milites cæteris caſtiores eſſe debēt, l.15. nu.25. fo.218.*
*militum vxores impudicas eſſe ſolere, l. 9. num.122.152.*
*milites in venerem proni, ibi. nu.124.*
*minerua cur ſine matre nata dicitur. l.1. nu.69.16. à proceritate corporis laudata, l.2. nume.74.41. in ſomnis viſa quid ſignificet, l.10. nu.18.179. Iunoni veſtem elaborauit, l.10. nume.40. 183. cur virgo, l.15. nu.62. fol.226.*
*minimi interdum optimam ſententiam dicunt, l.11. nu.4.185. minor adultus habens curatorem, poteſt ſine eo donare cauſa mortis, gloſ.5. nume.72.285. poteſt liberè teſtari, etiā inuito curatore, & de rebus immobilibus, ibi. an obligetur ex delicto, gl. 5. nu.155.297. an poſſit nudam poſſeſſionem tradere ſine decreto, ſe non obligando, glo.5. nu.170.299. quibus caſibus habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio, poteſt conſtituere procuratorem, gl.5. nume.183. 301. quem actum poteſt per ſe facere, & per procuratorem poteſt, gl.6. nu.20.309. an includatur in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum, in contractu, alterius, gloſ.8. nu.41.343. & ſeq. caret conſilio, ibid. nu.43. an poſſit contrahere ad ſuam vtilitatem ſine ſolēnitate. gl.8. num.56.345. & multis ſeq. præſertim. nu.65.346. poteſt obtinere ſententiam ſine tutoris autoritate, ibi. num.68. an poſſit adire hæreditatem opulentam ſine ſolennitate, gl. 8. nu.77.345. poteſt cogere eum, qui ſecum contraxit ſine ſolennitate contractum obſeruare, glo.8. nu.91.349. qui cum procuratore ſuo colludente contraxit, ſtare contractui, ibid. non alienat in pias cauſas ſine decreto. gl. 8. nu.167. fo.360.*
*minori qui ſe maiorem mentitus eſt, non ſubuenitur, gl.8. nu.135.356.*
*minoris bona an tacitè obligentur pro dote, ſine autoritate curatoris, & decreto iudicis, gl.8. nu.188.363. & 193. fol.364.*
*minoris conductoris bona inuecta, an obligentur ſine decreto, gl.8. num.189. 163. & 193.364.*
*Intrantis religionem bona ſine decreto transferuntur in monaſterium, glo.8. nu.190.163. & 193.364.*
*minores tenet obligatio legalis & ſtatutaria ibi nu.191.163.*
*minor poteſt ſine decreto vendere id q̄d teſtator iuſſit, vel promiſit ſe venditurum, glo 8. nu.194.364. vendēs feudum ſine decreto, non eo cadit, glo.8. nu.210.363.*
*minutia Veſtalis ob mundiorem cultum, primum ſuſpecta, deinde conuicta ſtupri damnata, l.3. nu.12. fo.45.*
*minyarum vxores viros ſuos aſtu morte exemerunt, l.3. nu.69. fo.79.*
*miſſio in poſſeſſionem vt eſt mixti imperij, ſic & eius reuocatio, glo.5. nu.18. fol.277.*
*mithridates Laodicen ſororem, vxorem duxit, l.7. nu.36.115.*
*mitra pro zona, l.3. nu 31. fo.71.*
*mneſilochus Euripidis ſocer, veſte muliebri indutus, generum defendit feſtis Cerealibus, l.3. nu.70. fo.79.*
*modus rerum omnium optimus, l.2. nume.70. fo.39.*
*monachus an poſſit facere eleemoſynam inſcio Abbate, glo.5. nu.219.304. abſente Abbate poteſt libere agere, glo, 8. num.10.340. ſi iniuria prælati agat & obtineat, an valeat quod actū eſt, glo.8. num. 10.160. an poſſet vtiliter contrahere ſine licentia abbatis, gl.8. nu.82. fol.348.*
*moniales eligentes, publicato, ſcrutinio, ſi diuerterint ad actus extraneos, non poſſunt ad maiorem partem conuentus accedere, & quare, l.9. num.132. fol.154.*
*monialium electiones nō meritorum collatione expenduntur, & quare, l.9. nume.194. & iterum l.12. nu.14. f.199*
*monitio quæ ita fit, moneo filium Petri, cum eſſet vnicus filius, cenſetur facta nominatim, gl.7. nu.129. fo.328.*
*monobazus Adiebanorum rex, Helenam ſororem duxit vxorem, l.7. nume.36 fo.115.*
*montanus Votrenus declamator reprahenſus, quod ſententias ſuas repetendo corrumperet, cum non eſſet contentus vnam rem ſemel bene dicere, l.9. nu.26. fo.134.*
*montanus hæreſiarcha multas eccleſias per priſcam & maximillam nobiles, & opulentas fœminas auro corrupit, & hæreſi polluit, l.9. nu 31.135.*
*morbi magni interdum ab imperitis curati, in quibus multi periti medici fruſtra laborauerant, l.11. nu.4.185.*
*mores & boni & mali ex conuerſatione bonorum & malorum ſumuntur, l.5. num.29.95. dominarum ex ancillarū moribus iudicantur, ibi. ex patria ſumuntur, l.7. num. 14. & ſequentibus. fol.110. cum regione mutantur, ibid. nu.16. ibid.*
*mors in medio concubitu nonnullis amœna, l.15. nu.28.219.*
*mortuus an cenſeatur, qui mortiferè eſt vulneratus, glo.2. nume.15.258. & iterum num.28. & ſeq.261. reſuſcitatus vxorem non recuperat. glo.6. nume.19.309.*
*mortiferè vulneratus non ſemper moritur, glo.2. nu.29. fo.261.*
*moſcouitarum mos in ducendis vxoribus l.4. num.10.82. vxores ancillarum loco habentur, l.7. nu.63. fo.122*
*moſchouitæ hæreticum putant ſororem vxorem ducere, l.7. nume.41. in fine. fol.116.*
*moſis lex de matrimonio propinquorū, l.7. num 49.118. nec ſacerdos uiduam ducat vxorem, l.6. nu.4. in fine fo.98.*
*moſis pœna in adulteros, l.13. nu.6.201*
*Moſes iuſſit triduo vxoribus abſtinere, qui ad montem Sinai Deum loquentem audituri erant, l.15. nume.111. fo.236*
*Moſes poſtquam prophetauit, non amplius vxori ſuæ congreſſus eſt, l.15. n.118. f.237*
*Moſis lege cur animalium quorundam eſu interdictum, l.16. numero 18. 249*
*Moſini palam coeunt, l.7. nume.55. fol.120*
*Mulier paternam egreſſa domum, non amplius parentum eſt, ſed mariti, l.1. num.12. f.2. ſuæ familiæ caput, & finis, l.1. num.31.6. in adulterio depræhenſa infamis eſt, l.1. nu.45. 9. à mollitie dicta, l.1. num.55.12. non poteſt leuare faidam. i. inimicitiam l.1. nu. 61.13. nunquam ambidextera, l.1. n. 64.14. an honeſte poſſit ſe ornare, l. 3. num.1.41. & per totam l. foris ornata, mali aliquid quærit, l.3. nu.13. fol.45*
*Mulieris vocabulo infirmiorem mentis noſtræ portionem indicari, l.1. nu.69. fo.16.*
*Mulieres proprio epitheto θηλάκτεραι, tanquam molles, dicuntur, nume.55. fol.13. leg.1. citius creſcunt, complentur, & ſeneſcunt, l.1. n.57.13. ſintne in genere rationabilium, an irrationabilium animalium ponendæ, dubitat Plato, ibi. fragiles, l.1. n.71.16. infirmæ, ibid. n.74.17. imbecilles, ibid. n. 75. cur propinquis non nubunt, ib. n. eod. maſculis miſerabiliores, ibid. in fi. decipi faciles, l.1. n.76. & ſequen. fo. eod.17*
*Mulierum conſilium plerumq; aduerſus propria commoda laborat, l.1. num. 70.16.*
*Mulierum conſilium inualidum, fragile & infirmum, ibidem eodem, numero 70.*
*Mulieribus cur poteſtas contrahendi interdicta, n.72. fo.17*
*Mulieribus, Græcorum, & aliorum legibus dabatur tutor aut curator, ſine quibus nec contrahere, nec aliud quippiam facere illis licebat leo 1. nu.72. & 73. fo.17*
*mulierem interficere iniquum, ibid. nume.75*
*mulieres facilius reſtituuntur aduerſus ſuos contractus, l.1. nume.77. in fine 18.*
*mulieres cur in feudis non ſuccedunt, l. 1. n.78. eo. f.18. & l.9. n.132.154. & l.12. n.13. f.199*
*mulieres nō interueniunt condendis leg. l.1. n.83. f.19*
*mulieres an introducant conſuetudinem ibid. eo nu.*
*mulieres in eodem genere delicti minus peccare, quàm viros, l.1. num.85. folio 19.*
*mulier impudica an plus peccet, minusue quam vir, l.1. nume.86. eodem fol.*
*mulieres formoſæ vix caſtæ, l.2. numero 6.23*
*mulierum de pulchritudine certamina, l.2. num.49. & 50. fol.35*
*mulieres etiam in morte anxiæ, ne forma illis pereat, l.2. nu.51. ibid.*
*mulieres illis inuident, quæ ſe pulchriores eſſe dicuntur, ib. eod. nu.*
*mulieris ornamentum, modus, non aurū eſt, l.3. n.9.44*
*mulierum ornamentum pudicitam eſſe, non veſtes, ib. eod. nu.*
*mulieres ornatas præſumi impudicas, l. 3. n.48. 12.45. & 26 f.48*
*mulieres deformes, ſi ornētur, fiunt deformiores, l.3. n.14. fol.45.*
*mulieres totis fundis exornatæ, l.3. n.21 47. ſalutis ſuæ immemores, dum colūtur, l.3. n.23. ibi. artem tingendorum capillorum primæ inuenerunt, ib. eod. nume. moribundæ ſui cultus curioſæ, l.3. nume.23. ibid. eod, fol. ornamenta patriæ anteponunt, l.3. nume.25. 48. etiam caſtæ ornatus ſtudioſæ, nume.26.48. ſibi in zonis plurimū placent, l.3. n.30.71. callizonæ, ib. euzonæ, ibi bachizonæ cur dictæ, ibi. n.31. cur itē dictæ bathycolpæ, n.32. fo.72. amplis & ſinuoſis veſtibus gaudent, ibi. multum temporis ſe ornando abſumunt, d. l.3. n.33. ibid. in defectu, vt in exceſſu honeſti ornatus peccare poſſunt, l.3. nume.44.74. ne noctu quidem*

TABVLA.

dem tunicas ponere debent,l.4.n.11. fo.82.pudicas,ne cubitum quidem nudari oportere,l.4.n.21.84 in hoc genitæ,vt partus edant, l.6.nume. 21. 102.nolunt,ubi velis: vbi nolis, cupiunt vltro, l.8.num.16.127. vindictæ appetentes,l.8.num.18. 128.veneficæ,ibi num.19.eod fo.128.primo aconita inuenere, ibid. ſuapte natura malæ.l.9.n. 15.131.& multis ſeq.bonæ raræ, ideò de eis non eſt facienda lex,d.num.15.ibid.duas peiores eſſe, quàm vnam,ibid num. 17.132.ingratæ,l.9.num.28.134.hypocritæ, n.29. 135.eſſe μυχοτρόπους id eſt,morum tectorum,ibid.ſuperſtitioſæ,ibid. num. 30.arti magicæ deditæ, ibid.ad nouas religiones promptæ,ibid. nume. eod. 30.hæreſium adiutrices, ibid.numero 31. ſimulatrices & diſſimulatrices l.9. numero.32. ibidem. proditrices, ibidem loquaces,ibidem numero 33. curioſæ, ibid.num. 34. ambitioſæ, & dominationis cupidæ,l.9.nu.36.136. regnum & imperium vitæ filiorum anteponunt,ibidem.vanæ gloriæ ſtudioſæ,l.9.num.37. eodem fo iactabundæ.ibidem,nume. 38.ad mortem vſque pertinaces, ibidem nume.39. inexpugnabiliſſimæ, ibidem .contentioſæ,l.9.nu.40 libertatis amantes, ibi. nume.41.impatientiſſimæ,ibid. num. 42.auaritiæ deditiſſimæ,l.9.num.43. & multis ſeq.
Et quare,nu.45.137. donare,uice miraculi eſt,l.9.n.43.136
Et id quidem monſtroſum eſt,ibid. fraudulentæ,fallaces, doloſæ,l.9. nume. 47.& ſeq.137.mendaces,l.9. nume. 52.138
mulieres iuſiurandi contemptrices,ibid. nume.64. & ſequen. 139.in pleriſq; caſibus non ſunt teſtes idoneæ, l. 9. nume.56.ibid.
Vt in teſtamento,ibi.& ſeq.
At nec in legatis ad pias cauſas, ibid. num.57.
An tamen id verum ſit,vide n.58.ib.
An in teſtamentis inter liberos , ibid. num.59
An in codicillis.n.60.140.
An in criminalibus de iure Canonico. ibi.num.61.
Quid de iure ciuili,ib n.62
Quid in honeſta matrona, ibidem nume.63
An in cauſis matrimonialibus,l.9.nume.64.ibid.
An in cauſis feudalibus, ibidem nume.65.
An ad probandum tenorem inſtrumēti,ibid.n.66
An in ſcriptura priuata, l.9.num.67. & ſeq.141.
An in denunciationibus quæ fiunt ſuſpecto de adulterio vxoris ib n.68.& ſeq. mulieres domeſticæ an ſint idoneæ teſtes in actibus domeſticis ibid. nu.75.142.
An & quomodo legibus Platonis teſtimonium ferre poterant, ibi.num. 76.
An & legibus moſaicis, ibid.eod num.
An Romanorum antiquis legibus, ibi. n. 77.furaces,l.9.nu 78.ib. libidinoſę equæ dicuntur,ibid.nu. 79. in libidine minus peccant,quàm viri, & quare, l.9.nu.90.145.in coitu inſatiabiles,l. 9 num.94.ibid. quę patres deperditè amauerunt,l.9.nu.100.147.Quę proprios filios, ibid nu.101.Quę fratres, nu.102 fol.148.Quæ priuignos,ibid. num.103.Quæ generos, ibid.nu.104. Quę fratres maritorum,ibid nu.105. Quæ bruta animalia, num.108.148. aſtrorum vi concubitus parentum,filiorum, priuignorum generorum auidæ, l 9.num 206.tribades , quæ ſcilicet maſculam libidinem exercent,l.9. nu. 107 ibi quæ iumentis ſuccubuerunt, morte ſunt puniendæ, l. 9.num. 109.149 in inſula mēde paſſim cum hircis coeunt, ibi.nu.108.quædam potiùs petunt viros,quàm ab ijs petantur, l.9.num.110.ibid.etiam amaſijs munera dant, quò illis potiantur,ibi. num.111.plurimæ viros rapuerunt, num.112.150.ſuę libidinis cauſa,nec liberis nec parētibus, nec denique patriæ parcunt ibi.nu.113.virgines an corruptæ ſint in Venerem proniores l.9.n.117.& ſeq. 151.recenter ſtupratas, præſertim puellas coitus eſſe appetentiores,ibi.n. 119 libidinoſiores,quæ puellæ concumbere inceperunt ibid.nume.eod. tum maxime ad Venerem incitantur, cùm menſes habere incipiunt,ibid. eod.nume. 119. grauida magiſne, an minùs concubitum appetant,l.9.n.120.152.ſteriles maximè libidinoſæ, ibid.n. 121. militum vxores plerūq; impudicæ,et quare,ib.n.122.& 123.eo.152.æſtate, viros hyeme Veneris appetentiores & quare,l.9.n.125.153.florente ſcolymo,Veneris auidiſſimas.viros contra in coitum pigerrimos,ibid.n.126. præcipites,l 9 n.128.eod.f inconſtantes,variæ,leues,ibid.n.129.& multis ſeq prius torquendę,quàm mares,nu. 134.155.faciliùs & maiores ictus et vulnera, quàm viri patiuntur , l. 9. numero 136.ibidem & iterum num. 225.172. credulæ,l 9 nu. 137.150. ſui amantiores,ibiq; nimium placentes,ib n.38.zelotypæ, ib.n.139. & l. 16.n.2.246 deſperantes , l.9.n.140. f.154.viris frigidiores,l.9.n.142.ibi. & multis ſeq. viris citiùs caneſcunt, & quare,l.9.n.144. 157. & iterum, n.215.171.viris pinguiores, & quare l.9.n.148.157. & iterum, n.216. 171.viris verecundiores.l.19 n.152 157.De quo tamē vide poſtea,n.178 162.ſimul auaræ & luxurioſæ, l.9.n. 156.& ſeq.158. præ viris timidæ,l. 9.n.158.158.
Etiam in brutis ibid.eod.n.in fine.minor metus excuſat l.9.n. 160. ibid. in turpibus & venereis audaciuſculæ ibid.n.161.ſuorum affectuum ſequaces l.9.n.164.160.libidinis appetentiores ob motū humidi l.9. n. 165.ib. & 173.161. viris humidiores d.nu. 165.Calidiores viris nonnulli affirmarunt ob immodicam earum libidinem l.9.n.175. 162.viris eſſe callidiores, vafriores ib n.176.
De quo tamen vide nu.177.paulò poſt eod.fol.162.regulariter minus puniūtur quàm viri d.n.177.ibid.impudentes num.178.ib.in primis decet verecundia ib.n.179.& ſeq.canibus comparatæ,& quare,l.9.n. 183. 162. & n.213.170. iracundæ,l. 9.nu.184.& ſeq 164.
Præſertim prægnantes,ib.n. 186
Et anus,ib. n.187. facilius in furorem concitantur ib. clamoſæ, l.9. n. 188. & 190. 165. rixoſæ,& litigioſæ. l.9. num.191.& ſeq ibid.
Maximè Gallicæ.ib.193.166.contumelioſas maledicas,& iniuriarum abundantes eſſe,ib.n.194 crudeles. l. 9.n. 195.ib.
Præſertim in priuignos,ibid.n.196.viris miſericordiores,l.9. n.197.f. 167. gulæ intemperantioris.l.9.n.201. ib. vinoſæ,ib.& n.ſeq.& iterum,n.209. 169. tempore Hippocratis podagra non laborabant,ſed ſua ingluuie naturæ beneficium perdiderunt,ibid.num. 209.169.inuidæ,l.9.num. 112.170. deſidioſæ,l.9.num.215.& ſeq.ibi.& pueri cur in numero ſacrorū Bibliorum non deducantur,ib tardæ,& cunctatrices,l.9.n.217. 171.opus Satanæ,quibuſdam hæreſiarchis dictæ,nu. 222.f.172. multi laudarunt libris in id editis ib n. 229.173. exemplo potius quàm verberibus corrigendas,.l. 9.num.230.174.
Et blanditijs atque maritali ſermone.l. 9.n.23[illegible].174.
Et riſu potiùs,quàm baculo.ibi. rerum domeſticarum cuſtodes, l.10 n. 2.& ſeq.176. à vicinis tantum cognoſcendæ.l.10.n item 10.f.177
Aegyptiæ calceamentis non vtuntur, & quare l.10 n.17.179. Romanæ domi ſe continere ſolitæ ib.num. 19. repudiatæ,quòd foris verſarentur,ib.& iterum n.30.181.
Romanæ incorruptam ſermonis antiquitatem faciliùs retinebant.l. 10.n. 20.179.apud Græcos in conuiuijs virorum non aſſidebant l.10. n.21.ibi. apud Græcos habitabant in editiore loco domus l.10.n.24.180.
Et apud Hæbreos quoque.ib.in fi.cætibus virorum immiſceri nō conuenit, l. 10. n.31.181. non coguntur adire Pontificem ad abſolutionem excōmunicationis.l.10.n.33.182.ferendi teſtimonij cauſa non tenentur venire in iudicium.ib.lanam,linum,telā fuſum domi exerceant,l.10.n.37.& ſeq ib. pleræq; maritos ad Chriſtianam religionem conuerterunt. l. 11.n.15.& 17.189. non arcendę ab adminiſtranda repub.l.11.num.24 ibid iudicium habent,
habent,& diſcretionem,& prudentiam. ibidem nume. 25.ſalubre conſilium dare poſſunt,ib.26.f.188
mulierum potentiſſimus affectus in ornatu l.3.n.21.47.genus philocoſmom. ib.eod.num.
muliebres veſtes totis cenſibus redemptę ibid.
muliebrium ornamentorum infinita genera,n.27.f.48.& ſeq.
mulier nunquam ſatis ſibi ornata. l. 3. n. 33.72
mulier ex mora nata.ibi.miſerrima planta.l.4.n.8.81.cum tunica ſemel verecundiam exuit.l.4.n.11.82
muliebris ornatus præfecti apud Athenienſes l.3.n.36.f.73
mulierum ornatus ſacris literis probatus.l.3. nu.37.ib.an & quomodo ſit permiſſus.l 3.n.40.74. mos reprębēſus,quę ita humeros de induſtria detegunt, vt incautius factum videri poſſit.l.4.n. 21.84. genitalia non inſpicienda ad deprehendenda libidinis veſtigia.l.4.n.22.f. 84.
Nec ad deprehendendam pubertatem ib.n.23
muliebribus munditias, viris laborem conuenire. l.3.n.46.f.75
mulieris denudatio, iuſtus metus eſt.l. 4 nu. 11.82
mulier ſeni nupta, eſt vidua,l.6.n.11.99
mulierē quinquagenariā gignere,pro miraculo eſt.l.6.num.47.fo.106
mulierum communitas reprobata, l.7.n. 54.120.natura contumax,& in vetita procliuior, l.8.num.16.127.
mulier ſe miſeram putat, quæ ſeniorem maritum nacta eſt, l.6.nume.28.fol. 105.breuioris vitæ,quam mas, vnde & citius perficitur,l.6.num. 38.folio 105.animal indomitum , l.8.num. 7. 125.paſſa iniuriam inſanit,n.18.128 impudica eadem & venefica,ibid.nu. 22.& ſeq.nulla proba,niſi ſanctificetur,ibid. inſeparabile malum,ib. mala,omnia mala ſuperat,l.9. num.19. 133. malum fucatum,ibi.in ſacris literis omne peccatum generaliter ſignificari,aut diabolum,ib.n.22. quæpiam parua & formoſa dicta eſt paruum pulchrum.ſed magnum malum. l.9.n.23.fol.eod.133.ſeducta præſumitur,ſi quid donet. l.9. nu.44. 137. Eaq, coniectura tollit alias donationis coniecturas,ib.an ſit teſtis omni exceptione maior.l.9.n.73.142. vna in vniuerſa Aegypto reperta, quæ non niſi proprium virum nouiſſet ,ib.nu. 80.143.equa,ſus,lynx,lepus,ſola animantium poſt conceptum venerem admittunt.l.9.n.85.144.cur poſt conceptum admittit coitum,ibid. nu. 87. adultera non tam grauiter punitur, quàm vir,& quare. n.90.145.appetit virum,vt materia formam.l.9. n. 92.eo.f.145
muliebrium vitiorum fundamentum,auaritia.l.9.n.45.137
mulieribus non fidendum,ead.l.9. num. 50,138
mulieris iuſiurandum in vino & aqua ſcriptum,n.55.139. teſtimonio an deferatur iuſiurandum in ſupplementum probationis.ib.n.74.f.142
mulieri teſti minùs creditur, quàm viro. l.9.n.73.ib.
Niſi tamen pro innocentia deponat. ib.n.71.141.luxurioſæ datur curator non viro,& quare.l.9.n.91.145
mulierum libido. l.9.n.80 & ſeq. 143. propria & peculiaris paſſio libido eſt. l.9.n.89.144
Et quare ib.& iterum n. 93. 145. rurſumque, n .165.& ſeq. 160. & rurſum, nu.173.161
mulieris maior voluptas in coitu, quam viri, & quare,n.115.f.150
muliebris leuitatis exemplum memorabile.ibi.nu.131.154
mulier à feudo repellitur ob inconſtantiam.l.9.n.132.ib.
mulierum multarum conſtantia in tormentis.n 135.155. inferna craſſiora ſunt virorum ſuperna,& quare ib.n. 143.156.corpus non ita pilis obſidetur,vt virorum,et quare.n.145.157 ebrietas ſitne leue peccatum. l.9. nu. 205.168. paucarum crimina in ſexū transferre indignum ib.n.228. 173. proprium ſuere & texere.l.10.n.44. in fi. vini vſus interdictus apud pleroſque populos.l.9.n.206.& ſequē. 168. interdictum fuit, mulieribus ne Olympicis certaminibus ſpectandi gratia intereſſent.leg.15. nu.35.36. & 37. folio 251.
muliebre in ira furere.n. 184.164
mulier ira ipſa ē ib.n. 185. λειπνολόχης, id eſt, comeſſatrix vituperatur. num. 210.170.canis ornata.ib.n.213.ſymbolum ſegnitiei & ignauiæ ib.n.215. fo.171. neceſſarium malum cur dicitur.ib.n.219. caſtigata fit deterior. l. 9.n.227.173.caſta vagando facta meretrix l.10.n.34.82
mulierum mala plurima, à multis in vnum congeſta.l.9.n. 218.171.
mulieris eſt domi Philoſophari. l.10.nu. 14.178

MVLIERES PLVRIMÆ Haud vulgariter Doctæ, quas hic ex ordine Alphabeti ſubiecimus,memoratæ l. 11. numero 30.

A

Accæ.
Accurſij filia , cuius nomen ignoramus.
Aedeſia Alexandrina.
Aegle Aeſculapij filia.
Afrania Licinij Bractionis vxor.
Africana.
Agacle.
Agallis Corcyræa.
Agameda.
Aganice Theſſala.
Alexandra Priami filia.
Alca nora Anglorum regina.
Alexander Scala
Alpaides virgo ſacra.
Amalaſuntha Athalarici mater.
Amalthea.
Ameſia.
Amphiclia vxor filij Iamblici.
Anaſtaſia Chyſogoni martyris filia.
Anagora Nileſia.
Anaxandra.
Angela Nugarola Veronenſis.
Anguitia Medoæ ſoror.
Anna Aſtrenuæ Angla.
Antiochis.
Anyta Epidaurea.
Apogara,quam nonnulli eandem eſſe dicunt cum ea , quàm ſuprà Anagoram nominauimus.
Arete cirenaica.
Aretaphila,& ea quoq; Cyrenea.
Argentaria Polla,Lucani vxor.
Argia.
Arginete.
Arria.
Artemiſia Cariæ reginæ.
Artemiſia altera.
Aſpaſia Mileſia.
Aſpaſia medica.
Aſtyanaſſa quæ multis Elephantis dicta eſt.
Athyrtia Aegyptiorum Regis filia.
Atoſſa Perſarum regina.
Auge Tegeatis.
Aureliani Imp.mater.
Aurinia.
Axiothea Philiaſia.

B

Bacis.
Baptiſta Conſtantiæ filia.
Baptiſta Malateſtæ vxor.
Barſine vxor Alexandri Magni.
Begoe nympha.
Bleſilla.
Botrys.
Brela.
Brigidæ quæ & Brigitta.
Bructera.
Bundiuica Britannica.

C

Caecilia Mantuana.
Caia Afrania.
Calphurnia vxor Plinij iunioris.
Cambra Britannorum Regis.
Carmente,quæ & Nicoſtrata.
Caſſandra Priami filia.
Altera huius nomini Veneta.
Catharina Alexandrina,inter diuas relata.
Catharina Senenſis.
Catharina alia Anglorum regina.
Cattha.
Celeno.
Ceſennia Getulici vxor.
Chariclæa.
Charixena Crinnatis.
Circe.
Claudia Papinij vxor.

Claudia

Claudia Ruffina.
Alia illis antiquior.
Cleobulina Cleobuli filia.
Cleopatra.
Clitagora Lacedęmonia.
Clito poetria.
Congyla Colophonia.
Conſtantia Alexandri Sfortię vxor.
Corinna Thebana.
Altera Theſpia.
Tertia item Ouidij contemporanea.
Cornelia Gracchorum mater.
Altera Pompeij vxor.
Alia item Veronenſis.
Cornificia Cornificij poetę ſoror.
Corona Peruſina.
Craco Bohema.
Chriſtina Piſana.
Cybelę.

D

DAme Pythagorę filia.
Damiſella Triuultia Mediolanenſis.
Damocharis, ſiue Democharis.
Damophila Pamphili vxor.
Daphne filia Tireſię.
Debbora.
Deiphobe Glauci filia.
Demo.
Diana.
Diotimę Socratis magiſtra.

E

ECyrrhyna poetria.
Eianica Salaminia.
Elizabetha Scomangię abatiſſa.
Elephantis, de qua ſuprà.
Elpis Boethij vxor.
Erinna Theia.
Erophile Troiana.
Eudochia Theodoſij Iunioris.
Eugenia Philippi Ro. filia.
Eumetis Lyndia.
Eumonia Nazarij filia.
Eunoe quam multi Eianicam putant.
Eurydice Hieropolitana.
Eurydice altera, Plutarchi diſcipula.
Euſtochium.

F

Fabiola, diuis dicata.

G

GEminæ duæ mater, & filia.
Genebria Veronenſis.
Gilberta Anglica.
Gorgon, Leonidæ vxor.

H

HEdibia.
Hedile Hedylogi Sauij vxor.
Helena Menelai vxor.
Helena Glauia, regis Angliæ filia.
Hepione medica.
Heſtiæa Alexandrina.
Hilda Herenica, Angla.
Hildegardis Moguntinenſis.
Hipparchia vxor Cratis Philoſophi.
Hippias Lycurgi hoſpita.
Holda, vide infrà Olda.
Homeloia, Eunexi filia.
Hortenſia Hortenſii filia.
Hydra.
Hygia Aeſculapij filia.
Hyptachia Alexandrina, ſiue Hipathia.
Hyptachia altera, Theonis filia.

I

IAmbe Panos & Echus filia.
Iaſo Aeſculapij filia.
Ioanna Papa, quam dicunt fuiße Gilbertam illam Anglicam.
Irene pictrix.

L

LAelia C. Gracchi filia.
Lælia altera, Lælij filia.
Lais.
Laſthinea Mantinea.
Latona.
Lauinia.

M

MAnto Tireſiæ filia.
Marcella.
Margarita Ioannis Feruſini vxor.
Margarita altera medica.
Margarita Franciſci Francornm Regis ſoror.
Maria Moſis ſoror.
Marſepia.

N

NIcarete Megarenſis.
Nicaula Aethiopyſſa, quæ & Saba multis dicitur.
Nicoſtrata, de qua ſuprà.

O

OCyroe Cylonis filia.
Oenone Nympha.
Olda Prophetiſſa.

P

PAllas.
Pamphila.
Panacea Aeculapij filia.
Pantaclea.
Parthenis.
Paula.
Paulina.

R

RHoſuita Saxonica.
Rufina.
Ruſticiana, Symmachi vxor.
Ruth.

S

SAba, de qua ſuprà in Nicaula.
Sabinæ duæ.
Salpæ duæ.
Sappho Ereſia.

T

TAlarchis Argiua.
Tanaquil Romanorum regina.
Targelia.
Terentia Tullij vxor.
Theano Metapotina.

V

VAri vxor.
Velleda.
Vrſula.

X

Xenoclea.

Z

Zenobia Palmyrenorum regina.

Mulieribus non amplius fidendum, l. 12 1. fo. 197
Mulieres maximè decet ſilentium & taciturnitas. l. 12. n. 5. & 6. f. 198
Mulieres natura per aues docet ſilentium, ib. n. 6.
Mulieres loquaculæ, nu. 9. f. 196
Præſertim meretrices, ibidem nume. 16. 220
Et anus, ib. n. 17
Mulieribus cur docere in eccleſiæ nō permittitur, l. 12. n. 10. 199
Mulieres repelluntur à feudo ob garrulitatem, ib. n. 13
Mulier in complexibus omnia reuelat l. 12. n. 16. f. 220
Mulieres vel inuitæ ſecreta ſua produnt ib. n. 18
Mulieres præſertim caſtas maximè exaſperat virorum adulterium, l. 13. n. 27 in fine fo. 206
Mulieres ex virorum adulterijs in inſaniam vertuntur. l. 13. numero 28. ibidem.
Mulier quæpiam ob zelotypiam, combuſtis cunctis mariti bonis, ſe filiumque communem interemit, l. 13. num. 30. fol. 207
Altera pellicem, & maritum, & filium, quem ex eo ſuſceperat, ob eandem cauſam interemit, ibid. nume. & fol. eod.
Muliebri vaſculo honorem impertiri quid ſit, l. 13. nu. 40. fo. 209
Mulier quædam ob immodicum concubitum maritum repudiauit, l. 15. nu. 1. fo. 214
Mulier quædam ex immodico concubitu occubuit, ib. eo. nu. & fo.
Mulieribus caſtra intrare non licet, l. 15 n. 24. 218

Mulieri-

Mulieribus menſtruatis Venere abſtinendum, l. 15. n. 128. fo. 239
Mulieres menſtruatæ rarò concipiunt, nu. 131. fo. 240
Mulieribus infantes lactantibus Venere abſtinendum. l. 15. n. 139. f. 241
Mulieribus item quæ recens conceperunt, l. 15. nu. 141. ib.
Mulier, quæ inuita comprimitur, vix cō cipit. l. 15. n. 169. 245.
Mulieres ab impudicarum congreſſu abſtineant, l. 10. n. 14. 248
Mulier impudica cæteras ſui ſimiles eſſe cupit, ib. num. 25. 250
Mulieres à laſciuis ſermonibus abſtineant, l. 16. numero 29. eodem folio 250
Mulieres à picturis obſcænis caueant, n. 33. fo. 251
Et à ludis publicis, præſertim impudicis, n. 35. & ſeq. ib.
Et ab impudicis lectionibus, nume. 40 252
Mulier ſtatim copulanda, pro copulata habetur, glo. 2. nume. 13. folio 258
Mulier tuta exceptione S. C. Velle nō tenetur in foro conſcientiæ, gl. 4. nume. 16. f. 271
Mulier prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum, an poſſit patri libere renuntiare, gl. 5. nu. 33. & multis ſeq. fo. 279
mulier prohibita donare ſine conſenſu propinquorum, an prohibita cenſeatur donare cauſa mortis gl. 5. nu. 64. & multis ſeq.
Mulier ſtatuto prohibita teſtari ſine conſenſu uiri, poteſt teſtamentum, ſine eo factum reuocare, gl. 5. num. 90. in fine f. 287
Mulier poteſt eſſe procuratrix ad negotia, gl. 5. n. 171. f. 299
Atque etiam in his, quę ſunt voluntariæ iuriſdictionis, ib.
Et in cauſis ad ſalutem animarum pertinentibus, & alijs multis, ib.
Mulieribus nocturni cœtus vitandi, l. 16 nu. 42. fo. 253
Mulieres à congreſſu virorum libidinoſorum caueant, l. 16. nume. 27. folio 250
Mulieres ab Olympicis certaminibus olim arcebantur, l. 16. nume. 37. folio 251
Mulier prohibita contrahare, poteſt vt tutrix filiorum contrahere, gl. 5. num. 176. f. 300.
Mulier fideiubens cum iuramento obligatur, gl. 7. nu. 152. fo. 321
Mulier prohibita agere ſine conſenſu propinquorum, ſi id faciat & obtineat, an valet quod actum eſt, glo. 8. n. 61. 345. & 75. 347.
Mulier prohibita contrahere, ſi contrahat ad ſuam vtilitatem, an valeat, gl. 8. nu. 78. 348
Mulier prohibita contrahere, an poſſit adire hæreditatem opulentam, ib.
Mulieri fideiubenti & ſe virum mentienti, uon ſuccurritur, gloſ. 8. nume. 135. 356
mulieri in venditione rei dotalis, aſſerenti eam non eſſe dotalem, non ſuccurritur, ib. eo. nu.
mulieri quę proximiores eos eſſe dicit, quos adhibet in ſuo contractu, in quo ex ſtatuto requiritur conſenſus proximorum, non ſubuenitur, gl. 8. n. 136. eod. fo. 356
mulierum zelotypia ſępe illis eſt pernicioſa, l. 16. n. 4. fo. 246
mulier, cuius maritus communi opinione repuatur mortuus, excuſatur ab adulterio, gloſ. 8. nume. 151. folio. 358
mulier ſtatuto prohibita contrahere aut liberare ſine conſenſu propinquorum, poteſt tamen eum liberare, qui debitum ſoluit, gloſ. 8. nume. 187 fo. 363
mulieribus impudicis prodeſt loci mutatio, l. 16. nu. 53. & ſeq.
mulieres ne ſolę ſint cum viris, ibidem num. 57
mulier ſine ſolennitate ſtatuti poteſt facere obligationem neceſſariam, l. 8. nu. 196. 364
mulier ſine ſolennitate ſtatuti poteſt ſecundo viro eam dotem dare, quàm primo dederas, gloſ. 8. nume. 197. ibidem.
mulier cenſetur ſecundo viro dare eam dotem quam primo dederat, ibi. eod. numero.
mulier tenetur dare dotem, etiam ſi in contractu matrimonij dictum non ſit ib. eo. num.
mulier contrahendo matrimonium an poſſit dotem cōſtituere in re immobili, gloſſ. 8. num. 198. ibidem eod. fo. 364
Mulier ſecundo marito non poteſt plus in dotem dare, quàm vni ex filijs primi matrimonij relinquere, niſi ſit datio neceſſaria, gloſ. 8. nume. 202. eod. fol.
mulier poteſt alienare dotem, vt ex captiuitate redimat parentes, fratres, & alios neceſſarios, glo. 8. nu. 282. fo. 373
mulus cur longæuior quàm equus. l. 15. num. 9. 216
multa permittuntur, quę non carent vitio, l. 9. n. 2. & ſeq. f. 129
multa cadunt inter calicem ſupremaque labra, gloſ. 2. num. 31. f. 261
mundus muliebris quid, l. 3. num. 34. fo. 72
mundus cur ita dicatur, ibidem eodem numero
mundus muliebris, & ornamentum, an differant, ibi. nu. eo.
mundum neutro genere, ib. Lucilij autoritate.
mus fœmina maiore libidinis rabie flagrat, quàm mas, l. 9. n. 127. f. 153
muſæ nigris oculis, l. 2. numero 38. folio 31.
muſæ virgines & quare, l. 15. num. 62. fo. 226
muſæ cur camœnæ dictæ ſunt ibid. eodem num.
muſas nonnulli meretriculas fuiße dicunt, ibidem.
muſarum liberi, ibid. eod. num. & fo. in fine num.
muſarum nomina, & eorum rationes, in nomenclatura dictarum mulierum, in muſis.
muſta virgo quæ dicatur, l. 6. nume. 2. fo. 97
mutata res in priſtinum ſtatum non redit, gl. 3. n. 1. f. 267
mutus poteſt contrahere matrimonium nutu & ſignis, gloſ. 7. nume. 17. fo. 314
mutus iurare poteſt nutu & ſignis, ibid. num. 18
mutus teſtificari poteſt, modo ſciat ſcribere, ib. nu. 19
myrrha Cynaram patrē deperditè amauit l. 9. nu. 100. f. 147

N

NArcißus ſuam imaginem in fonte viſam adamuit, antè ab omni amore abhorrens, l. 5. nume. 28. fo. 95
Naſamones ſinguli plures vxores habent, l. 7. n. 22. f. 111
Naſamones in propatulo coeunt. l. 7. nu. 55. 120
Naſamonum vxores prima nocte ſingulos conuiuas Veneris gratia obeunt, ib. num. 56.
Naſuti ſolent eſſe belle mutoniati, l. 9. n. 99. 147
Natio ſerui qui venditur, pronunciari debet, l. 7. n. 17. f. 110
Nationis cuiusque mores peculiares, n. 19. 111.
Nationum diuerſarum mores in re vxoria, ibi. nu. 20. eo. fol. 111
Naturæ legibus vxor in poteſtate viri eſt, l. 1. n. 8. & 9. f. 2
Natura ſi poteſt marem facit, ſin minus, fœminam, l. 1. n. 99. 21. ſumus cupidi gignendi noſtri ſimiles l. 6. nu. 21. 102. parentum & liberorum concubitu interdicit, l. 7. n. 47. f. 117. et ſeq. docuit mulieres tacere per aues, l. 12. num. 9. fo. 199. adulterium fugere docuit per bruta, l. 13. n. 1. & ſeq. 200. relationis eſt natura veritatis glo. 7. n. 196. f. 337
Naturalis filia, quæ viro legitimo nupſit, legitima efficitur, l. 1. nume. 18. folio 4.
Naturales liberi faciuut ceſſare conditionem, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, non ſi inſtituta, l. 1. num. 45. f. 10. in capite folij.
Nauris parentibns cum liberis ſtupro coire fas eſt, l. 7. n. 33 f. 114
Nauſicaa à proceritate corporis laudata, l. 2. n. 74. f. 41
Nauſimenis vxori quid contigerit, cum filij & filiæ ſtupro interueniſſet, l. 7.

nu.

num.17.f.115
Neceßarium malum fœmina,l.9,n.219 quid dicatur,ib.fo.171
Nemo tam malus,quin aliquid boni faciat,l.11.n.3.tam ſtultus, quin aliquid boni dicat,ib,f.185
Nepotes dicuntur expreſſe contineri in diſpoſitione in loquente de filijs,in re tranſmiſſibili ad nepotes glo.7.num. 177.f.334
Nequeo verbum tollit omnem potentiam,gl.4.n.11.f.270
Nequitia pro libidine, l. 15. nume. 7. fo.215
Nereis Magnetem fratrem turpiter adamauit, & refugientem veneno ſuſtulit.l.9.nu.101.fo.147
Nero Imperator Syllanum, quod diceretur vxorem duxiſſe amitam, exilio mulctauit, l. 7. nume. 42. fol.116.
Nerua Imperator primus prohibuit nuptias cum fratrum filiabus, ibid. eod.nu.& fol.
Nerui à cerebro proueniunt,l.15.n.37 eandem cum cerebro ſubſtantiam habent ibid.fo.220.
Neruis nocet coitus ibid.eo.num.
Nicolai Antiocheni hæreſis de communitate mulierum, l.7.num.51.118. eiuſdem zelotypia,l.16.num.64.folio 255
Nicolaus Antiochenus hæreticus choros duxit fœmineos, l.9. nume. 31. fol.135
Nigri oculi ad formam pertinent,l.2.n. 38.fo.31
Nigredo à calore fit, l.9. nume.147. fo. 157
Nil diuiduum in domo coniugali eſſe debet,l.8.nu.8.fo.125
ninus Aßyriorum rex laudatiſſimus nihil abſque Semiramidis conſilio agebat,l.11.n.1.184
nobiliores vxores non ſpernendas, l.5. n.36.fo.97
noe inebriati nuditas deriſa, l. 4. nume. 35.92
nomadum tota natio matribus congreditur,l.7.n.33.fol. 114
nominatim factum dicitur,quod ex præſumptionibus colligitur,gl.7.n.165. fo. 332.
nominis ſimilitudo affectionem gignit, l.5.n.27.94.teſtatoris ferendi conditio non inutilis,ib.
non bene olet,qui bene ſemper olet,l.3. n.10.fo.44
non eadem omnibus ſunt honeſta, turpia,ſed omnia maiorum inſtitutis iudicantur,l.7.num.64.f. 122
non omne illicitum punitur,l.9.n.2.& ſeq.129
non omne quod licet,honeſtum eſſe,nu. 7.130
non es mihi Conſul, quia tibi Senator non ſum, l. 13. num.41. fo.209
non poteſt,verbum,negat potētiam,gl. 4.nu.1.f.268
Et reſiſtit actui,ib.& ſeq.
Et reddit actum ipſo iure nullum, ibidem.
Et importat ſolennitatem,ib.
Et inducit formam.ib.
Et reſiſtit obligationi,n.2.269
non poteſt,& nō poſſit,an differant, gl. 4.n.9.& ſeq.fo.270
notarij exiſtimati communi opinione, cum non ſit, inſtrumentum, an valeat,glo.8.n.145.fo.357.& 153. & ſeq.fo.358
notitia cùm requiritur, ea debet eſſe plena, & omnium qualitatum & circonſtantiarum, gl.8.nume. 183.folio 362
noua nupta in pelle lanata conſidebat, leg.10.nu. 38.fo.183
nouercarum in priuignos crudelitas, leg. 9. nume. 196.fo. 166.propria epitheta,ib.
nouercæ crudeles,ib.
Diræ,ib.
Sæuæ,ibid.
Terribiles ib.
nouercæ quædam in priuignos piæ,l.9. nu.98.fo.167
nubere propriè fœminarum eſt, l.5.nu. 4.fo.88
Interdum tamen de viris dicitur,ibid. eod.num.
nupturæ viris futuris vitium corporis ne nudanto,ſed aliter aperiunto, l.4. n.10.fo.81
nuditas mulierum viros ad libidinem accendit, l.4. numero 12.& 13.folio 82
nuditate mulierum in primis gaudent libidinoſi, leg.4.nume. 15. ibidem eodem fol.
nudus Cupido,n.16.fo.83
nuda Venus,ibid.nu.17
nuditas membrorum muliebrum ſacris literis exoſa,ibid.nume. 19. eodem. folio 83
nudæ fœminæ in ſcenam prodibant apud Romanos,n.20.f.85
nuditas in uiris quoque aliquid pudoris habet,l.4.n.34.fo.86
nudandi corporis in certaminibus mos vnde fluxit, ibid. nume. 37. & ſeq. fol.87
nudæ fœminæ in lupercalibus, ibidem num.38
nugæ quæ dicantur, l. 3. nume. 10.folio 44
nugiuendi qui, ibidem eodem numero in fine
nullus & inhabilis æquiparantur,gl.8. nu.61.345
nullitas contractus non allegatur contra eum, fauore cuius is nullus eſt, glo.8.n.94.& ſeq.f.350
numa Pompilius ab vxore conſilium ſumebat l.11.n.1.f.184
numa Pompilius quam pœnam adulteris impoſuerit, l. 13. nume. 14.folio.203
numa Pompilius cùm orationibus vacaret,mulieribus abſtinebat,l.15.nume.114.fo.237
numerus impar mas eſt,par fœmina,l.1. n.64.in fi fo. 14
numidæ ſinguli plures vxores habent. l.7.n.22.f.111
numidæ vxoribus,perinde ac ſeruis,vtūtur,l.8.n.9.fo.125
numina videri ſe nolunt,l. 4.nume. 25. & ſeq.84
nuptiæ inter impares Romæ non contrahebantur,l.5.n.32.fo.95
nutrices coitu abſtinere debent,& quare,l.16.n.139.f.241
nyctimene cum Epopeo patre cōcubuit, l.9 n.100 f.147
nymphæ pulchræ,l.2.n.39.f.31

O

OBryzum aurum quid ſit. l.3. nume.17.fo.46
Obryzati,ſolidi,ib.
Obſcœnitas verborum è ciuitate pellenda,l.16.n.31.fo. 251
Oceanus Tethyn ſororem vxorem duxit, l. 7.n.36.fo.115
Ocium parens libidinis, l.9. num. 174. 161.& l.16.num.51.fo.254.nil boni parit,d.n.52
Ocni funiculum, leg. 10. nume. 8.folio 177.
Octogenario natus filius an ei ſuccedat, l.6.n.22.fol.102
Oculis vxorem capere, ſummæ dementiæ eſt,l.2.n.2.fo.23
Oculi Ceſii quid ſignificent,l.2. nu. 35 fo.30.an ſint pulchri, ibid. nigri ad formam pertinent, l. 2. nume. 38. fol. 31
Offenſa dici poteſt,quod pœnam non meretur,l.9.n.2.fol.129
Officialis prohibitus contrahere cū ſubditis,non prohibetur pignus accipere,gl.5.n.108.290
Officium non probatur, niſi per literas illud ipſum decernentes,glo. 8. num. 154.fo.359
Olea à caſtis coli vult, l. 15. num. 126 fo. 239
Olympias expirans capillis cura texit, ne quid indecorum in eius corpore videretur,l.4.num.33.fo.86
Omiſſio plus nocet, quam renunciatio, l.7.n.78.gl.7.321.
Omnia bonum appetunt, l. 2.num. 45 fol. 33.
Omne animal diligit ſimile ſibi, l. 5.nu. 20.92.
Ophiriſum aurum quid ſit,l.3.num.17. fol.46.
Opilius Macrinus Imperator quàm pœnam in adulteros impoſuit, l.3.num. 17.fol.294.
Ornamentorū muliebrium defenſio, l. 3.num.16.& multis ſeq.45. infinita genera, l.3.num.27.48.vaſa repoſitoria,ib.n.29.f.71.
Ornamentum magis dehoneſtat, quàm ornet,l.3.n.9.fo.44
Ornatus detrahit pulchritudini fœminarum, contrà deformitatem earum auget, l. 3.nume. 15. 45 mulierum totis cenſibus & matrimonijs redempti,l.3. num.21.47. muliebris an & quomodo ſit permißus,l 3.nu.40.& ſeq. an & quomodo viris ſit permiſſus,l.3.nume. 45. & multis ſequen. fo.74
Ornamenta in ſomnis quid ſignificent, l.3.nu.24.48. magis decent puellas innuptas,quam nuptas, l. 3. nume. 30.fo.71
Ornatus magis decet fœminas, quàm viros, leg. 3. nu 16.45.18.19.46
Ornamenta quæ ſumit mulier domum egreßura non ad maritum, ſed ad alios ſpectant, l. 3. nume. 42.folio 74
Orpheus ſacris prohibuit mulieres menſtruatas, l.15.n.134.fo.240
Oſculum fœminarum quare inuentum, l.9.n.206 fo.168
Ouidius vitio repetitionis laborauit. l. 9.nu.26.fo.134
Ouidij loci enodati l.7.nu. 11.109.& l. 15n.92.232.& 99.234

P

PActum quodlibet dicitur contractus,gl.5.n.6.274.de non acquirendo non impedit pignus accipere,gl.5. nu.108.290.nudum expreſſum pignus ipſo iure tollit non tacitum,glo. 7.n.56.319 de futura ſucceſſione qđ fit ex neceſſitate præcedentis contractus, valet, gl. 8. nu. 199.fo.364
Pœones ſinguli plures vxores habent, l.7.n.22.fo.112
Palæſtinorum pœna in adulteros, l. 13 nu.6.fo.201
Pallaca quid ſit, & an differat à pellice,gl.8.n.244.f.370
Pallas virago dicta,& quare,l.1.n.91. fo.20.cęſiis oculis,l.2.n.35.fo.30.eadem γοργωπὸς dicta, & quare,ib.irata ob contemptum ſuæ formæ, l. 2.n. 50. fo.35. ſeſe non indiligenter coluit,quò formoſior Venere & Iunone iudicaretur, ibidem. expers ictuū Cupidinis,l.15.nu.62.226.
Pallas Euandrius formoſus, l.2.nume. 40.fo.32
Palmæ fœminæ non ſine maribus gignunt,l.1.n.65.fo.15
Palumbarum caſtitas, leg.13.num.3. fo.200
Palumbes diutiùs viuere quàm columbas,& quare,l 15.n.9.fo.216
Pan Penelopes filius ex procorum promiſcuo concubitu natus, l. 9. nu.95. 145.aut,vt alij dicunt, ipſius Penelopes & Mercurij filius ibidem. eodem num.
Pan Hircipes dictus,ibidem teſte Luciano.
Pandari filiæ ex ſtatuta corporis laudata,l.2.nu.74.f.41.
Pandora mente canina,l.9.nume. 214 fo. 170
Panthædæ dictum de muro valde munito,l.10.n.21.f.179
Papa poteſt præuenire cæteros collatores, non tamen honeſtum eſt id facere,l.9.nu.3. 130. poteſt reuocare beneficium,non tamen honeſtum eſt, & laudabile,ibid.in fine eod. nume. & fol.in quibus gradibus diſpenſare poſſit, l.7.num. 50.fo.118. non poteſt dare fidem ſcripturæ non authenticæ, gl.1.n.20.fo.269
Papæ conſenſus, qui debet interueuire in teſtamento Cardinalis, præſumitur ex diuturnitate temporis glo.7. n.40.fo. 317
Papæ ſententia contra non citatum, non valet, gloſ. 4. numero 1. folio 268
Papinianus legalis doctrinę theſaurus, & iuris aſylum dictus, l.2.nu.47.fo. 34. pulcherrimus,ibidem eodem nume.& fol.
Parapherna quæ dicantur, gl.9. nu.1. fol.375
Parentes arguuntuur,qui deformes filias virginitati conſecrant, l. 2.nu. 59.fo.37.
Parentum mores ad poſteros deriuantur,l.7.num.2.107. eorum, qui accuſantur,mores inſpiciendi,l.7. num.8. fol. 109
Partes abſentes an citanda ſint, glo.8. num. 17.fo.340
Paria ſunt in eſſe conſiſtere, aut in eo ſtatu eſſe, qui proximè in eſſe producit,glo.2.num.4.256.ſunt aliquid factum eße, aut proximè faciendum, ibidem eodem numero. ſunt ſententiam latam eſſe, aut concluſum eſſe in cauſa,gl.2.num.6.257.ſunt,eße in conſpectu,& proximum, vt conſpici poſſit, glo.2.num. 10.fo. 257.ſunt non eße,& inhabilem eße, gl.8. nu. 43.343
Paridi cultus à Diomede exprobatus,l. 3.n.49 f.75
Pariſatis filium Darium deperijt,l.9.n. 101.147
Pariſijs viri ex vxorum adulterio traducuntur,l.9.n.232.174
Parthenone quid, l.10.num. 25.180
Parthi dulcedine varię libidinis vxores plures ſinguli ducunt,l.7.nume. 22. 111.cum matribus, filiabus, ſororibus matrimonium contrahunt, ib. n. 33.114 fœminis & conuiuia & conſpectum interdicunt,l.10.n.11.177 & iterum n. 17. 179. cum concubinis, non cum vxoribus conuiuia ineunt, ib.
Partorum pœna in adulteros, l.13.nu. 8.fo. 202
Paſiphae tauro ſe ſubſtrauit, l. 9.num. 108.149
Paſſæ res vitæ breuioris, quia ſalaces ſunt,l.15.n.9.fo.216
Patauinæ operta facie in publicum prodeunt. l.4.n.19.fo.83
Patauinarum ſeueritas & pudicitia, ibidem.
Patrum vetus in filios poteſtas imminuta,l.1.n.6.fo.2
Pater meretricarius filiam meretricem exhæredare poteſt, l.1.nu. 45.fo.9. debet nepoti vxorem ducenti conſentire,non etiam nepti, ibid. non tenetur reddere rationem adminiſtrationis paternæ,glo.5.nu.40.280.legitimus adminiſtrator poteſt alienare ſine decreto,ibid. ſi conſenſerit filio cōtrahenti in inſtrumento guarentigiato,poterit id inſtrumentum executioni demandari ſine alio ipſius conſenſenſu gl.5.nu. 165.fo.299.ſi conſenſit in officio tutoris filij, non amplius neceſſe eſt, vt conſentiat in exercitio,glo.5.num.167.299.ſi conſenſit filio impetranti reſcriptum, nō amplius requiritur eius conſenſus in proceſſu cauſæ,ibid. nume. 169. eod. fo. poteſt agere contra filiumfamil. nomine alieno gl 5.nu.177.fo. 300. an poſſit conſentire filiofa.agenti per procuratorem,gl.6.n.28.310.præſumitur conſenſiße filio contrahenti ex diuturnitate temporis,glo.7.nu. 40. 317. ſi conſenſerit filio teſtanti,cum clauſula, vt valeat iure teſtamenti, codicillorum,aut alterius vltimæ voluntatis, cenſetur ſpecialiter conſentire donationi cauſa mortis. gloſ. 7. nu. 142. 329. debet conſentire filio agenti etiā in cauſa ſummaria.gl.8. n.9.340.& ibi videbis,quid ſi pater ſit abſens poteſt bona aduentitia filij pro eius vtilitate alienare, glo. 8. nume.74.347. non obligatur pro dote filiofamil. data in matrimonio putatiuo, gloſ.8. nu. 247. folio. 370
Patris conſenſus ad iudicium filio præſtitus,non amplius requiritur in executione,gl.5.num.165 fo.299.conſenſus adhibitus in matrimonio filiæ,nō amplius requiritur in ductione illius in domum mariti, ibid. n.166.eo.fo. conſenſus pro omnibus cauſis ſufficit,ſine alia ſpecialitate,gl.5.n.197 303.conſenſus generalis, ad donationem cauſa mortis ſufficit, ibidem.eo. n.prope finem.
Patenter expreßum non eſt, quod ex coniecturis colligitur, gloſ.7.n.168. fo. 332
Patientia decem annorum eius qui conſentire, aut authoritatem præſtare debuit ex ſtatuto, an ſufficiat vt actus valeat,gloſ.7.numero.39.317. diuturna,an habeat vim expreſſi conſenſus,gl.7.num.44.318.& ſeq.& quid in ſtatuto,ibidem nu. 46. eo. fo.
Patria & mores ordinandorum inueſtigari debent, leg. 7. n. 17. 110.dulciſſima,ibid.n.66.123
Patriæ & noſtra affectio eadem eſſe præſumitur, ibid.amor.l.7.nu.65. 122.fumus gl.2.n.10.fo.258
Patriam ſuam quiſque laudat, leg. 7. n.66.fo.123
Patria poteſtate ſemel liberatus, an in eandem recidat, gl. 3. n.1.f.267
Patria poteſtas non deſtinata ad præſtādam

TABVLA.

dam auctoritatem pupillis contrahentibus, gl.5.nu.40.fol.280.

Patronus ſatis videtur conſentire inſtitutioni de ſe factæ, gl.7.num.28.fol.316

Pauor muliebris, l.9.nu.158.fol.159

Pauli Eremitę ad vxorem adulteram dictum, l.8.nu.14.fo.127

Paulina matrona Romana, religionis ſpecie in templo Iſidis ſtuprata, l.15.nu.107.235

Pax non rumpitur ex damno, quod eſt in potentia nocendi, gl.2.nu.30.261

Peccatum an ſit, viros muliebribus veſtib. mulieres virilibus vti, l.3.nu.71.fo.79

Peccata, quæ ſola voluntate contrahũtur, ſola voluntate dimittuntur, gl.5.nu.14.276

Pecudes grauidæ præter paucas mares non admittunt, l.9.nu.85.& ſeq.fol.144

Pelagia ſancta ſexum virilem mentita, l.3.nu.71.fo.79

Pellex quę, & an à Pallaca differat, gl.8.nu.244.fo.370

Pelopea cum patre Thyeſte concubuit, l.9.nu.100.147

Peloponneſiacæ virgines diſcinctæ, & pallio feneſtrato indutæ, l.4.nu.31.fol.86

Penelope à proceritate laudata, l.2.n.74. vidua dicta, quòd marito diutiùs careret, l.6.nu.12.99.impudica, l.9.nu.95.145.mortuo Vlyſſe nupſit Telegono, eiuſdem Vlyſſis ex Circe filio, fol.146.è Gynecæo deſcendens, faciē velis tegebat, l.4.nu.20.83.lanæ dedita, l.10.num.40.183.à lanificio dicta, ibid.

Penoribus præfectos caſtos eſſe debere, l.15.nu.126.fo.239

Pepli, quid ab Eanis differant, l.3.nu.27.fo.61

Peregrinæ veſtes repræhenſæ, l.3.num.57.78. mulieres de pudicitia ſuſpectæ, l.10.num.35.pro meretricibus, ibid.fo.182

Perinde dictio, denotat impropietatem, gl.7.nu.187.fo.335

Permiſſa multa ſunt, quæ non carent vitio & dedecore, l.9. nu.2. & multis ſeq.fo.129

Perſę vxores plures ſinguli ducunt pro pagandæ ſobolis gratia, l.7.n.22.112. in matrimoniũ ducũt matres, filias ſorores, l.7. nu.32.113.nec tamen id illis ſemper licuit, ibid. ſeueriſſimè ingratitudinem puniunt, l. 9.num.27.fo.134

Perſarum lex, ne mulieres extraneis viris conſpiciendas ſe præberent, l.4.num.20.fol.83. inſignis contumelia, audire ſe eſſe muliere ignauiorem, l.9.nu.216.fol.171

Perſis vxores communes, l.7.nume.53.fol.120

Peruſinorum pœna in adulteros, l. 13. nu.23.fol.205

Phędra Hippolytum priuignum adamauit, l.9.nu.103.fol.148

Phani hiſtoria ridicula, l.16. num.13.fol.148

Phaonem quare Sappho adamauerit, l.1.nu.65.fol.15.& iterum, l.14.nu.2.fol.212

Phariſæi ornamentis muliebribus vtebantur, l.13.nu.64.fol.77

Pherecydes dicterium in comatum iuuenem, l.3.nu.48.fol.75

Pherenice, pugilis habitu inſcenam deſcendit, l.4.nu.37.fol.87

Pheron Aegypti Rex, vnam tantùm mulierem vni viro cognitam inuenit, l.9.nu.80.fol.143

Phidiæ Venus Elienſibus depicta, l.10.nu.16.fo.178

Philænis libros ſcripſit de formis concubituum, l.9.nu.97.fol.147

Philænis tribas, l.9.nu.107 fol.148

Philetaræ in balneum deſcendentis verecundia, l.4.nu.11.fol.82

Philippus Macedonum Rex quendam ex ordine iudicum ſemouit, quòd capillos tinxiſſet, l.3.nu.48.fo.75.filiã Cleopatram auunculo nuptui dedit, l.7.nu.43.fol.116

Philonome Tennem priuignum miſerè amauit, l.9.nu.103.fol.148

Philopomenis Hiſtoria memoranda, l.2.nu.58 fol.37

Phineus filios nouercæ impulſu excæcauit, l.9.nu.196.in fine num.fol.167

Phocionis vxor veſte mariti vtebatur, l 3.nu.70.fol.79

Phocalicis nocet Venus, l.15.num.45.in fine fol.222

Phocylides in ornatum virorum, l.3.n.49 fol.76

Phœnicum mulieres cùm ſacra facerẽt, ſeſe palàm proſtituebant, l 7.nu.57.fol.121

Phœnices ex filiarum proſtitutione dona dabant Veneri, ibi.eod.nu.in fine.

Phrygiæ non phryges, l.1.num.89.fol.20

Phryges vxores ducunt, matres, filias, ſorores, l.7.nu.33.fol.114.

Phryne formę beneficio abſoluta, l.2.n.61.fol.38

Phrynes Hiſtoria non contemnenda, de mulierum fuco, l.3.nu.12.fol.45

Phtiſis & phthoe an differant, l.15.nu.47.223

Phtiſicis nocet coitus, ibi.eod.nu.

Picturæ obſcœnæ improbatæ, l.16.num.33.251.languentes libidines excitãt ead.l.16.nu.34.eod.fo.251

Pignus vt ſolo conſenſu contrahitur ſine traditione, ſic & reſoluitur gl.5.nu.14.fo.276.& fideiuſſio ęquo iure procedunt, gloſ.5.nu.108.fo.290.rei alienæ confirmatur, ſi pignorans factus ſit dominus, l.5.nu.142.f.295

Pindarus in coitu occubuit, l.15.nu.27.fo.219

Piſidarum pœna in adulteros, l.13.nu.11.fol.202

Pittacci vxoris ſuperbia, l.5.nu.16.fol.91

Pithei Hiſtoria memorabilis, l.11.n.10.186.vxoris prudẽtia admirabilis, ib.eod.nu.

Pituita frigiditatem oſtendit, l.9.num.147.157

Placentinorum pœna in adulteros, l.13.nu.6.fo.201

Placidarum pęna in adulteros, l.13.nu.10.202

Placidę vxoris Ataulphi regis prudens monitio, l.11.nu.12.186

Plantæ mares plus virium habent, quã fœminæ, l.1.nu.65.f.15.quæ citò perficiuntur.citò pereunt: quæ tardè veniunt, diutiùs durãt, l.6.n.38.f.105

Plato in nuditate mulierum repræhenſus, l.4.nu.29.fol.85.vitam cęlibem & caſtam vixit, ob idque naturę ſacrificaſſe dicitur, quaſi peccatum expiare vellet, quòd liberos nõ procreaſſet, l.15.nu.64.fol.226

Platonis & Ariſtippi hiſtoria memorabilis, l.3.n.65.78.lex in matrimonio cõtrahẽdo, l.4.nu.10.82.de pubertate mariũ & fœminarũ l 4.n.23.f.84

Platonis legibus, qui à trigeſimo anno ad trigeſimumquintum vxorem non duxiſſet, pecunia & infamia mulctabatur, l.6.nu.44.105.familiares con tractos eius humeros exprimebant, l.16.nu.20.249.lege cautum, ne mulier ſine viro iudicio intereſſet, gl.5.nu.212.305.lex de matrimonio coniunctorum, l.7.nu.49.in fi.fo.118.de teſtimonio mulierum, l.9.n.76.f.142

Platonis lex & pęna in adulteros, l.13.nu.12.fo.202

Plauti locos emendatus, l.1.n.63.f.14. animaduerſus, l.10.n.16.179

Plinij error, l.1.n.65.f.15.loca, l.9.nu.95.146.& l.10.nu.16.179.& 37.182.& l.15.nu.13.fo.246.lapſus, l.9.nu.135.fo.155

Plotina maritum in exilium ſecuta, l.3.nu.66.fo.78

Plotina Traianum maritum prudenter corripuit, l.11.nu.item.11.fo.186

Plutarchus à Galeno citatur, l.15.nu.68.227

Podagra filia Bachi et veneris, l.15.nu.44.λυσιμελής ibid.222

Pęna ducẽtiũ duas ſimul vxores l.7.nu.24.112.omittẽda, ſi deſit ſpes emẽdationis, l.9.n.226.173.f.204.ſepeliẽtiũ corpora vſurariorũ trahit ad cos q funebri põpæ aſſiſtunt, gl.5.n.115.292.ſequitur ſuos auctores glo.5.nu.156.298.an & quãdo committatur ex actu inualido, gl.8.nu.206.& ſeq.vſque ad 213.365

Pœnorum virgines dotem quæſtu cõtrahunt, l.7.nu.57.fo.121

Poetę Deorum adulteria deſcribẽtes, reijciẽdi, l.16.nu.41.fo.253

Poetarũ genera, l.9.nu.16.f.132

Polygnoti pictura Ocni & aſellæ, l.10.nu.8.177

Polyxena moriens, prouidet vt honeſte cadat, l.4.nu.33 fo.86

Põpeius vituperatus, quòd iã ſenex vxorem iuuenem duxiſſet, l.6.nume.14.fol.100

Pompeij vxor Mutia impudica, l.9.nu.122.152

Pompeia Plotina Traianum maritum prudenter corripuit, Vide ſupra Plotina.

Pompilius piſcis ſacer cognominatus, l.14.nu.2.in fine fo.212

Pontificum pœna in adulteros, l.13.nu.24.205

Poppea velata facie incedebat, l.4.nu.21.fo.83

Populiæ dictum lepidum de beſtijs poſt conceptum marem non admittentibus, l.9.nu.86.fo.144

Porphyrio auis habet ſenſum adulterij, & id patrifamil.detegit, l.13.nu.4.fo.201

Porphyrius negat deos exaudire hominem, qui nõ multis diebus à venereis abſtinuiſſet, l.15.nu.114.fo.237

Portarum obſcœna ſignificatio, l.4.nu.12.82

Poſſeſſionem amittens, non alienat, glo.5.nu.161.fo.298

Poſteritas à fœmina appellata, fœminas comprehendit, licèt aliàs minimè, l.5 nu.26.94

Potentia antequam in actum deducatur, conditioni æquiparatur, gloſ.2.nu.30.261.ſi deſit, actus eſt irritus, gloſ 4.nu.1.fo.268

Poteſt verbum, non eſt neceſſitatis, niſi cum negatiua, ibi.eod.nu.1

Poteſt verbum, quam naturam in vniuerſum habeat, gl.4 num.20 & ſeq.fo.270

Poteſtatis ſuæ qui non eſt, nec alios in poteſtate habet, leg.1.num.4.in fine fo.2

Præcipitatio, filia libidinis, l.9.nu.128.153

Præcipites eſſe mulieres, ibidem eod.num.

Prælatus vti contrahere non poteſt ſuper re eccleſiæ, ita nec diſtrahere, gl.5.nu.13.276.ſolus poteſt reuocare procuratorem à ſe conſtitutum cum cõſenſu capituli, gl.5.nu.91.288.nõ poteſt conſtituere œconomum aut procuratorem ad alienationem rei eccleſiaſticę, ſine ſolennitate, quæ requiritur in ipſa alienatione gl.5.nu.185.301. tacitè ex lapſu temporis præiudicat eccleſię, licèt non expreſſa renuntiatione, gl.7.num.76.321. liberè rem eccl ſiæ meliorem facere poteſt, gl.8.nu 80.fo.348

Prælati publicè exiſtimati, valent locationes & cæteri contractus, gl.8.nu.151.358

Præſcriptio ſtatim complenda pro completa habetur gloſſ.2.nu 8.fol.257

Præſens habetur, qui in hortis eſt, gl.2.nu.10.fo.258

Præſens eſt, qui præbetur ſenſibus corporis gl.6 nu.31.fol.310

Præſens & tacens cum pro conſentiente habetur, intelligitur ex quadam fictione & impropietate, glo.7.num.14.fo.314

Prẹſentibus malis magis afficimur, quã præteritis, l.6.nu.4.fo.98

Præſentia cum requiritur, perſonalis ſiue corporalis requiritur, gl.6.num.31.310.requiſita an & quãdo cõſenſum requirat, gl.6.nu.36.311.& gl.7.nu.32.316.& duobus ſeq.

Præſentia & taciturnitas in iudicialib. pro cõſenſu habẽtur, gl.7 n.37.317. an abſentia præſumatur, gl.8.nu.29.341.& duobus ſeq.

Præſentatio eius qui cõmuni opinione reputatur patronus, an valeat, gl.8.nu.147.358.in fructus eſt, gl.9.nu.5.375.beneficij, quod eſt in patronatu vxoris, an ad virum pertineat, an ad vxorẽ, ibid.eod.nu.& ſeq. Quid ſi id ius pertinet ex cauſa rei dotalis, ibidem, nu.6.eod.fo.

Præſertim, dictio implicatiua, gloſſ.8.nu.57.345

Præſumitur, cõtra aliquem, aut pro aliquo, ratione malæ aut bonæ ſocietatis, l.5.nu.29.fo.95

Præſumptio non plus operatur, quã veritas, gl.5.nu.60.283.cedit veritati, ibid. præſumptionum tollit, gloſſ.7.nu.52.319

Prẹſumpta probatio temporis ſufficit, vbi etiam proforma requiritur certa & determinata probatio temporis, gl.7.nu 47.318.renuntiatio legitimæ hæreditatis ex cauſa inteſtati, quæ oritur ex renuntiatione teſtamentarię hæreditatis, an dicatur expreſſa, gl.7.nu.169.& ſeq.fo.333.

Præterita ſemper meliora præſentibus eſſe videntur lege 6.numero 4.folio 98

Priapus nudus depingitur, l.4.nu.18.83. Bacchi & Veneris filius cur dicatur, l.9.nu.208.169.inter Bacchi comites, ibid.eod.nu.

Priami ſpecies digna imperio, leg. 2.nu.54 fo.36

Priamus ab homero dictus θεοειδής, id eſt, forma diuina, ibidem eodem num. & fol.

Prima quæque magis delectant, l.6.nu.4.98

Principes fœminæ à lanificio laudãtur, l.10.nu.38.& ſeq.fo.182

Princeps põt auctoritatem tacitè interponere ſi inferiores nõ poſſunt, gl.7.nu.38.317.lex animata in terris, gl.7.num. 204. 338.poteſt fingere expreſſum, quod nõ eſt ibi ſolus cõfert tabellionatũ glo.8.nu.154.358.non ſubeſt ſtatutis & cõſuetudinibus ſubditorũ, gl.8.nu.175.361.niſi ratione naturali nitantur, ibid.nu.176.eod.fol.361

Principatus quinque ſpecies, le.1.num.47.fol.10

Priuilegiũ cõceſſum deſcẽdẽtibus, an cõpetat filiabus maritatis, l.1.nu.34.fo.7.& 3.ſeq.cõceſſũ generi & poſteris, nõ eis cõpetit, qui ex fœminis nati ſunt, l.1.nu.38.fol.8.idẽ debetur rei factæ, & rei, quæ eſt in fieri, gloſſ.2.nu.9.257.concedi poteſt ijs, quę nõ ſunt, ſed ſpes eſt ea fieri, gl.2.nu.41.268. dignitati conceſſum an competat vxori eius qui in ea dignitate eſt, gl.2.nu.53.265.& ſeq.vſque ad 67. conceſſum clericis, an competat eorum vxoribus, ibi.eod.nu.53.fori maritorum, an competat eorum vxoribus, ibid.nu.54.patris competit filio, glo.2.nu.58. 266. datum regi nõ competit reginæ, nec filijs, gl.2.num.63.in fine fo.eod.266

Principia rerum, glo.5.num.20.& ſeq.fo.277

Pro abſoluto cenſetur, qui ſtatim eſt abſoluendus, gloſſ. 2. numero 4. folio 256

Probannito an ſit habendus, qui ſtatim banniendus eſt, nu.5.fol.256

Pro cancellato an habeatur, qui proximè cancellandus eſt, numero 3. folio 256

Pro cincto, qui ſtatim cingendus eſt, ibi.nu.2.eod.fol.

Pro condemnato, qui ſtatim condemnãdus eſt ibi.nu.5 in 2.locis

Pro dato quod dari paratum eſt ibi.nu.4.in princ.

Pro facto, quod proximè futurum eſt, ibidem numero 2.& iterum nu.26.fo.260

Pro liberto, qui ſtatim a ſeruitute liberandus, nu.4.fol.256

Pro perdito cenſetur, quod ſtatim perdendum eſt, eod.nu.4.fol.257

Pro perfecto ſiue completo habetur, quod cœptum eſt, gloſ.2.numero 8.fol.257

Pro rebannito qui ſtatim rebanniẽdus eſt, gl.2.nu.3.fo.256

Sed hæc omnia quomodo intelligãtur, Vide nu.26.& ſeq.fo.260

Probatio reuocationis teſtamẽti tot teſtes requirit, quot & ipſum teſtamẽtum, gloſ.5.nu.13.276.officij non fit niſi per literas ipſum officium decernentes, gl.8.nu.154.359

Proceritas corporis an ad pulchritudinem mulieris pertineat, l.2. nu. 74.fol.41

Procris cum Erichtho patre concubuit, l.9.nu.100.fo.147

Proculus Cæſar centum Sarmatas virgines quindecim dierum ſpatio vitiauit, & ex his decem nocte vna, l.15.nu.92.fo.232

Procuratorem eſſe non poſſe ex iuris apicibus eſt, gl.5.nu.171.fol.300

Procurator repræſentat pſonã eius cuius nomine aliqd facit, gl.5.nu.195.302.habẽs poteſtatẽ reuocãdi ſubſtitutũ ab eo, id expſſè facere põt, nõ tacitè gl.7.nu.70.f.320. domino piudicat ex lapſu tpis, licèt expſſè nõ poſſit, gl.7.nu.77.omittẽdo nocet domino, gl.7.nu.78.321.nõ põt facere dominũ cadere in pœnam, niſi expreſſum ſit mãdatũ, & niſi vnicus actus

ſit demandatus, glo.7.nu.138.329. Cæſaris eo in cõſulto põt ad eius commodũ cõtrahere, gl 8.nu.80.348.ſine mãdato ſpeciali põt facere trãſa-ctionẽ vtilẽ dño, ibi n.81.paulo poſt.
Prodigus an obligetur ex delicto, gloſ. 5.numero 155.297.ad ſuum commodum poteſt contrahere, gl.8.nu.84. fo.348
Profeſſio expreſſa fortior tacita & difficilioris retractationis, gl.7.nu.52. 319
Progne ex zelotypia filium proprium interemit, & epulandum patri præbuit, l.13.nu.32.fo.207
Prohibito aliquo, prohibetur & id, per quod ad id peruenitur, gloſſ.5.num. 186.fo.301
Prohibitus ſimpliciter cõtrahere, an p procuratorem poſſit contrahere, gl. 5.numero 187.& multis ſeq ibidem eod.fo.29
Prometheus non immerens pendet fixus de Caucaſi rupibus, quod mulieres effinxerit, leg.9.numero.16.in fine fo.132
Promneſus Cephaleniæ tyrãnus, leg.3. nu.70.79
Propertij locus animaduerſus, l.10.nu. 16.178
Propinqua potentia actui habetur pro actu, gl.2.nu.2.fo.256
Prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, etiã quò ad pœnam, glo.7.numero.186. fo.335
Proſerpina albiuina, l.2.nu.34.fol.29. lanitio ſe exercebat, leg.10.nu.44. fo.184
Proſonomaſia.i.annominatio, l.2.nu.7. fo.23.& lege.3.nu.48.fo.15
Prouerbia multa in hoc libro paſſim citata & expoſita, quæ hic ſubiecimus per ordinem alphabeti.

A

Ab aſinis ad equos tranſcendere, l.5. nu.33.96
Accipiter accipitri placet, l.5.num.21. fo.92
Aequalem tibi mulierem inquire, l.5. nu.5.fo.88
Aequalis æqualem delectat, l.5.nu.21. fo.92
Amãtem redamari, l.13.nu.43.& 44. fo.210
Ancillã noſtram non eſſe ducẽdam vxorem, l.8.nu.2.fo.124
Anicularum nugacitas, l.12.num.17. fo.200
Antiopes luctus, lege 13.numero 31. fo.207
A patre improbo non naſcitur probus filius, l.7.nu.5.fo.108
Aqua & terra reddamini, gl.5.nu.21. fo.277
Auis ex auibus, l.7.nu.7.fo.109

B

Balbum balbus rectiùs intelligit, l.5.n. 21.fo.92
Belua beluam cognoſcit, leg.5.nu.20. fo.92
Bis poſita crambe, mors, leg.9.nu.26. 134
Botrus iuxta botrum matureſcit, l.16. nu.24.fo.249

C

Canis ſemper in eadem tegula dormitat, l.5.nu.21.fo.92
Canis in præſepi, leg.9.numero.213. fo.170
Cardamo ſimilis, lege 5.numero 35. fo.97
Caſcus caſcam ducit, l.5.nu.21.fol.92.
Caunius amor pro improbo et infando amore, l.9.nu.102.fo.148
Ceruis cerui amici, l.5.nu.21.92
Cicada cicadæ placet, ibid.eod.nu.21. & fo.92
Claudo propinquus claudicare diſcit, l. 16.nu.20.fol.249
Cliſthenem video, leg.3.numero 62. fo.79
Cliſthene intemperantior, ibidem eodem num.
Cõueniunt Attabas & Numenius, l. 5.nu.21.fo.92
Cõuerſans cum ſapientibus, ſapiẽs euadet, ibid.eod.nu.21
Conuerſans cum malis, malus euadet, ibidem
Corytheo deformior, leg.2.nume. 57. fo.37
Cretenſis cum Aegineta, l.5.num.21. fo.92

D

Δωειάζειν, l.4.nu.31.fo.86

E

E' Maſſilia veniſti lege 3.numero 61. fo.77
è quercu natus, leg.7.numero 7. fol. 108
è robore natus, ibid.eod.nu.
è ſaxo, è lapide prognatus, ibid. ijſdem in locis.
Ex adamante creatus, ibid.eod.fol.
Ex turpi vacca turpis vitulus, l.2.nu. 63.fo.39

F

Fidem mulieribus non habendam, l.9. nu.50 fo.138
fęmina exercitum ducit, & fęmina militat, l.2.nu.62
Formicæ formica placet, leg.5.nu.21. fo.92
Fuge procul à viro maiore, leg.5.nu. 33.fo.96
Fumus patria, gloſſ.2.numero 10.fo. 258
Furiarum ſtirps, l.2.nu.60.fo.38

G

Graculus ad graculum, leg.5.nu.21. fo.92
Gratiæ nudæ, l.4.nu.26.fo.84

I

Ignis, mare, mulier, tria mala, l.9.nu. 16.132
Inter os & offam, gl.2.nu.31.fo.261
Inter manum & mentum, ibid.in fi. eod.num.
Iouis Corinthius, l.8.nu.26.fo.134
Iterum ac tertiò quod pulchrum eſt, ibid.eod.num.

L

Lex & regio, l.7.nu.19.fo.111
Lucerna ſublata mulier omnis eadem l.9.nu.84.fo.144
Lydio more, l.3.nu.64.fo.77

M

Mali corui malum ouum, l.7.nume.7. fo.108
Mentam belli tẽpore nec edito, nec ſerito, l.15.nu.96.fo.233
Mores hominũ vt plantæ ad regionis habitum reſpondent, leg.7.num.16. fo.110
Muliere iurante ridit cœlum, l.9.nu. 54.139
Mulieris nates, l.9.nu.215.fo.170
Multas amicitias ſilentium diremit, l. 9.nu.123..152
Multa cadũt inter calicem ſupremaq; labra, gl.2.nu.31.fo.261

N

Nauiges Maſſiliam, leg.3.numero 61. fo.77
Neceſſarium malum, l.9.nume.219. fo.171
Nec mulieri nec gremio credi oportere, l.9.nu.130.in fi.fo.154
Nec ſimul cũ peſtibus, nec rurſus abſque peſtibus, l.9.nu. 219.fo.171
Ne gladium tolle mulier, l.1.nu. 62. fo.14
Nemo comatus, qui non ſit cinædus, l.3.nu.48.fo.75
Ne quid beneficij colloces, neque in ſenes, neque in mulierẽ, neque in puerum, neque in canem cuiuſpiam, neque in garrulum remigem, l.9.num. 28.fo.135
Non ex omni ligno Mercurius exculpitur ex pythagora, l.2.nu.46.fo.34

O

Odium Vatinianum, l.2.nu.56.fo.36

P

Palladis felem, l.2.nu.35.fo.30
Pares cum paribus facilè congregantur, l.5.nu.22.fo.93
Patris eſt filius, l.7.nu.7.in fi.fol.109
πλακίαν τεκὶ σελέον, l.13.nu.10
Plus periculi anum laceſſere, quàm canem, l.9.nu.187.fol.164
Pulchrum amicum & amabile, l.2. nu.10.fo.24.& 45.fol.33
Pulli pullis amici, l.5.nu.21.fol.92
Puro pretioſus eſt purus, ibid.eod.nu. & fol.





Q

Quatuor ante tempus hominem occidere, vxorem formoſam, triſtem familiam, &c. l.2.nu.26.fo.28
Quicquid dominatur, vim Dei habet, l.1.nu.50.fo.11
Qui te conſpexit, auguriũ capiet, l.2. nu.60.fo.38

S

Sapientes tyranni ſapiẽtum congreſſu, l.16.nu.23.fol.249
Semper à ſimili ſimile amatur, l.5.nu. 21.fo.92
Semper Deus ſimile agit ad ſimile, ibidem
Semper ſeni iuuenculam ſubijce, l. 6. nu.32.fo.104
Senes inter nos congregamur, vt etiam inter ſe iuuenes, l.5.nume.21. fol.92
Sæpe etiam eſt holitur valde opportuna locutus l.11.nu.3.fo.35
Sæpe etiã ſtultus opportuna locutus, ibid.eod.nu.& fo.
Similem ad ſimilem, leg.5.nume.20. fo.92
Simile ſimili ſemper hærere, ibidem & iterum lege 6. numero 9. folio 99
Similes habent labra lactucas, nu.21. fo.92
Stulti poſt malum acceptum, erratum cognoſcunt, lege 9.numero 224.fol. 172
Sturni ſturnis amici, leg.5.numero 21. fo.92

T

Te ipſum laudas, perinde ac Aſtidamas mulier, l.9.nu.38.fo.136
Theſaurus eſt malorum mala mulier, l.9.nu.16.fo.132
Theſſala mulier, l.8.nu.20.fo.128
Tres mulieres nundinas faciunt, l.12. nu.9.fol.199.
Tunica pallio propior, leg.3.nu.27.in Pallio & Tunica, fo.60.& fo.67
Turturum garrulitas, leg.12.nu.11. fo.199

V

Volentem bouem agito, l.15.nu.165. 245
Prouocatus an puniri debeat, leg.1.nu. 87.fo.19
Proximè abſoluendus, non tam diligenter cuſtodiendus, gloſſ.2.numero 4. fo.257
Prudẽtes homines plerũq; ſtolidos liberos generãt, l.15.nu.154.fo.243
Pſimythus quid ſit, & quomodo fiat, l. 3.nu.12.fo.45
Ptolomęus Philadelphus Arſinoen ſororem vxorem duxit, leg.7.num.34. fo.114
Ptolomęus Philopater Eurydicẽ ſororẽ vxorẽ duxit, ibi.paulo poſt eod. num.
Ptolomęus Phyſcon item, ibid.eod.nu.
Ptolomæi alij, ibid.
Pubeſcentes à Venere prohibendos, l. 6.nu.40.fol.105
Publius Sẽpronius Sophus cõiugem repudiauit, quod ſe abſente ludos ſpectaſſet, l.10.nu.19.fo.176
Publius Cernius Pontium in adulterio depræhenſum caſtrauit, l.13.num.7. fo.201
Publij Scipionis uxor impudica, l.9.nu. 122.152
Pudenda vnde dicta, leg.4.nume.34. fo.86
Pudor puditiciæ comes & cuſtos, leg.9. nu. 154.158.& amor ſibi contrarij, ibi.in 2.locis caſtus dictus, ibid.in fi. purpureus, ibid.num.155.pro caſtitate ponitur, ibid.frenum vitiorum, l.9.nu.225.fo.172
Pudori non parcere quid ſit, num.154. fo.158
Pudorem ſoluere quid, ibi.eod.nu.154. in muliere pulchritudinis arcam eſſe l.9.nu.180.in fi.163
Puella nouem annorum peperit, l.6.nu. 37.104
Puella ex cane peperit, leg.9.nu.108. fo.149
Puellæ ſua natura trepidæ & timidæ, l.9.nu.159 159.verecundę, nu.152. fo.158
Puellas recenter ſtupratas coitu appetentiores, l.9.nu.119.151.tum maximè cuſtodiendas, cũ menſes veniũt, bid.eod.num.
Puellarum verecundia, cùm de earum nuptijs tractatur, lege 9. num. 153. 158.peculiaris pudor, l.9.num. 181. fo.163
Puer puero placet, l.5.num.21. fol.92
Pueri matris ſtaturam, ſequi ſolent, l.2. nu.73.fo.41
Pueri 9.10.& 11. annorum liberos genuerunt, l.6.nu.37.104.non verberibus, ſed rationib.docendi, lege 8 nu. 12.126.caluitium neſciunt, & cur, l. 15.numero 34. 220.podagram non patiuntur ante coitum, leg.15.num. 45.222
Puerorum concubitus vnde apud Italos l.15.nu.24.fo.218
Pulchritudo fax dicitur, l.2.nu.11.fol. 24.ocyùs ſagitta vulnerat, ibi.fo.25. difficilis cuſtoditu, l.2.nu.14.ibi.vxorum viris periculoſa, ibi nu.14.facit virtutem gratiorem, & concinniorem, licèt non maiorem, lege 2.nume. 40.32.à Iuſtiniano laudata, l.2. nu.47.34.fecilitatis nõ minima pars, l.2.nu.46.ibi.& ſeq. exterior index interioris, l.2.nu.54.& ſeq.36. quauis epiſtola efficacior ad cõmẽdationẽ l.2.nu.61.38.tacita fraus, ib.eod.nu. regnũ abſq; ſatellitio, ibi.inter humana bona hominib. gratiſſima, l.2.nu. 62.eo. fo.38.in muliere impudica eſt tanquam circulus aureus in naribus ſuis, l.2.nu.73.fo.40
Pulchritudinis certamina, l.2.nu.41.circa finem & ſeq.32
Pulchritudinem eſſe gratiam quãdam viuacem & ſpiritalem. Dei radio illuſtrante angelo infuſam, l.2.num. 45. ex doctrina platonicorum. folio 34
Pulchrum quicquid eſt, id & amabile eſt, l.2.nu.45.33.naturaliter bonum eſt, ibidem
Pulchram animam in pulchro corpore reſidere, l.2.nu.54 fo.36
pulchra decies repetita placebunt, l.9. n.26.135.nomina magno p̃tio emenda, l.11.nu.27.fol.188
pullus malæ mulieris, lege 7.nume.11. fo.109
pulli vt excluſi ſunt, coniungi debẽt, l. 5.nu.24.fol.94
pulſus maiores & vehementiores viris quàm fœminis, & quare, l.1.nu.56. fo.13.& iterum, l.9.nu.142.157.et velociores, d.nu.142.
puniendorũ peccatorum tres cauſæ, l.9. nu.224.fo.172
pupillus pubertati proximus, pro pubere habetur, gl.2.nume.8.257.obligatur cum auctoritate tutoris, non etiam patris glo.5.nu.40.280.non poteſt donare cauſa mortis gl.5.nu.82. 286.ſi cum tutore mandauerit finitur mandatum morte ipſius pupilli, non tutoris, gl.5.nu.88.287.ſolus an poteſt reuocare procuratorem ſubſtitutum cum auctoritate tutoris, gl. 5.nu 91. ibid. an quiuis alius qui obligari nõ poteſt, obligetur, quatenus eſt factus locupletior, gloſ.5.nu.132. 294. poteſt perdere naturalem poſſeſſionem licèt non ciuilem, gl.5.nu. 161.298.poteſt cum auctoritate tutoris ſine decreto transferre poſſeſſionem rei immobilis, ibid.eod.nume ſi cum decreto rem pignori dedit, poterit eam creditor alienare ſine decreto, glo.5.num.166.299. non reſtituitur aduerſus, quod alterius mandato geſſit gl.5.nu.179.300.an ſolus poſſit nuntiare nouum opus ſine tutore & iudice, glo.8.nu.55.345 & an hæreditatem adire, ibi.an poſſit contrahere ad ſuũ cõmodũ, gl.8.n.65.346. & ſeq.an autem ſe obligare ad ſuum quoque commodum, ibid.nu.66.eod. fol. an poſſit obtinere ſententiam ad ſuum commodum ſine auctoritate tutoris, ibidem nu.68.eod.fo.ei obligatur, qui pro eo aliquid de ſuo ſoluit, etiam ſine auctoritate tutoris, gl.8, nu.187.fo.363
Putatiuus maritus an poſſit accuſare adulterum, gl.8.nu.244.369.& ſeq. an & occidere, ibidem numero 245. 370.filius hæres inſtitutus, etiam patris putatiui non tenetur adire hæreditatem eo iubente, nu.7.fo.370.maritus habet cauſam oneroſam, etiam in lucro dotis, gloſſ.8.numero 262. fo.371
putatiua vxor an habeat priuilegium vt præferatur cæteris creditoribus, & quomodo, glo.8.num.255.ibid.an

habeat actionem priuilegiatam, ibid. nu.254. an tacitam hypothecam, & eã priuilegiatã ibid. nu.255. dos præbet iuſtam cauſam ad præſcribendũ, ibi. nu. 263. in fi fol. dos, vt vera, minuitur impenſa neceſſaria, nu.268. fol.372

Putatiuum matrimonium publicam honeſtatem producit, gl.8. num.269 & bigamiam, ibid. eod. fol.372

putatiui, tutores, & alij nõ veniũt in cõſideratione gl.8.n.250. & ſeq. 370. tutoris auctoritas ĩ alienatione rerũ minoris nihil opatur, ibi filij aut fratris inſtitutio nõ valet, ibid. nu.251

Q

Qvadraginta anni inter duos fratres ex eadem matre genitos, l.6. nu.47. fo.106

Quæſita ab vxore putatiua præſumuntur quæſita ex bonis viri putatiui, gl. 8. nu.271. fo.372

Qualis ager, talia & ſemina, l.7. nu.4. fo.108

Quales flores, tales tincturæ, ibid.

Qualis operatio talis & creatio ibi. eod. nume.

Qualis agricola, talis & cultura, ibi.

Qualitas ſuperueniens poſt actum, non inſpicitur, gloſſ.8. nume.105. & ſeq. fol.351

Quartilla nõ meminit ſe vnquam fuiſſe virginem, l.9. nu.98. fo.147

Quaſi contrahere, eſt hereditatẽ adire, gl.5. nu.119. fo.292

Quaſi contractus eſt miſta ſpecies gl.5. nu.122. fo.293

Quaſi poſſeſſio an veniat appellatione poſſeſſionis in ſtatutis, ibi. nu.123. & 130. fo.294

Quaſi contractus ſæpe contractus appellatur, nu.126. fo.293

Quaſi contractus, largiſſime contractus dicitur, nu.127. fo.294

Quaſi dictio, denotat improprietatem, gl.5. nu.206.304. & iterum, gl.7. n. 187. fol.335. vbi videbis quòd nonnunquam propriè ſumitur.

Quintiliæ in tormentis conſtantia, l. 9. nu.135. fo.155

Quintus Scæuola rem pluris emit, quam indicaretur, l.9. nu.12. fo.131

Quintus Antiſtius vxorem repudiauit, quòd illam in publico cum quadam libertina vulgari loquẽtem videret, l.10. nu.19. fo.179

Quintus Heterius eques Romanus in Venere obijt, l.15. nu.27. fo.219

R

Rabbi Bag. Bag. de ætate ducendæ vxoris, l.6. nu.49. fol.107

Rachel viro ancillam obtulit, ad ſuſcipiendos ex ea liberos, l.13. num.35. fo. 208.

Ranæ interdiu non concumbunt, l.15. nu.160. fo.244

Rara ſunt vice miraculi, l.6. nu.22.102. delectabiliora, l.15. nu.69.227

Ratificatio nõ validat actum, in quo præſentia requiritur, glo.6. numero 31. fo.310

Ratificare quis non dicitur, niſi omnia plenè intelligat. glo.8. n.183 f.362. & iterum gl.7. nu.145.330 eadẽ facit idẽ ius, gl.5. nu.64. fol.283

Rebecca videns Iſaac appropinquare, pallio ſe texit, lege 4. nu.22. f.84

Rector eccleſiæ poteſt libere contrahere ad vtilitatem eccleſiæ ſine auctoritate ordinarij, gloſſ.8. numero 82. fol.348

Regionis vbertatem, vitiorum irritamẽtum eſſe, l.7. nu.18. fo.111

Regneri Regis Danorũ vxoris prudens conſilium, l.11. nu.14. fo.186

Relatio ad aliquid certum & expreſſum, facit rem certam & expreſſam, glo.7. nu.182. fo.334. & multis ſeq. facit, vt talis & tanta ſit obligatio in termino referente, qualis & quãta eſt in termino ad quem fit relatio ipſa, ibid. eod. nu. & fol.

Relatio facit, vt ea quæ fiunt in termino, ad quem ea fit, intelligantur ſpecificata in termino referente, ibid.

Relatum eſt in inferente cũ ſuis qualitatibus, ibi. nu.188. fo.335. etiam in pænalibus, ibi. nu.186. eod. fol.

Relationis natura, eſt natura veritatis ex coniunctione ſcripturarum patentis, gl nu.196. fo.337

Religio fato dominatur, l.8. nu.5. f.125

Religioſus nondum profeſſus gaudet priuilegio cap. ſi quis ſuadente, gl.2. nu. 9. fo.257

Renes vnde dicti, l.15. nu 40.221. conſcij ſeminum, ibid. eod. nu. in renib. coitaliũ ſeminũ miniſteria, ibi. eo. nu.

Renum dea Venus, ibid.

Renes accingere quid ſit, ibi. eod. num. & iterum nu.112. fol.236

Renum nomine delectationes ſignificari, l.15. nu.40. fol.221

Renibus vti, quid ibid.

Renes vrere quid, ibid. eod. nu.

Renuntiatio & remiſſio habent vim donationis, gl.5. nu.43. fo.281

Renuntiatio expreſſa hæreditatis paternæ intra trennium reuocari poteſt: non autem tacita quæ ex lapſu temporis eſt, gl.7. nu.74. fol.321

Renuntiatio expreſſa hæreditatis, à filio fam. facta, patri nõ nocet: tacita, quæ ex lapſu temporis eſt, ei nocet, ibid. nu.75. perſonalis eſt, & nocet tantùm renuntiati: tacita autem ex lapſu tẽporis realis & nocet omnibus, ibid. non poteſt expreſſè renuntiari appellationi in cauſa criminali, vel cauſa ſtatus: tacitè ex lapſu temporis poteſt, glo.7. nu.77. ibid. generalis, quæ de vno tantùm poteſt intelligi, pro ſpecifica habetur, glo.7. nu.134. fo.328

Repetitionis excuſatio, leg.9. nume.26. fo.134

Repoſitorium veſtium, & ornamentorum muliebrium genera, l.3. nu.29. fol.69

Rei nomen generale eſt, gloſſ.2. nu.37. 263

Rei appellatione ſpes non continetur, ibid. eod. num.

Res empta ex pecunia dotali in matrimonio putatiuo, efficitur quaſi dotalis, glo.8. nu.253. fol.371

Res perit eius periculo, apud quem dominium eius rei eſt, gloſſ.8. nu.277. fo.373

Rerum omnium idem finis, quod principium fuit, gloſſ. 5. numero 20. folio 277

Reuocatio actus eadem requirit, quæ ipſius nota confeſſio, gl. 5. numero 12.276. teſtamenti tot teſtibus probari debet quot ipſum teſtamentum, ibidem numero 13. eodem folio in vniuerſum eo modo debet probari, quo actus ipſe, ibidem actus non plura exigit, quàm ipſius confectio, ibidem numero 14. grauaminis realis, realis quoque eſſe debet: verbalis ſufficit, ibidem eodem numero miſſionis in poſſeſſionem, miſti imperij eſt, vt ipſa miſſio, gl.5. num. 18. fol.277

Reus quibuſcum conuerſatus eſt, inquiri debet, lege 5. numero 29. in fine fol. 95. criminis capitalis fideiuſſoribus relaxandus non eſt, glo. 2. numero 4.257. Riboariorum pœna in adulteros lege 13. numero 24. fol.205

Rigores citiùs fieri mulieribus, quàm maſculis, lege 9. numero 142. folio 156

Robur cum imperitia ſæpe pernicioſum, l.1. numero 52. folio 12

Roma Babylon dicta, & cur, l.7. nu.61. fol.122

Romani fœminis vſum purpuræ & auri in veſtibus & ornamentis permiſerunt, lege 3. numero 21. folio 47. veteres nuptias impares iure contractas non eſſe dicebant, lege 5. nume. 37. cur menſe Maio vxores non ducunt, lege 6. numero 14. 100. quos affinitatis gradus prohibuere, lege 7. numero 40. fo.115. quare matrimonia coniunctorum prohibuere, l. 7. numero 45.117. mulieribus vino interdicebant, lege 9. numero 206. 168. maribus nono die fœminis octauo nomina imponebant, & quare, l. 10. nu.17.179. aduentus ſui nuntios domum præmittebant, l. 16. num.7. 247. apud ſtatuam Caiæ Cecilia colum, lanam, fuſum figebant numero 38.183.

Romanorum lex vetus in matrimonijs, l.4. n.5.80. mos incedendi capite operto, l.4. nu.21.53. antiquorum legibus ſacerdotem nulla corporis parte truncũ eſſe oportere, l.2. nu.59.37. legib. nõ licet duas ſimul vxores ducere, l. 7. nu.36.112. legib. matrimoniũ cũ vxore fratris ſceleſtũ, l.7. n.50.118. vxoribus adminiſtratio domus relinquebatur, l 9. nu.3. ceremonijs ſponſæ virorum ianuam lana coronabãt, l.10. nu 38.183. ceremonijs noua nupta in pelle lanata conſidebat, ibidem eodem num.

Romanæ mulieres domi ſe continere ſolitæ, l.10. nu.9. fo.179

Romuli & Remi fratrum diſſimilitudo, l.5. nu.28.95. lex de pœna adulteræ, l.1. nu.13.3. lege vxor fortunarum, & ſacrorum ſocia, l.8. nu.8. fol.125. lege vxor vinipota, vt adultera puniebatur, l.9. nu.206. in fine 168. lex in eos qui coram fœminis obſcœni aliquid protuliſſent, l.16. num.32. 251. lex, ne eſſent nocturnæ vigiliæ virorum cum mulieribus, 16. nu.43.253. lex de reditu filiorum in parentum poteſtatem, gl.3. nu.6. fol.268

Roſa aut hyacinthus non è ſcilla naſcitur, l.7. nu.4. fol.108

Rubor verecundus, l.9. num.155. folio 158

Rutæ vis ad venerea compeſcenda, leg. 15. numero 95.233. & nu.124. fol. 239

S

Sabulum ſexu diſtingui, l.1. numero 68.16

Sacarum mos in ducendis vxoribus, l.7. nu.62. fol.122

Sacerdos nulla deformitate ſit inſignis, l.2. num. 59.37. cur viduam ducere prohibetur, l.6 nu.4. in fine.98

Sacerdotibus non licebat veteri lege hoſtias offerre, dum operi coniugali ſeruiebant, l.15. nu.112. fol.236

Sacerdotes Iunonis Achaicæ Veneris expertes, l.15. nu.121. item Apollinis Pythij, ibid. item Dianæ Scythicæ, nu.121. fo.238

Sacerdotes Agnum Paſcalem comeſturos, aut ſanctuarum ingreſſuros, lege Moſaica Venere abſtinere debere, n. 112. fol. 226. caſtos & cœlibes eſſe oportet, l.115. nu.118.237. & multis ſeq. à caſtitate etiam ab Ethnicis cõmendati, ibi nu.121. & ſeq. f.238

Sacerdotes Cereris etiam proprijs viris abſtinebant, l.15. nu.121.238

Sacerdotes Veneris nuptiarum expertes, ibid. eod. nu. & fol.

Sacerdotes Matris deum virilia ſibi amputabant, ibidem numero 122. eod. folio 238

Sacerdotes Aegyptiorum inoffenſæ caſtitatis, ibid. nu. ſeq. item Iouis Idæi, ibid. Romanorum capris abſtinebant, & fabis, ibid. num.123. apud Græcos ruta vtebantur, & quare, num.124. 239

Sacciperium quid ſit, l.4. nume.5. folio 80

Saccipero, ibid. eod. num.

Salethi Crotoniatæ lex de pœna adulterorum, lege 13. numero 13. folio 203

Salis vſum libidinem concitare, leg.15. num.122. fol.238

Salicis vis ad pudicitiam, l.15. nu.95. fol.233

Salmacis fontis mira vis & natura, l. 15. num.98. fol.234

Saluus conductus datus viro, vxori prodeſt, gl.2. nu.55. fol.265

Sanctorum corpora ſine deformitatibus reſurrectura, l.2. numero 52. folio 35

Sanctæ fœminæ pulchritudinis nomine & titulo laudatæ, l.2. numero 53. folio 36

Sanguis pro libidine, l.15. num.13.216. maxima vitalitatis portio, l.15. nu. item 15. ibid. animæ habitaculum & ſedes, ibid. eod. nu. pro anima, leg.15. num.16.217. ipſa anima, ex quorundam ſententia, ibid. nu.17. plurimã prudentiæ partem confert, l.15. nu. 65. fol.226

Sanitatis cuſtodia per ſimilia, l.5. num. 23. fol.93

Sanſon Dalilæ ſuum robur imprudenter detexit, l.12. nu.2. fol.197

Sapiens dominabitur aſtris, l.8. num.5. fol.115

Sapientes viri vxores non verberant, l. 8. nu.14. fol.127

Sappho vt Phaonem amaret, quid in cauſa fuit, l.1. nu.65. fo.15. & l.14. nu.2. 212. ancillis ad libidinem abutebatur, l.9. nu.107.149

Sappho Ereſſia, lege 11. numero 30. folio 195

Sappho Mitylenæa, ibidem eodem folio & numero

Sara Abraham maritum vocabat dominum, l.1. nu.14 fol.3. ancillam ad ſuſcipiendos ex ea liberos, viro obtulit, l.13. nu.35. fo.208

Saraceni vxores ſuas emunt, l.4. nu.9. fol. 87. mercenarias ad tempus habent, l.7. nu.62.122

Satietas rerum omnium, præterquam diuitiarum, leg. 2. numero 69. folio 39

Saturnus Rheam ſororem vxorem duxit, l.7. nu.35. fol.114

Sauromatæ filias inter pocula maritis vendebant, l.4. num.9.81. non priùs virgines maritabant, quàm eæ hoſtem interemiſſent, l.7. numero 62. fol.122

Sauromatæ vxoribus, ceu dominis parent, nu 67. fol.123

Scandix herba marceſcentes ſenio, coitus excitat, l.6. nu. 19.101. eiuſdem peculiaris laus, quod fatigato Venere corpori ſuccurrat, l.15. num.102. fol.234

Scholaſtici templa adeunt, videndarum dominarum cauſa, l.15. numero 110. fol.236

Sciẽtia alicuius ſi requiratur, an & eius conſenſus requiratur, gl.7. num.35. folio 317

Scientia cùm requiritur, debet eſſe plena, & omnium qualitatum & circunſtantiarum, gloſſ. 8. numero 183. folio 362

Scipio meretrices omnes è caſtris eiecit, l.15. nu.24. fol.218

Scoti olim vxores ducebant matres, filias, ſorores, l.7. nu.33. fol.114

Scotis vxores ſunt communes, l.7. num. 53.120

Scriptum dicitur, quod ex ſcripto colligitur, gl.7. nu.85. fol.322

Scylla Niſi filia libidinis cauſa & patrem & patriam prodidit, l.9. num. 114. fol.150

Scythæ vxores habent communes, l.7. num.53.120. virgines nautis proſtituendas in litus ducunt, numero 57. folio 121

Secundi Philoſophi vera mulieris deſcriptio, leg.9. nu.218. fol.171

Selenni fluuij aqua amore liberans, leg. 15. nu.98. fol.234

Semel, vicinum, ad penè nunquam, l.6. num.30. fol.103

Semen ſenum ſterile, l.6. num.19.101. quando primùm hominibus eſt, & quando genitale, l.6. nu. 36.104. & 47. 106. an ex omni parte corporis fluat, l.15. num.10.216. ex ſanguine optimè decocto, l.15. nu.12. ibi. quartæ digeſtionis ſuperfluum, ibid. cerebri eſſe partem, l.15. nu.33. 220. cerebri ſtillam, ibid. an ex cerebro excernatur, ibid. Vide reliqua in verbo Sperma. infra

Semiramis virum mentita, leg. 3. numero 69. 78. filium deperditè amauit, l.9. numero 101.147. equum vſque ad coitum amauit, l.9. num. 108. fol.149

Semiuiri qui dicantur, l.1. numero 90. folio 20

Sempronia Saluſtiana ſæpe petebat viros, quàm ab eis peteretur, l.9. num. 110.149

Senatuſconſultum, ne veſtis ſerica viros fœdaret, l.3. nu. 17.46. vt liceret vxorem ducere filiam fratris, leg.7. num.42

Senecæ matertera per 16. annos, quibus maritus ipſius Aegyptum obtinuit, nunquam in publico viſa fuit, l. 10. nu.17.179

Senibus quoq; mulieribus cõcubitus voluptati eſt, l.2. nu.66. fol.39.

Senes inter ſe facilè congregantur, l.5. nu. 21.92

Seniores me matrimonium, præſertim cum iunioribus, ineant, l.6. nume.7. fol.98

Senectus exanguis, ibid. in 2. locis frigida & ſicca, ibid. autumno æquiparatur, ibid.

Senum ſanguis gelidus, ibidem eodem num. & fol.

Senex maritus iuueni vxori amarus, l. 6. nu.12. fol.99.

Senectus effœta, l.6. nu.7. fol.98. ex hauſta, ibid. ex coloris defectu fit, d. nu.7. hyemi comparatur, ibid.

Senes minimè idonei concubitui, d. n.7. & multis ſeq. eod. fol.

Senes in venerem ſegniores, leg. 6. nu. 8. fo. 99
Senectute libidines reſtringuntur, ibid. num. 9
Senectus à voluptatibus liberat, ibid. & ſeq.
Senex vir res inimica mulieri, le. 6. nu. 13. ibid.
Senex amator extrema ſors malorum, nu. 15. fol. 100
ſene amatore nil miſerius, ibidem eod. num.
Senes loquaciores, l. 6. nu. 18. 101. garruli, & quare ibi. eod. nu.
Senectus non omnino arcet à Venere, l. 6. nu. 19. ibi.
Senex adeò nullus eſt, qui non aliquando ad Venerem calere poſſit natura vel arte, ibi. eod. nu.
Senibus plerunque poſthumi naſcuntur, l. 6. nu. 23. fol. 102
Senectus amicitia inimica, l. 7. nu. 24. ibidem
Senes ijs carent, quibus amicitia innititur & conſeruatur, ibid. intractabiles, moroſi & difficiles, ibidem tædio, contemptui, odio ſunt, leg 6. nu. 25. ibid.
Senectus incommoda, ibidem eodem num. 25
Senium pro tędio, moleſtia & odio, ibi. nu. 26. ſol. 103
Senectus odioſa, ſiue moleſta, ibidem eodem num.
Senum amplexus puellæ fugiunt, le. 6. nu. 28. fol. eod.
Senum maritorum vxores iuuenes eorum mortem deſiderãt, aliorumque concubitum expetunt, ibid.
Senum maritorum vxores iuuenes, dominę impotentes & imperioſæ, l. 6. nu. 28. zelotypia comes perpetua, l. 6. nu. 31. fol. 104
Senes honorent iuuenes, ſi ab his contra honorari velint, leg. 13. nu. 42. fol. 210
Sententia etiam Papæ vel Imperatoris contra non citatum lata, eſt nulla glo. 4. num. 1. 268. lata à iudice excommunicato, qui communi opinione habetur pro legitima, valet, glo. 8. nu. 150. 358. afficiens perſonam vbique vim ſuam extendit, gloſſ. 8. nu. 219. fol. 366
Septem mala capitalia, l. 9. nu. 25. 137. gentes, ibid. dæmonia, ibid. nequitię, ibid. eod. nu.
Septimius Seuerus Imperator, ex Aethiopis occurſu mortem ſibi ingruere concepit, l. 2. nu 60. fol. 38
Sequeſtrantur fructus pendentes, vti collecti, gl. 2. nu. 11. fol. 258
Serapionis locus, lege 1. numero 65. fol. 15
Serena regina lanificij docta, lege 10. num. 13. fol. 184
Seres vermiculi ſericarij, l. 3. n. 18. 46. poſt cõceptũ vxori nõ congrediebãtur, l. 7. nu. 62. 122. & l. 15. nu. 141. 241. mares domeſtica negocia exercẽt, femінę extranea, l. 10. n. 6. f. 177
Sericum quid ſit, l. 3. nu. 18 fol 46
Serica veſtis an à bombycina differat, ibidem
Serpentes vini auidi, l. 9. nu. 204. 168. mulieribus vini appetentiam inuident. ibid. eod. num.
Sertorij Hiſtoria commendabilis, l. 1. nu. 54. 12
Seruius Tullus rex duas ipſius filias auunculis earum in matrimonium dedit, l. 7. nu. 42. fo. 116
Seruij loci duo emendati, l. 4. nu. 5. & 6. fo. 80
Serui verbis magis quàm verberibus coercendi, l. 8. nu. 12. fo. 126
Seruus communi opinione reputatus liber, poteſt eſſe teſtis in teſtamento gl. 8. nu. 149. 358. reputatus liber cõmuni opinione, poteſt iudicare & aſſumi ad alios magiſtratus, ibid. nu. 150. eod. fo.
Seruitus expreſſe legata ipſo iure conſtituitur, non etiam ſi tacitè, gloſſ. 7. nu. 64. fo. 320
Seſoſtris Aegyptiorum rex vxoris conſilio feliciter vſus, leg. 11. numer. 9. fo. 186
Seueriani hæreſiarchæ, mulieres opus Sathanæ eſſe dicebant, l. 9. nu. 222. in fine fo. 173
Sexagenarij vxorem ne ducant, l. 6. nu. 20. fo. 102
Sexus vterque eſt omnibus in rebus, l. 1. nu. 66. fo. 16
Sexu lapides, & metalla, & ſolum diſtingui, l. 1. nu. 68. ibid.
Sicca ſiccis conueniunt, leg. 5. num. 23 fo. 93
Siccitas & frigiditas coitu maximè cõtrariæ, l. 6. nu. 8. fo. 98
Siculi acuti, l. 7. nu. 15. 110. duas vxores ſimul ducebant, leg. 7. nume. 23. fo. 112
Siculorum pœna in adulteros, l. 13. nu. 7. fol. 201
Simia corpore & anima ridiculum animal, l. 2. nu. 55. fol. 36
Similia ſimilibus gaudent, l. 5. nu. 20. fo. 92. & ſeq.
Simile ſimili neceſſariò ſemper amicum, ibid.
Similia non niſi à ſimilibus comprębendi, ibid. ſimilibus nutriuntur, ibid.
Similibus fit ſanitatis cuſtodia, l. 5. nu. 23. fo. 93
Similia ſimilibus faciliùs coniũguntur, ibi. nu. 25. & ſeq.
Similes eorum eſſe præſumimur, quibuſcum nobis eſt amicitia & conſuetudo, l. 5. nu. 29. fo. 95
Similitudo mater amicitiæ, l. 5. nu. 20. 92. & l. 13. nu. 48. 211. nominis affectionẽ gignit, l. 5. nu. 27. patris aut matris vnde ꝓcedat, l. 7. n. 52. f. 119
Similitudine formæ parentes cognoſcũtur, l. 7. nu. 51. & ſeq fo. 118
Simon Magus Helenæ meretricis auxilio hæreſim condidit, l. 9. num. 31. fo. 135
Simulans cogitur ſtate contractui ſimulato, ſi non ſimulans velit gl. 8. nu. 94. fo. 350
Sinatus ob vxoris pulchritudinem interemptus, l. 2. nu. 14. fo. 25
Sine Cerere & Baccho friget Venus, leg. 9. num. 208. & leg. 16. num. 49. fol. 169
Sithonis Thraciæ populis vxores dominantur, l. 1. nu. 12. fo. 3. & l. 7. nu. 67. fol. 123
Si uis amari, ama, leg. 13. nume. 44. fo. 210
Smegma ſiue ſmigma (vtrũque enim dicitur) quid ſit, lege 3. numero 37. fo. 73
Sobrietas Veneris inimica, l. 6. nu. 47. fo. 253
Socius qui aliàs prohibetur nuntiare nouum opus ſocio, poteſt tamen, ſi deſit copia iudicis, glo. 8. nume. 11. fol. 340
Socrates duas ſimul vxores habuit, vt legi Atheniẽſium ſatis faceret, l. 7. nu. 23. 112. à mulieribus edoctus, l. 11. nu. 29. fo. 188
Socratis in vitio vxorum patientia, l. 8. nu. 15. fo. 127
Sol & Mercurius cur præ cæteris planetis propinqui aſſiduè in cæleſti circuitu ſunt comites, l. 1. nu. 50. fol. 11
Soleatus, l. 3. nu. 27. in Soleis fo. 64.
Solearius, ib. eod. nu. & fo.
Solennitate non obſeruata, redditur actus nullus, gl 4. nu. 2. fo. 269
Solẽnitas poſt actũ requiſita, ipſo iure nõ vitiat, glo. 4. nu itẽ 4. ib. eadẽ in diſtractu requiritur, quæ in cõtractu gl 5. nu. 11. 175. in vno cõtractu introducta requiritur ĩ alio, in quo eſt eadẽ ratio, gl. 5. nu. 27. 278. indiuidua eſt, glo. 6. nu. 4. 307. contemporanea eſſe debet, ibidem ſubſequens non confirmat quod nullum erat, ex defectu illius, ibidem per æquipollens adimpleri non poteſt gl. 6. num. 26. 310. niſi ſi qua ingruat neceſſitas, quæ in ſua forma adimpleri impediat, num. 34. 311. adhibita in contractu eccleſiæ & minoris, facit præſumi contractum eſſe illis vtilem gl 8. nu. 64. fo. 346
Salomõ 10. aut 11. annorũ genuit Roboã, l. 6. nu. 37. f. 104. annorũ. 50. ob immodicũ coitum ſenex dictus eſt, l. 15. nu. 8. fo. 215
Salomonis locus, l. 6. numero 191 folio 165
Solonis lex de dotibus vxorum, leg. 5. numer. 10. fo. 89. lex abſurda & ridicula, qua licebat vxorį propinquos viri ad concubitum admittere, lege 7. nu. 29 fo. 113
Solon quintum ſeptenarium, hoc eſt, annum 35. nuptijs deſtinauit, leg. 6. nu. 43. 105
Solum ſexu diſtingui, leg. 1. nume. 68. fol. 16
Solutio ei facta, qui cõi opinione reputatur procurator liberat debitorem, glo. 8. num. 148. fol. 358
Solutio facta prælato putatiuo, an liberet, ibid. eod. num.
Sophoclis vetuli interrogati, poſſetne congredi cum muliere, reſponſio, l. 6. nu. 10. fol. 99
Sophocles ipſe coitum vocabat inclemẽtem, agreſtem, & furioſum dominũ, ibidem & rurſum, l. 15. num. 64. fol. 266
Sordities ſuperbiæ & hypocriſis ſpecies, l. 3. num. 56. fol. 77
Soror dicitur, quaſi ſeorſum nata, l. 1. num. 31. fo. 6
Soror venit appellatione fratris, niſi in ijs quæ ſunt officij, l. 1. nu. 82. fol. 18
Sotadis dictum in Ptolomæum Philadelphum, qui ſororem vxorem duxerat, l. 7. nu. 34 fol. 114
Spadones calui non fiunt, & quare, l. 15. num. 34 fol. 220
Spartanorum mos, vt nuptæ conuelatæ incederent, virgines aperta facie, l. 4. nume. 20. 83. legibus pœna malo marito indicta, l. 8. numero 8. folio 125
Specialia magis mouent, quàm generalia, glo. 7. num. 98. 324. non indigent declaratione, vt generalia, ibi. in fine eiuſ. numeri
Specialiter declaratum validius operatur, gl. 7. nu. 125. 327. & expreſſum an eadem ſint, glo. 7. nu. 148. & ſeq. 330. quod fieri debet, non ſufficit fieri verbis generalibus, gl. 7. nu. 150. ibidem & expreſſim ſimul quod fieri debet, debet fieri ſingulariter, ibi. dictum an cenſeatur, quod ex mente et coniecturis colligitur, l. 7. num. 165. fol. 332
Specifica ſcientia requiſita pro forma, an ſit contenta ſcientia in genere, l. 7. num. 99. 324
Species corporis ſimulachrum mentis, l. 2. nu. 54. fol. 36
Spermatis natura ſpumoſa, l. 9. nu. 169. 161. minimum emiſſum maximam debilitatem facit, l. 15. numero 11. folio 216
Sperma ſalſum 169. nu. 171. 161. l. 9. probiſſimi ſanguinis ſpuma, ibi, num. 69. ſanguis eſt, l. 15. num. 13 fol. 216. animæ & corporis violenta ablatio, l. 15. nu. 21. 217. è cerebro per ſpinã defluit. l. 15. nu. 36. 220. ſpinalis medullæ defluuium, ibid. retentum maiorem noxam affert, quàm mẽſtrua, l. 15. nu. 75. 228. Vide cætera ſuprà in verbo, Semen.
Spes infallibilis pro certa re habetur, glo. 2. nume. 26. fol. 260. incertiſſima res eſt, ibid. nu. 27. ſemper eſt viuis, nulla mortuis, gl. 2. nu. 29. 261. rerũ omnium fallaciſſima, glo. 2. num. 32. ibid. vigilantium ſomnium, num. 34. 262. ſæpe ſapientiſſimos fallit, ibi in fine non continetur appellatione rei, nu. 37. 263. vendi, & aliàs in contractum deduci poteſt, glo. 2. nu. 38. ibi. vendita facit locum, l. 2. C. de reſcind. vend. ibi. eod. nu. caueri facit, vt res, ibid. nu. 40. pro veritate habetur, nu. 42. fol. 264. ſola facit vſurarium & ſimoniacum, ibid. eod. num.
Spei quando ratio habenda ſit, glo. 2. nu. 36. 262. id eſt, ſperati iuris remiſſio, quid compræhendat, ibid. eod. nu. ratione mittimur in poſſeſſionem bonorum abſentis, ibid. datur in integrũ reſtitutio, ibid. agi poteſt, eadem glo. 2. num. 40. fo. 262. damnum venit in actionem legis Aquiliæ, ibid. eod. nu. 140. non pręiudicatur per reſtitutionem in integrum, gl. 2. nu. 41. ibi. ius debet exprimi in impetratione beneficij, ibid. eod nu. ſiue rei ſperatæ, dare poteſt priuilegium, ibid. quæ ius non habet de præſenti, aliquando ratio habetur, nu. 42. fol. 264
Spe quis priuari non põt ſine ipſius conſenſus, gl. 2. nu. 39. 263. Etiã ab eo, ꝑ ea quæſita eſt, ibid. eod. nu. & ſol.
Speuſippus Platonicus in Venere occubuit, 15. num. 27. fo. 219
Sphinx à Cadmo marito ob zelotypiã receſſit, & contra eum bella mouit, l. 13. nu. 30. fo. 207
Spinæ medulla ex cerebro, leg. 15. nu. 36. 220
Spiritus pro marito, vt caro pro vxore, l. 1. nu. 21. fol. 4
Sponſæ apud Romanos virorum ianuã lana coronabant & quare, l. 10. nu. 36. 183
Spõſa an ſit in poteſtate ſpõſi, vt vxor in poteſtate viri ex ſtatuto, gl. 2. nu. 1. 256. & multis ſeq. an veniat appellatione vxoris, ibid. & iterum nu. 18. 19. 20. 259. 25. 260. & 30. 261. ſponſi concubitum pati non tenetur, glo. 2. num. 23. 260. non mutat domicilium, vt vxor, ibid. nu. 24. non tenetur ſequi ſponſum, ibid.
Sponſus non ſuccedit ſponſæ, vt vir vxori, gl. 2. nu. 19. 259. non lucratur dotem, vt vir, ex ſtatuto. ibid. eod. num. morte punitur, qui ſponſam inuitam comprimit, nu. 23. fo. 260
Sponſi domicilium non inſpicitur, vt viri, ibid. num. 24
Sponſalia an contineantur in diſpoſitione nuptiarum, gl. 2. nu. 1. 256. & iterum. nu. 18. 29. cõtrahens an incidat in pœnam contrahentis matrimoniũ, d. nu. 18. eod. fol.
Spuma ſpermatis ſymbolum, l. 9. nume. 169. in fine ibid.
Spurij quare ſacris non initiantur, l. 7. num. 3. 108
Spurinæ adoleſcentis hiſtoria commendabilis, l. 2. nu. 11. fol. 27. fol. 24
Statij locus animaduerſus, l 10. nu. 16. fol. 171
Statuta requirentia conſenſum propinquorũ in contractibus mulierum, eſſe æquiſſima, & rõne naturali innixa, l. 1. nu. 77. fo. 18. De quo etiã vide glo. 8. nu. 214. 366. et ſeq. requirentia cõſenſum propinquorũ non cõpræhendunt fęminas, l. 1. nu. 79. fo. 18. excludentia fœminas à ſucceſſionibus, an ſint odioſa, l. 1. nu. 88. fo. 19 de mulierum ornamentis, l. 3 nu. 16. fo. 41. & 20. 46. loquentia de viduis, habẽt locum in fęminis, quibus ſenes mariti ſunt, aut aliàs inutiles, l. 6. nu. 12. 99. ſeruanda in foro conſcientiæ, gl. 4. nu. 20. diſponentia nõ valere contractus mulierum ſine inſinuatione, an procedant in liberatione, gl. 5. num. 1. & iterum, num. 30
Statutum diſponens teſtes domeſticos eſſe idoneos in rebus domeſticis, an cõpræhendat fœminas, l. 9. nu. 75. fo. 142. in nuptijs & matrimonijs an habeat locum in ſponſalibus, gl. 2. nu. 1. 356. & nu. 18. 259. in vxore, an cõpræhendat ſponſam, d. nu. 1. fol. 256. loquẽs de nupta, an habeat locum in deſponſata, glo. 2. nu. 19. 159. extendi non debet ex ſimili rõne, gl. 2. nu. 22. 260. viri, non vxoris, ſequendũ, gl. 2. nu. 45. 264. & ſeq. puniens inferentẽ iniuriã magiſtratui, an habeat locum in vxore magiſtratus, gl. 2. nu. 53. fo. 265. & multis ſeq. puniens offendẽtẽ poteſtatẽ, an trahatur ad filios poteſtatis, glo. 2. nu. 58. 266. vt de quolibet cõtractu ſoluatur gabella, an habeat locum in diſtractu, glo. 5. nu. 2. 275. admittẽs cõſanguineos ad retractũ cõtractus an habeat locum in diſtractibus, gl. 5. nu. 3. ibid. loquens de cõtractu, an habeat locũ in renuntiatione. ibi. ne mulier poſſit ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorũ, an habeat locum in liberatione, ſiue pacto de non petendo, ibid. num. 4. fol. eod. Et quid in ſtatutum dicat, ne poſſit contrahere, ibid. eod. nu. de ſoluenda gabella, odioſum. gl. 5. nu. 29. fo. 279
Statuta ad ea trahuntur, de quibus ſtatuentes interrogati idem ſtatuiſſent, gl. 5. num. 27. fol. 278
Statutum ne poſſit mulier cõtrahere ſine conſenſu propinquorum, an prohibeat illã patri ſponte renunciare, gl. 5. nu. 53. 279. & multis ſeq. loquens de contractibus, intelligitur de validis, gl. 5. nu. 41. fol. 282
Statutũ requirens cõſenſum propinquorũ in contractibus mulierũ, nõ habet locum in donatione, quam vxor facit marito, glo. 5. nu. 42 fol. 281
Statutũ de ſoluenda gabella ex contractu, an hẽat locũ in donatione, glo. 5. nu. 43. eod. f. 281. & iterũ. 52. f. 282
Statutũ prohibẽs mulierẽ obligari non prohibet donare, gl. 5. nu. 46. fo. 281
Statutum quod diſponit donationem viri & vxoris non confirmari morte, an habeat locum in donatione præſumpta, gl. 5. nu. 59. fo. 283
Statutũ ex quo maritus lucratur certã partem dotis, habet locum in dote ꝓſumpta, gl. 5. nu. 61. eod. fol. 283
Statuta exorbitãtia extẽdũtur ex paritate rõnis, præſertim à ſtricta ſignificatione ad latam, glo 5. nu. 62. ibid.
Statutum ſi prohibet mulierẽ obligari

ſine ſolennitate, habet locum in donatione cauſa mortis, glo. 5. num. 64. fol. 284

Statutum ſimpliciter donationem permittens, non intelligitur permittere donationem cauſa mortis, glo 5. numero 65. ibidem prohibens donationem à ciue in extraneum, non trahitur ad donationem cauſa mortis, ibid. num. 66

Statutum loquens de ſimplicibus, non habet locum in mixtis, glo. 5. nu. 70. eodem fol. 284

Statutum requirens conſenſum propinquorum in contractibus mulierum, non comprehẽdit hermaphroditam, ibidem admittens tantum maſculos ad ſucceſſionem, non comprahendit hermaphroditum, ibidem eodem numero 70

Statutum requirens conſenſum aliorum in contractibus mulierum, non extenditur ad donationem cauſa mortis, glo. 5. numero 74. & ſeq. folio 285

Statuta loquentia de contractibus, non habent locum in teſtamentis, glo. 5. numero 93. 288. & ſeq. prohibentia contrahere, non comprahendunt vltimam voluntatem, ibid.

Statutum an poſſit prohibere contrahere ſine conſenſu alterius, glo. 5. num. 94. ibidem & ſeq. id facere non poteſt, quod pacto fieri prohibetur, ob id, quod ſit contra bonos mores, glo. 5. numero 95. ibidem vt valeat diſpoſitio captatoria, an valeat, glo. 5. numero 96. in fine iiſdem in locis. de ſoluenda gabella ex contractu, habet locum in confeſſione, gloß. 5. numero 17

Statuta loquentia in contractibus, an habeant locum in quaſi contractibus, glo. 5. numero 120. & 121. folio 293

Statutum loquens de debito ex contractu, an habeat locum in debito ex quaſi contractu, d. numero 120. ibidem inducens præſcriptionem debiti ex contractu, an procedat in debito ex quaſi contractu. ibidem de ſoluenda gabella ex contractu, an habeat locum in quaſi contractu, ibidem de poſſeſſione an habeat locum in quaſi poſſeſſione, glo. 5. num. 123. eodem fo. 293. prohibens quicquam facere, an prohibeat actui conſentire, gloſſ. 5. numero 136. & multis ſeq. folio 295

Statuta vetantia obligationem, non intelliguntur de obligatione ex delicto, gloſ. 5. numero 154. 297. & ſeq. prohibentia rem alienari, prohibent eius rei traditionem, glo. 5. num. 164. fol. 299

Statutum non poteſt facere, quin per traditionem transferatur poßeſſio, ibidem prohibens mulierem obligari ſine conſenſu mariti, non prohibet exercere officium procuratoris extra iudicium, gl. 5. numero 172 fo. 300. prohibens bannitum agere, non prohibet agere nomine procuratoris alterius, ibidem nume. 173. prohibens mulierem, aut minorem contrahere, intelligitur nomine proprio, non alieno, ibid. num. 175. eodem folio prohibens mulierem contrahere, non cẽſetur prohibere eam tutricem filiorum contrahere eorum nomine, glo. 5. numero 176. ibidem loquens de perſona vera, trahitur ad fictam, quæ illam repræſentat, glo. 5 nume. 195. 302. ſub pęna prohibens contrahi cũ bannito habet locum in contrahente per procuratorem. ibid. ſi requirat conſenſum conſanguineorum in contractu mulieris, ſufficit conſenſum generalem præſtari ad omnes contractus glo. 5. num. 197

Satuto diſponente, vt ſyndicus non poſſit creari ſine auctoritate poteſtatis, poteſt ea auctoritas poſt creationem interponi, gloſſ. 6. numero 9. in fine. fol. 308

Statutum debet intelligi in caſu vero, non ficto, gloſſ. 7. numero 14. 314. ſi requirat conſenſum conſanguineorũ in contractibus minorum aut mulierum, diuturna eorum taciturnitas poſt contractum pro conſenſu habetur, gloſſ. 7. numero 39. 317. ſi requirat conſenſum patris in contractu filij patientia illius, & taciturnitas diuturna pro conſenſu habetur, gloſ. 7. numero 40. ibidem loquens de expreſſo conſenſu, intelligitur de expreſſo vero, non de ficto & præſumpto, glo. 7. numero 46. 318. dans executionem ſcripturæ manu propria ſcriptæ, habet locum in aliena ſcriptura manu propria ſubſcripta, gloſſ. 7. numero 194. 336. ſi requirat conſenſum marit. aut propinquorum in contractibus mulierum vel minorum, intelligitur ſi ſint præſentes, glo. 8. numero 6. 339. & multis ſeq. ſi requirat conſenſum propinquorum, ſi nulli ſunt, aut ſunt inhabiles, tutius eſt iudicis auctoritatem interponere, gl. 8. numero 24. 341. ſi requirat conſenſum proximioris, non requiritur conſenſus banniti, gloſſ. 8. numero 36. 342. ſi requirat filij præſentiam in teſtamento matris, non requiritur filij banniti, ibidem numero 37. eodem folio 342. ſi requirat conſenſum fratris, an ſi is ſit bannitus, requiratur, ibidem num. 38. 343. intelligitur de habilibus, & idoneis, glo. 8. num. 43. ibidem eodem folio.

Statuto requirente conſenſum conſanguineorum in cõtractibus minorum, ſatisfactum eſt per conſenſum vnius, qui ſolus eſt conſanguineus, gloſſ. 8. nu. 52. fol. 344.

Statutum requirens conſenſum matris, intelligitur ſi ea viuit, ibidem nume. 53. eodem fol. requirens conſenſum duorum conſanguineorum ex parte patris, & duorum ex parte matris, ſi vnus tantùm ſit ex parte patris, & vnus ex parte matris, ſufficit eorum conſenſus, ibidem eodem num. ne filij ludant ſine licentia patris, intelligitur ſi patrem habent, glo. 8. numero 54. 345. ſi ſit, ne mulier poſſit agere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, & alter agat, & obtineat, an valeat ſententia, glo. 8. numero 61. 341. & iterum, numero 75. 347. ſi prohibeat mulierem aut minorem cõtrahere, intelligitur de damnoſis, non vtilibus. glo. 8. numero 76. ibidem ſi prohibeat mulierẽ obligari ſine præſentia conſanguineorum, ea poterit impugnare obligationem, ſed alter contra eam minimè glo. 8. nume. 97. 350. vt bannitus pro debito non poſſit contrahere, niſi debito ſoluto, ſi contraxit, & poſtea ſoluerit, confirmatur contractus, glo. 8. nume. 103. 351. quòd mulier non poſſit contrahere vel teſtari ſine conſenſu propinquorum vel mariti, an habeat locũ, quando contrahit cum eccleſia vel pia cauſa, glo. 8. nume. 162. 359. & ſeq. concernens ſolennitatem adhibendam tempore contractus, debet etiam ſeruari in contractibus factis cum clerico, glo. 8. numero 168. 360. ſi prohibeat ceſſionem fieri nobili contra popularem, eccleſia non poterit facere huiuſmodi ceſſionem, gloſſ. 2. numero 169. ibidem eodem folio poteſt inhabilitare certas perſonas ſubiectas ſtatuentibus ad recipiendam inueſtituram, niſi ſeruata quadam ſolennitate gloß. 8. num. 170. fol. 301. requirens conſenſum cuiuſpiam proximi in contractibus minorum, debet ſeruari in contractibus factis cum clerico, ibidem eod. num. clericorum prohibens alienationem, an comprahendat eccleſiam, aut clericos, gloß. 8. num. 171. ibid. eodem fol. prohibens aliquem cõtrahere, fauore alterius, debet ſeruari etiam cum eccleſia & pia cauſa, glo. 8. num. 174. eodem fo. vetans ſub pęna vendi extraneo, an comprahendat eum, qui vendit iußu teſtatoris, glo. 8. nume. 186. 363. priuans cedentem nobili iure ſuo, non habet locum in ceſſione inutili. gloß. 8. num. 209. 365. puniens in duplum eum, qui alteri ceßerit debitũ priùs ſolutum, non habet locum in minore, qui ſine ſolennitate ſtatuti id fecit, glo. 8. num. 211. eodem fol. requirens in actu ſolennitatem, non attenditur in actu facto extra territoriũ, etiamſi ſit prohibitum, glo. 8. numero 216. 366. loci actus confecti inſpicitur circa ſolennitates, ibid. numero 217. eodem folio quod filiusfam. non poſſit obligari ſine conſenſu patris, vires ſuas extendit ad contractum factum extra territorium, glo. 8. numero 219. ibidem prohibens minorem teſtari, trahitur ad ſubditum vbi

que



que teſtantem, ibidem eodem nume. 219

Statutorum iura variari non debent ex differentia locorum, ibi. iiſdem in locis.

Statutum fauorabile vim ſuam porrigit extra territorium, ibidem an comprehendat extraneas ibi contrahentes ibidem & numero. ſequenti. an trahitur ad bona alibi ſita. gloß. 8. numero. 227. & ſequenti. 307. vt inſtrumenta dotalia habeant executionem paratam, non habet locum in inſtrumentis dotalibus, putatiui matrimonij gloſſ. 8. numero. 257. f. 371. vt acquæſitus ſint communes inter virum & vxorem, habet locum inter coniuges putatiuos gloß. 8. num. 270. fol. 372. 282. fol. 373. prohibens contrahere ſine ſolennitate, non habet locum, ſi quis contrahat ſui redimendi cauſa, glo. 8. numero 282. fol. 373. & ſeq.

Statuta non poßunt habilitare vel inhabilitare extraneos, etiam quo ad bona ibi ſita, gloß. 8. numero. 225. & ſeq fol. 367

Statuendi poteſtas inter ſubditos, non coarctatur territorio, gloß. 8. nume. 219. fo. 366

Stergethrum quid ſit leg. 14. numero 2. fol. 212

Stibium quid ſit, lege 3. nume. 1. fol. 42.

Stipulatio non interponitur per relationem ad aliud gloſſ. 7. numero. 199. 337. non poteſt extendi à notario ibidem, in fine numeri.

Stomachus benè temperatus ſimilia ſibi expetit, lege. 5. numero. 23. fol. 39

Stomachus coquus corporis humani, lege. 15. numero. 32. fo. 220

Stomachus paterfam. corporis ex Macrobio ibidem eodem numero.

Stomacho laborantes debent abſtinere à ſpectaculis & lectionibus quæ Venerem in memoriam reuocant ibid. in fine.

Strato Lampſacenus librum de concubitu ſcripſit, lege. 15. numero. 91. fol. 232

Stratonica Deiotaro viro ancillã formoſam ex qua liberos ſuſciperet, conciliauit, lege. 13. numero. 35. fol. 208

Strophiarij, lege. 3. numero. 27. in Strophio. fol. 65

Studia vxorum interpellationibus impediri, lege. 2. numero. 25. fol. 28

Stulti Pariſienſis ſapientiſſimum iudicium, lege 11. numero. 5. folio. 185

Stulti plerunque prudentes filios generant, lege. 15. numero. 154. fol. 243

Stimphali mulieres in honore habent, quæ compluribus ſe conſtupratas docent, lege 7. numero 56. fol. 120

Subauditio eſt tacitus intellectus, gloß. 7. num. 170. fol. 333

Subditus contrahens contra legem ſuperioris, peccat, gloß. 8. nu. 168. fol. 360

Subrogatus eandem ſolennitatem ſeruare debet, quam is, in cuius locum ſubrogatus eſt, gloſſ. 5. numero. 190. fol. 302. in omnibus oneribus & commodis ſuccedit, ibidem & nume. ſeq. eodem fol.

Subſcriptio facit, vt ſcribens omnia præcedentia ſcripſiße videatur, glo. 7. numero. 194. fol. 336

Subſerica veſtis, lege. 3. numero 18. fol. 46

Subſtantiale quippiam additum contractui, eum facit reuocari, gloſſ. 6. nume. 10. fol. 308

Subſtitutus venit ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, coniunctus ex tacita. gloſſ. 7. nume. 63. 320

Subſtitutus præfertur coniuncto venienti iure accreſcendi, ibidem. eod. numero & fol.

Subſtitutio potentior iure accreſcendi, ibid. iiſdem in locis.

Subſtitutio comprahenſa ſub breuiloqua vel reciproca ſubſtitutione, dicitur expreße comprahenſa in genere, ſed tacite in ſpecie. Niſi in vnica tantùm ſubſtitutione verificetur, nam tunc dicitur ſpecialiter facta, gloſſ. numero. 143. fol. 329

Subſtitutiones contentæ in breuiloqua, an cenſeantur expreſſæ, vt matrem excludant ibid. & iterum nume. 173. 333. & 179. fol. 334

Subſtitutio reciproca expreſſa ſpecialiter dicitur, tamen vulgarem non continet, gloſſ. 7. numero 194. in fine. fol. 336.

Sudor ſalſus, lege. 9. numero. 171. fol. 161

Sulpitius Gallus vxorem dimiſit, quod aperta facie foris verſata fuißet, l. 10. nume. 19. fol. 179

Summa ſæpè ingenia in occulto latent, lege. 11. nume. 3. fol. 185

Superbi vultus formoſarum, lege. 2. num. 2. fol. 22

Superbia eorum popria, qui aliqua in re excellunt, lege. 2. numero. 4. fol. 23

Superbia hæreticorum mater. leg. 9. nu. 31. fol. 135

Superbia ea maior eſt quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet, leg. 9. nu. 27. fol. 134

Superſtitio proximè accedit ad hypocriſin. l. 9. num. 30. fol. 135

Surculus omnis omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſſimilis, lege 5. nume. 24. fol. 94

Sus ſui pulcerrimus eſſe videtur, leg. 5. nu. 21. in fine. 39

Suſiorum mulieres, quibuſcum volunt, & ſeruis & hoſpitibus concumbunt, leg. 7. numero 59 f. 121

Suſiis, vxores dominantur, l. 7. nu. 67. fol. 123

Συνάλλαγμα quid, lege 4. numero 8. folio 81

Sylle vxor metella impudica, l. 9. num. 122. 152

Syracuſanorum lex, ne mulieres maiori ſumptu ornarentur, priùs quàm ſe conſtupratas docerent, leg. 7. nu. 59. fol. 121

Syri auari, leg. 7. nu. 15. fol. 110

Syri ſinguli plures vxores habent, leg. 7. nu. 22. fol. 112

Syri iidem ſunt cum Aſſyriis, l. 12. nu. 2. fol. 200.

T

TAcens cùm habetur pro conſentiente, intelligitur fictè & impropiè, glo. 7. num. 14. fol. 314

Taciti Hiſtorici locus, l. 9. num. 137. fol. 155

Tacita ſenectus quid, l. 15. num. 7. fol. 215

Taciti anni, ibid. eod. nume.

Tacita non plus operantur, quàm expreſſa, ſed vel idem, vel minùs, gloß. 5. nu. 60. 283

Tacitum non extenditur vltra actum, in quo interuenit gloſ. 7. num. 50. & ſeq. fol. 318

Tacita iudicis repulſio, procedendo ad vlteriora non extenditur niſi ad eum actum, ibidem numero 51. eod. fol. 318

Tacita conditio in vltimis voluntatibus non impedit translationem ſiue tranſmiſſionem, etiam ſi a lege ſit ſubrogata in locum expreſſæ, glo. 7. nu. 53. fol. 319

Tacitum legatum non tranſit ipſo iure in legatarium vt expreſſum, ibid. num. 54. fol. 319

Tacita adempta legati ipſo iure non adimit, ibidem. numero. 55. prohibitio alienãdi non reddit alienationem ipſo iure nullam nec repellit alienantem à reuocatione, vt expreſſa gl. 7. nu. 57. ibid. alienandi non afficit ignorantes, ibidem numero. 58. renuntiatio hæreditatis paternæ prouenienſ ex lapſu temporis, reuocari non poteſt, gloſſ. 7. numero. 74. fol. 321

Tacitum pactum nudum ipſo iure pignus non tollit, ut expreßum, nu. 56. fo. 319

Tacitus error iuris, etiam qui ex expreſſo proficiſcitur, non reddit ſententiam ipſo iure nullam, vt expreſſus, gloſſ. 7. numero. 59. ibidem conſenſus in multis caſibus non ſufficit, glo. 7. numero. 69. 320. non ſufficit in alienationibus perpetuis rei eccleſiaſticæ, ibidem. eodem numero non ſufficit cùm clericus tranſit ad aliam eccleſiam alterius diœceſis, ibi. eod. nu. & fol.

Taci-

Tacitum plerunque fallax, glo. 7. num. 72. 322. legis adminiculo roboratum nonnunquam eſt fortius expreßo, gloß. 7. numero 73. ibidem eodem folio.

Tacita filijfamilia renuntiatio hæreditatis ex lapſu temporis, nocet patri, non expraſſa, ibidem nu. 75. eod. folio.

Tacitum pactum curſu temporis roboratum, plus operatur quam expreſſum, gloſſ. 7, numero 77. 321. id dicitur, quod magis intellectu percipitur, quàm verbis gloß. 7. numero 81. & ſequentibus. numero fol. 322

Tacitum quod ex factis reſultat, dict. nume. 81. quod per rationem intellectus ſolùm colligitur, ibi. nu. 82. in fine quod vi verbi ex ſua recta ſignificatione non importat, ibidem in fine quod ſine verborum prolatione habetur pro expreſſo, ibidem numero 83. quod lex ſupplet, ibidem eod. numero 83. quod ex interpretatione venit, ibidem quod habet conſenſum præſumptum. ibidem eodem nu. & folio.

Taciturnitas in iudicijs pro conſenſu habetur, glo. 7. numero 37. fol. 317. maximè decet mulieres, leg. 12. nu. 5. & 6. 198

Talaßij nomen in nuptijs iactatum, & quare, lege 10. numero 38. folio 182

Tanaquil, ibidem prope finem eodem num. & fo.

Tapyris licebat ſuas vxores alias nuptui concedere, leg. 7. numero 28. fo. 113

Tardi ingenio, memoria tenaciſſimi, gl. 5. nu. 24. fo. 278

Tarentini fulminibus obruti, quòd nudas fœminas libidini expoſuiſſent, l. 4. numero 31. fo. 86

Tarentinus princeps in Venere obijt, leg. 15. nu. 27. fol. 219

Tarpeia Regis Gallorum amore capta, Capitolium illi prodidit, leg. 3. numero 25. 48. & leg. 9. numero 114. fol. 150

Taxilli puellas nupturas, nudas conſpiciendas exhibent, leg. 4. numero 10. fol. 81

Teli fœminarum officia, l. 10. nu. 42. in fine fol. 184

Temetum olim vinum appellabatur, leg. 9. numero 206. num. 206. folio 168

Temulentia vnde dicta ibidem eodem num.

Temperatis temperata conueniunt, l. 5. nu. 23. fo 93

Templi ruina ex nuditate mulierum, l. 4. nu. 22. fol. 84

Templa ſeminis effuſione polluuntur, leg. 15. nu. 106. fo. 135

Templa Veneris cauſa à multis frequentata, lege 15. numero 110. folio 236

Templi non eſt, quod templi dedicationi deſtinatum eſt, gloſ. 2. numero 30. fo. 261

Tempus idem requiritur ad abolendam conſuetudinem, quod ad inducendam, gloß. 5. numero 13. fol. 276.

Tempus fortiùs excludit, quàm expreſſa renuntiatio, gloß. 7. nume. 75. fol. 321

Tenedij regis pœna in adulteros, l. 13. nu. 6. fo. 201

Tanens rem eccleſiæ, vel minoris alienatam, ſine ſolennitate, an peccet mortaliter, gloſ. 4. num. 20. & ſeq. fo. 272

Terra ſcrax & abundans viros parit luxu, & libidine diffluentes, leg. 7. numero. 18. fol. 111. reddenda terra eſt, gloſ. num. 21. fol. 277

Teſtamẽti reuocatio vt probetur, tot teſtes requirit quot ipſius confectio, gloſſ. 5. numero 13. fol. 176

Teſtamenti erroris probatio tot teſtes requirit, quot ipſum teſtamentum, ibid. eod. num.

Teſtamentum ad pias cauſas, vt duos tantùm teſtes requirit, ita & ipſius reuocatio, gloſſ. 5. numero 17. fo. 277

Teſtamentum ſola pœnitentia non reuocatur, ſed requirit aliud teſtamentum æquè ſolenne, gloſſ. 5. num. 73. fol. 285

Teſtameutnm non poteſt pendere ex alieno arbitrio, gloß. 5. numero 95. 288. derogatoriũ priorum, cùm vnicum eſſet, an habeat vim ſpecialis derogationis, gloſſ. 7. num. 130. & ſeq. fo. 328

Teſtamentum filijfamilia qui communi opinione reputatur ſui iuris, an valeat, gloß. 8. numero 144. folio 357

Teſtator id feciße videtur, quod eius iuſſu factum eſt, gloſſ. 8 num. 184. & ſeq. 363

Teſtator poteſt ſtatuere, vt trãſigi poſſit ſuper alimentis futuris à ſe legatis, ſine decreto, gloſ. 8. nu. 194. in fine fol. 364

Teſtis ratio qui aliquem dicit eſſe probum virum, quia videt eum cum probis conuerſari, & è diuerſo, valet, leg. 5. nu. 29. fo. 95

Teſtes ſpeciatim reijcere debemus, nec in genere id facere ſufficit, l. 9. nu. 24. fol. 134

Teſtes duo, qui ſufficiunt in teſtamentis ad pias cauſas, debent eße omni exceptione maiores, & nulla macula aſperſi, l. 9. numero 57. in fine fol. 139

Teſtes qui producuntur ad probandum tenorem inſtrumenti, debent eſſe periti, l. 9. nu. 66. fol. 140

Teſtis debet eſſe omni exceptione maior, vt ex eius teſtimonio deferatur iuramentum in ſupplementum, lege 9. nu. 74. fol. 142

Teuthrantiæ turba, quæ ſit apud Ouid. lege 15. numero 92. fo. 232

Thales Mileſius aquam eſſe rerum omnium principium dixit, & in eam quoque res omnes reſolui gl. 5. num. 20. fol. 277

Theanus dictum pudicum, l. 4. nu. 21. fo. 84

Theano quàm potiſſimum vxorem commendabat, leg. 10. nu. 40. fol. 103

Theanus eiuſdem epiſtola, leg. 16. num. 63. fol. 255

Themis pulchrigena, leg. 2. numero 37. fo. 31

Themiſtoclis dictum de vxorum imperio, leg. 8. nu. 3. fo. 124

Themiſtocles vxorius, ibidem eodem num.

Theocritus amatorium carmen de incantamentis edidit, le. 14. numero. 2. fol. 212

Theodelinda vtrumque maritum ad ſanctam religionem conuertit, l. 11. nu. 15. fol. 187

Theodorus Tragœdus nulli vnquam conceſſit vt ante ſe ageret, l. 6. num. 4. fol. 98.

Theodoſij vxoris ſancta ad virum admonitio, lege 11. numero 13. folio 186

Theodoſius qua pœna adulteros puniuit, lege 13. numero 20. fol. 204. rebus indignis iraſcebatur: ſed ſubitò flectebatur, gloſſ. 5. numero. 24. folio 278

Theotimus breui vnius coitus voluptate, oculorum vſum amiſit, leg. 15. nu. 39 fol. 221

Theologorum Scholaſticorum rationes prohibitionis matrimonij inter coniunctos, lege 7. numero 46. folio 117

Therſitæ deformitas, leg. 2. numero 55. fol. 36

Theſpius & Theſpiades, leg. 15. nu. 92. 232.

Thetis argenteis pedibus, leg. 2. nu. 37. f. 31. & pulchris comis, ibid. nu. 38. eod. fol.

Thetis lanificio ſe exercebat, le. 10. nu. 44. 184

Thracum vxores maritos lauant, & miniſteria obeunt, le. 1. numero 26. fol 5

Thraces vxoribus vt ſeruis vtuntur, lege 8. numero 9. 125. vxores magno ęre à parentibus emebant, l. 4. numero 9. fol. 81. plures ſinguli ducunt, ibidem virgines non aſſeruant: vxores autem maximè aßeruant le. 7. nu. 56. fol. 121

Thuriorum lex de mutandis vxoribus & maritis abrogata & quomodo. le. 7. nu. 31. fol. 113

Thus maſculum, lege 1. numero 67. fol. 16

Thuſcorum more virgines dotem ſibi corporis quæſtu comparabant, l. 7. nu. 57. fol. 121

Tibareni poſt vxoris partum lecto, ac ſi peperißent, incubant, vxoribus illis miniſtrantibus, l. 7. num. 63. folio 122

Tiberius nudis puellis miniſtrantibus cœnabat, l. 4. numero 31. folio 85.

Tiberio imperante libido fœminarum grauibus Senatus decretis coercita, l. 13. nu. 19. in fi. fol. 204

Tibicines apud Romanos Idibus Ianuarijs habitu muliebri vrbem luſtrabant, l. 3. nu. 66. fol. 78

Tibulli loci animaduerſio, l. 6. nume. 17. & iterum leg. 10. numero. 16. folio 178

Timaſion à nouerca turpiter amatus, l. 9. nu. 103. fol. 148

Tireſias oculis captus, quòd Palladem nudam conſpexiſſet, l. 4. numero 24. folio 84

Totilas militem, qui virginem ſtuprarat, morte mulctauit, l. 13. num. 13. fol. 203

Traianus Imper. ab vxore repræhenſus ob improbas procuratorum ſuorum exactiones, l. 11. numero item 11. 186. qua pœna Centurionem adulterum puniuit, l. 13. numero 19. 204

Treuiſanorum pęna in adulteros, l. 13. nu. 23. fol. 205

Tribades quæ dicantur, l. 9. nume. 107. fol. 149

Triſtes hilarem oderunt, & è diuerſo, l. 5. nu. 28. fol. 95

Troglodytæ vxoribus communibus vtuntur, præter tyrannos, qui peculiares habent, & priuatas, l. 7. num. 53. fol. 120

Troglodytarum pœna in adulteros, l. 13. num. 24. fol. 205

Tuditanus vir notæ inſaniæ teſtamentum fecit probatiſſimum, l. 11. nu. 7. fol. 186

Tulliæ prudentia Dolabellæ marito profuit, l. 11. nu. 18. fol. 187

Turcarum mos in ducendis vxoribus, l. 4. nu. 10. fol. 82

Turnus formoſus, l. 2. numero 40. folio 32

Turturum caſtitas, leg. 13. numero 3. fol. 201

Tutor poteſt filiam ſuam pupillo dare in matrimonium, non filium pupillæ, l. 1. nume. 45. 10. poteſt ſibi tradere rem à patre pupilli emptam, gloſ. 5. numero 168. 299. cum pupillo hæreditatem adiens, cenſetur auctoritatem legitimè præſtitiſſe, glo. 7. num. 21. 315. debet promittere expreſſam defenſionem, nec ſufficit iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, glo. 7. numero 94. 323. qui non ſatiſdedit, poteſt obtinere ſententiam pro minore, gloſ. 8. numero 69. 347. non poteſt compromittere ſuper re vel lite pupilli, glo. 8 numero 195. folio 364

Tutoris communi opinione exiſtimati, an geſta valeant, glo. 8. nume. 144. putatiui auctoritas in alienatione rerum minoris nihil valet, l. 8. numero 250. folio 370

Tyrannus eſt, qui vxorem ſeueriùs tractat, l. 8. nu. 12. fol. 126

Tyrrhenis nudæ puellæ miniſtrabant, l. 4. num. 31. fol. 85

Tyrrhenorum virgines in palæſtris nudæ exercebantur, ibidem eod. nume. & folio

Tyrrheni vxores communes olim habuerunt, l. 7. nu. 53. fol. 120.

V

Vacca libidinoſiſſima, l. 15. nume. 127. vale charum lumen, leg. 15. numero 39

Valentiniani Imp. lex, vt liceret duas ſimul vxores ducere, l. 7. nu. 24. folio 112

Valeria Tuſculanaria patrem perditè amauit, lege 9. numero 100. folio 147

Vaſallus non poteſt de feudo compromittere, gloſſ. 5. numero 204. folio 304

Valleda apud Germanos numinis loco habita, lege 11. numero 22. folio 187

Vendens extraneo iußu teſtatoris, an incidat in pœnam ſtatuti, prohibentis vendi extraneo, gl. 8. nume. 186. fol. 363

Venditores emptoribus rerum vitium patefacere debent, l. 4. numero 3 folio 80

Venæ ſi poſt aures incidantur, ſemen non ampliùs genitale eſt, l. 15. num. 33. fol. 220

Venedorum vxores ſe in rogum cremãdas cum viris mortuis præcipitant, l. 7. num. 21. fol. 111

Veneficia arma mulierum, l. 8. num. 21. fol. 128

Veneficium tota vita meretricis, l. 8. num. 24. 129

Veneti filias ſuas admodũ iuuenes maritant, l. 6. nu. 3. fol. 97

Veneris ſimulacrum ex myrtho ſęmella, l. 1. num. 65 fol. 15

Venus niueis lacertis, l. 2. num. 34. folio 29. aurea, numero 36. folio 30. roſea ceruice, num. 37. folio 31. argenteis pedibus, ibid. eod. num. nigris oculis, l. 2. nu. 38. eod. fol.

Venerem nudam in ſomnis conſpicere, quid ſignificet, l. 4. numero 27. folio 85

Venere natura calida & humida idonea eſt, l. 6. nu. 8. fol. 98

Venus & Saturnus repugnantes, & quare, l. 6. nume. 15. fol. 100. & iterum l. 15. nume. 8. fol. 230. cur cum Anchiſe ſene concubuerit, l. 6. num. 30. 103

Venus nocet vocis ſuauitati, l. 15. num. 70. fol. 227

Veneri renes & inguina dicata, l. 15. num. 40. fol. 221

Venerem Marti cõiunctam quare Poetæ finxerunt, l. 9. nu. 124. fol. 152

Venus ex mari concepta cur dicatur, l. 9. nume. 166 160. inſipientiæ dea. l. 9. nu. 170. 161. Saligena cur dicta, l. 9. num. 172. fol. 161. à Canacho ſtatuario efficta ſedens, & quare, l. 9. numero 174. 162. Baccho iuncta eſt, & quare, leg. 9. numero 208. folio 169

Veneri cur Mercurius aſſidet, l. 9. num. 233. & l. 15. nu. 82. fol. 174

Venus teſtudinem calcans, quid ſignificet, l. 10. nu. 16. fol. 178

Veneris impiæ templum, l. 13. num. 28. fol. 206

Venerem concitantia, l. 15. nu. 2. 3. 4. 5. fol. 214 & 215

Veneris vſus nullus ſalubris, ſecundum Epicarmum, leg. 15. numero 21. fo. 217

Veneri rebus bellicis à Ioue interdictum l. 15. nu. 25. fol. 218

Venus non ſolùm natalium, ſed & mortis præſes, l. 15. nu. 29. fol. 219

Venus Verticordia, l. 15. num. 99. 234. nocet ſtomacho, l. 15. num. 32. 220. nocet cerebro, & membris illi vicinis, ibid. nu. 23. eod. fol.

Venus ijs vitanda, qui capillorum fluxu laborant, ibid. nu. 34. eodem folio neruis obeſt, l. 15. num. 37. ibid. oculis obeſt, nu. 38. 221. & præcipuè earum defluxionibus, ibidem numero 39

Venere palpebræ defluunt, ibid.

Venere omnia membra ſoluuntur, l. 15. num. 44. fol. 22

Veneri addicti pecudibus ſimiles, l. 15. num. 63. fol. 226

Venus damnoſa, l. 15. nume. 72. folio 227

Veneris damnoſa libido, ibid. eod. num. fol. 228

Venus morbis pituitoſis prodeſt, l. 15. num. 73. & 76. eod. fol. 228

Et melancholicis aduſtis, ibid. numero 74. & 2. ſequent. vide tamen poſtea num. 81. fol. 230

Et ijs qui calida natura ſunt, dicto nu. 74. fol. 228

Et oculorum acumini, ibid. & ſeq.

Et morbo regio, ibid.

Et nonnullis Iſchiadicis, ibid.

Et virginibus furioſis, ibid.

Et narium diſtillationibus, ibid.

Et Athletarum torpori, l. 15. nu. 76. fol 229

Et voci è candida in fuſcam declinanti, ibid.

Et lumborum dolori, ibid.

Et mente captis, ibid.

Et percuſſis à ſerpente, aut ſcorpione, ibid. omnia d. num. 76

Et capitis grauitati, ibid. & ſeq.

Et ciborum faſtidio, ibid.

Et obnoxijs febribus, ibid.

Et alijs pleriſque, ibid.

Venus plenitudinem vacuat, l. 15. num. 76. fol. 229

Corpus auctum, leue, & virile reddit.


Rationis

Rationis vim impeditam ſoluit, ibid.
Ingentes iras remittit, ibi. omnia eod. num.
Reducit ad modeſtiam inſanientes, ibid.
A crebris ſomnijs liberat, ibid.
Ad opus excitat, ibid.
Facilitatem quandam præbet, ibid.
Somnum conciliat, ibid.
Duris habitudinibus prodeſt, ibid.
Organa mollit, ibid.
Meatus dilatat, ibid.
Furioſos ad ſaniorem mentem reducit, ibid.
Animum bilarem reddit, l.15.nu.77 eod.fo.229
Iram ſedat, ibid.
Senſuum hebetudini prodeſt, ibid.
Aegrè ſpirantibus prodeſt, ibid.
Frequẽtibus ſeminis per ſomnum effuſionibus, ibid.
Cholericis, ibid.
Et multis alijs, ibid.
Audaciam facit, ex ſententia Auic. l.15.nu.78.& alia plurima, ibid.& multis ſeq.
Venus quibus temporibus, ætatibus, temperamentis, & cæteris id genus conueniat, & quibus minimè, in iiſdem locis. Verticordia vnde dicta, l.15.nu.99.fo.234. Epiſtrophia. ibi. diſcordiæ coniugum ſedatrix, l.15. nu.103. ibi. Melanis & Melænis cur dicta, l.15.nu. 163.fo.244. Scotia, 245. Alia autem Venerem tangentia, vide in verbo Coitus. 330.
Veneris exercendæ modus lege 15.numero. 82. & multis ſequen. vſque ad nu.92. ſacerdotes fœminæ nuptiarum expertes, l.15.nu.121.238. tempore ne ſit animus alteri rei intẽtus ead.l.nu.173.fo.243
Venereos aliquando facultate coeundi deſtitui, lege 15.numero 92.folio 232
Venerem à fœmina arcentia, lege 15. numero 93. 233. & multis ſequen. in templis exercere an liceat, lege 15. numero 105. & ſequen. folio 235
Veneri immodicæ opitulantia, l.15.nu. 102.234
Veneri coniugibus abſtinendũ, religionis cauſa, l.15.nu.111.236.& multis ſeq. abſtinendum mulieribus infantes lactantibus, l.15.num.139. 241.& quæ recens cõceperunt, ibid. nu. 141. temulentis abſtinendum. ibid. nu.146.242.& ſeq.& mœſtis, nu. 252. 243. aut aliter animo affectis, ibi. eod.nu.
Verba non implent marſupium, l.6.nu. 18.fo.101
Verbum Intelligitur, vtrum ſit fictionis, an veritatis, gl.2.nu.63.267.& iterum, gl.7.nu.174.fo.333. Poteſt non eſt neceſſitatis, niſi ei addatur negatiua, gl.4.num.1.263.& ſequ. quam vim & naturam habeat, in vniuerſum, gl.4.nu.10.& ſequent. fo.270. Neque, omnimodam poteſtatem aufert, ibid. nu.11. eod fol. Videtur fictionẽ & impropietatem ſignificat, glo.6.num 27.310.& iterum glo.7.nu.14.314. Habetur, impropietatem denotat, gl.7.nu.174. 333. Intelligitur, propietatem ne, an improprietatem ſignificet, gl.2. numero 67. 267.& gl.7.num.174. fo.333
Verba à ſubiecta materia improprietantur, gl.6.nu.35.fo.311. requirũtur in matrimonio ſi contrahentes loqui poſſunt, gl.7.nu.17.314
Verba naturaliter mentis conceptum exprimunt, gloſ.7.numero 52.fol. 319
Verecundia puellarum, cùm tractatur de earum matrimonio, l.9.nu.152. & ſeq. 158
Verecundia pudicitiæ comes, & cuſtos, ibidem numero 154. eodem folio 158
Veſtæ ſacris vxoris congreſſum Heſiodus interdixit, l.15.nu.114. in fi. fo.237
Veſtales nulla corporis labe inſignes ſint l.2 n.59.f.237. in iudiciũ veniebant, ferendi teſtimonij cauſa, leg. 10.num.33.182. perpetua virginitate, l.15.nu.120.230. virginitatẽ polluentes, viuæ defodiebantur, & quare, ibidem eodem num.120
Veſtis olobryza, l.3.nu.14.fol.46. holobarys, ibidem holoſerica, ibidem eod.num.
Vicarius non poteſt adimplere mandatum, principali ſubrogari cœpto, gl. 2.nu.13.258
Vicinitas affinitatis vicem obtinet, l.5. num.35.96. potentiorum fugienda, fo.97
Victorum bona cedunt vincentibus, l 1.nu.48.f.14. an autem procedat de iure communi, ibidem & an de iure diuino, ibidem numero 49. eodem fo.11
Viduarum mores ægerrimè reformãtur lege 6.numero 2.45.fo.97
Viduæ ſciunt ſua & aliena vitia, num. 9.ibid.
Viduas non eſſe ducendas, ibid.
Viduæ dicuntur, quæ habent maritos ſenes, aut aliàs inutiles, l.6.num.12. fo.99
Viduarum priuilegia his competunt, quæ habent maritos inutiles, ibid. eod.nu.
Vidua nubens intra annum luctus, licèt ſit expers infamię, perdit tamen gloriam pudicitiæ matrimonialis, l.9. numero. 3.130. ſtuprando viduã magis peccat quàm virginem, l. 9.nu.117.151
Villicæ officia, lege 10.numero 29.fol. 181
Vindicta permiſſa ex lege Moſaica nõ ſine peccato erat, lege 9.numero 6. fo.130
Vindictæ mulieres appetentiſſime, l. 9.nu.188.fo.165
Vini vſus apud multos populos mulieribus interdictus, leg.9.numer.206. fol.168
Vinum Veneris incitamentum, numero.208.fo.169
Vinum lac Veneris dictum, & quare, ibidem numero eodem 208. ſolio eodem 169
Vini crater ſodalis Veneris, ex Horatio ibid.nu eod.208
Vini tædium facientia, lege 9.numero 212
Vinum gignendis liberis nocere, lege 15.nu.146.242
Violentilla à corporis proceritate laudata, l.2.nu.74.fol.41
Vipera viperam morſu non perimit, l. 5.nu.23.fo.93
Vir iudex vxoris Romanorum antiquis legibus, lege 1.numero.13.folio 3
Viri quibus vxores imperant, viles exiſtimantur, lege 1.numero 19.folio 4.
Vir poteſt vxorem moderatè caſtigare, lege 1.numero 22. eodem fol. 4. & 24.fol. 5. ſed clericus paulò ſeuerius, lege 1.numero 23. ibidem qui iniuſte vxorem verberauit, quæ aufugit, & adulterium committit, eam accuſare non poteſt nec lucratur dotem, leg.1.numero 24. eodem fol. 5. poteſt vxorem fugientem propria auctoritate capere, lege 1. numero 40 fol.8. non perdit donationem propter nuptias, ob adulterium, lege 1.numero 45 in fine fol. 10. a vi & virtute dicitur, leg.1.nu. 55.fol.12
Viri appellatione potior animi pars ſignificatur, lege 1.numero 69.folio 16
Viros effœminatos muliebri appellatione vocari ſolitos, lege 1.numero 89.fol.20
Viri in fœminas mutati, in ſuum ſexum tandem redeunt, leg.1.nu.102 fo.22
Viri vxores voluptuosè poſſunt cognoſcere ſine peccato, modò voluptas non principalis cauſa ſit, leg.2.num. 65.fol.39
Vir venialiter tantùm peccat, qui voluptatem præueniens, vxorem tanquam vxorem cognoſcit, in idq; calidis vtitur, ex multorum ſententia, ibidem numero 66. qui vxorem, tanquam alienam, cognoſcit, adulter eſt ibidem eodem n umero 66. eodemque fo.39
Viri, quibus vxores pulchræ ſunt, nonnunquam deformium fœminarum coitum appetunt, lege 2.numero.69 ibidem
Viris, non fœminis, auratæ & ſericę veſtes interdictæ, lege. 3.numero 16.fol.45. non licet ornamenta ex auro deferre, lege 3.numero.20.folio 46







Virorum cultus & ornatus cuiuſmodi eſſe debeat, l.3.nu.45.fol.75
Viri aſtrorum vi ornamentis muliebribus dediti, l.3.num.50.fol.76. veſtimentis muliebribus, fœminæ virilibus abſtinento, l.3.nu.58.& ſeq.folio 78
Viris licere aliquando veſtibus muliebribus vti, & è diuerſo, ibi.num.66. & ſeq.fol.78
Vir vxori quam ducturus eſt, corporis vitium, ſi quod ſit, detegat, l.4.nu.1. fol.79
Viri & vxoris concordia, maxima felicitatis pars, l.5.nu 18.fol.91
Vir ante 30.annum, fœmina 18, à Venere prohibendi, l.6.nu.41.fo.105. vxore debet eſſe ſenior, l.6.nu.45. ibidem & 5.fo.107. vxorem verberans magis fera, & parricida, quàm vir appellandus, l.8.nu.10.126. quoq; tyrannus dicitur, qui vxorem ſeueriùs tractat, nu.11. eod.fo.126. maritus vxoris, non dominus, ibid.nu.12. ibidem quomodo punitur, qui vxorem verberauit, ibid.nu.13.fol.eod. peccato non excuſatur, qui occiderit vxorem in adulterio, l.9.nu.4.fol.130
Viri ſapientes vxores non verberant, leg.8.num.14.fol.127
Viro potiùs quàm fœminæ, deferendum eſſe iuſiurandum in ſupplemendum cæteris paribus, l.9. nume.72. 142. luxurioſo non datur curator, vt fœminę, & quare, l.9.numero 91.folio 145
Viris pulſus vehementior, quàm fœminis, & quare, l.9.nu.142.156.& velocior, ibid.eod.nu.
Vir omnium frigidiſſimus calidior eſt calidiſſima fœmina, ibid. in fine eod.nu. & vide etiam l.9.num. 175.fol.162
Vir apud Hebræos ab igne dicitur, non etiam fœmina, l.9.num.149.157. ab vxore non debet exigere, quod ipſe non præſtat, l.9.num.231.174. rebus forenſibus præſit, vxor domeſticis, l.10.nu.1.175. et multis ſeq. ignoret quæ intra ædes fiunt, nume.2. 176. actiuam vitam, fœmina contemplatiuam repræſentat, l.10.num.15.178. poteſt cogere vxorem, vt ſe domi cõtineat, l.10.nu.31.181. ſanctificatus per mulierem, l.11.nu.19.fol.187.
Viri ex vxorum adulterio in quibuſdam locis puniuntur, l.9.nume.232.folio 174
Virum in fœminam mutari in ſomnis, quid ſignificet, l.10.numero 18.folio 179
Viris non licebat intrare templum Bonæ deæ, l.10.nu. 26.fol.180
Viri vxoribus omnia reuelant, l.12.nu. 1.fol.197
Viri cum vxoribus ſine mendacio viuant, l.15.nu.27.fol.206. moleſtiùs ferunt adulterium, quàm mortem vxoris, atq; etiam vulnera proprij corporis, & filiorum neces, ibidem eod. numero.
Virorum adulterium, vxores impudicas facit, lege 13.numero 36.folio 208
Viri vxores honorent, ſi ab his honorari volunt, l.13.nu.40.fol.209. venerari debent, ibid. qui non niſi plagis affecti coire poſſunt, l.15.nu.5.215. ſapientes plerunque filios ſtolidos generant, l.15.num.154.243. in opere Venereo lucem deſiderant, l.15.nu. 164.245. poſſunt vxores inuitas cõprimere, ibid.nu.165.& iterum glo. 2.nu.23.fol.260
Vir & vxor non tenentur debitum coniugale, poſtulantibus ſibi in templo ſoluere, l.15.nume.106.235. poſſunt inuicem mutuum contrahere, emere, vendere, ſocietatem contrahere, permutare, deponere, pignorare, gloſ.8. nu.111.352.
Virorum caſtitas vxores caſtas facit, l. 16.nu.59.fol.254
Virorum magnorum vxores impudicæ, l.16.nu.60.ibid.
Viri ſolent vxores ad ſuas domos ducere, glo.2.nu.46.fol.264
Vir an & quando parapherna vxoris adminiſtret, gl.9.num.1.379. an fructus paraphernorum lucretur, ibid. in fine num.
Virilis animus, l.1.num.92.fo.20. cura, ibidem ſexus muliebrem excellit in tribus, l.1. nume.95.& ſequen. folio 21
Viragines quæ dicantur, l.1.nume.91. folio 20
Virbius formoſus, l.2.numero 40.folio 32
Virgilius heroas à forma laudauit, ibidem amatorium carmen de incantamentis edidit, lege 14. numero 2.folio 212
Virginem formoſam quantumlibet pauperem, abundè tamen eſſe dotatam, l.2.nu.46.fol.34
Virginibus viros ſibi quærere neceſſarium eſt, mulieribus, quos compararint cuſtodire, l.4.nu.20. fol. 83
Virgo ne ſe quidem nudam conſpiciat, nu.21.fol.84
Virgines ducendæ ſunt, vt gratis moribus imbuantur, l.6.nu.2.fo.97. maximè in Venerem pronæ, dum dulcius eſſe putant, quod neſciunt, ex quorundam ſententia, l.9.num.117.fo.151
Virginis cuiuſpiam Pythagoricæ conſtantia in tormentis, l.9.nume. 135. fol.155
Virginalis verecundia, l.9. nume.181. fol.103
Virginalis, ſiue virgineus pudor, ibid.
Virgineus robur, ibid.eod.nu.& fol.
Virginitatis dos, verecundia, ibid.
Virgulta maria plus virium habent, quàm fœminea, l.1.nu.65.fol.15.
Virtus gratior in pulchro corpore, licèt non maior, l.2.nu.40.fol.32
Viſcum aliud maſculum, aliud fęmineũ, l.1.nu.66. in fine.fol 16
Viticis, id eſt, agni vis peculiaris arcendi ſtimulos & impetus veneris, l.15. nu.94.fol.233
Vitium mariti diu vxorem latere nõ poteſt, l.4.nu.1.fo.79
Vladiſlaus rex Poloniæ, 90. annorum cùm eſſet, duos filios genuit, l.6.nu. 22.fo.102
Vlulatus fœminei, l.9.nu.190.fol.165
Vlyſſes nudus ramo pudenda operuit, l. 4.nu. 34.86. cùm reſciuiſſet Penelopen procos ad concubitum admiſiſſe, abijt in inſulam Cortynam, & ibi obijt, l.9.nu.95. 146. vxoris amorem prætulit immortalitati, l.13. nu.43. fol.210
Vnde habes, vox reijcienda, l.11.num. 11.fol.186
Volſienſium virginibus non licebat ingenuo nubere, priuſquam aliquis ſeruorum caſtitatem earum delibaſſet, l.7.nu.62.fol.122
Voluntas non præſumitur repentè mutata, niſi in fœmina, l.9.nu.133.154. ea propriè dicitur, quæ eſt expreſſa, gl.7.nu.71.fol.320
Voluptas nulla tanta eſt, quæ non multum habeat fellis & amaritudinis, l. 6.nu.4.fo.98
Voluptates inclementes & furioſæ dominæ, l.6.num.10.fol.99
Voluptates commendat rarior vſus, l. 15.nu.89.fol.277
Vrina ſalſa, l.9.nu.171.fol. 161
Vſurarius poteſt donare cauſa mortis ſine ſolennitate c. quanquam de vſur, glo. 5.nu.77.fol.286
Vulcanus cur Veneris maritus, l.9.nu. 150.157
vulpinam pellem, cum leonina deeſt, induendam, l.8.nu.21.fol.128
Vulpes in ſomnis quid ſignificet, ibidem in fine.
Vulua, animal generandi auidum, l.6. num.21
Vuluæ os inſaturabile, leg.9.nume.94. fol.102
Vxor in poteſtate patris, non viri, Rom. legibus, leg. 1.numero 1.folio item primo.
Vxor Gallorum moribus in viri poteſtate eſt, l.1.nu.3.fo.1.& ſeq.& iterum 6.fol.2.& Longobardorum quoque, ibidem.nu.5.& Hebræorum, ibid.nu. 7. iiſdem in locis.
Vxor mariti legibus ſubeſſe debet, l.1. num.12.ibid.
Vxores viros dominos vocare debent, l. 1. num.14.& 15. quæ viris dominantur, vituperandæ, l.1.numero 17. ibidem honoris & dedecoris maritalis participes, le.1.numero 18.folio.4. multæ viris dominantur, nu.19.ibid. eod.fo.4
Vxorum viris obedientium laus, leg. 1. num.20.ibid.
Vxor viro diuinis legibus parere debet, ibid.nu.21
Vxores quare velantur cùm nubunt, num.32.fo.7
Vxor comam amputare non debet, & quare,

quare, nu. 21. fol. 4. de iure Canonico in viri eſt poteſtate, ibid. eod. nu. non iure à marito verberata, an iniuriarum agere poteſt, l. 1. nu. 24. fol. 5. an & quando videatur facere metu & reuerentia maritali, l. 1. nu. 25. eod. fol. 5. an & quando teneatur marito lauare pedes, & caput, & cibos parare, ibid. num. 26. & 27. tenetur coquinariam facere, & lectum parare marito, d. nu. 26. eod. fol. 5

Vxores ab vnguendo dictæ, ibidem numero 26

Vxor viri forum & domiciliũ ſequitur, l. 1. nu. 28. eod. fol. 5. etiam ſe defendendo, nu. 33. fol. 7. etiamque ſi agatur de ſolutione matrimonij, ibidem eod. nu. 33

Vxor eſt eius ciuitatis, cuius vir, l. 1. nu. 29. fo. 6. eiuſdem originis vt vir, ibid. num. 30. an teneatur ſequi maritum, l. 1. nu. 39. fol. 8.

Vxor de familia viri, l. 1. num. 31. fo. 6. marito reuerentiam præſtare debet, l. 1. nu. 41. fol. 8

Vxor maritum in ius non vocat ſine venia, ibid. eod. nu. 41

Vxor virum adulterij accuſare non poteſt, l. 1. nu. 42. fol. 8

Et quare, ibid. nu. 45. fol. 9

Vxori nunquam licet virum in adulterio depræhenſum occidere, l. 1. numero 43. ibidem non licet virum repudiare ob adulterium, ibidem eod. numero

Vxori mœchi mœchari non licet, l. 1. nu. 44. ibidem

Vxor ob adulterium dotem perdit, ibidem nu. 45. in fine fol. 10. & iterum glo. 8. nu. 238. fol. 369

Vxorem formoſam ducere non conducit, l. 2. nu. 1. fo. 22. & multis ſequen. per totam eam l. 2.

Vxor formoſa ſibi imperium in virum arrogat, d. nume. 1. ead. le. 2. eodem folio 22

Vxor ne virum magiſtratu fungentem in prouinciam ſequatur, ibidem eod. numero

Vxorem oculis accipere dementia eſt, l. 2. nu. 2. fol. 23

Vxorum pulchritudo viris periculoſa et exitialis, l. 2. nu. 14. fol. 25

Vxorum interpellationibus ſtudia impediri, l. 2. nume. 25. 28. & præſertim formoſarum, ibidem eodem numero

Vxori & libris pariter inſeruire non poßumus, ibidem

Vxores formoſę maximam vitæ partẽ viris adimunt, l. 2. nu. 26. ibid.

Vxorem ob formam ducens, an peccet, ibid. nu. 28. eod. fol. 28

Vxorem an liceat repudiare ob deformitatem, ibid. nu. 29

Vxores deformes à maritis contemnuntur, ibidem in fine num.

Vxores ex lege Moſaica repudiare, an peccatum erat, l. 2. nu. 29. ibid. & iterum l. 9. nu. 5. fol. 130

Vxor formoſa quibus potiſſimùm rationibus deligenda, l. 2. num. 64. & ſeq. folio 38

Vxor non dignitatis tantùm, ſed & voluptatis nomen, l. 2. numero 65. folio 39

Vxorem ob corporis vitium nullo pacto repudiare licet, l. 4. nume. item 4. folio 90

Vxor olim tribus modis habebatur, vſu, farre, coemptione, quæ declarantur, l. 4. num. 6. fol. eod. 80

Vxor & materfamilias quid inter ſe differant, ibid. nu. 6

Vxores viris dominantur ob dotem & nobilitatem, l. 5. nu. 1. & multis ſeq. fol. 87

Vxores dominæ à quibuſdam maritis vocantur, l. 5. nu. 11. fol. 89

Vxores Græci dominas vocant, ibidem num. 12. & Latini, ibidem num. 13. eod. fol.

Vxorem æqualem ducendam ex ſententia multorum, l. 5. numero 16. folio 90

Ex ſeptem Sapientibus, l. 5. nume. 16. ibidem

Et noſtrorum quoque, numero 17. folio 91

Et ſacrarum literarum, ibidem in fin. eiuſ. num. 17

Et ratione, ibid. nu. 18

Vxoris Pittaci ſuperbia, l. 5. nu. 16. fol. eod. 91

Vxores tum primùm de morte bonorum maritorum conqueruntur, cùm minùs bonos ſortitæ ſunt, l. 6. nu. 4. fol. 98

Vxores nouam vitæ rationem horrent & execrantur, ibidem eodem numero

Vxor pręter naturam ducenda eſt, ſi lucrum affulſerit, ibid. numero 5. eodem folio

Vxor iure noſtro repudiari poteſt, ſi inſcio, aut prohibente marito, ad ſpectãda ſpectacula publica prodeat, l. 9. nu. 11. fol. 131. vna duobus collocata apud Lacedęmonios, l. 7. nu. 27. 113. ſocia viri dicitur, l. 8. num. 12. 126. vna caro, vnum corpus, vna anima cum viro eſt, ibid. eod. num. quare de coſta viri, non de pede, facta eſt, ibid. indignè verberata, an virũ repudiare poſſit, ibid. nu. 13. eod. fol. 126. nunquam pręſentibus extraneis obiurgãda, l. 9. nu. 233. 157. relicta domina alimenta tantum habet, cùm præeminentia in domo, l. 10. nu. 7. fo. 177. poteſt repudiari, ſi extra domum nolente viro manſerit, l. 10. num. 30. 181. præſumitur ſcire quicquid vir ſciat, l. 12. num. 1. 197. non ducenda ei, qui cito ſeneſcere non cupit, l. 15. num. 6. 215. inuita hoſtis eſt, l. 15. num. 165. 245. libens admittat virum ad concubitum, ibidem num. 166. & ſeq. impudica, magna viri maledictio, l. 16. nu. 60. fol. 254

Vxores ſenum maritorum, aliorum concubitus expetunt, lege 6. numero 28. folio 103

Vxorum iuuenum in ſenes maritos imperium, l. 6. nu. 29. ibidem

Vxores bonis parentibus, & ex natione non diffamata deligendas, l. 7. nu. 1. 107. & multis ſeq.

Vxoribus qui addicti ſunt fato, vel aſtrorum vi, l. 8. nu. 4. fol. 124

Vxores maritis nec molere, nec coquinariam facere debere, l. 8. nu. 8. 125. in tutela virorum, non in ſeruitio eſſe, ibid. nu. 9. in fine nec verberandas, nec aliter malè tractandas eſſe, ibid. nu. 10. viri ſapientes non verberant, l. 8. nu. 14. fol. 127

Vxoris vitium aut tollendum, aut ferẽdum eſt, nu. 15. fol. 127

Vxori nõ verberibus, ſed obſequijs obluctandum, ibidem nume. 16. eod. folio & ſeq.

Vxorum verberibus amor coniugalis in odium exitiale vertitur, l. 8. num. 17. fol. 128

Vxores malè à viris tractatæ, eorum mortem expetunt, ibidem eod. num. à viris verberatæ, ſeſe vindicare volentes, ſæpe alienis viris ſe ſubſternunt, ibid. num. 18. militantium ſolere eßе impudicas, l. 9. num. 122. 152. dominæ domus vocantur, l. 10. num. 6. & 7. fol. 177. à viris conſulendæ, l. 11. nu. 1. & ſeq. fol. 184

Vxorem in ſomnis venenum viro dare quid ſignificet, l. 8. nu. 23. fol. 129. repudiare ex lege Moſaica, an peccatũ erat, l. 9. nu. 5. fol. 130

Vxoris diffinitio veriſſima à Secundo Philoſopho, aut, vt alij malunt, à Simonide data, l. 9. numero 218. 171. mali mores corrigendi, l. 9. nu. 224. fol. 172

Vxorem, quæ recens concepit, comprimere periculum eſt, l. 15. num. 141. fol. 241

Vxores immerentes à viris zelotypis necatæ, l. 16. num. 4. & 5. fo. 246. an aſſeruandæ, ibid. nu. 9. & multis ſeq. fol. 247

Vxorum cuſtodia ad Venerem prouocat, ibid. eod. nu. 9. & ſeq. impudicarum infortunium patienter ferendũ, l. 16. nu. 60. 254. cultus immodicus maritos zelotypos facit, l. 16. nu. 62. fol. 255

Vxoribus zelotypis quid agendum, ibi. nu. 63. eod. fol.

Vxoris appellatione an veniat ſponſa, gloſſ. 2. numero 1. 256. & numero 18. 19. 20. 259. & 25. folio 260.

Vxor ſuperbior, cum vir in eius domo habitat, glo. 2. nume. 47. 264. an gaudeat priuilegio mariti, glo. 2. numero 53. & multis ſeq. vſque ad num. 67. fol. 265

Vxor clerici an competat priuilegium clericorum, ibidem eodem numero & folio

Quid in priuilegio fori, gl. 2. nume. 54. iiſdem in locis.


Quid




Quid in priuilegio arti conceßo, ibid. eodem num.

Quid in diſpoſitione pœnali, ibidem numero 55

Quid in priuilegio non ſoluendi gabellam, ibid eod nu. 55

Quid in ſaluoconductu competente viro, ibid. eod num.

Quid in immunitate viro conceſſa, ibidem.

Quid in priuilegio ne torqueatur, ibidem num. 56. in fine folij

Quid in priuilegio, ne contra virum admittantur teſtes ignobiles, ibidem eodem

Vxori illata iniuria, viro illata cenſetur, gloß. 2. num. 57. fo. 266

Vxor clerici an gaudeat priuilegio cap. ſi quis ſuadente diabolo, gl. 2. nume. 61. ibidem

Vxorem offendens, violat pacem cum viro factam, glo. 2. nume. 57. eodem fol. 266

Vxor contrahens ſine conſenſu viri, an obligetur naturaliter, glo. 4 numero 12. 270. an poſſit ludere iniuſſu viri, glo. 5. numero 200. 303. an compromittere, ibidem numero 202. & ſeq. & eleemoſynam facere, glo. 5. nume. 218. 305. & ſeq. putatiua non habet priuilegium, ne furti teneatur, gloß. 8. numero 235. 369. an ſequatur forum viri putatiui, l. 8. numero 241. ibidem an præferatur cæteris creditoribus, & quomodo, glo. 8. numero 253. 271. an habeat actionem priuilegiatam, ibidem nume. 254. eodem folio an item habeat tacitam hypothecam, & eam priuilegiatam, ibid. numero 255. fol. eodem iuſta quæ dicatur, glo. 8 numero 244. 370. quæ conſtante matrimonio aliquid acquirit, præſumitur quæſiuiſſe ex bonis mariti, etiam in matrimonio putatiuo, gl. 8. num. 271. 372 poteſt ſe obligare pro redemptione viri, glo. 8. nu. 285. fol. 374

Vxori non licet teſtari ſine auctoritate viri, legibus Platonis glo. 5. numero 99 in fine fol. 289. nil licere ſine marito, gloſſ. 8. numero 1. 2. & 3 folio 339

X

XAntippe, Socratis vxor, l. 7. nume. 23. fol. 112

Xenophanes terram & aquam rerum omnium principium poſuit, & in eas quoque res omnes dißolui, glo. 5. nu. 20. fo. 277

Xenophontis ſententia de ætate contrahendi matrimonij, l. 6. numero 41. folio 105

Y

YΓρὸς, ideſt humidus, pro laſciuo non nunquam ponitur, l. 9. num. 165. fol. 160

Z

ZAbiorum leges de fœminis, quibus menſes fluunt, l. 15. numero 133. fol. 240

Zaleuci lex de cultu mulierum, l. 3. numero 13. in adulteros, l. 13. nume. 8. fol. 202

Zelotypia multorum facinorum cauſa, l. 13 nu. 28. 296. & ſeq. quid ſit, leg. 16. numero 1. folio 246. mulierum perſæpe ijs eſt exitioſa, l. 16. nume. 4. ibidem

Zelotypia & zelus quid differant, l. 16. nu. 1. fol. 246

Zelotypum animal homo, ibidem num. 2. præſertim mulieres, ibidem eodem folio

Zelotypia omnium animi perturbationum vehementiſſima, l. 16. nume. 6. 247. animum & corpus labefactat, ibid. eod. num.

Zenobia poſt concubitum virum non admittebat, niſi priùs tentatis conceptionibus, l. 9. numero 88. fol. 144

Zenonis facetum dictum in viros diligentiùs ornatos, l. 3. numero 48. folio 75

Zeno viros & mulieres eadem veſte vti volebat, l. 3. nu 63. fol. 77

Zona pro virginitate, l. 3. numero 31. folio 71

Zonam ſoluere quid ſit, ibid. eodem numero & fol.

Zopirus medicus coitum nunquam tempeſtiuum eße cenſebat, l. 15. num. 21. fol. 217


FINIS.

# CONSVETVDINVM PICTAVIAE, TITVLVS DECIMVSQVINTVS.

*De la puiſſance & adminiſtration des marys.* **§. Primus.**

DES ce, que homme & femme, ſoyent nobles, ou roturiers, ſont mariez enſemble au pais de Poictou, par la coſtume d'iceluy, la femme eſt en pouuoir de ſon mary, & n'eſt plus en pouuoir de ſon pere, ſi elle l'auoit. Et ne peut valablement contracter, ſans le conſentement expres de ſon mary, durant leur mariage, ne adminiſtrer les biens communs d'entre eux, ne les ſiens propres, ſans l'auctoritè & conſentement de ſondict mary.

*CONTINVO quàm vir & fœmina, ſiue nobiles, ſiue ignobiles, matrimonium ſimul inierunt in Pictauia, ex more illius gentis, vxor eſt in poteſtate mariti, nec amplius eſt in poteſtate patris: nec poteſt vtiliter contrahere ſine conſenſu expreſſo ipſius mariti, nec bona eorum communia, ac nec ſua quidem propria, ſine authoritate & conſenſu eius, adminiſtrare:*

# GLOSSAE PRIMAE XVI. LEGES CONNVBIALES COMPLECTENTIS, PARS PRIMA.

1 *Vxor non in viri poteſtate eſt, ſed patris, Rom. legibus.*

VIDES igitur, Candidiſsime Lector, ex Pictauorum conſuetudine, vxorem eſſe in poteſtate viri, non patris. Eaque ferè perpetua eſt & generalis in Gallia. Ex Romanorum verò legibus, vxor contrà in poteſtate patris eſt, nõ viri. l. 1. in fi. & l. ſeq. C. de liber. exhib. & l. 2. §. ꝙ ſi in patris. & l. quoties. ff. ſol. mat. & l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoſ. & l. 2. §. vlt. & ibi gl. & Bart. & l. cũ qui. §. ſi nupta. ff. de iniur. & in l. ſed interim. §. idem ait. & ibi Bal. qui eum. §. legit. cum l. ſi eum ſeruum. §. inter virum. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & l. 3. & l. nec inter. & l. ſi vt proponis. C. eod. & l. filiæ, la 2. & l. licet in ſacris. C. de collat. & l. ſi vxor. & ibi gl. Cyn. Bart. Alber. Bal. & Saly. C. de condit. in ſer. & l. 1. & ibi quoque Cyn. Fab. Bal. Pau. Caſt. & Corn. & iterum l. quod ſcitis. rurſumq́; l. non ſine. C. de bon. quę liber. & l. ſi vt proponis. C. de nupt. & l. dos à patre. & ibi gl. 1. C. ſol. mat. & §. 1. in fi. & ibi Ang. Aret. Inſtit. de S. C. Tertul. & §. vlt. verſ. ſin autẽ ſub poteſtate, in auth. de æqua. doti. Et not. gl. in l. parentes, & ibi Pau. Caſt. & Rom. qui eam legem legũt cum §. vlt. l. rei iudicatæ. ff. ſol. mat. & in l. item legato. §. vlt. & ibi Albe. ff. ſol. matr. & in l. item legato. §. vlt. & ibi Albe. ff. de leg. 3. & Io. And. poſt. Roff. in addi. Spec. tit. qui filij ſunt legit. col. 3. in addit. cuius initium eſt, Roſ. in prætoria. Signo. Homod. cõſ. 166. q. diſputãda, col. 5. Bal. conſ. 137. quidam nobilis. col. 1. lib. 1. & conſ. 226. præmiſsis verbis ſtatuti, verſ. præterea nupta, li. 5. & Pet. Anch. conſ. 213. pro iſto patre, in prin. Card. Flor. conſ. 91. reſpondeo, paulò ante fi. Panor. in c. non eſt, col. 1. extrà de deſpon. & in c. cùm cõtingat, col. 6. verſ. venio ad ſecũdam, de fo. comp. & in c. mulieres, in 1. not. de ſent. excom. & in c. literas, col. vlt. de reſtit. ſpol. & in c. ex parte, col. 3. eo. tit. Anto. Prat. inter conſ. Alex. conſ. 133. verè crudelis, col. 1. verſ. & ſi forte, lib. 4. & ipſe Alex. cõſ. 125. viſo ꝓceſſu, col. 3. verſ. præterea poſito, lib. 7. Fran. Aret. conſ. 72. præſupponitur, col. 2. & Franc. Curt. Sen. conſ. 9. Ticinẽſi ſtatuto, col. antepe. & conſ. 64. antiquiſſima, col. 16. verſ. ad tertiũ. & Corn. conſ. 55. pro deciſione, col. antepe. in fi. lib. 1. & conſ. 26. videtur dicendũ. col. vlt. lib. 4. & conſ. 177. circa quod, ante fi. eo. lib. 4. & Soci. conſ. 224. præſens conſultatio, col. 8. verſ. 4. ad idẽ, lib. 2. vbi ex hoc colligit, quod remanet agnata, & ſua. & Io. Crotus in repet. l. frater à fratre, in 16. q. ff. de cond. indeb. & Doct. vbique. Nam nec filius ipſe familiàs per matrimoniũ liberatur patria poteſtate. l. inter. §. filiusfa. & l. marito. §. cæterùm. & l. filiumfamil. de adult.

¶ Niſi tamen, quantùm ad filiam, in duobus, videlicet in concubitu, quem carnis debitum noſtri vocant, & in operis: in quibus de iure Ciuili vxor eſt in poteſtate mariti, nõ etiam patris, vt voluit gl. in d. l. ſi vxorem. & in d. §. 1. & ibi quoque Ang. Aret. Inſtit. de S. C. Tertul. per tex. in l. ſicut. ff. de oper. lib. & gl. in c. quod Deo. 33. q. 5. & Bar. in d. l. 1. ff. de iniur. idem Bar. Imo. Pau. Caſt. in d. l. rei iudicatæ, iun. l. ſeq. ff. ſol. mat. Bal. in l. aſsiduis, col. 2. in fi. C. q pot. in pign. hab. & in c. 1. verſ. q̃ro vtrũ vxor, tit. an marit. ſucce. vxor. in benef. Pan. in d. c. literas, col. pe. de reſti. ſpol. & in c. literis, in fi. de teſtib. & in c. illud, col. 9. ver. ad propoſitum, de præſum. & in d. c. mulieres, de ſent. excom. Io. Ana. in c. cùm cauſſa, col. 2. verſ. nota ꝙ contradictio, de rapt. & Ant. à Prat. in d. conſ. 133. vbi luculẽtiſsimè diſſerit, de quibus operis hoc intelligi debeat. Et Franciſc. Curt. Senior, d. conſ. 9. vbi ſuprà. 2 *Niſi in cõcubitu & operis.*

¶ Dicit autem Io. Fab. in d. §. 1. Inſtit. de S. C. Tertul. ꝙ ex conſuetudine Francię vxor trãſit in viri poteſtatem, quamuis etiam remaneat in patris poteſtate. idem verò Fab. in §. 2. col. 2. uerſ. quid ſi uir, Inſtit. quod cùm eo. dicit ſimpliciter, ꝙ in partibus Frãciæ uxor eſt in ptãte uiri, nulla de patris ptãte facta mentione. Et idẽ dicit in l. 1. C. de bon. mat. & in l. non ſine. C. de bon. quæ lib. 3 *Vxor Gallorũ legibus in poteſtate viri.*

Atqui ex nr̃a cõſuetudine, ut hic ſcribit̃, uxor eſt in ptãte uiri, dũtaxat à pr̃is, ſ. ptãte ꝑ mr̃imoniũ liberata. Cuius ẽt cõſuetudinis, qualis hic eſt, meminit Maſuer. non oĩno malus autor, ĩ tit. de iniur. § itẽ filia uxorata, & ĩ tit. de dot. & mat. & itẽ de cõſuetudine uxor. & ĩ tit. đ p̃ſcri. 4 *De cadẽ re.*

ſ. itẽ & ꝓ iſta parte, & in tit.de poſſeſ.§.itẽ maritus.vbi tñ huiuſmodi cõſuetudinẽ nõ ita ſimpliciter dicit diſponere, ſed tum demùm, cùm maritus eſt ſui iuris: tanquã ſcilicet (vt id illi addas) alium non poſsit habere in ſua ptãte, qui ipſe ſuæ ptãtis nõ eſt.l.ſi eueniet. ff.de adult.

5 *Longobardorum legibus vxor in poteſtate viri.* ¶ Et eſt ſimilis (vt redeamus) apud Longobardos cõſuetudo, vt expreſsim ſcribitur in l.1. & l.pen.& l.vlt. tit.quali.mulie.libe.alie.permiſ.eſt, & refert gl.in l.velles. C.de reuoc.don. & ibi quoque Bal. qui dicit ꝙ hoc iure vtũtur in multis locis, & per ſtatuta locorũ: & idem Bal. in l.ſi inuita.C.de nupt.& ĩ d.c.1.& ibi ẽt Card.Alex.tit. an marit.ſucced.vxo. & ipſe Bal.cõſ.139. cuius exordiũ eſt, ſtatuto cõis Aſsiſij, in fi.li.5.& Alber.in d.l.ſi vxorẽ. C.de cõdi.inſer.& Fely.in d.c.illud, ĩ prin.de præſumpt.

6 *Gallorum vetus mos in eare.* ¶ Et ſanè hæc Franciæ conſuetudo, fortaſsis è curriculo, vt alia pleraq;, à veteri Gallorũ more defluxit, quẽ huiuſmodi fuiſſe Cæſar lib.6. Cõment. refert, vt viri in vxores ſicuti in liberos, vitæ neciſq; haberent poteſtatẽ. Enimuerò quemadmodũ ea vetus parentum in liberos poteſtas crudelior quidem atque acerbior, iure eſt coercita Romanorũ legib.l.in ſuis, in fi.ff.de lib.& poſth.& l. vlt.C.de patr.poteſt.& gl.vtrobique, & facit l. inauditũ. ff. ad leg. Cor.de ſicar. & l.diuus.ff. ad legem Pomp. de parrici.illudq; ſolùm ſupereſt, vt filius in ptãte patris ſit, citra vitæ neciſq; arbitrium. C.tit.proxime allegato, per totum. Ita ẽt (vt oĩa fermè ad vſum clemẽtiorem humanioremq; redacta ſunt) virorum in vxores vetus illa poteſtas in ea ipſa re imminuta eſt, vt ſ. non liceat viro vxorem impunè interimere, ac ne caſtigare quidem, niſi moderatè, vt infrà dicetur. Sed quod de filijs leges ſanxerũt, id ẽt in vxoribus noſtra conſuetudo ex veterum more reliquũ fecit, vt eſſent in virorum poteſtate, remoto necis arbitrio. *Queritur de quodã huius plagiario.* Quem locum, & alia pleraque è primis illis noſtris Legibus Connubialibus quiſpiam in ſua Topica fermè ad verbum tranſpoſuit, vir ſanè & legum, & artiũ humanarum peritiſsimus, ſed hac in re mihi parũ ęquus, qui nomẽ meum vbiq; ſuppreſſerit: id quod libens diſſimulaſſem: ſed veritus ſum, ne qui libellum illum noſtrũ primùm anno 1513. ac iterum anno 1516. rurſum 1524. impreſſum non viderunt, exiſtiment hæc loca illi me contrà ſurripuiſſe, cuius Topica nõ niſi anno 1520. primùm impreſſa ſunt. Sed ad rem ipſam reuertamur.

7 *Hebræorũ legibus vxor in viri poteſtate.* ¶ Hic mos quoque apud Hebræos ex lege Moſaica fuiſſe vr̃, vt matrimoniũ filias à parẽtũ poteſtate dirimeret, transferretq; eam in viros, vt facilè colligi põt ex eo quod ſcribitur Leu. c.21. quo vetabatur ſacerdos cõtaminari in mortibus ciuium ſuorũ, niſi tantùm in conſanguineis & propinquis: id eſt, ſuper patrẽ, matrẽ, filiũ, filiã, fratrẽ quoq;, & ſororẽ virginẽ, q̃ nõ eſſet nupta viro. Et cap. ſeq. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quę ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur. Cuius rei rationem adijcit, non oĩno contẽnendus interpres Nicolaus Lyrenſis, quoniam ſcilicet non iã eſſet in patris poteſtate, & familia. Quod & ipſum expreſsim ſignatur Nume.30. cap.vbi ſi filia nondũ nupta aliquid vouiſſet, tum demum ex voto obligabatur, ſi pater vel conſenſiſſet, vel tacuiſſet: nupta verò, viro aut cõſentiente, aut diſsimulante. quod & ad poteſtatem viri in vxorem, trahit Diuus Auguſtinus libro Quæſt. ſuper Num.4.c.59. & repetitur in Decretis canonicis, in c.manifeſtum, &c.voluit.33.q.5.

8 *Naturæ legibus vxor in poteſtate viri.* ¶ Quinetiam illud affirmare aſſeueranter audeo, longò ante interuallo, q̃ leges Moſaicæ latæ eſſent, veluti lege naturæ idipſum inſtituente, filias poſteaq̃ deſponſatę fuerant non permanſiſſe amplius in parentum poteſtate. Quod eo teſtimonio probauerim, ꝙ cùm de Rebeccæ nuptijs tractaretur, illa neutiquam in conſilium admiſſa eſt: ſed veluti inſcia, non inuita tamen, verùm parentum votis obſecũdãs, ab illis nuptui traditur. At poſteaquàm deſponſata fuit, de profectionis die à parentibus conſulitur: veluti iam eorum poteſtatem egreſſa, quod ſcribitur Gen.24.c. & à D.Ambroſ.annotatĩ in lib.de Abraham Patriarcha, in c.vlt. & in c.honorantur.32.q.2.

9 *De eadẽ re.* ¶ Ab eo autẽ, quod de lege naturæ diximus, nihil omnino abeſt, quod tradit Diu.Auguſtinus. in c.caput, in fi.33.quæſt.5. Fœminas viris ſuis ſeruire communi lege naturæ. Et in lib.1.de nuptijs, & concupiſcentia, ad Valerium, c.9. Nec dubitari, inquit, poteſt, naturali iuri viros potiùs fœminis, quam viris fœminas principari. Et in Epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios, c.65. Fœmina, inquit, viro ſubiecta eſt lege naturæ. Apud Græcos autẽ commendatur ille verſus ſenarius Alexidis in ea fabula, cui titulus eſt, γυναικοκρατία, citante Athenæo, lib.3.

Γυναικὶ δ᾽ ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις.

*Natura non ſinit præeſſe fœminam.*

*Bruta quęque idipſũ ſequi.* Et huic quoque rei teſtimonio ſũt, bruta aĩalia, quæ velut idipſum dictante natura, ita viuunt, vt mares imperẽt fœminis. Nam Plin.lib.4.c.3. loquẽs de Hyænis, Mares, inquit, ſingulis fœminarum gregibus imperitant.

10 *Lacedæmoniorum in ea re mos.* ¶ Sed & illud apud celebratiſsimos Græcorũ populos Lacedæmonios obſeruatum fuiſſe coniecto, vt filia tantiſper in poteſtate patris eſſet, dum cęlibẽ vitam duceret: ſtatim verò quàm matrimonio fuiſſet mancipata, viri ſubiret poteſtatem. *Lacænæ dictum.* Huiuſce autem rei coniectandæ anſam præbuit dictum Lacænæ à Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis relatum: quæ cùm interrogaretur, an ſe vitiandam concederet, reſpondit, Equidem cùm puella eſſem, didici parere patri, & hoc egi: mulier autẽ viro. Huic ergo, ſi iuſta rogas, manifeſtũ facias primùm.

11 *De eadẽ re.* ¶ Quanquam illud non me latet, fuiſſe pleroſque, qui ſcriptis tradiderunt, Spartanas mulieres viris ſuis dominari ſolitas: quod & ex Ariſtotele licet deprehendere lib.2. Politicorum, cap.7. & confirmat Plutarchus in Lycurgo, referens Lacedæmonios vxores heras vocare ſolitos. Sed hoc, ut infrà dicemus, cõmune omniũ Græcorum fuit. Subdit autem poſt pauca Plutarchus, ꝙ cùm peregrina quæpiam mulier Gorgoni Cleomenis regis filiæ, Leonidæ autẽ uxori diceret, μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὦ Λάκαιναι, id eſt, Solę uiris imperatis, ò Lacęnæ: rñdit, μόναι γὰρ τίκτομεν ἄνδρας, id eſt. Solæ eñ uiros parimus. Quod ẽt recẽſet in Apophthegmatis Laconicis nõ ſemel. Qui & ipſe in comparatione Lycurgæ & Numæ Pompilij, tradit Lacedæmonias mulieres audaciores, & in ipſos uiros in primis uiriles. Et hoc quidem, ut reor, mouit Ariſtotelem, ut diceret libr. 1. Rhetoricorum ad Theodecten, c.5. malas fuiſſe Lacedæmoniorum mulieres, ideoq; eos media propè fęlicitatis parte priuari.

12 *Vxor legibus mariti ſubeſt.* ¶ Sed quocunque ſe modo res hæc habeat, ab hac noſtra conſuetudine non admodũ abludit illud Euripidis in Danaem apud Stobæum, Serm.71.& iterum 75.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων,
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

*Mulier enim egreſſa paternam domum,*
*Non amplius parentum eſt, ſed mariti.*

Et illud quoque Quintiliani, aut eius, ut plerique exiſtimant, qui de Oratorijs inſtitutionibus elegantiſsimè diſſeruit, declamatione 259. Virgo pertinet ad patrem: tamen nupta pertinet ad maritum. Accedit quoque id, qđ Plato, aliàs muliebrium uirtutum admirator, uiros tamẽ fœminis, tanquam gregi cuſtodes, prẹfecit, ſtatim circa initia li.5.de Repub. Cui accedens diſcipulus ipſius Ariſtot.Poli.lib.1.capite 8. Vir quidem, inquit, uxori præeſt & filijs, tanquam liberis quidem ambobus, ſed non eodem imperij modo: ſed uxori quidẽ ciuiliter: filios autem regit: maſculus enim, quàm fœmina principalior eſt. Et idem lib.2. Oeconomicòn, c.1. Exiſtimare autẽ, ait, debet mulier uerè compoſita, mores uiri eſſe legem uitæ ſuę impoſitam ſibi à Deo. Cui finitimum eſt illud Diui Pauli ad Rom. 7. rurſumq; prioris ad Corinthios 7. Mulier quanto tempore uiuit uir eius, alligata eſt legi ipſius.



ipſius. Quod & repetitur in cap. ſicut alterius.7.q.1. & in c.additĩ.27.q.2.& in Sũma.33.q.1.atq; alijs cõplurib. locis, ex quib. cõſtat, eſſe in uiri arbitrio, legẽ, quã uelit, modò ſit honeſta, uxori imponere. Ad quod & illud ꝑtinet Homeri lib.9. Odyſſeæ, de Cyclopibus loquentis. *Cyclopes.*

—— Θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ᾽ ἀλόχων.——

Id eſt,

—— *Ius quiſque miniſtrat*
*Progenitis ac vxoribus.* ——

Quem locum citat Ariſtoteles lib. Politic.1. c.item primo: & lib. Ethicorum 10. c.9. atque etiam Plato lib.3. de Legibus. Inter multas Pittaci Mitylenæi, unius ex ſeptem ſapientibus, aureas ſententias, illo nõ poſtremo loco, habẽda, γυναικὸς ἄρχε, id eſt, uxori dominare. Refert Cornelius Tacitus in libr.de Moribus Germaniæ, apud Sithones fęminas dominari: In quo (ut ille ait) non modò à libertate, ſed etiam à ſeruitute degenerant. *Sithones.*

13 *Vir iudex vxoris.* ¶ Quid, ꝙ apud priſcos Romanos vir de coniugis capite & fama cũ ꝓpinquis iudicabat? Cuius rei teſtis eſt locupletiſsimus Corn.Tacitus, li.13. Romanę hiſtorię, cũ inquit: Põponia Græcina, inſignis fęmina, Plãcio, q ouãs ſe de Britãnis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea, mariti iudicio permiſſa: iſq; priſco inſtituto, propinquis corã de capite famaq; cognouit, inſontẽq; ꝓnũciauit. Dionyſius quoq; Halicarnaſſæus li.2. Cognati, inquit, ſimul cũ uiro de his iudicabant, in quibus erat uiolata pudicitia. De quo etiã aliq̃d Liuius 4.decad.li.9. quo in loco de Bacchanaliorũ abrogatione loquiĩ, cuius hæc verba ſunt: Mulieres dãnatas cognatis, aut in quorũ manu eſſent, tradebãt, ut ipſi in priuato animaduerterent in eas. & Valerius Maximus libr.9.tit.3. quo loco loquitur de Spurio Poſthumo Albino, & c. ſeq. Suetonius in Tiberio, c.35. Id autẽ ex lege Romuli erat, cuius hæc uerba ſunt: ADVLTERII CONVICTAM VIR, ET COGNATI, VTI VOLENT, NECANTO. Et ad hunc quoq; morem antiquũ reſpicere uidetur Calliſtus in d.cap. ſicut alterius. 7 q.1. cùm dicitur: Sicut alterius uxor nec adulterari ab alio, nec iudicari, niſi à ꝓprio uiro permittitur. &c. Vbi tamen gl.huius moris inſcia, illud trahit ad correctionem, de qua poſtea dicemus.

14 *Vxores viros dominos vocare debent.* ¶ Adde, quòd Diuus Ignatius, Ioãnis Euãgeliſtę diſcipulus, in ea Epiſtola, quã ad Antiochẽſes ſcripſit, Mulieres, ait, honorificant uiros ſuos ſicut carnẽ ſuã: & nõ audeant eos proprio nomine uocare. Hæc ille. Sed quònam igitur nomine (inquies) illos uocabũt? Id certè nos docet Sara illa ſancta mulier, de Abraham uiro loquens Dominus, inquit, meus, uetulus eſt, ut ſcribitur Gen.18. c.& repetit Diuus Petrus in ſua prima Epiſt. Canonica aut potius catolica, ut Latinum Græco reſpondeat, c.3. his uerbis: Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperãtes in Deo, ornabant ſe, ſubiectę proprijs uiris, ſicut Sara obediebat Abrahę, dominũ eum uocans. Hęc Petrus. Ex quo D.Chryſoſtomus in Epiſtol.1.ad Corinthios, Homil. 26. Priſcę, ait, illę mulieres, uiros ſuos dominos uocabant. Quid & Berſabee Dauid maritum dominum uocat, & ſe ancillam illius, 3. Regum, c. primo. Quibus adſtipulatur & illud Virgilianum, lib. 4.Æneid.

—— *Connubia noſtra*
*Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.*

Cuius loci autoritate fretus Marcellus, uir in ꝑſcrutandis nominũ ꝓprietatibus admodũ diligẽs, ſcribit, dominũ ꝓ marito aliquãdo accipi. In quo etiã ſignificatu poſuiſſe quibuſdã uideĩ Imperator Diocletianus, in l.ſi liqueat, ibi ſi cõſentiẽte domino. C.de inoffic.donat. quã ad id nuncupatim not.Sal. Quãquã nihil huc, ut reor, ptinet. Nã ibi, Dominus, diciĩ reſpectu rerũ donatarũ, quarũ ſcilicet maritus erat dominus, nõ autẽ reſpectu uxoris. Sed, qđ in cõfeſſo eſt, Dominus, pro marito ponitur in ſacris literis, Iudicum c.19. cùm ſcribitur: At mulier, recedẽtibus tenebris, uenit ad oſtium domus, ubi manebat dominus ſuus. Ibi enim haud dubiè de marito loquitur. Huc, quoque alludit illud Ouidij, ſi ipſius eſt, in Epiſtola Acontij ad Cydippen:

*Elige de vacuis, quam non ſibi vendicet alter:*
*Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.*

Plutarchus autẽ in eo li. cui titulum nuncupauit, In principe requiri doctrinam, ſcribit, Perſarum regem cæteros omnes pro ſeruis habere, prẹter uxorem: cuius tamẽ conueniebat maximè eſſe dominum.

15 *De eadem re ex Iuriſcõſultis et alijs.* ¶ Quæ cùm ita ſint, eas ꝓinde prudẽtiſsimas fuiſſe arbitror fœminas, quarum altera ad maritũ ſcripſit, in hæc uerba: Cùm petẽti mihi à te, domine charißime, &c. ut à Iuriſconſ. noſtro relatum eſt, in l.ea quæ.in prin.ubi Bal. no.ff.de dona.inter uir.& uxo. Altera quæ marito hęres extiterat, ita teſtamẽto cauit apud Iuriſcõſ. in l.Lucius. §.quæ marito.ff.de le.2. Mæui, & Semproni, dilectiſsimi filij, præcipitote, oẽ, quicquid ex hæreditate bonìſue Titij, domini mei patris veſtri, ad me ꝑuenit. Et iterũ paulò poſt: Nec nõ ẽt, ſi quid poſt mortẽ Titij domini mei ſolui, agnoſcatis. quẽ tex.ad hoc no.Bal.ibi, & Alb.in l. aduerſus.C.de cri.expi.hęr. Et admodũ fallor, niſi & ita quoque accipitur in l.vxorem.§.teſtamento.ff. de leg.3. quãuis aliò trahi poſsit. Nec ſilẽtio ꝑtereunda eſt Lucretia, quæ apud Ouid.libr. 2. Faſt. de marito loquens, ait:

*Mittenda eſt domino (nunc nunc properate puellæ)*
*Quamprimùm noſtra facta lacerna manu.*

Neq; Matidia Diui Clemẽtis mater, quæ Fauſtinianum maritum, dominũ quoq; vocat apud ipſum Clemẽtem, li.recognitionũ. 9.c.ul. Neq; Diua Natalia, quæ D.item Adrianum maritum, dominum quoq; appellabat: ſi tamen in ea re ſatis tuta eſt Iacobi, quem de Voragine uocant, autoritas.

16 *De eadem re. Megiſtonæ dictum memorabile.* ¶ Non immeritò igitur Plutarchus, autor grauiſsimus, in eo libello, cui titulus eſt, De claris mulieribus, laudat Megiſtonam Timoleontis vxorem, quæ Ariſtotimo Elienſium tyranno, præcipiẽti captiuis mulieribus, in quarũ numero & ipſa erat, nuncios cum literis ad maritos, qui Elidem obſidebant, mittere, eoſq; vt obſidionę deſiſterẽt, rogare. alioquin ſe paruos natos in earum cõſpectu priùs, ipſas deinde omnes verberibus cæſas interfecturũ minitabatur: talibus uerbis reſpondit: Si quid in te uirilis prudẽtiæ aut cõſilij reſideret, nõ utiq; mulieres iuberes, q̃ facto opus eſsẽt, ſuis uiris prẹſcribere: ſed nos ad ipſos, tanq̃ dños noſtros, permiſiſſes proficiſci.

17 *Vxores quæ viris dominantur, vituperantur.* ¶ Sed ſicut Sara, Berſabee, Lucretia, Megiſtona, quę ſe ultro maritis ſubiecerunt, eos, ut diximus, dominos uocãtes, ſunt ob id plurimùm laudandæ: ita ſunt acerrima reprehenſione digniſsimæ, quæ è diuerſo ſibi laudi aſsignant, ꝙ maritis præſint, ꝙ illos non habeant dominos, ſed ne pares quidem, quòd illos contẽnant atque deſpiciãt, nullam omnino eorum habentes rationem. Nã (ut idem Plutarchus in lib. cui titulũ fecit, γαμικὰ παραγγέλματα, id eſt, connubiales admonitiones, ſcribit) locupletes & principes, cũ honori Philoſophos habent, & ſemetipſos ornant, & illos. At Philoſophi, cũ obſeruãt opulentos, haud quidem illos clariores, ſed ſe ignobiliores faciũt. Hoc etiã vſu euenit mulieribus, cùm ſeſe viris ſubijciunt atq; obtẽperant, laudem conſequuntur. Cùm uerò prẹeſſe uolunt, magis eas dedecet, q̃ eos, qui ſubijciuntur. Scitum eſt & illud Euripidis in Oedipo: Vxor, quæ ſapit, uiro inſeruit: quæ non ſapit, eum ſpernit.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.
Ἡ δὲ μὴ σώφρων, ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ᾽ ὑπερφρονεῖ.

Et illud Philemonis apud Stobæum, in Præceptis Connubialibus:

Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον᾽ εἶναι τἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ὑπήκοον.
*Bonæ vxoris eſt, o Nicoſtrata,*
*Non imperare viro, ſed obedire.*

Nec minùs memorabile eſt, quod tradunt ſacræ literæ, Vaſthi reginam Aſſueri mariti mandatum, ut ad ſe ueniret, contempſiſſe, ob idque fuiſſe repudiatam, ut hinc diſcerent cunctæ uxores & maiorum & minorum, maritis ſuis deferre honorem. ut ſcribitur Heſter. 1. c.

18 *De eadē re.*

¶ Qui locus me ſubmonet, ut mulieres commonefaciā, ut ſi ſe ab hominibus honorari cupiant (cupiunt autem maximè, ut alibi dicemus) maritos in primis honorent, ſibiq; dominari facilè patiātur, nec moleſtè ferāt. Sciant, maxima ex parte omnem ſuum honorem atq; dignitatem ex honore dignitateque uirorum pendere. Vix enim vxor honorabitur, niſi & apud homines maritus in honore, pretio, exiſtimatione fuerit. Sunt certè uxores uel honoris uel dedecoris, & cuiuſcūq; conditionis maritalis ferè participes, ut quotidie uidemus, & leges noſtræ apertè comprobant. l. fœminæ. ff. de Senat. & l. cum te. & l. vlti. C. de nupt. & l. vlt. C. de incol. lib. 10. & l. 1. & l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & in auth. de conſul. circa medium, cum multis ſim. Idq; ex legibus antiquis, quando apud Liuium li. 10. ab vrbe condita, Virginiam Auli filiam Patritiā Volumnio plebeio nuptā, matronæ ſacris Pudicitiæ Patriciæ arcuerunt, tanquam ſ. deſiiſſet eſſe Patritia, quæ plebeio nupſerat. Idq; adeo procedit, vt filia naturalis efficiatur legitima, ſi legitimo viro nupſerit, ex Ang. ſententia in §. quod verò, in authen. qui bus modis natura. efficiuntur ſui. Ideo dicit gl. in l. 1. C. de in ius vocā. quod vxor propter maritum honoratur.

*Vxores honoris ac dedecoris maritalis participes.*

19 *De eadē re. Viri qui vxorib. ſubſunt pro vilibus habētur.*

¶ At viri, quibus vxores dominantur (quorum vt id trāſeunter attingam, magnus eſt numerus, vt dicit Cyn. in l. 2. C. de teſt. Cui concinens Hoſt. in Summa. ti. de iureiu. §. quomodo cenſeatur, ver. ſed cùm metus, tradit multas fœminas eſſe, quæ maritos verberant) hi igitur (vt repetā) omnibus ſunt contemptibiles, pro vilibusq; & abiectis habentur, vt è noſtris quoq; annotauit Alex. conſ. 156. viſo proceſſu cauſæ vertētis inter Apolloniā, col. 3. verſ. ſecundò reſpondeo, li. 5. Et Pet. à Bel. Pert. in l. curatorem. C. de inter. matr. miſerrimos eos eſſe dicit, qui vxoribus obedire coguntur. Sed & ibi Cyn. maritos veluti deridet, qui cùm ex Diui Hieronymi, imò, Diui Pauli ad Epheſios 5. c. ſententia, vxores diligere, non autē timere: ab illis verò diligi, & timeri debeant: ſunt tamen adeò miſeri & gallinacei (ita enim loquitur) vt non audeāt inuitis ſibi vxoribus extrahere ſarabulas, vt ipſe ait, & poſt eum Bal. ibi, qui hos quoque maritellos voc. & Ang. in l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid. Itaq; Eſaias maximus Prophetarū (Dauid ſemper excipio) veluti in maximum Iudæorum vituperium, de illis ſcribit in 3. c. Mulieres dominatæ ſunt eis. Nam (vt Democrates teſtis eſt, aut Democritus) vti eum citat Stobæus Serm. 72. & Maximus Philoſophus, idemq; Martyr, locorum cōium ca. 39. (niſi vtrobique mendum ſit) ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. id eſt, à muliere dominari, ſummum eſt viro dedecus. Id quod etiam Philoni tribuit Antonius Monachus, Meliſſę, Tom. 2. Serm. 34. Quibus conſonat illud Euripidis in Electra:

Καίτοι τόδ' αἰσχρὸν προστατεῖν τῶν δωμάτων
Γυναῖκα, μὴ τ' ἄνδρα.——

Quo ſignificatur, turpe eſſe, vxorē domi præſidere, non virum. Sed & hæc eſt (vt illud addas) ſumma ſeruitus. Quandoquidē mulier, ſi primatum habeat, contraria eſt viro, vt atteſtatur Eccleſiaſticus 25. c. Adde itē, & ſumma miſeria. Nam, ut ſcribit Auguſt. in lib. de Cathecumenis rudibus, & reaſſumit Beda in 1. ad Corint. 2. cùm fœmina dominatur in uirum, peruerſa & miſera domus eſt. Scribit Iuſtinus lib. 32. quòd cùm Daci cum Oloro rege aduerſus Baſtarnas malè pugnaſſent, ob ultionē ſegnitiæ, iuſſu regis coacti ſunt miniſteria uxoribus quę ipſis antea fieri ſolebant, facere. Neq; id antè mutatū fuiſſe, quàm ignominiam bello acceptam uirtute delerent. Plutarchus in præceptis Connubialibus, cap. 5. quæ malunt, inquit, ſtolidis uiris imperare, quàm parere ſapientibus, ſimiles illis ſunt, quæ ducere potiùs uolunt cæcos, quàm intelligentia uiſuq; præditos ſequi. Ex quibus illud confiteri neceſſe eſt, ut ſi huiuſcemodi uiri uxorum imperio parentes, cæteris ſunt contemptui, & uxores quoque eorum fore contemptibiles.

20 *Vxorū viris obediētium laus.*

¶ Cōtrà uerò, illas eò honoratiores futuras, quò magis uiros honorauerint, uel teſtimonio diui Hieronymi, aut (ut Eraſmus putat) Paulini Nolini ad Celātiam, de ratione rectè uiuendi, ubi ita ſcribit: Præcipuè autem in cōiugio uenerabili atq; immaculato, apoſtolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis viro autoritas ſua, totaque à te diſcat domus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum obſequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonſtra: tantò ipſa honoratior futura, quantò illum amplius honoraueris. Caput enim (vt inquit Apoſtolus) mulieris eſt vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quàm ex capitis dignitate. Quibus etiam adſtipulatur ille Mimus Senecæ, niſi ſit Publij Syri (quod multi aſſerunt) aut alterius:

*Caſta ad virum matrona parendo imperat.*

Quo planè ſignificatur, eam matronam tum demum imperare, ac veluti in ſublimi loco eſſe, cùm viro paret.

21 *Diuinis legibus vxor viro parere debet.*

¶ Quid, ꝙ verbum Dei O. M. mulierem alloquentis Gene. 3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Et diui Petri in 1. epiſt. ca. 3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis. Quod & vſurpauit Paulus, qui adusque tertiū cœlum raptus eſt, ad Epheſios 5. & repetit ad Coloſſenſes 3. Cuius rei rationem adijciēs in ipſo capite quinto, ad Epheſios, Quoniam (inquit) vir caput mulieris eſt. Quod & ipſum prius dixerat, priore ad Corinthios vndecimo, & reperitur in c. 1. extrà de frigidis & maleficiatis. & in c. non mœchaberis. 32. q. 5. & fermè per totum. 33. q. 5. & alibi ſæpè. Et ob id fœminæ, dum maritantur, velari ſolent, vt ſe nouerint ſemper maritis ſuis eſſe ſubditas, c. fœminæ. 30. q. 5. & in c. mulier. 33. q. 5. Et alibi, Quæcunque mulier ſibi comam amputauerit, quā Deus ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſolués ius ſubiectionis, anathema ſit. dicit text. in ca. quæcunque. 30. diſt. quem facit ſing. Roma. ſing. 596. eſt nunc Florentiæ. Idq; dicit menti tenēdum Matth. ab Afflict. in c. 1. §. rurſus, in fi. tit. quæ ſit pri. cau. bene amit. Super quo feſtiuiter ſimul & venuſtè dicit Gul. à Mō. Lau. in Cle. cùm ex eo, in verbo, continentes. & ibi poſt eum Cald. in 1. oppo. de ſenten. excom. quòd Canon vetuit, ne mulieres comam amputarent, vt mariti quicquam in eis inuenirent, vn̄ poſſent uxores trahere & ligare. quod not. ad id quod paulò mox ſubijciemus. Illud tamen obiter dicemus, apud Arimphæos, fœminas æquè ac mares comā tondere, vt tradit Solinus c. 37. Sed, vt redeamus, eā quā ſuprà diximus, fortè mouerunt Bal. vt diceret in c. 1. ti. an mariti ſuc. vxo. vxorē eſſe in poteſtate viri de iure canonico: quod & idem dicit Albe. in l. ſi vxorem. C. de cond. inſer. & in l. aduerſus. C. de cri. exp. hære. Porro Diuus Augu. Hom. 43. de fœminis loquens: Nulla, ait, ſit in vobis proteruitas, nulla ſuperbia, non contumelioſa ceruix, non aliqua inobedientia: prorſus tanquam ancillæ ſeruite. Idem in D. Ioannem tractatu 2. illud interpretans: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, &c. Ponitur (ait) caro pro vxore, quemadmodum & ſpiritus aliquando pro marito. quare? quia ille regit, hæc regitur. ille imperare debet, iſta ſeruire. Nam vbi caro imperat, & ſpiritus ſeruit, peruerſa domus eſt. Quid peius domo, vbi fœmina habet imperium ſuper virum? Recta autem domus, vbi vir imperat, fœmina obtemperat.

*Fœminæ comā amputare nō debet, & quare.*

*Arimphæorum fœminæ.*

*Vxor de iure Canonico in viri poteſtate eſt.*

*Caro pro vxore. Spiritus pro marito.*

22 *Vir poteſt vxorē moderatè caſtigare.*

¶ Ex hac autem viri in vxorem poteſtate illud proficiſcitur; quòd hanc ille poteſt ex cauſa moderatè caſtigare, vt voluit gl. in l. & ſi quemcunque. §. vlt. in fi. ff. ad leg. Aquil. & gl. in auth. vt liceæ matr. & auiæ. §. quia verò

quę-



quædam mulieres, in verbo, ſufficere, & gl. vlt. & Doc. in c. quemadmodum, extrà de iureiu. & gl. in §. criminis. in verbo, ſeruum. 25. diſ. & in c. cùm beatus. 45. diſt. & c. ſicut alterius, vbi & Arch. colum. vlt. 7. q. 1. & in c. nullus clericorum. 17. q. 4. & in §. in hoc, in gl. vlt. & in c. placuit. 33. q. 2. & in c. hæc imago, in verbo, & penè famulas. 33. q. 5. & Alber. Gand. in tract. maleficiorum, tit. de pœnis reorum, col. ult. & Bal. in l. filius. C. de patr. poteſt. & in l. nec patronis. C. de ope. li. & conſ. 176. Cecilia receſſit à Franciſco, in prin. lib. 1. Lucas Pen. in l. qui cunque, col. 2. & iterum 3. C. de mili. lib. 12. Sig. Homo. conſi. 63. Titius calce percuſsit. in princ. Anton. in c. cū contingat, col. 2. & ibi etiam Panor. col. 6. de foro competent. Idem Pa. in c. ex tranſmiſſa. poſt princip. de reſt. ſpolia. Rom. in l. 3. §. ſi cùm omnes, col. 2. ff. de S. C. Sylla. ſing. 4. incip. licet vxorem delinquentem. Card. Flor. cōſi. 9. in facto dominæ, col. 2. uer. ſimiliter ſi iudex. Cepolla in l. 1. §. ſed ſciendum, nu. 96. ff. de ædil. edict. & l. Marcellus, de uerb. ſign. & Ang. in tract. maleficiorum, in uerbo, admenauit, ante fi. & Alex. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. & in addit. ad Bar. in l. iubemus. C. de repu. Paris Pu. in tract. Syndi. in uerbo, captus illicitè, uer. officiales, nu. 3. Phil. Dec. in l. fœminæ, quæ eſt 2. col. 7. uer. 36. ff. de reg. iu. Et è Theologis Diuus Bonauē. in 4. ſen. diſt. 37. ubi etiam Richard. & alij. & Aſteſanus (iſtos enim & ſimiles aliquando, & nonnunquam etiam multò inferiores aduocamus, propter eos qui nullos alios libros legerunt) Aſteſ. igitur lib. 8. ſuæ Summæ, ti. 20. arti. 4. & Angel. Claua. in uerbo, uxor, uerſic. 3. Et ad hoc bonus eſt textus, in capit. duo iſta. 22. quæſt. 4.

23 *Sed clericus paulò ſeuerius.*

¶ Sed & clericus poteſt paulò ſeuerius uxorem caſtigare, ut dicit glo. in d. §. criminis, per tex. in d. c. placuit, per quem etiam text. aſſerit glo. d. c. queādmodum, & ibi quoque Panor. quòd clericus poteſt incarcerare uxorē. & in id dicit ipſe Panor. eum menti tenēdum: & deeclarat quomodo ſit intelligendum. & idem uoluit Zenzel. in Extrauag. Io. 22. incip. antiquæ concertationi, in uerbo, nouerit cōuenire, ad ſi. Guil. à Mont. Laud. & Card. Flor. in d. Cle. cùm ex eo. & Io. Fab. in l. 1. C. de priuat. carcere. & Rom. d. ſing. 4. ubi facit ſing. tex. & gl. in d. c. placuit. Io. Ana. in c. 2. poſt princ. extra de cler. percuſ. & Fel. in d. c. cùm contingat, in fi. de foro compet. Alex. in d. l. iubemus. Iaſ. in dicta l. miles. §. qui iudicati. & Dec. & Aſten. ubi ſupra. Hipp. Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem, col. 2. uerſic. limita quartò. ff. de quæſtio. Quæ res ueteri more legibus permiſſa eſt, quando Alexander Macedo apud Curt. libr. 7. criminibus ab Hermolao obiectis reſpondens, a maritis uxores uerberari, caſtigari, uti à tutoribus pupillos, ius eſſe tradit.

24 *De eadem re. Vxor an iniuriarū agere poſſit contra maritum.*

¶ Nec ocioſum eſt verbum, moderatè, à nobis ſuprà poſitum. Neuter enim, neq; clericus, neq; laicus, poteſt vxorem atrociter verberare, vt dicunt ferè omnes, quos allegauimus. Quòd ſi fecerit, poteſt vxor agere iniuriarum contra virum, ex quorundam ſentētia, quos refert Io. And. in addit. Spec. in rub. de iniur. verſi. eſt quæſtio de vxore; qui tamen ſubdit, ſibi probabilius videri, vt agat vxor actione in factum, vt fama mariti illæſa præſeruetur, per text. in l. 2. C. rerum amo. & in l. non debet. ff. de dolo. & l. ſi quis vxori. ff. de furt. quod dictum ſequitur, & dicit ſe nunquam alibi legiſſe, Alexand. in l. diuortio. §. ſi fundum, col. 4. ver. item inquantum. ff. ſolut. matr. refert & ita ſe Paduæ conſuluiſſe: & Catelli. Cot. in memoriali incip. actio iniuriarum, & iterum in memo. vxor atrociter verberata. Quin etſi vir vxorem atrocius verberauerit, ob idque vxor aufugiat, & adulterium committit, non poterit eā maritus accuſare, nec dotē ex vxoris adulterio lucrari ex forma ſtatuti, vt notab. cōſuluit Petrus Anch. conſi. 408. probata. Sequitur & cōmēdat Ang. Aret. in tract. maleficiorū, in verbo, *Che m'hai adulterato*, col. 11. & Io. Lup. in repet. rubr. de don. inter virum & uxorem. §. 20. col. 2. uerſ. idem eſt quando maritus. Sed de hac re iam ſatis. An autem honeſtum ſit viro vxorem verberare, dicemus poſtea.

25 *Vxor an quādo aliquid ſe ceſſe videatur metu, & reuerētia maritali.*

¶ Illud quoque ex ea poteſtate procedere videtur, ꝙ cùm mulier quicquam facit ſibi incommodū, marito verò commodum, id feciſſe præſumitur metu & reuerētia maritali, ideoq; ſibi non prejudicat. de quo, quia id recipit quaſdam declarationes, vide gl. & Doct. in l. 1. §. quę onerandæ. ff. quarum rerum acti. non dat. & gl. in c. plerique. 1. q. 7. & Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & in diſpu. incip. mulier habens magnum patrimoniū, col. 2. ver. 6. probo. & Bal. in l. ſi ſine voluntate, ad princ. C. ad Velle. & conſi. 293. factum ſic proponitur, col. 2. verſi. 2. opponitur, lib. 3. & Pano. in c. nonne, col. pen. de præſumpt. & in c. cùm contingat, in 1. not. de iureiur. Alex. conſi. 157. viſo inſtrumento, col. pen. lib. 2. & conſi. 16. ponderatis narratis, col. pen. lib. 3. & conſ. 102. ſuper eo, de quo quęritur, col. 4. verſi. item poteſt vltra ſupradicta, eo. lib. 3. & conſ. 144. an mulier, col. pen. lib. 5. & conſ. 88. viſo proceſſu, col. 2. verſ. & prędicta, & iterum verſ. nec etiam ad hoc, lib. 6. & Fran. Are. conſi. 24. quatuor dubia, in 2. dubio, & Barb. conſil. 38. omnipotentem, col. vlt. lib. 4. Ange. Are. in §. omnes autem, verſ. quadrupli, & ibi Iaſ. col. 7. verſi. & proxime dicta, Inſt. de act. & per Cano. tā antiquos, quàm recentes, in cap. cauſſam matrimonij, extra de offi. delegat. Philip. Dec. conſil. 232. dura admodum, col. 3. verſi. nec obſtat id, ſi dicatur.

26 *Vxor an teneatur viro lauare pedes, & alia id genus facere.*

¶ Itē & hinc prodit, quod dicunt Io. And. & Pan. in d. c. literas, ille, col. 2. in verbo, incertis, hic, col. pe. verſ. dicit Io. And. extra de reſt. ſpol. quòd vxor tenetur marito lauare pedes & caput, & parare cibos, & aliàs ſemper vel Phrygio ſeruire marito, vt vtar verbis Virg. li. 4. Aeneid. Quibus adſtipulatur illud Ennij:

*Ex in Tarquinium bona fœmina lauit, & vnxit.*

Aut, vt Seruius citat, libr. 6. Aeneid.

*Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.*

Quod de vxore intelligit Donatus in Hecyra Terentij, qui hinc vxores dictas putat, ꝙ maritos lauabant & vngebant. Nam & apud Thraces, vxores maritos lauāt, & miniſteria obeunt, vt teſtis eſt Heraclides in Politicis. Sed & coquinariam facere, & lectum parare marito tenetur, vt tradit Bened. Capra, conſil. 72. cùm viſo, col. 4. verſi. circa quod dicendum eſt. Nam & apud priſcos illos populos etiā regi vxor ſua coquebat cibaria, vt ſcribit Herodotus, lib. 8. non multum ante fin. Illud autem, ſcilicet lectum ſternere, ancillare munus erat, vt videre licet ex illo Homeri verſu lib. Odyſſeæ 20.

Ἡ μὲν δέμνι' ἄνωγεν ὑποστορέσαι δμῳῇσιν.

*Hæc quidem lectos iuſſit ſubſtinere ancillas.*

*Vxor vnde dicta. Thracum vxores lauāt maritos, aliaque miniſteria obeunt.*

27 ¶ Sed hæc tamen (ne id omittamus) limitat ipſe Panor. in d. ca. literas, niſi mulier eſſet nobilis, cui eſſet dedecori iſta facere, arg. l. interdum. ff. de ope. libe. quod & idē dicit Fely. in c. illud, col. 4. de præſump. & Phil. Dec. conſil. 202. vt præſens conſultatio, col. 4. verſic. nec obſtat, ꝙ talia. & Ant. Corſ. in tract. de pot. & excel. regia, quæſt. 30. in fin. & Io. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 31. nu. 2. & iterum, §. 50. col. pen. verſic. item præter copulam. Et è Theologis, non illis quidē doctis, Bapt. Saly. in ſua Sūma, in verbo, vxor, verſic. vlt. Quod tamen clanculum carpere videtur Barbat. in addit. Bald. in l. ſi vxorem, col. 3. C. de condit. inſert. ea videlicet ratione, quòd non debet fieri deterior conditio creditoris propter nobilitatem debitoris, niſi aliter eſſe iure cautū; de qua re diximus latius in tract. de Nobilitate, capit. 20, num. 94. ſimiliter licet vxori, & 8. ſequen.

28 *Vxor viri forum & domicilium ſequitur.*

¶ Illud etiam ex eodem fonte manat, ꝙ uxor mutat proprium, uiriq; ſortitur domicilium, atque forum, non vir vxoris. l. cùm quædam, & ibi no ff. de iuriſd. om. iud. & l. exigere. ff. de iud. vbi Bald. per illum text. dicit, quòd vxor trahitur ad aliud domicilium vi matrimonij, & l. ea

quæ.& l.vlt.item reſcripſerũt,mulierem. & ibi Bar.ff.ad munici.& l.vlt.C.de incol.libr.10.& l.1. C.de mulie. & in quo loco,eo.lib.10.& l.mulieres.C.de dign.lib.12.& not.Cyn.& Bal.in l.2. C.de iuriſd.om.iudic. vbi dicunt, ꝙ ita vir trahit vxorem ad ſuum domicilium,vt ea nullo pacto teneatur reſpondere in domicilio priſtino.& ipſe Bald.conſil.227.ſi quæratur,poſt princip.lib.3. & conſil.418.ſuper primo puncto,libr.4.& conſi.62. punctus talis eſt,Petrus de ciuitate.in 2.dubio,lib.5. Alber. in 2. parte ſtatutorum. q. 10. ſed quid ſi Veronenſ. Rapha. Cum.conſ.26.ad ſtatutum,in princip.Rom.in l.ſi conuenerit,col.2.verſi.nunc examinemus.& col.ſeq.verſic. ſed dubium eſt.ff.de iuriſd.omn.iud. Corn.conſi.26.videtur dicendum, col.vlt.lib.4.& Doctor.vbique. Quod & iuris antiqui fuiſſe probat illud Virg.lib.3. Aeneid.

*Et patrio Andromachen iterum ceſſiße marito.*

Nam,vt Scribit Seruius, eum locum ediſſerens, ſecundum ius loquitur: vxor enim domicilium viri ſequitur.

29 *Vxor ciuis ciuitatis viri.*

¶ Eſt item vxor eius ciuitatis ciuis,cuius & vir eſt,vt tenet gl.in l.ciues.& ibi Bar.Ange.in fi.& Io.Plat.col.2. C.de incol.lib.10.& Bar.in d.§.item reſcripſerũt,verſi. quæro vtrum vxor.Bal.conſ.139. ſtatuto communis Aſſiſij,col.2.verſi.2.eſt conſiderandum,lib.5. vbi pulchrè dicit, quod ea propriè dicitur eſſe ciuis eius ciuitatis, & comprehenditur ſub ſtatuto loquẽte de ciuibus, ſiue de his qui ſunt alicuius ciuitatis.Anto.conſil.25.viſa forma contractus,circa med.& Imo.conſi.73. in caſu propoſito,col.vlt.Fulgoſ.conſil.93.ad id de quo Roman.in d.l. ſi conuenerit, col.vlt.verſic.ſed nunquid. Paul.Caſtr.in d.l.cùm quædam,poſt princ.Ioan.Plat.in d.l.1.in princ. C.de mulie.& in quo loco,lib.10. Ang.Aret.in §.1.col. vlt. verſic.quæro an vxor,Inſtitut.de pat.pote.& Maria. Soci.conſi.36.rectè ac maturè,col.2.Corn.conſ.55.pro deciſione,col.antep.lib.1.& iterum conſi.81.primus cõſultationis articulus,col.5.verſ.ideò cum vxor, eo.lib.1. & conſil.202. circa præſentem,column.2.lib. item 2. & d.conſi.26.col.vlt.lib.4.& conſi.41.videtur in hac conſultatione,col.vlt.d.libr.4.Hinc apud Liuium,libr.1.ab vrbe condita, Romulus proclamat, vxores in ſocietate fortunarum,ciuitatisq́ue,& liberorum fore.

30 *Vxor eiuſdem originis vir.*

¶ Quin etiam eiuſdem eſt originis,vt uoluit glo.no. in l.origine.C.de municip.& orig.lib.10.quam ſequitur Bart.qui limitat,in d.§.item reſcripſerunt,verſi.ulterius quæro.Sequitur quoque & commendat Sign.Homo.cõſi.166.queſtio diſputãda,col.7.verſ.præterea mulier originaria.Bal.in ſua Margarita,in uerbo,mulier,ubi eã facit ſing.& in l.pen.in prin.col.1.uerſ.ſed quero ulterius. ff.de iuriſd.omn.iud. & in rub.ff.ſol.matrim.poſt princ. ubi illam dicit ualdè no.& per eam dicit,ꝙ per matrimonium uxor unitur marito,tanquam principaliori,mutatq́ue forma originis,adeo ut nõ poſsit in ſua originali terra conueniri:& cõſ.351.in bonis feudalibus,col.2.lib.1. ubi per illam dicit,ꝙ mulier per matrimoniũ mutat originem,quò ad forum iudiciale,& conſi.411.quidã Mediolanenſis, ante fi.eo.li.1.ubi eam pro notab.allegat,& conſi.456.Seia origine paterna, col.ult. uerſic.præterea quia iſta Seia,eodem li.1.ubi eam quoque dicit ſing.nec eſſe alibi, ad hoc, quòd origo uiri dat ius nouæ originis uxori,& conſi.310.ad euidentiam, col.ult.lib.3. ubi per eam dicit, ꝙ matrimonium mutat originem.ubi tamen id declarat,& conſ.439.ſuper primo puncto præmittendum eſt, col.2. uerſi.quæritur quid iuris,lib.4.ubi dicit, ꝙ nuptiæ habẽt uim originis:nam origo viri propter ſacramenti vnionem reputatur vxoris: quia vxor iungitur viro tanquam digniori: & eadem cõditio eſt vnitorum. allegat not. in d.l.origine.& conſil.100.conſiderato, ꝙ dicta domina Agnes. poſt prin.lib.5. vbi per illam gl.dicit,quod matrimonium huius naturæ eſt, vt transfundat originem vxoris, in originem viri.Id quod etiam ſubiũgit probari ex virtute vnionis, in qua id quod potentius eſt,trahit ad ſe, id quod minus dignum eſt,vt plenè legitur, & no.in cap.1.extrà,ne ſede vacante. ſed nulla maior vnio,quàm coniugalis,per quàm vir & vxor efficiuntur vna caro,& vna ſubſtantia in duabus perſonis, de iure diuino, quod conſiſtit in veritate, & non in fictione: & ideò propriè vxor, eſt effecta naturalis, & originaria communis ipſius mariti. Hæc Bald. qui & idẽ fere ſcriptum reliquit, conſi. 139. ſtatuto communis Aſsiſij,eo. lib.5.vbi ex hoc conſuluit, quòd ſtante ſtatuto Aſsiſij, vt nulla mulier ciuitatis Aſsiſij poſsit cõtrahere ſine præſentia viri:quamuis ſtatutum debeat ſtrictè interpretari, & in caſu vero, non ficto,per iura vulgaria:tamen iſtud ſtatutũ ita debet intelligi, vt mulier Peruſina nupta Aſsiſij,non poſsit contrahere ſine pręſentia viri:tanquam ea dicatur eſſe ciuis Aſsiſij verè & propriè, & non fictè.& idem Bal.in cõſi.226.præmiſsis verbis ſtatuti. verſic. in contrarium videtur.eod.li.5.vbi dicit per illam gl.quòd per matrimonium mutatur ius originis. & idem Bald.in l.voluntas.in prin.C.de fideic.vbi dicit, quòd matrimoniũ eſt eius naturæ, quòd trahit mulierem ad originem viri.ſed in eo loco erranter allegat l.mulieres. de munic. & orig. cùm nulla ſit huiuſmodi lex in illo ti.nec dubiũ eſt,quin voluerit citare d.l.origine.& idem Bal.in addit. Spec.tit.de deci.§.1. in fi.& in ti. de cenſi. §.nunc dicendum.in fi.quibus locis dicit per illam gl. mulierem ſequi originem viri: non quòd naturalis, inquit,veritas & ſubſtãtia tollatur, ſed quoad effectum ciuilium munerum, per quædam iura quæ allegat. & idem quoque Bal. in l. 2. in fi. & ibi etiam Ang.C.de iuriſd.om.iudi.& Franc. ipſius filius Baldi inter conſil.eiuſdem, in ſubſcriptione conſi.64.punctus Paulutius.lib. 5.vbi dicit, quòd lex rapit vxorem ad originem viri, per no.in d.l.origine.& Panor.conſil.100.illud in dubium reuocatur.in fi.lib.2.Roma.qui eam gl.dicit ſingul.in d.l.ſi conuenerit.col.vlt.& Ioan.Pla.in d.l.origine. & latè Mari.in rub.extrà,de foro compet.col.4.ver.66. & Corn.d.conſi.55.col.antep. lib.1. & d.conſ.202.col.2.libr.2. & d.conſi.41.lib.4.& Soc.conſ.227.pręſens conſultatio. col.7.verſi.quib.ſuppoſitis.li.2.& conſ.81.non eſt dubium.in prin.lib.3.vbi illam gl.dicit ſing.& Io. Camp.in tract. ſtatutorum excludentium fœminas à ſucceſsionibus. 4.libr. quid ſi in loco.in princ. & Iaſon in l. ſi pluribus. col. 6. verſ. 4. in quantum Bar.ff.de leg.1.vbi ex hoc dicit,quòd mutatio fori,quę fit per matrimonium,eſt alijs potentior:nam licèt aliàs domicilium originis mutari nõ poſsit.l.ſenatores.ff.de ſena. mutatur tamen per matrimonium,per gl. in d.l.origine.Tu tamen hic vide Card.Flor.conſ.91.reſpondeo per ordinem.in 5.dubio.

31 *Vxor de familia viri.*

¶ Eſt quoque vxor de familia viri, non patris.l.quicunque.C.de re milit.lib.12.vbi & hoc not.Bar.& l.penult.§.Iulianus. vbi hoc quoque not.Alber. ff. quod fal. tut.aut.ubi videtur probari,hoc quoq; in ſpõſa procedere:ſicuti etiam annotauit Bal.ibi.& in l.maximũ.col.vlt. ver.4.quia iſta filia.C.de liber.præte.& Ang. conſi.283. in aduertentia.col.3. Maria.Soc.Senior,conſi.30.quamuis.col.3.& Corn.conſi.41. videtur in hac.col.vlt.lib.4. Iaſon conſi.142.venerabilis.col.7.verſ. 6.facit.lib.2.& Phil.Dec.in l.1.col.3. verſ.illud etiam notãdum. C.vnde vir & vxor.& Matt.Affl.in c.1.§.item ſi fidelis.col.6. ver.ſcias tamen. tit.quib.mod.feu.amit.Vnde Antiſtius Labeo, Iuris ciuilis peritiſsimus, cuiuſq; cum maximo laudis præconio meminit noſter Pomponius in l.2.ff.de orig.iur.Labeo,inquam,lib.4. ad edictum prætoris, Soror,inquit,appellata eſt,quòd quaſi ſeorſum naſcitur,ſeparaturq́; ab ea domo,in qua nata eſt, & in aliam familiã tranſgreditur. quod & repetijt Aul. Gellius, aut(vt alij malunt appellare) Augellius,lib. Noct.Attic.10.ca.13. Itaque eleganter Iuriſconſultus in l. pronunciatio.in fi. ff.de verbor.ſignifi.Mulier, ait,familiæ ſuæ & caput eſt, & finis.vbi tamen Alber.ſcribit poſt Oldr.nulla lege reperiri,



periri,vxorem eſſe de familia viri. quod & repetit in tracta.ſtatutorum, par. vl.q. 110. quid ſi ſtatuto.Et id iuris quoque antiqui eſt. Scribit enim Liuius libr.6. ſecundi Belli Punici, Capua, quæ ad Annibalem deſciuerat, à Fuluio recepta, Campanis in ſingulas familias à Senatu decreta facta fuiſſe.Aliorum enim bona publicanda,ipſos,liberosq́ue eorum vendendos, extra filias, quæ nupſiſſent, priuſquam in poteſtatẽ populi Romani veniſſent: tanquam ſcilicet iam deſijſſent eſſe in familia patrum, ſed in familiam mariti veniſſent.

32 *Bœoticorũ mos.*

¶ Hoc autem & fulcit,quòd apud Bœotios currus axis,quo vecta erat,in domum mariti noua nupta comburebatur: vt id ſignũ eſſet, eam illic perpetuò remanſurã, vt retulit Plutarch.Probl. Rom.cap.28. Cui ceremoniæ confinis eſt & alia Romanorum,apud quos ſponſa iam obtecto flammeo capite, cùm extuliſſet pedem è primis ædibus, vertebatur in gyrum,atque ita ducebatur in domum ſponſi, ne ſciret viam redeundi ad ædes parẽtum.

*Romanorũ ceremonia.*

Quæ & ipſa apud Hebræos illos, omnium primos obtinuiſſe, non obſcurè oſtendunt ea verba Iudic. 12. cap. Abeſſan habuit 30. filios, & totidẽ filias, quas emittens foràs, maritis dedit,& totidem filijs ſuis accepit vxores, introducens in domum ſuam.

*Hebræorũ mos.*

Vt tamen interim non prętermiſerim Epicteti ſententiam huc pertinentem, apud Ant.Monachum,in 2. par.Meliſſæ,c.9. θυγατὴρ ἀλλότριον κτῆμα ὑπάρχει τῷ πατρί. Filia aliena poſſeſsio eſt patri.

33 *Vxor etiã defendendo ſe, ſequitur forum mariti, etiam ſi agatur ad diſſolutionẽ matrimonij.*

¶ Et iſta quæ diximus, videlicet mulierem ſequi forum, domicilium, & familiam viri, adeò vera ſunt, vt etiam ſi vxor litiget cum marito, ſe defendendo, ſequitur tamen forum mariti, vt eſt text. ſi ſolerter expendatur. in cap. conſtitutis in præſentia noſtra procuratore. extrà, de teſtibus & ita ſolerti ſubtiliq́ue ingenio illum annotat Bal. ibi, in 1. notab. quem ſequitur Iaſon in d. l. cùm quædam puella. colũ.1. & ibi quoque Phil. Dec. col.2.ff.de iuriſd. om.iudi. Et hæc quidem etiam ſi agatur ad diſſolutionem matrimonij: nam haud ſecius vxor ſequitur forum viri, per text. in cap.ex parte. vbi id not.Ant.extrà, de reſtit. ſpol. Super quo tamen vide ibi Panor. in 4.notab.tenentem contrarium.

34 *Priuilegiũ conceſſum deſcendẽtib. an cõpetat filiabus maritatis. vide infrà nume.35.*

¶ Hinc autem fit, quod notan. dicit Bart.ſi tamen is fuit de quo ſtatim dicemus, in l. quoties. C. de priuil. ſchol.lib.12. eſſe ſingul. notandum text. ibi,quòd priuilegium conceſſum alicui, & omnibus deſcendentibus maſculis & fœminis, ita demùm competit fœminis, ſi nondum in matrimonium tranſierint: quia poſtquam virum aſſumunt, ad alium dicuntur ſe trãsferre,& ſtatum ſuum & forum mutare. Sequuntur Ang.Io. Plat. in d. l. quoties. Rom. & Iaſ. in d.l. cùm quædam & idem Roma.in l.1.in fi.prin.ff.de SC.Syll.vbi ad hoc dicit tex.in d.l.quoties. ſing. ſeq; ita de facto dixiſſe, & obtinuiſſe. & Brix.in ſuo repertorio,in verbo,poſteri. vbi dicit illud dictum Bar.eſſe multùm ſing. & ita fuiſſe obtentum de facto.& Corn. cõſ.230.quãquam in hac conſultatione.col.3. & iterum col. antep. ver.concludendum,li.3. & Bart. qui hoc quoque dictum dicit ſing. in c.conſenſus. ad fi.de reb.eccleſ.non alien.dum ſimpliciter illum citat. & in addit. Bald. in l. voluntas.in principio. C.de fideicom.& iterum in addit. Panor. in c.præſentia. col. 6.de probat. & in repet.l.cùm acutiſsimi.col.65.C.de fideicom.& Laurus à palatijs Rube. in tractatu ſtatutorũ excludentium fœminas, chart.antep.col.2. verſ.& adde quòd ſi concederetur. vbi id etiam dicit ſing. Felinus in c.de monialibus, paulò ante fi. de ſent. excom. & Iaſon in l.1.ad fin. ff. de conſtit.princ. vbi & hoc dictum dicit eſſe ſing.& perpetuò notandum.& Georg.Nat. qui hoc etiam dicit ſingul.in repe.c.quamuis.char.17.col.1.ver. 11. quæro de pactis. li. 6. & nouiſsimè Fran.Curt.Iun. conſ.5. facti cõtingentia.col.antep.vbi hoc quoq; dictũ allegat pro ſingul.& Fran.Ripa lib.2.reſpon.c.3.viſis in ſtrumentis. col. vlt. & Mari. Soc. Iun. dubitans tamen, conſ.168. præſentis auſculationis,col.12.nu.57.lib.2.

¶ Sed illud te hic ſcire oportet, Lector,nos,cùm ſuprà citauimus Bartol. in d. l.quoties. de priuileg.ſchol. non fruſtra eam clauſulam adieciſſe, ſi tamen is fuit. 35 *Bartol. an ſit lec.triũ libr. C. & quorum.*

Quoniã multi addubitant,alij conſtanter affirmant,eos Commẽtarios,qui nomine Bart. circumferuntur in illũ 12.lib. C.& in maiorem partem lib.11.nõ eſſe Bar. ſed cuiuſpiam Contis: aut, vt alij dicunt, Conetis: aut, vt item alij, Contili Peruſini. Ferunt enim Angelũ dixiſſe in l.1. C.de peric. eorum qui pro magi. interu. libr. 11. Bar. ipſum ſcripſiſſe tantùm vſque ad illum titulum, & reliquum eorum 3. lib. eſſe illius Conetis.Et ita nonnulli illum allegant, licèt in meo Codice nihil de ea re dixerit. & inter cæteros Alex.in l.1. col.2.ad fi.ff.qui ſatiſd. cog. & in l.diuortio. §.interdum. col.2. verſ.non obſtat dicta lex.ff.ſolut.matr. & in dicta rub. ff. de acquir. hæred.poſt princ.& in rubr.ff.de nou.oper.nunt.colum.8. verſ.allegatur ibi. & aliquid tetigit in l.ſi filiofamil. §.ſi vir colum.3.verſ.adde quòd hoc fuit. ff.ſolu.matri.& in l.Gallus.§. ille caſus, col.1. ver.addo Bald.ff.de liber.& poſthum. Et idem quoque dicit Iaſon in l. omnes populi.in lect. Ticinenſi, poſt princ.ff.de iuſti.& iure. & in l. ſi fideiuſſor.§.vlt. col. 2. ff. qui ſatiſd.cogan.& in l.quidam cum filium. ff.de verb.oblig.Sed & ipſe Ale. conſ. 50.viſis actis,col.vlt.lib.2.dicit,omnes Commentarios, qui dicuntur eſſe Bartoli, in titu.de agri.& cẽſ.lib.11.& alios multos titul. eiuſdem libri non eſſe illius, ſed dicti Contis Peruſini. id enim ſatis arguere ſtylum utriuſque. Et idem propemodum dicit idem Alex.conſ.125. uiſo proceſſu.col.2. li.2. ubi expreſsim loquitur de hoc dicto, quod dicitur eſſe Bartol.in dicta l. quoties. C.de priuil.ſchol.libr. 12. Quinetiam Cor.conſ.214.licèt in hac.lib.1.dicit nonnullos aſſerere, eam lect.3.lib. Cod. non eſſe ipſius Bartol.& nihil præterea dicit.

36 *De eadem re.*

¶ At certè præter illam ſtyli differentiã, ſunt & alia, quæ eam opinionem confirmant. Nam ipſe Bart. in l.legatorum.in fi.prin. ff.de legat. 2. ſe citat ex l.1. C.ut nullus uicari.li.11.& tamen in illis Commentariis nihil ſcriptum eſt in eum titul. Et è diuerſo is, qui eos Commentarios ſcripſit, ſe quoque citat ex authẽtico,ſi quis in aliquo.C.de edend.& ex corpore, unde ea ſumitur, ſcilicet ex tit.ut ſponſ. larg. in quibus nihil omnino de ea re ſcripſit Bar.Idem in l.1.C. de ſtrat.aut, ut alij legunt,de ſtator. lib. 12. ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in l. 1. ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſſus fuer.in qua etiam de ea re nihil ſcribit.Sunt tamen alia,quæ in contrarium coniecturam præbeant. Nam ipſe Bart. in l.1.C.de infa.lib.10.& rurſus in l.1. C.de cõd.in pub. hor.eo.li.( de quorum locorum autore ipſo non dubitatur ) ſe citat ex l.1.C.de dignit.li.12. Et in ea ipſa l. 1.col.antep. uerſ.ſed hic poteſt dubitari,appoſitiſsime, &,ut noſtri loquuntur,pertinenter, & ad propoſitum, citat ex l.Labeo. ff. de ſupel. leg. ut ex utriuſque loci collatione apertè uideri poteſt. Præterea Bal. qui poſt Bart.ipſum id certiùs nouit,in c.olim ex literis.de reſcrip.citat eundem Bart.ex l.litibus. C.de agric.& cenſi.libr.11.vti etiam faciunt Imol. & Ang.in l.Imperatores.col.ult.ff.de appel. & Panor.in ca.2.de ſequeſt.poſſ. & fruct. ut non immeritò D. Claud. Seyſel. in l.ut uim.col.ult.ff. de iuſti. & iure.cuius eſt bona pars eorum, quæ diximus,de ea re dubitauerit: ita tamen,ut potiùs in eam opinionem inclinet, vt integri illi Commentarij ſint Bar. Illud autem certum eſt,multum intereſſe inter Bart. maximæ autoritatis virum,& illum Contem,nullius propemodum,vti ſemper inter artifices longa eſt differentia. l.inter artifices.ff. de ſolut.

¶ Sed cuiuſcunque illi Commentarij ſint, ſatis conſtat contrarium illius dicti, quod nomine Bart. citatur ex d.l.quoties.tenuiſſe Bal.conſ.139.ſtatuto communis, ante medium.& nulla eius mentione facta.Alexã.in d.l. cùm quædam,col.2.uerſic. & faciunt iſta. & etiam in d.

conſ.125.uiſo proceſſu,col.3. verſ.prædictis etiam non obſtantibus,libr.7.& Marian.in quodam conſ. incip.reuerendus dominus de Rouerella.& Pet. Philip.Corn.ſibi contrarius, conſil. 177. circa quod eſt primò videndum,colum.vlt.lib.4.& Fely.ſibi contrarius,in c.nouit, col.1.& ibi etiã Phil.Dec.in fi.6.no.de iud.& idem Fel. in ca.ſuper eo, col.1.de teſtib. Mouentur plerique omnes per ea,quæ not.Bar.ipſe in d.l.vltim.§. idem reſponderunt. ver.vlteriùs quæro.ff.ad munic.cùm dicit,quòd mulier nupta,non deſinit eſſe ciuis ciuitatis ſuę originis, quoad priuilegia, fauores,& commoda: modò propter id non diſtrahatur a viri famulatu, quẽadmodum etiam tradit Baldus in dicta l.cùm quædam.& Pau.Caſt. in dicta l.voluntas.in princ.C.de fideicom. & in l.rei iudicatæ.§.ſocero.cum l.ſeq. ff.ſolut.matri.& conſi.89. poſſet quis dicere,lib.2.vbi eleganter limitat. & Card.Flor.cõſil.125.Titius ciuis.Io.Plat.in l.origine. C.de municip. & orig.li.10.& in l.mulieres.C.de dignit.lib.12. Pan.in c.poſtulaſti.col.2.de foro compe.& Bened. Capra conſi.21.cum de duobus.col.penul. Ale.conſ.56.conſideratis uerbis.col.penul.uer. & per hoc apparet.li.1.& conſ. 20.viſo proceſſu cauſæ uertentis.ad fi.li.2.& conſ.101. ex inſpectione. poſt princ.lib.3.& d.conſ.125.uiſo proceſſu cauſæ.lib.7. & Ang. Are.in §.1.col.vltim.ver.quæro an deſinat. Inſtitu.de patr. pote.& Socin.conſil.227. præſens conſultatio.col.9.& Frã.Cur. Senior,conſ.27. magnificus vir.col.14. & Cor.conſi. 202. circa præſentem. col.2.libro 2.& conſ.241.de duobus.col.2.verſ.2. pro hac parte.eod.lib.2. & conſi.177.circa quod eſt primò videndum.col.vlt.li.4.& ipſe Decius in l.2.col.1.& iterum col.3. in fi.C.vnde vir & vxor.& conſ.223.in caſu propoſito. col.2.verſ. 3.non obſtat.& Io. Campe. in tracta.dotium, in vltima parte quæſt.71. quid ſi in loco. & Franc.Curtius Iunior,conſ.5.facti contingentia.col. vltim. & nouiſsimè Ioan.Amic.cõſ.20.ſtatuto.in 1.dubio.Nec obſtat,inquiunt nonnulli ex prædictis, d.l.quoties.quia non loquitur de filia nupta: nec ſi loqueretur, deberet extendi,cùm ſit contra ius commune.

38 *Priuilegiũ cõceſſũ generi & poſteris, non cõpetit eis, qui ex fœminis nati ſunt.*

¶Illud autem minimè dubium eſt,quod & huc pertinere videtur,quòd priuilegium immunitatis conceſſum generi & poſteris, ad eos non pertinet, qui ex fœminis nati ſunt, cùm id expreſsim cautum ſit in l.1. §.vl.ff.de iure immun.Tanquam ſcilicet qui ex fœmina nati ſunt, nõ ſint ex genere ac familia,vnde exijt. Quod tamen intellige in priuilegio, vt iam diximus. Secus in beneficio à principe conceſſo, quod in natos ex fœmina tranſit,vt tradit Imol. in l.ſi ita ſcriptum.ff.de legat.1. quem ſequitur Alex. in l.qui perſonale. ff. ſolu.matr. & conſi.160. viſo themate, poſt medium. libr. 2. Alibi autem idem Imol.videlicet conſ.160.poſt exhibitum conſilium,aſſerit d.l.1.in fin. procedere in omni priuilegio cõtra ius commune.quod & idem tradit Anto.conſi.9. viſo puncto. Sed tu de hoc vide quæ pleniùs diximus in tractatu Retractuum,titu.1.§.1.glo.9.in uerbo,*ou lignagier*. nume.239.cæterùm. & ubi uidere poteris.

39 *Vxor an teneatur ſequi maritum.*

¶ Ex hac quoque maritali poteſtate uidetur manare, quòd uxor tenetur ſequi maritum,qui ex cauſa aliò proficiſcitur:eumq́; etiam uagabundum,quocunque uadat, ſi iam à principio ſciebat eũ eſſe eiuſmodi, ut ſcribit gl. in c.unaquæque.13.q.2. & gl. in c. ſi quis in neceſsitate. 34.q.2.& glo.in c.1. & ibi etiam Hoſt. & alij.extra, qui matr.accuſ.poſ.& Guil.Cun.& Alber.in l.obſeruare.§. proficiſci.ff.de offi.proconſ. Odof. in l.1. de vxor.mil. & ibi quoq; Cyn.dũ remittit ad id quod ſcribit in l.libertæ tuæ.C.de oper.lib.vbi hoc voluit,& Albe.in d. l.1.& Bal.in l.qui manumittuntur.C.eod.tit. Idem Bald.Ang. Imol.Rom.Alex.& omnes fermè in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut. matr. Imol.in rubr.ff.eo.col.2.verſ. an autem vxor. vbi facit ſing.gl.in d.c. vnaquæq;. Bart.in l. Męuia.§.vxore.ff.de annua leg.Inno.Hoſt.Ant.& Pan. vterq; Card.in c.de illis.vbi & aliquid per gloſ.extrà, de ſponſal.& in cap.1.de coniug.lepro.vbi & Pan.not.non valere conſuetudinem contrariam. Hoſt.in Summa,tit. de ſponſ.ſub rub.de matri.§. quis ſit effectus.verſic. ſed nunquid vxor.& tit.de coniug.lepro. verſ.debet ergo.& tit. de coniug.ſeruo.§.& an cõſenſus domini. verſ.quid ſi dominus vult uendere.Raph. Co.conſ.1.poſt mediũ, ubi huic rei dicit nihil obſtare prætextũ ſanctitatis.Pan. in c.de uxore.col.ulti.extra,de ſepult. Ang.Aret.in §.1. paulò ante fin.Inſt.de S.C. Tertul.Cepolla conſ.ciuiliũ cauſarum 48.caſus talis eſt,proceſſum eſt.col.4.uerſi.3. uxor tenetur.Ant. Corn.in ſuis ſing.in uerbo, uagabundus.Ant.Bauer.in repet.l.cum filio.col.3.in fi. ff.de le.1. Ioan.Corſ.& Aufr.in deciſ.Toloſ.86.item fuit quæſitũ ſi mulier.Ioan.Lup.in repet c.per ueſtras.§.9.nu.13. de dona.inter uir.& uxo. In qua etiã ſentẽtia ſunt è Theologis,quos Summiſtas appellant,ut & qui illos duntaxat legunt,habeãt,quos ſequi poſsint.Aſteſ.in ſua Sum.li.8. ti.10.arti.2. uerſ.utrum coniuges poſt carnis copulã. & Ang.Claua.in uerbo,uxor.& uerſ.ult.& Bart. Salyce.in eodem uerbo,ſtatim poſt prin. Quinetiam ſi ignorabat uxor,qualis eſſet maritus, tamẽ ſi facilè atq; honeſtè illũ ſequi poſsit,id certè facere tenetur,ut uult Barto.in d.§. uxore. & Bal.in d.l. qui manumittuntur. & pleriq; ex ſupradictis. Atq; etiam ſi in contractu matrimoniali pactũ ſit,ut uxor non teneretur ſequi maritum,tamen tenetur, ſi ex cauſa noua aliò migret,nec tenebitur ad pœnam in eam rẽ ſtatutam,ut uoluerunt Anto.& Pan.in d.c.1.extrà,qui matr.accuſ.poſ. Tradit Ælianus in lib.5.de Animal. Onagros magna uxorum multitudine gaudere, & quò maritus ducit fœminas, omnino eas ſequi.

40 *Vir poteſt vxorem fugientẽ propria autoritate capere.*

¶ Ex hac, inquã, poteſtate illud exit, quòd maritus poteſt in uxorem manum inijcere, & ab eo fugientem propria autoritate capere, atq; detinere: ut voluit gl. in d.c.1.de coniug.lepro.Bald.& Paul. Caſt. qui hoc dicit menti tenendum.in l.1.C.vbi quis decur.vel coar.& idẽ Bal.in l.1.C.de rapt.virg. Imol. & Alex.in l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iud.& Ioa.Plat.in l.generali.col.2.C.de decur.li.10.& Mat.Affl.in conſ.Siciliæ,incip.pacis cultum.col.4.verſ.an autem pater.& Zaſ.conſ.19.per prouidos.col.3.vbi expreſsè dicit,virũ habere in vxorẽ manus iniectionẽ. Quod & iuris antiqui fuiſſe ante tpa noſtrorũ Iuriſconſultorũ, quorũ tñ leges ſcriptas habem⁹, oſtẽdit illud Hermiones Ouidianę ad Oreſtẽ maritum:

*Aut, tua cura mei ſi te pia tangit Oreſte,*
*Inijce non timidas in tua iura manus.*

Id eſt, in me vxorem tuam. Niſi dicas id quoq; fuiſſe ex legibus Græcorum,cùm uterq;, uxor & maritus fuerint Græci. Et bene facit tex. in c.cùm cauſa.ad fin.extra,de rapt.& dicam latius infra,in gl.2. *en pouuoir de ſon mari*. in 1.quæſt.nu.25. incip.tum quoque quod in eo.

*Vxor reuerentiã marito exhibere dẽt.*

¶ Illud quoq; quòd uxor tenetur marito reuerentiã, ut noſtri non ineptè uocant,exhibere,l.1. §.cùm autem. C.de rei vxo.actio.& l.alia cauſa.§.vlt.ff. ſolut.matrim. vbi Rom.& Fran.Aret.ex eo inferunt,quòd cùm ex iuris diſpoſitione generaliter eæ perſonæ,quibus reuerentia præſtanda eſt,ſine venia & iuſſu Prętoris in ius vocare non poſsint.l.generaliter.ff.de in ius vocan. ideò non poteſt vxor maritum in ius vocare, non petita venia. & ſequitur Phil.Dec.in l.vlt.paulò ante fin.C.eo.ti. quamuis contrarium teneat Alex. in l. generaliter,in fi. C.eo. quoque tit. quod maximè not. moneo. Et huc vergit, quod Plin.ad Geminium lib. epiſt.8.ita laudat vxorem Macrini: Quam illa,inquit,reuerentiam marito ſuo pręſtitit, cùm ipſam ſummam meretur.

*Vxor virũ in ius non vocat ſine venia.*

*Vxor virũ adulterij accuſare non poteſt.*

¶ Hinc item fit,ſi credamus Iac. Beluiſio in ſua practica cauſarum criminalium,tit.de lenonibus,col.9.ver. ſed quæ eſt ratio.quòd de iure Ciuili maritus uxorẽ,nõ etiã vxor maritum de adulterio poteſt accuſare, ut dicit tex.eſſe in l.1.& ibi gl. & Cyn.C.de adul.Nẽpe nec ſer-





uus dominũ accuſare poteſt.l.1.§.quod autem dictũ eſt. ff.de offic.pręfect.urb. Quid autẽ de iure Canonico? uide qđ in hac re no.in §.publico. 32.q.1.& in c.apud nos. & in c.ult.32.q.5.& Pa.in c.tuæ.de proc. & in c.1. in 2. not.ut lite nõ cõt.& per Theo.in 4.ſent.diſ.35.in princ.

*Vxor nunquam poteſt uirum in adulterio deprehenſum occidere.*

¶ Nec accuſare tantùm poteſt maritus uxorem adulterij, ſecũdùm leges Romanorum, ſed eam in adulterio deprehenſam,nonnunquam occidere,ſecundum diſtinctionem l.Gracchus. C. de adul.cũ ſimilibus.atq; etiam ſecundum leges Longobardorum,ut cauetur.eod.tit.de adul.l.2.ſi quis cum uxore ſua.& refert gl.in c.inter hęc. 33.q.2.de quo tamẽ poſtea dicemus.Nũquã autẽ poteſt uxor uirum in adulterio depręhenſum interimere: nulla enim lex eſt,aliquid tale dicens,ut dicit̃ in ſimili in auth. de nõ elig.ſecũ.nub.§. optimũ itaq;.cũ cõcor. quas alibi dabimus.Quinimò Marc.Cato in oratione,quę de dote inſcribitur,apud Gelliũ li.10. c.23. In adulterio,inquit, uxorem tuã ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares. Illa te,ſi adulterares,digito non auderet contingere, neq; ius eſt. Ideoq́; apud Plaut. in Mercatore,Syra in ea re conditionem mulierum conqueritur in hæc uerba:

*Ecaſtor dura lege viuunt mulieres.*
*Multoq́; iniquiore miſeræ,quàm viri.*
*Nam ſi vir ſcortum duxit clàm vxorem ſuam,*
*Id ſi reſciuit vxor,impunè eſt viro.*
*Vxor viro ſi clàm egreſſa eſt domo foras,*
*Viro fit cauſſa: exigitur matrimonio.*
*Vtinam lex eſſet eadem,quæ vxori eſt,viro.* &c.

*Vxori non licet repudiare virũ ob adulterium.*

Quæ leges à Romulo initium ſumpſerunt,qui, ut tradit Plutarchus in uita ipſius,fecit uiro poteſtatem repudiandæ uxoris,ſi in adulterio deprehenſa foret: uxori autem non fecit.Quam legem iterum ſanxit Conſtantinus Imperator,ut patet ex l.eiuſdem,incip.placet. tit. de repud. in Codice Theodoſiano, ubi ius facit marito repudiandæ uxoris, ſi ea mœcha ſit: non etiam uxori repudiandi mariti, ſi muliercularius ſit: hoc enim uerbo utitur. Quod & à Græcis profectum uideri poteſt ex eo loco Euripidis in Medea, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν: id eſt,neq; licet repudiare maritum. Sed & legibus Moſaicis uiro licebat uxorem repudiare,Deuteron.24.Matthęi 5.& 19. Marci 10. Lucæ 16. Nullibi autem legitur, illis ipſis legibus licuiſſe uxori repudiare maritum.

44 *Vxori mœchi mœchari nõ licet.*

¶ Imò uerò (ut & id quoque addam) licet maritus ſit impudicus,nõ licet tamen uxori eſſe impudicam: quin, ſi ea adulterium commiſerit,poſsit à marito, qui & ipſe adulterium quoq; commiſit,accuſari,tex.eſt in l.ſi uxor. §.iudex.iuncta gl.ff.de adult.ubi Ang.dicit,id menti tenendum: & ita intelligit eum text. qui multis uideretur probare contrarium, cùm maritus author fuerit impudicitiæ uxoris per lenocinium, ſiue aliter, quàm per ſuam ipſius mariti impudicitiam.

45 *Libido i fœmina fœdior, quã in viro.*

¶ Quanquam & eius,quod dictum eſt, uxorem non poſſe maritum adulterij accuſare, aliæ per gl. & Dd. in d.l.1.C.de adult. redduntur rationes,quàm uiri in uxorem poteſtas. Quorum ergo rationibus, & huic de qua loquimur,maritali poteſtati, aliam quoq; obiter hic addam, ut hoc quaſi diuerticulo legentium animos oblectem.Quoniam uidelicet impudicitia ſit multo deteſtabilior,fœdiorq́ue,atq; turpior in muliere, quàm in uiro, ut dicit gl.in §.ſi qua cum ſeruo, 12.q.2. hanc eſſe rationem dicens, quare mulier ſeruo ſe proprio commiſcẽs, capitali ſe ſupplicio addicit,ut eſt ibi tex. & in l.1. C.de mulie.quæ ſer.prop.ſe iunx.Contrà uerò maſculus, qui commiſcetur ancillę ſuę,nulli pœnę obnoxius eſt:ut eſt text.licèt non alleget,in l.ult.C. com. de manu.Id quod etiam comprobat Fabi.Quintil.lib.5.Orator. inſtit.quo loco de exemplis diſſerit, ſcribens non idem eſſe dominum cum ancilla coiſſe,quod dominam cum ſeruo: neque illud quàm hoc tam turpe eſſe.Plato tamen li. 11.de Legib.ęquè punit uirum,qui ex ſerua propria liberos ſuſceperit, ac fœminam,quæ etiam ex ſeruo proprio liberos ſuſceperit.Cæterùm Veſpaſinus apud Suet.cap. 11. autor Senatui fuit decernẽdi,ut quę ſe alieno ſeruo iunxiſſet,ancilla haberetur. De uiro autem, qui cum aliena ancilla congrederetur,nihil dicit. Idem autem quod illa gl.affirmat Io.Fab.in §. maſculi.Inſt. de nupt.Et ſimile quippiam dicit Spec.tit.de actore.§.1.uer.ſed utrum maſculo. & ibi Io. And. in addit. quòd maius probrum eſt amicis & generi, ſi mulier luxuriatur, quàm ſi uir (nam noſtri paſsim luxuriam pro libidine uſurpant) quod & poſt eum repetit Pa.in c.paſtoralis. in fi.3.col. extrà,de iud. & ut ait Imol.in l.ex facto. §. ſi quis rogatus fuerit, ſi ſine.col.3.uer.item ſecundum Angelum.ff.ad Trebel. magis infamatur domus ex adulterio mulieris, quàm uiri.quod & retulit Fran.Aret.conſ.31. conſiderata diligẽter.col.pẽ.Bar. autẽ in l.hęredibus.§.Titius.ff.ad Treb. dicit maius eſſe probrum fœminis, habere filios naturales,quàm maſculis,ſecũdum mores noſtros,per l.ſi qua illuſtris.C.ad Orph.vbi eſt optimus text.& ſequitur Alex.in d.§.ſi quis rogatus.col.3.uer.item fallit tertio. Ad hoc reſpiciens Eccleſiaſticus noſter,illud prudẽter monet.c.42.Super filium luxurioſum confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis. De filijs uerò nihil omnino dicit. Et alibi,c.6.nulla maſculorum quoque facta mẽtione ſcribit,Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum. & rurſum c.26. In filia non aduertente ſe, firma cuſtodiam, &c. Quibus & germanum & illud Plautinum in Epidico:

*—— Non nimis poteſt*
*Pudicitiam quiſq́; ſeruare ſuę filiæ.*

Hoc idem fermè ſenſit gl.in c. debitum. extrà, de biga. non ord.cùm dicit,quòd maior caſtitas exigitur in uxore, quàm in uiro. Quod & antè ſcripſerat gl.in l. palàm. §.quæ in adulterio.ff.de ritu nupt.his propè uerbis: Maior caſtitas etiam ſecundum mores hominum exigitur à fœminis,quàm à uiris. Quod etiam voluit Guil. Cun.in l.ſi lenones.& iterum in l.raptores.C.de epiſc.& cler.& Alb.in d.§.quę in adulterio.& in l.1.col.2.uer.quęrit gl. & ibi etiam Salic.col.item 2.uer.quęro.cum gl.C.de raptu uirg.p l.ſi à furioſo.C. de nupt. Collec.poſt Hug.in c.ueſtra.col.3.uer.& notabat unũ.extra, de cohab. cler. & mulie. & Io. An.in c. tanta. col.2.de ſimon. & Alex. conſ.24.animaduerſis his colum.10. eademq́; pen. uer. & præſertim ubi non eadem ratio.lib. 2. & Philip.Dec. conſ.425. in caſu propoſito. col.3.& D. Benedictus in rep.c.Rayn.in uerbo,dotem,quam ei dederat.nu. 38.& iterum in uerbo,cuidam Petro tradiderunt,nu.53.de teſta. Ex quo fieri dicunt gl. in dicto §. quæ in adulterio. & Guil.in d.l.raptores.Alb.& Coll.ubi ſuprà,quòd licèt mulier in adulterio deprehenſa ſit infamis ipſo iure, ut

*Mulier in adulterio deprehenſa eſt infamis, non vir.*

eſt tex. ibi: ſecus tamen in maſculo: ſcilicet ut ex deprehenſione non ſit infamis. Quod etiam dicit alibi ipſa gl. uidelciet in l. & ſi crimine. C. de adult. quam facit ſing. Ale.in ſuis addit.ad Bar.in d.§.quę in adulterio.Huic autem ſententiæ ſubſcribit Petrarcha & Poeta & Orator ſui temporis facundiſsimus,in eo li.cui eſt tit. de reme. utri.for.lib.1.dialog. 76.cum inquit: Haud dubiè ſexus muliebris quàm maſculus,maioris eſt debitor caſtitatis. Propterea quamuis mater meretrix non poſsit filiam ipſam meretricem exhæredare, ut uoluerunt Petr. à Bel. Pert.Bal.Fulg.& recent.in l.in arenam.per illum tex.C.

*Mater meretrix filiã meretricẽ nõ exhæredat.*

de inoffi.teſt.& Bal.in l.ſi filiam.eo. quoque tit.& Phil. Dec.in c.cùm eccleſiaſticæ.in 3. not.de excep.Pater tamen,quantumuis meretricarius & libidini addictus,poteſt huiuſmodi filiam exhæredare: quoniam mulieres

*Pater meretricarius filiã meretricẽ exhæredare poteſt.*

magis decet eſſe pudicas & caſtas,quàm mares,ſicq́; ceſſat ratio illius l.in arenam.Super quam etiam hoc poſtremum dicit Fulg.in fi.& poſt eum Iaſ.& ipſe etiam Fulg. in auth. ſed ſi poſt.eod.tit.& ante eum Io.Fab.ibi, ad fi. & Pet. à Bel.Pert.Guil.Cun.Cyn. & Ang.in d.l.ſi filiã.

eod.quoq; tit.& Bened.in repet.c.Rayn. in verbo,dotẽ quam ei dederat.num.37.& ſeq. de teſt.Item licet ſubſtitutio facta ſub conditione,ſi inſtitutus decedat ſine liberis, euaneſcat, ſi inſtitutus relinquat naturales tantũ, vt per gl.& alios in c.præſentia.de prob. per text. in d.l. ex facto.§.ſi quis rogatus.ff. ad Treb. vbi & hoc voluerunt Bar. Ang.& alij recent.qui concor.afferunt. Hoc tamen non procedit in filia teſtatoris hærede inſtituta, in qua conditio liberorum non intelligitur de naturalibus tantum,ſecũdum Bar.in d.l.hæredibus.§.1.ff. ad Treb. Ang.Imol.& Alex. in 3.fallen.in d.§.ſi quis rogatus. Pa. in d.c.in præſentia.col.6.ver.hæc verba, quòd naturalis. & ibi quoq; Phil.Dec.col.15. ver.quintò fallit. Qui mouentur ea ratione,quòd maior caſtitas exigitur in muliere,quàm in viro: ideoq; non videtur teſtator ſenſiſſe de huiuſmodi filijs. Et hac quidẽ,vt opinior,ratione, quòd impudicitia magis eſt dedecori mulieribus, quam viris, ſtatuit Iuriſconſultus.in l.oratione.ff. de ritu nup. quòd nepoti uxorem ducenti,pater etiam debet cõſentire,nedum auùs: neptis uerò ſi nubat, aui authoritas ſufficit. Vbi dicit Accur.qui ad hanc rationem reſpicit: Oportet enim accelerare nuptias mulieris, ut ſcilicet non differantur propter autoritatem patris, ne quid interim turpe admittatur: quaſi diceret,nihil tale in maſculo timeri.quã gl.ad hoc ponderauit,& dicit not.Rom.in rep.l.ſi uerò.§.de uiro.in 8.fallen.ff.ſolut.matr. & etiam Card. Flor.cõſ.49. cùm teſtatoris uoluntas. col.2.uer.inſuper intelligendo.& nouiſsimè Alc.li.1.de uerb.ſignif. quem plenè integrum ex d.rep. Rom. confecit: ſed elegantius multo totum argumentum tractauit. Eadem quoq; rationе fieri exiſtimo,ut ſicut annotauit Rom. in dicto loco. & nouiſsimè Gaſpar Val.Portugalenſis, doctor non cõtemnendus,in pulchra rep.l.imperium.col. 6.uerſic.ultra iſtam doct.Bar.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.ut qui in prouincia aliquid adminiſtrant,quanquam filios in ea matrimonio collocare prohibentur.l. qui in prouincia.ff.de ritu nupt. non tamen filias.l. ſi quis officium. in fi.ff. eod. quod & reaſſumit Alciat.vbi ſupra. Item vt tutor uel curator,licèt non poſsit filium ſuæ pupillæ,etiam adultę in matrimonium collocare. l.ſi tutor.C.de incert.matr.poteſt tamen filiam pupillo dare,iam adul. l.curatorem.C. eod.& l.libertum.la 2.in fin.de ritu nupt.ne videlicet,vt iam dictum eſt,quoquo pacto protrahantur filiarum nuptiæ,in quibus timor eſt infamiæ & turpitudinis in ſe,genusque ſuũ,& amicos,magis quàm in maſculis. Et hanc rationẽ vtrique caſui aſsignat Cyn.in diuerſis locis,priori quidem,videlicet de eo,qui in prouincia adminiſtrat, in l.vnica.col.2.uerſ.tertium quare eſt. C. ſi rector prouin.poſteriori autem de tutore & curatore,in dicta l. curatorem. quam nuper citauimus. vbi & ante eum hoc idem adſcripſerat Petrus à Bel. Pert. Hinc quoque manare dicit Hoſt.in Summa,tit.de bigam.non ord.§.quare bigamus.uer.quintò quęritur, quod mulier corrupta inter ſanctimoniales coaptari non poteſt,per ca. iuuenculas.20.quæſt.1. licèt uir corruptus & ſacris & religioni mancipari poſsit, & etiam in epiſcopum conſecrari. c.habuiſſe.23.diſt.& c. acutus. 26.diſ. & c. fraternitatis. 34.diſ. quoniam uidelicet multò ſit turpior impudicitia in muliere, quàm in uiro: licèt & alias quoque rationes in illud adferat: ſicuti & gl. in dicto c. acutius. Et hinc quoq; deduci poteſt,quòd corruptam, accipiens in uxorem,etiam ſi ea nunquam antea nupſerit,bigamus eſt c. 1.& c.maritum.33.diſ.& c.curandum. & c.pręcipimus. 24. diſt. Viri autem corruptio citra matrimonium non eum bigamum facit.c. pen.de bigam. & c. fraternitatis. 34.diſ.quanquam & hoc aliò referant gl. & Inn.in c.debitum.de big.& Hoſt.ipſe in dicto §.quare bigam. uerſ. ſed quare exigitur. Sed & hinc fit,quòd licèt mulier priuetur dote propter adulterium.l.conſenſu.C. de repud. & c.plerunque.extrà,de don.inter uir.& uxor.ubi etiam gl. Car.Fl.Ant.& alij aſſerunt,quòd perdit donationem propter nuptias,quam debet lucrari ex pacto, uel ſtatuto:tamen uir nõ perdit huiuſmodi donationem, ſecundum Iac.But.in l.ſi dotali.ff.ſol. matr.quem refert & ſequitur Guid.Pap. ſing. 885. uer.licèt uxor priuetur. Et hæc quoque natura apertè docuit. Nam ſi quando cadauera defunctorum fluctibus euehũtur: fœminarum prona fluitant,uirorum ſupina,ueluti natura ipſa pudoris diſciplinam inter defuncta corpora deſcernente: ut tradunt Plin.lib.7.cap. 17.& Solinus cap. 5.

*Naturales filij faciũt ceſſare cõditionem, ſi inſtitutus decedat ſine liberis. Nõ etiã ſi inſtituta.*

*Pater debet conſentire nepoti ducenti vxorem,non etiã nepti.*

*Magiſtratus non poſſunt filios ĩ ſua prouincia matrimonio collocare,filias poſſunt. Tutor poteſt ſuã filiã pupillo dare ĩ matrimoniũ, non filium pupillæ.*

*Corrupta inter moniales non cooptatur.*

*Bigamus eſt, qui vxorẽ corruptã ducit.*

*Vxor ob adulterium donationẽ perdit. Nõ vir donatione ob nuptias.*

46 ¶ Hac quoq; ratione, quòd caſtitas magis decet mulieres,quàm uiros,maiusq; dedecus atq; infamiam inuri domui,familię,generi, mulieris impudicitia,quàm uiri, pleriq; Theologi aſſerunt, mulieris adulterium, cæteris paribus,eſſe grauius,quã uiri, ut latè tradit Martinus,cognomento Magiſter,Pariſiẽſis doctor, & is quidem pro tempore egregius,in eo libro,quem de Tẽperantia ſcripſit,quo loco de luxuria diſſerit, in 9.q. qua ſciſcitatur, utrum adulterium ſit ſpecies luxurię ab alijs diſtincta in 5. conclu.& Aſteſſanus in Sum.li.8.ti.11.arg.3.uer.quis grauiùs peccat. quamuis alij alias quoque rationes aſsignant, ut per ipſos Theologos in 4. ſent. diſtin. 35. & è noſtris Imol.in l.is qui reus.col.14. verſ.ſed tũc reſtat dubiũ.ff.de publ.iud.& alibi à me dicitur,in 9.lege connubiali,nu.90.incip.& hac inter alias. Itaque (vt cõcludamus) cùm ſit adulterium in vxore tam fędum, tã deteſtabile,tam ignominioſum,non item in viro: habeatque poteſtatem vir in vxorem, non vxor in virum (ut vtramq; à nobis dictam rationem coniungamus) nõ mirum cuiquam videri debet, ſi vir vxorẽ adulterij accuſare,vel in eo deprehenſam repudiare, & nõnunquàm interimere poteſt,non etiam vxor virum. Et hanc nuncupatim rationem huic rei aſsignauit Marius Solomonius,in l.Gallus.in princ.chart.vlt. ver.hęc eadem cauſa.ff.de liber. & poſth. ne in hac re ſolus eſſe videar.

*Adulteriũ in fœminis grauius, quã in viris vide infrà, num.85.*

47 ¶ Sed ut ad id, vnde paululum digreſſi ſumus, reuertamur,facit ad noſtram cõſuetudinem, ultra prædicta, quod dicebat Plato, authore Laertio, Principatus quinariam eſſe diſtributionem, alium legitimum,naturalẽ alium,alium ſecundum conſuetudinem, quartum ſecũdùm genus,quintum violentum. Per naturam autẽ (quę eſt ſecunda ſpecies. aliæ enim nihil ad hunc locum pertinent) mares,vt ille dicit, ubique gentium,non modò inter homines, verùm inter cætera quoque animantia præſunt. Id quod & nos ſuprà ex alijs probauimus, nu. 9. ab eo autem. Cuius rei duas eſſe potiſsimùm rationes præcipuas, ex D. Auguſtino animaduertimus. Primùm decet naturaliter illum dominari & præeſſe, qui ſit viribus corporis præſtantior: cõtrà eum ſeruire,atq; modis omnibus cedere, qui ſit infirmior. Nã ut eleganter diſſerit Ioſephus apud Egeſippũ,li. 5. excicidij Hieroſol.c. 17. lex naturæ eadem omnibus hominibus, volatilibus,feris,beſtijs infuſa, vt unuſquiſq; cedat potentiori: taurus leoni,ceruus vrſo, leopardo caprea, aquilæ accipiter, accipitri colũba: ipſi tauro iuuẽcæ inferiores, arieti ouiũ greges,hirco caper, ne diuerſi tãtùm generis eſſe videatur aliqua ſentẽtia. Cuius etiam ſentẽtiæ meminit ipſe Ioſeph.li.6.Belli Iudaici,c.12. Gręcè quidẽ,ſed in hanc ſententiã: Hanc autẽ validiſsimã legem, tã feris beſtijs,quàm hominibus eſſe præfinitã, potẽtioribus cedere. Pindarus. Poeta Thebanus,exiſtimat iuſtum imperium,ac ſecundum naturam eſſe, vt potentiora imbecillioribus dominẽtur,ſicuti recenſet Plato lib.3.& iterum 4.de Legib. Secundũ quam ſententiam Brennus rex Senonum,interrogatus à Roman.legatis,quamobrem Cluſium Hetruriæ vrbẽ obſideret, Iure,inqt, naturali,is qui minùs fortis eſt,potẽtiori cedere iubetur. Nam eo etiam pecudes & bruta animalia,vti deprehendimus, cùm tauros,leones,aquilas, cæteraq; animantia ideò dominari videmus,quòd alijs viribus præcellant. quòd & vos Romani

*Dominari debet, qui viribus corporis præſtat.*



ni ſecuti eſtis,cùm Fidenates, Ardeates, Veios, Volſcos non alia ratione ſubgeſtis, quàm quòd illis præſtantiores viribus eſſetis. Author Plutarch. in Furio Camillo. Quod & è noſtris retulit Alciatus lib. Parad.2.c.vlt. Porrò Plato ipſe li. 3. de Legib. inter ſeptem rationes imperandi,hanc quintã poſuit,vt potentiores imbecillioribus imperent. Idem in Gorgia ſcribit, natura comparatum eſſe, vt præſtantior plus habeat,quàm inferior, & potentior, quàm debilior.

48 ¶ Hanc autem rationem conſideraſſe videntur Legũlatores, dum victum captumque in bello victoris ſeruũ forre voluerunt.ff.& C.de capt.& poſtlim.reuer. per totum.& latè per Dd.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. Quã legem non apud Romanos modò, ſed & apud externos fuiſſe ſatis conſtat, vel Cyri Perſarum regis teſtimonio, qui apud Xenophontem hæc pronunciat: Νόμος γὰρ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῶ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χρήματα: id eſt, Lex eſt inter omnes homines perpetua, quãdo belligerantium vrbs capta fuerit,cuncta eorũ eſſe qui ceperunt, & corpora eorum qui in vrbe ſunt,& pecunias, Hæc Cyrus. Cuius etiã rei meminit Ariſ.li.Pol.4.c.item 4. Proinde cùm Alexander de uicto. Dario exutis armis balneũ intrans dixiſſet, Eamus in Darij balneum ſudorẽ pugnę loturi: familiaris quidam, Minimè per Iouem,inquit, Darij,ſed Alexandri. Fortunas enim victi & eſſe & dici bona victoris oportere,teſtis Plutarc.in Alexãdro. Et apud Dionyſ.Halyc.li.orig.Rom.6. Romani Auruncis ſua repetentibus in bello antè capta,reſponderunt,iuſtum ſe cenſere,quęcunq; aliquis per uirtutem hoſtibus adimens poſsideat, ea ipſum tanquam propria poſteris ſuis tradere. Et paulò pòſt in oratione Titi Largij Romani: Nos, ait, pulcherrimas, iuſtiſsimasq; poſſeſsiones putamus, quaſcunq; bello captas obtinemus. Et rurſum li.8. Senatus Rom. Volſcis vrbes à Romanis captas repetentibus,ita reſpondit: Nos pręclaras ducimus poſſeſsiones, quaſcunq; bello vincentes capimus,non primi ipſi inſtituentes hanc legem,neq; eã magis hominum,quàm deorũ putantes eſſe,cùm Gręcos omnes Barbarosq; videamus ea vtẽtes. Et apud Cęſarẽ li.2.Cõmentariorum, Ariouiſtus ius eſſe belli ait,vt qui viciſſent,in quos viciſſent,quemadmodum uellent,imperarent. Et apud Tullium in 3.in Verrem actione,Pub.Seruilius quæ ſigna & ornamenta ex urbe hoſtium & uirtute capta, belli lege atq; imperatorio iure ſuſtulit. Et apud Liuiũ 4.Decadis, li.3. Quo,inquit,uicto,omnia quę illius fuiſſent, iure belli Seleuci facta ſunt. Et apud Iuſtinum lib.38. Mithridates id dicit eſſe iuris gentium, ut uictores eorum qui uicti ſunt,bona occupent. Et huc quoque alludere uidetur illud Virgilij, circa principium lib.10. Æneid.

*— Tum res rapuiſſe licebit.*

*Captus in bello fit ſeruus capientis.*

*Victorum bona ſunt uincentiũ.*

49 ¶ Idque etiam obtinere uidetur de iure diuino, & in foro,quod appellãt,cõſcientię, cùm bellum iuſtum eſt, per not.in c.ius gentium.1.diſ.& in c.dicat.23.q.5. Ambroſius ex libro Patriarcharum ſcribit,prędã vbiq; fuiſſe in poteſtate uictoris Abrahę. Et è recẽtioribus Theologis firmat Adrianus Florentinus, qui noſtra memoria Pontificatum Rom. geſsit,in q. quas fecit,lib.4. ſent. in trac.de reſtitutione,in q. cuius hoc exordium eſt, Aggredior caſus ſpeciales, de quo latè per ipſos recentiores ſcholaſticos in ipſum quartum librum ſent. diſ.15. & è noſtris expreſsim uoluit Bal.autoritate Ray.à Pẽna forti,in c.1.col.4. uerſ.ſed nunquid id quod capitur. tit.de mil.uaſal.qui cont. eſt. & ſequitur Iaſon in l.1.in 4. not. ff.de acq.poſſeſ.in utraq; lect.& etiam ſentit idem Bal.in l.ſi quis pro redemptione.col.2.uer. nota quòd iſta ſpolia.C.de don.poſt Inn.in c.ſicut.extrà,de iureiur. & expreſsiſsimè Pet.Anch.in c.peccatũ.col.16.uer. moueor primò.de regul.iur.li.6. Et id probat illud Num.31.c.ad fi. Vnuſquiſq; enim,quod in præda rapuerat, ſuum erat. Et 4.Regum.13.ubi ita ſcribitur. Porrò Ioas filius Ioachaz,tulit urbes de manu Benadab,filijs Azahel,quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij. De quo tamẽ uide ipſum Iaſon.conſ.60.in q.quæ uertitur inter illuſtrẽ,poſt princip.l.1.& Alc.in l.hoſtis.ff.de verb.ſign.

*An autem id procedat de iure diuino.*

50 ¶ Secundum,ut qui plus habet rationis,ingenij,prudentiæ,conſilij,dominetur: qui minus, ſeruiat. Nam, ut ait Salomon Prou.xı.c. Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Et 17.c. Seruus ſapiens dominabitur ſtultis filijs. Quam eandem ſententiam alijs uerbis expreſsit ſapiens ille cõcionator Ieſus filius Syrach, Eccl.10. Seruo ſenſato liberi ſeruient. Idque eſt quod Ariſt. lib.1. Politic. dicit, eos ſeruos eſſe in Republica,qui inſcitia rerumq; ignoratione tenentur: qui uerò ingenio pręſtant,naturaliter dominos. Legerat ille apud Platonem præceptorem in eodem lib.3.de Legibus,à nobis ſuprà citato,ſeptem eſſe rationes, quæ ad dignitatem imperandi facere uidentur,quæ ſunt paternitas, nobilitas, dominatio,potentia, ſenectus,prudentia,ſors: ſed prudentiam omnibus anteponi,ut intelligantur quæ humanæ ſaluti expediant. Sed & uterque legerat illud Euripideum in Iphigema:

Ὡν ἄρχων ἀνὴρ, πᾶς ξυνέσιν ἣν ἔχων τύχῃ,

Id eſt, vt Eraſmus vertit:

*Princeps ille,quiſquis præeminet prudentia.*

Dionyſius quoque Halicarnaſſeus in Procemio originũ Romanarum ſcribit, Naturæ legem omnibus eſſe communẽ, quã nullũ tempus diſſoluit, deterioribus ſemper imperare meliores. Eſt autẽ vetus prouerbiũ, Quicquid dominatur,vim Dei habere, cuius meminit Artemidorus Daldianus,libro de Somniorũ interpretatione 2.ca. 37.& iterũ c.74. Aſtronomi quoq; illud cõfirmãt,teſtãtes Solẽ ac Mercuriũ prę cæteris planetis propinquos aſſiduè in cęleſti circuitu comites inuicẽ eſſe: vt videlicet, quicũq; Solẽ ſyderũ dominũ viderint abſq; ſapiẽte Mercurio in cęlo nunquã incedere,planè intelligãt, & in terris potentiã atque dominationem nunquam abſque ſapiẽtia vel cõcedi debere,vel cõceſſam diu poſſe regnare.

*Dominari debet, qui uirib. animi præſtat.*

*Prouerbium.*

*Aſtronomorũ ſententia.*

¶ Quod & ipſum hac ratione comprobo. Nã ſi qui præſtãt viribus corporis, debeãt dominari, vt dictũ eſt, multò magis qui cõſilio, viribusq; animi. Quoniã in omni negotio,nedum in re militari, conſtat nimio plus haberi momẽti & ponderis rationẽ cõſiliumque,quàm robur corporis,ut apud Homerũ Poetam prudẽtiſsimum, lib.23.Iliad. Neſtor & ipſe prudentiſsimus Antilochum filium alloquens his elegantiſsimis verſibus oſtendit:

Μῆτί τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι
Μῆτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι.
Μῆτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Id eſt, ex Eraſmi traductione:

*Conſilio ſanè multo quàm robore præſtat,*
*Hirſutam quicunque parat ſuccidere ſyluam.*
*Conſilio rurſum nauclerus in æquore nigro*
*Dirigit vndiuagam nauim raptantibus Auſtris.*
*Conſilio auriga aurigam vincitq; præitq;*

Et ad verbum, vt faciliùs Lectores linguã Gręcã diſcãt.

*Prudentia inciſor lignorũ multò melior, quàm viribus.*
*Prudentia autem rurſus gubernator in nigro Ponto*
*Nauem velocem dirigit,iactatam ventis.*
*Prudentia autem auriga ſuperat aurigam.*

Cui finitimũ eſt illud Titinij apud Noniũ Marcellum:

*Sed in ſapientia gubernator nauim torquet,nõ valẽtia.*

Id eſt, fortitudine ut idẽ Nonius interpretat. Idemq; pollet illud Ciceronis in Catone: Nõ.n. uiribus,aut uelocitatibus,aut celeritate corporũ magnę res gerunt,ſed cõſi. & aut. & ſent. Et qđ idẽ ſcribit li.1.Offic. Parũ ſũt arma foris,niſi ſit cõſiliũ domi. Qđ & citat Pa. in c.ex multa.col.2. uer. nota ꝙ pollens conſi. extra, de uoto. Neq; longè hinc diſsidet illud Horatij, Odarum lib.3.Ode 4.

*Vis conſilij expers mole ruit ſua.*

*Animi uires corporis pollent.*

*Vim*

*Vim temperatam dij quoque prouehunt*
*In maius: ijdem odere vires*
*Omne nefas animo mouentes.*
*Teſtis mearum centimanus Gygas* ( alij legũt Gyges)
*Sententiarum. Notus & integræ*
*Tentator Orion Dianæ,*
*Virginea domitus ſagitta.*

Valerius Flaccus lib. 4. Argonauticon, in hanc item ſententiam ſcribit.

*Sæpe acri potior prudentia dextra.*

*Mercurius cum Hercule colebatur.*

Ex quo olim (ut tradit Phornutus in Palęſtris) Mercuri⁹ cum Hercule colebatur, cùm ratione fortitudo moderanda ſit. Nã qui ſola ui corporis nituntur, rationemque negligunt, his appoſitè illud quiſpiam dixerit: Δαιμόνιε φθίσει σὲ τὸ σὸν μένος: id eſt, Miſer perdet te robur tuum. Hæc autẽ duo poſtrema capita, vt erãt in prima editione integra, ſuppreſſo meo nomine tranſpoſuit Barto. Chaſſaneus in ſuo Catalogo gloriæ mundi, parte 11. in 8. conſideratione, de qua re albi dicam plenius.

*Chaſſenei furtum.*

52 *De eadem re.*

¶ Sed ut reuertamur, Solomon in Eccleſiaſte, c. 9. in eandem ſententiam, Dicebam, inquit, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Et poſt pauca: Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica. Quam ſententiam citat è noſtris Io. Fab. in prœmio Inſtit. §. 1. ad probandum ſapientes legumq; doctores eſſe præferendos militibus. Conſonat eidem Philo, aut quiſquis is fuit, qui librum edidit Sapientiæ, c. 7. Melior eſt ſapiẽtia, quam uires, & prudens, quàm fórtis. Et Phocylides;

Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
*Melior forti eſt ſapiens vir.*

Et Euripidis quoque illud, à Polybio libro 1. Hiſtoriarum commendatum:

Σοφὸν ἓν βούλημα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ.
*Prudens vnum conſilium multas manus uincit.*

Quod & à Galeno eſt uſurpatum in Exhortatione ad bonas artes. & à Stobæo, Serm. 51. & Antonio Monacho, Meliſſæ lib. 1. Serm. 10. Cui ſimile eſt illud eiuſdem Euripidis apud eundem Stobæum Serm. 52.

Βραχὺ τοι σθένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίαι πραπίδων.
Ἀεὶ γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει,
Ἧσσον δέδοικα τ' ἀσθενῆ τε καὶ σοφοῦ.

Quo ſignificatur exiguum eſſe uiri robur: præualere autem animi induſtriam. Semper enim uirum impeditum & robuſtum corpore minus timendum, quàm imbecillum & ſapientem. Et illud quoque eiuſdem:

Ῥώμη δέ τ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην.

Robur cum imperitia ſępe damnoſum eſt. Quibus ſubſcribẽs Agamemnõ apud Homerum Iliad. 2. intrepidè aſſerit, facilè ſe Troia potiturũ, ſi decẽ ſibi adeſſent Neſtori ſimiles: tanquã pluris faceret decem Neſtorũ conſiliũ, quam magnũ militum manũ. Eius hæc uerba ſunt:

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.
Τῶ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.

De qua re Tulli⁹ in Catone maiore: Dux ille Gręcię nũquã optat, vt Aiacis ſimiles decẽ habeat, at vt Neſtoris: qđ ſi acciderit, nõ dubitat, quin breui Troia ſit pitura.

53 *De eadem re.*

¶ Neq; admodum hinc abludit hiſtoria poetica, quã lepidiſsimè narrat Homerus ipſe Odiſ. 8. quemadmodũ Vulcanus claudus, cùm ſuſpectã haberet vxorẽ Venerẽ, ꝙ furtim cũ Marte cõgrederetur, nec vires ſupperẽt, quibus adulteriũ deprehẽderet, ad artes ingeniũq; cõfugit. Lectum ſuum adamantinis, atq; inuiſibilibus catenulis circumuinxit: qđ vbi feciſſet, foras abire ſe ſimulat. Deinde cùm in arctiſsimis eſſent complexibus Mars & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quò magis ſe circumagerent: ecce venit repentè Vulcanus, & aduocato Sole, deos omnes adhibet deprehẽſi adulterij teſtes: quo loco dicit Homerus vnum deorum ita dicentem:

*Mars & Venus Vulcani uinculis irretiti.*

— Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.
Ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα
Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι
Χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι, τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφείλει.

Id eſt, vt vertit Eraſmus:

*Nonnunquam aſſequitur tardus celeremq; citumq;*
*Sic vti nunc Vulcanus, vt eſt veſtigia tardus,*
*Mauortem cœpit, qui perniciſſimus vnus*
*Cunctorum, quicunq; tenent ſupera aſtra, deorum.*
*Et quanquam eſt claudus pede, rem tamẽ arte peregit.*
*Proinde etiam debet pœnas deprenſus adulter.*

Cui ſententiæ confinis eſt & illa Menedemi Philoſophi ex Satyra Omphale Achęi poetæ Tragici apud Laertiũ:

Ἁλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχύς,
Καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς ἐν βραχεῖ χρόνῳ.
*Capitur ergo, & ab infirmis celer:*
*Aquilamq; breui teſtudo vincit.*

Illud quoque Agamemnonis Sophoclei in Aiace flagellifero:

— Οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
Οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι.
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ
Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
Μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Quibus ſignificatur non ſemper grãdia illa & vaſta corpora eſſe infirmiſsima: ſed qui bene ſapiunt, vbique dominari. Nam & bouem ampliſsimi lateris, ab exiguo tamen flagello in rectam uiam deduci.

*Grandia corpora nõ ſemper eſſe firmiſſima.*

54 *De eadẽ re.* *Sertorij hiſtoria commendabilis.*

¶ Eodem pertinet alia, & quidem vera hiſtoria, quã recenſet Plutarchus in vita Sertorij, & Val. Maximus li. 7. c. 3. Plinius Secundus lib. Epiſt. 7. epiſt. 9. & Sextus Iulius Frõtinus li. Stratagematum 1. cap. 10. atq; iterum li. vlt. c. item vlt. & à noſtris tetigit Io. Andr. in c. 1. in uerbo, difficile. extrà, de treuga & pace. quòd cùm Sertori⁹ ipſe, dux ſtrenuus, ſuis copijs ex barbara turba conflatis, rationibus perſuadere non poſſet, in re militari plus habere momenti conſilium, quàm vires temerarias, poſtea quàm illi parũ feliciter pugnaſſent, hoc commento vſus eſt. Aduocata totius exercitus cõcione, duos equos adduci iubet: alterũ macie ſenioq; confectũ, alterum vegetum, cauda piloſa. Atque maciẽto illi iuuenem adhibet, prægrandi corpore, & admirãdis viribus. Cõtra vegeto puſillum & imbecillũ admouet homuncionẽ. Tũ utriq; caudam equinam vellere iuſsit, præmiumque propoſuit ei, qui prior abſoluiſſet. Puſillus, vt illi præceptũ erat, ſingulos pilos robuſti equi paulatim uellẽs, breui ſpatio totã cõpilauit caudam. Iuuenis illę iã triumphũ ante victoriam canens, è diuerſo caudam omnẽ gracilis equi ſimul manibus utriuſque ui atque impetu conatur euellere. Qui cùm fruſtra ſudaret, riſui fuit circumſpectantibus. Sub hęc aſſurgens Sertorius, cuius conſilio iuſſuque hęc acta fuerant, Videtis, inquit, commilitones, quantò plus poſsit ingenium, quàm uires. ad quam hiſtoriam reſpiciens Horat. lib. 2. Epiſtol. ad Auguſtum ait:

*Vtor permiſſo, caudæq; pilos vt equinæ*
*Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum,*
*Dum cadat eluſus, ratione ruentis aceruі,*
*Qui redit ad Faſtos & virtutem æſtimat annis.*

55 *Mares fœminis robuſtiores.*

¶ Satis ergo ſuperq; probatũ eſt, eos qui uiribus corporis & animi ꝑpollent, dñari, alios uerò ſeruire naturaliter debere. Sed conſtat mares, quàm fœminas, eſſe robuſtiores corpore, animo quoque multò præſtantiores. Primũ quidã manifeſtius eſt, quã vt probatione egeat: ſed ne ſine authoritate aut ratione dixiſſe quicquid videamur, id certè conſtanter affirmat Hippocrates, lib. 6. Epidemion, part. 2. c. vlt. & Lactãtius li. 1. c. 16. Et ex eo ſatis probatur, quòd vir ita nominatus eſt, quòd maior in eo uis eſt, quàm in fœmina: & hinc (vt dicit Lactantius Firmianus in libro de Opificio Dei, c. 12.) virtus nomẽ accepit. Mulier verò (ut Varro interpretatur, & repetit ipſe

*Vir à ui, et uirtute dicitur.*

*Mulier à mollitie.*



tit ipſe Lactantius & diuus Auguſtinus, ſi is eſt, Serm. de tempore 243.) à mollitie dicta eſt, immutata & detracta litera. Quod & ſcribit Gratianus noſter in §. ſed illud. 32. q. 7. Nam & ab Homero lib. 8. Iliados, mulieres peculiari epitheto θηλύτεραι vocantur, tanquàm molles.

*Mulier a mollitie.*

Θηλύτεραι δὲ γυναῖκες ἐνὶ μεγάροισιν ἑκάστη
Πῦρ μέγα καιόντων.

Et idem in Hymno Veneris, virgines ἁπαλόχροας, id eſt, molles corpore appellat.

Ἥ δέ τε παρθενικὰς ἁπαλόχροας ἐν μεγάροισιν
Ἀγλαὰ ἔργ' ἐδίδαξεν.

Mirum eſt quod ſcribit Plato in Timæo, virorum animas, quæ in hac vita molles ſunt & effœminatæ, in mulieres reuiuiſcere.

56 *De eadem re.*

¶ Hanc autem mollitiem licèt Gratianus ad animũ trahat, vti etiam facit gl. in c. 1. de cland. deſpon. Lactantius tamen ad corpus refert: illi ſubiũgens, quod prius dixerat, plus uidelicet roboris maribus eſſe attributum. Quod & idem dicit ipſe Lactantius lib. 1. Diuinarum inſtitutionum, cap. 16. & ante eum Galenus in Comment. quos ipſe edidit in ſuum ipſius librum de Pulſibus, comment. 1. aſſerẽs ob id maribus maiores pulſus eſſe, quàm fœminis. Et etiam Ouidius propemodum in fi. li. 9. Metam. dum deſcribit mutationem Iphidis fœminæ in marem, vbi hos verſus inter cæteros adſcripſit:

*Maribus maior pulſus quam fœminis.*

— *Nec candor in ore*
*Permanet: & uires augentur: & acrior ipſe eſt*
*Vultus: & incomptis breuior menſura capillis:*
*Pluſq; vigoris adeſt, habuit quam fœmina.*

Et iterum libro 2. Faſtorum,

*Quid faciat? pugnet? vincetur fœmina pugnans.*

Et Silius, cùm vocat fœminam imbellem, lib. 2.

*Parietibuſq; domus imbellis fœmina ſeruet.*

Et hinc illud Plinij, loquentis de Helleboro. lib. 25. c. 5. Vetant dari ſenibus & pueris: item mollibus ac fœminei corporis, animìue exilibus, aut teneris: & fœminis minus, quã uiris. Et his omnibus propinquior Xenophon in Oeconomico, & Ariſt. li. de Hiſtoria anim. 4. c. ul. & iſtis quoq; priores Pauſanias, & Socrates, ille in Sympoſio Platonis, hic li. 5. de Republica, nõ uno tãtũ in loco. Ante oẽs Moſes, Deu. c. 28. mollitiẽ & teneritudinẽ mulieribus priuatim aſsignat: Tenera, inquit, mulier, quę ſuper terram ingredi nõ valebat, nec pedis veſtigiũ figere, propter mollitiem & teneritudinem in vno tãtum loco.

57 *De eadem re.*

¶ Sed & ipſe Ariſt. li. 9. de Hiſtoria animal. c. 1. atque etiam Ælianus in li. eiuſdẽ tit. & Plinius lib. 11. Natural. hiſt. c. 49. ſcribũt, mares in omni genere animalium fortiores eſſe atque animoſiores, præterquàm in pantheris & urſis. Auicenna uerò, aut qui eum traduxit, li. de Animalib. 9. circa initia, leopardos & lupos excipit. Albertus autem ille Magnus, maximus rerum naturalium indagator, li. 8. de Animalibus, c. 1. vrſos & leopardos. Alibi ſcribit Ariſt. lib. 4. de Generat. animal. c. 6. fœminas ſua natura debiliores eſſe, quàm mares. & Orbiculariũ quęſtionum li. 3. c. 9. ſcribit, arma ad pugnã uireſq; exercẽdas nulli fœminæ à natura tribui. Idem quoq; lib. 4. de Hiſtoria animal. ca. vlt. & iterum lib. 3. de Partibus animal. c. 1. rurſumque de Generatione animal. lib. 7. c. 10. autor eſt, partes, quas uelut arma natura animalibus dedit, vt dentes, cornua aculeos, calcaria, & cætera generis eiuſdem: aut maribus tantũ naturã ipſam conceſsiſe, aut certè potiores, atque robuſtiores, quam fœminis. Quod & ipſum affirmãt Plin. li. 11. c. 36. & Pauſan. de Alcis loquens, lib. 5. Galen. lib. 3. de Cauſis pulſuum, poſt princip. & Alber. li. de Animal. 12. c. vlt. ad fin. & li. 18. tract. 2. c. 5. ubi ex hoc dicit, mulieres citiùs creſcere, compleri, ac ſeneſcere, quàm uiros, uti etiam è noſtris dicit glo. in c. ult. 32. q. 4. Hoſt. & Io. Andr. in c. literis. de deſpon. impu. Pa. in c. ubi. eod. tit. Io. Andr. in c. ult. col. 2. de dona. inter vir. & uxor. & Card. Alex. in c. ad eius col. 1. di. 6. Nec aliud ſignificabat lex Ægyptiorum, qua conſtitutum erat, ut fortiſsimus quiſque cantharon, id eſt, ſcarabeum, in annullo ſculptum gereret. Id enim animal eſſe ἄθηλυ ζῶον, ideſt, ſine fœminis: ita legũ latore innuentẽ, mares, minimeq; effœminatos eſſe oportere, qui ſtrenue pro patria eſſent dimicaturi, vt prodit Æliã. li. de Natur. anim. 10. c. 15. Herodot⁹ aũt in Melpomene ſcribit, unam omniũ gentiũ eſſe, ſcilicet Iſſedones, quos alij Eſſedones uocãt, quibus fęminę per æquè fortes ſunt, ac uiri.

*Maribus arma natura tantum dedit aut potiora.*

*Aegyptiorum lex. Cantharus ſine fœmina.*

*Iſſedonum fœminæ fortes vt viri.*

58 *De eadem re.* *Fœmina citius occũbere præſumitur, quã mas.*

¶ Et ut legum quoq; authoritatem in eam rem afferamus, ex hoc effici poteſt (quanquam alij aliò trahunt) ut ſi mas & fœmella eodem caſu mortem obeunt, præſumatur vir, tanquam robuſtior, diutiùs uixiſſe, & fœminæ ſuperſtes fuiſſe, niſi contrarium probetur, per tex. in l. ſi quis duos. §. ſi maritus. ff. de reb. dub. & in l. cum hic ſtatus. §. amb. ff. de don. inter uir. & uxor. & ĩ l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. vbi & hoc not. gl. & Bald. ff. de relig. & ſumpt. funer. & uoluit præterea Spec. tit. de procur. §. 1. col. 3. uerſ. 25. & Signo. conſ. 155. in proceſſu facto. col. ul. & Aegid. Bellã. in c. dilecti. col. 11. uer. undecimus. de arb. Rom. qui id aſsignat debilitati ſexus, in l. ſi cùm dotem. in fi. ff. ſolut. matrim. & Franc. Cre. ſing. 52. ſtatuto cauetur. & Felin. in c. capitulum ſanctæ crucis; col. antepenul. extrà, de reſcript. & Hippo. Marſi. in repet. rubr. C. de proba. col. 83. De quo tamen uide Sign. conſ. 9. quomodo pręſupponitur. & Franc. Aret. conſtit. 50. copioſè, per totum. & Card. Ale. in c. vlt. in princ. col. 4. uerſ. per ſupradicta. extrà, de don. inter vir. & vxor. & Guid. Pap. in trac. præſump. col. 11. ver. ꝑſumitur vxorẽ.

59 *Mas præſumitur prior natus.*

¶ Sicuti & è diuerſo, cũ dubitatur, vter prior natus ſit, mas, an fęmina, mas ꝑſumitur prior exiſſe ex utero, vt voluit gl. in l. idẽ erit. & ibi ẽt Bal. ff. de ſtatu hominũ. ꝑ tex. qui tñ non probat, in l. ſi fuerit. §. ult. ff. de reb. dub. & ibi quoq; Paul. Caſt. qui id tribuit robori. Nã & Ariſ. li. 6. de Nat. anim. c. 4. ſcribit, colũbas magna ex parte marẽ & fęminã vno partu edere: ſed priorẽ marẽ, poſteriorẽ fœminã. Qđ & Plinius retulit, li. 10. c. 58. & Aelia. li. 1. de Varia hiſtoria. Idẽq; de canibus tradit ipſe Pli. li. 10. c. 68. Quã quã de hominibus contrariũ voluerit Bart. in dicta l. idẽ erit. quam legit cum l. Areth. ff. de ſtatu hominum. in l. ſi extraneus. & ibi recẽtiores. ff. de cõdictione ob cauſam.

60 *De eadem re.* *Marẽ robuſtiorem fieri, quã fœminam congruit.*

¶ Nec huic ſententiæ deſunt ſcriptores Theologi, inter quos Alex. Hales, doctor illuſtris, ſi ad illius tempora reſpicias, & ex cuius ſchola, ueluti ex equo Troiano, multi Theologi ſcholaſtici, prodierunt, in ſecunda parte ſuę non minus doctę, quam fœcundę Summę, quã appellat, q. 88. membro 5. tradit congruiſſe, mulierem fieri corpore infirmiorem, uirum autem fortiorem. Idque quatuor rationibus. Primũ ex parte actionis & paſſionis. Deinde ex parte regiminis & ſubiectionis. Præterea ex parte nutriendę prolis. Poſtremò ex parte ſpiritualis ſignificationis. Quæ omnia membratim & articulatim proſequitur, ut longè lateque declarat.

*Mulier nõ poteſt leuare faidam.*

¶ Hinc quoq; prodijt, quod ex legibus Lõgobardorum ſcribit gl. in c. 1. §. hoc autẽ. in uerbo, legibus. in fin. tit. qui feuda dare poſſunt. mulierẽ non poſſe leuare ſiue remittere faidã, id eſt, inimicitiã: quã ibi ſequuntur Bal. in §. & quia uidimus. col. pen. uer. itẽ gl. iſta. Mart. Laud. Iacob. Alua. & Card. Alex. & alia gl. in ca. 1. tit. an mut. vel imperfect. Angel. in l. filius qui patri. ad finem. & ibi Franc. Aret. colum. penult. ff. de uulg. & pupil. & idem Angel. in l. pro hærede. §. ultim. ff. de acquir. hæred. ubi dicit ſing. priorem illam. & in l. 4. §. Cato. paulò ante fine. & ibi quoque Imol. Raph. Co. & Paul. Caſtr. qui & eam glo. dicunt ſing. Barb. & Alciat. ff. de verbo. oblig. & ipſe Angel. conſ. 67. municipali. col. 1. vbi & illam dicit ſing. & conſ. 289. viſo facto. col. 1. vbi eã dicit ſingul. & intelligit de inimicitia, quæ vindictã facti exigit. Flo. in l. ꝑ fundũ. col. 2. ver. aduerte tamẽ. ff. de ſeruit. ruſti. pręd. & in l. ſi plures. §. hæc autẽ. circa mediũ. ff. de his ꝗ deiec.

vel effud. vbi etiã dicit priorẽ illã gl. allegari pro ſingul. & Ioan. Ana. in c. cùm oporteat. col. 1. ver. nunquid autẽ. extrà, de accuſ. & conſi. 27. viſo caſu. col. 1. & Lud. Bol. in rep. authen. habita, chart. antepenult. ver. ſed quid de hermaphrodita. C. ne filius pro parte. Ex hocq; dicunt Bal. Aluar. & Card. Alex. in d.c. 1. §. & quia vidimus. tit. qui feud. dare poſſ. ꝙ ſi ex ſtatuto pax ſit impetranda ab hæredibus occiſi, nõ eã poteſt mulier cõcedere. De quo tu vide & Bart. & alios in d. §. Cato. & ibi inter cæteros Bald. à Bar. in repet. col. vlt. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iu ſtit. & iur. in l. omnes populi. eodem tit. & in l. 2. C. de liber. & eorum liberis & in l. cùm inter. ad fi. C. de fideicom. libert. Rom. qui huic contradicere videtur in d. §. Cato. & in l. 1. §. potuiſſe. ff. de S.C. Sylla. & in d. l. pro hærede. §. vlt. & ibi etiam Alex. & Franc. Aret. de acquir. hæred. ipſos Alex. & Franc. Aret. in d. l. filius qui patri, illũ. col. penul. hunc, in fin. Corn. conſ. 55. pro deciſione. col. 4. lib. 1. Bened. in repet. c. Ray. in verbo, duas habẽs vxores. nu. 130. Iaſ. in l. cũ filiofamil. col. 19. ver. 5. facit. ff. de leg. 1. Philip. Dec. in c. in præſentia. col. 24. ver. in primis attenta. & conſ. 537. accuratè & diligenter, nu. 6. & ſeq.

62 *Bella virorum propria, nõ fœminarum.*

¶ Neque enim mulieris pugnare propriũ eſt, vel plurimorũ teſtimonio ſuprà citatorũ, & præterea Alex. cõſ. 10. viſo inſtrumento. colu. 2. verſ. ſed præmiſsis. lib. 5. & Matth. ab Afflict. deciſ. Neapo. 320. Ioãnes. & Homeri, qui li. Iliad. 6. tradit telam, ac colum, & ancillarum curã eſſe mulierum propria: bella autem virorum. ita enim fecit Hectorem hæc ad vxorem pronuntiantem:

Ἀλλ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ᾽ ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι, πόλεμος δ᾽ ἄνδρεσσι μελήσει.

Quibus mirè concinit illud Virgilij lib. 7. Æneid.

*Cura tibi diuum effigies, & templa tueri.*
*Bella viri, pacemq; gerant* ——

At ꝓpiùs ad Homerũ accedit illud Ouid. li. 12. Metam.

—— *Columq;*
*I, cape cum calathis: & ſtamina pollice torque:*
*Bella relinque viris.* ——

Ex quo profectum eſt & illud Græcorum prouerbium, μὴ μάχαιραν αἶρε θῆλυ: id eſt, ne gladium tolle mulier: in eos, qui ſeſe immiſcent rei, cui ſunt minimè idonei. Et ſenarius ille prouerbialis:

Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται.
*Fœmina exercitum ducit, & fœmina militat.*

In eum videlicet, cui negotium committitur, cui penitùs eſt ineptus. Quòd autem ipſe Homerus lib. 5. Iliad. Veneri rebus bellicis interdicit, aliò pertinet: vt alibi in 15. l. Connubiali dicemus, num. 17. incip. idem & noſtris. At idem Homerus facit, Hectorem Aiaci hæc dicentem:

Μήτι με ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ πειρήτιζε,
Ἠὲ γυναικός, ἣ οὐκ οἶδε πολεμήϊα ἔργα.
*Ne me, tanquam puerum debilem, tenta.*
*Vel mulierem, quæ neſcit bellica opera.*

Huc quoque pertinet quod Varro Martem ita dictũ dicit, quòd maribus in bello præeſſet. Et quod ante illum Plato in Cratylo, ἄρην dictum putat, ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος: id eſt, à mare, tanquam ſcilicet bella viris peculiariter conueniant, non fœminis.

63 *Maſculũ pro forti & vehementi.*

¶ Ex hoc autẽ, ꝙ quæ maſcula ſunt, ea quoque ſunt, valentiora & firmiora, exijt, vt maſculũ pro forti ac vehemẽti vſurparit antiquitas, ut atteſtatur Nonius Marcellus, in id Varronẽ citans, in ea Satyra, cui ὄνος λύρας ti. eſt. In quẽ etiam ſenſum apud Perſiũ Satyr. illud ſcribitur:

*Maſculabilis.*

—— *Maſcula bilis*
*Intumuit, quam non extinxerit vrna cicutæ.*

*Maſcula Sappho. Maſcula proles.*

Et apud Horat. lib. Epiſt. ad Mecœnatem: & apud Auſonium, Maſcula Sappho dicitur, quamuis id poſtremum alij aliò trahant. Et Maſcula proles, pro forti apud eundem Horat. lib. Carm. 3. Ode 6.

*Sed ruſticorum maſcula militum.*
*Proles, &c.*

*Maſcula meretrix Plauti locus.*

Sed & ſunt, qui apud Plautum in Pœnulo, meretricem maſculam legunt: ſed metri neceſsitas, ſenſuſque concinnitas exigunt, vt legatur meretricem maiuſculã, ut & Pylades admonuit: nã & meretricẽ poſtea aliam minuſculam uocat. Hæc enim erat ætate minor, & illa maior.

*Effœminatio carnium pro debilitate.*

¶ E' diuerſo uerò Hippoc. lib. Apho. 5. c. 16. & iterũ li. Epidem. 6. c. 11. σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, id eſt, carnium effœminationẽ poſuit, pro debilitate, per tranſlationẽ, ut prio re loco annotat Galenus ipſius interpres: quoniam fœmina eſt maſculo debilior. Cornel. autem Celſus lib. 1. c. 9. eum locum Hippocratis interpretãs, ſi nimius, inquit, calor eſt, corpus effœminat. Et hinc quoque mulier, ſicuti ſcribit idem Hippocrates Aphoriſ. ſectione 7. c. 44. & repetit Plinius lib. 7. capite 17. ἀμφιδέξιος, ſiue περιδέξιος, id eſt, ambidextera, nunquam fit, id eſt, quæ ambabus manibus pro dextra utatur.

*Aioth ambidexter.*

Cuiuſmodi Aioth fuiſſe teſtatur liber Iudicum, c. 3. & ſeptingentos uiros, habitatores Gabaa, ita ſiniſtra, ut dextera, præliantes: eiuſdem lib. Iudic. cap. 20. & Hectorem Homer. libr. 7. Iliad. & Aſteropæũ ipſe Homerus eiuſdem operis li. 21.

*Aſteropæus ambidexter.*

Nempe ob naturæ muliebris imbecillitatem, ut prodit Galenus in eo loco. Nam ſi ambabus, inquit, manibus, ob neruorum robur ac muſculorum, quidam uiri utuntur: conſentaneum eſt, nullam mulierem uti poſſe, quæ ſatis habeat, ſi ſola dextera modicè utatur.

*Amazones cur mammã dexteram exurunt.*

Nam & Amazonas ferunt mammam dexteram exurere, ut plurimo alimento ad manum eiuſdem regionis prouenientе, ei maior ad ſit uigor, ut quæ & ipſa ſit natura debilis. quod & inibi repetit Oribaſius, in Comment. Hippocratis. ſed hunc Aphoriſmum poſuit 40. lib. 6. Sed eius rei aliam rationem reddit Quintus Curtius li. 6. Scio autem Platonem lib. 7. de Legibus, ſcripſiſſe, mulieres ambidexteras quoque fieri. Sed id certè (ut ex uerbis eius facilè colligitur) intelligit arte & exercitio: Hippocrates & Plinius, natura.

*Numerus impar mas eſt, par fœmina.*

Huc quoq; quadrat, quod ab ijs ſcriptum eſt, qui numerorum rationes ſcrutati ſunt, parem numerum fœminã eſſe: imparem, marem: ut tradit Plinius lib. 2. cap. 49. quoniã ſcilicet impar numerus ſemper fortior eſt ad omnia: ut abũdanter diſſeruit Macrob. lib. 1. de Somnio Scipionis, & è noſtris Luc. Pen. in leg. poſt princ. C. qui mor. ſe excuſ. lib. 11. Ex quo illud Virgilij:

—— *Numero Deus impare gaudet.*

65 *Mas & fœmina in herbis, plãtis, arboribus, uirgultis.*

¶ Nec hinc etiam abhorret, quòd licet Ariſtoteles libro de Generatione animalium 1. cap. 20. eodemq; ultimo, non ſemel ſcribat, marem à fœmina non ſeparari in herbis, plantis, arboribus, & uirgultis: quod & item adſtruit libro de Hiſtoria animal. 4. c. 11. Alij tamen naturæ rerũ Scriptores hiſce rebus, quibus maior uis eſt, maſculi nomen ac titulum aſsignant: quibus minor, fœminæ: ut patet ex eo, quod ſcribit Dioſcorides lib. 4. cap. 5. & ſeq. ubi de Polygonio, ſiue ſanguinaria, aut ſanguinali fœmina tractat. Tametſi Paulus Ægineta diuerſum tradit in eadem herba, lib. 6. Sed hæc ſententiarum diuerſitas hinc manauit, quòd is, ut & nonnulli alij, teſte Plinio lib. 27. c. 12. putauit, polygonũ fœminam maſculam eſſe, & è diuerſo. At in uniuerſum illud uerum eſt, quod diximus, maiorem eſſe uim ac efficaciam in plantis, arboribus & herbis maſculis.

*Mares plãtæ plus virium habent, quã fœminæ.*

Nam quòd in his ſit ſexuum differentia, ex eo patet, quòd ab eis ſexu diſtinguitur, ut ſcilicet altera ſit mas, altera fœmina, ut tradit Theophraſtus li. 3. Hiſtoriæ plantarum, c. 10. & Plinius lib. 16. c. 10. Abrotanum, ſiue potius Abrotonum, vel placuit Dioſcoridi li. 3. c. 15. Plin. li. 21. c. item 21. Gale. li. 6. Simplicium. Acer, ipſi Plinio li. 16. cap. item 16. Agaricus, Dioſcor. li. 3. cap. 1. & Plin. lib. 25. cap. 9. Anagallis, ſiue Corchorus, Dioſcor. li. 2. c. 198. & Plinio li. 25. c. 13. Apium, Plinio ex authoritate Chryſippi, ac Dioniſij lib. 20. cap. 11. Ariſtolochia, Nicandro in Theriacis, Dioſcoridi li. 3. c. 4. ſeq. & Plinius lib. 25. cap. 8. Apuleio, aut, vt alij vocãt, Apuleo



Apuleio Celſo, de Viribus herbarũ, cap. 12. Aron, Plinio lib. 24. c. 16. Arundo, ſiue Calamus, Dioſcor. li. 1. c. 115. & Plinio lib. 16. c. 35. non ſemel. Aſphodelus, Plinio, ex Dionyſio, lib. 22. c. item 22. Butonicũ, Theophraſto, lib. 4. Hiſtoriæ plantarum, c. 10. Calamus, vide ſupra Arundo.

*Amabiles quo pacto redduntur mares.*

Centum capita herba, quam Eryngion Græci nominant: de quo Plinius, lib. 22. c. 8. illud mirum dicit, eã habere duplicem radicem, alteram marem, alteram fœminam: & ſi viris mas contigerit, amabiles fieri: ob idque Sappho Mitylenæam Phaonem Lesbium adamaſſe: qđ tamen portentoſum dicit ipſe Plinius.

*Sappho cur Phaonẽ adamarit.*

Chamæleon, eidẽ Plinio lib. 22. c. 18. Chamæpitys, Dioſcoridi lib. 3. c. vlt. Ciſthos, Dioſcoridi lib. 1. c. 117. & Plin. lib. 24. c. 10. Conyza, quę & Cunila, & Cunilago, & Pulicaris ipſi Plinio lib. 20. c. 15. & lib. 21. c. 10. Corchorus, vide ſupra Anagallis. Cornus, Theophraſto lib. 3. de Hiſtoria plantarũ, c. 12. & iterum lib. 5. c. item 5. & Plinio lib. 16. c. 25. Cupreſſus, aut, vt alij vocant, Cypreſſus, Theophraſto libro Hiſtoriæ plãtarum 3. c. item 3. & lib. 5. c. 5. & lib. de Cauſis plãtarum 4. c. 5. & Plinio lib. 13. c. 15. & iterum li. 16. c. 33. & Didymo, apud Conſtantinum Cæſarem (vt præfert titulus operis γεωπονικῶν: hoc eſt, agriculturæ: ſiue is fuit Dionyſius Caſsius Vticenſis, ut alijs placet: ſiue alius quiſpiã: de quo in noſtro tractatu Nobilitatis, c. 31. nu. 155.) apud inquam, eum authorem, lib. 11. c. 16. vbi dicit cupreſſum marem ſterilem eſſe. Cynoſorchis, vide infra Orchis. Cyperus interpreti Nicandri in Alexipharmacis. Eryngium, vide cẽtum capita. Faba Octauio Horatiano, aut, vt alij vocant, Theodoro Priſciano, lib. 4. de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium, quo loco de calculi luxatione diſſerit. Ferula, Plinio li. 20. capite 23. Ficus, Diuo Baſilio, Hexaemeri Homilia quinta. Filix, Dioſcoridi lib. 3. c. 175. & Plinio lib. 27. c. 29. & ante hos Theophraſto lib. 9. Hiſtoriæ plantarum, capite 20. Glycyſide, quæ & Pæonia dicitur, Plinio li. 27. capite 10. Harundo, eidem lib. 16. c. 36. Hedera, Plinio lib. 16. c. 34. & Theophraſto, lib. 6. de Hiſtoria plantarum, capite 2. in principio, vnde Plinius videtur totũ eum locum accepiſſe. Verùm Ruellius libro de Natura ſtirpiũ primo, capite 87. contendit mendum eſſe in exemplari Theophraſti, cui innixus eſt Plinius, atq; etiam Theodorus Gaza, qui eũ locum Latinum fecit.

*Plinij error Theodori Gazæ error.*

Neque enim ibi legendum κισσὸν, id eſt hederam, ſed Ciſthon, de qua diximus: vicinitatẽque vocabulorum impoſuiſſe. Ilex, Plinio lib. 16. capite 6. Iuncus, eidẽ lib. 21. capite 18. & Theophraſto de Plantis, lib. 4. Larix, eidem lib. 16. capite 10. & iterum capite 40. Laurus, eodem libro capite 29. Libanus, Oribaſio libro εὐπορίστων, 2. c. 57. Linozoſthis, quæ & Parthenion, & Mercurialis, Dioſcoridi lib. 4. capite 179. Plinio lib. 25. capite 5. qui & illud mirum de ea dicunt, vt id obiter dicam, marem facere, vt mares gignantur: fœminam vt fœminæ. ſi à purgatione, aut, vt tranſtulit Plinius, à conceptu bibatur, tritaq; folia genitalibus admoueantur.

*Mares quõ fiant.*

Malua, illi authori γεωπονικῶν, ex authoritate Didymi, libro 15. c. 5. Mandragora, Dioſcoridi lib. 4. capite 70. & Plinio lib. 25. c. 13. Mercurialis, vide ſupra Linozoſtis. Myrtus, Pauſanię in Eliacis, vbi loquitur de ſimulachro quodam Veneris, facto ex myrto fœmella. Orchis, quę & Cynoſorchis, id eſt, canis teſticulus, de qua dicitur, marem eſſe maiorem & proceriorem: & ſi maiorem edant viri, mares generari: ſi minorem fœminæ, fœminas: vt eſt videre apud Dioſcoridem lib. 3. capite 142. & Plinium li. 27. capite 8.

*Ad idem.*

Pæonia, vide ſupra Glycyſide: & præterea apud Dioſcoridem lib. 3. capite 149. & Serapionem, Simplicium, c. 61. Palma, Herodoto lib. 1. non adeò longè à fine. Theophraſto lib. 2. Hiſtoriæ plant. capite 8. & lib. 3. de cauſis plantarum, c. 23. vbi ſcribit, fructum perdurare in palma fœmina nunquam poſſe, niſi florem maris cũ puluere ei inſperſerint. & Plinio lib. 13. capite 4. qui & illud memorabile tradit, palmas fœminas ſine maribus nõ gignere: & Philoſtratho in Iconibus, illo capite, quo tractat de paludibus; & Iulio Polluci lib. 2. capite 12. quo loco differit de nominibus oleæ, vitis, ficuum, & palmarum: ubi ex authoritate Herodoti & Xenophontis, tradit palmæ fœminæ fructus propriè Balanos dici, & Leontio & Florentino in illis Georgicis; & ex eorum autoritate Conſtantino illi, aut quiſquis is fuit, lib. 10. capite 4. ubi id dicunt, palmam ipſam amare, & quidem ardenter, alteram palmam: neque prius deſiderium in ipſa ceſſare, prius quam ipſam mas cõſoletur.

*Palma fœmina ſine mare nihil gignit.*

*Balanique propriè dicantur.*

Videre enim eſt, inquiunt, arborẽ ipſum incuruatam, nec ferentem propriũ firmamentum, neque fructum producentem. Atque hoc ipſum agricolam nõ latere: noſſe enim illũ quod amet, quam uerò amet, ignorare. Ideò multis palmis ille contingens, rurſusq; ad amantem regrediens, eam ſi attingẽs, quaſi oſculum mutuò miniſtrare uidetur. Qui uerò palmam deſideret, affectu animi, ſi ita dicere liceat, manuum nutu aliquo modo ſignificat. Ad illam enim reſpicit, & in illam radicibus extenſis, ſe amanter inijcit, eamque quaſi amplectitur. Medela igitur amoris eſt, ut agricola frequenter maſculam contingit, & manus ſuas amanti admoueat, & maximè ut flores de capite maſculæ ademptos, in caput amantis imponat. Hoc enim nodo amorem mitigat, & palma ipſa ſplendida reddita, poſtea pulcherrimum optimumq; fructum feret. Et præter hos diuo Baſilio, Hexaemeri Homilia quinta, ubi etiam tradit, palmam quæ fœmina dicitur, in marem pronam, blandioribus ramis nutare, quaſi geſtiẽtem atque amplexum maris percupientem. Stirpium uerò cultores inter ramos tunc, quaſi ſemina quædam, maris florem lanuginemq; immittere, atque ita illam quaſi uoluptatem inde percipere, ſeq; demum rurſus erigere, ad formamq; propriam ſuas comas reſtituere. Quod & idem propemodũ ſcribit diuus Ambroſius lib. 3. eiuſdem operis, eiuſdem tituli, capite 13. Eſt etiam, inquit, quod mireris, ipſis ſexus in pomis, eſt diſcretio ſexus in arboribus. Nã uideas palmam, quæ dactylos generat, plerunq; inclinantem ramos ſuos, & ſubiacentem & concupiſcentiæ atque amplexus ſpeciem prætendentem ei arbori, quam palmam marem appellant pueri ruſticorum, &c. De quo & tu uide Cœlium Rhodigin. lib. 20. c. 34 Parthenion, uide ſuprà Linozoſtis. Paſtinaca, Serapioni Simplicium, capite 166. Picea, Plinio lib. 16. capite 10. Pinus, Theophraſto lib. 3. Hiſtoriæ plãtarum, capite 10. & iterum lib. 2. eiuſdem operis nono, capite 2. Pittacium, Diomegeron illi authori γεωπονικῶν, lib. 10. capite 12. ubi ſcribit, piſtacia ſeri circa Calendas Aprilis, marem & fœminam, coniunctis naturis: mare ad Fauonium dorſum habente: ita enim connexas fructum uberiorem producere. Polium, Nicandro in Alexipharmacis. Pollicaria, Theophraſto libro Hiſtoriæ plantarum 6. capite 2. Polygonon, Dioſcoridi lib. 4. capite 5. & ſequentib. Plinio lib. 27. capite 12. & Galeno libro Simplicium 8. quibus locis Dioſcori des & Galenus nuncupatim dicunt, fœminam non tam efficaces uires habere, quàm marem: uti tradidit Serapion Simplicium, capite 251. ubi tamen Interpres errantem putat hanc eſſe, quæ vulgò Virgapaſtoris appellatur.

*Serapionis locus.*

Pſyllion, Plinio lib. 27. capite 12. Pulegium, eidem libro 20. capite 14. & Apuleio Celſo de Viribus herbarum, c. 93. & Serapioni Simplicium, capite 310. Pulicaris, uide ſupra in Conyza. Quercus, Plinio lib. 16. capite 6. Rapa, Theophraſto libro Hiſtoriæ plantarum, capite 4. & Plinio lib. 18. capite 13. & lib. 19. c. 6. Ruta, Pythagoræ, & ex eius autoritate Plinio lib. 20. capite 13. Satyrion, eidẽ Plinio lib. 26. capite 10. Scilla, illi ipſi lib. 19. capite 5. & iterum li. 20. capite 9. Sorbus, Theophraſto lib. 3. Hiſtoriæ plantarum, capite 12. Taxus, Plinio lib. 16. capite 10. Terebinthus, Theophraſto lib. 3. c. 15. & Plinio lib. 13. capite 6. Tilia, eidem autori, eodem lib. 13. capite 10. Tithymalus, Dioſcoridi lib. 4. capite 155. aut, ut alij computant.

putant. 159. & Apuleio Celſo libro de Viribus herbarũ, capite 109. Verbaſcum, Dioſcoridi libro 4. capite 115. Plinio lib. 25. capite 10. & Galeno libro Simplicium 8. capite de phlomo. Verbenaca, Plinio lib. 25. capite 9. Viſcum, eidem lib. 16. capite 44. eodemque vltimo. Vrtica, eidem Plinio lib. 21. capite 15.

66 *Mas et fœmina i omnibus, quæ terra gignuntur.*

¶ Et generaliter idem Plinius lib. 13. capite 4. arboribus, inquit, imò magis omnibus, quæ terra gignit, herbiſque etiam vtrũque ſexum eſſe, diligentiſſimi natura tradunt. Quod & ipſe innuit, lib. 16. capite 33. dum dicit, hederæ eſſe duo genera, ſcilicet marem & fœminam, vt reliquarum herbarum, & diuus Baſilius Hexaemeri Homilia quinta, & D. Ambroſius lib. eiuſdem tit. 3. & ante hos Theophraſtus, libro Hiſtoriæ plantarum primo, capite vlt. & iterum lib. 3. capite 9 & ſequentib. vbi dicit, arborum vniuerſarum plures differentias intelligi: ſed eam publicam, qua mas & fœmina diſtinguuntur: quorum alter ſterilis eſt, altera fructifera. Vbi autẽ ambo ſunt fructiferi, fœminam fructum ferre meliorem: niſi fortè mares eas vocare libeat: eſſe enim nonnullos, qui ita vocẽt.

*Arborum fœminarũ fructus melior.*

Nã & Diodorus Siculus lib. 2. capite 3. tradit, Ægyptios, arbores ferentes contra Græcorum morẽ appellare mares: fœminas verò quæ adiuuant maturitatem. Et ante hos omnes Ariſtoteles non obſcurè lib. 1. de Generatione animalium, capite item 1. & libro quoque Plantarum, vbi eius ſententiæ Empedoclem authorem laudat. Vt minus mirum ſit, quòd viſcum, quod ex quibuſdam arboribus naſcitur, ſexu quoque diſtingui, vt aliud ſit maſculũ, aliud fœmineum, vt patet ex Plin. lib. 16. capite 44.

67 *Arbores mares robuſtiores.*

¶ Quod non aliunde fit, quàm quòd alijs inſunt marium vires, alijs fœminarum, eo, quẽ ſuprà diximus, modo. Nam & Theophraſtus ipſe eiuſdem illius operis lib. 5. capite item 5. & Plinius lib. 16 c. 41. tradunt, in arboribus mares in totum eſſe robuſtiores, firmioresque fœminis. quod & è recentioribus tradit Cælius, qui nullum antiquiorem citat, lib. 20. capite 34. Dioſcorides autem lib. 1. c. 81. ſcribit, inter thura principatum obtinere thus maſculum. Idq́; Plinius lib. 12. c. 14. tributum religioni, ne ſexus alter vſurparetur. Ex quo illud Virgilij Ecloga 8.

*Thus maſculum.*

*Verbenaſq́; adole pingues, & maſcula thura.*

Et illud Ouidij in carmine de Medicamine faciei:

*Cumq́; Ammoniaco maſcula thura ſale.*

Id autem ex his eſt, ex quibus theriaca conficitur, vt videre licet ex Galeno (ſi is eſt) in libro de Theriaca, ad Pãphilianum. Et ex Paulo Ægineta lib. 7. capite 11. Et aliàs ſæpe eo vtuntur Medici, vt videre licet apud Plinium (ſi is eſt) de Re medica, lib. 2. capite 16. & cùm apud alios, tum apud Æmyliũ Macrum, aut quiſquis fuit, qui librum de herbis conſcripſit, eo in loco, vbi de cinnamo agit.

68 *Lapides et gẽmas ſexu diſtingui.*

¶ Sed, vt redeamus, non ob aliam quoque cauſam, niſi quòd mares ſunt efficaciores, lapides quoque, & gemmæ ſexu diſtinguũtur. Quod de Magnete tradit Plinius, ex authoritate Sotaci lib. 36. capite 17. Et de Aetite idẽ eodem libro, capite 21. in prin. & de Carbunculo & Sandaſtro, quam alij Garamantitem vocant: & de Carchedonio & Sardaſtro, lib. 27. cap. 7. & de lapide & Sapphiro eodem libro 27. capite 9. & de Diphrite, eiuſdem lib. cap. 10. & de lapide Syriaco Galenus Pharmacorum κατὰ τόποις, lib. 10. capite 1. & de Cyaneo lapide, Solinus capite 21. Vti etiam metalla, vt de Stibio tradit Plinius li. 33. capite 6. quanquam & id quibuſdam lapis eſſe creditur. Sed & ſolum ſabuloſum aliud eſſe maſculum, aliud fœmineum videri poteſt ex eodem Plinio lib. 35. capite 14. niſi ibi mendum ſit. At certè mendum nõ eſt, cùm & ipſe Plinius lib. 31. capite 3. tradat ſabulum quodpiam maſculum eſſe, vt Vitruuius lib. 2. c. 3. Quid quòd in ſingulis elementis quædã ſunt maſcula, quædam fœminea, ſi Ægyptijs credamus, idipſum opinantibus. Nam aerem marem iudicant, qua ventus eſt: fœmineum, qua nebuloſus & iners. Aquam virilem vocant mare, muliebrem omnem aliam. Ignem vocant maſculum, qua ardet flamma, & fœmineum, qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorẽ marem vocant, ſaxa cauteſq́;: fœminæ nomen aſsignãt huic tractabili. Id quod à Seneca traditum eſt, Natural. quæſt. lib. 3. Ex quibus intelligis, ſemper ei quod fortius eſt, ſexum virilem tribui, quod debilius, fœmineum.

*Et metalla.*

*Et ſolum.*

*Et ſabulũ.*

69 *Mares animi uiribus fœminis præſtant. Viri appellatione potior animi pars ſignificatur. Mulieris infirmior.*

¶ Secundum quoque, in quo diximus, mulieres eſſe, quàm viros, animi viribus longè inferiores, in confeſſo eſt, vel authoritate ſacrarum literarum, quæ (vt annotarunt pleriq; docti Theologi, in enarratione primi Pſalmi) viri appellationem vſurpant, cùm potiorem animi partem ſignificare volunt, quam Philoſophi rationem, Paulus ſpiritũ appellat. Rurſum mulieris vocabulo infirmiorem mentis noſtræ portionem indicant, quam nos affectum, Theologi ipſi carnem vocant. In idq́; referunt illud eiuſdem Pſalmi primi, Beatus vir, qui non abijt in cõſilio impiorum. Illudq́;. 1. Regum 26. c. Nunquid vires tu? Atque illud Iudic. c. 7. Gedeon filius Ioas, vir Iſrael. Et Eſaiæ 59. c. dicit Deus, quia non eſt vir. Nec id quidẽ iniuria, cùm multis placeat, mulieres fermè rationis eſſe expertes. Nam diuinus ille Plato dubitare vr̃, vtro in genere ponat mulierem, rationaliũ animalium, an brutorũ. Martianus aũt ſcribit, Mineruam natam eſſe ſine matre: qm̃ in fœminis prudentia non eſt: cuius dea eſt ipſa Minerua. Verſus Martiani ſunt hmõi in hymno Palladis:

*Minerua cur ſine matre nata dicatur*

*Hanc de patre ferunt ſine matris fœdere natam,*

*Prouida conſilia quòd neſcit curia matrum.*

Euripidis in Medea ſententia eſt:

Γυναῖκες ἐσμὲν ἐς μὲν ἐσθλ᾽ ἀμηχανώταται,

Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

*Mulieres ſumus ad bona conſilia inertiſſimæ,*

*Malorum autem omnium artifices ſapientiſſimæ.*

Quibus adſtipulatur ille Mimus Publij, aut Senecæ, aut etiam alterius,

*Malo in conſilio fœminæ vincunt viros.*

70 *Fœminarum conſilium inualidum, fragile, infirmum.*

¶ Imperatores Honorius & Theodoſius in l. ſi pater. in fi. C. de ſponſal. ſcriptum reliquerunt, fœminarũ conſilium plerumque aduerſus propria cõmoda laborare. Ariſto. lib. 1. Polit. c. vlt. ſcribit, mulierum conſilium eſſe inualidum. Quem citat, loco tamen ſuppreſſo. Bal. in rubr. C. de rer. permut. verſ. item quare donatio. vbi hoc dicit eſſe naturale & immutabile. & in l. 1. col. 12. verſi. ſuper quarto articulo. C. qui accuſ. non poſſ. & in c. 1. in 2. lect. col. penult. verſi. vltimo quæro. extra, de iudic. & Philip. Dec. conſi. 188. in caſu propoſito. verſi. non obſtat ratio. Accurſius autem earum conſilium dicit eſſe fragile, in l. 1. C. de confir. tut. Et alibi infirmum, videlicet in §. 1. Inſtit. de ſatiſd. tut. & vtraque copulat Pet. Anch. cõſi. 231. de primo. col. vlt. Et in hanc ſententiam manibus pedibuſq́; diſcedit Cicero in oratione pro Lucio Muræna, cuius verba paulò poſt ſubijciam. Philo autem apud Anton. Monachum, in 2. tomo Meliſſæ, Serm. 33. Ἀσθενέστεραί πως εἰσιν αἱ γνῶμαι τῶν γυναικῶν· Infirmiora quodammodo ſunt mulierum conſilia.

71 *Mulier fragiles.*

¶ Sed quiſnam miretur mulierum conſilium exiſtimari fragile & infirmum, cùm mulieres ipſæ dicãtur fragiles eſſe, infirmæ, imbecilles? Fragiles quidem, vt ſcribitur in l. ſi mulier. C. ad Velleianum. & in l. ſi pater. C. de ſponſal. & in l. 1. §. penult. C. de rei vxor. act. & in l. vlt. C. de dona. ante nupt. & in l. ſicut. ibi, ſexus fragilitas. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & in l. aſsiduis. poſt princ. C. qui potior. in pignor. habean. & in l. quiſquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maieſta. & in §. 1. ad fin. Inſtit. qui. ali. licet. & in c. ex parte abbatiſſæ. extra, de priuilegijs. & in cap. Adam. 24. quæſt. 5. Ideoque Bapt. Mantuanus Eclog. 4. de mulieribus ſic ſcribit.

*Quiſquis es (expertus moneo) tentare recuſa.*

*Dum licet, hic fragilis quot habet faſtidia ſexus.*

Diuus Hieronymus, aut alius quiſpiam (quod magis puto) in regula monacharum ad Euſtochium, c. 16. Debilis



lis eſt nimirũ ſexum quẽ geritis, ac fragilis, ac mobilis, ſi ſuo relinquatũ arbitrio. E noſtris aũt Ang. conſ. 191. ſup puncto vr̃. poſt prin. dicit, ꝙ ꝑ hanc mulierum fragilitatem, mos inoleuit apud omnes ferè Italos, vt ipſis mulieribus ſit poteſtas contrahendi interdicta, ſine conſenſu Minualdi, vt Florentiæ, vel proximorum, vt alibi. Et ante eum idem fermè dixerat Bald. ipſius frater, in l. 2. in 9. q. C. de reſc. vẽd. & in c. ſicut. col. vlt. de ꝓb. & cõſi. 407. preſupponendum, lib. 2. de quo poſtea abundè dicemus.

*Mulierib. cur poteſtas cõtrahendi interdicta.*

72 *Græcorum legibus mulierib. dabatur tutor aut curator.*

¶ Quod ex veterum Græcorum inſtitutis prodijt, apud quos ex lege tutores, & curatores mulieribus dari ſolitos legimus, ſine quorum arbitrio & authoritate nihil eis agere licebat, vt refert Harpocration, & videre ẽt licet ex Demoſthene, in Oratione aduerſus Neæram, Ὁ νόμος κελεύει ἐάν τις ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα, ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ᾽ ἐννέ᾽ ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς ὠδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ· id eſt, Lex iubet, ſi quis vxorem ablegauerit, reſtituere dotem: alioqui ſeſquicenteſimã dotis penſitare, licere tutori qui. ſ. mulierem in ptãte habet, & rei vxoriæ aut ex ſtipulatu agere ad dotis repetitionẽ. Et Tullius in Oratione pro Lucio Flacco, Emptiones falſas, prædiorũ proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Tutor his rebus Græcorũ legibus adſcribendus fuit. Hæc ille. At priuatim Athenienſium legibus nõ paſsim concedebatũ. ſed illis præſcribebatur commerciorum modus: neq; .n. illis licebat mercari vltra ſex modios hordei, quòd has infirmum animum gerere putarent, vt tradit Dion Pruſienſis, in libro περὶ ἀπιστίας, id eſt, de non temerè credendo.

*Mulierib non licere ſine tutore contrahere, aut aliud quippiã agere.*

¶ Illa autem mulierum tutela ad Romanos, vt alia multa, ex Græcis tranſlata eſt. Ex quo illud Plautini Megadori in Aulularia de mulierum luxu:

*Quarum animus auidis, acq; inſatiabilibus*

*Neque lex, neque tutor capere eſt qui poſſit modum.*

Et qđ ſcribit ipſe Tullius in Oratione pro Cecinna non ſemel. Nã illud primùm in eo loco ſcribit: Iudica hoc factũ eſſe, aut nunquã factum, vel cogitatum, crede huic teſti: has improbat tabulas, hoc non põt. Cui filius agnatus ſit, eius teſtm̃ non eſſe ruptum, iudica: quod mulier ſine tutore authore promiſerit, deberi: non eſt aditus ad hmõi res, &c. Et paulò poſt, Ipſe nunquã auderet iudicare deberi viro dotẽ, quam mulier nullo authore dixiſſet. Et in Oratione pro L. Muræna, Mulieres oẽs ꝑ infirmitatem cõſilij maiores in tutorũ ptãte eſſe voluerunt. Cui concinẽs Boethius in lib. in Topica Cic. 2. Mulieres, ait, antiquo iure tutela ꝑpetua continebat. Recedebant verò à tutoris ptãte, quæ in manũ viri conueniſſent. Qđ & repetit li. 4. enarrans illud Tullij, qđ & id adſtruere vr̃. Nõ quemadmodũ quod mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore ſoluas autore: ita ꝙ aut pupillo, aut pupillæ debeas, rectè poſsis eodẽ modo ſoluere. Et Cato ille Cẽſorius apud Liuiũ. lib. 4. belli Macedonici, Maiores quidẽ noſtri ne priuatã quidem rẽ agere fœminas ſine authore voluerũt. Et iterũ li. 9. loquens de Hiſpala Fecẽnia, Poſt patroni mortẽ, qa in nullius manu erat, tutore a Tribunis & Prætore petito, cũ teſtm̃ faceret, &c. Et id quoq; apertè adſtruit qđ a Plutarcho ſumptũ eſt in Numa Põpilio, Veſtalibus eũ honorem veluti ſpãli priuilegio redditũ, vt oĩa gerere ſine curatore, quemadmodũ & trium filiorum matribus, tanquam cæteris mulieribus non liceret.

74 *Mulieres infirmas eſſe.*

¶ Infirmas verò eſſe mulieres (quod non admodum diſtat à ſuperiori) teſtimonio ſunt leges noſtræ, quæ ob id multa ſtatuerunt. videlicet l. 2. §. verba. in fi. in illis verbis, infirmitas mulierum. ff. ad S.C. Velleian. & l. regula, ſtatim poſt prin ff. de iur. & fact. igno. & l. cuius bonis. ff. de cu. fur. & l. deferre. in prin. ff. de iure fiſci. & l. j. §. accuſationem. ibi, propter ſexus infirmitatẽ. ff. ad S.C. Turp. & l. 1. ibi, fœmineæ infirmitatis. C. quan. mulie. tut. offic. fun. pot. & l. quiſquis. nuper allegata. C. ad l. Iul. maieſt. & l. nullus. C. de iure fiſci. li. 10. & l. nullus ſolius. C. de dec. eo. lib. & §. his conſequẽs. verſ. vnde volumus. in auth. de æqual. dot. Cui accedit illud Erus Ouidianæ ad Leãdrũ:

*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris:*

*Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.*

Illud quoque Hieronymi, aut alterius non indocti, ad Præſidium, de cerio Paſchali, Sectemur ſaltem mulierculas: ſexus nos doceat infirmior. Diuus autem Petrus Epiſtol. 1. capit. 3. mulieres vocat infirmius vaſculum.

75 *Mulieres imbecilles eſſe.*

¶ Item eas eſſe imbecilles (quod & idem fermè eſt) comprobant & noſtræ leges: vt eſt text. in d. §. verba. ibi, propter ſexus imbecillitatem. & in l. imperialis. in princ. C. de nupt. Et Valerius lib. Rerum memorabilium 9. c. j. inquiens, Sed quid ego de mulieribus vlterius loquor, quas imbecillitas mentis, &c. Plutarchus quoq; in Probl. c. 116. Cur, ait, mulieres propinquis & cognatis non nubunt? qm̃ mulieres ꝑ imbecillitatem multorũ ope, & auxilio egentes, propinquis idcircò adiungere noluerũt, vt ſi quæ à viris ſuis iniuria afficerentur, cognati opẽ ferrent. Quintil. aũt auus, Declamat. 338. Imbecilla res eſt, inquit, fęmina. Et Decla. 368. ſcribit matrimonia ab ipſa rerum natura inuenta, ſicq́; mares fœminis iungi, vt imbecillior ſexus præſidiũ ex mutua ſocietate ſumat. Quæ ſnĩa vr̃ fuiſſe ſumpta ab Ariſtotele, lib. Oeconomicῶn 1. c. 3. qui tamen de corpore potius, quàm de animo, loqui videtur. Sed & idem Ariſtot. lib. Problematῶn 29. c. 11. Cur, ait, mulierem interficere iniquius ſit, quàm virum, quanquam naturæ ratione mas fœmina præſtantior eſt? an quia mulier imbecillior eſt, minuſq́; proinde iniuriã facere poteſt. Etenim eniti aduerſus id, quod longè infirmius eſt, nihil virile, imò ſtolidum atq; iniquiſsimũ eſt. Hæc ille: quæ tam ad animũ, quàm ad corpus referri poſſunt. Tradit Vopiſcus, Aurelianũ Imperatorem, cùm Zenobia ad pęnã vocaretur à militibus, ꝙ ſibi imperiũ vſurpaſſet, illã uita donaſſe, ꝙ indignum exiſtimaret mulierẽ interimere. In quam ſententiam Euripides in Hecuba:

*Mulieres propinquis cur non nubunt.*

*Matrimonia cur inuenta.*

*Mulierem interficere iniquum.*

Ὡς ἀποκτείνειν φθόνος

Γυναῖκας, — Quàm inuidioſum, interficere fęminas,

Nam (vt idem ſcribit in Hercule furente) mulieres quodammodo ſunt maſculis miſerabiliores.

Τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων.

Cui concinit, quod è noſtris tradit Bal. conſi. 96. factum tale eſt, Carolus, lib. 2. ꝙ mulier miſerabilior eſt uiro.

76 *Mulieres decipi faciles.*

¶ Ex hac ſexus muliebris imbecillitate illud quoque fit, vt mulieres ſint admodũ decipi faciles, vt aſſerũt Ariſtoteles & Auicenna, alter Philoſophorum, alter medicorum, ut pleriſque placet, & mihi quoq;, Arabum certè maximus, utèrq; circa initia lib. 9. de animalibus, & Alb. Magnus Ariſtot. ſimia, lib. 8. de animalib. c. 1. & inſinuat illud Ouidianũ in epiſtola Phyllidis ad Demophoontẽ:

*Fallere credentem non eſt operoſa puellam*

*Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.*

*Sum decepta tuis & amans, & fœmina verbis:*

*Dij faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.*

Et alibi in epiſtola Cydippes ad Acontium:

*Improbe quid gaudes, aut quæ tibi gloria parta eſt?*

*Quidve vir eluſa virgine, laudis habes?*

Veluti non magnum ſit negotium, non magna gloria & amantem, & fœminam decipere. In quo videtur fuiſſe imitatus illud Virgil. lib. 4. Æneid.

*Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis*

*Tuq́; puerq́; tuus: magnum & memorabile nomen,*

*Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum eſt.*

Cui etiam concinit illud Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 7.

*Quæq́; tuos currus comitantur turba ſequetur,*

*Clamet Io forti victa puella viro eſt.*

At apud Homerum lib. 5. Iliad. Diomedes non ſine bili Veneri exprobrat, quòd mulieres impotentes, ſiue imbecilles deciperet, ita enim loquitur:

— Ἦ οὐχ

Ἅλις, ὅτι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις.

Chryſoſtomus autem (ſi is eſt) in 2.parte Homiliarum in Matthæum, Homilia 23.in princ. Sexus, ait, mulierum incautus & mollis eſt: incautus, quia non omnia quæ videt, aut audit, cum ſapientia & ratione conſiderat: mollis autem, quia facilè flectitur, vel de malo ab bonum, vel de bono ad malum. Idem in epiſto. ad Corinthios 2. Homilia 23.dicit, mulierum proprium eſſe decipi.

77 *De eadē re.*

¶ Cuius ēt rei tex.eſt apud nos in c.Adam.33.q.5.& in §.1.poſt medium, in authen.vt immobi. ante nupt.dona.in illis verbis, mulier quippe mariti ſeductionibus facilè decepta, &c.& in §.his conſequens, verſ.vnde voluimus, in auth.de æqual.doti. & annotauit Lucas Pen.in l.vlt.col.3.C.de priuil.ſcho.li.12.At Bal.in c.2.col.2.verſ.item hoc ſtatutum, de prob.ſcribit, ea ſtatuta, quæ in contractibus mulierum requirunt conſenſum propinquorū, habere in ſe naturalem rationem, quia mulieres multis deceptionibus patent. Idem in l.2.in 9.q.C.de reſc.vend. dicit huiuſmodi ſtatuta eſſe æquiſsima, quia mulieres facillimè ſeducuntur. Sed & ante, in 4.q.eiuſdem l.dixerat, facilius ob id ſuccurri mulieribus, quàm viris, remedio illius, l.& ſequitur Imo.in c.cum contingat, de iureiur.& Barb.conſi.55.præclarè ſcribitur, col.vlt.lib.2.& Philip. Dec.conſi.61.viſo themate.col.vlt. Idem quoqne Bald. conſi.115.verba dicūt, domina Antonia, circa medium, lib.1.ait, quòd non debet permitti, quem malè vti ſubſtātia ſua, & maximè mulieres, quæ facilè decipiuntur. Et Iaſon in l.non tantum, col.2.ff.de re iudic.dicit, quòd ſtatutum Parmæ diſponens, ꝙ maritus in vltima voluntate non poſsit relinquere vxori ſuę vltra centum libras, licèt ſit exorbitans, imò correctorium iuris communis, extenditur ad vxorem, vt etiam non poſsit viro relinquere: ea ratione motus, quòd maior ratio eſt prohibitionis in vxore, quàm in marito, vt quam maritus poteſt ſeducere, atque inducere ad ſibi relinquendum. Et ita dicit conſuluiſſe, & ſibi multos Doctores ſubſcripſiſſe. Et facit, quod ſcribit Petr.Anchar.d.conſi.231.de primo dubio, col.vlt.quòd faciliusſuccurritur mulieribus in annullandis reſcindendiſq; earum contractibus, quàm viris.

*Mulieres facilius reſtituūtur.*

78 *Fœminæ cur in feudis nō ſuccedant.*

¶ Igitur cùm mulieres ſint huiuſmodi, habeantque conſilium inualidum, fragile, infirmum, non iniuria ſtatutum eſt, vt fœminæ in feudis non ſuccedant, ſicut faciunt maſculi. Nempe propter fragilitatem conſilij, quoniam vaſallus inter cætera iurat præſtiturum ſe domino conſilium, c.1.tit.de for.fideli.& cap.mulier, tit.de noua for.fidel. Mulier autem non eſt apta nata ſolidis cōſilijs, vt dicit expreſsim Bal. hanc inter alias huius rei rationē reddens, in l.quoties, quæ eſt vlt.col.3.verſi.& dic, quòd mulier regulariter.C.de ſuis & legit. & Nico.Neapol.in c.1.§.& quia.& ibi quoque Alua.col.vlt.& Card.Alex. char.antepen. in 9. fal.tit.qui feu.dar.poſſ. Socin. conſil. 257.viſis inueſtituris, col.2.& Franc.Curt.Iunior, conſ. 1.facti cōtingentia, col.4. vbi tamen erranter allegat Bal. in l.quoties.C.de fideic. Alibi verò idem Bal.videlicet in c.ſignificauit, col.1.extra de reſcr. dicit ꝙ ratio naturalis conſentit, vt fœminæ regulariter in feudis non ſuccedāt: quia animi conſilium non reperitur apud fœminam.

79 *Statutum requirens conſenſum coniunctorum non comprehēdit fœminas.*

¶ Præterea idem Bal.in l.1.col.vlt.verſi. vtrum aūt, ſi ſtatutum loquitur de coniunctis. C. qui admit.dicit not. Quòd ſtatutum requirens conſenſum vel authoritatem coniunctorū, ad contractum vel alium actum conficiendum, non comprehendit fœminas: quia conſilium propriè virorū eſt, non mulierum, arg.l.quidam decedens.§. Pap.ff.de admin.tu.quod & idem voluit ipſe Bal.in l.vlt. C.de verb.ſign.vbi ēt Ang.qui & hanc rationem reddūt, ꝙ hmōi ſtatutum ponderat prudentiam conſilij, per tex. in l.vlt. ff.de fid.inſtr. Et rurſum idem Bald.conſil.201. in prouincia Anconitana, col.vlt.verſi. quoad articulum de matre, lib.1.vbi in ratione huius rei dicit, ꝙ mulieres non habent integrum conſilium.& idē ſentit, conſi.120. ſuper primo puncto, in 1.dubio, lib.4. vbi etiam dicit, ꝙ fœminæ lubricum habent conſilium, ideoq; non videri hmōi ſtatutum de muliere ſenſiſſe. & ita ēt uoluit Petr. Anch.in rep.c.1.extra de conſt. Paul.Caſt. in l.ſi dotē.§. ſi patri.ff.ſol.matr.ubi dicit eſſe menti tenendum, Alex. in l.1.§.uoluntate, col.3.uerſic.pro hoc ēt adduco.ff.ſol. matr.& conſi.24.animaduerſis his, col.8.uerſ.& præſertim, lib.2. Idem ſi tn̄ is fuit, in addit.ad Bal. in l.quicumque, col.3.uerſ.nota tertiò.C.de ſer.fug.& Barb.in repe. l.cum acutiſsimi, col.52.uerſi.tu pondera.C.de fideic.& in cle.1.in char.6.in paruis.de elect.& conſi.41.immortalem, col.6.uerſ.præterea in iſta donatione, lib.4.& Pet. Phil.Corn.conſi.74.de duobus, col.ult.li.1. & conſi.83. uī in hac cōſultatione, in prin.lib.1. & conſ.316.quoad primum, col.5.uerſ.& hmōi ſtatutum. eo.lib.1.& conſi. 94.circa primum dubium, col.1.lib.2.& cōſi.138. placet mihi, col.3.uerſ.& in materia differenti, eo.lib.2.& conſ. 156.de duab.col.1.eo.lib.2.& conſi.224. non ſequendo ordinem, col.3.uerſ.& propterea concludit, eod.lib.2.& conſi.151.uī in hac conſultatione, col.ult.lib.4. & cōſ. 271.de hac conſultatione, col.ult.eo.li.4.Fran.Cur.Sen. conſi.9.Ticinenſi ſtatuto, col.5.uer.& pro iſta cōi parte.& Iaſ.in l.ſi is quis id qđ, col.2.uer.iſtā regulam limita.ff.de iuriſd.om.iud. ubi hoc notabile dicit, & iterū in l.tres fratres, col.2.uerſ.8.notandum.ff.de pact.& Benedict.in rep.c.Ray.in uerbo, duas habens filias, nu.24.& nouiſsimè Phili.Dec.in l.2.col.6.uer.25.& iterū col.11. uerſi.ſit ergo concluſio.ff.de reg.iur.& in l.1.col.3.uerſi. ad aliud dictū.C.unde uir & uxor, & cōſ.188.in caſu ꝓpoſito, uer.Nō obſt.rō.& Alc.in l.1.in uerbo, cōplectit. ff.de uerb.ſig.& Steph.Bert.cōſ.?6.multa ſūt, in fi.li.j.

80 *De eadē re.*

¶ Sed & eleganter, & in pulchro caſu conſuluit Bal. conſ.6.hæc eſt copia, lib.2. ualere teſtamentum à fœmina conditum præſentibus duobus propinquis maſculis, prætermiſſa muliere, quæ illis erat propinquior, quamuis ex diſpoſitione ſtatuti mulier non poſſet teſtari ſine conſenſu duorum propinquorum conſanguineorum. Nam de maſculo loquitur ſtatutum, non de fœmina, quia lubricum fœminæ conſilium non debet per aliam fœminā ſuppleri. Hæc ibi Bald.qui etiam ſubdit, quòd ſi mulier, quæ dicitur propinquior, ſit ſapiens & diſcreta, non tamen requiritur eius conſenſus, allegat. l. ult. in ratione ſui.ff.de legi.tut. Quaſi diceret Bald.nullam certè fœminam, quantumcumque pro ſexus capacitate prudentem, ſatis tamen habere conſilij, aut prudentiæ, ut ad ea uocari debeat, quæ conſilio & prudentia geri debeant. Cui cōcinit quòd ſcribit Cal. in exhortatione ad bonas artes, poſt prin. Veteres fortunā depinxiſſe mulieris ſpecie, ut illius imprudentiā amentiamq; euidentius exprimerēt.

81 *Fortuna cur muliebri ſpecie depingatur.*

¶ Confine eſt, quod eleganter ſcriptum eſt ab Ang. eiuſdem Bald.fratre non indigno, conſil. 191. cuius id exordium eſt, ſuper pūcto uidetur, quòd ſi teſtator quiſpiam, iuſſerit aliquid fieri conſilio conſortium, certè ſub hoc nomine non comprehenditur fœmina, neque ea ob id uocanda eſt ad huiuſmodi conſiliū. Quem in id nuncupatim allegat & ſequitur Franc.Areti.in l.cùm hæres, in prin.col.ult.ff.de acq.hær.licèt Angel.ipſe non ita clarè uoluiſſe uideatur, niſi mendum ſit in meo codice.

82 *Maſculinum in officijs non comprehēdit fœmininum.*

¶ Conſimilem uim habet, quod dicit Bal. ut ad eum redeamus, in c.ad audientiam. l.j. in fi. de reſcript. ꝙ in officijs maſculinum non concipit fœmininum. Ideoq; licèt aliàs appellatione fratris ueniat ſoror.d.l.tres fratres. ff.de pact.cum ſimilib. Tamen ſi teſtator dixit, relinquo fratres meos executores mei teſtamenti, non intelligitur de ſororib.allegat dictam.l.cuius bonis.ff.de cur.fur. Et ſubdit rationem, quia fœmina habet conſilium inualidū. Quam deciſionem negat Iaſon eſſe alibi, in l.ex facto, in prin.col.pe.uer.circa ſecundam concluſionē. ff.de uulg. & pupil.& facit no.& ſingul. idem Iaſon in d.l.ſi quis id quod, col.3.uerſ.4.notabiliter limita. ff.de iuriſdict.omnium iudi.& in d.l.tres fratres, quo loco nuper illum citauimus,



tauimus, vbi & hoc dicit ſing.& Philip.Dec.in d.l.2.col. penult.verſi.8. quod in officijs. ff.de regul.iur. & Catel, Cotta, qui & id dicit ſingul.in memor. maſculinum, in vltima editione, neq; enim in prima id erat aſſcriptum.

83 *Mulieres non interueniūt in cōdendis legibus.*

*Mulieres conſuetudinem nō introducunt.*

¶ Paulò diuerſius, ſed tamē ad hanc referendum formā, quod no.voluit Bar.in l.j.in fi.ff.de legi.per text. ibi, in verbo, virorum, quòd mulieres non poſſunt eſſe de conſilio: vnde in condendis legibus, vel ſenatuſcōſultis, vel conſtitutionibus non debent interuenire. Neque earum vſus inducit conſuetudinem. Sequuntur Alberic.& Angel.hoc aſsignantes mulierum fragilitati. Fulg.& Iaſ. ibi, & Lucas Pen.in l.nominationum, col.3.verſi.4.quæritur.C.de decu.lib.10.& Imo.in l.2.§.vlt.ff.de verb.oblig.Pan.conſi.53.in prædicta cauſa, poſt princip.lib.2.& Rom.ſingul.42. ad hoc vt ſecunda conſuetudo, vbi dicit eſſe tenendum menti.& Io.Plat.in l.patrimonium, ante fin.C.de mun.pat.lib.10. Ange. Aret.in §.ex non ſcripto, col.vlt.verſ.quæro an fœmina, Inſtit.de iur.nat.gent. & ciuil.Marian.Soc.conſi.7 nunc quæſitorum, col.pen. verſi.circa ſecundum.& Car.Alex.in c.fruſtra, in fi.8.diſtin.Franc.Curt.Sen.in repet.l.ſi quis maior, col.2.nu.8. C.de tranſact.& Lud.Bolog.in repe.auth.habita. col.2. C.ne fil.pro pat.& Philip.Dec.in d.l.2.col.6. verſ.18.& Catel.in d. memor. maſculinum. & Cæſar Lamberti.in tract.de iure patr.in 2.art.7.quæſt.primę partis, lib.1.nu. 11.& ante hos omnes Cyn. in l.2.col.11. verſic.item dicunt Doct.C.quæ ſit long.conſuet.per tex.in d.l.j. ff.de legi. vbi & hoc dicit idem, licèt cæteri eum non allegent. & Ioan.Andr.qui tamen limitat, quantum ad conſuetudinem in c.vlt.colum.5.verſ.quod dixi ſecundò, vbi etiam Anton.col.20.verſi.tertio eſt videndum. & Pano.col.7. verſic. & eſt vnum mirabile. & Barbat. ante fi.& Roch. Curt.char.16.verſic.3. quæritur. vbi limitat multis modis, extra de conſuet. Nec id videtur ignoraſſe Lucanus, qui lib.8.In hoc (inquit) ſexu nō legum iura, nec arma. Nec ex recentioribus Marullus Conſtantinopol. poeta egregius, cùm canit lib.2.Epigram. ad Neæram:

*Moris erat ſceptris teneras arcere puellas,*
*Et mollem curis exonerare animum:*
*Nec vel conſilio rebuſve admittere agendis,*
*Sed tantum lanis eſſe putare ſatas, &c.*

Quamuis contrarium teneat Barbat.ſibi contrarius in rubr.extra, de conſuetud.colum.4.verſic. poſſet tamen adduci.& in clem.1.char.9. verſic.ſed quid ſi lex, de elect. & Iaſ.etiam ſibi contrarius in repetit. l.admonendi, col. 44.verſic.item adde inquantum. ff.de iureiuran.

84 *De eadē re.*

¶ Huc quoq; pertinet, quod à Bal.ſcriptū eſt in tract. ſubſtitutionum, in materia pupillaris ſubſtitutionis, col. 3.verſi.quæro vltra alios, ꝙ mater, cui permittitur adoptare, & ſic habere aliquem in poteſtate, non pōt ei pupillariter ſubſtituere: quia licet corrigatur ratio dicti, nō tn̄ dictum corrigitur. Ratio aūt, quare non poteſt, ea eſt, quòd non habet filium in poteſtate: & ſic licet ex conceſsione principis habeat, non tn̄ debet dictum corrigi, per glo.in l.ſi ſuſpecta.§.quoniam fœmina.ff.de inoffic. teſta. & alia iura. Præterea non eſt hæc ſola ratio, ſed & alia.nam ſubſtitutio pupillaris prouidet pupillo de hærede, quem ſibi facere pupillus ipſe non poteſt. At conſilium mulieris eſt debile, inconſtans, fragile. l.1.§.& cùm lex. C. de rei vxo. actio. Et ſic licet ceſſet vna ratio, tamen habet locum alia, & ideo durat diſpoſitio. l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priuileg.credit. Hactenus ille.

*Correcta ratione legis, lex nō corrigitur.*

*Mulieres minus peccare, quā uiros, in eodem genere peccati.*

¶ Sed & eodem ſpectat, quod dici ſolet, mulieres in eodem genere delicti minus peccare, minusque puniendas eſſe, quàm viros, cæteris tamen per omnia paribus: nēpe ob imbecillitatem animi, mentis, & ingenij. l.ſacrilegij pœnam, in princip.ff.ad leg.Iulia.pecul.& l.ſi adulterium.§.ſtuprum.& §.fratres, & §.inceſtam. ff.ad legem Iuliam.de adulter.& c.ſicut dignum, in princip.extra, de homic.& c.indignantur. 32.q.6.vbi ſcribitur, tanto grauius viros puniri oportere, quātò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exēplo regere fęminas. Et facit tex. in l.quiſquis.§.ad filias.C.ad l.Iul.maie.ibi, mitior enim circa eas debet eſſe ſnīa, quas pro infirmitate ſexus, &c. Et quod voluit Bal.in l.quicunque, col.3. verſi.ſed pone ſtatuto.& verſic.& in ſumma.C.de ſer.fug. In quam ſententiam apud Saxonem hiſtoriæ Danicæ, lib.6. Ericius vir quidam multæ prudentiæ contendit, muliebribus erratis ſæpius ignoſcēdum eſſe, nec pęnā infligendam eſſe, niſi correctio culpā corrigere non potuiſſet. Quibus cōcinit, quod ſuprà nu.68. diximus de Aureliano Imperatore & Zenobia. Et illud Æneæ apud Virg.li.2.Æneidos.

*—Nullum memorabile nomen*
*Fœminea in pœna eſt.—*

*Leonē minus in fœminas ſæuire.*

Plinius libro octauò naturalis hiſtoriæ, rem ſatis miram ſcribit, Leonem, vbi ſæuit, in viros plus, quàm in fœminas fremere, veluti natura eum docuerit, mulieres mitius, quàm viros eſſe tractandas.

86

*Adā plus peccaſſe, quam Euam.*

¶ Theologi quoque ſcholaſtici eius ſunt ſententiæ, quam iam diximus, virum, oībus per oīa paribus, grauius peccare, imbecillitati muliebri id aſsignantes. Hincq; D. Th. quem oēs oībus eius notæ facilè anteponunt. 2.2.q. 163.art.vlt.autumat. Adam plus peccaſſe q̄ Euam, conſiderata ſcilicet conditione peccantium: qm̄ ille erat iſta perfectior: licèt alijs circumſtantijs, vt ipſe loquitur, minus peccauerit. Quod & voluit D.Bonauentura, lib.2. Sententiarum, diſt.22.artic.1.q.3. & ibi etiam Scotus, & alij: & è noſtris Archidia.in c.illud, 40.diſt. Sed & virū fornicatorem aut adulterum grauius quoque peccare, quàm fœminam, eo quoque reſpectu, quòd plus rationis vir habeat, quàm fœmina: licèt alijs conſiderationibus plus peccet mulier impudica: & ipſi annotant in 4.Sentent. diſt.36. vbi ipſe D.Thomas in 4.q. & ipſe quoque D.Bonau.in expo.text.& Richar.artic.1.q.4. & Rober. Hol.in Sapientiam Salomonis, lect.46.& Anton.Fl.in 1. parte 3.partis prin.tit.j.§.quantum ad primum certū eſt, ver.2.debet eſſe in operib.& è noſtris Archi.in c.1.col.j. de pœn.diſt.1.per tex.in d.c.indignant̄, de quo & nos alibi dicemus. Sed interim uide quæ diximus ſupra, nu.46.

*Mulier impudica an plus peccet minusue quàm uir.*

87 *De eadē re.*

¶ Et quod huius rei ea rō ſit, quam ſuprà adſcripſimus, ex eo ſatis cōſtat, ꝙ uir ab altero laceſsitus, ſi in defenſione modum exceſſerit, puniendus quidē ille eſt, ſed mitius. Io.And.in addit.Spec.in rub.de homic.ad fi.Bal. in l.ut uim. col. ult. & ibi latè Iaſ. col.3. & latius Claud. Seyſſel.in rep.l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.cū alijs concord. ibi adductis. At ſi brutum animal, quod omnino rationis eſt expers, alterum prouocans interemerit, nulla dn̄o interempti competit actio.l.1.§.cùm arietes. ff.ad l.Aquil. qm̄, ut tradit Fel.in c.dilecti, col.6. uerſi.prouocatus delinquēs, de except. Deus rationem dedit hominibus, qua affectus omnes & perturbationes poſsint uincere. In brutis uerò nulla eſt, quę poſsit iram coercere ad limites moderatæ defenſionis: ideoq; ſua illis facta non imputātur. §.ex eo autē.15.q.1. Ob idq; Fely.ipſe poſt alios reprehendit Spe.qui in tit.de accuſatore.§.j.quid ſi te uocaui. ſcripſit, eū non puniri, qui iniurijs ab altero laceſsitus, illi uiciſsim conuicium dixerit, per d.§.cùm arietes. cùm ſecus ſit, ut dicit ipſe Fely. iudicandum de hoībus, ac de brutis animalib.de quibus.d.§.cùm arietes, loquitur. Igitur, ut id tandem concludamus, cùm uiri plus rationis habeāt, qua poſsint uirilius uitiorum incitamentis, &(ut uocant Theologi) tentationibus, reſiſtere: cōſequens eſt, mulieres & minus peccare, & minus puniri debere.

*Prouocatus an puniri debeat.*

*Statuta excludentia fœminas, an ſint odioſa.*

¶ Denique non prætermittam, quod ad utrumq; pertinet, & animum & corpus, quod ſcilicet à Raph. illo noſtro ſcriptum eſt. Nam cùm multi magnæ autoritatis & conſtantiſsimè, & optimis rōnibus aſſeuerarent, ſtatuta excludētia fœminas à ſucceſsionibus, exiſtētibus maſculis, eſſe odioſa & ſtrictè interpretāda, tanquam naturā accuſantia, per l.maximū uitiū.C.de lib.prętę.& l.lege 12.

tabul. C. de legit. hæred. ipſe Raph. inibi contra ſcribit, eos qui ita ſtatuerunt, non eſſe accuſatores, ſed imitatores naturæ, quæ maribus tribuit maius robur, & ingeniũ, quàm mulieribus. Et eum videtur ſequi Laurent. à Fan. in tractat. ſtatutorum fœminas excludentium.

89 *Viri effœminati, muliebri appellatione vocati. Achiuæ, non Achiui.*

¶ Sed & vtrumque horum confirmat, quòd imbecilliores viros corpore & animo, tanquam effœminatos appellatione muliebri vocare ſolemus. Nam apud Homerum, lib. 7. Iliad. Menelaus Græcos fugientes, veluti parum viros, ſic interpellat:

Ὤ μοι ἀπειλητῆρες Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Id eſt,

*Heu minaces Achiuæ, non amplius Achiui.*

Et prius, videlicet lib. 2. eiuſdem operis, induxerat Therſiten hæc arroganter ad Achiuos pronunciantem:

Ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε' Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί.

*O imbelles, mala vituperia, Achiuæ, neq; amplius Achiui.*

*Phrygiæ, non Phryges.*

Ex quibus & Virgilius illud mutuatus eſt lib. 9. Æneid.

*O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta*
*Dindyma &c.*

Sed & priuatim legimus veteres ſolitos fuiſſe, cùm aliquem tanquam mollem & effœminatum carperent, fœmineo eum vocabulo irriſionis cauſa appellare: quod Ariſtophanes in Nebulis oſtendit hoc ſchemate: Soſtratem & Cleonymum mordens: & paulò poſt Amyniam. Ita enim inducit Socratem, & Strepſiadem colloquentes:

**Socr.** Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;
**Stre.** Ὅπως ἄν; ὡδί, δεῦρο δεῦρ' Ἀμυνία.
**Socr.** Ὁρᾷς, γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.
**Stre.** Οὔκουν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται. Id eſt,
**Socr.** *Quomodo vocabis obuiam Amyniæ?*
**Stre.** *Quomodo? Sic, Veni huc Amynia.*
**Socr.** *Vides? mulierem Amyniam vocas.*
**Stre.** *Igitur iuſtè, quicunque non militat.*

Qui locus in id expenſus fuit à noſtro Alciato libro 2. παρέργων, capit. 48. vbi & in id quoque traxit, quod ſcriptum eſt in l. ſi ita ſcriptum. ff. de legat. 2. exemplo turpiſſimum eſſe, fœminino vocabulo etiam maſculos contineri. Et ijs conuenit illud Hieremiæ 51. Deuoratum eſt robur eorum, & facti ſunt quaſi mulieres.

90 *De eadẽ re.*

¶ Et huc quoque ſpectat, quod ipſe Homerus (vt ad eum redeamus) libro 8. Iliad. inducit Hectorem ita inſectatum fuiſſe Diomedem fugientem:

Νῦν δέ σ' ἀτιμήσουσι· γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο.

*Nunc autem te inhonorabunt: mulieris loco factus es.*

Vnde & illud eiuſdem Homeri lib. eiuſdem operis 22.

Κτενέει δέ με γυμνὸν ἐόντα,
Αὔτως ὥς τε γυναῖκα, ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω.
*Interficiet autem me nudum exiſtentem,*
*Non ſecus ac fœminam, poſtquam arma exuerim.*

Et illud quoq; (ni fallor) Ennianũ apud Cic. lib. 1. Offi.

*Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,*
*Illaq; virgo viri.—*

*Animi muliebres. Semiuiri, pro effœminati.*

Et illud item Turni Virgiliani lib. 12.

*Loricamq; manu valida lacerare reuulſam*
*Semiuiri Phrygis.—*

Et ante libro 4.

*Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu.*

Quem ſecutus Valerius Flaccus lib. Argonauticῶν 1.

*—Simul armiger ibat*
*Semiuir.*

Et Liuius Belli Macedonici lib. 3. Errare homines, qui atrocem cædem pertinere ad illos ſemiuiros crederent.

91 *Fœminæ viriles, viri appellatione vocatur. Viragines quæ dicantur.*

¶ Nam & è diuerſo fœminæ maſculæ dñr, quæ robur & aĩum virilem habent. Hinc Sappho maſcula dicta eſt: & maſcula virtus a neſcio quo dr, & maſcula bilis, & maſcula proles, vt alibi ſupra ẽt diximus nu. 63. Et hinc quoq; fœminæ viragines dictæ, quibus. ſ. eſt virilis animus, & fortitudo. Nã ita Virgil. lib. 12. Æneid. Iuturnã appellat:

*Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago.*

Vbi id Seruius annotauit. Et Palladem Ouid. lib. 2. & iterum lib. 6. Metamor. & Statius lib. 4. Syluarum, & lib. 11. Thebiados. Et Dianã Seneca in Hippolyto Bellonã, quę & Enyo dicta eſt, Auſonius Epigrãmate 1. de Auguſto:

*—Bella horrida Martis*
*Othyrſij, Threſſæq; viraginis arma retractat.*

Caſſandram Seneca in Agamemnone:

*Dura virago, patiens maliq;.*

Quanquam (vt id obiter dicam) viragines pro viroſis, hoc eſt, virorum appetentibus, vſurpet Iulius Firmicus, lib. Aſtromicῶn 6. c. 31. & lib. 8. c. 27.

92 *Animi uiriles.*

¶ Et hinc quoque animi viriles dicuntur, è diuerſo animorum muliebrium, vt ſupra ex Ennio diximus: & vt apud Thryphonium noſtrum Iuriſconſultum legitur. l. vlt. ff. qui pet. tut. & Virgil. lib. 3. Æneid.

*Ecquid in antiquam virtutem, animoſq; viriles.*

Et alibi de Aſcanio, lib. 9. eiuſdem operis.

*Ante annos, animumq; gerens, curamq; virilem.*

Et apud Ouid. lib. 2. Faſtor.

*Fertur in exequias animi matrona virilis.* Et lib. 3. Metamorph.

*Arma ego fœmineis animum motura virilem*
*Mercibus inſerui.—* Et apud Senecam in Agamemnone.

*Animos viriles corde tumefacte geris.* Et apud Terent. in Phorm.

*Animo virili, præſentiq; vt ſis para.*

Et Tullius ad Atticum lib. 14. Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. Et Valerium Max. lib. 3. c. 2. vbi de P. Craſſo: Militis huius in aduerſo caſu tam egregius tamq; virilis animus, &c. Et iterũ lib. 6. c. j. Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus maligno errore fortunæ muliebræ corpus ſortitus eſt. Horatius aũt in eandem ſñiam Mares aĩos vocat in Arte poetica:

*Animi mares.*

*—Poſt hos inſignis Homerus*
*Tyrteuſq; mares animos in Martia bella*
*Verſibus exacuit.—*

Et Apuleius lib. 3. Metam. Heu pueri pluſquam maribus animis & viribus alacriter dormientes aggrediamur. Et maſculos quoq; animos, quale idem eſt lib. 6. Quin igit maſculum tandẽ ſumis animum? Et lib. 8. Charite maſculis animis, impetuq; diro fremens inuadit. Quod & ipſum Græcorũ eſt. Nã Oreſtes apud Euripidẽ in ea Tragœdia, cui & ipſe nomen dedit, ita alloquitur Electram:

Ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη.

O quæ animum virilem (ſiue maſculũ malis dicere) nacta es. Sed & hinc eſt illud Valerij Maximi, lib. 4. c. 6. de Porcia Catonis filia: Muliebri ſpiritu virilẽ patris exitũ imitatur. Illudq; ipſius Apuleij lib. 8. Metam. de illa eadẽ Charite, Perflauit aĩam virilem. Hincq; item virile ingenium eidem Apuleio, illo eo. lib. 6. Ærumnas aſſiduas ingenio maſculo ſuſtinebat.

93 *Rationes cur uiri imperare, uxores obedire debẽt.*

¶ Proinde cum mulieres ſint viris longè inferiores & aĩo, & corpore, a quorũ viribus (vt iam dictũ eſt, & comprobatum) ptãs proficiſcit, & dñatio: illud relinquit, ut viri vxoribus imperent, præſint, dominentur, veluti dñi: contra, vxores tanquã famulæ ſeruiant, ſubſint, obediãt. Quas rationes (vt ſuprà diximus) à D. Auguſtino aſſumpſimus: cuius verba ſunt hmõi in lib. qõnum ſuper Geneſim, c. 153. Eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiãt fœminę viris: quia & illis hæc iuſtitia eſt, vt infirmior ſeruiat firmiori: & hæc in dominationibus, & ſeruitutibus clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione. Quæ verba, non tamen omnia, atque ipſa corruptè repetuntur in decretis Canon. in c. eſt ordo. 33. q. 5.

94 *Mares maioris dignitatis.*

¶ Finem huic rei imponerem: ſed illud ſilenter prętetire nec volo, nec poſſum, quod inſtituto negotio ſatis accõmodatum eleganter ſcripſit Vlp. in l. j. ff. de Senat. in hæc verba: Conſulari fœminæ Conſularem virũ præferẽdum eſſe nemo ambigit: ſed vir præfectorius an fœminæ Conſulari præferatur, videndum eſt, & puto præferri, quia



quia maior dignitas eſt in ſexu virili. Secundum quam ſententiam Euripides in Iphigenia in Aulide inducit ipſam Iphigeniam hæc proferentem.

Εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος.

Id eſt, ex Eraſmi traductione:

*Præſtat vnicus vir, eſtq; lucis huius munere*
*Dignior, quàm multa ſanè fœminarum millia.*

Quibus conuenit quod tradit Ælianus de natura animalium, lib. 11. c. 26. Sexus (inquit) maſculus etiam inter bruta videtur à natura præferri: ſiquidem draco mas inſignis eſt criſta, & barba hirſutus, gallinaceus & ipſe criſtatus. Paleas inſuper veluti barbam gerit ceruus cornutus, leo iubatus, cicada mas canorus eſt.

95 *Deus an potuiſſet humanam naturã in ſexu fœmineo aſſumere, & an decuiſſet.*

¶ Ad cuius ſententiæ confirmationem non abs re fuerit, & potiſsimùm hoc loco quædam è penu Theologorum depromere: qui, vt autor eſt princeps ſententiarũ Lombardus lib. 3. diſtin. 12. quærunt non incurioſè, An Deus humanam naturam potuiſſet aſſumere ſecundùm muliebrem ſexum. In qua re concludit D. Thomas, Richard. & alij, id indubitanter potuiſſe, ſed decentius tamen atque conuenientius Chriſtum hominem in ſexu virili induiſſe, qui dignior eſt, perfectiorq;, atque honorabilior, vt lib. 83. quæſt. Auguſtinus tradit, tribus potiſſimũ rationibus, vt inibi ſcitiſsimè declarauit nobilis magiſtri Interpres Bonau. art. 3. q. 1. Cuius verba magis ſtylo Theologico, quàm oratorio conſcripta hęc ſunt: Excellit ſexus virilis muliebrem, quantum ad dignitatem in principiando: quia omnes tam viri, quàm mulieres, ex vno viro fuerunt, in quo eſt expreſſa repræſentatio egreſſus rerum ab illo vnico principio ſummo & primo. Quã ratione & tu confirma ex eo, quod dicebat Pythagoras, Marem in oĩ genere animaliũ eſſe naturæ & virtutis principium, ſicuti etiam receſet Albertus Magnus, lib. 18. de animalibus, c. 2. ad fi. Ariſtoteles aũt lib. 4. de Generatione animal. c. 1. tradit, marem obtinere principium formæ.

*Virilis ſexus muliebrem excellit in multis.*

*Mas principium formæ.*

96 *Mas agẽs. Fœmina patiens.*

¶ Subdit aũt Bonau. Quantum ad virtutem in agẽdo, ſimiliter præcellit: quia viri eſt agere, & mulieris eſt pati: vnde plus habet ſexus virilis de virtute actiua: propter quod robuſtior eſt & re, & nominatione. Et hac ſanè ratione (vt hoc illi addam) probat Bald. in l. vlt. C. de ſeru. fugit. marem eſſe fœmina nobiliorem, qm̃ ſit agens nobilius patiente: ſicuti ẽt dicit ipſe Bal. in l. Iulia. §. ſi quis, in vtraque lect. per illum text. ff. ad exhib. vbi & ex hoc dicit, denominationem debere fieri à forma, tanquam à digniori, ſecundùm Oldr. ibi, & allegat etiam l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. Et idem quoq; Bal. in c. vlt. circa med. extra, de vi. & honeſt. cler. per l. j. §. ſed ſi filius. ff. de leg. 3. & Bar. in l. j. ff. de regu. Cato. & Iaſ. in l. 1. in prin. col. 5. verſ. 3. quia interrogatio. ff. de verb. obl. qui & paulò poſt illud dictum allegat pro no. Et fortior eſt cã in agente, q̃ in patiente. l. 2. & vlt. C. ad Tertul. & l. 2. §. obijcit. ff. eod. Ideo & res magis denominaẽ ab agente, q̃ à patiente. l. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. ſi quis binas. ff. de vſufruct. Et vtrumq; tradit per ea iura Signo. Homo. conſi. 167. hoc capite, in Curia Barani, col. 3. ver. nunc peruenimus. vbi & illud quoq; dicit, ſexum maſculũ obtinere vicẽ agẽtis. per no. in l. 1. C. ad leg. Pomp. de parri. quod & tradit Ariſtot. lib. 1. de generatione animalium. c. 20. eodemq; vlt.

*Agens nobilius patiente.*

97 *De eadẽ re.*

¶ Sed ad ipſum Bonauenturam redeamus. Quantum ad authoritatem in præſidendo, ẽt præcellit vir mulierẽ. Nam ſecundùm rectum (inquit) ordinem non mulier viro, ſed vir præfertur mulieri, tãquã caput corpori, ſicut dixit Apoſtolus. Quoniã ergo in verbo aſſumente naturam humanam, eſt pręcipua dignitas in principiando, virtus in agendo, & dominium in præſidendo: conſequens eſt, vt magis decuerit ſexum virilem, quàm muliebrem, aſſumi a verbo increato: quia illi naturæ aſſumptæ debuerunt hæc tria communicari excellenter. Hæc Bonauentura in eo loco: vbi & alij alias quoque rationes, ſexus virilis dignitatem comprobantes, adducunt.

98 *De eadẽ re.*

¶ Sed & Alex. Hales, illius atq; cæterorum Theologorum ſcholaſticorum magiſter, in ſecunda parte Summæ, q. 88. mẽbro 6. eodemq; vlt. quinq; rationibus oſtendit, non eſſe tantæ dignitatis atq; nobilitatis fœmineum corpus, quantæ eſt virile. Idem alibi in 3. parte q. 46. mẽbro 2. art. 4. ſcribit, tribus potiſsimum rationibus mulieres eſſe viris ſubditas. Nicolaus quoq; Lyr. illud enarrans Apoſtoli. 1. ad Cor. epiſt. 11. c. Caput aũt mulieris vir. illius Apoſtolicæ ſententiæ quatuor reddit rationes, quæ oĩa, ne ſim longior, omitto, loca deſignaſſe contentus.

99 *Natura marem facit, ſi poteſt, ſin minus, fœminam.*

¶ Illud aũt vice auctarij adijciemus, quod rerum naturalium indagatores ſolertiſsimi, tradunt, naturam, quæ parens eſt & altrix omnium rerum, ſemper ad meliora perfectioraq; niti. Ideoq; vbi vis illa, qua gignimur, manca eſt, & parum uegeta, ad fœminam recidit, quæ tanquã minus perfecta iure minor eſt mare, & inferior perfectione, vt ſcilicet fęmina ſit, tanquam mas læſus & mutilatus, ut ab Ariſtotele ſcriptum eſt lib. de Hiſtoria animalium 8. c. 2. & lib. de Generatione animalium 2. c. 3. & rurſum lib. 4. c. 1. non ſemel, & iterum. c. 3. rurſumq; c. 6. & Problematῶn ſectione 4. c. 27. rurſumq; eiuſdem operis, ſectione 10. capitulo item 10. & Galen. libro de utilitate partium 14. c. 6. & lib. de Semine 2. Ex quo uulgò illud ex Ariſtotele ipſo dici ſolet, Fœminam eſſe marem occaſionatum, uti citat D. Thom. in 1. parte, q. 99. ar. 2. & è noſtris Bened. in repe. c. Rayn. in uerbo, duas habens filias, num. 124. de teſtam. Philo autem apud Antonium Monachum in 2. parte Meliſſæ, cap. 33. eam ſententiam ſic exprimit: λέγετε ὑπὸ φυσικῶν ἀνδρῶν, οὐδὲν ἕτερον εἶτε θῆλυ, ἢ ἀτελὲς ἄρρεν. Id eſt, dicunt Phyſici, mulierem nihil aliud eſſe, quàm imperfectum marem.

*Fœmina mas occaſionatus.*

100 *Fœminas in mares mutari, nunquam è diuerſo.*

¶ Nam & legimus aliqñ fœminas mutari in mares, è diuerſo aũt mares in fœminas rarenter, quod ſciam, aut recorder: ueluti natura ex deterioribus ad meliora nitatur, non è cõuerſo. Plin. lib. 7. Naturalis hiſtoriæ, c. 4. Ex fœminis, inquit, mutari in mares, non eſt fabuloſum. Inuenimus in Annalibus, Licinio Craſſo, C. Caſsio Longino, Coſs. Caſini puerum factum ex uirgine ſub parentibus, iuſſuq; haruſpicum deportatum in inſulam deſertã. Licinius Mutianus prodidit, uiſum à ſe Argis Areſcontem, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet: nupſiſſe ẽt, mox barbam uirilitatemq; proueniſſe, uxoremq; duxiſſe. Eiuſdẽ ſortis & Smyrnæ puerũ a ſe uiſum. Subditq;: Ipſe in Aphrica uidi mutatũ in marem nuptiarũ die L. Goſsitiũ, ciuẽ Tiſdritanum. Quæ & ipſa ad uerbum retulit Aulus Gellius, libro Noctium Atticarũ 9. c. 4. ubi dicit, hęc pro certo facere, ut neq; reſpuenda, neq; ridenda ſit, notiſsima illa de Cænide & Cæneo cãtilena, qua ſcilicet ſignificabat, Cænidẽ fęminã in Cæneum uirum fuiſſe cõuerſã, ut deſcribit Ouid. li. 2. Met. q & ipſe lib. 9. eiuſdẽ operis ſcribit, Iphidis mutationẽ in marẽ, ut alibi ſuprà diximus.

101 *De eadẽ re.*

¶ Sed & de Cæneo idem dicit Iul. Hyginus Fabul. c. 13. ubi & illud dicit, fuiſſe eum Elati filium, & Magneſium quoque uocatum, unumque fuiſſe ex Argonautis. Et de eo quoque Virgil. 6. Æneid.

*It comes: & iuuenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,*
*Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.*

Quo in loco Seruius ſcribit, illum uirginem fuiſſe, quæ à Neptuno pro ſtupri pretio meruit ſexus mutationem. Id aũt oſtendere Platonicũ illud, animas per μετεμψύχωσιν ſexum plerunq; mutare. Auſonius quoq; de illo loquẽs:

*Cænea conuenit proles Saturnia Conſus.*

Et Lucianus in Somnio, ſiue Gallo, & in lib. de Saltatione. Vbi etiam dicit, Myrrham quandam in Phœnice ex muliere uirũ factũ. Sed & Liuius lib. 4. Secund. Bel. Pun. tradit, Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Coſs. uirum ex muliere Spoleti factum. Hippol. autem lib. 6. Epidemiῶn, particula 8. Aphor. 45. ſcribit, Phaethuſę cuipiã Pythei uxori corpus uirile, & in uniuerſum hirſutũ & piloſum redditũ fuiſſe, barbamque eam emiſiſſe, uo-

cemq́; aſperam effectã fuiſſe : quod (vt dicit Leonardus Fuchſius in Cõment. eius loci) ſatis confirmat, nõ oĩno fabuloſum eſſe, quod dr̃ de mutatione fœminæ in marẽ.

102 *Viri in fœminas mutati in ſuũ ſexum tãdẽ redeũt.*

¶ Illud autem, quod de Cæneo ſupra ex Virgilio dictum eſt, illũ ex viro fœminam rurſus factum, & rurſus priſtinæ formæ redditum, oſtendit, nõnunquam ẽt viros in fœminas mutari : ſed ita vt poſtea in ſuum natiuũ ſexum reuertantur. Quod & de Tireſia veteres tradiderũt, nempe ex viro factum fuiſſe fœminã, ſed octauo poſt anno iterum in virum redijſſe, vt narrat Ouid. lib. 3. Metamor. Sed & idẽ lib. 4. eiuſdẽ operis, de Scythione ſcribit:

*Nec loquar, vt, quondam, naturæ iure nouato,*
*Ambiguus fuerit, modò vir, modò fœmina, Scython.*

Quaſi nunc vir fuerit, nunc fœmina, & iterum vir, ita, vt ambigui ſexus fuerit. Auſonius autem ſcribit, Beneuenti puerum quempiam repentè virginem factum: nec aliquid dicit de reditu in ſuum natiuum ſexum :

*Nec ſatis antiquum, quòd Campano in Beneuento*
*Vnus epheborum virgo repente fuit.*

Illud tamen hic non omiſerim, gallinam aliquando in marem, & è diuerſo, gallum in fœminam ſeſe vertiſſe : idq́ue prodigij loco habitum fuiſſe, vt a Tito Liuio traditum eſt 3. Decad. lib. 2. ſtatim poſt princip.

103 *Maſcula in medicamentis efficaciora.*

¶ Deniq; illud nõ omiſerim, quod ad ſexus maſculini robur & efficaciã pertinet, ꝙ in vniuerſum propè maſcula, ad medicamenta, & cætera id genus plurima, ſunt fœmineis efficaciora. Quod ſatis patet ex multis, quæ diximus ſupra nu. 65. & 67. & quod ſcribit Plinius lib. 28. c. 7. Lac mulieris, quæ marem enixa eſt, in oĩ vſu eſſe efficacius. Eius aũt, quæ fœminam enixa eſt, ad vitia tantùm in facie ſananda præualere. Et paulò poſt : Eius, quæ marẽ peperit, lacte guſtato, canes rabioſos minimè fieri. Imo verò non ſolũ lac eius, quæ marẽ peperit, efficacius eſt ad medicamenta, ſed & eius, quæ marẽ nutrit : vt prodit Gariopõtus, lib. 1. Remed. c. 16. Sed, vt redeamus ad Pliniũ, is eiuſdem libri 28. c. 18. Maſculi, inquit, fel vituli cũ mellis dimidio tritũ, ſeruari ad vuluas. Et lib. 30. c. 7. Anatũ maſcularum ſanguinẽ aluum ſiſtere. Et eiuſdem li. c. 10. poſt prin. Fel canis nigri maſculi amuletũ eſſe ex Magorum ſnĩa. Et Octauius Horatianus lib. 4. Ad hydropem vituli maſculi ſtercore, cum aceto acri permiſto, ſpiſsè venter liniendus eſt : ita tñ, vt ante ipſe hydropicus toto corpore dropacetur. Serapio Simplicium, c. 455. Hepar porci maſculi exiccatũ, & potum, confert morſibus venenoſis. Quid, ꝙ funiculi piſcatorij (ὁρμίας Græci vocant) ex ſetis equorum ſunt meliores q̃ equarum. Cuius rationem reddit Plutarchus Cauſarum naturalium. c. 17.

*Licet aliquãdo contra.*

Nec abs re ſuprà vſi ſumus eo temperamento, propè, cũ nonnunquam & fœminea ad aliquid ſint efficaciora : vt iam diximus ex Plinio de lacte mulieris, quæ fœminã peperit. Idq́; ex eo quoque apparet, quod tradit idẽ Pli. lib. 25. c. 5. Linozoſtin fœminã eſſe mare efficaciorẽ: & Galenus li. 4. Pharmacorũ localium, c. 8. eodemq́; vlt. Ad pilos inutiles in palpebris ſupernaſcẽtes, ricini à cane fœmina adẽpti ſanguinẽ prodeſſe. Et paulò poſt: Fel hyęnę fęminę mox ab euulſione illinendũ. Quin ẽt iubent Medici, fęminas viperas, non ẽt mares, in theriaca adhibendas : vt videre licet ex Serapione Breuiarij tract. 7. c. 8. Denique Seruius enarrans illud Virgilij, lib. 8. Æneid.

——*Et ipſa iungebat fœdera porca.*

ſcribit, in omnibus ſacris plus valere victimas fœminini generis. Et ſi per marem litare non poſſent, ſuccedanea dabantur fœmina. Et ſi per fœminam non litaſſent, ſuccedanea adhiberi non poterat.

104. *Viros ciuitatis legibus, uxores uirorũ moribus obedire oportet.*

¶ Et huic quidem legi finem imponam, poſtquã duas ſententias addiderim : alteram ex Socrate, alteram ex Iamblichi Epiſtola, de Vſu coniugij, citatas à Stobæo, Sermone 72. Prior hæc eſt: Τὲς μετὰ ἄνδρας, τοῖς τῆς πόλεως νόμοις δεῖ πείθεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας, τοῖς τῶν συνοικούντων ἀνδρῶν ἤθεσι. Viros q̃dẽ oportet ciuitatis legibꝰ obedire, vxores virorũ morib. Altera, Οὐκοῦν καὶ παρὰ τὸ ἄρχειν μετὰ τὸν ἄρρενα ἄρχεσθαι δὲ τὴν θήλειαν, ὁμογνωμονήσουσι τὸ δὲ σχῆμα τῆς ἀρχῆς ἔσται, οὐχ οἷον τὸ δεσποτικὸν, θεραπεῦον τὸ τοῦ κρείττονος σύμφερον, οὐδ᾽ οἷον τὸ τῶν τεχνῶν, μόνον τοῦ ἥττονος ἐπιμελούμενον, εἰλλ᾽ οἷον τὸ πολιτικὸν κηδόμενον ἐξ ἴσου τοῦ κοινοῦ συμφέροντος. Id eſt : Itaque in hoc etiam conuenient, vt mas imperet, obediat mulier. Erit aũt imperij forma, nõ qualis eſt herilis, vbi ſuperioribus vtilitas curatr̃: nec qualis artium, vbi inferioris tantum cura eſt: ſed ſimilis politicæ, in qua cõis vtilitas promouetur. Igitur, vt tandẽ concludamus, hæc prima lex in patrimonio ſanciatur :

*Prima lex connubialis.*

*Viro vxoribus impetranto.*
*Vxores viri obediunt.*

# IN SECVNDAM LEGEM CONNVBIALEM

## Gloſſæ Primæ.

## PARS SECVNDA.

1 *Formoſa uxor imperium ſibi i uirum uendica.*

ET quanquam res ita habet, illi tamẽ poteſtatem à natura legibusq́; conceſſam veluti repudiare videntur, q̃ vxores vel formoſas, vel præ ſe opulentas, aut nobiles ſibi deligunt : vtpotè cum huiuſmodi mulieres non ſolùm in libertatem ſe aſſerunt, ſed & forma, & dote imperium ſibi vendicant. Nam quod ad formam pertinet (de cæteris enim dicam poſtea) illud certum eſt, quòd cũ mulieres ſuapte natura ſint ſuperbi, tumentisq́ue atque elati animi, vel teſte è noſtris Alberic. in l. aduerſus. C. de crimine expilatæ hæreditatis. & externis ſcriptoribus, Liuio graui autore, qui libro ab vrbe condita vigeſimoquarto, Euocatum, inquit, eum à legatis Demarata vxor filia Hieronis, inflata adhuc regijs animis, ac muliebri ſpiritu admonet &c. & Seuero Cecinna, qui apud Cornelium Tacitum libro Hiſtoriæ Auguſtæ tertio, aſſerit muliebrem ſexum, ſi licentia adſit, ſæuum ambitioſumq́ue, atque poteſtatis auidum eſſe. Ob idq́ue cenſuit, ne quem magiſtratum, cui potentia deueniſſet, vxor in prouinciam comitaretur. De qua re & aliquid noſtris legibus ſancitũ eſt in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. Proconſ. Sed vt reuertamur, his cõcinens Petrarca in libro de remedijs vtriuſq; fortunæ, 2. dialo. 42. ſcribit, Fœminæ proprium eſſe ſuperbiam.

*Mulieres ſuapte natura ſuperba.*

*Præſertim formoſa.*

¶ Tum verò maximè earum adauget genuinam alioqui ſuperbiam forma ſpeciesq́ue corporis. Nam vt tradit princeps Comicorum Menander:

ὑπερήφανον πρᾶγ᾽ ἐστὶν ὡραία γυνή.

*Superba res eſt pulchra mulier.*

Cui ſententiæ addens calculum Ouidius libro 1. Faſtorum ſic infit:

*Faſtus ineſt pulchris : ſequiturq́ue ſuperbia formam.*

Et alibi lib. 2. Elegiarum :

*Dat facies animos : facie violenta Corinna.*
*Me miſerum, cur eſt tam bene nota ſibi ?*
*Scilicet a ſpeculi ſumuntur imagine faſtus :*
*Nec, niſi compoſitam ſe prius illa videt.*

Et hinc ille ipſe in epiſtola Cydippes ad Acontium, formam ſuperbam vocat :

*Hæc nobis formæ te laudatore ſuperbæ*
*Contingit merces* ——

Sed & Aquinas ille poeta, qui mores mulierum tam probè nouit, & ſcripſit, quàm alius nemo inter cætera, quæ ſuperbiores illas efficiunt, formam primo loco poſuit his verſibus :

*Sit formoſa, decens, diues, fœcunda vetuſtos*
*Porticibus diſponat auos, &c.*

Proper-



Propertius item, qui cum mulieribus, vt reor, quàm cum viris, frequentius eſt verſatus, lib. 3. ad Cynthiam ſuperbientem ſcripſit :

*Falſa eſt iſta tuæ mulier fiducia formæ,*
*Olim oculis nimium facta ſuperba tuis,*
*Noſter amor tales tribuit tibi Cynthia laudes, &c.*

Et Pontanus, quẽ & in carmine, & in orõne paucis antiquioribus concedere ſemꝑ putaui in Parthenopæo, li. j.

*Et rigidos mores forma ſuperba facit.*

*Vxorẽ oculis accipere dementia eſt.*

Quibus concinit & illud Ezechielis c. 28. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. Olympias illa Alexandri mater, cum aulicus quidam adoleſcẽs, formoſam, ſed ſuperbã, & refractariam & intemperãtem vxorem duxiſſet, Ille, inquit, demens eſt, qui oculis vxorem acceperit. Autor Plutarchus in præceptis cõnubiliabus : & meminit Athenæus, lib. 13. c. 32. qui aulicum illum Monimum Pythionis filium fuiſſe dicit, fœminam verò Pantycam Cypriã. Hæcq́ue dicit Olimpiadem protuliſſe, Ω πονηρὲ, τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς, καὶ οὐ τῷ νῷ. Id eſt, O improbe, oculis vxorẽ ducis, non mente. Diuus Chryſoſtomus in epiſtolã Pauli ad Epheſios, Homil. 20. Externa, ait, corporis pulchritudo plena eſt multæ ſuperbiæ, & arrogantiæ. Et paulo poſt, hæc mala ex pulchritudine naſci tradit, faſtum, arrogantiam, contemptum. Hinc autem Statius poſſet videri appellaſſe formoſos vultus, ſuperbos, quòd ſuperbiam adferant. Ita enim ſcribit, lib. 1. Syluarum :

*Superbi uultus formoſarum.*

*Exerce formam, & fugientibus vtere donis,*
*Non ideo tibi tale decus, vultusq́; ſuperbos,*
*Meq́; dedit, viduos vt tranſmittare per annos.*

3 *Etiam ſi ſint caſtæ.*

¶ Nec putet aliquis, iſtud tantùm obtinere in mulieribus aliàs ſceleratis. Mariamne enim vxor Herodis regis, mulier alioquin ſobria, caſta, & quæ, vt tradit Ioſephus libro antiquitatum 16. c. 9. ad continentiam & magnitudinem animi optima erat : inſolens tamen fuit formæ conſcientia, vt memoriæ prodidit Egeſippus lib. 10. de Excidio Hieroſolymitano, cap. 38. vtpote quæ pulchritudine corporis, magis quàm quis exiſtimare poſſet, omnes mulieres anteibat, teſte Ioſepho, quo loco nuperrimè citauimus. In quam etiam ſentẽtiam Artemidorus Daldianus libro de Somniorum interpretatione 2. c. 20. tradit Harpen in ſomnis ſignificare mulierem regiam & opulentã, & quæ ob pulchritudinem valde ſuperbit, ſibiq́; placet, alioqui benignam, ac bonis moribus præditam.

4 *Excellẽtes aliqua in re cæteris ſunt ſuperbiores.*

¶ Cuius rei ratio eſt euidens, nam qui cæteros aliqua re excellunt, ſolent eſſe ſuperbiores. Sic videmus nobiles plebeijs ſuperbiores : vt plenè diximus in tractatu Nobilitatis, c. 23. num. 3. ex ijs duobus & tribus ſequentibus. Sic diuites pauperibus, vt ſcribit Ariſtoteles lib. Rhetor. ad Theodecten 2. cap. 16. & Cicer. ad Trebatium lib. 7. Epiſt. Familiarium. Vnde illud Theognidis,

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο,

quo ſignificatur faſtum copiam gignere, vbi malas opes adeptus eſt. Quem tamen verſum errãter Pindari interpres in Olympijs citat ex Homero. Sic potentes impotẽtibus, authore eodẽ Ariſtotele, vbi ſupra, c. 17. Sic & doctiores indoctis. Scitũ eſt enim illud D. Pauli, 2. ad Cor. 8. Scientia inflat: charitas aũt ædificat. Apud Q. Curtium lib. 5. Calamitas, inquit, querula eſt, & ſuperba fęlicitas.

5 *Epilogus.*

¶ Quiſquis ergo ( vt hoc primum huiuſce tractationis caput breuius concludamus) vxorem duxeris formoſam, eandem & tu ſuperbam, & indomitam, & refractariam perpetuò, & indeſinenter experieris : vixq́; & non niſi cum acerrimo certamine ius tuum aduerſus eã obtinere poteris, vt quæ propter formam (quam ſemper maiorem eſſe credit) putabit ſe Regis matrimonio fuiſſe dignam, nihilq́ue te omnino præ ſe exiſtimabit.

6 *Mulieres formoſæ uix caſtæ.*

¶ Adde quòd formoſa vix poteſt in caſtimonia viuere: forma etenim, cum pudicitia diſsidio quodam diſcordioſo & pertinaci diſsidet, & lis inter vtrãq; propè perpetua eſt. Et, vt inquit Paris ille Ouidianus,

*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.*

Et lib. 3. Amorum, Eleg. 4.

*Quid tibi formoſa, ſi non, niſi caſta, placebat ?*
*Non poſſunt vllis iſta coire modis.*

Et Satyrographus Poeta, Saty. 10.

——*Rara eſt adeò concordia formæ,*
*Atque pudicitiæ, ſanctos licèt horrida mores*
*Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.*

Pamphilus quoque Terentianus in Andria de Chryſide loquens :

*Huius (ait) formam atque ætatem vides :*
*Nec clam te eſt, quàm illi vtræque res inutiles*
*Et ad pudicitiam, & tutandam rem ſient.*

Et Propertius ad Cynthiam lib. 2.

*Non quia peccaris, teſtor te, ſed quia vulgò*
*Formoſis leuitas ſemper amica fuit.*

Quem ſecutus Pontanus in libro nuper citato :

*Parce Venus, non eſt mea non periura puella,*
*Non periura quidem, ſi qua puella leuis.*
*Hoc vitium formæ.*

Et è recentioribus poetis Michael Verinus Florentinus:

*Sit formoſa alijs vxor, tibi ſit bona : neſcis*
*Quàm noceat caſtæ forma pudicitiæ.*

Libanius ad Leontium, Gratulor ( inquit Græcè, ſed in hunc ſenſum) tibi, ꝙ eam vxorẽ duxeris, quæ licèt ſit forma præſtantiſsima, tamẽ (quod rarò accidit) ſuperat formæ præſtantiã pudicitia. Ideoq́; Ouidius lib. 2. Faſtorũ :

*Fœdera ſeruaſſet, ſi non formoſa fuiſſet.*

Et lib. 3. Amorum, Eleg. 14. in princip.

*Non ego, ne pecces, cùm ſis formoſa, recuſo :*
*Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi.*

¶ Et his prior Bias ille Prienæus, vnus è ſeptem ſapiẽtibus, rogatus à quodam, deberetne vxorem ducere, an vitam viuere cœlibem, reſpondit : Ἤτοι καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν, καὶ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν, εἰ δὲ αἰσχράν, ποινήν. Ideſt, aut pulchram duces, aut deformem. Si pulchram, habebis cõmunem : ſin turpem, habebis pęnam. In Græcis vocibus προσωνομασία, id eſt, agnominatio, quæ fit affinitate ſiue ſimilitudine aliqua vocum, efficit dictum concinnius ποινὴν, & κοινὴν. Huius autẽ meminit Gellius lib. 5. c. 11. Sunt & qui ad Bionem Boryſtheniten, quiq́ue ad Antiſthenẽ referunt, autore Laertio : qui item ad Ariſtippum, vt Antonius Monachus Meliſſæ tomo 2. c. 34. qui item ad Solonem, vt Maximus Philoſophus & Martyr Locor. cõium, cap. 39. qui denique ad Anaxandriden. Nequaquam tamen huius eſt ea ſententia, ſed alia huic proximè accedẽs, à Stobæo memorata. Sermo. 66. quæ huiuſmodi eſt: 7

*Biantis dictũ de eadem re.*

Ἀλλ᾽ ἔλαβεν αἰσχράν, οὐ βιωτόν ἐστ᾽ ἔτι
Οὐδ᾽ εἴσοδος τὸ παράπαν εἰς τὴν οἰκίαν.
Ἀλλ᾽ ἔλαβεν ὡραίαν τις, οὐδὲν γίνεται
Μᾶλλόν τι τοῦ γήμαντος, ἢ τῶν γειτόνων. Id eſt :

*Duxit aliquis turpem ? non amplius iucunda eſt ei vita,*
*Neque omnino domum ingredi licet,*
*Formoſa ducitur ? non eſt illa*
*Magis mariti ſui, quàm vicinorum.*

Illam autem ſententiam Biantis, aut cuiuſcunque ea fuit (quod obiter dicere volui) ita retulit Pittacus apud ipſũ Stobæum, Serm. 65. ex Ariſtonis Commentarijs. Nam cùm quempiam interrogaſſet, cur vxorem ducere nollet, qui ita, vt diximus, reſpondiſſet. Quoniam ſi formoſam duxero, habiturus ſum communem : ſi deformem, pœnam: Οὐμενοῦν, inquit, ἀλλ᾽ ἐὰν ἐκ τῶν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν, ἐὰν δ᾽ αἰσχρὰν οὐχ ἕξεις κοινήν. Hoc eſt, Nequaquam, verum ſi pulchram duxeris, non habebis pœnam: ſin deformem, non habebis communem.

*De eadem re.*

¶ Nec ab his multum diſcrepat illud Ezechielis 16. c. Et habens fiduciã pulchritudine tua fornicata es. Illudq́; Eccleſiaſt. c. 13. in fi. Veſtigium cordis boni, & faciẽ bonam, difficilè, & cum labore inuenies. Et quod dicit D. Hieronymus in Malachi. 2. c. Cũ ergo fœcundas vxores

habeatis,& liberis gaudeatis, cur pulchritudinem vxorũ quæritis, quæ meretricibus apta eſt, non vxoribus? Cui conſentaneum eſt,quod Chryſoſtomus in 1.Homilia in Matthæum enarrans illud,Booz ex Ruth genuit Obeth, ſcribit,eos in coniugibus optare, quod in meretricib. ſolet quæri,qui pulchritudinem,& non fidem eligunt. Propterea Quintilianus lib.5. Oratoriarum inſtitutionum, tit.de argumentis: Ducitur, ait, frequenter in argumentum ſpecies libidinis.Id quod etiam videre licet ex Oratione Tullij pro M.Cælio.

9 *De eadem re.* *Adulteriũ an præſumatur ex deprehenſione uiri & mulieris formoſæ.*

¶ Cui reſpondens ſcientiæ legalis armarium Bar.in l. 2.in princ.ff.de furt.Si quis,inquit,deprehenditur in domo, in qua ſit pulchra mulier, hoc certè facit manifeſtũ adulterium. De pulchra enim muliere loquitur,non ſimpliciter de muliere: veluti ea pulchritudinis qualitas multum momenti habeat ad præſumendam vtrinque libidinem.Et ſequitur Panor. in c.cùm non ab homine. col.5. verſ.imò plus dicit,extra de iud. Ang.Aret.in tract.malefi.in verbo,fama publica præcedente. col. 5. verſi.quæro an vnum indicium.Quanquã hoc dictum (vt in tranſcurſu dicam) carpit Pano. ſecum diſſidens, in c. 3.loco.col. pen.extra de proba.de quo & tu videas Franc.Aret.in c. præterea.col.1.de teſti.vbi no.limitat,& interpretatur dictũ Bart.Nec longè hinc abeſt,quod eleganter dicit Bal. de Bar.quem Nouellum vocãt,in tract.de dotib.in 6.parte, in 16. ſpeciali, col.2. in fi. quòd etſi regulariter filius non tenetur dotare matrẽ,l.1.§.præterea.verſi.ſed ſi munus.& ibi Nicol.Mat.& Bal. ff.de tutel.& rati.diſt. & voluit Guli.Cu.& poſt eum Bal.in l.1. ad fin. C.de inoffic. dot.Et idem Gul.in l.ſi vineæ.& ibi etiam Bal.C.de præſcript.lon.temp.& Bal.in l. qui liberos.in fi.ff.de ritu nupt.Alberic. in l.vxorem. §.pater naturalis. ff.de leg.3. & Ang.in l.1.col.1.verſi.adde quòd filij.& ibi Alex. col.5. ver.ex quo habes.ff.ſol.matr.& omnes propè, ea potiſſimum ratione,ne ipſe filius cogatur cõferre ad ſuam iniuriam,per id quod habetur in §. Gregoriana, in Auth.de non elig.ſec.nub.& bene facit tex. in l.tutor ſecũdum dignitatem.§.vlt.ff.de adminiſt.tut. quem ad hoc pro ſing. allegat Guli.in d.l.1.C.de inoff.dot.& Bal.in princ.Digeſtorum,col.vlt.Et hãc deciſionem reputat ſing.Iaſ. in §. fuerat.col.22.verſi.an autem teneatur. Inſtit.de act. Tamen ſi mater eſſet iuuenis,pulchra, & pauper,ideoq; ſuſpecta de incontinentia,poſſet dici,quòd filius teneretur eam dotare,ne labatur mater in impudicitiam.Ponderat ergo Bal.Nouellus ad ſuſpicionem libidinis hæc tria,iuuentutem,pulchritudinem,paupertatem.Et hoc quidem maximè in eam rem eſt expendendum, quod Gul.Cun. in d.l.1.de inoffi.dot.& Bal.in d.§.præterea.loquitur de matre iuuene: addit Gul.& paupere: quam tamen non tenetur filius dotare,ex eorum & aliorum ſententia, niſi & pulchritudinis qualitas adſit, ex Bal. Nouelli iudicio: tanquam ea qualitas ſit longè cæteris in eam rem efficacior.Quanta autem ſit authoritas huius Bal.ſatis conſtat ex eo, quòd eum excellentiſſimum Doct. appellat Cor. conſil.322.ardua.colum.2.lib.3.

*Filius non tenetur dotare matrem.* *Niſi ea ſit iuuenis, pulchra et pauper.* *Bald. Nouel. excellentiſſimus Doct.*

10 *Forma ad libidinem prouocat.* *Pulchrum amabile, prouerbiũ.*

¶ Huiuſce rei autem ratio,præterquam quòd natura ipſa formoſis propriam quandam,atque veluti domeſticam,& peculiarem libidinem ingenuiſſe videtur, vt quò quæq; formoſior eſt, eò ſit in Venerẽ vel ſua ſponte procliuior.Altera eſt in promptu omnibus,& veluti in conſpectu.Nihil eſt enim quod homines magis ad cupidinis amplexus prouocet,accẽdat,incitet, quàm forma corporis,decor oris,ſpecies,& pulchritudo.Nam pulchrum ipſum amicum eſt,vetere prouerbio, cuius meminit Plato in Lyſide.& amor eſt omnium pulcherrimus, atq; inter eum & deformitatem pugna eſt perpetua: & inter flores amor ipſe habitat: quoniã in eo quod floribus caret, aut defloruit,ſiue corpus,ſiue animus,ſiue quodvis aliud ſit, amor ipſe non inſidet, vt apud eũdem Platonem in Sympoſio teſtatur Agatho.Et apud eundem quoque lib.3.de Rep.Socrates aſſerit, quod maximè pulchrũ eſt,id quoq; maximè amabile.Et in Phædro idem ſcribit, pulchritudinem ſolam hanc habuiſſe ſortem,vt maximè omniũ ſit amabilis.Et,vt dicam breuiter,amor,ſi Platoni ipſi in ipſo Cõuiuio,ex oratione Agathonis,atq; Socratis, imò omnibus credimus,nihil aliud eſt, quàm deſiderium pulchritudinis,ex ipſoque deſiderio natus eſt.Et, vt Epicurei credunt, amor nixus eſt atomorum, ſeſe ei, à quo ſimulacra pulchritudinis hauſta ſunt, penitus infundendi. Hinc & pleriq; ſagittarum Cupidinis alteram ideo auratam dicunt,quod pulchritudo ſæpiſſimè amorem faciat. Nam & ipſius Platonis diſcipulus Ariſtoteles aliquando interrogatus,cur quæ pulchra ſunt,amarentur, τυφλοῦ εἶπεν, ἐρώτησις. Cæci,inquit,hæc interrogatio eſt: vt Diogenes Laertius in vita illius, & Stobæus Sermo.63. retulerũt.Ex quo illud Ouidij in epiſt. Acontij ad Cydippen:

*Amor quid ſit.*

*Si eſſes tu formoſa minus, peterere modeſtè:*
*Audaces facie cogimur eſſe tua.*
*Tu facis hoc oculiq; tui,quibus ignea cedunt*
*Sydera, qui flammæ cauſa fuere meæ.*
*Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,*
*Quæq; precor veniant in mea colla manus:*
*Et decor & vultus ſine ruſticitate pudentes,*
*Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.*

Cui concinit & illud eiuſdem Ouidij:

*—Sed te decor iſte,quod optas,*
*Eſſe vetat,votoq; tuo tua forma repugnat.*

11 *Forma unde dicta.*

¶ Proin veteres (vt Ælius ille Donatus, doctus docti Hieronymi præceptor refert) ignẽ & calorẽ quendã quaſi feruorẽ dixerũt formã.Et hinc fornaces,forcipes,formã & formoſos,ex quibus ignis amoris exorit. Quod & decẽter inſinuat Geta Terentianus in Phormione,inquiens: *Ni vis boni in ipſa ineſſet forma,hæc formã extinguerent.* Extinguere.n.propriè de igne dr.Cui concinens Feſtus Pompeius, Forma,ait ſignificat modò faciẽ cuiuſq; rei, modò calidã, vt cùm exta,quæ danẽ, deforma appellantur.Forma aũt,vt Seruius tradit in 8. Æneidos 1eo loco:

*Forma quid ſignificet. De forma exta.*

*—Verſantq; tenaci forcipe maſſam.*

Dicitur à foruo,quod calidum ſignificat, vt etiã Nonius Marcellus autumat.Quanquam Chriſtophorus Landin. lib.3.eiuſdẽ operis aliunde deducit.Idcirco princeps Lyricorum (de Latinis loquor) Horatius lib.4. Carminũ, Ode 13.non inelegãter pulchritudinem facem appellat, quã (vt iam diximus) ad amorem accendat,ſitq; amoris atq; libidinis voluptificũ ſuauiſſimumq; incitamentũ,illectamentum,irritamentum, vt vocat Valerius Maximus lib.4.rerum memorabilium,tit.de verecundia: quo loco de Spurina hiſtoriam refert, propoſito accommodatiſſimam,ijs quidem verbis: Spurina adoleſcens excellentis pulchritudinis, cùm ſua mira ſpecie complurium fœminarum illuſtriũ ſolicitaret oculos, ideoq; viris earum ac parentibus ſe ſuſpectum eſſe ſentiret,oris decorem vulneribus confudit,deformitateq; ſanctitatis ſuæ fidem, quã formam irritamentũ alienæ libidinis eſſe maluit. Cuius & rei Mamertinus ætate longè inferior, neſcio ẽt an eloquẽtia,meminit in Panegyrico ad Iulianum,cuius verba & nos ſubſcripſimus: Nobilem Hetruriæ adoleſcentẽ ferunt, cùm pp eximiam formæ dignitatem multarum in ſe fœminarum amatores excitaret,faciem ſuã ad obliterãdam pulchritudinem, ſauciaſſe.Cuius item hiſtoriæ meminit D.Ambr.in ſua ad virgines adhortatione.Ælianus aũt lib. 9. Hiſtoriæ animalium, quo loco diſſerit de ſerpente Theſſalo,tradit ẽt beſtias nõ ſolùm ſui generis, ſed etiam alieni,modo ſint formoſa, amare idque etiam exemplo probat. Denique Tertullianus ſtatim poſt initium lib.de cultu fœminarum, Decorem,inquit,naturaliter inuitatorem libidinis ſcimus.Leucippes apud Antonium Monachum Meliſſæ tomo 1.c.60. κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταρρεῖ. Id eſt, Pulchritudo acutius,aut,ſi malis, velocius vulne-

*Pulchritudo fax dicitur.* *Spurina hiſtoria.* *Beſtiæ quoque formoſitatem amant.*



vulnerat,quam ſagitta,& per oculos in animum defluit.

12 *Formoſæ cõgredi nõ tã graue peccatũ, quàm deformi.*

¶ Sed quid tantùm in externis ſcriptoribus immoramur, in re præſertim tam manifeſta, & à noſtris legum ſcriptoribus ſatis comprobata? Bazianus Doctor antiquus,aut,quiſquis is fuit, qui gloſſas edidit in cap.vlt.14. q.6.ſiue Rufinus,ſiue Sylueſter, ſiue Io. Hiſpanus, ſiue Io.Fauentinus,aut alius quiſpiam ex Decreti gloſſatoribus, tradit non tam grauiter peccare, qui cum formoſa muliere cõgreditur,quã qui cum deformi: cum plura ſint, pulchritudo ſcilicet & libido, quæ cum illa perſuadent cõmiſceri,quã cum iſta. Quam gl.ad hoc citant,& ſequuntur Io.An.in c.ea quæ fiũt.col.2.de reg.iu.li.6.in Mercu. & Collecta. in c.1. extrà de eo qui dux. in matri. quam pollu.per adul.& Alber. Gan.in trac.malef.tit.de multis qõnibus de pęn.à ſtatut.col.10 & Pan.in c.veniens, extrà de eo qui cogno.cõſang.vxo.ſuæ. & in c.cùm quidã. col.2.& ibi etiã Fel.col.3. verſ.item nota qp faciens actũ. extrà de iureiu.& Barb.in proœm. Cle.col.pen.vbi facit illam gl.ſing.& Chriſto. Por. in §.gallinarum. Inſtit.de rer.diuiſ.& Car.Alex.in c.ſi clericus,ad fi.tit.de pace tenen.& in c.ſi duobus. col.4.ver. & ideo maius. extrà de appe.& Iaſon in §.ex maleficijs.col.2.& ibi quoq; Lud. Gomeſ. col.4. Inſtit. de actio. vbi ipſe Iaſon dicit illam gl.eſſe ad hoc no.& Io. Crot. in repe. c.vt animarũ.col. vlt.de conſtit.lib.6. Sed & hoc ſubobſcurè ſenſiſſe vr̃,ſi ſeriem & ordinem ſcripturæ ſolerter introſpicias, gl.in cap.1.in verbo,meretricis.de pęnit.diſt.5. quã & ad hoc ponderat Panor. in d. c. cùm quidam, vbi hoc apertè & aſſeueranter affirmat. Et id verum eſt, quicquid teneat Hieronymus Zanetinus in tracta. caſuum conſcientiæ, quem poſuit poſt cap.1.de accu.char.67.Nam & Diuus Chryſoſtomus in epiſtolã poſteriorem Pauli ad Timotheum,Hom.3.ex cap.1. paulò ante fi.Illum,inquit,magis adulterũ dixerim,qui quamlibet ex vulgo, quã qui reginam violarit: Illic enim plurima irritamenta ſunt, putà opes,elegantia formæ,& huiuſmodi cætera,quorum hic nihil inuenias. Eadem profectò rõne illum magis ebriũ dixerim, qui quolibet vino, quàm qui optimo inebriaẽ. Ità & cupidũ eum potiſſimùm cenſeo, qui ne minima quidem rapere omittit. Nam qui maxima diripit, minima fortaſſe contemnet: qui autem parua non deſpicit, quomodo his maiora deſpiciet? Fur igitur hic magis, quã ille eſt.Nã qui non aſpernatur argentum, nunquam profectò aurum aſpernabitur. Cui admodum in hoc poſtremo concinit tex.in d.c. vlt.14.quæſt.6.

*Fur magis eſt, qui modica furatur.*

13 ¶ Itaq; cùm forma tam vehementer viros ſolicitet, alliciat, ſtimulet,ipſi quidem, vt voti compotes fiant,totis accinguntur viribus: preces, fraudulentias, munera, blanditias,obſequia, ſuadelas, oĩa denique amatoria veneficia, quibus videlicet cõciliatur amor, fęminarumq; præcordia diffinduntur, & obſeratæ fores pudicitiæ repanduntur,tam pertinaciter,ſtudioſè, vigilãter adhibẽt, vt è cunctis formoſarum millibus vnam vix reperias, cuius pudicitia non exuperetur. Nam,vt apud Diuum Hieronymum contra Iouinianum li.2. diſſerit Theophraſt. in Aureolo,de hac ipſa re loquens, Aliquo modo,vel aliquando expugnatur,quod vndique inceſſitur: non facilè cuſtoditur,quod plures amant,& in quo totius populi vota ſuſpirant. Ideoq; Phocylides Mileſius in ſuis carminibus,quæ ad bene beateq; viuendi inſtitutionem pertinent, ſcribit difficilem eſſe cuſtoditu pulchritudinem filiarum parentibus.

*Pulchritudo difficilis cuſtoditu.*

Κάλλος δυσήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσι.

14 *Pulchritudo vxorũ viris periculoſa.*

¶ Sed fac tuam hanc formoſam vxorem adeò pudicam, vt nullis cuiuſcunq; corruptelis ipſius caſtitas expugnetur: erit tamen ipſius vel inuitæ pulchritudo tibi admodũ periculoſa. Abraham cùm in Ægyptum veniret, hæc vxori Saræ dixiſſe legit,Gen.12.c.Noui qp pulchra ſis mulier, & qp cùm viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Sed & idem fecit,cùm ad Abimelech Regem Palæſtinorum, ſame preſſus veniret, vt ſcribitur eiuſdem libri c.26. Et priorem illum locum enarrans Ambroſius in lib.1.de Abraham Patriarcha, cap.2. Animaduertebat, inquit, Abraham ſibi coniugis pulchritudinem periculo futuram: monuit vxorem,vt ſororem ſe diceret: quo docetur non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerunque gignere ſoleat.Nõ enim tam pulchritudo mulieris,quã virtus eius, & grauitas, delectat virum.In hanc ſententiam Plutarchus in libro de Claris mulieribus,tradit Synorigem Galatam,cùm Cammam Sinati eiuſdem gentis vxorem miſerè deperiret, nec eã tamẽ vllo pacto in ſuum amorem pellicere poſſet, adeò pudicitię & ſui mariti amans erat,Sinatum ipſum interemiſſe:exiſtimantem ſe mortuo marito Camma faciliùs potiturum.Nec tamẽ ei res ea bene ceſſit. Nam & Cammam in vltionem mariti Synorigẽ veneno necauit. Sed nonne Berſabeæ pulchritudo exitio fuit Vriæ marito, vt teſtantur ſacræ literæ,2.Regum 11.cap. Non immeritò igitur Theocritus apud Laertium in Ariſtotele, formam vocabat ἐλεφαντίνην ζημίαν, id eſt, eburneum detrimẽtũ,qp grata ſit aſpectui, ſed multorũ incõmodorũ cã.

*Abraham uxoris forma in periculum mortis adduxit.* *Synorigis forma uiro fuit exitio.* *Berſabea item uiro. Forma eburneũ detrimentũ.*

¶ Vt interim omittam formam exitio fuiſſe ipſis mulieribus, vt videre licet in formoſiſſimis illis Romanis Lucretia, & Virginia, quarum de hac re hiſtoria ſcripta eſt à Titio Liuio de Lucretia, 1.Decad.lib.10.paulò ante finem: & de Virginia libro eiuſdem Decad. 3. & alijs multis. Et hoc Iuuenalis Saty.10. multis eorũ votũ improbat,q optãt habere filias formoſas,ob id,ſ.perituras: 15

*Formam optat modico pueris,maiore puellis*
*Murmure,cùm Veneris fanum videt anxia mater*
*Vſq; ad delicias votorum.cur tamen,inquit,*
*Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.*
*Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem*
*Ipſa habuit.cuperet Rutilæ Virginia gibbum*
*Accipere,atque ſuam Rutilæ dare.*

Præterea mulieres formoſæ, etiam ſi pudicæ ſint, non tamen eſſe creduntur: id quod maximè & maritum & liberos infamat. Nam, vt ſcribit Diuus Hieronymus in epiſtolam ad Corinthios 1.Hom.11.Multi mulieris pulchritudinem admirantur.Et quidnam hoc? nam etſi pudica ſit, vix malã effugiet ſuſpicionem.Sed & idẽ Chryſoſtomus in 2.parte Homiliarũ in Matthęum,Homil.2. de forma mulierum loquẽs, declarat vxorum formã torquere, ac cruciare viros zelotypia. Quid (inquit) lucri decor huiuſmodi parit? nihil profectò.Verùm certamina magis intendit, maioreſq; calumnias atque pericula ſuſpicioneſque complures. Ea denique, quam non huiuſmodi decor illuſtrat, ſuſpicione carebit. Quæ verò formoſa eſt,niſi magno ſtudio,& nimia vtatur continẽtia atque honeſtate, opinioni protinus locũ dabit, virq; ipſe eiuſmodi zelotypia mordetur. Quo quid dici grauius poſſit? neque enim tantum ex aſpectu ipſo voluptatis habet, quantum ex ſuſpicione mœroris.Illa enim cõſuetudine ſolet extingui.At verò vbi laſciuiæ,libertatis, atque impudentiæ opinio manere cœperit, ipſius quoq; animæ intima penetrat atq; penitus inſitis ſordibus ſqualeſcit in dies.& cætera,quæ ſequuntur.

*Formoſæ licet ſint pudicæ, non tamen creduntur.* *Forma uxorum uiros in zelotypiã trahit.*

¶ Igitur cùm mulierum pulchritudinem tam fœdæ, tam turpes,tam infames ſequantur comites,ſuperbia videlicet,& libido,vt nõ iniuria Socrates apud Platonem, lib.6.de repub.formam inter cætera,quæ animum deprauant, atque impediunt, repoſuerit. Et quiſquis ille eſt apud Antoniũ Monachũ Meliſſæ tom.1. Serm.60. 16 *Epilogus.*

Τὸ γὰρ πολὺ κάλλος καὶ ψόγον πολλὸν γέμει.

*Eximia enim forma criminibus multis referta eſt.*

Quod quidem non longè abeſt ab eo, quod nuper ex D.Chryſoſtomo adduximus. Cumque vxoris forma maritum ſæpe in vitæ diſcrimen adducat,ex eaque mala vulgi fama, etiamſi vxor pudica fuerit, oboriatur,zelotypiaq;

typiaq́ue virum ipſum ob id torqueat: inſanus profectò exiſtimandus eſt, qui vxorem formoſam quidem illam, ſed faſtuoſam, & inſolentē, ſed Veneream atque viroſam, ſibiq; demum periculoſam, atque omnib. modis incommodam deſponderit.

¶Quid, ſi oſtenderim, vel ceſſantibus huiuſmodi rationibus, atq; etiam paribus per omnia formoſarum atq; deformium moribus, multò tamē melius eſſe viris iſtas, quàm illas, nanciſci vxores? Quod ut demonſtrem, id ſtatim fatebor, quod uoluptatis ac formæ aſſertores ad ſuas partes tuendas præcipuè adducerent. Id certè eſt, formoſarum conſuetudinem, congreſſum familiaritatē uiris eſſe multò iucundiorem, atq; concinniorem, q̃ deformium. Sed mox velim iſti reſpondeant, num lōgè ſatius eſt, nunquam antea fuiſſe fęlicem, q̃ fęlicitate, in qua aliquando fueris, excidiſſe? Et certè ſatius eſt. Nam ut à Diuo Seuerino li. 2. de Conſola. Philoſophiæ, uerißimè ſcriptū eſt, Infęlicißimum genus infortunij eſt, fuiſſe fęlicem. quod citat Io. And. in c. ex parte. de conſuet. & ante eum gl. in c. ſunt qui arbitrantur. ad fi. de pœn. diſt. 1. ubi & in eam ferè ſententiam remigrat text. qui eſt huiuſmodi: Nihil eſt, quod tam ſummi doloris ſit, quàm ſi unuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati recordetur, unde lapſus ſit, atq; ceciderit. Hanc autem ſententiam Boethius à Seneca mutuatus eſt, cuius hæc uerba ſunt: Summum genus infęlicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquando fęlicem. Et idem in libro de tranquillitate uitæ: Leuior, ait dolor, non habere, quàm perdere. Et poſt pauca: Tolerabilius eſt, faciliuſq́ue, non acquirere, quàm amittere. Ideoq́ue lætiores uidebis, quos nunquàm fortuna reſpexit, quam quos deſeruit. Xenophon apud Diuum Maximum Locorum communium Serm. 61. & Stobæū Serm. 3. Οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τ' ἀγαθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὡς τὸ λαβόντα στερηθῆναι. Id eſt, Non enim bona non accipere ſic graue eſt, q̃ acceptis priuari. Valerius Maxim⁹ lib. 1. cap. 8. Vtilius, inquit, aliquantò fuit, ad illa aditum non impetraſſe, q̃ iam percepta eorum dulcedine caruiſſe. Athæneus lib. 14. Variæ hiſtoriæ, tradit Ariſtotelem ſapientißimè putaſſe, non eſſe ſimile dignitatem aliquam ſuſcipere, & cùm acceperis, ea ſpoliari. Non enim graue eſſe, non adipiſci: at cùm adeptus ſis, amittere, moleſtū eſſe. Et Beliſarius apud Procopium de Bello Vandalico lib. 3. Quanto igitur, inquit, non poßidere leuius, q̃ poſſeßis quandoque priuari: tantò nunc magis, q̃ prius, nobis exiſtimandum, &c. Et quod propiùs ad hanc tractationem accedit, Plutarchrus Problematòn Rom. c. 49. Quid eſt, inquit, ꝙ Flamen Dialis mortua uxore ſacerdotio ſe abdicat, ſicut apud Teium ſcriptū eſt? An qđ, q uxorē duxit, poſtquā ipſam amiſit, eo q nūquā duxit, multò eſt infęlicior? Et alias quoq; rōnes adducit, ſed nihil huc pertinēt. & an̄ hūc Tullius in Partitionib⁹ oratorijs: Nihil eſt tam miſerabile, quam ex beato miſer.

*Fœlicē nō fuiſſe ſatius eſt, quàm fœlicitate excidere.*

*Flamen Dialis uxore mortua ſacerdotio ſe abdicat.*

¶Nec huic ſententię defuerunt Poetæ. Nam Euripides in Bellerophonte apud Stobæum, Serm. 95.

Ὃς δ' οὐδὲν οὐδεὶς, διατέλους δὲ δυστυχῶν,
Τοσῷδε νικᾷ τοῦ γὰρ εὖ ἠπτώμενος,
Οὐκ οἶδεν ἀεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων.
Οὕτως ἄμεινον (aut, ut alij legunt, ἄριστον) μὴ πεπειρᾶσθαι (καλῶν.
Ἐκεῖνο γὰρ μεμνήμεθ' οἷος ἦν ποτέ.
Κἀγὼ μετ' ἀνδρῶν ἡνίκ' εὐτύχουν ποτέ. Id eſt:

*Homo nihili & aſſiduè infęlix,*
*In hos cæteros vincit, quòd hactenus honorum expers,*
*Neſcit ſe ſemper infęlicem fuiſſe, & malè affectum.*
*Ita ſatius eſt, bona nunquam expertum fuiße. (olim,*
*Experti enim memores apud ſe cogitant: Qualis eram*
*Cùm etiā ego inter homines aliquādo ſælicicer agerē?*

Idemq́ue in Iphigenia in Tauris:

Τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι,
Θνητοῖς βαρὺς αἰών.

*Namque poſt fælicitatem miſerè affici,*
*Mortalibus grauis vita.*

Et in Troadibus:

Ὁ δ' εὐτυχήσας τὸ δυστυχὲς πεσών,
Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.
Κείνη δ' ὁμοίως, ὥσπερ οὐκ ἰδοῦσα φῶς,
Τέθνηκε κοὐδὲν οἶδε τῶν αὑτῆς κακῶν.

*Qui verò fælix fuit, in infælicitatem collapſus,*
*Animo diſcrutiatur propter priorem fælicitatem.*
*Illa verò ſimiliter, tanquam non viuens,*
*Mortua eſt, & nihil nouit ſuorum malorum.*

Et in Helena:

—Ὅταν δ' ἀνὴρ
Πράξῃ κακῶς ὑψηλὸς, εἰς ἀηθίαν
Πίπτει κακίω τοῦ πάλαι δυσδαίμονος.

*—Quando enim vir*
*Sublimis malè habuerit, in deſuetudinem*
*Cadit deteriorem, eo qui antè fuit infelix.*

Notum eſt autem illud Ouidij, lib. 5. Triſtium, Ele. 7.

*Turpius eijcitur, quàm non admittitur, hoſpes.*

Quod & à Pontifice relatum eſt in c. quemadmodum. de iureiuran. Quam & ipſam ſententiam abundè comprobauimus in noſtris Cōmētarijs in Pictonū cōſuetudines, tit. 2. §. ult. ubi uidere poteris, ne hic iterū repetam

¶Quo ſic cōſtituto, illud quoque iſti fateantur oportet, non diutius hac formoſitatis uoluptate potituros, qui formoſas duxerint. Nam quæ hodie eſt formoſa, cras eadem deformis erit. Eſt nimirū forma res caduca, euanida, fugax, decidua, uelox, fluxa, rapida, eodē penè momento uireſcens, & areſcens: non ſecus ac floſculi, quorum uita dialis, qui matutino tempore pulcherrimi, ante ueſperam euaneſcunt, magna (ut ſcribit Plinius lib. 21. c. 1.) hominum admonitione quæ ſpectatißimè floreāt. celerrimè marceſcere: quaſi intelligeret Plinius, formā eò celerius ocyusq; elabi, quò magis conſpicua eſt. Galenus in exhortatione ad bonas artes, eos laudat, qui iudicant formam uernis floribus eſſe ſimilem: ut qui breuē uoluptatem habent: ſimulq; laudat Lesbiæ dictum. Nā qui formoſus eſt, tantiſper eſt, dum uidetur. Fallax, ait, omnium ſapientißimus, Prouerbiorum ultimo, gratia, & uana eſt pulchritudo. Et quiſquis eſt, qui libro 1. Epigr. hoc inſcripſit:

*Forma res caduca.*

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε, παρακμάζει ταχὺ πάντα,
Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον.

Id eſt, ad uerbum:

*Pulchritudine fruere: defloreſcunt citò omnia:*
*Vna æſtas ex hædo ſetoſum, ſiue hirſutū facit hircū.*

Et rurſum in eodem libro:

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον, ἢν δὲ παρέλθῃ,
Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

Quod & ad uerbum id ſonat,

*Roſa viget breue tempus. Si autem præterierit.*
*Quærens inueniens non roſam, ſed ſpinam.*

Et Theocrilus Idyllio 28. cui titulus ἐραστής:

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει.
Ἁ δὲ χιὼν λευκὰ καὶ τάκεται ἁνίκα παχθῇ.

*Et roſa formoſa eſt, ſed tempore marcet & aret,*
*Formoſæ & violæ verni ſub ſidere ſolis.*
*Sed citò conteritur flos, & nitor ille ſeneſcit.*
*Candida ſunt etiam per amœnas lilia valles.*
*Sed citò marceſcunt, & quæ modò candida nix eſt,*
*Tabeſcit, moriturq; breui liquefacta ſub æſtu.*

Eſtq́; etiam in hanc ſententiam Epigramma Platonis apud Laertium:

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με,
Δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος.
Εἰ δ' ἄρ', ὃ μὴ γίνοιτο, νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
Σκέψαι τὴν ὥραν, ὡς ὀλιγοχρόνια.

Quod



Quod ſic vertit interpres Ambroſius:

*Malo ego te ferio: tu me ſi diligis: illud*
*Suſcipe, me imparti virginitate tua.*
*Hoc fieri ſi poſſe negas, hoc ſuſcipe malum, &*
*Quàm pereat paruo tempore forma, vide.*

21 ¶Suntq́ue & in id Poetarum Latinorum ſententiæ, quorum facilè princeps Virgilius, ſi is tamen fuit, qui carmen de Roſa ſcripſit:

*Collige virgo roſas, dum flos nouus, & noua pubes:*
*Et memor eſto, æuum ſic properare tuum.*

Et Ouid. lib. 2. de Arte amandi:

*Forma bonum fragile eſt, quantumq́; accedit ad annos,*
*Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.*
*Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent.*
*Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.*

Et cætera, quæ ſequuntur. Alter Poeta Olympius Nemeſianus in Bucolico Ludicro:

*Non hæc ſemper eris: perdunt & gramina flores:*
*Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent.*
*Nec longùm tenet vua comas, nec populus vmbras.*
*Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat annis.*

Sed & Seneca Tragicus in Hippolyto:

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis.*

Et paulò poſt:

*Vt fulgor, teneris qui radiat genis,*
*Momento rapitur: nullaq́; non dies*
*Formoſi ſpolium corporis abſtulit,*
*Res eſt forma fugax: quis ſapiens bono*
*Confidat fragili? dum licet, vtere.*

Idem in Hercule Oetæo:

*Vt alta ſyluas forma vernantes alit,*
*Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:*
*At cùm ſolutos extulit Boreas Notos,*
*Et ſæua totas bruma decuſſit comas,*
*Deforme ſolis aſpicis truncis nemus,*
*Sic noſtra longum forma decurrens iter,*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget minùs.*

Rurſum in Octauia:

*Probitas, fidesq́; coniugis, mores, pudor,*
*Placeant marito: ſola perpetuò manent.*
*Subiecta nulli mentis atque animi bona:*
*Florem decoris ſinguli carpunt dies.*

In quam ſententiam trahi poteſt & illud Claudiani:

*Pulchris ſtare diu Parcarum lege negatur:*
*Magna repentè ruunt, ſumma cadunt ſubitò.*

Et quod Statius lib. 1. Syluarum appellat formam, dona fugientia:

*Exerce formam, & fugientibus vtere donis.*

Et (vt etiam vtamur teſtimonio recentiorum Poetarum) illud Michaelis Verini Florentini:

*Hæc quam cernis anum, quondam formoſa puella*
*Extitit, an neſcis, quàm breue forma bonum eſt?*

22 *De eadē re.* ¶Nec ſoli ſunt Poetæ hanc formæ fugitiuæ breuitatē ſuis verſibus executi: ſed & alij ſcriptores celeberrimi elegāter expreſſerūt. Philo Iudæus, qui in noſtra & Græcorum Philoſophia facilè cæteros antecellit, in eo libro, quem de prouidentia ſcripſit: Formoſitate (inquit) corporis ſe iactare mentis compos nemo poterit, quæ breui adeò extinguitur tēpore, vt antequā floreſcat, defloruiſſe videatur. Quod & vſurpauit Euſebius Pam. lib. de Euange. præpara. 9. cap. 5. Criſpus quoque Salluſtius, Romana ille primus in hiſtoria, vt Martialis ait, in eo lib. quem de bello Iugurthino mira elegantia conſcripſit, in eandem fere ſententiam hæc prodidit: Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, viſq́; corporis, & oīa alia huiuſcemodi, breui dilabunt̄. Et alibi, Dignitas formæ, aut morbo, aut ætate defloreſcit. Et iterum in Catilinario: Formæ, inquit, gloria fluxa, atque fragilis eſt. Plutarchus in lib. de liberis educandis: Forma præcipuum eſt quoddā bonum, at caducū, paruoq́ue durans tempore. Socrates autem apud Diogenem Laertium in vita Ariſtotelis, formam appellabat ὀλιγοχρόνιον τυραννίδα, hoc eſt, exigui temporis tyrannidem: ꝙ ſcilicet eius gratia mox deefloreſceret. Domitianus apud Suetonium dicebat, nihil breuius eſſe decore. Apuleius Platonicorum eruditißimus, &, vt cenſet Auguſtinus, eloquentißimus, in Deo Socratis, ſignificare volens, nihil eſſe breuius forma, ſcribit: Formoſus eſt? expecta pauliſper, & non erit. Boethius lib. 3. de Conſola. Philoſophiæ: Formæ nitor vt rapidus, vt velox, & vernalium florum velocitate fugacior: Lucianus Samoſatenſis in Dialogo Menippi & Mercurij, introducit ipſum Menippum mirantem, ꝙ Græci, qui ꝓ Helenæ forma multos diu tolerarunt labores, non intellexerunt, ſe pro re vſque adeò momentanea, quæq́; tam facilè emarceſcit, elaborare. Eteocles apud Abbatē Maximum, Philoſophum & Martyrem, Sermo. 44. Locor. cōium, cuidam ob formam glorianti, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφησεν, ἐπὶ τῇ ὥρᾳ μέγα φρονῶν, ἣν παρακαταθήκην τοῦ μικροῦ χρόνου ἔχεις; Id eſt, Non pudet te ſuperbire ob pulchram ſpeciem, quam depoſitam habes ad exiguum tempus?

*Forma exigui temporis tyrānis*

¶Et vt aliquid mutuemur à ſacris ſcriptorib⁹, Diuus Chryſoſtomus in epiſtolam ad Epheſios Hom. 20. poſt nonnulla alia pulchritudinis incōmoda, quę ex eo ſupra adſcripſimus: confeſtim hæc ſubdit, ex quibus illud nō modicum quoque inſurgit: Sed voluptatem habet pulchritudo vſque ad primum ſcilicet aut ſecundum menſem, aut ſi multum, vſque ad annum, deinceps verò non ita: ſed per conſuetudinem tabeſcit illius admiratio: interea tamen mala, que ex pulchritudine nata ſunt, manent. In ea verò, quæ non adeò corpore formoſa eſt, nihil tale metuendum: ſed certè primus amor admodum perdurat: eò ꝙ aīa formoſa eſt, nō corpus. Alter, Diuus Gregorius Nazianzenus, in verſibus Elegiacis, quos eleganter ſcripſit, in mulietes ornatas fucatasq́ue: 22

*De eadē re.*

Ὧ, οὗτός σοι νόμος ἐστὶ πατρώϊος ἐξέτι κείνου,
Μή ποτ' ἐπ' εὐχροίῃ θάρσος ἔχειν, θύγατερ.
Πᾶν μὲν κάλλος ἐμοὶ βαιὴ χάρις εἴαρ ἔνεικε,
Καὶ χειμὼν κρυερὸς ὤλεσεν ἐξαπίνης.
Ἢ νοῦσός μιν ἔκαμψεν ἀώριον, ἢ χρόνος αἰνὸς
Ὤλεσε τηκεδανῶν κύκλα φέρων ἐτέων.

Id eſt, propè ad verbum: ſic enim ſæpius ſoleo facere, vt poßint Lectores nonnihil in Græcis literis veluti ex tranſcurſu addiſcere:

*Hæc tibi lex eſt patria, vſque ex illo*
*Nunquam in bono colore fiduciam habere, ò filia.*
*Omnē enim pulchritudinē mihi, breuis gratia ver tulit,*
*Et hyems frigida perdidit confeſtim:*
*Vel morbus ipſam flexit intempeſtiuè, aut tēpus graue*
*Perdidit, tabefacientium orbes ferens annorum.*

¶Quæ cùm ita ſint, rectè Plutarchus in Præceptis cōnubialibus ſcribit, ꝙ quemadmodum ignis in paleis leporinisq́ue pilis accenditur, ocyuſq; reſtinguitur: ita breuem amorem, nouorumq́; cōiugum corporis forma inflammatum, nec durare poſſe, nec firmum eſſe exiſtimandū eſt. Quaſi ſcilicet diceret, vt forma citò abit, ita & amor, quā illa cōflauit. Nā cùm ꝑ formā ames, idem amoris, & formæ finis eſt. Ceſſante enim cauſa, (vt paßim dicūt noſtrates ex Ariſtotelis ſententia) ceſſat & effectus: de qua re priuatim nunc libellum cudimus. Ex quo eſt illud Bacchidis Terentianæ in Heautontim. 23

*Forma amor cum forma abit.*

*Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt.*
*Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferūt.*

Illudq́ue Iuuenalis Sat. 6.

*Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet?*
*Si verum excutias, facies, non vxor, amatur,*
*Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,*
*Fiant obſcuri dentes, oculiq́; minores,*
*Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,*
*Iam grauis es nobis.*

Quæ

Quæ haud dubiè confirmant id, quod ſcribit Ariſt.lib. Ethic.8.c.4. Amicitiam, quæ ex forma & pulchritudine ꝓficiſcit, deſinēte ipſa pulchritudine, eã quoq; deſinere.

24 *Epilogus.*

¶ Proinde (vt breuibus hunc locum concludamus) cùm abſolutæ voluptatis, quam qui formoſas ſectantur, in earum conſuetudine collocant, longè melius ſit fuiſſe ſemper expertem, quàm ex ea, cuius magnã olim partem hauſeris, decidere, & veluti in ordinem redigi: (Id quod vſui euenire his neceſſe eſt, qui formoſas vxores antea habuerunt, quippe cùm eaſdem mox deformes habituri ſint) cumq; amor ille vxorius, ob pulchritudinem conciliatus, decidente pulchritudine plerũque ſoluatur, in odiumq; ac tædium cõmutetur: & ſi fortuna illa diutius maneat (id quod rariſſimum eſt) conſuetudine tamen & frequentia, quæ ex ea oritur, languidior fiat: dubitationẽ non habet, quin præſtet deformem ducere vxorem, quàm formoſam.

25 *Vxorijs interpellationibus ſtudia impediuntur.*

¶ Adde, quòd cùm aliàs ſemper literarum ſtudia impediantur nuptijs, vxorijsq; interpellationibus, nec poſſimus libris & vxori pariter inſeruire, vt apud Hieronymũ in Iouinianum libro primo ſcribit Theophraſtus: & teſtatus eſt Cicero, qui cùm ab Hircio rogaretur poſt repudium vxoris Terentię, vt ſororẽ eius duceret, omnino facere ſuperſedit, dicens, non poſſe vxori & philoſophiæ operam pariter dare, vt retulit ipſe Hieronymus eodem loco, & è noſtris Ioannes Andreas, & Panor. in cap. diuerſis. extra de cleric. coniu. Tum verò maximè vxores formoſę huiuſmodi literarum impedimenta nobis afferunt, vt quę ſua pulchritudine animum noſtrum veluti detinent, neq; ſinunt aliò diuertere. Maria Socin. Senen. Bartholomæi pater, vtroq; iure conſultiſſimus & optimo iure excellẽtiſſimus doctor, vocatus à Ioann. Baptiſta Cacia. in repe.l. admonendi, colu.51.ff. de iureiur. & clariſſimus à Philip. Corn. conſi. 306. circa primũ quæſitum, poſt prin. lib. 3. interrogatus aliquando, cur minus ſolito literis operam daret: vxorem (inquit) duxi. Rurſus interpellatus, cur Socrates vxoratus non itidem Philoſophiæ ſtudia neglexiſſet, Xantippe, inquit, moroſa fuit, & vt exiſtimo, deformis: mea vxor proba eſt, & forma decenti. Id quod memoriæ prodidit Antonius Panormit. in eo libello, quem elegantiſſimè conſcripſit de facetijs Alphonſi regis, & aliorum.

*Maximè, cũ vxores ſunt formoſæ.*
*Mariani Soci. dictũ de vxore.*

26 *Vxores formoſæ maximam vitæ partem viris adimunt.*

¶ Poſtremum & hoc quoq; adijcito, Vxores formoſas magnam partem vitę nobis adimere: vtpote quæ ſua forma, ſicuti ſuprà diximus, ad Venerem alliciant immodicam atque ſuperfluam: quæ vires corporis (vt interim taceam de reliquis incommodis intemperatæ libidinis, quę à me latiùs in ijs ipſis legibus connubialibus deſcribentur) omnino atterit, deuorat, abſumit, vitamque ante tempus veluti præripit, & ſenectutem intempeſtiuè accelerat, vt & latiùs poſtea narrabimus. Vnde Germani, vt teſtis eſt Bebelius, hanc ſententiam prouerbij vice celebrant, Quatuor ante tempus hominem occidere, vxorem formoſam, triſtem familiam, immoderatum cibum, aerem corruptum. Quàm laudabilis autem, quantique æſtimãda ſit longa vita, alibi diximus in tractatione Nobilitatis, c.31.nu.518. præterea non inficior.

27 *Epilogus.*

¶ Igitur (vt ſemel finiam) cùm vxoris forma ſupercilium ſecum afferat, & ſuperbiam: cùm genitalem thorum fœdet libidinibus, cùm ſit eius naturæ, vt nõ patiatr abſoluta illa voluptate frui diutius, ſed & vertat amorẽ in odium, cùm literarum ſtudia maiorem in modum impediat, cùm lõgæuitati (quæ admodum pretioſa res eſt) miris modis officiat: reliquum eſt, vt concludamus, admodum eſſe cauendum, fugiendumque, veluti quendam ſcopulum, vxoris formoſæ contubernium. Ideoq; Anacharſis ille Scytha, nihil tamen minùs q̃ Scytha, morib. & ſapiẽtia, vxorem deformem duxiſſe dicitur. Quod cũ ei in conuiuio à quopiam dictum fuiſſet, reſpondit, & id quoque ſibi videri. Et conuerſus ad puerum, Ἀλλά μοι ἔγχεον, ὦ παῖ, ποτήριον ἀκρατέστερον, ὅπως αὐτὴν καλὴν ποιήσω. Sed mihi, puer meracius infunde poculum, vt ipſam pulchram faciam. Tanquam ſcilicet oculorum acies temulentia deciperetur, vt autor eſt Athenæus. Protagoræ autem ſententia eſt apud Antonium Monachum, Meliſſæ tom.2.c.33. Γυναῖκα σώφρονα ζήτει, καὶ μὴ εὔμορφον· τὸ μὲν γὰρ θησαυρὸς ἀνέκλειπτος, τὸ δὲ ὑποψία γνώμης. Id eſt vxorem temperantem quærito, non formoſam. Ille enim eſt theſaurus, qui ſurripi non poteſt: hæc autem, animi opinio, ſiue perſuaſio.

*Anacharſis vxorem deformem duxit.*

¶ Sed dicet quiſpiam, Iacob ille vnus ex tribus Patriarchis, vir quidem omnibus virtutum numeris cõſummatiſſimus, & dignus, quem omnes ſibi proponant imitandum, Rachel virginem decora facie & venuſto aſpectu afflictim atq; ardenter adamauit: quàm vt vxorem haberet, haud grauatè Laban eius parenti ſeptem annis ſeruiuit, vt ſcribitur Geneſ. 26. cap. Ex quo facilè videri poteſt, eam ob id potiſſimùm ſibi delegiſſe, ꝙ formoſa eſſet, & venuſta: vt etiam non obſcurè annotauit princeps ſententiarum, quem vocant, in 4. diſt. 30. vbi & D. Bonauen. in expoſitione ipſius tex. & Pe. Palud. aſſerũt, eum ne venialiter quidẽ peccare, qui vxorem ducit propter pulchritudinem, modò non ſit cauſa principalis, & præcipua ipſius matrimonij, ſed ſecundaria, & vt loquũtur, inductiua, vt illam potiùs ſcilicet aſſumat, q̃ aliam. & ſequitur Ang. Cla. in ſua Summa, in verbo, matrimoniũ, ver. pen. & Anto. Flo. in 1. parte 3. partis ſuæ Summæ, tit. 1. cap. 19. §. quarta concluſio eſt: & Aſteſanus in ſua Summa, lib.8. tit.9. art.1. in ſi. & è noſtris in hac fuit ſententia Collect. poſt alios in c. ad diſſoluendum, extrà de deſponſa. impub. & videtur ſentire gl. in Sũma, 27.q.1. & Panor. in c. tua nos. in 3. not. de ſponſa. Quin diuus Thomas in d. diſt. 31. etiam ſuper tex. ſentit nõ eſſe mortale peccatum, etiam ſi libido pulchritudinis ſit cã principalis, modò non ſit immodica, &, vt dicit, effrænata.

28 *Contrà vxores formoſas eſſe ducendas.*

*Vxorem ob formã ducẽs an peccet.*

¶ Item lex eſt in Deuteron. cap.21. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisq; habere vxorem, introduces eam in domum tuam, E diuerſo autem alia lex eſt in eodem libro, cap.24. & repetitur in Decretis canonicis, c. nõ ſatis. 34. quæſt.2. qua cauetur, vt ſi vxor non inuenerit gratiam in oculis viri, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij. Quæ lex tametſi non ſatis fuiſſe probabilis, pleriſque videtur, vt alibi infrà dicemus, multi tamen non contẽnendæ autoritatis viri (inter quos eſſe videtur Scotus in 4. ſenten. diſt. 33. art. 3. q. 1.) non ſolùm probabilẽ, ſed & pro tempore vtilem, atq; etiam neceſſariam fuiſſe contendunt: proinde à peccato eos excuſaſſe, qui repudiabant, vt & ibi tenet Duran. in 3. q. & è noſtris Pan. in c. gaudeamus. in vlt. no. extrà de diuor. Sed vtrũcunque fuerit, certè ex Pontificum decretalibus deformitas notabilis ſuperueniens poſt ſponſalia de futuro, præbet iuſtam cauſam ab illis diſcedendi. c. quemadmodum. ver. ꝙ ſi poſt. iun. gl. & ibi Imo. col.2. & alij, de iureiur. Quæ quidem res, atq; etiam ea lex Deuteronomij apertè nobis indicant, deformitatem vxorum rem eſſe viris deſpectiſſimã: tantumq; illis diſplicere, quantum aliud quicquam. Et quod maximè cauendũ eſt, ob id viros vxores aſpernari, & repudiare, ĩ aliarumq; cõcubitũ exardeſcere. Ideoq; Decius Auſonius & Medicus & Poeta nũquã ſatis laudatus, nõ minùs verè, q̃ eleganter, ſcribit:

29 *Vxorẽ deformẽ, an licuerit repudiare.*

*Deformitas ſuperueniẽs, an præbeat iuſtam cauſam ſoluẽdorũ ſponſaliorum.*

*Deformitas vxorũ eas contẽptui haberi facit.*

*Deformis vxor cui ſit, ancilla elegans,*
*Vxorem habere, ſubigere ancillam velit.*

¶ Cæterùm Salomon omnium ſapientiſſimus, introduxit ſponſum ſponſam ita alloquentem, Canticorũ 2. Oſtende mihi faciem tuam, facies enim tua decora. Et parens eius Dauid Pſalmo 44. Concupiſcet rex decorẽ tuum. Et Eccleſiaſticus c.36. ſpecies mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem cõcupiſcentiam ſuperducit deſideriũ. Et antè, cap. videlicet 26. Sicut Sol oriẽs mundo

30 *De forma quoque expetenda.*



mundo in altiſſimis Dei, ſic & mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius. Ex quibus facilè perſpici poteſt, & exemplo illius Patriarchæ, & autoritate legũ Moſaicarum, Dauid, & Salomonis, & filij Syrach potius eligendam eſſe formoſam vxorem, quàm deformem.

31 *Forma Deorum donum.*

¶ Prætereà cur tantopere repudianda eſt, aut faſtidienda in vxore forma, quam Paris apud Homerum illum omnium diſciplinarum tanquam Oceanum quendam, in 3. Iliados Rhapſodia, dicit eſſe Deorum donum glorioſum. Ita enim Alexandum inducit reſpondentem Hectori, qui illi formam exprobrarat:

Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσῆς Ἀφροδίτης,
Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο·

Id eſt, ad verbum:

*Ne mihi dona amabilia obijcias aureæ Veneris,*
*Non obijcienda ſunt Deorum glorioſa dona.*
*Quæcũq; ipſi dãt, volũtarius aũt nõ aliquis acciperet?*

Cuius loci autoritate veluti clypeo ſe defendit Apuleiꝰ, qui tãquam formoſus accuſabatur, Apologia prima: vbi & multos Philoſophos refert fuiſſe formoſiſſimos. Idẽ Homerus lib. 6. eiuſdem operis, ſcribit Deos tribuiſſe pulchritudinem Bellerophonti:

Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν
Ὤπασαν.——

Ex quibus Homeri locis videtur Ouidius illud fuiſſe mutuatus libro tertio de arte amandi:

*Forma Dei munus.*——

Cui ſententiæ adſtipulantur Theologi. Nam & Chryſoſtomus verus ille Theologus, ſi alius vnus eſt, Homilia 1. in Pſal. 50. Pulchritudo, ait, non eſt in culpa: quia ea Dei eſt. & D. Auguſtinꝰ de Ciuitate Dei lib.15.c.22. ſcribit, pulchritudinem corporis Dei donum eſſe.

32 *Helenæ pulchritudo admirabilis, vide in nume.41.*

¶ Sed & hãc tanti fecere omnes illi fortes, & heroes, & ſemidei, vt pro formoſa vna muliere, bella indefatigabili ardore ac pertinacia pugnauerint. Neque eſt, ꝙ putemus, Græcos pugnaſſe propter vltionem cùm iurarẽt ſe reſtituta Helena bellum dimiſſuros: aut Troianos propter retinendam dignitatem, ne ſcilicet timore adacti reſtituiſſe viderentur. Cuius rei teſtis eſt Quintilianus lib.8. Oratoria. inſtitu. vbi de amplificatione diſſerit, cuius hæc verba ſint: Non putant indignum Troiani principes, Graios Troianosq; propter Helenæ ſpeciem tot mala tanto tp̄is ſpacio ſuſtinere. Quænã igitur illa forma credenda? Non enim hoc dicit Paris, qui eam rapuit: non iuuenis aliquis, aut vnus è vulgo: ſed ſenes, & prudẽtiſſimi, & Priamo aſſidentes. Verùm & ipſe rex decennali bello exhauſtus, amiſſit tot liberis, imminẽte ſummo diſcrimine: cui faciem illam, ex qua tot lacrymarũ origo fluxiſſe, inuiſam ac abominabilem eſſe oportebat, & audit hęc, & eam filiam appellans iuxta ſe locat, & excuſat etiam, atque ſibi eſſe malorum cauſam negat. Hæc Quintilianus, qui totum locum ex illa Iliados tertia Rhapſodia Homeri deprompſit, quo in loco Troiani ſenes ipſi Priamo aſſidentes, cùm vident Helenã aſcẽdentem, admirati eius formam, hæc inter ſe ſuſurrant:

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Vnde ſumptum videri poteſt illud Propertianum, lib.2. Eleg.4.

*Digna quidem facies pro qua vel obiret Achilles,*
*Vel Priamus, belli cauſa probanda fuit.*

Sed & de hoc loquens Lucianus, aut quiſquis it fuit (nã de autore dubitatur) in eo dialogo, qui Charidemus inſcribitur, inter opera ipſius Luciani: Europa tunc primũ contra Aſiam bello concitata, cùm Troiani poſſent Helena reddita, ſine periculo ac metu terram ſuã retinere, Græci autem hanc illis habẽdam permittentes, moleſtia liberari: neutri conſulere ſibi ipſis voluerunt, rati non aliam pulchriorem belli cauſam, ob quã morerentr, inuenire ſe poſſe. Iam verò & Dij, cùm certò ſcirent liberos ſuos in eodem bello perituros eſſe, nequaquam illos ab eo abſterruerunt, ſed ad id vltrò proficiſci fecerunt, rati non minorem inde gloriam conſecuturos eos eſſe, ſi pro Helena mortem obijſſent, quam quòd Deorum filij procreati eſſent.

33 *Dij Deæq; à forma laudata. Apollo Cæſariatus. Intonſus. crinitus.*

¶ Quin & idem Poeta in ſuis ſparſim ſcriptis Deos Deaſque pulchritudine vt plurimũ ornauit. Inter quos Apollinem canit ἀκερσεκόμην, id eſt, intonſum, & cæſariatum, cùm ſcribit 28. Iliados:

Φοῖβος ἀκερσεκόμης.——

Cuius rei (ſi id ſcire cupis) ratio traditur à Macrobio lib.1. Satur.c.17. & Heſychio. Ex quo & à Virgilio lib. Æneidos, crinitus Apollo dictus eſt: & ab altero Poeta veteri (quiſquis is eſt) apud Tullium lib.2. aut aliorum computatione, quarto Acade. Quæſtio.

*Intendit crinitus Apollo*
*Arcum auratum Lunæ innixus.*

Et comoſus eidem Virgilio, in obſcœno carmine, ſi ipſius eſt:

*Comoſus.*

*Phœbus comoſus, Hercules lacertoſus.*

Et intonſus Horatio lib.1. Carm. Ode.21.

*Dianam teneræ dicite virgines:*
*Intonſum pueri dicite Cynthium.*

Et in Epod. Ode.15.

*Intonſos agitaret Apollinis aura capillos.*

Atque etiam Tibullo lib.1. Eleg.4.

*Solis æterna eſt Phœbo Bacchoq; iuuenta:*
*Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum.*

Et iterum libro 4. ad Phœbum:

*Huc ades, intonſa Phœbe ſuperbe coma.*

Et Propertio lib.3.

*Dum petit intonſi Pithia templa Dei.*

Et Ouidio lib. Triſtium 3. Eleg.1.

*Ducor ad intonſi candida templa Dei.*

34 *Iuno Albiulna.*

¶ Idem Homerus (vt ad eum redeamus) appellat Iunonem λευκώλενον, tanquam dicas, albiulnã, id eſt, vlnas albas ſiue candidos lacertos habentem, lib.1. Iliados:

τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Et ſæpe eodem libro & iterum libro 15.

Ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Et paulò poſt:

Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Et alibi quoque eodem libro, & alibi item ſępe. Atque etiam Heſiodus in Theognia:

Ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Qui & ipſe in eodem opere hoc quoque Epitheton Proſerpinæ attribuit:

*Proſerpina quoque Albiulna.*

Ἣ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον.

Et illos imitatus Virgil.8. Aeneidos, eodem pulchritudinis genere Venerem decorauit:

*Venus niueis lacertis.*

*Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis*
*Cunctantem amplexu molli fouet.*

Sed (vt redeamus ad Homerũ & Iunonem) is eã li.15. Iliad. ὀφρύσι κυανέῃσι dicit, id eſt, ſupercilijs nigris: nam id pertinere ad formam mulierum, ſatis ex eo conſtat, quod ſcribit Iuuenalis Saty.1. mulieres ſua ſupercilia arte denigrare, quò formoſiores videantur:

*Iuno nigra ſupercilijs. Supercilia nigra ad formã pertinent.*

*Illa ſupercilium madida fuligine tinctum*
*Obliqua producit acu.*——

Quin ipſe Homerus eãdem Iunonem βοῶπιδα appellat, id eſt, bubulis, ſiue malis dicere, bouinis oculis, cùm ſæpe aliàs, tum lib.1. 4. 15. 20. Iliados, in quibus locis hunc verſum appinxit:

*Iuno oculis bouinis.*

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη,

Et hoc quidem epitheto Tullius lib.2. Epiſto. ad Atti. epiſt.9. deſignauit Clodiam illam, Clodij Pulchri ſororem, qua & ipſe Clodius, vt vxore, abutebatur. Quinetiã Homerus eodẽ epitheto inſigniuit Euryphaeſſam, Solis ma-

*Ciceronis locus. Iuno cur Βοῶπις dicta.*

lis matrem, in Hymno ipſius Solis. Heſychius autẽ ſcribit, ipſam Iunonem primùm ab Eupoli ita fuiſſe vocatam, ꝙ pulchros ac magnos oculos haberet. Quod tamẽ verum non eſt in eo, quod de Eupoli dicit, cùm ante eũ longo tempore fuerit ipſe Homerus. At illud verũ eſt, huiuſmodi oculos eſſe pulchros & amabiles, vt etiam videre licet ex Luciano de Imaginibus. Ideoq; idem Homerus alibi, videlicet in Hymno hoſpitum, ipſam Iunonem ἐρατῶπιδα vocat, id eſt, oculis amabilibus. Et Aelianus lib. 12. Variæ hiſtoriæ, deſcribens excellentem pulchritudinem Aſpaſiæ Phocenſis, dicit, ei fuiſſe oculos maximos. Et quòd eo epitheto magni oculi deſignẽtur, teſtis quoque eſt Plutarchus Problematũ cap. 149.

*Oculi magni pulchri. Pallas cæſijs oculis. Prouerbiũ*

¶ Sed & idẽ Homer⁹ Palladẽ γλαυκῶπιδα, id eſt, glaucos ſiue cæſios oculos habentem, ſiue (vt vno verbo dicam) glaucoculam: idq; locis infinitis, ex quibus is nunc occurrit ex lib. Iliados 1.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη

Et lib. 23. eiuſdem operis:

Εὔχετ' Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι ὄν κατὰ θυμόν.

Quod & ſimiliter facit Heſiodus ſtatim poſt principium Theogoniæ:

Κούρην τ' αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην.

Et rurſus in eodem opere:

Σῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Et alibi ſæpe. Hincq; Virgilius, (ſi is eſt) in Priapeijs:

*Minerua flauo lumine eſt, Venus pæto.*

Quem ſecutus Ouidius lib. 2. de Arte amandi:

*Si pæta eſt, Veneris ſimilis: ſi flaua, Mineruæ.*

Et in Eleg.

*Quid ſi præripiat flaua Venus arma Mineruæ?*
*Ventilet accenſas flaua Minerua faces?*

*Cæſius color in oculis, quid ſignificet.*

Ex quo antiquum illud prouerbium apud Zenodotum & Suidam, Ἀθήνης τὸν αἴλουρον, id eſt, Palladis felem, ꝙ etiam feles ſint glaucis oculis. Quanquàm Phyſiologi (vt id obiter dicam) dicunt ſplendorem in oculis, & glaucũ colorẽ in pupillis ſignificare acumẽ ingenij. Hincq; poſſet dici, eum colorem attributum Palladi deæ ingenioſiſſimæ, & optimarum artium inuentrici. Diodorus autem Siculus lib. 1. Bibliotheces, ideò ita dictam Palladem cenſet, ꝙ aer, quem Pallada vocant, viſum animalibus præbeat, aut (vt alij vertunt) quoniam aer ſit glauci aſpectus. Quod etiam tradit Cornutus aut (vt alij vocant) Phurnutus, περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, id eſt, de natura Deorum: & Euſebius de Præparatione Euangelica, lib. 3. cap. 2. Verba autem Diodori in eam rẽ hęc ſunt: λέγεσθαι δὲ αὐτὴν καὶ γλαυκῶπιν, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπέλαβον, ἀπὸ τοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχειν· τοῦτο γὰρ εὐηθὲς ὑπάρχει· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον. Et id quoque Tullius li. 1. de Natura Deorum, arti Phyſicæ tribuit, nulla alia eius rei declaratione facta. Pauſanias autem lib. 1. quo Attica deſcribit, hanc Palladis appellationem ad Libycam fabulam trahit, quæ dicit, eam natam eſſe ex Neptuno & Tritonide palude, & glaucos ideo oculos habere, quales Neptuno ſunt. Alij ita vocatam dicunt, ꝙ horrendo & formidoloſo aſpectu ſit: vnde & glauci & cæſij leones & baſiliſci dicuntur: vt & ipſe Phurnutus ſcribit: Nam & nonnulli dracones eadẽ ratione γλαυκώπιας dicunt. Ipſa autem Minerua ab huiuſmodi horrendo & truculẽto aſpectu γοργωπὸς eſt cognominata, vt Grammatici obſeruarunt, ἀπὸ τοῦ γοργῶπος. Ex quo eſt & illud Ouidij lib. 2. Metamor.

*Pallas γοργωπὸς dicta.*

*Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes.*

Cornelius autem Tacitus ſcribit, Germanis eſſe oculos truces & cæruleos, vt hinc intelligas, oculos cæruleos ſiue cæſios eoſdem eſſe. Alij autem hic dictam volunt ab oculis noctuarum, quas illi γλαῦκας appellant, Palladiq; ſacras eſſe volunt. Vnde & Ouidius eodem illo libr. 2. Metamor. noctuam Palladis auem periphraſi appellat. Alij rurſum ita dictam volunt, ἀπὸ τοῦ ἀλάκτος, id eſt, à lacte, quod eſſe ἄσκιον conuenit, & proinde album. Nigidius autem apud Gellium libro Noct. Attic. 2. cap. 26. ita dictam ait de colore cœli, quaſi cæliam. Alij denique aliter, vt videre licet ex Cælio Rhodigino lib. 14. ca. 18. Et quanquã plerique huiuſmodi oculos formoſitati attribuũt: tñ cõtrà deformitati Terẽtius in Heautontim:

*Oculi glauci an pulchri.*

*—Ruſamne illam virginem,*
*Cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum, pater.*

Porro Empedocles, & poſt eum Ariſtoteles lib. 5. de generatione animalium c. 1. & iterum Problematũ 14. c. item 14. ſcripſit glaucis oculis, ſiue cæſijs, plurimũ ignẽ ineſſe. At Albertus Magnus lib. de Anima lib. 1. ſcribit, glaucos oculos ſignificare doloſos, & audaces, ad militiam inuigilantes. Cuiuſmodi autem temperamentum corporis ſignificent, diſces ex Galeno, in Cõmentarijs in Hippocratem de morbis vulgaribus, lib. 3. Et quibus affectibus ſint obnoxij, apud eũdem videbis libro de vſu partium 10. & apud Theophilum Proſpatarium libr. 4. de Fabrica humani corporis, capite 20.

¶ Sed vt ab iſtis diuerticulis non iniucundis reuertamur ad Homerum. Idem Venerem χρυσῆν, id eſt, aureã ſæpe appellat. Is autem verſus nunc ſe offert ex libro poſtremo Iliados: 36 *Venus aurea.*

Ἀλλ' ἄρα Κασσάνδρη ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

Vti etiam Heſiodus in Theogonia:

Ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Et rurſus in eodem opere:

Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη θυγάτηρ χρυσῆς Ἀφροδίτης.

Et ſæpe aliàs. Ex quo eſt & illud Virgilij 10. Aeneidos:

*Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contrà*
*Pauca refert.* Et Ouidius lib. 10. Metamor.
*Senſit, vt ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis.*

Et in epiſtola Paridis ad Helenam:

*Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea noſtro.*

Et rurſus in eadem epiſtola:

*—Gaudet Venus aurea furtis.*

Et Statius Syluarum lib. 3. in Coma Earini:

*Dum petit, & molles agitat Venus aurea cygnos.*

*Et quare ita dicatur.*

Quare autem ita diceretur (vt & id dicam obiter) tradit Diodorus lib. 2. ca. 6. eodemque vlt. & iterum lib. 5. cap. 3. & Nicolaus Themæus, qui inter multas rationes, id adſcribit ſumptibus ac diſpendijs, quæ in re amatoria fieri aſſolent, cuius præſes eſt ipſa Venus. Alij dicunt, ita dictam à Luco Veneris aureæ, quæ in Aegypto eſt, vt tradit Euſebius lib. Præparationis Euãgelicæ 10. cap. 2. Vel ꝙ apud Leſbum Venus quoque aurea coleretur: vt & apud Lycios Olympiæ nomine, teſtibus Proclo Lycio in Hymnis, Diuo Iuſtino Philoſopho & Martyre in admonitorio Gentium, Diodoro Siculo, & Homeri interprete. Porrò Laertius in Diogene ſcribit, Phrynen nobilem illam meretricem Venerem auream Delphis obtuliſſe, cui Diogenes Cynicus hũc titulum inſcripſit, τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας, id eſt, ex Græcorum incontinentia. Sed id ad hanc appellationem referri non poteſt, cùm Homerus & Heſiodus, qui ita eã vocarunt, fuerint multis ſeculis ante Phrynen. Crediderim, eos id ad pulchritudinẽ retuliſſe, quando idem Homerus Dianam in Hymno ipſius Ἄρτεμιν χρυσηλάκατον, id eſt, auream ſagittam habẽtem, & Iliad. 9. χρυσόθρονον, id eſt, auream ſedem habentem, appellat. Nam χρυσὸς, non ſolùm aurum denotat, ſed & plerunq; (vt Athenæus & Heſichius tradunt) pulchrum ſignificat: vnde & Venus χρυσῆ, & Apollo χρυσήνιος dictus eſt, quaſi pulchras habens habenas: à pretio videlicet & pulchritudine ipſius metalli: cuius etiam metalli dæmon χρυσὸν, vt dicit idem Heſichius, vocabatur. Ex Latinis aũt Virgilius, aureum pro pulchro poſuit, lib. 1. Aeneid.

*Diana aurea. Aureum pro pulchro.*

*—Aulæis iam ſe regina ſuperbis*
*Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit.*

Vbi id & Seruius annotauit. Et aliàs, quod eximium & pulcher-



pulcherrimum eſt, aureum vocamus. vnde χρύσεον ὄμμα τῆς Δίκης, & Aurea verba, Horatio. Pindari Scholiaſtes, χρυσέα φόρμιγξ, ἀντὶ τοῦ τιμία κιθάρα, ὡς χρυσῆ Ἀφροδίτη. & ſeculum aureũ, Heſiodo, Ouidio, & cæteris. Et huic ſententiæ ſubſcribit Diodorus dicto libro quinto, ca. 2. vt ſcilicet Venus aurea vocetur ob egregiam formam.

37 *Themis pulchrigena.*

¶ Idem quoque Themin καλλιπάρῃον, ac ſi dixeris, pulchrigenam, id eſt, pulchras genas habentem, vocat, Iliad. libro 15.

Ἡ δ' ἄλλους μὲν ἔασε, Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ
Δέκτο δέπας.—

*Aurora roſeis digitis*

Et Auroram ῥοδοδάκτυλον, id eſt, roſeos digitos habentem appellat. Ita enim exorditur lib. 2. & 8. & 17. Odyſ.

Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

Quem verſum etiam repetit lib. 4. eiuſdem operis non ſemel, & lib. 5. & lib. 9. etiam multis locis, & lib. 1. & vltimo Iliados, & alibi ſæpe. Ex quo Virgilius videtur ſuiſſe illud mutuatus lib. 7. Æneidos:

*Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.*

Illudq; neſcio cuius, quod ad Homerũ propi⁹ accedit:

*—Et roſeis manibus ſydera diſpulerat.*

Sed & idem Virgilius lib. 1. Aenei. de Venere loquens:

*Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit.*

*Venus roſea ceruice. Thetis argenteis pedibus.*

Thetidem quoq; Homerus vocat, ἀργυρόπεζαν, id eſt, argenteos pedes habentem, cùm ſcribit lib. Iliados 9.

Μήτηρ γάρ τέ μέ φησι θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα. Et lib. 18.
Ἡ δ' αὖτ' Οὔλυμπόνδε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα. Et lib. vlt.
Ὣς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.

Et alibi ſæpe. Vti etiam facit Heſiodus in Theogonia:

Πηλεῖ δὲ δμηθεῖσα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.

Hincq; illud Ouidij in Epiſtola Acontij ad Cydippẽ:

*Et thetidis quales vix reor eſſe pedes.*

*Venus itẽ argẽteis pedibus Hebe pulchritala.*

Et hoc quoque epitheto Pindarus appellauit Venerem, Pythiorum Ode 9. Sed & Heben Homerus ipſe καλλίσφυρον, id eſt, pulchritalam, ſcilicet pulchros talos habentem, tum lib. 11. Odyſſeæ, non multum ante finem, tum in Hymno Herculis leonini animi.

*Latona quoque.*

Καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην. Similiterq; Latonam in Hymno Dianæ:

*Et Leda.*

ὑμνεῦσι Λητὼ καλλίσφυρον— Et Ledam in Hymno puerorum Iouis:

*Et Ino Leucothea*

—Λήδης καλλισφύρου ἀγλαὰ τέκνα. Et Ino Leucotheam lib. 5. Odyſſeæ:

Τὸν δὲ ἴδε Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνώ.

Quod & ex ipſo Homero annotauit Aelianus lib. 12. de varia Hiſtoria, quo loco deſcribit pulchritudinẽ Aſpaſiæ. Homerus (inquit) pulcherrimas fœminas ſuo quodam vocabulo καλλισφύρους appellat:

*Calypſo pulchris crinibus.*

Et Calypſo εὐπλόκαμον, id eſt, pulchris crinibus, quaſi dixeris vno verbo pulchricomam, lib. 5. Odyſſeæ, circa principium:

Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ εἰπεῖν νημερτέα βουλήν.

*Et Ceres.*

Et ſimiliter Cererem eodem libro:

Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ.
Et lib. 14. Iliados:
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης.

*Et Circe.*

Et Circen lib. 10. Odyſſeæ:

Ἔσταν δ' ἐνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλοκάμοιο.

*Et Latona*

Et Latonam in Hymno Apollinis:

Λητὼ τέξεσθαι καλλιπλόκαμος τότ' ἔμελλεν.

Et non multò poſt:

—Ὃν ἠΰκομος τέκε Λητώ.

*Et gratia.*

Et Gratias quoque ſtatim poſt:

Αὐτὰρ ἐϋπλόκαμοι Χάριτες.

*Latona auricoma, Et pulchris genis. Amathia pulchricoma.*

Nam ἐϋπλόκαμος & καλλιπλόκαμος & εὔκομος idem ſignificant, (vt iam diximus) quod pulchricoma. Sed & ſtatim poſt in eodem Hymno & Latonã ipſam χρυσοπλόκαμον, id eſt auricomam: alibi eandem vocat καλλιπάρῃον, id eſt, pulchram genis. vt ſuprà Themidem:

Οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ ἰσάκετο καλλιπαρῄῳ.

¶ Sed, vt ad præcedentia redeamus, idem li. 18. Amathiam vnam Nereidum ſimiliter vocat εὐπλόκαμον. Et in Hymno Mercurij nõ ſemel Maiã ipſi Mercurij matrẽ. Et illo quoq; lib. 18. & iterum 20. Thetin καλλιπλόκαμον: 38 *Et Maia. Et Thetis.*

Μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος καλλιπλοκάμου ἀλοσύδνης.

Et in eo Hymno, quem Iouis filijs dicauit, Muſas ἑλικώπιδας, hoc eſt, nigris, ſiue nigricantibus oculis vocauit, tanquam dicas nigroculas, ſi ita fari liceat: *Muſa nigris oculis.*

Ἀμφὶ Διὸς κούρους ἑλικώπιδες ἔσπετε Μοῦσαι.

Nam & id ad ſpeciem mulieris pertinere declarat idem Homerus, qui lib. 1. Iliados eodem epitheto inſigniuit Chryſeidem, formoſiſsimam virginem: *Nigri oculi ad formam pertinent.*

Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην.

Et Pindarus eodẽ epitheto Venerem Dearum pulcherrimam inſigniuit, Pythiorum Ode 6. quã ſic inchoauit: *Venus nigris oculis. Et Helena. Et Thetis.*

Ἀκούσατ' ἦ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας
Ἄρουραν.— Vbi & id interpretes & ad pulchritudinẽ retulerunt. & Q. Calaber Helenam & Thetidem, quę & ipſæ formoſiſsimæ fuerũt, ſimiliter ἑλικώπιδας vocauit. Sed & ipſam Venerem Homerus & Heſiodus ἑλικοβλέφαρον, quod & idem ſignificat, nigris ſcilicet oculis vocarunt: ille in 2. Hymno ipſius veneris: *Et iterum Venus.*

Χαῖρ' ἑλικοβλέφαρε γλυκυμείλιχε.
Hic verò in Theogonia:
Ἠδὲ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην.

Quanquam ſcio, nonnullos hanc Veneris appellationẽ ad ſupercilia referre. Sed quod ad noſtram oculorum nigredinem, proindeq; ad eorum pulchritudinem pertinet, eò ſpectat, quod ſcribit Euripides in Bacchis:

Οἴνωπας ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων.
*Nigras oculis gratias Veneris habens.*

Ex quo & illud Catulli in amicam Formiani:

*Salue nec minimo puella naſo,*
*Nec bello pede, nec nigris ocellis,*
*Nec longis digitis, nec ore ſicco,*
*Nec ſanè nimis elegante lingua,*
*Decoctoris amica Formiani.*
*Te'n' prouincia narrat eſſe bellam?*
*Tecum Leſbia noſtra comparatur?*
*O ſeclum inſipiens & infacetum.*

Illudq; Plauti in Pœnulo:

*Atqui ipſa ea'ſt,*
*Specie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris.*

Et illud quoque Naumachij Poetæ Græci, apud Stobeũ Sermo. 72.

Μήδε μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς.

Illud deniq; Perictyones Pythagoricæ, ex libro περὶ γυναικὸς ἁρμονίας, hoc eſt, de mulieris concinnitate, Οὐδὲ χρίεται πρόσωπον λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο, ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς. Hincq; D. Cyprianus in libro de habitu virginum, oculos circumducto nigrore fucatos carpit, vt D. Hieronymus fulginatos. Nec id tantùm ad fœminarum, ſed & ad virorum formam pertinet (vt id in tranſcurſu dicam) vt conſtat ex loco illo Horatij lib. 1. Carm. Ode 32. *Etiam in viris.*

*Et lycum nigris oculis, nigroque crine decorum.*

Vbi Acron, Pulchritudo, ait, puerorum ſæpe nigris decoratur oculis. Item in arte Poetica:

*Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.*

Et Lucianus Dialogo primo τῶν νεκρικῶν, vbi iubet Pollucem renuntiare formoſis quibuſdam, ꝙ apud homines neque flaua coma, nec cærulei nigriue oculi, neque robur faciei amplius vllus eſt.

¶ Poſtremò idem Homerus (vix enim relinquere eũ poſſumus) lib. 6. Odyſſeæ, deſcribens chorum agreſtem ludentium in monte Nympharum, quæ Dianam ducẽ ſequebantur, ita infit: 39 *Nympha pulchra.*

Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
*Omnes autem hæc capite ſupereminet, & fronte,*

Facilè

*Facilè autem conſpicua, pulchræ autem omnes:*
Qua in re ſubit in mentem illud ipſius Ouidij libro Faſtorum 6. ad finem:

*Nec quòd laudamus formam, tu turpe putaris.*
*Laudamus magnas hac quoque parte Deas:*

40 *Homerus heroas à pulchritudine laudat.*
¶Sed ad Homerum redeamus, qui in Agamemnone quoque, & Achille, altero regum, altero bellatorum maximo, atque etiam in Menelao, Polyxeno, Nireo, Patroclo, Deiphobo, Aenea, Vlyſſe, Telemacho, Thraſymede, Euryalo, Laodamante, Ganymede, Paride, membrorum formæq; dignitatem laudauit: quod non ille feciſſet, niſi magnum illud bonum eſſe intellexiſſet. Quanquã Valla in eo libro, quem de Honeſta voluptate ſcriptum reliquit, opinatur, Homerum non tam laudauiſſe pulchritudinem in illis inuentam, quàm affinxiſſe, vt laudaret, decoretq; illud magnũ bonũ eſſe, & in oculis hominũ collocãdũ.

*Virgilius ſimiliter.*
Virgilius quoque Homericę ꝑ oĩa perfectionis imitator, Apollinẽ formoſũ appellat, Eclog. 4.

*Apollo formoſus.*
*—Lino formoſus Apollo.*

Et eiuſdem ætatis Poeta alter, lib. 2. Amor. Eleg. 3.

*Pauit & Admeti Tauros formoſus Apollo.*

Sed & ipſe Virgilius alterum Deum Mercurium à forma quoque laudauit, lib. 4. Aeneid.

*Omnia Mercurio ſimilis, vocemq; coloremq;*
*Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.*

Quin idem autor eodem in opere, Euryali, Iuli, Lauſi, Turni, Herculis Auentini, Pallantis, ipſius Aeneæ, Virbij, Aſturis, ſpeciem proſequitur honore verborum. Nam de Euryalo lib. 5.

*Euryalus formoſus.*
*Euryalus forma inſignis.—*

Et libro 9.

*Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter*
*Non fuit Aeneadùm.*

Item de Iulo, eiuſdem operis lib. 5.

*— Formaque ante omnes pulcher Iulus.*

Et iterum libro 7.

*Aeneas, primiq; duces, & pulcher Iulus.*

Et libro 9.

*Iulus quoque.*
*—Ante omnes pulcher Iulus.*

De Lauſo & Turno ſimul, eodem lib. 7.

*Et Lauſus Et Turnus*
*Filius huic iuxta Lauſus, quo pulchrior alter*
*Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.*

Et de ipſo quoque Turno alibi in eodem lib.

*—Ante alios pulcherrimus omnes*
*Turnus.—*

Et rurſus eodem libro.

*Hunc decus egregium formæ mouet.—*

De ipſo quoque Lauſo & Pallante ſimul, lib. 10.

*Pallas Euandrius.*
*—Hinc Pallas inſtat & vrget.*
*Hinc contrà Lauſus: nec multùm diſcrepat ætas,*
*Egregij forma.—*

*Hercules. Auẽtinus.*
De Hercule & Auentino lib. 7.

*—Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus.—*

De Aenea lib. 4.

*—Hærent infixi pectore vultus.*

Et Alibi eodem libro.

*Aeneas.*
*—Ipſe ante alios pulcherrimus omnes*
*Infert ſe ſocium Aeneas.*

De Virbio libro 7.

*Virbius.*
*Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello*
*Virbius.—*

De Aſture libro 9.

*Aſtur.*
*—Sequitur pulcherrimus Aſtur.*

Item de Arcente Siculo, Arcentis filio, eod. lib. 9.

*Stabat in egregijs Arcentis filius armis,*
*Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.*

*Virtus gratior in pulchro corpore.*
In Euryalo quoque ipſo de hac re ſententiam tulit lib. 5. eiuſdem operis:

*Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.*

Quam quidem ſentẽtiam è noſtris aduocat approbatq; Lucas Pen. in l. 1. colum. 1. in 2. q. in princ. C. qui ætate, vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & Alex. conſ. 209. ponderatis his. col. 2. verſ dictus verò iuuenis, lib. 6.

*Decore nil gratius.*
Eam tamen Seneca (vt erat Stoicorum penè dixerim Stoiciſsimus) epiſt. ad Lucilium 67. reprehendit, & id quidem iniuria. Quãuis enim in corpore pulchro melior, an perfectior virtus non ſit, neſcio tamen quo pacto acceptior eſt, & gratior. Nihil, dicebat Domitianus apud Suetoniũ, gratius decore. Et, vt dicit Iacobus ille illuſtris Purlillarum Comes, de liberorũ educatione. Quo quiſque pulchrior eſt, eò magis virtus in eo refulgeat, neceſſe eſt.

*Iaſon formoſus.*
Ante vtrũque autem Orpheus hoc maximo præconio extollit Iaſonem, de quo in hunc ferè ſenſum canit.

*Clarior in cunctis diuus ſplendebat Iaſon.*
*Iuno etenim lætos oculis adflarat honores.*
*Et pulchrum dederat magnumque & pectore fortem.*

Verſus autem Orphei hi ſunt:

Τοῖσι δ᾽ ἄρ᾽ ἐν πάντεσσι μετέπρεπε δῖος Ἰήσων.
Ἥρη γὰρ περὶ πάμπαν ἔτι ἴετο, καὶ οἱ ἔδωκε
Κάλλός τε μέγεθός τε, καὶ ἠνορέην ὑπέροπλον.

Plinius autem lib. 1. Epiſtola. ad Iunium Mauricum ſcribens, cuius nepti ex fratre maritum delegerat quempiã. Eſt, inquit, illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa: eſt ingenua totius corporis pulchritudo, & qdẽ ſenatori⁹ decor: q̃ ego nequaquã arbitror negligẽda. Dẽt aũt hoc caſtitati puellarũ quaſi prȩmium dari.

41 *Helenæ pulchritudo, vide ſup. num. 32.*
¶Sed vt Helenam reſumamus, Iſocrates ille Orator clariſsimus, elegãtiſsimam de ipſius laudibus Orationẽ conſcripſit, in qua & hoc memoriæ prodidit, Græcè quidem, ſed hoc ſenſu: Grauiùs pro Helena Dij immortales pugnauerunt, quàm cùm aduerſus gigantes prælium commiſerunt. Nam cum gigantibus concordes, & inter ſe coniuncti ſimul, & vnanimiter pugnas inierunt. Pro Helena verò contrarias inter ſe acies inſtruxerunt, & aduerſis telis alter alterum petiuerunt. Quæ cùm ita ſint, & illi meritò eo fuerunt animo, & ego eam tantis laudibus cumulare poſſum, & debeo. Maximã enim partem habuit pulchritudinis, quam digniſsimam, pretioſiſſimam, auguſtiſsimam denique omnium rerum exiſtimauerunt. Hæc Iſocrates, qui poſtea & alia quoque in laudem pulchritudinis congeſsit, quæ ideo ſubſcribere ſuperſedi: quia & multa ſunt, & quilibet qui id noſſe velit, illic facilimè poterit inuenire. Eum autem locum, quem ex eo citauimus, propè iiſdem verbis adſcripſit Lucianus (ſi is eſt) in eo libro, cui Charidemus titulus eſt, quem & nos ſuprà retulimus. Et eum quidẽ ita propemodum concluſit: Quo ſanè argumento quodnam aliud manifeſtius aut clarius eſſe poteſt, quanto etiam ipſis dijs iudicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllo modo inter ſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem non ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicarint, nonnulli quoque vulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuerſis anteponendam eſſe? Quæ etiam omnino deprompta ſunt ex Homeri Iliade. Et in eodem quoque libro ſunt & alia multa in laudem ipſius pulchritudinis edita, quæ tu, ſi animo ſedeat, videre poteris.

41 *Forma inter naturæ primigenia bona.*
¶Quid, ꝙ Philoſophi rerum iuſti æſtimatores, inter præcipua naturæ primigenia, in quibus plerique ſummũ bonum repoſuere, annumerant pulchritudinem corporis. Plato Philoſophorũ grauiſsimus, lib. 1. de Legibus, bona bifariam diuidit: alia enim diuina eſſe, alia humana. Horum autem primum dicit eſſe ſanitatem: deinde pulchritudinem: tertium vires ad curſum, & alios corporis motus: quartum diuitias, Quòd & ipſum tradit lib. 6. de Repub. Sed & idem lib. de Legibus, 2. & iterũ in Gorgia: & Lucianus in eod. lib. cui titulum fecit, ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, cantilenam hãc

in



in conuiuijs celebrari ſolitam memorant: Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ· δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως. Quibus ſignificatur, Optimum, & potiſsimum eſſe bonam ualetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Quæ quidem cantilena ex Simonidis Poematis deprompta eſt, ſi verum dicit Theodoretus in lib. de Iudicio. Verùm id & alij aſsignant Pythagoræ. Cui (vt id obiter dixerim) quartum addit Athenęus lib. Dipnoſoph. 15. c. 21. Scleri⁹ apud Stobęũ, Serm. 101. ętate vigere cũ amicis, ἡβᾶν μετὰ τῶν φιλῶν.

43 *De eadẽ re. Forma valetudini præfertur.*
¶ Enimuerò multi formam bonæ valetudini præferre non dubitarunt, moti ex hoc, vt arbitratur Valla in eo lib. quem nuper citauimus, quòd ſecum pariter forma ſanitatem habere exiſtimetur. De quo eſt illud Ciceronis, lib. 1. Offici. quo loco de temperantia diſſerit, venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à valetudine. Quem in ea re, vt aliàs ſæpe, in Officijs imitatus D. Ambroſi⁹ & ipſe lib. Officior. 1. Pulchritudo, inquit, ſupra ſalubritatem ac valetudinem videtur excellere: & tamen ſine his eſſe non poteſt, neq; vllo ſeparari modo: quoniam niſi bona valetudo ſit, pulchritudo eſſe ac venuſtas nõ poteſt. Idem Cicero lib. 4. Tuſculanarũ quæſtionum, inter præcipua corporis bona pulchritudinem primo loco collocat, inquiens: Sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. T. Lucretius & Philoſophus & Phyſicus & Poeta celebratiſsimus, teſtis eſt, formam hoĩum ſemper in honore & ꝑtio fuiſſe habitã. Cui⁹ hoc carmẽ eſt li. 5. de rerũ nat.

*Condere cęperunt tum vrbes, arcemq; locare.*
*Præſidium reges ipſi ſibi per fugiumq;*
*Et pecudes & agros diuiſere, atque dedere.*
*Pro facie cuiuſque, & viribus, ingenijsque.*
*Nam facies multum valuit.—*

*Chăſſe. furtum.*
Ex his autẽ multa à nobis furto ſurripuit Bartholomęus Chaſſenæus in ſuo Catalogo Gloriæ mundi, parte 11. conſideratione 30.

44 *Formoſi reges ante alios delecti.*
¶Sed, vt redeamus, non mirum ſi principes in diſtribuendis rebus formoſos cæteris anteponebant, cùm & priſco illo tempore ipſi principes & reges apud pleroſq; deligebantur, qui forma cæteris præſtabant. Oneſicritus autor eſt, & poſt eum Strabo li. 16. Indos, qui Catheam incolunt, adeò pulchritudinem excoluiſſe, vt regem eligerent, qui cæterorum eſſet pulcherrimus. Quod & tradit Diodorus Siculus lib. 17. quo Alexãdri vitam deſcribit: vbi & illud quoque tradit, apud eam gentem, quæ Sopithæ regi parebat, in matrimonijs contrahendis, neq; dotis, neque magni apparatus, ſed formæ duntaxat rõnẽ haberi, corporisque pulchritudinem prȩ omnibus in magna fuiſſe æſtimatione, atq; in ipſa ſtatim infantia puerorum diſcrimen feciſſe, vt qui membra & robur ad bonũ corporis ſtatum idonea habere viderẽtur, eos educarẽt, cȩteris mortẽ inferrẽt. Idẽ Strabo ſcribit li. 17. Æthiopes Meroitas regem conſtituere ſolitos, qui forma cæteros excelleret. Quod & recenſuit Ariſtoteles lib. Polit. 4. c. item 4. & Pomponius Mela lib. 3. c. 4. id tamen non omnibus Aethiopibus, ſed Automolis tantùm attribuens. Bion in Rebus Aethiopicis loquens de Aethiopibus qui ἀθάνατοι, id eſt, immortales vocãtur: & ex eo Athenęus lib. 13. c. 7. Nicolaus autem lib. περὶ ἐθῶν apud Stobæum Ser. 42. tradit, Aethiopes præcipuè ſuas ſorores honorare: Regesque maximè relinquere ſucceſsiones, nõ ſuis, ſed ſororum filijs. Quòd ſi nullus ſucceſſor ſit, pulcherrimum ex omnibus, bellicoſiſsimumque creare regem.

*Apes omnium formoſiſſ. in reges deligunt.*
Qua in re Indi & Aethiopes naturam imitari videntur, q̃ apes etiam docuit reges ſibi deligere inſignis formæ, diſsimilesque cæteris, tum magnitudine, tũ nitore, ſicuti memoriæ prodidit Plato in libro de regno. Seneca libr. de Clemẽtia ad Neronem 1. cap. 9. & Plinius li. 11. c. 16. & ante eos Virgilius lib. 4. Georgi. & Columella lib. 9. c. 10. & oẽs ferè, qui ſcripſerunt de naturis aĩalium. Atq; etiam Baſilius magnus in Hexamero, Hom. 8. vbi de apibus loquens, A natura, inquit, principatum omnium obtinet, magnitudine, forma, manſuetudine cȩteris omnib. antecellens.

*Deus pulchros reges delegit.*
Quod & idem propè ſcribit Ambroſius libro eiuſdem tituli 5. cap. 21. Deũ itẽ naturę autorem imitari videntur, qui primos illos Iudæorum Reges, Saul dico & Dauid, delegerit, qui cæteros pulchritudine anteirent: vt videre licet ex primi Regũ cap. 10. & 16. & 17. atque ex ſecundi Regũ c. 1. Sed & ex noſtris legum interpretibus Cepol. in ſuo opere de Imperat. mili. delig. char. pen. in decima concluſione, dicit, indubio eligendũ eſſe pulchriorem in Imperatorem exercitus. Neq; immeritò, qm̃ plurimis gẽtibus in corporum maieſtate veneratio eſt, magnorumq; operum non alios capaces putãt, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt, vt ſcribit Curtius lib. 6. & Virg. d. lib. 4. Georgic. tradit de duobus ducibus apum belligerantibus, ibi:

*—Nam ſæpe duobus*
*Regibus inceſsit magno diſcordia motu.*

Horum itaque deteriorem neci tradi iubet: meliorem aũt ſini in vacua aula regnare. Cæterum, vt ipſe ſubdit:

*—Hic melior inſignis & ore.*
*Et rutilis clarus ſquammis: ille horridus alter.*

*Chaſſanæi furtum.*
Et hoc quidem caput, & id quod continenter ſequitur, ſibi quoq; impudenter aſſeruit Chaſſanæus in eodẽ opere, parte quinta, cõſideratione decimaoctaua. Et tamen fur ille pluſquam manifeſtus, audet in alio loco eiuſdem operis, videlicet in ſecunda parte, conſideratione vigeſimaſecunda ſcribere, me mulla tranſtuliſſe ex Cælio lib. Antiquarum lectionum decimotertio, cap. 7. atque etiã ex Benedicto in c. Raynutius, in verbo, cuidã Petro tradiderunt, de teſta. ſed quãtum ad Cælium ſatis illi reſpõdi in noſtro tractatu Retract. tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 74. incip. verebar. Quantum ad alterum, nihil aliud dicam (ne tam multa in re inutili effundam) quàm quod aliorum, vel inimicorum, iudicio relinquo, qui etiam ſi Chaſſeneo fauebunt, illum calumniæ & mendacij continuò condemnabunt.

¶Verùm, vt ad inſtitutum & Philoſophos redeamus, Plato in Lyſide ſcribit celebratum fuiſſe vetus prouerbium, τὸ καλὸν φίλον εἶτε, id eſt, quod pulchrum eſt, amicũ eſſe. Nam & Theognis ante ipſum Platonem ſtatim poſt initium ſententiarum Elegiacarum:

Ὅττι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ᾽ οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί.

*Quoniam pulchrum amicũ eſt: non pulchrũ, nõ amicũ eſt.*

*Pulchrum amabile. Platonicorum & aliorum philoſophorũ de pulchritudine ſẽtentia.*
Proclus etiam Lycius, Philoſophus Platonicus (alij Proculum vocant, alij item Proculæium) in illis cõmẽtarijs, quos in Alcibiadem Platonis, de aĩa & Dæmone luculẽter conſcripſit, ita pulchritudinem æſtimauit, vt iuſtitiæ anteferret. Sed & paulò poſt multis ꝓbat, omne pulchrũ naturaliter eſſe bonum: omne verò turpe, malum. Quæ adſcripſiſſe hic non intempeſtiuum erit. Cõſtat (inquit) pulchrum eſſe amabile ſuapte natura: quandoquidem & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginẽ ferẽs, eſt amabilis, primoq; aſpectu animos ad ſe mouet. Quod cõfirmatur in Phædro. Re enim vera καλὸν, id eſt, pulchrum, ſiue dicitur παρὰ τὸ καλεῖν, id eſt, à prouocãdis animis, ſiue παρὰ τὸ κηλεῖν, id eſt, à permulcendo intuentes, certè ſecundum naturam eſt amabile. Quapropter & amor ad pulchrum dicitur amantem ducere. Quicquid autem eſt amabile, eſt appetibile. Eſt enim amor appetitus aliquis alicuius, robuſtus ac vehemens. Et quicquid amat, appetit aliquid, quo & indiget. Omne verò appetibile eſt bonum, ſiue re uera bonum, ſiue apparens, pleraque enim non bona expetenda nobis occurrunt, quoniam appetentibus ſe offerunt, tanquam bona. Demonſtratum eſt autem à Socrate in Menone, manifeſtè fieri non poſſe, vt qui malum quale ſit nouerint, ipſum appetant. Appetibile igitur omne bonum eſt: ac ſi quidem appetibile ſit principaliter, & bonum

quoq; principaliter erit. Sin autem apparens appetibile, tale ēt erit bonum. Omnino autem in quolibet terminorum hoc eſt apponendum, ſcilicet aut apparens, aut re vera. Si enim pulchrum eſt apparens, certè & amabile & appetibile, bonumq́; pulchro eiuſmodi conſors. Sin autem natura pulchrum eſt, & amabile, bonum quoq; ſimiliter. Atqui quidnam erit appetibile, nūquid malum? At impoſsibile eſt, vbi notum fuerit alicui, expeti. Omnia euim bonum appetunt: ad malum autem appetitio nulla fertur: ſed neq; appetitus fertur ad aliquid, quod neque ſit bonum, neque malum. Quod enim tale eſt, gratia alterius agitur, nullusq́ue finis exiſtit. Omne autem appetibile finis. Atq; ſi quid ex malis appetitur, quoniam apparet bonum, deſideratur vt bonum: & ſi quid non pulchrum, quoniam apparet, amatur vt pulchrum. Si igitur omne pulchrum eſt amabile, omne amabile eſt appetibile, omne appetibile bonum: conſequenter omne pulchrum eſt bonum, atque viciſsim omne bonum appetibile, & appetibile eſt amabile. Si quidem amare eſt vehementer appetere. Vnde in Sympoſio Socrates ait, Bonū amabile eſſe, ſicut pulchrum. Si (inquam) omne bonum eſt appetibile, appetibile rurſum amabile, amabile verò pulchrum: ſequitur vt bonum omne ſit pulchrum. Hęc ille. Maximus quoq; Tyrius, eiuſdē ſectæ Philoſophus, ſermone 11. Quod, inquit, pulchrum eſt, id neque exitioſum vnquam neque lubricum, neq; flagitium aliquod efficit, neque quenquā ad infortunium ducit, aut ad calamitatem deducit, neque in pęnitentiam deſinit. Et paulò poſt: Pulchrum ſuapte natura pretioſum, vt quod ēt amabile ſit, pulchrum eſſe oporteat. Item inferius: Et ſi vnquam pulchrū verſatur in terra, haud alibi magis id, q̃ in hoīe pulcherrimo intelligentiſsimoq́ue cunctorum terreſtrium corporum, participiq́; animi ipſius pulchri affinis, cernere licet. Sed & in vniuerſum Platonici omnes diffiniūt pulchritudinē eſſe gratiā quandā viuacē & ſpiritualem, Dei radio, illuſtrante angelo, primùm infuſam. inde & animis hominum, corporumq́; figuris & vocibus, quæ per rōnem, viſum, auditum animos noſtros mouet atque delectat, delectādo rapit, rapiendo ardenti inflammat honore. De qua re longè lateq́ue diſſerit Marſilius Platonicorum vt poſtremus, ita doctrina nemini ſecundus, in Commentarijs, quos eleganter & grauiter ſcripſit in Platonis Sympoſium, oratione 5.

46 *De eadē re.*

¶Sed & Apuleius, Philoſophus quoq; Platonicus, in Apologia Magiæ prima, ſcribit animum humanum, præſertim puerilem ſimplicemq́;, ſine carminum auocamēto, ſine odorum delinimento ſoporari, & ad obliuionē præſentiū externari (ita enim loquitur) & pauliſper remota corporis memoria rędigi, ac redire ad naturā ſuā, q̃ eſt immortalis ſcilicet & diuina: atque ita veluti quodā ſopore futura rerum præſagire. Verū in id debet eligi puer corpore decorus, atq; integer: vt in eo aut diuina poteſtas, quaſi bonis ædibus, diuerſetur, aut ipſe animus experrectus citò ad diuinationē ſuā redigat, q̃ ei prōptè inſita, & nulla obliuione ſaucia & hebes, facile reſumat. Non enim ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. Idem quoq; Apologia ſecunda ait, virginem formoſam, etſi ſit oppidò pauper, abūdè tamē eſſe dotatam. Afferre enim ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Legerat, vt opinor, Apuleius Ouidium ſcribentem:

—*Dos eſt ſua forma puellis.*

Sed, vt ad Philoſophos redeamus, Ariſtoteles Peripateticæ familiæ conditor, Ethicorum libro 1. cap. 8. non ſatis eſſe dicit ad fęlicitatem idoneum, qui deformis eſt, aut ignobilis. Antiſthenes apud Laertiū dicebat, bona, pulchra: mala, eſſe turpia.

47 *Pulchritudo a Iuſtiniano laudata.*

*Papinianus pulcherrimus.*

¶ Et ne quis putet ad tutandā pulchritudinem nobis deeſſe autoritatem legum: nonne Iuſtinianus noſter, cū alia pleraq; ſuppeterent, à quibus laudare potuiſſet Papinianū illum doctrinæ legalis Theſaurum, & iuris aſylum (ſic enim illum vocat Aelius Spartianus in Seuero) eum tamen prætermiſſo omni alio laudis genere, ex pulchritudine, veluti ſummo laudis præconio commendauit, pulcherrimum illum vocans in procemio. ff. §. tertij, verſic. nobis autem. Quam quidem appellationem etſi Ange. ibi reuocat, & quidem frigidiùs, vt opinor, ad decorem ſcientiæ, ſicuti etiam facit Cy. in l. prouidēdum. C. de poſtul. non temerè tamen referemus poſt Alb. in eodem procemio, ad corporis pulchritudinem, quæ & ipſa multùm ponderis habet ad fęlicitatem comparādā, ex iam dicta Peripateticorum ſententia. Cui ſubſcribēs Bal. noſter, omnium rerū gnarus, dicit in ſuperſcriptione ipſius proœ. ff. in verb. Flauius, in addit. quòd decor corporis confert ad fęlicitatem in hoc mundo. Idem in procem. Decret. col. 2. verſ. ſed pone. dicit, quòd ſi duo ſint electi in rectores paribus ſuffragijs, quorum alter ſit formoſus, ſed indoctus: alter deformis, ſed doctus: hic præferendus eſt. Quòd certè nemo inficiaretur. Sed tamen Bal. id dicens, conferensq́ue doctrinam cum forma, apertè oſtēdit, formam ipſam multum in id facere, quod tractabat: nec obſcurè inſinuat, ſi vterque par eſſet doctrina, præferendum formoſum deformi. Quin tanti fecit Alex. pulchritudinem, vt in conſi. 209. ponderatis his, col. 2. & ſeq. lib. 6. cōſuluerit, nobilē diuitemq́; mulierem deformem tamen, quæ pauperem quempiam formoſum ſibi matrimonio deſponderit, non videri nupſiſſe indigno, cùm debeat mulieris nobilitas, & diuitiarum copia cum forma viri compēſari, per not. in ſimili, per Bal. Imo. & alios in c. ſuper eo. le. 2. de teſt. Et è diuerſo Ant. Imo. & Pan. in eodem c. loquentes in caſu illius c. dicunt formam mulieris etiam pauperis compenſari cum diuitijs aut nobilitate viri. Et hunc quidem verſiculum integrum, præter id quod in hac poſtrema editione adiecimus, in ſuum Catalogum tranſpoſuit Barto. Chaſ. parte 7. conſ. 46.

*Pulchritudo fœlicitatis non minima pars Forma cum diuitijs & nobilitate cōpēſatur.*

*Chaſſenæi furtum.*

48 *Fæmina à forma laudari maximè cupiunt.*

¶Illi autem Ariſtotelis & Bal. ſententiæ, quanq̃ Stoici (vt ſunt plerūq; aliàs ſeueriores, ac ferè inhumani) refragantur: alacriter tamen aſſentiunt ipſæ mulieres, quæ forma & pulchritudine fęlicitatē metiunt, nihilq́; magis cupiunt, q̃ eſſe & videri formoſas, & à forma ipſa laudari, nec alia laude magis delectantur, neq; illis quicquam gratius eo laudis genere pręſtari pōt. Horat. lib. Carminū 1. Ode 16. vt ſe Tyndaridi, quā carminibus læſerat, conciliaret, ab eaq́ue beneuolentiā captaret, nihil habuit ad id conſequendum efficacius, q̃ vt formoſam eam vocaret. Sic enim ſuam Palinodiam exorditur:

—*O matre pulchra filia pulchrior.*

Idem lib. 4. Ode 13. exprimēs morem mulierum, fęlicē mulierē pro formoſa dicit, vt ibi annotarunt Acron & Porphyrion, eadē ſcilicet rōne (vt addit Landinus) qua beatū diuitē dicimus. Nā mulieres in pulchritudine ſummū bonū reponūt. Horatiū ſecutus Epigrāmaticus Poeta, lib. 6. Claucia decore fęlicē dictitat. Præceptum eſt Ouidij, ſtrenuiſsimi militis caſtrorū Cupidinis, morūq; muliebrium peritiſsimi, lib. 1. de arte amandi.

*Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,*
*Et teretes digitos, exiguumq́ue pedem:*
*Delectant etiam caſtas præconia formæ*
*Virginibus curæ grataque forma ſuæ.*

Ex quib. quidē verſib⁹ tertiū citat Io. And. ī c. 1. de cleri. vena. Idē quoq; Ouidius ī libello de Medicamine faciei:

*Virginibus cordi grataq́; forma ſua eſt.*

Quinetiam lib. 5. Metam. introducit Arethuſam ſic loquentem:

*Sed quamuis formæ nunquam mihi forma petita eſt,*
*Quamuis fortis eram, formoſæ nomen habebam.*
*Nec mea me facies nimiùm laudata iuuabat:*
*Quaq́; aliæ gaudere ſolent, ego ruſtica dote*
*Corporis erubui, crimenq́; placere putaui.*

Rurſum



Rurſum lib. 9. ipſius Meta. de Byblide loquens:

—*Nimiumq́ue capit formoſa videri.*

49 *Mulierū de pulchritudine certamina.*

¶Hinc multa ſcimus de pulchritudine mulierum certamina olim propoſita, ſicuti in Cereris Eleuſinæ feſto propè Alpheum, vbi victrix Herodice Cypſeli vxor primò apparuit, vt tradit Nicias in rebus Arcadicis, & ex eo Athenæus. lib. 13. c. 33. qui ad ſua vſque tempora certamē hoc perduraſſe tradit, in quo certātes mulieres Chryſophori nominatæ fuerunt. Quod & apud Eleos factitatum Theophraſtus ſcribit, peragiq́ue iudicium eius certaminis libatione ſolenni cōſueuiſſe: arma quoq; victorum fuiſſe præmia, quæ Palladi mox dicarentur, à victore tænijs auguſtiore facto, deducentibus eum ad templū amicis pōpæ quadā imagine. qđ & ipsū tradit Dionyſius Leuctricus. Adijcit Myrſilus in hiſtoricis paradoxis, coronā dari myrteā cōſueuiſſe. Quæ & ipſa ex illis repetit Athenæus vbi ſuprà, & nōnihil eo. li. c. 7. Sed & apud Lacedęmonios certamen fuiſſe pulchritudinis muliebris, apertè inſinuant illi verſus Muſęi, ſi is eſt, in carmine de Ero & Leandro:

Καλσπάρτης ἐπέβην, Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ,
Ἧχι μόθον καὶ ἄεθλον ἀκούομεν ἀγλαϊάων
Τοίην δ' οὔπω ὄπωπα νέην, —
*Sparten peragraui, Lacedæmonis vidi vrbem,*
*Vbi laborem & certamen audiuimus pulchritudinum:*
*Talem autem nondum vidi puellam.*

Quin apud Lesbios (vt tradit interpres Homeri) τὰ καλλιστεῖα certamē erat de formæ muliebris præſtantia in templo Iunonis. Et καλλιστεύουσα dicebatur, quæ præſtantiſsima forma prædita erat: & καλλιστεῖον pręmium formoſiſsimæ. Sed & apud Barbaros quoſdā tradit Athenæus lib. 12. Dypnoſophiſtarum, cap. 32. ex Cercida Megapolitano, in Iambis, & Archelai etiam in Iambis, ἱερὸν τῆς καλλιπύγου Ἀφροδίτης, id eſt, templum Veneris pulchriclunis, id eſt, pulchras nates habentis, ex fœminarum de natium pulchritudine certantium fortuna fuiſſe ædificatū. Cuipiam ruſtico erant duæ filiæ venuſtulæ, quæ inter ſe de natium pulchritudine certabant: ob idq́; venerunt in publicam viam, ſeq; adoleſcentulo cuipiam vrbano oſtenderunt, vt dijudicaret, vtra earū eſſet καλλιπυγοτέρα, id eſt, pulchriorum natium: qui vtramq; non indiligenter conſpicatus maiorem natu pulchriores nates habere iudicauit: eiusq́ue amore captus eſt, ac domum reuerſus, rem totam fratri ordine enarrauit: qui cùm ad id ſpectaculum & ipſe veniſſet, minoris venuſtatē adamauit: atque ob eam rem vterq; ruſticas illas vxores duxerunt: qui deinde opibus affluentes, Veneris tēplum cōdidere, quæ καλλίπυγος cognominata eſt.

*Ven⁹ καλλίπυγος.*

50 *Certamen de ea re cantatiſsimum.*

¶Omnium autem huiuſmodi de pulchritudine contentionū decantatiſsima ea eſt, quæ inter Iunonem, Palladem, Venerē fuit, cuius Paris arbiter victoriam Veneri tribuit. Quod ęgerrimè tulerunt Iuno & Pallas, non tam iratæ, quòd eſſent victæ à Venere, quam quòd ſua forma ſpreta fuiſſet, vt mirè expreſsit Virgilius ſtatim circa initium Æneidos, cùm inquit de Iunone loquens:

*Necdum etiam cauſæ irarum ſæuiq́ue dolores*
*Exciderant animo: manet alta mente repoſtum*
*Iudicium Paridis.* — Et ſubdit:
—*Spretæq́; iniuria formæ.*

Quaſi per illud, iudicium Paridis, non ſatis expreſsiſſet, id qđ erat Iunoni moleſtius, niſi ſubiunxiſſet, Spretæq́; iniurię formæ. Sed & Homerus lib. 24. eodemq́; vltimo Iliados, narrat, Iunonem ipſam, & Palladem adeò infenſas Ilio & Troianis fuiſſe ob id, quòd Paris Venerem illis in forma prætuliſſet, vt etiam Hectoris & mortui, & procul ab ea iniuria remoti corpus, nequaquam, vt cæteri Dij, miſerarentur. Illud autem in illo certamine animaduertendum eſt, Palladem Deam caſtiſsimam, & eo nomine inter cæteras celebratiſsimam, non contentam ſua naturali forma, ſeſe non indiligenter coluiſſe, quò formoſior & videretur & iudicaretur: quod & Silius Italicus illud iudiciū deſcribēs lib. 7. Punicorū, admonuit:

—*Iam bellica virgo*
*Aegide depoſita, atque aſſuetum caſſide crinem*
*Inuoluit, tum compta comam, pacemq́; ſerenis*
*Conniuens oculis ibat, &c.*

Venus autem eodem in loco, quia de forma certamen erat, nihil vltra rerum ſupereſſe dicit, veluti res omnes præ forma nihil ducant fœminæ. Ita enim facit loquentem ipſam Venerem:

—*De forma atque ore, quid vltrà*
*Iam ſupereſt rerum? certat Venus, &c.*

*Chaſſenæi furtum.*

Et hæc quidem duo capita, vti erant in præcedenti editione tranſtulit Chaſſe. nulla nominis noſtri mentione, in ſuum illum Catalogum parte 2. conſ. 23.

51 *Mulieres etiam in morte anxiæ ne forma illis pereat.*

¶ Quid, quòd fœminæ vel circa mortem anxiæ ſunt ne pulchritudinē amittant, optantq́ue priùs mori, quàm deſint eſſe formoſę, quemadmodum apertè oſtēdit poeta Venuſinus lib. Carminum 3. Ode 27. inducens Europam moribundam hæc dicentem:

—*O Deorum*
*Si quis hæc audis, vtinam inter errem*
*Nuda leones,*
*Antequam turpis macies decentes*
*Occupet malas, teneræq́ue ſuccus.*
*Defluat prædę, ſpecioſa quęro* *Paſcere tigres.*

*Mulieres eis inuidēt, quæ ſe pulchriores eſſe dicūtur*

Et hinc quoq; videri poteſt prodiſſe, quòd fœminæ ſuapte natura illis inuident, quę ſe formoſiores eſſe dicuntur. Quod intelligens Ouid. li. 9. Meta. ita ſcribit:

*Et ſi qua eſt illic formoſior, inuidet illi.*

Grauiter igitur & ſcitè pronunciauit Muſæus in illo opere nuper citato:

Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες. Id eſt,

*Nam ob pulchritudinem inudæ ſunt fęminæ.*

Ex quo item eſt illud Propertij lib. 2. Eleg. 29. ad Iouem pro amica ægrotante:

*Nam ſibi collatam doluit Venus? illa peræquè*
*Præ ſe formoſis inuidioſa dea eſt.*

52 *Corpora ſanctorum ſine deformitate reſurrectura*

¶ Sed vocant me ad ſe iterum ſacri diuiniloquiq́ue ſcriptores, qui & ipſi palàm indicarunt, quanti ſit facienda formæ bonitas, quantumq́ue vituperandum ſit è diuerſo deformitatis vicium. Nam Diuus Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei 22. eodemq́ue vltimo cap. 19. & ſeq. & iterum in eo. lib. qui Enchiridion inſcribitur. c. 19. aſſerit, corpora ſanctorum in die iudicij ſine vllo vitio, ſine ulla deformitate reſurrectura. Cuius ſententiæ eſt princeps ſentētiarum li. 4. diſt. 44. Quo in loco illuſtriū interpretum cœtus, non ſolùm id quoque affirmat, ſed & ex eis multi volunt, damnatorum corpora è diuerſo cum ſuis deformitatibus reſurrectura, ad maiorem eorū confuſionem. Et id ſatis innuit ipſe Auguſtinus in li. nouiſsimè citato, c. 93. cum rationem aſsignat, quare illud indefinitum, relinquat, dicens: Non enim nos fatigare debet incerta eorum habitudo, vel pulchritudo, quorū erit certa, & ſempiterna damnatio. Nam ſi ad hoc reſurgant, ut damnentur, ſintq́ue deterioris, non melioris conditionis, manifeſtè apparet, quòd nō dabitur eis pulchritudo, quam non habuerunt: nec auferetur deformitas, quam habuerunt, ut rectè colligit Diuus Bonauentura in ea ipſa diſt. 44.

*Cōtrà dānatorū corpora cum ſuis deformitatibus reſurrectura.*

53 *Chriſtus ſpecioſus.*

¶ Ad hæc Dauid omnipotentis tuba Dei, Ode 44. de Chriſto uenturo loquens, Specioſus, ait, præ filijs hominum. In cuius loci enarratione D. Auguſtinus declarat, quare dicatur ſpecioſus præ filijs hominum, non angelorum. Et iterum Ode 92. Dominus regnauit, decorem indutus eſt. Et de eodem Eſaias, alter Dei conſiliarius, cap. 63. Iſte formoſus in ſtola ſua. Cui licet refragari uideatur alter Eſaiæ locus de eodem loquens, cap. 53. Non habebat ſpeciem, neque pulchritudinem.

*Deus omnium pulchrorũ cauſa & fons.*

Verũ id quomodo ſit intelligendũ, tradit D. Chryſoſtomus in Matt. Homi. 28. vbi videre poteris. Vt iam minùs mirum ſit, ꝙ Plato in epiſt. ad Dionyſ. Regem, affirmauit Deũ eſſe pulchrorũ oĩum cãm, quaſi totius pulchritudinis fontem, principium, originem. Sed & aliàs ſæpe diuinæ literæ pulchritudinis titulo atq; noĩe extollũt claras, & inſignes pudicitia & cęteris virtutibus, fęminas. Quod videre licet in Sara, Rebecca, Rachael (vt iam diximus) Abigail, Suſanna, Iudith, Heſter, filiabus Iob, quas ei Deus dedit in demortuarũ locũ, & alijs pleriſq;. Sed & viros quoq; eo titulo ĩſigniuit. Nã de Ioſeph ſcribit Gen. 39. Ioſeph erat pulchra facie, & decor⁹ aſpectu.

54 *Pulchritudo exterior, index interioris.*

¶ Neq; immeritò. Nam pulchritudo exterioris hoĩs oſtendit, refert, exprimit pulchritudinem hominis interioris. Et vt ait Diuus Ambroſius in lib. 2. de virginibus: Species corporis ſimulacrum eſt mentis, figuraq; probitatis. Cuius ſententiæ teſtimonium citant è noſtris Martin. Fan. in tract. de modo ſtudendi, cap. 30. verſ. item & conſiderandum eſt. & Lucas Pen. in l. 1. col. 1. verſic. ſecundò quæritur. C. qui ætat. vel profeſ. ſe exc. lib. 10. vbi & ex autoritate Boethij ſcribit, non eſſe ſatis idoneum ſtudijs liberalib⁹, qui inuenuſtus fuerit & deformis. Qđ & iterũ repetijt in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtan. lib. 12. Socrates parens Moralis Philoſophiæ, in Phædro Platonis, ſubobſcurè quidẽ, vt ſolet, innuit bonam corporis figuram bonæ mẽtis argumentũ eſſe, aut certè adiumentum: illud pulchri equi, hanc equitis ſub noĩe depingens ac denotans. Eiuſdem ſcholæ Plotinus ſcribit eſſe naturaliter intus, bona quæcunque ſunt, extrinſecus verò pulchra. Quippe ex interioris formæ perfectione, atq; ſeminariæ rationis victoria, ſuper materiã prouenit externa formoſitas. At quiſquis is eſt, qui elegantiſsimũ Conſtantino Panegyricum dixit, cuius initium eſt, Facerem ſacratiſ. Impe. Non fruſtrà (inquit) doctiſsimi viri dicunt, naturam ipſam magnis mentibus domicilia corporum digna metari: & ex vultu hominis ac decore mẽbrorum colligi poſſe, quantus illò cæleſtis ſpiritus intrarit habitator. Hunc locum imitatus Latinus Pacatus iure inter eloquentiæ principes annumerandus, in Panegyrico ad Theodoſium ſcripto, hanc & de hac re ex ſapientum opinione protulit ſententiam: Auguſtiſsima queq; ſpecies plurimum creditur trahere de cęlo. Siue enim diuinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium: ſiue cùm venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo: ſiue aliud ex alio creſcit, & cùm ſe paria iunxerunt, vtraq; maiora ſunt. Et ſtatim poſt ſubdit: Virtus tua meruit imperium, ſed virtuti addidit forma ſuffragium. Illa præſtitit, vt oporteret te principem fieri, hæc vt deceret. Cui planè conſonat carmen Euripidis à Porphyrio illo, qui inter Platonicos propter excellentiã Philoſophus appellatur, citatum in Iſagogico, id eſt introductorio dialectico, capite tertio.

—Πριάμου εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Id eſt ad verbum,

*—Priami ſpecies digna imperio.*

*Priami ſpecies digna imperio. Euripidis locus.*

Nam & Priamus ab ea ſpecie ab Homero lib. 24. Iliados, in infinitis propè locis θεοειδὴς, id eſt, ſpecie, forma, facie diuina appellatur. Quanquam & alij in Euripidis Phœniſsis (vnde deſcriptam hanc ſententiam aiunt) & Porphyrio non Πριάμου, ſed πρῶτον μὲν legunt. Hãc enim illius eſſe integrã ſententiam apud Stobæum Sermo. 63.

Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρ' ἐξ ἀρρένων,
Πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος. Id eſt,

*Vtinã videre contingat mihi ipſorum nepotes nepotũ,*
*Primùm quidem forma dignos regno.*

Et hũc quoque poſteriorem verſum ita citat Athenæus libro 12. cap. 7. Plinius autem in eo Panegyrico, quem Traiano dixit, Iam, inquit, proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris longè lateq; principem oſtentant. & Claudianus de Stilicone:

*Iam tum conſpicuus, iam tum venerabilis ibas:*
*Spondebatq; ducem celſi nitor igneus oris,*
*Membrorumq; modus.—*

Et huc quoque alludit illud Ouidij lib. 2. Faſtorum de Lucretia:

*Et facies animo dignaq; parq; fuit.*

Et lib. 9. eiuſdem operis:

*Par animo quoq; forma ſuo reſpondet in illa,*
*Et genus, & facies, ingeniumq; ſimul.* Et li. 7. Meta.
*—Sed non is vultus in illo,*
*Non ea nobilitas animo eſt: ea gratia formæ,*
*Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia noſtri.*

Ante illum Virgilius in Cir.

*Non equidem ex iſto ſperaui corpore poſſe*
*Tale malum naſci, forma, vel ſydere fallor.*

Ex noſtris Cy. in l. 1. in 3. q. De iuriſ. om. iudic. ſcribit in pulchro corpore pulchram quoque animam reſidere. quem refert & ſequitur Alex. conſ. 209 ponderatis his, col. 2. verſ. dictus verò iuuenis. lib. 6. Quibus etiam adſtipulatur, quòd Hebræi bonum & pulchrum eadem voce appellant, tanquam ſcilicet bonitas à pulchritudine non ſeiungatur, neque pulchritudo à bonitate. Quod interpretes declararunt in Gen. cap. 6. in eodem loco, Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ. Et in canticis capite 1. vbi ſcribitur, Meliora ſunt vbera tua vino. aſſerunt verti debuiſſe, Pulchriora ſunt. Quanquam etiam ibi non Vbera, vertendum erat, vt contendit Auguſtinus Eugubinus.

*Deformitas corporis, animi deformitatem oſtendit.*

¶ Contrà verò deformitas corporis declarat deformitatem animi. Rarenter enim in corpore deformi nobilis formoſusq; animus inſidet: vt è noſtris aſſerit Pan. in c. quia diuerſitatem. in 1. not. per illum tex. de cõceſſ. prab. Vtque Aſpaſius prodidit, fieri nõ poteſt, vt qui omnino deformis eſt, bonus ſit. Cui ſubſcribens Raſis, vir inter Medicos maximi nominis, libro ad Almanſorẽ 2. cap. 33. Cuius, ait, facies eſt deformis, vix poteſt habere bonos mores. Et iterum cap. 54. Faciem fœdam malos mores ſignificare aſſerit. Et ante illum Galenus lib. de Temperamentis 2. cap. 6. ſcribit, naturam membra componere, prout moribus animæ conuenit. Quod & ipſe affirmat tum lib. 1. tum 11. de Vſu partium. Et vt apud Planudem in vita Aeſopi ille prodidit, Οἷα ἡ μορφὴ, τοιάδε καὶ ἡ ψυχή. Id eſt, qualis forma, talis & anima. Ideoq; Homerus, quemadmodum eos, quos virtute præſtantes heroas facit, decentiſsima quoque corporis ſpecie fingere conſueuit, θεοειδεῖς (quod iam ſuprà diximus) id eſt, diuina ſpecie, & θεῷ ἰκέλους, id eſt, Deo ſimiles, eos idẽtidẽ appellãs. Ita Therſitę vt mẽtẽ ignauã ac degenerẽ, ſic & corpus ad portẽtũ vſq; à capite ad pedes deforme effinxit, vt ĩ eo poſſes intelligere peſsimũ aĩum ĩ domicilio ſe digno habitaſſe. Ita. n. illum deſcribit lib. 2. Iliados:

*Therſitæ deformitas.*

—Αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε,
φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω
Κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὕπερθεν,
φοξὸς ἔην κεφαλήν· ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη,

Id eſt, Fœdiſsimus oĩum, ꝗ ad Troiã nauigauerant, altero oculo ſtrabo, altero pede claudo, curuis humeris, & ĩ pectus cõtractis, vertice acuminato, rara lanugine. Ideoque Lycophron huius turpitudinẽ expreſſurus, eũ graphicè πιθηκόμορφον nũcupauit, id eſt ſimilem ſimiæ, in cuius ſcilicet confabricatione iuſtã fuiſſe naturã dicere ſolebat Hippo. ꝙ ridiculã aĩam ridiculo circumueſtiuiſſet corpore. Quod & repetit Gal. lib. 1. de Vſu par.

*Simia corpore et anima ridicula.*

56 *Vatinianũ odium, prouerbio celebratum.*

¶ Quib⁹ adſtipulatꝛ, qđ & ſcribit Proclus in libro de Magia & dæmone, naturã, ꝗ animis cõfingit corpora, inſtrũa eis cõgrua ſubminiſtrare, imagineſq; aĩarũ in corporibus indicare. Velleius aũt Paterculus libro poſteriore Romanę hiſtoriæ, de Vatinio illo, cuius odiũ in prouerbium ceſsit, hoc in eam ſñiam ſcribit: In quo deformitas cũ turpitudine certabat ingenij, adeò vt animus eius digniſsimo domicilio incluſus videretur. Et Cornelius

Tacitus



Tacitus lib. 12. Iulius, inquit, Pelignus ignaui animi, & deridiculo corporis iuxtà conſpiciendus. Quin & Valerius Martialis lib. 12. Epigrammatῶn, Zoilum quendã ex oris deformitate malum eſſe ſuſpicatur:

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus:*
*Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.*

Eſt & Græcum Epigrãma Palladæ in Claudum quempiam lib. 2. Epigrammatῶn:

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα, καὶ γὰρ ἀληθῶς.
Εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

Quod ita traducit Morus:

*Clauda tibi mens eſt, vt pes, natura notaſq;*
*Exterior certas interioris habet.*

Ante hos Ariſtophanes ἐν θεσμοφοριαζούσαις:

Ταῦτ' ἆρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ.
*Propterea Philocles turpis exiſtens turpiter facit.*

Et Ecdorus, alter poeta Græcus, apud Stobæũ, Ser. 88.

Μορφὰς ἀτερπεῖς ὄψεσι κεκτημένος,
Παρεμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχεις.
Ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακόν,
Ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται.

*Faciem aſpectu deformem poſſidens,*
*Mores etiam eiuſmodi habes.*
*Ex malo enim natura malum producit,*
*Vt ex vipera rurſum vipera naſcitur.*

Quibus concinens Caſsius Iatroſophiſta, Problematῶn medicorum cap. 51. ſic ſcribit: Διὰ τί οἱ τερατόμορφοι, καὶ ἄφρονες; ὅτι τοῖς σωματικοῖς τὰ ψυχικὰ συμπάσχει, ὥσπερ τοῖς ψυχικοῖς τὰ σωματικά. Hoc eſt, Cur mõſtroſę formæ homines, etiam inſipiẽtes ſunt? quia corporalibus conſentiunt animalia, ſicut animalibus corporalia.

57 *Corytheo deformior prouerbiũ. Lacedæmoniorum inſtitutũ.*

¶ Zenodotus tradit, Corytheum quempiam fuiſſe inſigniter ſtultum ac vecordem, ſicuti etiam forma erat infeliciſsima ac fœdiſsima. Vnde natum Adagium, Χορυθέου εἰδέχθεστερος, id eſt, Corytheo deformior. Cuius etiam meminit Eraſmus Adagiorum Chil. 3. centur. 2. cap. 8. Plutarchus Chęronenſis in Lycurgo, refert apud Lacedæmonios ex inſtituto ipſius Lycurgi, partus nutriendi ius patri non fuiſſe, ſed in quendam locum deportabatur, quem Leſchen vocabant, vbi ſedentes ij, qui ex tribulibus maximi natu eſſent, ſi quidem infantem deformem animaduerterent, ad apothecas appellatas exponẽdum demittebant: perinde quaſi eius vita, qui minùs pulcher ſtatim ab initio, & ad bonam corporis compoſitionem natura productus eſſet, neque ſibi vtilis, neque Reipublicæ foret. Cui & ſuccinit, quod Auguſtinus ait, & Decreta Canonica clamant, 41. diſt. §. vlt. Incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mẽtis. Antonius Panhormita (ſiue is fuit Æneas Syluius, aut alter quiſpiam, qui ad ipſius Panhormitæ libellum de Alphonſi regis facetijs, quædam addidit) ſcribit Bartolomæum Captam Mediolanen. Antiſtitem dicere ſolitum, idcirco ſe miniſtros forma præſtantes quęſiuiſſe, quoniam turpes animi, turpia corpora incolerent: improbitatem autem in egregia forma perrarò compertam eſſe. Mirum eſt, quod tradit Porphirius, dæmones, quorum animi iniqui ſunt, corpora habere deformia. Quibus adde, quod ex noſtris ſcribit Bal. in l. obſeruare. colu. 2. C. quor. ap. non recip. quòd ſicut turpis corporis habitudo declarat quem procliuem ad ſcelera, ita pulchra ad virtutes. Sequitur Hippol. Marſil. in l. 1. in princ. col. pen. ff. de quæſt. & Ioan. Neuizanus inter conſil. feudalia Alberti Bruni, conſ. 12. patres comederunt. col. 4.

58 *Philopœmenis ob deformitatem contẽptus.*

¶ Nec prætermiſerim, quod de Philopœmene illuſtrium Græcorum ducum poſtremo & Plutarchus, & alij tradiderunt. Is forma fuit non admodum liberali: igitur cùm Megaris eius aduentus expectaretur, pararetúrque conuiuium apud hoſpitem ingenti apparatu, illeque interim ædes omnium ſubijſſet primus, credidit hoſpitis vxor, tum ex forma, tum ex veſte tenui, ex miniſtris eſſe quempiam, qui ab ipſo duce eſſet præmiſſus, illumq; ligna ſcindere iuſsit: quod cùm ſedulò faceret, inter hęc ſuperuenit hoſpes, qui rei indignitate cõmotus, quidnam hoc eſt, inquit, Philopœmenes? Cui ille Dorica lingua, Meæ, inquit deformitatis pœnas pẽdo. Quam & ipſam hiſtoriam verſibus cecinit Tzetzes Hiſtoriarum Chiliad. 6. cap. 84.

Παῖς φιλοποίμην κραύσιδος ἦν, βασιλεὺς Ἑλλάδος,
Ἄμορφον δ' εἶχε τὴν μορφήν. παρά τινος κληθεὶς δὲ
Ἀπῆλθεν ὡς πρὸς ἄριστον πρὸ χρόνου τοῦ ἀρίστου.
Ἀπόντος δὲ τοῦ τοῦτον μὲν τῷ πότε κεκληκότος,
Ἰδοῦσα τοῦτον ἡ γυνὴ τελοῦντα τῶν ἀμόρφων,
Οἰκέτην τε νομίσασα, σχίζειν κελεύει ξύλα.
Ὁ δ' ὢν ἐπιεικέστατος, τὸ κελευθὲν ἐποίει.
Ὡς δ' ὁ καλέσας ἐπελθὼν, ἰδὼν τὸ πεπραγμένον,
Τί τοῦτο, ἀνεβόησεν. ὁ φιλοποίμην λέγει,
Τί δ' ἄλλο, ἢ τιμώρημα τῆς δυσειδοῦς μορφῆς μου;

Hoc eſt,

*Filius Philopęmenes Crauſidis, erat Imperator Gręcię.*
*Deformem aũt habuit formã. Ab aliquo vocatus autẽ*
*Abijt ad conuiuium ante tempus prandij.*
*Abſente autem eo, qui eum quidem tunc vocauerat,*
*Conſpicata hunc illius vxor exiſtentem deformem,*
*Famulumq; arbitrata ſcindere iubet ligna.*
*Ille autem exiſtens modeſtiſſimus, iuſſum faciebat.*
*Vt autem qui vocauerat, venit, cõſpicatus quod fiebat,*
*Quid hoc? exclamauit. Philopæmenes inquit,*
*Quid verò aliud, quàm pęna deformis formæ meæ?*

59 *De eadẽ re. Sacerdotes nulla deformitate ſint inſignes.*

¶ Ex his exijt lex Moſaica, qua deformia & maculoſa vetabantur offerri, vel immolari Domino. Leuit. 2. cap. & Deuter. 15. Item alia lex, ne qui eſſet corpore deformis, vel vitiatus, panes Deo ſuo offerret, neque ad eius miniſterium accederet, vt ſcribitur Leuit. 21. cap. & repetitur in cap. hinc etenim. 49. diſt. vbi D. Gregorius luculenter probat, corporum vitia & maculas habere ſymbolum vitiorum animi. Cuius item ſententiæ fuit D. Hieronymus ad Fabiolam de veſte ſacerdotali. Præcipitur (inquit) ſacerdotibus, vt nulla debilitate inſignes (Eraſmus legit ſegnes) ſint, ne truncis auribus, lęſo oculo, ſimis naribus, claudo pede, cutis colore mutato: quæ omnia referũtur ad animæ vitia. Hæc ille. Quod & legibus Romanis obſeruatũ fuiſſe, apparet ex Plinio lib. 7. c. 28. vbi de Sergio loquitur. Sed & de iure canonico, ſola corporis deformitas promoueri quenquam impedit. cap. 2. & ibi gloſ. in verbo, deformitatem. & Hoſtien. & Panor. de cleri. ægrot. & voluit etiam Innocen. in cap. ex parte. de corpor. vitia. & facit tex. in cap. vlti. & ibi gloſſ. & doctor. eod. titu. Quibus planè conſonat vetuſtus mos Romanorum, apud quos virginem Veſtalem capi fas non erat, quæ aliqua corporis labe inſignita eſſet, vt ex Antiſtij Labeonis authoritate prodidit Gellius lib. Noctium 1. cap. 12. & Feneſtella de Magiſtratibus Rom. c. 7. Secundum quam ſententiam D. Hieronymus parentes arguit, qui deformes filias virginitati conſecrant. Ita enim ſcribit ad Demetriadem virginem: Solent miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere. Apud Senecam lib. 4. Declamationum, lex eſt huiuſmodi: Sacerdos integer ſit. Nã (vt paulò poſt ſubiungitur) ſacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt. Quanquam & ibi quoque pro altera parte ſcribatur, legem huiuſmodi integrum ad animum referre, non ad corpus. Sed & quòd ad corpus quoque reſpiciat, adſtruit Diony. Halicar. lib. 1. Antiquitatum Romanarum, vbi laudat Romulum Romanarum legum latorem, quòd ſacerdotia non vænalia, nec ſorte diuidenda fecit: ſed cuiuſque curiæ binos creauit ſupra annum quinquageſimum natos, excellentes genere, ſimul & virtute præſtantes, neque tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco. Et Plinius lib. 7. capite 28. de Sergio loquens, Quæ omnia, inquit, ex oratione eius apparent habita, cùm in Prætorio, aut,

*Veſtales item.*

vt alij legunt, in prætura ſacris arceretur à collegis, vt debilis, id eſt, mancus, & mutilus. Nam primùm dixerat, illum dexteram manum perdidiſſe. Idem autem lib. 28. cap. 12. tradit ſe inueniſſe apud authores his, qui lentiginem habeãt (ea eſt uultus deformitas) negari Magicorum ſacrificiorum uſum. Cui concinens Apuleius in Apologia prima, ſcribit puerum Magico carmine initiãdum, oportere eligi, inter cætera decorum, uti ſuprà diximus. Pauſanias autem lib. 9. Daphnophorum Apollinis Iſmenij ſacerdotis cognomen fuiſſe, quem & forma & genere inſignem annuum legebant.

60 *Deformitas deteſtabilis. Deformi occurrere infelix omen.*

¶ Quid plura? deformitatem antiqui uſque adeò abhorrebãt & deteſtabãtur, ex pulchritudine uerò tantum ſibi fauoris pollicebantur, ut formoſo occurriſſe felix omen haberẽt, deformi contrà infelix, atq; inauſpicatũ. Hinc in deformes, fœdoq; aſpectu hoĩes natũ adagium:

Σέ δ' οἰωνίσαιτ' ἄντις ἰδὼν.

Id eſt, qui te conſpexit, augurium capere poterit. Ad quod alludens Iuuenalis Satyra 5. ait:

*—Tibi pocula curſor*
*Getulus dabit, aut nigri manus oſſea Mauri,*
*Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

Quem locum tamen interpretes diſsimulanter, aut neſcienter tranſierunt. Et rurſus Satyra 6.

*—Eſſes*
*Aethiopis fortaſſe pater, mox decolor hæres*
*Impleret tabulas, nunquam tibi manè videndus.*

*Aethiopis occurſus mortis portentum.*

Hinc autẽ Imperator Septimius Seuerus ex Aethiopis cuiuſdam occurſu ingruere ſibi mortem concepit, authore Aelio Spartiano in uita illius. Bruto quoque & Caſsio in aciem prodituris, obuius Aethiops mortem præſignauit, ut tradit Appianus lib. 4. bellorum ciuiliũ, nõ lõgè à fine. & Plutarchus in uita ipſius Bruti, ubi tñ de eo tantùm loquitur. At Auguſtus Imperator, ut tradit Suetonius in eius uita, pumilos atq; diſtortos, & oẽs gñis eiuſdẽ, ut ludibria naturæ, maliq; ominis abhorrebat. Et ex hoc fortè ueteri proverbio olĩ dicebatr, Ἐριννύων ἀποῤῥώξ, id eſt, Furiarũ ſtirps, de eo, ꝙ tetra eſſet fœdaq; ſpecie, quiq; (ut ſcribit Ariſtophanes) μανικὸν βλέπει, id eſt, furioſè toruèq; intuetr. Nã & qđ noxiũ eſt, & exitiale, id à Furijs ortum dicunt, ſicuti Aiax in tragœdia:

*Prouerbiũ.*

Ἆρ' οὐκ Ἐριννὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος.

61 *Phyrne ob pulchritudinem abſoluta.*

¶ Nec contemnendum eſt, quod ſcribunt Athenæus lib. 13. Δειπνοσοφιστῶν cap. 22. & Pauſanias lib. 1. quo Attica deſcribit, ꝙ cùm Phyrne, ſiue, vt alij vocãt, Phryne meretrix Theſpienſis in iudicio Athenienſi fuiſſet cuiuſpiam delicti accuſata ab Euthia (vt ipſi Athenæo placuit) aut ab Anaximene (vt Diodorus maluit) tandem ob pulchritudinem ſolam fuit abſoluta, cùm tunicam à pectore diduxiſſet: interpoſito mox decreto, ne quis miſericordiæ captãdæ gratia epilogis vteretr. Tm̃ potuit fauor pulchritudinis, vt illã liberare potuerit, quod quidẽ Hyperidis oratoris clariſsimi actio, quanquam admirabilis (vt ſcribit Quint. lib. 2. ca. 16.) efficere nõ poterat. Id quod etiam Plutarchus tradidit in vita ipſius Hyperidis. Hæc ſanè ea eſt, de qua Propertius ita cecinit:

*Nec quæ deletas potuit componere Thebas*
*Phryne, tam multis facta beata viris.*

Hæc autem hiſtoria ſatis comprobat illam Publij Syri ſententiam:

*Formoſa ſpecies muta commendatio.*

*Pulchritudo fraus tacita.*

Quoniam ſcilicet formoſis fauetur, etiam ſi nihil dicãt. Ex quo & Ariſtoteles, apud Laertium dicebat, pulchritudinem, παντὸς ἐπιστολίου συστατικώτερον, id eſt, quauis epiſtola eſſe commendabiliorem, ſiue malis, efficaciorẽ ad commendationem: quod & nõnulli Diogeni adſcribunt. Theophraſtus (vt ille ſubdit) σιωπῶσαν ἀπάτην, id eſt, tacitam, ſiue ſilentem fraudem, vocabat, ꝙ ſine verbis perſuadeat. & Carneades ἀδορυφόρητον βασιλείαν. Id eſt, regnum abſq; ſatellitio: ꝙ formoſi ſine vi impetrẽt quicquid volunt. Et ut dicebat Domitianus Imperator Rom. apud Suet.) nihil gratius eſt decore; quod & alibi, ni fallor, retulimus.

*Regnũ abſque ſatellitio.*

¶ Quibus addiderim, quæ Melancomius, quiſquis is fuit, de pulchritudine ſcribit apud Stobæum. Ser. 63.

Ἐγὼ οὖν πρῶτον αὐτὸν εὐδαιμονίζω τοῦ κάλλους, ὃ δὴ τῶν ἀνθρωπίνων ἐστὶν ἀγαθῶν ἀριδηλότατον μὲν, καὶ ἥδιστον θεοῖς, ἥδιστον δὲ ἀνθρώποις, ἀλυπότατον δὲ τῷ ἔχοντι, καὶ ἐπιγνωσθῆναι ἄριστον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἀγαθὰ καὶ λαθεῖν προσόντα, καὶ ἀνδρεία, καὶ φρόνησις, εἰ μὴ τύχοι ἔργου τινὸς ἀποδεικνύντος. Τὸ δὲ κάλλος οὐχ οἷόν τε λαθεῖν. Ἅμα γὰρ τῷ ἔχοντι φαίνεται. ἔτοι δ' ἄν τις ὅτι, καὶ πρότερον οὕτως ὀξεῖαν αἴσθησιν ἑαυτοῦ παρέχει. Ἔτι δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οἱ πλεῖστοι φθονοῦσι, καὶ δυσμενεῖς γίνεσθαι· τὸ δὲ κάλλος τοὺς αἰσθανομένους ἑαυτοῦ, φίλους ποιεῖται, καὶ οὐδένα ἐχθρὸν ἐᾷ γίνεσθαι.

*Pulchritudinis laudes.*

Quæ ſic traduxit Conradus Geſnerus: In primis equidem ipſum felicem exiſtimo pulchritudine, q̃ inter humana bona maximè cõſpicua & ſuauiſsima Dijs eſt, hoĩbus gratiſsima, poſsidenti minime moleſta, cognoſci facilima. Cætera enim bona in homine ſita, vt fortitudo, prudentia latere poſſunt, niſi opere aliquo demonſtrentur: pulchritudo autem latere nullo modo poteſt: ſtatim enim in principio celerem ſui ſenſum exhibet. Ad hæc, bonis quidem plurimi inuident, & inimici redduntur: pulchritudo autem eos qui ipſam ſentiunt, amicos reddit, & neminem ſibi inimicũ fieri permittit. Sed & inibi Dius quiſpiam Pythagoricus hæc quoque in laudẽ pulchritudinis prodidit: Τίς ἀγὼν, ἢ βιοτὰς ὄντως μακαρθεὺς εὐδαίμων ζωά; καὶ τίνας ποτὲ χρὴ κρίνειν εὐδαίμονας, ἢ νὴ Δία τὼς σκάνεος καλλονὰν ἔχοντας, δώρημα φύσιος. Τούτως γὰρ, ὡς ἐνὶ μασσότερον οἱ πλεῦνες ὡς θεὼς, ἢ θεῶν ἱδρύματα ὑπερέχουσι καὶ θεραπεύουσι, θρησκεύοντες οὐ καλὰν θρησκείαν. καὶ ὄντως, ἔμοιγε καταπτίλλεται ἔχειν τὶ σεμνὸν καὶ θαυμαστὸν ἄξιον. τὼς μὲν γὰρ ἀτέρως τῶν ἀνθρώπων, χάριν, ἐπαιτεῦντι οἱ εὖ ἔρξαντες τοῖς δὲ εὐμόρφοις τὠναντίον. Id eſt, Quænam vera eſt felicitas vitę, & qui alij beati iudicandi, quàm per Iouem, qui corporis pulchritudine præditi ſunt, naturæ dono? Illos enim plurimi, ceu Deos, aut Deorum ſtatuas, maximi faciunt & colunt inſeruientes eis, non tamen vt debeant. Et re vera mihi videtur, pulchritudo, neſcio qđ reuerendum & admiratione dignum continere. A cæteris enim hominibus, qui eos beneficio affecerunt, gratiã repoſcunt: à formoſis verò contrà.

63 *Deformes ſæpe impudicas eſſe, & contrà formoſas pudicas.*

¶ Denique quod de impudicitia formoſarum ſuprà diximus, non eo ſpectat, vt omnes formoſas impudicas, deformes cõtrà pudicas ſemper exiſtimemus, ut ſcribit Palladas apud Stobæum cap. 5. quod eſt de temperãtia:

Οὔτε τὸ δύσμορφον πάντως ἀνύποπτον ὑπάρχει,
Οὔτ' ἀκολασταίνειν πᾶσα πέφυκε καλή.
Καὶ γάρ τις διὰ τὴν ὥραν τοῖς πολλὰ διδοῦσιν
Οὐχ ἕπεται· πολλὰς δ' ἐστὶ γυναῖκας ἰδεῖν
Οὐχὶ καλὰς τὴν ὄψιν, ὀπυιομένας ἀκορίστως,
Καὶ τοῖς χρησαμένοις πολλὰ χαριζομένας.

Id eſt, propè ad verbum:

*Neq; quod deforme eſt,* (ſiue vno verbo, deformitas,) *caret ſuſpicione:*
*Neque intemperãs eſſe, quæcunq; formoſa eſt, ſolet.*
*Quædam enim eos, qui ob formam multa largiuntur,*
*Non ſequitur: multas verò eſt mulieres videre,*
*Non pulchras aſpectu, coeuntes inſatiabiliter,*
*Et his, qui eis vtuntur, multa gratis offerentes.*

Ex quibus intelligis, magnum illud incommodum accidere viris, qui deformes vxores, ſed impudicas nanciſcuntur, quòd hę cùm gratis ob deformitatem minimè ſolicitentur, pretium libidinis vltro viris offerunt, ſua & maritorum bona in eam profundentes. De quibus videbis infra in 9. lege connubiali. numero 181. incip. de poſterioribus.

64 *Formoſa vxor quib. potiſsimũ rõnib. deligenda.*

¶ Vxor ergo formoſa (vt tandem concludamus) & deligenda eſſe videtur, & omnibus votis expetenda. Tum ob eas, quas ſuprà diximus, rationes, tum & alijs potiſsimùm duabus minimè contemnendis. Primùm quidem, vt formoſa vxor formoſos tibi parias filios, qui plerunque ſpeciem effigiemque matris referre conſueuerunt, vt atteſtatur Germanorum ex Bebelio adagium: Ex turpi vacca, turpis generatur vitulus. Qua de re paulò poſt plura ſubijciemus. Propterea Iuno Virgiliana in hæc verba Æolum alloquitur:



*Formoſa vxor formoſos parit liberos.*

*Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,*
*Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam*
*Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo:*
*Omnes vt tecum meritis pro talibus annos*
*Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.*

Quo in loco, cuius rei cauſa formoſas magni facere debemus (niſi ſurdo narratur fabula) facilè perſpici põt, vt ſcitè dixit & annotauit Franciſcus Barbarus libro de re vxoria, qui meo munere in lucem prodijt. Ex his autem, quæ diximus, liquidò apparet, nos magnopere in eã rem ſatagere debere, vt formoſiſsimos quantum in nobis eſt, liberos gignamus. Cuius etiam rei nos monuit diuinus Plato lib. 6. de Leg. ita ſcribens: Cogitare omnino ſpõſus & ſponſa debent, quo pacto quàm pulcherrimos & optimos ciuitati liberos poterunt procreare.

65 *Altera rõ.*

¶ Secundum, vxor formoſa ob id etiam ducenda eſt, vt ſpreto aliarum concubitu, cum ea quantũ fas eſt, haud ægrè oblecteris, matrimonialemq; palæſtram non inſuauiter exerceas. Non enim ad pœnam (cui, qui deformẽ duxerit, ſeſe addicit) ſtatutum eſt matrimonium, ſed ad ſolatium, vt ſtatim in fronte perhibent ſacræ literæ, atq; etiam ad honeſtam inter cætera voluptatem. In qua re non mihi conuenit cum Aelio Vero Commodo Cęſare patre illius Veri, qui cum Marco Philoſopho imperauit, qui (ſi Spartianus verus eſt autor) vxori de externis voluptatibus cõquerẽti, dixiſſe fertur: Patere me per alias exercere, cupiditates meas, vxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis. Imò verò (ſi verum fateri volumus) vxor voluptatis & oblectamenti nomen eſt, nedum dignitatis. Quod manifeſtario legum Moſaicarum teſtimonio comprobatur, Deut. 42. Cùm acceperit homo nuper vxorem, nõ procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſsitatis iniungetur publicè: ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lætetur cum vxore ſua. Atq; et Solomonis Prouer. 5. Lætare cũ muliere adoleſcentiæ tuæ: quam ſententiam citat è noſtris Io. Fab. in rub. Inſt. de nup. Subdit autem Solomon poſt pauca: Et in amore eius delectare iugiter. Ideo Diuus Bonauentura, Pet. Palud. & alij plerique in 4. ſent. diſt. 31. & latiſsimè Martinus, cui eſt cognomentum Magiſter, in lib. de temperãtia, quo loco de caſtitate coniugali differit, per totum, tradunt nullo eum modo peccare qui vxorem voluptuosè cognoſcit, non tamen principaliter cauſa voluptatis, ſed veluti in conſequentiam generandæ prolis.

*Vxor non dignitatis tantũ, ſed et voluptatis nomen.*

66 *Voluptas i concubitu vxoris non eſt peccatum, ſi non ea ſit cauſa principalis. Venialiter tãtùm peccat, qui voluptuoſe vxorem cognoſcit.*

¶ Sed & illud affirmare audeo, vel reclamãte magna Theologorum turba, illum venialiter tantùm peccare, qui voluptatem præueniens, vxorem, tanquam vxorem, explendę voluptatis cauſa comprimit, in idque etiam calidis vtitur. Et ita voluit gl. in cap. quicquid. 32. quæſt. 2. per illum tex. in c. adulterij. vbi etiam gl. 32. q. 7. & gl. in c. origo. 22. quæſt. 4. & in c. liberorum. 32. q. 5. & in ſumma. 33. quæſt. 4. & rurſum in c. vir cum propria, eadẽ q. & cauſa, vbi eſt text. optimus, ꝙ ipſa licita admiſtio coniugis ſine voluptate carnis fieri non poteſt. Et idem voluit Collec. in rubr. extrà de ſpon. & matrim. & Roma. in rubr. ff. ſol. mat. col. 4. verſ. tandem ſcias. Et è Theologis hoc etiam tenuerunt Pet. Palu. in 4. lib. ſen. diſtin. 32. quæſt. 3. & Anton. Flbr. in 1. parrte 3. partis principalis Summæ, tit. 1. cap. 20. §. ſextus. & Ang. Cla. in verbo, debitum coniugale. verſ. 25. & ſentit gl. ordina. enarrans illud 1. ad Cor. 7. hoc autem ſecũdum indulgentiam. cùm dicit, ꝙ cognoſcens vxorem libidinis voluptate, peccat venialiter. & Aſteſſa. in ſua Sũma, lib. 8. tit. 9. arti. 2. Mar. vbi ſuprà. Et hanc ſententiam comprobat tex. apertiùs in d. cap. quicquid. 32. quæſt. 2. & illud Diui Auguſt. in libro de Bono coniugali: Coniugalis concubitus generandi gratia, non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter thori fidem, venialem habet culpam. Nam & Sara iam ſenex & ſancta, concubitum voluptatem appellat, Gene. 18. Poſtquam, inquit, conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Nec abs re diximus, qui vxorem tãquam vxorem cognoſcit. Nam ſi tãquam alienam, adulter eſt, etiam Senecæ ethnici ſcriptoris (ſi ethnicus fuit) teſtimonio, cuius hæc uerba sũt in 2. lib. huius tit. quomodo in ſapientem non cadit iniuria. Si quis cũ uxore, tãquã cum aliena, cõcumbat, adulter erit, quamuis illa adultera nõ ſit. Hæc ille: Si igitur de aliena non cogitat, quãuis uoluptatis cã eam ineat, à peccato mortali eſt immunis.

67 *Delectabiliora quæ nõ licent.*

¶ Reijcienda ergo & procul abigẽda Commodi ſententia eſt, qui ab uxore uoluptatem ſeiungebat, ea tantum ductus opinione, quòd, ut ſcribit Fabius Quintilianus (ſi is eſt) Decla. 14. diliguntur immodicè ſola, quæ non licent: ut in furorem charitas aliqua conualeſcat, opus eſt difficultatibus. Breuis de conceſsis, ſed ſtatim ſatietati uicinus, affectus eſt Nõ fouet, non nutrit ardorem concupiſcendi, ubi frui licet. Et quæcunq; in mentibus circa permiſſa coaleſcunt, non ſunt deſiderij, ſed uoluntatis. Hactenus ille. Eſt & in id (ut Hieronymus ad Algaſiam, quæſt. 8. memoriæ prodidit) ſecularis apud Græcos ſententia, Quicquid licet, minus deſideratur. Secundùm quam ſententiam mulier impudica apud Solomonem Prouer. 9. ad alliciendos animos iuuenum ad inconceſſam Venerem, hæc clamat: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Et, ut ſcribit Aelius Lampridius in Alexandro Seuero, Homines illicita magis poſcunt, prohibitaq; furore perſequuntur. 41

68 *Libani de his rõnib. ſententia.*

¶ Has autem duas poſtremas rationes ducendæ formoſæ uxoris, potiùs quàm deformis, intellexit Libanius Antiochenus Sophiſta, Salonicum literis admonens, ut uxorem, ſi fieri poſſet formoſam duceret. Malè enim cõſuli liberis, cùm deformis uxor ducitur. Raró enim ex deformi uxore formoſos naſci liberos. Acceditque ad hoc (ut ille ſubdit) quòd qui forma præſtanti uxorem domi habet, alieno thoro non inſidiatur. Sed & idem ad Clematium, aſſerit optimum eſſe, bona uxore frui, non autem eſſe deterius habere formoſam.

69 *Viri pulchras vxores habentes ſæpe alias deformes amãt*

¶ Quanquàm ſcio, quantum ad poſteriorem illam rationem attinet, non ſemper eos, qui uxores formoſas duxerunt, aliarum, uel deformium cõcubitu abſtinere. Nã & Euripidis ſententia eſt in Antiope apud Stobeum, in eo Sermone, cui titulus eſt, περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου, id eſt, de Venere uulgari:

Κόρος δὲ πάντων, καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.
Δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις, ἀσμένως πάλιν
Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

*Satietatẽ eſſe rerum omnium.*

Quibus ſignificatur, ſatietatem eſſe rerum omnium: unde & nonnullos eſſe, qui pulchriores uxores faſtidiẽtes, turpibus amoribus percelluntur: & qui epulis ſplẽdidis ſatiati, uiliore rurſus uictu delectantur. Ariſtophanes autem in Pluto, dicit rerum omnium ſatietatem eſſe, præterquam diuitiarum:

Ὥστ' οὐδὲ μεστός σου γέγον' οὐδεὶς πώποτε.
Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶ πάντων πλησμονή.

Verba ſunt Carionis Plutum alloquentis.

70 *Modus rerũ omniũ optimus.*

¶ Sed ut à diuerticulis repetatur inſtituta narratio, tandemq; iudicium in hac re meum proferam, Phocylidis ſententia eſt.

Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασία δ' ἀλεεινή.

Id eſt,

*Omnium modus eſt optimus, exceſſus verò malus.*

Quam ſententententiam repetens Horatius libro Serm. 1. Satyra item 1.

*Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines,*
*Quos vltrà citraque nequit conſiſtere rectum.*

Citat è noſtris Accurſ. in rub. Inſtitu. per quas perſon. acquir.Spec.tit.de aduoca. §.nunc de exordijs,verſ.alia quoque plura, & Alber. in Authen. ꝙ ius.col.vlt. C.de procur.& Barto.in l.ſi ita quis.§.ea lege.in fi.& ibi quoque Iaſ.col.6.verſ.item dum iſta.ff.de verb.obli. & Bal. in cap. cùm ſicut, paulò ante fin.de eo qui mit. in poſſ. vbi hoc dicit probari in dicto §. ea lege, vbi etiam gloſ. aſſcripſit initium huius ſententiæ, & rurſus idem Bal. conſil. 298. quæritur vtrum vſurarius col. 3. libr. 2. & conſilio 486.ſtatutum prouidet, col.2.verſic.ſexta.eod. lib.2.& Lud.Bol.conſil.62. cor mundum, &c. viſo igitur puncto. col.4. Quibus concinens Pindarus Olympiorum Ode 14.

Ἕπετε δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον: νοῆσαι δὲ,
Καιρὸς ἄριστος.

*Forma mediocris in vxore amplectenda.* *Stata forma.* Itaque cùm inter pulcherrimam fœminam & deformoſiſsimam media quædam forma ſit, quæ nimio pulchritudinis periculo,& ſummo deformitatis odio vacat,qualis à Q.Ennio in Menalippa,pereleganti vocabulo, ſtata, dicitur, quia nec ſuperbior, nec iuxta Biantis ſententiam,communis futura ſit,ob nimiã pulchritudinem: neque pœnitenda ob immodicam deformitatem,quam formam modicã & modeſtam Phauorinus apud Gellium lib.5. cap.2. non inſcitè appellabat vxoriam. *Forma vxoria.* Ennius autem in ea, quam proximè diximus, Tragœdia,eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe,quæ ſtata forma forent. Idcirco huiuſmodi mediocrem formam in vxore probo quidem & laudo: elegantem uerò nimiùm,ſingularemq́; atque excellentem formam, æquè ac ſolidam & abſolutam deformitatem, refugiendam, veluti ſcopulum quendam cenſeo.

71 *De eadẽ re.* ¶In quam ſententia non tam pedibus, quàm ſtylo, vadit Euripides in Iphigenia in Aulide,cùm inquit non minus verè, quàm venuſtè.

Μάκαρες, οἳ μετρίως θεοῦ
Μετά τε σωφροσύνας μετέσχον
Λέκτρων Ἀφροδίτας,
Γαλανείᾳ χρησάμενοι
Μαινόμεν' οἴστρων, ὅθι δὴ
Δίδυμ' Ἔρως χρυσοκόμας
Τόξ' ἐντείνεται Χαρίτων,
Τὸ μὲν, ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
Ἀπενέπω νιν ἀμετέρων
Κύπρι καλλίστα θαλάμων.
Εἴη δέ μοι μετρία μὲν
Χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι,
Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας,
Πολλὰν τ' ἀποθείμαν.

Quos verſus alijs numeroſioribus traducit Eraſmus in hunc modum:

*Felices, quibus obtigit*
*Sors nec ſumma,nec infima,*
*Sed ſanè modica,& quibus*
*Caſtos annuit aurea*
*Nanciſci thalamos Venus,*
*Tranquillaque perenniter*
*Conſuetudine perfrui:*
*Quorum pectora mutuis*
*Flagrant incita flammulis.*
*Poſtquam iam geminis trahens*
*Spicla torquet ab arcubus,*
*Tincta ſpicula Gratijs,*
*Coma ſplendidus aurea*
*Cupido Deus aliger.*
*Quorum hęc dulce & amabile*
*Aeuum proſpera conferunt,*
*Vitæ hæc perniciem ferunt:*
*Ac turbam,hunc equidem meis*
*Formoſiſsima deprecor,*
*Auerſor què thoris Venus.*
*Sit modeſta mihi,precor,*
*Forma gratia: ſint mihi*
*Amores liciti ac pij.*
*Contingant mediocria*
*Blandæ munera Cypridis:*
*Porrò ingentia deprecor.*

Si quis autem velit ad verbũ traducere,ita poterit facere

*Felices qui moderatè Deæ.*
*Et cum temperantia conſortes fiunt*
*Thalamorum Veneris*
*Tranquillitate fruentes,*
*Perciti œſtris,quandoquidem.*
*Duas Cupido auricomus*
*Sagittas intenderit Charitum,*
*Alteram quidem ad amabilem ſortem*
*Alteram ad confuſionem vitæ:*
*Auerſor hanc à noſtris.*
*O venus pulcherrima thalamis.*
*Sit verò mihi moderata quidem*
*Gratia,amores verò caſti:*
*Et particeps ſim veneris,* (ſcilicet moderatæ)
*Multam verò auerſer.*

Cui in eo quod dixi de duobus arcubus, omnino ſimile eſt quod Theophraſtus in libro Amatorio ſcribit Chæremonem antiquũ poetam Tragicum vires Amoris ſeorſum connumerantem, duos arcus ſolere intendere Gratiarum, hunc quidem infelici fortuna, illum autẽ in vitæ perturbatione (vide Græcum vt ſcias ſintne verba ipſa Euripidis) ita vt Euripides, à Chæremone, aut contra Chæremon ab Euripide accepiſſe videatur.

72 ¶Ad quam ſententiã, vt opinor, reſpicit Galenus,qui ἐν τῷ προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, id eſt, in Exhortatione ad bonas artes, laudat illam Euripidis ſententiã, Οὐ γὰρ ὀφελές ἐστι, περαιτέρω τὸ κάλλος, ἢ μέσῳ λαβεῖν. Hoc eſt,non expedire pulchritudinem vltra capere, quàm in medio. Ad quod etiam referri poteſt illud Euripidis in Medea:

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
Ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν,
Οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν,
Ἀνδράσιν, εἰ δ' ἅλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς
Εὔχαρις οὕτω.——

Quam nos & infrà in 15. lege connubiali. num.82. incip.multa ſunt.ad aliud non admodum ab hac re alienũ afferemus. Quibus adſtipulatur, quiſquis is fuit, qui hos verſus edidit: nunc enim nomen non ſuccurrit:

*Cum media ſemper gaudebam ludere forma:*
*Maior enim medijs gratia ſemper ineſt.*

Quos citat glo. in capit.quærenti, in verbo per æquitatis.de offic.deleg. & in c.1. in verbo,modum, de officio cuſto. & Albe. in l.1.col.2. ff.de origine iuris. Nam & Plato Philoſophorum Deus,lib.5. de Legibus, diſſerit, honorem corporis circa medium cõſiſtere,ne nimis robuſtũ pulchùmue ſit, neùe nimis debile aut deforme. Alterum enim audaces, inflatoſq́ue animos reddere,alterum deiectos & illiberales.

73 *De eadẽ re.* ¶E noſtris Io.Fab.in rubr. Inſti.de nupt.ſecũdũ hãc ſententiã monet, vt vxorẽ formoſam deſpõdeamus magnitudine & pulchritudine: magnitudine qdẽ,qa pueri vt plurimũ matrizãt (vt ipſe loquitur) in corpore: pulchritudine autem mediocri, non abſoluta,&,vt ipſe appellat, mira & nitenti: quam quæ habent,vt ſubdit,ventis cõcutiunt.Ad quod detorquet illud Salom.Prou.11. Mulier pulchra & fatua. Quod tamen nihil ad rẽ ipſam facit: eſt enim integra ea ſentẽtia huiuſmodi: Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra, & fatua. Id eſt, pulchritudo in muliere impudica, & ideo ſtulta, eſt tãquam circulus aureus in naribus ſuis. Nam ſicut ſus illum pulchrum circulum aureum quem naribus geſtat, ſtatim luto immergit, ita & mulier illam ſuam pulchritudinem fœdæ libidini proſtituit. Huic autem quod

de



de magnitudine ſcribit Faber (ne id diſsimulanter omittamus) quadrat, quod ex authoritate Theophraſti Plutarchus in vita Ageſilai,ſtatim poſt prin.& rurſum in lib. de educandis liberis, etiam paulò poſt principium retulit,atque etiam Athænæus lib.13.c.7.Ephoros olim Lacedæmonios Archidamum regem graui pecunia mulctaſſe,quoniam puſilli corporis vxorem accepiſſet,ſubinde dicentes,quòd regios ſibi liberos,non reges edere cogitaſſet,aut vt alij interpretantur non reges, ſed reginas potius,id eſt,fœminas,ſiue effœminatos. Ita enim Græcum habet, ὡς οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίδας παραχεῖν αὐτοῖς διανοοῖτο. Quaſi ſcilicet à matre potiſsimum liberi aut magnitudinem, aut exiguitatem corporis accipiant. Quod & poſt Galenum comprobat Albertus Magnus libro de animalibus 10. c.1.& iterum lib.20. c.13.& Auicenna in 21.tertij,& ante illos adſtruit Ariſtoteles lib.2. de generatione animaliũ, c.4.& lib. Problematωn 10. c.12.& Hippocrates,aut,vt alij malũt, Polybius in lib. περὶ γονῆς, id eſt, de genitura: vbi & adfert exemplum cucumeris aut cucurbitæ, quam ſi quis iam defloreſcentem in paruam heminam condat, cauo vaſis illius ſimilis redditur.

*Archidamus rex ab Ephoris mulctatus quod vxorem puſilli corporis acce piſſet.*

*Pueri matris ſtaturam ſequi ſolent.*

74 *Proceritas corporis muliebris an ad formã pertineat.* ¶Sunt tamen,qui autumnant (vt & hoc in tranſcurſu attingam) proceritatem corporis nihil pertinere ad formam muliebrem: de qua re extat lepidiſsimum epigramma Catulli, quem non immeritò doctiſsimum priſci vates appellarunt.

*Quintia formoſa eſt multis: mihi candida,longa,*
*Recta eſt: hæc ego ſic ſingula confiteor.*
*Totum illud formoſa nego: nam nulla vetuſtas,*
*Nulla in tam magno corpore mica ſalis.*

Sed non deſunt formæ muliebris idonei æſtimatores, qui ſententia Fabri in ea parte ſubſcribant. In quibus Ariſtoteles lib.4. Ethicorum, c.3. ſcribit pulchritudinẽ in magno corpore conſiſtere. Et lib.4.Rhetorices,c.5.aſſerit fœminarum virtutem corporis eſſe formam & proceritatem. Et Ouidius arbiter ſpectatorq́ue formarum elegantiſsimus,libro tertio Elegiarum amicam laudat à magnitudine corporis:

*Longa decensq́; fuit,longa decenrq́; manet.*

Et apud eundem lib.Metam.14. Polyphemus in laudem Galateæ,quàm deperditè amabat, ait:

*——Longa procerior alno.*

Et paulo poſt.

*——Platana conſpectior alta.*

Sed & Propertius lib.2.

*Fulua coma eſt, longæq́; manus, & maxima toto*
*Corpore.——*

Vnde eſt & illud Ouidij lib.3. de Arte amandi:

*Si breuis es,ſedeas.——*

Item illud,

*Parua vehatur equo.——*

Virgilius in obſcœno carmine, ſi is eſt:

*O non candidior puella Mauro,*
*O ſed mollior omnibus cinædis,*
*Pygmæo breuior gruem timenti.*

*Diana à proceritate laudata.* Ante hos autem Homerus à proceritate corporis laudat Dianam (quod iam ſupra diximus) & Nauſicaam lib.6.Odiſſeæ,cùm ſcribit primùm:

Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρην ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.

*Omnes hæc capite ſupereminet, & fronte.*

Et ſtatim poſt de ipſa Nauſicaa. *Et Nauſicaa.*

Ἀρτέμιδί σε ἐγώ γε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο
Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐίσκω.

Id eſt,

*Dianæ te erga Iouis filiæ magni*
*Specieq́; magnitudineq́; naturaq́; proximè aſſimilo.*

Locum autem illum priorem ſecutus eſt Virgilius libro 1.Æneidos,de eadem Diana loquens:

*——Gradiensq́; deas ſupereminet omnes.*

Et Ouidius lib.3.Metam.de ea ipſa:

*——Tamen altior illis*
*Ipſa dea eſt,colloq́; tenus ſupereminet omnes.*

Et Statius lib.1. Syluarum de eadem quoque, cui ſtatura corporis ſimilem facit Violentillam: *Violẽtilla.*

*——Latias metire quid ultra*
*Emineat matres,quantum Latonia Nymphas*
*Virgo premit.——*

Nam Dianam Latoniam vocat, quòd eſſet Latonæ filia.Sed vt redeamus ad Homerum, is quoque & à magnitudine laudat Penelopen lib.18. eiuſdem operis non ſemel: & Pandari filias lib.30. *Penelope. Pandari filia.*

Μῆκος δ' ἔπορ' Ἄρτεμις ἁγνή.

Et lib.3. rurſum 16. eiuſdem operis, facit Mineruam ſimilem γυναικὶ καλῇ, τε μεγάλῃ τε, id eſt,mulieri pulchrę, & magnæ.Et apud eundem lib.15.mulier Phœniſſa eſt: *Minerua.*

Καλή τε, μεγάλη τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα.

Id eſt,

*Pulchraq́;,magnaq́;, & ſplendida opera ſciens.*

¶ Ex qua ſententiarum diuerſitate,clarè liquet,nihil eſſe verius,quam Virgilianum illud: *Alijs alia res placẽt.*

*——Trahit ſua quemq́; voluptas.*

Citatur à Barb.noſtro,conſ.38. ſapienter ſcripſit Pſal. miſta,colum.3.lib.2.Non omnibus ſanè idem eſt ſtomachus. Et vt ipſe ſcripſit Homerus Odyſſeæ 14.

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Id eſt,

*Namque alijs aliæ res arridentq́;, placentq́;.*

Et Horatius lib.2.Epiſtol.

*Denique non omnes eadem mirantur, amantq́;.*

Et Litanus ſeruus apud Plautum in Aſinaria.

*Non omnia eadem æquè omnibus, here ſuauia eſſe ſcito.*

Quæ etiam ſententia eſt Pindari Olympiorũ Ode 8.

Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.

Et Plinij lib.22.c.24.cùm dicit,Non eadem omnibus amara eſſe,aut dulcia.Sed tamẽ ſinamus (vt monet Paulus,armarium ſanctarum literarum,ad Romanos 14.)in ſuo quemq́ue ſenſu abundare, & demus (vt dicit Plinius lib.19. Epiſtolarum) aliorum oblectationibus veniam, vt noſtris impetremus: hincq́ue pedem maturè referamus: iam enim tempus eſt, vt lex noſtra ſubtexatur. Hæc igitur erit ſecunda Lex connubialis.

*Formoſiſsimas vndequaq́ue vxores ne ducunto.*
*Sed & deformiſsimarum nuptias contemnunto.*
*Mediocriter ſpecioſas intrepide deligunto.*

*Secunda lex Connubialis.*

# IN TERTIAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS TERTIA.

QVÆ Lex me ſubmonuit, vt antequam ad alia tranſeamus, hoc illud loco ſciſcitemur, poſsitne mulier honeſtè quidem & citra vituperiũ vti ornatu cultuq́ue,atque alijs artibus,quò formoſir, venuſtior,elegãtior ſit,& videatur. Et primum quidem videtur non poſſe, autoritate ſacrarum literarum. Nam diuinus poeta in huiuſce rei vituperium ita ſcribit, Ode.142.Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ, vt ſimilitudo templi. Eſaias etiam de meretrice loquens,cap. 57.Ornaſti,inquit,te regio vnguẽto, & multiplicaſti pigmenta tua.Et Ezechiel quoq; c.23. Circumliniſti ſtibio oculos tuos & ornata es mundo muliebri,&c. & libro 4. Reg.c.9.de Iezabel muliere peſsima: Porrò Iezabel introitu 1

*Mulier an poſsit ſe honeſtè ornare.*

*Contra ornamenta mulierũ.*

troitu

troitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, &c. Stibium enim id eſt, quod officinæ hodie Antimonium vocant, quo mulieres ad curam formæ & decoris præſertim oculorum vtebantur, vt tradit Gal. lib.6. de ſanita. tuend. & Pli. lib. 33. c.6. Hincq; γυναικεῖον Dioſcoridi dictum eſt. Sed vt redeamus, Oſias item de meretrice loquens, c.2. Ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos. Et Eccleſ. c.9. Auerte faciem tuam à muliere compta. Ex quo etiam Gen. 38. Iudas ſuſpicatus eſt Thamar ex ornatu eſſe meretricem.

*Stibium quid ſit.*

2 ¶ Sed audiamus alios, tempore quidem inferiores, nõ tamen eruditione & ſanctimonia. Volo, (ait Diuus Paulus, prioris ad Timotheum epiſtolæ c.2.) mulieres orare in habitu ornato, aut (vt alij vertunt) in amictu modeſto, ſiue honeſto: nam & id quoque ſignificat Græca dictio κοσμίῳ. Et ſubdit Apoſtolus, interpretans verba præcedentia: Cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa. Alterum quoq; eccleſiæ fulmen coruſcum Petrus, in priore Catholica epiſtola, c.3. Mulierum, ait, non ſit extrinſeçus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus. In quo loco gl. quam ordinariam vocant, ex Cęcilio Cypriano, ex lib. de habitu virginum ſic infit: Serico & purpura indutæ, Chriſtum induere nõ poſſunt: auro & margaritis & monilibus adornatæ, ornamenta corporis & pectoris perdiderunt. D. autem Ioannes in Apoc. c.17. introducit meretricẽ quampiam circumdatam purpura & coccino, & inauratam auro & lapide precioſo & margaritis. Vbi ſecundum ſententiã ipſius Cypriani deſcribitur ciuitas meretrix, compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis ſuis, ac propter ipſa potius peritura. Idem, Cyprianus in eo ipſo libro de habitu virginum, hæc ferme in eam rem ſcribit: Cæterum, ſi tu te ſumptuoſiùs comas, & per publicũ notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, ſuſpiria adoleſcentum poſt te trahas, concupiſcendi libidinẽ nutrias, peccandi fomitem ſuccendas, vt etſi ipſa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus te præbeas: excuſari non potes, quaſi mẽte caſta ſis & pudica: redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus. Et iterum: Non virgines tantũ aut viduas, ſed & nuptas puto, & omnes fœminas admonẽdas, quòd opus Dei & facturã eius & plaſma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet deniq; lineamenta natiua corrumpẽte medicamine. Et poſtea ſubdit: Manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formauit, reformare & transfigurare contendunt neſcientes quia opus Dei eſt, omne qđ naſcitur: Diaboli, quodcunq; mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & ſpeciem & corporis qualitatẽ æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam, cõſummatoq; ſimulacro manus alius adferret, vt iam formata, iam picta, quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio videretur. Tu te exiſtimas impunè laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offenſam? Vt enim impudica circa homines & inceſta fucis lenocinãtibus non ſis, corruptis violatiſq; quæ Dei ſunt, peior adultera detineris. Et rurſum: Non metuis, oro, quæ talis es, ne cùm reſurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoſcat? ad ſua præmia & promiſſa venientem remoueat, & excludat? increpans vigore cenſoris & iudicis dicat, Opus hoc meum non eſt, nec hæc imago noſtra eſt: cutem falſo medicamine polluiſti, crinem adultero colore mutaſti: expugnata (aut potius expigmata) eſt mẽdacio facies: figura corrupta eſt: vultus alienus eſt. Deum videre nõ poteris, qñ oculi tui nõ ſint, quos Deus fecit, ſed quos Diabolus infecit: illum tu ſectata es: rutilos atq; depictos oculos ſerpentis imitata es, de inimico tuo compta, cũ illo pariter arſura. Sed & inibi alia multa in hanc ſententiã differit, quæ ſunt in promptu omnibus. Ex quibus D. Auguſtinus multa ad verbũ tranſtulit in lib.4. de doctrina Chriſtiana, c.21. vbi & ipſe multa de hac re ſcribit, quę & tu videre poteris. Sed vt redeamus ad Cyprianum, is in libro de diſciplina & bono pudicitiæ, ita de hac re ſcribit: Semper eſt miſera, quę ſibi non placet qualis eſt. Quid capillorũ mutatur color? Quid oculorum extremitates ſuffocantur? Quid facies artibus in diuerſam formam conuertitur? Quid poſtremò ſpeculum conſulitur? niſi, & cætera, quæ ſequuntur.

*De eadẽ re.*

*Cypriani locus.*

3 ¶ Tertullianus duos libros aduerſus ornatum mulierum conſcripſit: priorem, cui titulum fecit de ornatu mulierum, alterum de cultu fœminarum: in quibus multa in eam rem cõgeſsit. Ex quibus illud ex poſteriori libro excerpſimus: In dominum delinquunt, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt: diſplicet illis nimirum plaſtica Dei: in ipſis redarguunt, reprehendunt artificem omnium: reprehendũt enim, cùm emandant, cùm adijciunt, vtiq; ab aduerſario artifice ſumentes additamẽta iſta, id eſt, Diabolo. Gregorius Nazianzenus verſus in eam quoq; rem elegantiſsimos conſcripſit, quorum initium eſt huiuſmodi.

*De eadẽ re.*

Μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες,
Θρύπτουσαι μαλακὴν αὐχένα ἐκ σκοπέλων,
Μηδὲ θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφετε χρώμασιν αἰσχροῖς,
Ὥς κε προσωπεῖα, κ᾽ οὐχὶ πρόσωπα φέρειν.

Id eſt ad verbum,

*Ne capita turrificate adulterinis crinibus mulieres,*
*Mollientes mollia colla ex ſpecula.*
*Neque Dei formas inungite coloribus turpibus,*
*Vt perſonas & non facies feratis.*

Quorum quidem poſtremus verſus videtur ſumptus ex Locro Poeta antiquo, apud Iulium Pollucẽ lib.5. c.16.

Οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.
*Non faciem, ſed laruam gerit.*

Aut ex Lucilio, cuius carmen poſtea adſcribemus. Et in eam ſententiam multa ſubiungit idem Nazianzenus ad 334. verſus, ex quibus illud mihi admodum placuit:

—Τήρει δέμας, οἷον ἐτύχθη,
Μηδ᾽ ἐθέλει δοκέειν ἀνθ᾽ ἑτέρας ἑτέρα.
*—Serua corpus, quale eſt fabricatum,*
*Neque velis videri pro altera, altera.*

Alter Gregorius, vnus è quatuor eccleſię doctoribus, in Homilia, quam in Euangelium Diui Matth. c.11. edidit. Nemo exiſtimet in luxu, atq; ſtudio pretioſarum veſtium peccatum deeſſe: quia ſi hoc culpa non eſſet, nequaquam Petrus à pretioſarum veſtium appetitu compeſceret, dicens, Non in veſte pretioſa. Penſate ergo, quæ culpa ſit, hoc etiam viros appetere, quo curauit paſtor eccleſiæ, & fœminas prohibere. Hæc Gregorius, qui & ipſe in alia homilia in diuum Lucam c.16. enarrans illud, Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, hæc quoque ſcripta reliquit. Sunt nonnulli, qui cultũ ſubtilium precioſarumq; veſtium non putant eſſe peccatum. Quod ſi videlicet culpa nõ eſſet, nequaquam ſermo Dei tamen vigilanter exprimeret, quòd diues qui torquetur apud inferos, byſſo & purpura indutus fuiſſet. Et paulò poſt: Quam culpam poſſumus melius etiam ex diuerſo colligere: quia ſi abiectio vilis indumenti virtus non eſſet, Euangeliſta vigilanter non diceret. Erat indutus pilis camelorum.

4 ¶ His aſſentitur Auguſtinus ſcribens ad Poſidoniũ: quod & repetitur in c. fucare. de conſecra. diſt.5. Fucare pigmentis (ita enim malo legere, quàm figmentis, quod vulgo legitur) quo rubicundior, vel verecundior appareat mulier, adulterina fallacia eſt: qua non dubito ipſos etiam maritos ſe nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari. Ideo autem legi ſupra, pigmentis: nam ex his fiunt fuci illi, quibus vtuntur. Et hinc Expigmare & Impigmatio, pro fucare, & fucatio, apud Cyprianum in dicto libro de habitu virginum: licèt vulgò ibi legatur,

*De eadẽ re.*

*Decretorũ locus emendatus.*

*Pigmenta. Expigmare. Impigmatio.*



legatur, Expugnare, & Impugnatio, quæ verba non quadrant ſententiæ. Idem in lib. de ſermone Domini: Quanta, inquit, amentia eſt effigiem mutare, naturæ picturam quærere? Tolerabiliora propemodum in adulterio crimina ſunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Diuus quoque Hieronymus (niſi me fallit memoria) alicubi, locus enim nunc nõ occurrit, Illi, ait, oculos Chriſtianos ſcandalizant potius, quę purpuriſſo & quibuſdam fucis ora oculoſq; depingũt, quarum facies Ægyptiacæ nimio (aut ſi mauis minio) candore deformes, idola mentiuntur, quas nec numerus annorum docere poteſt, ꝙ vetulæ ſunt: quæ capillis alienis verticem ſtruunt, & præteritam iuuentutem in rugis annilibus polluunt. Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi naturam cogit in decorem, &c. Et alibi ad Furiam de viduitate ſeruanda: Quid faciat in facie Chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa (quorum alterum ruborem genarum, labiorumq; mentitur: alterum candorem oris, & colli) ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicę mentis indicia. Quomodo flere poteſt pro peccatis ſuis, quæ lachrymis cutem nudat, & ſulcos ducit in faciẽ? Ornatus iſte non Dñi eſt: velamẽ iſtud Antichriſti eſt. Qua fiducia erigit ad cœlũ vultus, quos conditor non agnoſcit? &c. Idem ad Demetriadem de virginitate ſeruanda, puellas redarguit, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutẽ poliunt, vtuntur pigmentis, adſtrictas habent manicas, ueſtimenta ſine ruga, ſoccoſq; criſpantes, vt ſub nomine virginitatis vendibilius pereant.

*Hieronymi locus.*

5 ¶ Diuus item Ambroſius lib.1. de virginibus: Hinc illa naſcuntur incentiua vitiorum, vt quæſitis colorib. ora depingãt, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus meditanẽ adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia, effigiem naturæ mutare, picturam quærere: & dum verentur maritale iudicium, prodere ſuum. Prior enim de ſe pronunciat, quæ cupit mutare quod nata eſt. Ita dũ alijs ſtudet placere, prius ipſa ſibi diſplicet. Quem iudicem, mulier, veriorem requirimus deformitatis tuæ, quã te ipſam, quæ videri times? Si pulchra es, quid abſconderis? Si deformis, cur te formoſam eſſe mentiris? nec tuę conſcientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura, & alia quæ mox ſequuntur. Sed & poſtea quoque paulò ante fi. eiuſdem libri: Cernis, ut pomparum ferculis ſimilis incedat, quæ ſe componit, ut placeat, omnium in ſe uultus, & ora conuertens, eo ipſo, quo ſtudet placere, deformior. Prius enim populo diſplicet, quàm placeat uiro. At in vobis reiecta decoris cura plus placet, & hoc ipſum ꝙ vos non ornatis, ornatus eſt. Certè lacerę vulneribus aures & depreſſæ, onera miſerę ceruicis, nõ ſunt alleuamenta lenarum, ſed diſcrimina metallorum: hinc collum catena cõſtringit, inde pedem compes includit. Nec refert auro corpus oneretur, an ferro. Si ceruix premitur, ſi prauatur inceſſus, nihil preciũ iuuat, niſi ꝙ vos mulieres, ne pereat vobis pœna, trepidatis. Quid intereſt vtrum aliena ſententia, an veſtra vos damnet? hinc vos etiam miſerabiliores, quàm qui publico iure damnantur: ꝙ illi optãt exui, vos ligari, & alia quæ ſequũtur. Idem quoque libro Hexaemèr. 6. c.8. Deles picturam, mulier, ſi vultum tuũ materiali cãdore oblinias, ſi acquiſito rubore perfundas: illa pictura vitij, non decoris eſt: illa pictura fraudis, non ſimplicitatis eſt: illa pictura tẽporalis eſt, aut pluuia, aut ſudore tergitur: illa pictura fallit & decipit, vt neque illi placeas, cui placere deſideras, qui intelligit non tuum, ſed alienũ eſſe, ꝙ placeas, & tuo diſpliceas authori, qui videt opus ſuum eſſe deletum. Dic mihi, ſi ſuprà artificem aliquem inducas, qui opus illius ſuperioris nouis operibus obducat, nonne indignatur ille, qui opus ſuum adulteratum eſſe cognouerit? Noli tollere picturam Dei, & picturam meretricis aſſumere: quia ſcriptum eſt (videlicet 1. ad Cor.6.) Tollẽs ergo membra Chriſti, faciam mẽbra meretricis? abſit. Quòd ſi quis adulterat opus Dei, graue crimen admittit. Graue eſt enim crimen, vt putes, quod melius te homo quã Deus, pingat. Graue eſt, vt dicat de te Deus, non cognoſco colores meos, non agnoſco imaginem meam, non agnoſco vultum, quem ipſe formaui. Reijcio ego quod meum non eſt: illum quære, qui te pinxit: cum illo habeto conſortium: ab illo ſume gratiam, cui mercedem dediſti. Quid reſpondebis?

*De eadẽ re.*

6 ¶ Sed & Diuus Chryſoſtomus, Homilia ad populum Antiochenum 21. Vis inquit, ornare faciem? non Margaritis, ſed modeſtia, & honeſtate: ſicq; vir gratiorem cernet aſpectum. Ille nempe ornatus & zelotypiæ ſuſpicionem inijcere ſæpe ſolet, & in inimicitias, & contentiones, & pugnas. Et paulò poſt: Modeſtia autem ornatus omnem quidem improbam ſuſpicionem expellit: omni aũt vinculo firmius coniugem conciliat. Non enim tam decorum facit formæ natura fieri aſpectum, quam eã ſpectantis affectus. Affectum verò nihil ſic, vt modeſtia, & honeſtas inducere ſolet. Rurſumque paulò poſt: Circa Margaritarum cultum inſania, eſt pompa Satanica. Aurum enim cepiſti, non vt corpus vincias, ſed vt pauperes ſalues & enutrias. Sed & alia multa in eadem Homilia in cultum muliebrem ſcripſit, quæ inibi legere promptum eſt. Quin & in Matthæũ Homilia 8. & in Ioãnem Homilia 60. ad fin. & in epiſtolam ad Hebræos Homilia 28. & in Geneſ. Homilia 36. multa quoq; in eam ſententiã ſcripſit. Sed & aliam Homiliam priuatim edidit, de mulieribus ſe ſertis & auro ornantibus. Idem in Geneſim Homil.41. A cultu, ait, externo innumera fiunt mala. Et nõdum dico animæ nocumenta, arrogantiam, quæ intrinſecus naſcitur, deſpectum proximi, faſtum ſpiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem. Quid quod facilè diripitur ille cultus, & famulorum malignitate, & latronum inſidijs, & ſycophantarum calumnijs. Et infinita mala inuenire in eo licet, & perpetuas amaritudines. Sed & idem multa ſcripſit contra mulieres ſe fucantes & curioſius ornãtes, & in Geneſim Homilia 37. in Matthæum, Homilia 31. & in priorem Epiſtolam Diui Pauli ad Timotheum Homilia 5. Arnobius lib.2. aduerſus Gentes: Idcirco Deus animas miſit, vt diuini põderis & grauitatis oblitæ, gemmas, lapillos, Margaritas, caſtitatis diſpendio compararent? conſpiciendos quærerent corporibus fucos? innecterent his colla? laminas pertunderet aurium? imminuerent frontes limbis? fuligine oculos obumbrarent? nec informibus erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare cæſariem, cutem corporis leuigare? Quanquam ille uideatur loqui de maribus, ut uerba ſequentia oſtendunt.

*De eadẽ re.*

7 ¶ Aurelius Prudentius, Poeta Chriſtianus, in Amartigenia hæc itẽ prodit in mulieres ſe ornantes fucanteſq;:

*De eadẽ re.*

*—Nec enim contenta decore*
*Ingenito, externam mentitur fœmina formam.*
*Ac velut artificis domini manus imperfectum*
*Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hyacinthis*
*Pingere ſubtilibus redimitæ frontis in arce,*
*Colla vel ignitis ſyncera incingere ſertis,*
*Auribus aut grauidis virides ſuſpendere baccas*
*Nectitur & nitidis concharum calculus albens*
*Crinibus, aureoliſq; riget coma texta catenis.*
*Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,*
*Muneribus dotata Dei quæ plaſmata fuco*
*Inficiunt, vt pigmentas cutis illita, perdat*
*Quod fuerat, falſo non agnoſcenda colore.*
*Hæc ſexus malè fortis agit, &c.*

Auſonius quoque quodam Epigrammate Deliam increpat, quod meliore cultu uteretur.

*Delia nos miramur: & eſt mirabile, quòd tam*
*Diſſimiles eſtis, tuq; ſororq; tua.*
*Hæc habitu caſto, cùm non ſit caſta, videtur:*
*Tu præter cultum nil meretricis habes.*
*Cùm caſti mores tibi ſint, huic cultus honeſtus:*
*Te tamen & cultus damnat, & actus eam.*

Poſtremò

Poſtremò Clemens Alexandrinus lib. Pædagog. 2.c. 10.& 12.& iterum libro eiuſdem operis tertio, c.2.& 3. vbi multa in hanc ſententiam adducit, & inter alia dicit in d.c.2. nimium ſui ornandi ſtudium, maius eſſe vitiū, quàm ebrietatem. Et è recentioribus Theologis D.Bernardinus in lib.de Euangelio æterno, Sermone 47. & in lib.de Chriſtiana religione, Sermone 44.& iterum 46.& 47. Cuius ſi vera eſt in ea re ſententia, nullam ferè reperias, quæ in ea re quotidie mortaliter (vt theologi loquuntur) non peccet.

8 *De eadē re. Ex externis ſcriptoribus.*

¶ Et hæc quidē de Chriſtianis ſcriptoribus. Sed nec externi & Ethnici huic deſunt ſententiæ. Xenophon in Oeconomico, fucum muliebrem grauiter & copioſè taxauit. Nam eo in opere Iſchomachus hac Iſagoge vxoris vitium caſtigat, quam viderat ceruſſa, ſtibio, cæteriſq; huiuſmodi fucis & pigmentis vtentem, quo formoſior videretur. Dic mihi, inquit, vxor, nonne hiſce legibus matrimonium iniuimus, vt quod eſſet vtriq; facultatum, inuicem communicaremus? Annuit illa. Iam, ait, ſi poſtquam tu tuam portionem bona fidei contuliſſes, ego pro veris gemmis fictitias, pro auro puro adulterium darem, pro torquibus aureis vitrum auri bracteis oblitū, pro monilibus ſolidis ligna auro, argento, & incruſtamentis obducta: num boni conſuleres, aut iudicares, me plus tibi contuliſſe, ſi talibus technis tibi imponerem, quàm ſi, qđ haberem, vti eſt, in medium conferrem? Quod illa excipiens, caue, inquit, ne mihi talis ſis: neque enim te ex animo amare poſſem. Quo audito, ille ſic perrexit: At qui nos in hoc potiſſimum conuenimus, vt alter alteri corporum noſtrorum copiam faceremus. Quod cum vxor annuiſſet. Sumne, inquit, tibi gratior aut carior futurus, ſi corpus hoc vti eſt, nullo medicamento vitiatum communicem, an ſi os, oculoſq; minio infectos, tibi ex oſculandos præberem? At ego, inquit, vxor, minium nunquam attigerim, neque fucatos oculos gratius, quam tuos aſpexerim. Et mihi, ait, ille, puta mentem eandem eſſe: nec tā mentito (quē tu ceruſſa ſtibioq; inducis) colore delectari, quàm tuo natiuo. Quo tam cōmodo ſermone caſtigata mulier, abiecit oīa tectoria, formæque medicamenta.

9 *Ornamentum magis dehoneſtat, quàm ornat.*

¶ Author eſt Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, & in Lyſandro, & in præceptis connubialibus, ꝙ cùm aliquando Dionyſius tyrannus Siculus Lyſandri filiabus veſtes, muliebremq; mundum miſiſſet, recuſauit ea Lyſander, inquiens, vereri ſe, ne huiuſmodi ornamentum dehoneſtaret potius filias, quàm ornaret. Id quod & idē Plutarchus in ipſis Apophthegmatis aſſignat Archidamo Zeuxidami filio. Ante vtrumque autem Sephocles: Non hic eſt ornatus, ò infelix, verùm dedecus videbitur, tuæque inſania mentis. Ornamentum enim eſt (vt inquit Crates) quod ornat: ornat autem, quod honeſtiorem mulierem facit: talem verò præſtat non aurum, nō ſmaragdus, non coccineus color: ſed quæcunq; grauitatis, moderationis, & pudoris ſpecimen adhibet. Hæc Plutarchus. In quam etiam ſententiam eſt ſenarius ille, Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' ὁ χρυσία.

Id eſt, ad verbum:

*Mulieri ornamentum mores, & non aurum.*

*Mulieri ornamētum mores, non aurum.*

Refert Iuſtinus lib.20. Pythagoram Samium Crotonienſem populum in luxuriam lapſum, autoritate ſua ad vſum frugalitatis reuocaſſe: hocq; inter cætera aſſiduitate diſputationis fuiſſe conſecutum, vt matronæ auratas veſtes, cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta, velut inſtrumenta luxuriæ, deponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent: præferentes vera ornamenta matronarum, pudicitiam, nō veſtes eſſe. Apud Lacedæmonios fœminis ornatus omnis ac mundus muliebris ereptus eſt, Neque enim eis licuit comam nutrire, neque aurum geſtare, vt tradit Heraclides in Politia Lacedæmoniorum. Ariſtoteles cenſet mulierem minori cultu atque apparatu vti debere, quam leges moreſq; patriæ præſcribant, quippe quam conſiderare oportet, ꝙ nec veſtimentorum nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo tantum valet ad mulieris laudem, quantum modeſtia in rebus, ac ſtudium honeſtē decoreque viuendi. Ælianus lib.12. de Varia Hiſtor. inter magnas Aſpaſiæ laudes, quæ primùm Cyro nupſit, & poſtea Artaxerxi Perſarum Regi, non vltimo loco ponit, quòd ab omni curioſitate muliebri, & ornatu eſſet aliena.

*Mulierum ornamenta pudicitiam eſſe, non veſtes. Lacenæ aurum nō geſtabant.*

*Aſpaſia omnis ornatus expers.*

¶ Scaua Plautina in Muſtellaria:

*Scita es tu quidem:* 10 *De eadē re.*
*Noua pictura interpolare vis opus lepidiſſimum.*
*Non iſthanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere,*
*Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam.* Et paulò poſt:
*Ecaſtor, mulier rectè olet, vbi nihil olet.*

*Bene olere, nil olere.*

*Nam iſtæ veteres, quæ ſe vnguentis vnctitāt, interpoles,*
*Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant,*
*Vei ſeſe ſudor cum vnguentis conſociauit, ilico*
*Itidem olent, quaſi cùm una multa iura confundit coquus.*
*Quid oleas, neſcias, niſi id vnum malè olere intelligas.*

Cui ſententiæ reſpondens Tullius lib. Epiſtolarū ad Atticum 2. Epiſtola 1. Quanquam tua illa horridula mihi atq; incompta viſa ſunt, ſed tamen erant ornata hoc ipſo, quòd ornamenta neglexerant: & vt mulieres ideò bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Ad quod etiā reſpicere uidetur arbitri ſententia apud Hieronymum ad Demetriadem, de virginitate ſeruanda: Non bene olet, qui bene ſemper olet. Quam & ipſam expreſsit Martialis lib.2. ad Poſthumum.

*Poſthume, non bene olet, qui bene ſemper olet.*

Ad quod ēt alludens idē Martialis lib.6. in Coracinū:

*Rides nos Coracine nihil olentes,*
*Malo, quam bene olere, nil olere,*

Idem in Gelliam. lib.3.

*Quod quacumque venis, Coſmum migrare putamus,*
*Et fluere excuſſo cinnama fuſa vitro:*
*Nolo peregrinis placeas tibi Gellia nugis:*
*Sic puto poſſe meum ſic bene olere canem.*

*Nugæ quæ*

Nugas autem appellat Martialis (ut id in tranſcurſu dicam) ornamenta muliebria: ita enim peculiariter ea antiqui vocabant, vana prorſus, inutiliaque, atque futilia. Hincq; e Plautus in Aulularia nugiuēdos vocat, qui res huiuſmodi vendunt mulieribus, vt teſtatur Nonius Marcellus. Verba Plauti ſunt hæc:

*Nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.*

*Nugiuēdi*

11 *De eadē re. Anus ornata ridetur*

¶ Sed ut redeamus, quia Plautus, vbi ſuprà, locutus eſt de iſtis uetulis, quæ etiamnum ſe ornant: in memoriā venit, quod Protagoras, cùm vidiſſet anum ornatam Ε'ι μὲν, inquit, πρὸς ἄνδρας, ἐπλανᾶθαι, εἰ δὲ πρὸς τάφον, ἐκοσμήθης. Si ad viros, falleris: ſi ad ſepulchrū, ſatis ornata es. Autor Antonius Monachus Meliſſæ tomo 2.c.34. At Propertius, vir alioquin mulierarius, in vniuerſum ornatum fucumque mulierum multis verſibus notat, libro 1. ad Cynthiam, Eleg.1.

*Quid iuuat ornato procedere vitta capillo?*
*Et tenues Coa veſte mouere ſinus?*
*Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?*
*Teq; peregrinis vendere muneribus?*
*Naturaq; decus mercato perdere cultu?*
*Nec ſinere in proprijs membra nitere bonis?*

Et cætera quæ ſequuntur. Idem quoq; lib.2. eandem Cynthiam ita ueluti caſtigat, Eleg.19.

*Nunc etiam infectos demens imitare Britannos.*
*Ludis & externo tincta colore caput.*

Et ſubdit.

*Vt natura dedit, ſic omnis recta figura.*
*Turpis Romano Belgicus ore color.*
*Illi ſub terris fiant mala multa puellæ,*
*Quæ mentita ſuas vertit inepta comas.*

Quos uerſus nemo non interpretabitur rectè, qui legerit



*Glaſtum.*

gerit Cæſarem lib. Commentariorum 5. de libello Gallico, hæc ſcribentem: Oēs ſe Britanni glaſto inficiunt, qđ ceruleum efficit colorem. Et Plin. lib.22.c.1. Simile plantagini glaſtum in Gallia vocat, quo Britannorum coniuges nuruſq; toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedūt. Ex quo eſt ēt illud Martialis lib.11. epig.54.

*Claudia cæruleis cùm ſit Rufina Britannis*
*Aedita, cur latiæ pectora plebis habet?*

Et in Apophoretis:

*Barbara depictis veni biſcauda Britannis.*

Increpat igit Propertius Cynthiam, ꝙ Britannos imitata, glaſto ſe inficeret, cùm turpe ſit Romanæ matronæ Belgico, id eſt, Gallico fuco faciē colorare. Id glaſtū hodie Galli vulgò Gualdum, ſiue Guadum, ſiue Paſtellum appellant, Græci aūt Iſatidē: qđ obiter dicere voluimus.

*Gualdum. Iſatis.*

12 *De eadē re.*

¶ Sed & vt ad inſtitutum propoſitum reuertamur, in illam quoque ſententiam eſt Lucilij feſtiuiſſimum illud Epigramma, libro 2. Epigrammatum Græcorum.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας ὄποτε βάψεις,
Οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ καταπλάττε
Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος,
Καὶ ψιμύθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

Id eſt, ferè ad verbum:

*Caput quidem tingis: at ſenium nunquam tinges.*
*Nec genarum rugas erugabis quandoque.*
*Non igitur faciem totam pſimytho collinas,*
*Ne perſonam habere videare, non faciem.*
*Nil ſiquidem eſt amplius, Quid furis? nunquam fucus,*
*Et pſimythus Hecubam reddiderit Helenam.*

*Pſimythus quid? Ceruſſa quō fiat.*

*Phrines hiſtoria memorabilis.*

Eſt autem pſimythus (vt illud obiter dixerim) ceruſſa, vt ſcribit Plin. lib.34.c.vlt. vbi docet quemadmodum fiat, ſicuti ēt facit Vitruuius lib.7. Architecturæ, c.12. & Dioſcorides lib.5.c.94. & è recentioribus Cardanus, qui alios non memorat, lib. de Subtilitate 5. Galenus aūt in Exhortatione ad bonas artes, hiſtoriā refert de Phryne, de qua alibi locuti ſumus. Hæc, inquit, cùm eſſet in quodam cōuiuio, in quo ludus hic agebatur, vt ſinguli per vicem imperarent quæ vellent: vidiſſetq; mulieres adeſſe, anchuſa, ceruſſa, & fuco pictas, iuſsit inferri aquā, moxq; præcepit, vt oēs aquæ immerſas manus ſemel admoueret ad faciem, deinde vt ilicò linteo extergerentur. Atq; hoc ipſa prima omnium fecit ac cæteris quidem omnibus fœminis facies maculis opplebatur. Diceres te videre quaſdam ad terrorē factas imagines. Ipſa verò pulchrior apparebat, quàm antea. Sola enim carebat artificio formæ: ſed ſpeciem habebat natiuam, nihil opus habens malis artibus ad formæ cōmendationem. Hæc Galenus. Ex quibus facilè apparet, huiuſmodi fucos ſæpè in cōtumeliam & opprobrium fœminarum cedere. Quibus adſtipulatur illud Ouidij lib.2. Faſtorum, de Lucretia:

*Forma placet, niueuſque color, flauiq; capilli,*
*Quiq; aderat, nulla factus ab arte decor,*

Et paulò poſt:

*Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina neuit,*
*Neglectæ collo ſic iacuere comæ.*

*Mulieris ornatus eā impudicā declarat.*

Sed & Iuuenalis multa in eam ipſam rem paſsim conſcripſit, atque etiam Lucianus in eo Dialogo, cui titulus eſt, Ἔρωτες, quæ, ne ſim lōgior, prætermitto. Plinius in Panegyrico laudat vxorem Traiani, ꝙ eſſet modica cultu. Apud Liuium 1. Decad. lib.8. Minutia & ipſa Veſtalis ſuſpecta, primò pp mundiorem iuſto cultum, deinde inceſtus inſimulata, & tandem damnata fuit. Apud Terentiū adoleſcentes illi ex ſordibus & negligentia cultus ancillæ, colligunt argm pudicitiæ dominæ. & Ant. Monachus tom.2. Meliſſæ, c.33. & Maximus Philoſophus & Martyr, Locor. cōium, c.39. ſcribunt, vxorem Philonis interrogatam, quamobrem ſola in conuentu mulierum nō geſtaret ornatum aureum, reſpondiſt, ὅτι αὐτάρκης κόσμος μοί ἐστιν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή. Id eſt, qm ſufficiens ornamentum mihi eſt mariti virtus. De eadem refert Plutarchus in vita illius Photionis, quòd cùm Ionica quapiam Athenas profecta, aureos illi torques, varijſque gemmis diſtincta monilia, mundum ſui corporis oſtentaſſet: illa tum: Meum verò, inquit, ornamentum eſt Photion.

*Mulieris ornamentum, viri virtus.*

13 *Mulier foris ornata, aliquid mali quærit.*

¶ Nec interim prætermittenda eſt grauis ſententia Euripidis, qua pronunciauit, mulierem, quæ abſente marito extra domum ad pulchritudinem ſe comit, referendā eſſe in album improbarū. Nihil enim eam cogere foris ornatam præ ſe ferre faciem, niſi quid mali quærat:

Γυνὴ δ' ἀπόντος ἀνδρὸς, ἥ τις ἐκ δόμων
Εἰς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ', ὡς οὖσαν κακήν.
Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπῆ
φαίνειν πρόσωπον, ἢν τι μὴ ζητεῖ κακόν.

*Zeleuci lex de cultu mulierum.*

Nec quod à Zeleuco, prudentiſſimo Locrorum legiſlatore ſuis legibus ſtatutū eſt, ne liceret mulieri aureis ornamentis circomponi, neque contextis indumentis, arteque laboratis venuſtari, niſi cùm ſcortari atque amatorem ſibi moliri ſtuduerit. Atq; ita facillimè eò pœnæ genere, vituperio ſcilicet probri, perniciem omnem deliciarum, atque intemperantiæ labem coercuit excluſitq; licentiæ procacitatem, maxima impudicitiæ irritamenta. Nemo enim tam perditæ libidinis inueniri poterat, qui domeſtica atteſtatione, & proprio ſuæ turpitudinis teſtimonio, vellet ſe perpetuo inter ciues probro ludibrioue dānare: vt proditū eſt à Diodoro Siculo, li. Biblioth.12.

14 *Statuta de fœminarum ornamentis.*

¶ Et vt de noſtris quoque ſcriptoribus loquamur, his accedit, quod Bal. in proœmio Gregoriano, col.5. in verbo, violentos, ſcribit, ꝙ Epiſcopi poſſunt facere ſtatuta, per quæ ſeruetur honeſtas, puta ꝙ mulieres ſibi ceruſſam non imponant. Iterumq; poſtea ſubdit, quod valet ſtatutum Epiſcopi, quo fulminatur excommunicatio contra mulieres portātes veſtes ſuperuacuas, vel nimis ſumptuoſas, ſiue prouocantes ad libidinem. Id quod longè lateq; ante eum diſputauerat Io. Andr. in regula, ea quæ fiunt, de reg. iur. lib.6. in Mercuri. Cuius diſſertationem ad verbum fermè conſcripſit Alberic. in l. factum à iudice. ff. de reg. iur. & in tract. ſtatutorum, in 2. parte, q.198. ipſe Io. in Nouella, & Pet. Anch. in repet. c. Canonū ſtatuta, in 11.q. principali, ver. ſuper hoc termino, extra de cōſt.

15

¶ Denique illud ignorare non debent mulieres, tm̄ abeſſe, vt pulchriores euadant immodico cultu, vt cōtra ſua innata ac genuina pulchritudo, quodammodo hoc cultu obſcuretur: vt videre omnibus licet, & teſtat Lucianus in eo libello, cui titulum fecit, περὶ τῶ οἴκ. cuius hæc verba ſunt, Græca quidē illa, ſed in hanc ſententiā, Dico equidem mulieribus formoſis non modò nihil cōferre ornatum illum multum ad augendam pulchritudinem, ſed contra aduerſari potius: quandoquidem illorum, qui fortè ea aſpiciunt, vnuſquiſque auro & lapillis pretioſis obſtupefactus, relictis colore, vultu, ceruice, cubito, alioqui laude & admiratione dignis, ad ſardam, vel ſmaragdum, vel monile, vel armillas reſpicit. Sunt tamen qui exiſtiment, mediocrem formam nonnihil illuſtrari huiuſcemodi ornamentis, ſed deformitatem illis augeri. Et inter hos Philoſtratus in Iconibus libro 2. vbi de Melete loquitur.

16 *Pro ornamentis fœminarum.*

¶ Contra vr̄, id ſaltem mulieribus, maximè coniugatis, ſi non viris, eſſe conceſſum, vel autoritate noſtrorum Iuriſconſultorum, qui Romanorū leges prohibentes donationem inter virum & vxorem, ita ſunt interpretati, vt vir vxori dare poſsit impenſas, quas factura ſit, quò ſe honeſtius ornaret, text. eſt in l. ſed ſi vir ex lana. §. ſi vir uxori munus. ff. de don. inter virū & uxo. Poſsit item pecuniam uxori in unguenta dare. ea. l. §. non uidetur. & l. quod autem. §.1. eod. Sed & ipſe Imperator uiris duntaxat uetuit, non item mulieribus, ne auratas ueſtes & ſericas deferrent. l.1. & 2. C. de ueſti. holo. & aura. libro 11. Quod & ſuper utroque loco annotarunt gl. & Doct. inter quos Nicol. Neapo. & Io. Plat. dicit arg. eſſe, ꝙ ſtatutum

*Viris tantū non mulieribus auratæ & ſericæ veſtes interdictæ.*

tum prohibens portare quaſdam veſtes & ornamenta, comprehendit ſolum viros, non autem fœminas. & dicit id ſingul. Plat. licèt contra pungere videatur Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 2. ver. 4. prędicta. ff. de iuriſd. omn. iud. Sed priorem ſententiam confirmat, quod traditum eſt a Bene. in rep. c. Ray. in verbo, duas habēs filias, nu. 23, ſtatutum prohibēs ferri margaritas, non cōprehendere mulieres: in idq́; citat Bar. in l. 1. ff. de fonte, qui tñ id non dicit, ſed aliud quippiam, quod haud multò poſt dicemus.

17 *Locus 11. lib. C. emēdatus.*

¶ Eſt ergo in tranſcurſu corrigenda dictio mendoſa, quæ in d. tit. de veſti. holo. & aur. eſt, tam in rub. quam in l. temperent. vbi enim paſsim legitur Oloberis, & Olobera, tu vel Holobryzis, & Holobryza legito. ὅλον enim Græci totum appellant, ὄϐρυζον, aurum, quaſi ἄϐρυζον, id eſt, ſyncerum, purum, delicatum, quod ſæpè igne excoctum eſt, ita vt amplius in coctione non minuatur, vt ex Phocionis ſententia ſcribit Hermolaus, enarrās illud Plinij. lib. 33. c. 3. Auriq́; experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, quo ignis: atque id ipſum obryzum vocant. Hieronymus autem in Hieremiā, dici putat, quaſi Ophiriſum, qm̄ ex Ophir inſula aurum laudatiſsimum euehebatur. Et hinc nummi ſiue ſolidi obryzati dicuntur in l. 3. C. de vete. numiſ. pot. lib. 11. & in l. 1. C. de oblat. vot. lib. 12. quanquā in vtroq; loco mēdum eſt in antiquis codicibus. Et ita Holobryza ſit veſtis, quæ ex ſolo obryzo fit, ſiue q̄ tota eſt ex obryzo, quæ lectio Alciato placuit.

*Obryzum, aurum. Ophiriſum aurum. Obryzati ſolidi. Holobryza veſtis.*

Vel ēt potes legere, vt & idē dicit, & vr̄ legiſſe Bal. Holobaris, vt eas veſtes intelligas, quæ ob aurū in textum graues ſunt. βαρὺ. n. graue ſignificat. Inde apud Homerū, βαρείας χεῖρας. Beroaldus aurū legit Holoſericis, & Holoſerica, vt videlicet Holoſerica veſtis ſit, quę tota ſerica eſt, ſiue alia materiæ, de qua Varro περὶ φθορᾶς κόσμου, apud Nonium Marcellum, vbi de ſtola: Mulierem aliam cerneres cum ſtola Holoſerica. & Flauius Vopiſcus in Tacito Imperatore, Holoſericam, ait, veſtem viris omnibus interdixit. Et longo ante interuallo, imperante ſcilicet Tiberio, Senatuſconſulto ſancitum eſt, ne veſtis ſerica viros fœdaret: vt ſcriptū reliquit Cornelius Tacitus Hiſtoriæ Auguſtæ, lib. 2. Ex quibus & Senatuſconſulto, & Taciti Imperatoris ſanctione, de viris tantum loquenti-

*Holobaris veſtis. Βαρὺ quid. Holoſerica veſtis.*

19 bus, poſſunt videri ſumpſiſſe originem & aliæ ſequentiū Imperatorum leges, quæ in d. tit. ſunt poſitæ. De hac veſte quoque loquitur Flauius Vopiſcus, apud quem Aurelianus Imperator veſtem holoſericam ne in veſtiario quidem habuit, dicens nolle ſe penſare auro fila. Nam libra auri tunc libra ſerici veniebat. Ælius quoque Lampridius, referens Heliogabalum primum Romanorum holoſerica veſte vſum, cùm iam ſubſerica in vſu eſſet: ſubdit poſtea, veſtem ſericam in raritate fuiſſe, & honore. Idem autor ſcribit, Alexandrum & ipſum Imperatorē, veſtes ſericas raras habuiſſe, holoſericas nūquam induiſſe, ſubſericam nunquā donauiſſe. De veſte ſerica & ſubſerica etiam fit mentio in l. vlt. §. diui. ff. de publ. & vecti.

18 *Subſerica veſtis. Bombycina veſtis. Bombyces ſericarij.*

¶ Eſt autem ſubſerica (vt illud quoque attingam) cui & alia materies intexta eſt, de qua fit mentio in l. vlt. §. diui. ff. de public. & vectig. At veſtis ſerica, & holoſerica à peritis quibuſdam bombycina vocatur. Sunt enim, vt tradit Iulius Pollux lib. Onomaſtici ſeptimo, c. 17. bombyces illi vermiculi ſericarij, qui ſcilicet ſericum (ita dictum, quòd apud Seres naſcatur, vel quia etiam Seras illos vermiculos vocant) conficiunt eo modo, quē ſcribit Clemens Alexandrinus, lib. 2. Pædagog. cap. 10. Procopius Cæſarienſis Belli Perſici lib. 1. & Seruius enarrans illud libro 2. Georg.

*Velleraq; vt ſolijs depectant tenuta Seres.*

Et diuus Baſilius in lib. Hexaemer. congreſsione octaua & diuus Ambroſius lib. eiuſdem tit. 5. c. 3. & noſtra tempeſtate Franciſcus Grapaldus, vir vtique doctiſsimus libro 2. de partibus ædium, quo loco de veſte diſſerit. Et de his quoque uermibus ſericarijs, loquitur gl. in l. plenū, in prin. in uerbo, ſolus. ff. de uſu & habi. Sunt tamen, qui alteram ab altera diſtinguant, ſericam ſcilicet à bombycina: quibus accedo, fretus autoritate Vlpiani & Pauli Iuriſconſultorum, qui illas diſſeparant. Ille quidem in l. ueſtis, in prin. ff. de auro & argen. leg. Hic in lib. 3. Sententiarum receptarum, tit. de uſufruct. §. ueſte legata. Eſt igitur Bombycina ueſtis, quæ ex bombycis uermiculi capillamento depectitur: de qua Propertius libro 2. Eleg.

*Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.*

Et Iuuenalis Saty. 6.

*Hæ ſunt quæ tenui ſudant in cyclade, quarum*
*Delicias & panniculus bombycinus vrit.*

Et Martialis lib. Epig.

*Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.*

Sericū autē eſt aliud lanæ genus, quod apud Seres Indos ex arboribus depectitur: de quo & Horatius in Epodo;

*Inter ſericos iacere puluillos amant.*

Et Seneca Tragœdiographus in Hippolyto:

*Remouete famulæ purpura atque auro illitas*
*Veſte,: procul ſit muricis Tyrij rubor,*
*Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.*

Et in Hercule Oetæo:

*Nec Mæonia diſtinguit acu.*
*Quæ Phœbeis ſubditus Euris,*
*Legit Eois hæc arboribus.*

Et de his quoque loquitur Ammianus Marcellinus, lib. 21. & Plinius lib. 6. c. 17. Seres, inquit, lanitio ſyluarū nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminus fœminis noſtris labor, retordiendi fila, rurſumq́; texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. Hæc ille. Hoc autem lanitium unde, & qūo conficiatur, oſtendit Pauſanias in fin. 6. libri, & Iulius Solinus in Polyhiſtore (ita enim liber inſcribitur) c. 58. ubi & hoc tandem ſubiungit, huic loco ſatis accommodatum: Hoc illud eſt ſericum in uſum publicum damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtendere potius corpora, quàm ueſtire, primò fœminis, nunc uiris perſuaſit luxuriæ libido.

*Ornamēta nō tam fœminas dedecere quā viros.*

¶ Ex quo apertè ſignificat Solinus, huiuſmodi ueſtes ſericas, non adeò dedecere fœminas, ſicuti & uiros. Qđ & ſatis inſinuat Plinius, de Bombyce loquens, libro 11. c. 23. in hæc uerba: Nec puduit has ueſtes etiam uiros leuitate uſurpare, propter onera æſtiua, in tantum a lorica gerenda diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam ueſtes. Aſſyria tamē bombyce adhuc fœminis cedimus. Et Valerius apud Liuium, lib. 4. Belli Macedonici, Purpura, inquit, uiri utemur? fœminis uſum purpuræ interdicemus? & cum tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti, matrē familias tuam purpureum amiculum habere non ſines? Aurelianus Auguſtus calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos uiris omnibus abſtulit: mulieribus aūt reliquit, ut tradit Vopiſcus Syracuſius. Quintilianus autem lib. 11. c. 1. poſt princ. tradit monilibus ac margaritis, quæ ſunt ornamenta fœminarum, uiros deformari.

20 *Fœminis licet ornamenta ex auro deferre, viris nō licet.*

¶ Sed & hoc ipſum nominatim ſanciūt leges noſtræ, permittentes fœminis ex auro & gemmis ſibi ornamenta conficere, & conferre: uiris autem expreſsim hoc prohibentes, in l. 1. C. nulli lice. in fræ. lib. 11. ubi & hoc Bar. Ang. & Io. Pla. annotarunt. Secundum quam ſententiam Alex. Seuerus, cuius nuper meminimus (is eſt, cuius tam frequens eſt in noſtris legibus mentio) gemmas ſibi oblatas uendidit: muliebre eſſe exiſtimans, gemmas poſsidere, quæ neque militi dari poſsint, neque a uiro haberi. Ideoque Bal. in l. quod non ratione. ff. de legib. dicit, qđ ſtatuta, quæ quotidie fiunt contra dominas, ne margaritas deferant, & ſimilia, ſunt præter rationem, & ideo non debent extēdi. Sequitur Cæpolla in l. mulieris. ff. de uerb. ſign. & in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de ſeruitu. aquæ hauſtus, col. pen. Et idem uoluit Maria. nulla Baldi mentione facta, in repet. c. ueniens, col. 13. uer. præterea contra

*Statuta prohibētia fœminis deferre margaritas, ſunt irrationabilia.*

tra



tra dictam deciſionem, de accuſ. vbi dicit, huiuſmodi ſtatuta maximam ſapere iniquitatem. Vnde non mirum videri debet, ſi hoc ſtatutum non procedat in his, quæ deferunt margaritas fictitias, & adulterinas, & non veras. quod voluit Bar. in l. 1. per illum tex. ff. de fonte. Ro. conſil. 405. præſuppoſitis terminis, col. 1. & Barb. in repet. l. cùm acutiſsimi, col. 122. ver. 10. facit. C. de fideic. & Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is, in vlt. no. ff. de lib. & poſth. in 2. lect. & Catel. Cotta, qui & hoc dicit ſing. in memor. incipien. ſtatuta ꝙ bannitus. Porrò Valerius Maximus lib. 2. tit. 1. ſcribit ſancitum fuiſſe à Rom. vt fœminæ purpurea veſte, & aureis ſegmentis vti poſſent. Idem lib. 2. tit. 1. autor eſt, Vini vſum olim Romanis fœminis fuiſſe ignotū, ne in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero Patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. Cæterùm vt non triſtis earum, & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & auro abundāti, & multa purpura vſæ ſunt, & quò formā ſuam concinniorē efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt.

*Ro. purpuram et aurum fœminis conceſſerunt.*

21 *Mulierum impotentiſſimus affectus in ornatu.*

¶ In qua re Romani, vt plerunque aliàs, prudētiſsimi extiterunt, qui nulla alia re magis quàm auro, argento, purpura, & cætero ornatu vxores in ſuam ipſorum ſententiam traducere, ſicq́ue abſtemias efficere potuerunt. Probè quidem mulierum cupiditates nouerunt, quarum imperfectiſsimus affectus ſemper in veſtibus, ſemper in auro, ſemper in lapidibus pretioſis, & ornamentis extrinſecis gloriam ponit, vt ſcribit Diuus Hieronymus (ſi is eſt, quod non crediderim) in regula ſanctimonialium, c. 28. Sed haud dubiè Hieronymus ipſe ad Gaudentium, de educatione Pacatulæ infantulæ, φιλόκοσμον, inquit, id eſt, (vt Græcæ linguæ ignaris interpreter) ſtudioſum amanſq́ue ornatus, genus fœmineum eſt: multaſq́; inſignis pudicitię, quamuis nulli virorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari. Idem ad Demetriadē de virginitate ſeruanda ſcribit, ad corporis ornatum cultumq́; ardere ac inſanire ſtudia matronarum. Idem, aut Iulianus (vt putat Beda) aut alius quiſpiam (vt mauult Eraſmus) ad ipſam Demetriadem de virginitate: Seculi, inquit, virgines vt ſponſis placeant, eoſq́; in amorem ſui magis incitent, mira ſe ſolicitudine formare ſtudent, & naturalem corporis pulchritudinem ornandi arte commendant. Hæc eſt illis per dies ſingulos cura præcipua, decentibus fucis colorare faciem, implicare auro crinem, & ardētes concharum lapides capitis honorem facere, ſuſpendere ex auribus patrimonia, brachia ornare monilibus ac latera, & incluſas auro gemmas à collo in pectus demittere. Legerat (vt opinor) illud Senecæ de Beneficijs, lib. 7. Video vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos. Iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt. Iunguntur inter ſe, & inſuper alij binis ſupponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia, auribus ſingulis pependiſſent. Quin & Plautus (vt id illi addas) in Epidico ſcribit, mulieres eſſe totis fundis exornatas. Et Ouid. libro 3. de Arte amandi, illud grauiter proclamat:

*Quis pudor eſt, cenſus corpore ferre ſuos?*

*Ornatus muliebris totis cenſibus & patrimonijs redēptus.*

In quam etiam ſententiam Columella in præfatione lib. 2. grauiter quoque damnat veſtes muliebres totis cenſibus redemptas. Et Propertius libro Eleg.

*Matrona incedit cenſus induta nepotum.*

Id eſt, poſterorum, ad quos erant peruenturi ſine nimia illa ornamentorum profuſione, ob quam ſcilicet, poſteri cenſu ſuorum parentum fraudantur.

22 ¶ Sed vt ad Senecam redeamus, is ad ea, quæ ex ipſo adduximus, illud ſubdit: Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſint, in quibus nihil eſt, quod defendi aut membra, aut corpus, aut deniq; pudor poſsit. Quibus ſumptis mulier parum liquidò nudam ſe non eſſe iurabit. Et Diuus Ambroſius in lib. de Nabuthe Iſraelita, c. 5. Delectātur, ait, compedibus mulieres, dummodò auro ligentur: non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſunt: non putant vincula eſſe, ſi in his theſauri corruſcent: delectant & vulnera, vt aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeāt: habent & gemmæ pondera ſua: habent veſtimenta frigora ſua. Sudatur in gemmis, algetur in ſericis: tamē pretia iuuant: & quæ natura auerſatur, commēdat auaritia. Smaragdos, & hyacinthum, beryllū, achaten, topazion, ametyſtum, iaſpin, ſardam, ſummo quærunt furore, vel ſi dimidium patrimonij petatur. Non parcunt diſpēdio, dum indulgēt cupiditati. Ante hos Diuus Chryſoſtomus in Geneſ. Homilia 41. Multa eſt mulierum mollities, & omne ſtudium in cultu veſtium, in auratis, & collaribus, & externo ornatu: animæ verò nulla eſt cura. Quibus reſpondet & illud Cornelij Celſi, cuius hæc verba ſunt ex lib. 6. c. 5. Eripi fœminis cura cultus ſui non poteſt. Sed & Valerius ipſe lib. 9. tit. 1. loquens de abrogatione legis Oppiæ, qua cultus muliebris frænis quibuſdam fuerat coercitus: Si animi (inquit) muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt, in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent. Et mox huius rei rationē reddit: Mulieres, inquit, imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conuertere. Syneſius Cyrenenſis in Oratione de laudibus Caluitij: Fœminis, inquit, ſemper & vbique terrarum fuit decorum ſtudium comendi. Plinius lib. 9. c. 35. Elenchos, inquit, digitis ſuſpendere, & binos & ternos auribus, fœminarum gloria eſt.

23 *Mulieres ſuæ ſalutis immemores, dum coluntur.*

¶ Galenus, quo loco coſmetica commemorat, quę nigricant, dealbant, rufant, aliaſve venuſtant, capillos (quæ fœminarum peculiaris cura eſt) ait vidiſſe ſe compluſculas mulieres immodica affectati capillitij curioſitate defunctas, cùm caput huiuſmodi pharmacis medicamentiſq́ue lethifera frigiditate vexarent. Locus eius rei eſt, lib. 1. de Medicamentorum compoſitione ſecundum locos, c. 19. quod & idem ſcribit Aetius Tetrab. lib. 2. Sermo. 2. c. 58. Ex quo ſatis liquet, mulieres parum ſuæ ſaluti conſulere, dum cultui ornatuiq́; corporis impēſius ſtudent. Vt iam non mirum ſit, ſi mulieres omnium primæ hanc tingendorum capillorum artem excogitarūt, vt tradit D. Clemens lib. 6. aduerſus gentes, & Euſebius Præparationis Euāg. lib. 10. c. 2. Minuſq́ue etiam mirum ſit, quod traditur Eriphylen Amphiarai vxorē, monile mariti vitæ prætuliſſe, vt poſtea dicemus in 12. lege Connubia. num. 2. Vt omittam mulieres vſu huiuſmodi medicamentorum coſmeticorum capillos ſæpiſsimè amittere. Vnde illud Ouid. lib. 1. Amo. Eleg. 14. in puellam, cui ob nimiam capillorum curam comæ ipſæ deciderant.

*Eriphyle monile mariti vitæ prætulit.*

*Dicebam, deſiſte tuos medicare capillos:*
*Tingere quam poſsis, iam tibi nulla coma eſt.*

& cætera quæ ſequuntur.

24 *De eadē re.*

¶ Sed vt redeamus, Seneca de Conſolatione ad Albinam: Fœminis, inquit, omnis commendatio ex forma petitur. Germanorum eſt dicterium, vice prouerbij apud eos celebratum, teſte Bebelio, quatuor maximè cupere mulieres: amari à pulchris iuuenibus, pollere à plurimis filijs, ornari pretioſis veſtibus, & dominari in domibus. Maria. autem in d. c. veniēs, quo loco ſupra citauimus, dicit hac potiſsimum voluptate, videlicet cultus, & ornatus, gaudere fœminas. Quod & ipſum cōfirmat diuinus ille Hieremias in ſua epiſtola, relata a Propheta Baruch, in 6. cap. Et ſicut virgini, inquit, amanti ornamenta, &c. Quod cùm ex his quæ diximus, ſatis probatur, tum verò maximè ex eo, ꝙ mulieres ſua ornamenta ſecum ſepulchro inferri iubent: adeo impotens eſt hic affectus, vt vel mortuæ non abſtineant. Cuius rei exemplum nobis reliquit Scæuola Iuriſconſultus, qui in l. vlt. §. vlt. ff. de auro & argen. retulit, mulierem ſuo teſtō ſtatuiſſe, ſecum in ſepulchro ſepeliri lineas duas ex margaritis, & uiriolas

*Mulieres mortuæ ſui cultus ſtudioſæ.*

las

las ex ſmaragdis, quas ornatus cauſa compararat. Artemidorus Daldianus lib.4.c.5. In ſomnijs, inquit, monilia, catenulæ & lapides pretioſi, omniſque ornatus muliebris circumcollaris, mulieribus bonus eſt, &c. Nã & innuptis nuptias portendit: & liberos eis, quæ liberis carẽt: & his quæ vtraque habent, poſſeſsionum acquiſitionem & opulentiam magnam. Nam ſicut ab illis ornantur mulieres, ſic à viris, & diuitijs. Etenim a natura diuitias amant mulieres, vti etiam ſunt ornatus ſtudioſæ.

*Ornamenta in ſomnijs quid portendãt*

25 *Mulieres patriã ornamentis poſtponũt.*

¶ Huius autem vehemẽtiſsimi affectus muliebris habemus exempla memorabilia. Brennus ille rex Gallorũ Aſiam deripiens, cum Epheſum aduentaſſet, plebeiam quampiam puellam adamauit, quæ & concubitum & Epheſi proditionem pollicita eſt, ſi mundum ſibi muliebrem, & manuum ornamenta traderet. Orans igitur milites, vt in virginis ſinum aurum, quod geſtabant, immitterent, fecit, vt ſub magna vi auri viua obrueretur. Alterum non diſsimile id eſt, Romanis bellum contra Albanos gerentibus, Tarpeia virgo nobilis, Capitolij cuſtos, ſeſe aditum in Tarpeium collem tradituram eſſe promiſit, ſi quæ ornatus gratia ferebant monilia, mercedis loco tradidiſſent. Id vbi ſtatuerunt, viuentem monilibus obruerunt. Prioris autor eſt Clitophon, Rerum Gallicarũ, lib.1. Poſterioris, Ariſtides Mileſius in lib. Rerum Italicarum, & Dionyſius Halicarnaſſeus, lib.2. Antiquitatum Romanarum ex Fabio Pictore, & Lucio Cincio. Et Valerius Maximus libro 9.c.6. poſt princip. & Seruius libro 8. Æneid. in eum locum:

*——Et capitolia ducit,*
*Aurea nunc, &c.*

Et Plinius Secundus, aut quiſquis is eſt, in libro de Viris illuſtribus, cap.2. in quo de Romulo. Et vtriuſq; Plutarchus Chæroneus Parellelorum, cap.30. & ſeq. & iterum poſterioris, ipſe Plutarchus in Romulo. Liuius libro omnium primo, Ouid. lib.1. Faſtorum:

*Vtq; leuis cuſtos.*

Et lib.1. Amorum, Eleg.10. Quanquam Simulus Poeta antiquus, vt eum vocat Dionyſius Halicarnaſſeus, lib.4. Eleg.4. aliter eam hiſtoriam referant: vt & nos dicemus infra, in 9. leg. Connub. nu.114. incip. omitto eas: ita tamen, vt & ea videas, quæ dicemus infra in Pſellio.

26 *Mulieres in ſuſpicionem impudicitiæ veniunt ob cultum.*

¶ Nec mulieres tantum impudicæ, ſed & pudiciſsimæ quoque, eo affectu maximè premuntur, ita vt ob id nonnunquam in ſuſpicionem impudicitiæ veniant. Legimus enim, Claudiam Veſtalem, cùm ſemper habita eſſet impudica, ob nimios corporis cultus, cum ex libris Sibyllinis Idęa mater eſſet accita, & in vado Tiberini fluminis nauis, in qua veheretur, hæſiſſet, nec vllo modo, aut vlla vi commoueretur, Deam ſubmiſsis genibus oraſſe, vt ſi ſe caſtam iudicaret, ſuum cingulum ſequeretur: ita nauim, quæ ab omni iuuentute non valuit commoueri, ab vna illa muliere fuiſſe commotam. quod à Lactãtio ſcriptum eſt, lib. 2. qui eſt de Origine erroris: & nonnihil etiam tradit Liuius libro 9. ſecundi Belli Punici, & Plinius libro 7.c.35. & alter Plinius Iunior, in lib. Virorum illuſtrium. Valerius Maximus lib.8.c.1. Solin.c.7. Syllius lib. vlt. poſt princ. D. Auguſt. lib.10. de ciuit. Dei. c.16. Ex quo & illud eſt Ouidij libro 4. Faſtorum, de eadem:

*Caſta quidem (ſed non eſt credita) rumor iniquus*
*Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt.*
*Cultus, & ornatos variè ſudiße capillos,*
*Obfuit, ad rigidos linguaq; prompta ſonos.*

Liuius libro ab vrbe cond.4. memoriæ prodidit, Poſthumam & ipſam virginem Veſtalem de inceſtu cauſam dixiſſe, crimini obnoxiam ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, tandem abſolutam: ſed eam tamen Pontifex Maximus ſanctè potius, quam ſcite, Deam colere iuſſit. Et haud multò poſt de ſanctis quoque fœminis loquar, quæ ſe non indiligenter ornarunt: id quod mariti admodum conſiderare debent, ne ſi vxores ornatus fortè ſint ſtudioſiores, eas ob id impudicas ſuſpicentur. Ad quod etiam vide quæ dicam infra num.39. incip. & quod magis. & quæ præterea dixi ex D. Hieronymo ad Gaudentium, ſupra num.21. incip. in qua re.

27 *Ornamentorum infinita genera.*

¶ Ex hoc autem vehementiſsimo fęminarum affectu prodierunt tot ornamentorum, tot inſtrumentorum, tot repoſitoriorum, aliarumq; rerum ad eam rem pertinentium genera, & antiquis, & noſtris temporibus a fœminis (vt reor, & veriſimile eſt) excogitata & inuenta, quæ emere mariti coguntur ad extremam interdum inopiam: quæ nos ex ordine Alphabeti, & Græcis & Latinis nominibus, aliqua ex parte (quis enim omnia poſſet?) hic ſubnectemus. Et primum quidem cætera, mox repoſitoria.

## A.

ACARIS, ἀκαρὶς, annulus minimi digiti, Polluci lib.5. ὀνομαςικȣ̃, ita dictus ob paruitatem.

Accubitale, vide infra Cubitale.

Acontia, ἀκόντια, calcei muliebres. Vide infra Phœaria. In alijs autem ſignificationibus reperies, apud Plin. libro 2.c.25. & Aetium Serm.3. cap.27.

Acroſphyria, ἀκροσφύρια, Genus calceamentorum muliebrium, Polluci lib.7. c.22.

Acus, Poſita inter ornamenta muliebria, in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. & Eſai.c.3. ea eſt, qua, vt inquit Feſtus, aut, vt alij vocant, Sextus Põpeius, ſarcinatrix vel ornatrix vtitur. Nam ea eſt in duplici vſu mulieribus, tũ vt veſtes, & hmõi ornamenta conſarcinentur, (quæ vulgaris eſt ſignificatio) tum vt capilli diſcernantur. Ouid. lib.1. de Arte amandi:

*——Minoida Theſeus*
*Abſtulit à nulla tempora comptus acu.*

Et lib.1. Amor. Eleg.14.

*Non acus abrupit, non vallum pectinis illos:*
*Ornatrix tuto corpore ſemper erat.*

Et paulò poſt:

*Erudit admotas ipſe capillus acus.*

Et Iuuenalis Saty.2.

*Ille ſupercilium madida fuligine tinctum*
*Obliqua producit acu.——*

Et Martialis lib.14. Epigram.24.

*Tenuia ne madidos violent bombycina crines,*
*Figat acus tortas ſuſtineatq; comas.*

Ideoque acus crinalis dicitur Apuleio lib.8. Metam. Et diſcriminalis D. Hieronymo aduerſus Rufinum. Id autem videtur eſſe, quod etiã Calamiſtrum, & Diſcerniculum vocamus: de quibus dicemus poſtea ſuis locis. Et de his eſt illud eiuſdem Hieronymi in illud cap.3. Eſaiæ: Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & in ſparſos diſſipentur capillos.

Ægle, αἴγλη, Ornamentum pedum muliebrium, apud Pollucem lib.5. cap.16. ex Menandro, & Nicoſtrato, Poetis Comicis: fortaſsis a ſplendore dictum: nam αἴγλη ſplendorem quoque ſignificat.

Ægis, αἰγὶς, Ornamentum pectorale, Polluci eodem loco. Ouid. autem lib.2. de Arte amandi, Ægidem appellat gemmas, & alia huiuſmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres:

*——Gemmiſq; auroq; teguntur*
*Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.*
*Sæpè, vbi ſit quod ames, inter tam multa requiras:*
*Decipit hac oculos ægide diues amor.*

Id autem metaphoricè. Ægis enim, vt ſcribit Seruius in lib.8. Æneid. eſt munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput.

Alyſies, ἀλύσιες, Inter ornamenta muliebria ponuntur Nicoſtrato Poetæ Comico, Clementi Alexandrino, lib.2. Pędagog.c.12. eodemq; vlt. & ipſi Polluci lib.7.

c.22.



c.22. ad fi. Vbi Gualtherus traducit Catenas. Nam & ἄλυσις, catena eſt, & ἀλύσιον, catenula, torques. Vide infra in Crico.

Ambracides, ἀμβρακίδες, Genus calceamentorum muliebrium Polluci, vbi ſupra nuperrimè.

Amictoria, Quæ ſindones eſſe ait D. Hieronymus in Eſaiam, c.3. De ſindonibus autem dicemus ſuo loco. Cæterum eſt amictorij apophoreton, apud Martial. lib.14. Diſticho 149.

*Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ,*
*Vt poßint niueo pectore lina frui.*

Ex quo potes intelligere, qua in re vſui ſit mulieribus.

Amiculum, Genus veſtimenti, à circumiectu dictum, apud Solinum, c.12. autoritate Varronis, Cheos, inquit, vt Varro teſtis, ſublimioris veſtis amicula arte lanificæ ſcientiæ prima in ornatum fœminarum dedit. Atque etiam apud Liuium, quo loco citabimus infrà in Palla, & Feſtum Pompeium. Iſidorus autem Etymologiarum, libro 19. capit.25. ſcribit, amiculum eſſe meretricium pallium lineum. Hoc apud veteres matronæ in adulterio deprehenſæ induebantur, vt in tali amiculo potius quàm in ſtola polluerent pudicitiam. Erat enim hoc apud veteres ſignum meretriciæ veſtis, nunc in Hiſpania honeſtatis: ſed eius in his rebus parum tuta eſt autoritas, niſi meliorum autorum teſtimonijs & ſuffragijs ſuffulta fuerit. Legimus, & amiculum viris tribui apud Q. Curtium, loquentem de Dario, libro 3. Apuleius autem lib.10. Metam. vocat amicula barbaricè, quod & viris tribuitur, teſte Q. Curtio, loquente de Dario, lib.3.

Ampechonion, ἀμπεχόνιον, Veſtimentum commune virorum & mulierum, vt tradit Pollux lib.7. cap.13. vbi Gualtherus traducit, palliodum.

Amphideæ, ἀμφιδέαι, Ornamenta iuncturarum manuum apud Pollucem lib.5.c.16. vbi etiã dicit eas pertinere & ad brachia, & ad pedes, & lib.7.c.22. ad fi. vbi Gualtherus vertit, redimicula. De quibus dicemus poſtea.

Amphiſphyra, ἀμφίσφυρα, Genus calceamenti muliebris, eidem Polluci, loco poſtremò citato.

Ampulla, Genus ornamenti, Græcis πομφόλυξ dictum. Vnde Ampullaceam vocat Plautus in Menęch. mulierem ampullis exornatam.

*Quando te auratã & benè veſtitã habet ampullaceam.*

Sic enim legit Eraſmus, & non ampulla ſpem, ſiue Ancillas penum, vt vulgò legebatur.

Ampyx, ἄμπυξ, Homero memoratus inter capitis ornamenta, vt dicit Pollux lib.5. c.16. Locus autem Homeri (quem tamen non deſignat) eſt lib.2. Iliad.

Ἄμπυκα κεκρυφαλόντ', ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην.

Vbi Andreas Diuus interpretatur reticulum: vbi etiã vertit Rodulphus Gualtherus apud Pollucem. Alij dicunt eſſe catenam auream a fronte protenſam, qua comæ colliguntur: quod Frontale alij dicunt.

Anabole, ἀναβολὴ, Amictus, pallium, ἐπίβλημα, de quo dicemus inferius. Huius meminit Athenæus libro 7. Variæ Hiſtoriæ. Symmachus autem eum locum Eſaiæ 3. vbi Latinus Interpres vertit, mutatoria, ſignificantius traduxit ἀναβολὴν, vt ſcribit D. Hieron. eum locũ interpretans: qui ſubdit, hęc eſſe ornamenta veſtium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur.

Anadema, ſiue Anadeſma, (vtrunq; enim reperitur apud bonos autores) de quo fit mentio in l. quamuis. ff. de aur. & arg. leg. & apud Lucretium lib.4.

*Et benè parta patrum fiunt anademata, mitræ.*

Et apud Suidam, qui dicit id eſſe capitis ornamẽtum. Et dicitur vtrunq; ab ἀναδέω verbo, quod corono, ligo, exorno, ſignificat. Vnde ἀνάδεσμα, quoq; apud Homer. lib. paulò ante allegato, pro capitis ornamento: & ἀνάδετος, pro mundo muliebri. Rodulphus Agricola apud Pollucem vertit redimiculum. Pollux autem ipſe lib.5. c.16. ponit, vt diuerſa ἀναδέσμην, & ἀνάδημα. De quo & nos poſtea dicemus. Vbi Gualthe. primum vertit coronam, alterum mitram.

Analectides, ἀναλεκτίδες, Quibus ex xylino, lino vel quauis alia materia, tanquam puluillis, mulieres cõſtipant ſcapulas prominentes, vt habitiores videãtur. Ex quo Ouid. lib.3. de Arte amandi:

*Conueniunt tenues ſcapulis analectides altis:*
*Anguſtum circa faſcia pectus eat.*

Anamaſchaliſter, ἀναμασχαλιστὴρ, Ornamentum pectoris vel capillorum apud Pollucem lib.5. c.16. ex Philippide Comico, ἐν Ἀ' δωνιαζούσαις.

Anaxyris, ἀναξυρὶς, Subligaculum, fœminale, proprium Perſarum, vt tradit Strabo lib.11. & 15. quod Euſtathius dicit id ſignificare, quod Romani Bracion vocant, ἐκ τȣ̃ ἀνασύρεσθαι, mutato σ in ξ. quod aliquando vſu uenire probant Grãmatici. Idem aũt Euſtathius in lib. Ilia.2. non Bracion, ſed Bracam ſcribit: quod & Suidas tradit, & Heſychius. Et nos vulgò Bracã *Braye* vocamus: qua & noſtræ fœminæ nonnunquã vtuntur. Accipitur ẽt Anaxyris pro calceo altiuſculo, παρὰ τὸ ἀνασύρεσθαι, q̃ ſurſum trahatur, quaſi dicas, ἀνασυρὶς. Nam & Tertullianus oſtendens id eſſe calceamenti quoq; genus, in lib. de Pallio: Cur, inquit, nõ anaxyrin calcearit? De anaxyride meminit Plutarchus in Vita Alexandri. Vide quoq; infra Antapodia, & Cybarſia. Eſt aũt aliàs ἀναξυρὶς genus lapathi, apud Dioſc. lib.2.

Anchuſa, ἄγχȣσα, à Polluce lib.7. c.12. inter ornamenta muliebria poſita. Verum & eodem nomine herba eſt, de qua Plin. lib.22. c.20. apud nos Orchaneta vulgò dicta, muliebribus non ignota ad genarum pallorem occulendum: ita vt magis inter fucos ſit connumeranda, quàm inter ornamenta.

Anguicula, Græcè ὄφις dicta, Ornamentum iuncturarũ manuum, apud Pollu. lib.5.c.16. vide infra Ophis.

Annulus vulgò notus.

Antiæ, Nonnulli inter ornamenta mulierũ poſitæ. Feſtus Pompeius lib.1. Antias dicit vocari muliebres capillos in frontẽ demiſſos: ab eo quod Græci ἀντὶ dicunt, q̃d nos contra. Vide infra Procomion. Apuleius lib.2. Aſini aurei, hos crines Antependulos vocat: & alibi, videlicet in Florid. Anteuentulos, & Propendulos.

Aphracta, ἄφρακτα, à Polluce lib.7. cap.22. calcei muliebres dicti. Quamuis ſciam, id & genus eſſe nauigij. Ciceroni lib. Epiſt. ad Atticum quinto, non ſemel.

Apodeſmus, ἀπόδεσμος, Ornatus muliebris Polluci lib.7. c.22. ad fi. vbi mitram vertit Gualtherus.

Arlineum, Ornamẽtum capitis muliebris Feſto Põpeio li.1. in quibuſdam autem codicibus legitur Arſineũ.

Armillæ, Quas Priſcianus Brachinalia vocat, alij quoque Brachonia, aut Peribrachionia, q̃ cuiuſmodi ſint, ſatis declarat Hiſtoria ſcripta à Liuio, libro 1. ab vrbe cond. Additur (inquit) fabulæ, quòd vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatoſque magna ſpecie annulos habuerint, pepigiſſe eã, quod in ſiniſtris manibus haberẽt, eò ſcuta pro aureis donis congeſta, &c.

Ex qua hiſtoria deprõptũ eſt illud Ouidij li.1. Faſtor.

*Vtq; leuis cuſtos armillis capta Sabinis.*

Et lib.1. Amor. Eleg.10.

*Non fuit armillas tanti pepigiſſe Sabinas,*
*Vt premerent ſacræ Virginis arma caput.*

De his eſt illud eiuſdem Ouidij lib.2. Faſtor.

*Fregerat armillas non illa ad Brachia factas.*

Loquitur de armillis Omphales, quas Hercules brachijs ſuis aptare volẽs, fregit. Atq; illud Gen.24. Protulit vir inaures aureas, appẽdentes ſiclos duos, & armillas totidẽ. Et paulò poſt: Cùm vidiſſet armillas in manib⁹ ſororis ſuæ. Atq; iterũ poſtea: Et armillas po-

ſui in manibus eius. Et c. 38. Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Et Exo. 55. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas. Et Num. c. 31. Offerimus in donarijs Domini armillas. Et Reg. lib. 2. c. 1. Tuli armillam de brachio illius, ſcilicet Saulis. Et Ezech. 16. Dedi armillas in manibus tuis. Et ſecundum Septuaginta Interpretes: Et circumdedi armillis manus tuas. Et Eſaiæ 3. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria. Atq; illud Plinij lib. 28. c. Pueri, qui primus ceciderit dens, vt terram nō attingat, incluſus in armillam, & aſsiduè in brachio habitus, muliebriū locorum dolores prohibet. Vulgò autem hæc vocamus *Braſſeleiz*. Hinc Armillatus dicitur Suetonio in Caligula, c. 52. Ex multis autem locis ſuprà citatis ſatis conſtat, armillas virorum quoque eſſe. Nam & Feſtus lib. 1. ſcribit, eas ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt: ita dictas eſſe, quòd antiqui humeros brachijs armos vocant, vnde arma ab his dependentia ſunt vocata. Vide infrà Viriæ.

Arſineum, vide ſupra Arlineum.

Artialum, ἀρτίαλον, Apud Æoles ornamentum eſt muliebre, quos Dores, σίτλαν vocant, vt tradit Pollux lib. 5. c. 16. Vide infra Sitlæ.

Auriſcalpia, de quibus diximus in tractatu Medicinæ.

Autapodia, αὐταπόδια, Calceamenti genus, idem cum ijs, quas ἀναξυρίδας alio nomine appellant: vt autor eſt Pollux li. 7. c. 222. De Anaxyri autem ſuprà diximus. Vide infra Sceleæ.

B

BALTHEVM, & Baltheus, Cingulum muliebre eſt apud Apuleium. Apud alios autem aliud ſignificat, videlicet, cingulum militare ex corio. De quo Iuuenal. Satyr. 6.

*Balthea, & manicę & criſtę.*

Et Saty. 15. eademque vlt.

*Aſt illis quos arma tegunt, & baltheus ambit.*

Et Perſius Saty. 4.

*——Ilia ſubter*
*Cæcum vulnus habes, ſed lato baltheus auro*
*Protegit.——*

Et D. Hieronymus ad Saluinam, Nihil nocuit militāti paludamentum, & baltheus. Dictum autem putat Varro à bullis quibus diſtinctus erat.

Barathrum, βάραθρον, In mundo muliebri connumeratum ab Ariſtophane in Teſmophor. & a Polluce lib. 5. c. 16. & lib. 7. c. 22.

Baucides, Calcei pretioſi, & crocei muliebres, Polluci lib. 7. c. 22.

Beutos, βεῦτος, Sapphoni à Polluce ponitur inter veſtimenta cōmunia virorum & muliebrium, lib. 7. c. 13.

Blaſta, βλάςα, à Comicis ponuntur inter ornamenta aurium muliebrium, referente Polluce lib. 5. c. 16. Gualtherus vertit, germina.

Botrys, βότρυς, ſiue Botrydion, βοτρύδιον, Genus ornamenti muliebris, apud Pollu. lib. 5. c. 16. & lib. 7. c. 22. quod quale ſit, non recordor alicubi declaratum. Gualther. autem vbique reliquit vocem Græcam.

Brachiale, ſiue Brachionion, βραχιόνιον, De quo ſupra in Armillis. Id enim à Polluce lib. 5. c. 16. inter ornamenta muliebria poſitum eſt. Brachialis autem argentei meminit Pli. lib. 28. c. 7. & Brachialis ſimpliciter, Trebellius Pollio in Secundo Claudio, in Epiſt. Valeriani: ex quo intelliges, id virorum quoque fuiſſe.

Bubalia, βυβάλια, Ornamentum mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce lib. 5. c. 16. inter ornamenta muliebria. Horum etiam meminit Nicoſtratus Comicus, & poſt eum Clemens Alexandri. Pædadog. lib. 2. vbi Gentianus Heruetus vertit, Armillas.

Bulla, Quæ licèt propria infantum ingenuorum eſſet, vt tradunt Aſcon. in 3. in Verr. act. & Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 6. & videre licet ex Plinio lib. 33. c. 1. Ea tamen & mulieres vſas fuiſſe ſatis conſtat. Hanc in cordis figuram ante pectus annectebant, vt tradit Macro. vbi ſupra. Ex quo eſt illud Propertij lib. 4. Eleg. 1.

*Mox vbi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo.*

Dicta autem bulla eſt ornamentum orbiculatum, & extuberans, ad effigiem illius bullæ, id eſt, tumoris qui in aqua fit, & repentè euaneſcit. Ex quo eſt illud Varronis prouerbium, Homo bulla.

C

CAlamides, καλαμίδες, Acus erant, quibus mulieres ad componendum capillum vtebantur: ita dictæ, ꝙ olim ex arundine fieri conſueuerint, quam κάλαμον Græci appellant. Calamiſtrum Latini vocant: de quo paulò poſt dicemus.

Calamus, κάλαμος, Præter vulgatam ſignificationem, à quibuſdam etiam accipitur pro monili. Pollux certè Calamides à Calamis ſeparat, lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus prius vertit acum, alterum Calamiſtrum.

Calamiſtrum hinc dictū, vt inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. ꝙ eo calfacto in cinere capillus ornatur: aut (vt ſcribit Seruius) acus eſt maior, quæ calefacta, & fronti adhibita, torquet capillos. Hincque Calamiſtratæ comæ, Ciceroni in Oratione pro Sexto: & Calamiſtratus ſaltator, eidem in Oratione quam habuit in Senatu poſt reditum: & Calamiſtratus cinædus, Plauto in Aſinaria: & Calamiſtratus puer, D. Hiero. ad Demetriadem, de virginitate ſeruanda, & Apuleio lib. 2. Metam. Qui autem huiuſce rei erant opifices, Cinerarij dicti ſunt eidem Varroni, vbi ſupra: & Catullo Epigr. 56. Et Ciniflones Plauto in Aulularia, & Horatio lib. 1. Sermon. Saty. 2. Vide infra Xenion. *Cinerarij qui. Ciniflones qui.*

Calantica, Tegmen muliebre, quod capiti innectitur: vt tradit Nonius Marcel. citans illud Tullianum in Clodium: Tunc cùm vincirentur pedes faſcijs, cùm calanticam capiti accommodares? Eamq; inter ornamenta muliebria reponit Iuriſconſultus in l. arg. §. ornamentum. ff. de auro & arg. leg. Hāc Κρήδεμνον Homerus vocauit lib. 5. Odyſſ. cum dicit: Inò, ſiue Leucotheam (eadem enim eſt) Vlyſsi naufrago ad euadendum maris periculum id commodaſſe.

Τῆ δὲ τόδε κρήδεμνο ὑπὸ ςέρνοιο τάνυσσαι.

Quod Auſonius in Periocha Homerica Calanticam vertit, in hæc verba: Ino Calanticam capiti ſuo adēptam natanti accommodat, cuius ille ſuſtentatu aduſque Phęacum littus euadit. In qua etiam opinione fuit Beroaldus in Apuleium lib. 5. Et Andr. Diuus vittam tranſtulit, vti & alio loco paulò poſt: licet idem alio in loco, ſcilicet lib. 18. eiuſdem operis, velum trāſtulerit, & lib. 14. Ilia. reticulum: vti etiam Eobanus, & libro 22. eiuſdem operis, idem Andreas, coronam. Alemanus autem Rhinoccius Interpres Philoſtrati de vita Apollonij lib. 6. eum locum Homeri citantis, Vittā quoque tranſtulit. Vide infra in Mitra.

Calaſsis, Tunicæ genus, vt tradit Sext. Pomp. li. 3. quod Græci καλλόπιςον vocant. Alij autem (vt & ille ſubdit) dicunt nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica ſummitur. Sipontinus Chalaſsim appellat: dicitque dictam à laxitate, & à Græcis vocati χάλασσαν. Pollux lib. 7. c. 14. καλάσσιριν dicit eſſe genus veſtis Ægyptiæ & fimbriatæ.

Calcei, & Calceamenta, omnibus nota.

Caliendrum, Apud Horat. lib. Serm. 1. Sat. 8.

*Altum Saganæ Caliendrum.*

Id autem Acron Interpres dicit eſſe ornamentū capitis muliebris, ſiue ſuppoſitum crinem, quem pro naturalibus accipiunt. Porphyrion autem interpretatur, galericum, de quo infrà dicemus: & ſubdit Varronem huius vocabuli meminiſſe in libro qui inſcribitur, Virgula diuina.



Callopiſton, vide ſuprà in Calaſsi.

Calthula, Genus veſtis muliebris, apud Plautum in Epidico:

*Quid iſtæ? quæ quotannis nomina inueniunt noua:*
*Tunicā rallem, tunicam ſpiſſam, linteolum, cæciſium,*
*Induſiatam, patagiatā, calthulam, aut crocotulam?*

Dictum autem putat Nonius Marcel. à caltha viola, quæ (vt id illi addas) eſt coloris lutei, vt docet Virgilius Eclog. 2.

*Mollia luteola pingit vaccinia caltha.*

Varro aūt (vt ſubdit Nonius lib. 1. de Vita populi Romani) Calthulam palliolum breue eſſe voluit. De caltha quoque eſt illud Ouidij lib. 2. de Ponto, Eleg. 4.

*Calthaq; Pæſtanas vincet odore roſas.*

Vt inde intelligas, veſtes huiuſmodi ab odore quoq;, non tantùm à colore ita dictas. Sunt (ne id omittam) qui putent, Caryophyllon quod vocant, id eſt vulgò *oillet*, alijs, *damas*, veteribus caltham fuiſſe: de quo tu vide Hermol. Barbarum Corollarij capitulo 175. vbi agit de Bacchare.

Calycas, κάλυκας, Homerus in Hymno Veneris, eidem attribuit inter cætera eius ornamenta:

Εἶχε δ' ἐπιγναμπτὰς ἕλικας, κάλυκάς τε φαεινάς.

Et paulò poſt:

Πόρπας τε, γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε χαὶ ὅρμοις.

Gualterus apud Pollucem (qui lib. 5. capite 16. Calycas enumerat in mundo muliebri) ex Anacreonte, & Homero, loco tamen non deſignato, Baccas vertit.

Calymna, κάλυμνα, Inter ornamenta muliebria enumerata Polluci: vbi tegumentum vertit Gualtherus. Aliàs autem eſt genus retis: ex quo potes conijcere, tegmen fuiſſe & forma & ſpecie retis. *Coiffe* vulgò dicitur.

Calyptra, καλύπτρα, Muliebris capitis tegmen, flāmeum ſponſæ, Feſto Pompeio lib. 3. Eius meminit Plato in Alcibiade poſteriore, cùm dicit, in Aſia quaſdam eſſe regiones mundo vxoris regiæ deſtinatas, & appellationem à mundo illo muliebri ſortitas, & inter alias Calyptam, εἶτε δὲ χαὶ ἄλλω, ἣν αὖ καλεῖσθαι καλύπτραν.

Camiſia, Quam ſubuculam eſſe dicit Sext. Pompeius lib. 17. in verbo, Supparus: & vix eam appellationem alibi reperias apud antiquos. Nam vocamus *chemiſe*. Putatur autem à Macedonibus primùm introducta. Vide infra Interulam & Tunicam.

Canabia, καναβία, Calceorum muliebrium ſpecies, Polluci lib. 7. cap. 22.

Cantharus, Antiphani in Bœotia memoratus, apud Athenæum lib. 11. cap. 7.

Capidulum, Genus veſtimenti, quo caput tegitur, Sexto Pompeio lib. 3.

Capillare, apud Martial. lib. 3. Epigr. 40.

*Non erubeſcit murice aureo nobis*
*Diuidere mœchæ pauperis capillare.*

Nonnulli accipiunt pro reticulo muliebri, quo capillos inuoluunt. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10. accipi putat pro vnguento ad capillos excogitato.

Capillamentum, Vide infrà in Galero & Galericulo.

Capital, Faſcia, qua capillum in fronte colligunt, Varroni lib. 4. de Lingua Latina. Ex quo eius loco id quoq; intelligis, eo ferè in ſacrificijs mulieres vti ſolitas. qđ & Sextus Pompeius tradit lib. 3. Alij Capitale dicunt.

Capitium, Tegmen capitis Nonio Marcello, ab eo fortè denominatum: ſiue, vt tradit Varro lib. 4. de Lingua Latina, ꝙ pectus capiat, id eſt, comprehendat: de quo idem Varro lib. 4. de Vita pop. Rom. Tunicas, neq; capitia, neq; ſtrophia, neq; zonas. Et alibi eo. lib. Neq; ad orbitam matrumfamilias inſtituti, ꝙ eæ pectore & lacertis erant apertis, neque capitia habebant. Noſter autem Iuriſconſul. id inter veſtimenta muliebria ponit, in l. veſtis. §. muliebria. ff. de aur. & arg. leg. De capitio item fit mentio in lib. Iob. c. 30. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me. Quo in loco Interpres id videtur pro collario accipere.

Capreoli, Vide infra Helices.

Carbaſus, Quo pallium amicitur. Virgil. lib. 8. Æneid.

*——Eum tenuis glauco velabat amictu*
*Carbaſus.——* Et lib. 11.
*——Tum croceam clamydemq; ſinuſq; crepantes*
*Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.*

Ex quibus locis, atque etiam ex Q. Curtio, de Indis loquente, intelligi poteſt, hoc quoque virile eſſe veſtimentū. Sed & muliebre eſſe ſatis conſtat ex Val. Max. loquente de Æmylia virgine Veſtali, lib. 1. cap. 1. Qua adorante, cùm Carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

Cardines, Vide infra Helicteræ.

Caſtulæ, Quas & Perizonium & Præcinctorium vocāt, pallium eſt, quo puellæ nudæ infrà papillas præcinguntur. Ex Nonio Marcel. qui citat illud Varronis, Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula.

Catagogis, καταγωγὶς, Poſita inter veſtes muliebres, Polluci lib. 7. c. 13. vbi Fimbriam vertit Gualth. Vide igitur infra in Fimbria.

Catapetaſma, καταπέτασμα, Velum quod arcet aſpectū, quo nunc mulieres noſtrates ſæpe vtuntur. Ponit & hoc inter ornamenta muliebria Poll. lib. 7. cap. 22.

Cataſtictos, κατάςικτος, Tunica figuris animalium, aut floribus intexta, cuiuſmodi ſunt tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur, apud Plaud. in Pſeud.

*Neque Alexandria belluata, conſutaq; tapetia.*

Hincq; baliam ceruam κατάςικτον, dicimus: id eſt, maculoſam, interſtinctam, picturatam. Hanc veſtem, vt propriam fœminarum ponit Poll. lib. 7. cap. 13.

Catellæ, Vide Catenæ.

Catenæ & Catenulæ diminutiuum, ſiue etiam Catellæ, & ipſæ præcipuæ inter ornamenta muliebria numerantur, Horat. lib. 1. epiſt. 18.

*Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,*
*Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.*

De Catenis autem eſt illud Plin. lib. 33. cap. 3. conquerentis de luxu mulierum in vſu auri: Diſcurrant catenę circa latera, & incerta margaritarum pondera è collo dominarum auro pēdeant, &c. Eſt autem veluti torques aureus vel argenteus, aut etiam è margaritis & lapillis confectus. Vulgò *Chaine* vocamus, proprium mulierum noſtrarum ornamentum: vt ſupra in voce Alyſies, & infra in dictione Hormi. Catellas autem viris quoque conuenire, ſatis conſtat ex loco Liuij, quem tibi citabo infra in Fibulis.

Cathema, κάθεμα, Ornamentum demiſſum ad pectus, quod & καθετὴρ dicit Pol. li. 5. c. 16. ex Antiphane, & πόρπη, de qua poſtea dicemus. Pro torque autē, vt D. Hier. vertit locum Ezech. c. 16. iuxta Aquilæ & Symmachi editionem. Septuaginta Interpretes & Theodotion κάθεμα tranſtulerunt, nec ſolum ibi, ſed Eſaiæ 3. vt ſcribit ipſe Hieron. in Comment. eiuſdem c. 16. qui ſubdit, ſe putare κάθεμα ab eis dictum, monile ex varijs gemmis, in pectus mulierum deſcendens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mulierum eſt.

Cathetis, Genus catenæ, quo fœminæ vtuntur, apud Nicoſtratum Comicum, & Cle. Alex. lib. 2. Pædag. c. 2.

Catoptron, κάτοπτρον, Inter ornamenta muliebria poſitum Polluci lib. 7. c. 22. & lib. 10. c. 28. vbi Gualth. vertit Speculum, de quo infra dicemus.

Cechryphalus, κεκρύφαλος, Reticulum, vitta, flammeum diſcriminale, παρὰ τὸ κρύπτεσθαι, apud Homerū li. 22.

Iliad. eo verſu quem ſupra citauimus in Ampyce. vbi And. Diuus Faſciam interpretatur. Rodolphus Gualtherus apud Pollucem lib.5. c.16. vertit Capitale. At lib.7. c.22. vertit Vittam. Xenophon autem in lib. de Venatione, κεκρύφαλον vocat ſinuoſum illum macularum contextum, in quem ſe inſinuant animalia vrgentibus canibus.

Centaurides, κενταυρίδες, Genus ornamenti muliebris, apud Polluc. lib.5. cap.16.

Cephalodeſmus, κεφαλόδεσμος, ſiue Cephalodeſmion, κεφαλοδέσμιον, Idem quod frontale: de quo poſtea dicemus: aut idem quod ampyx, de quo ſupra.

Cernuus, Calceamenti genus, Sexto Pompeio lib.3.

Cerotes, κηρώτης, Inter ornamenta muliebria numeratur Polluci lib.7. cap.22.

Ceruical, Veluti ceruicis ſuſtentaculum, quod nos vulgò ***aureillier & couſſinet*** vocamus. Nã & id veſtis nomine continetur: vt tradit Iuriſconſultus in l. argumẽto. §. ceruicalia. ff. de auro & argen. leg. Eius meminit & Plin. lib.20. c. item 20. & lib.28. cap.4. Alter Pli. Iun. ad Tacitum, lib.6. Epiſtol. Iuuenalis Satyr.6. & Martial. lib.14. Epigram.146. & quiſquis eſt, qui Ezechielem traduxit, c.13. vbi inquit, His qui faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas. Et iterum non multò poſt: Diſrumpam ceruicalia veſtra, ſuper quæ vos colligitis animas. Græci id vocant προσκεφάλαιον, qua voce vſus eſt D. Marcus c.5. vbi Interpres vertit Ceruical. Idem autem eſſe ceruical & puluinum, ex eo patet, quod dicemus infra in Puluillo, & ex d. c.13. Ezechiel. De hoc autem eſt illud Martialis Apophoreton, lib.14. Epigram.146.

*Tinge caput nardi folio ceruical olebit:*
*Perdidit vnguentum cum coma, pluma tenet.*

Vide infra Perideræon.

Chalaſsis, Vide ſupra Claſsis.

Chimaſtrum, χείμαστρον, Veſtis hyemalis, vt ex autoritate Homeri & Æſchyli tradit Pollux lib.7. c.13. ad finẽ.

Chirothecæ, Manuum tegmina, quæ & Dactylothecæ à Græcis vocantur. Nos vulgò *Gantz* appellamus.

Chiromactron, χειρόμακτρον, Capitis ornamentũ, aut (vt alij dicunt) mantile. Vide Bayſium de Re veſtiaria.

Chitonarium, χιτωνάριον, Muliebris veſtis ſubtilis, ex Lexico.

Chitonium, χιτώνιον, Tunicula, à qua & Dianam Chitonem dictam nonnulli voluerunt. Nam Callimachus in ipſius deæ Hymno: ***Diana Chitone dicta.***

Πότνια πολυμέλαθρε, πολύπτολι χαῖρε Χιτώνη.

Quod & aſtruit Stephanus ex Menippi Byzantij ſententia, Epicharmus in Sphinge, & Athenæus lib.14.

Chitoniſcus, χιτωνίσκος, Diminutiuè, camiſia, induſium, de quo poſtea dicemus. Hoc autem genus veſtimenti Pollux lib.7. cap.13. dicit commune eſſe virorum & mulierum.

Clamydem quoque ad fœminam pertinere oſtendit Cato eo loco, quem citabimus in Encombomate. & Virgil. lib.4. Æneid. Didus mentionem faciens:

*Cidoniam picto clamydem circundata limbo.*

Chlidones, χλιδῶνες, Brachialia, vt exponit Suidas, quibus maximè vtuntur Samij, autore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornamenta manuum & pedum, lib.5. c.16. & ſimpliciter inter ornamenta muliebria, lib.7. cap.22. Et ea voce vſi ſunt Septuaginta Interpretes, Num.31. cap. cuius loco Interpres Latinus reddidit Periſcelides: de quibus poſtea dicemus.

Cimbaricon, κιμβαρικὸν, Tunica perſpicua, ſiue (vt Pollucis verbo vtar) διαφανής. Locus Pollucis eſt lib.7. capite 13. vbi eam dicit eſſe communem viris & fœminis.

Cingulum, vt autor eſt Nonius Marcel. à cingendo dictum, quod & Incingulum plerunque dicitur. Varro in γέροντος διδασκάλω, Nouus maritus taciturnus, ταξιμουσος, is ſoluebat cingulum. Sextus autem Pompeius lib.3. Cingulo, ait, noua nupta præcingebat̃, quod vir in lecto ſoluebat: vt hinc poſsis intelligere, Cingulum eſſe zonam, quam ſponſus ſoluebat concubitus gratia: vt poſtea dicemus nu.31. incip. quare autem. Pro eo verò, quod vulgaris Interpres Eſaiæ 3. cap. dicit zonam. D. Cyprianus in libro de Habitu virginum, eum locum citans, & Caſtalio eundem locum vertens, Cingulum dixere. Seruius autem in 9. lib. Æneid. ſcribit, Cingulum eſſe ornamentũ hominum, vt phaleræ ſunt equorum. At Varro de Ling. Lat. lib.1. tradit, Cinctũ & Cingulum à cingendo dici, alterum viris, alterũ mulieribus attributum. Cincturæ aũt vocabulo pro Cingulo vſus eſt Suetonius in Iulio Cæſare, cap.45. Vnde manaſſe vr̃, quod noſtrates vulgò vocant ***Ceincture***. ***Cinctus. Cinctura.***

Circulus, Quem vulgò vocamus *Collier*: hoc eſt, Collarium: à ſimilitudine: de quo Virgil. lib.5. Æneid.

*Flexilis obtorti per collum it circulus auri.*

Sed & circulos appendi auribus, conſtat ex Ezech. c.16. Dedi circulos auribus tuis. Item in naribus, vt conſtat ex loco Iob, cap.40. Nunquid pones circulum in naribus eius? vbi D. Hierony. ait, inter cætera ornamenta mulierum ſolere aureos annulos in os ex fronte pendere, & imminere naribus. Sunt qui Rotulas eo loco ex Septuaginta Interpretibus vertant. At de circulis pro ornamentis fit mentio, capit.11. Prouerbio. Circulus aureus in naribus eius, mulier pulchra & fatua. Vide infra Circus.

Ciſſeris, κίσσηρις, Ponitur a Polluce lib.7. cap.22. inter ornamenta muliebria: vbi Gualth. vertit Pumicem.

Claſsis, Tunicæ genus, quod Græci καλλώπιδον dicunt. Alij dñt nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicẽ tunica ſummittitur. Hæc Feſt. Põpeius.

Claui aurei, vel argentei, Quos fœminæ noſtrę ſolent veſtibus ſuis aſſuere: de quibus in l. veſtis. in princ. ff. de auro & argen. lega. & ibidem l. etſi non ſint, etiam in princ. & in l. argumento. §. item fibulæ. qui primus eſt. Et apud Varron. de Analog. libro 1. cuius hæc verba ſunt: Si quis tunicam in vſu ita conſuat, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis: vtraque pars carebit analogia. Hinc Mantilia crocco clauata, apud Aelium Lampridium in Alexandro Seuero. Et clauata veſtis apud Vopiſcum Sæpe quoque apud antiquos caligas & calceos huiuſmodi clauis aſſutos conſtat ex Valer. Maximo lib.7. cap.1. vbi de Antiocho. Et Ioſephus lib.7. Belli Iudaici, capit.3. vbi de cæde Iuliani Hecatontarchi. Et Iuuenalis Satyra 15. & vlt.

*——Offendere tot caligatos*
*Millia clauorum.——*

Plutarchus in vita Alexandr. memorat Titum quendam Agnonem argenteos clauos ſub crepidis ferentem: & aute eum dixerat Plin. lib.33. c.3. Et inde claui caligares dicti Plin. lib.9. Piſces exiſtunt ſquamis conſpicui præacutis, clauorum caligarum effigie. Ex quo Feſt. Pomp. lib.3. Clauata, ait, dicuntur aut veſtimenta clauis intexta, aut calceamenta clauis confixa. In alia autem ſignificatione accipitur Clauus in l. qui clauum. ff. de ædil. edict. & Plin. auunculum, lib.20. cap. item 20. & Plin. Iun. lib.1. Epiſto.51. & aliter quoque in l. qui naufragium. §. Senatuſcõſultum. ff. de incend. ruin. naufrag. & alibi ſæpe apud alios authores.

Cochles, Ornamentum capitis, à ſimilitudine ſcalarum, vel animalis verbo deriuato: quo quidem ornamento vſam fuiſſe Zenobiam Reginam Palmyrenorum, author eſt Trebel. Pollio.

Collarium, Vide in Circulo & Peritrachelio.

Combymata, A' nonnullis quoque inter ornamenta muliebria ponuntur.

Commotrium, κομμώτριον, &

Commotridium, κομμωτρίδιον, Inſtrumentum muliebre



apud Polluc. lib.7. c.22. & iterum lib.10. cap.28. quo ſcilicet mulieres ſe comunt. Vnde κομμώτης, comptor dicitur, & κομμώτρια, comptrix, & κομμωτίζω, curioſius como. Gualtherus priore loco Pectinem vertit: poſteriore autem Nouaculam.

Condalium, De quo Plautus in Trinummo, eſt annuli genus Sext. Pompeio. Nam & eidem Condulus, annulus eſt.

Corianum, κορίανον, Medij digiti annulus, Polluci, qui inter ornamenta muliebria Corianum adſcribit, libro quinto, capite 16.

Coronam, Quam στεφάνην vocant Græci, in mundo muliebri ponit Pollux lib.5. cap.16. ex illo verſu:

Τῶν δ' αἱ μὲν πλεκτὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας.

*Horum hæ flexas coronas, hi verò enſes habebant.*

Corimbus, κόρυμβος, Vide infra in Crobyle.

Corimbium, κορύμβιον, Monile ex Lexico.

Cothurnus, Genus calceamenti ſubleuatum ſubere, aut alia re, quò grandiores mulieres appareant: vt patet ex illo Iuuenal. Satyr.6.

*——Aliam cedas, cedo, ſi breue parui*
*Sortita eſt lateris, ſpatium, breuiorq; videtur*
*Virgine Pygmæa, nullis adiuta cothurnis.*

De hoc item Virgil. Eglog.7.

*Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.*

Et lib.1. Æneid.

*Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetras,*
*Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno.*

Probus autem in 1. lib. Georg. Virgilij ad princ. ſcribit, cothurnos eſſe calceamentorum genera venatori apta, quibus etiam crura muniuntur, cuius calceamenti effigies eſt in ſimulachris Liberi & Dianæ. Et idem propemodum dicit Seruius, enarrans illum poſteriorem locum Virgilij. Suidas ſcribit, hos viris & mulieribus pariter conuenire. Et vide Plutarchum in Pompeio, vbi de Amazonibus loquitur.

Credemnum, κρήδεμνον καὶ κρέδεμνον, Vtrumq; enim legitur, quod (vt nonnullis placet) idem eſt quod calantica, & vitta, & corona, & velum, & reticulum, vt ſupra diximus in Calantica.

Crepidæ, κρηπῖδες, & diminutiuè

Crepidulæ, Soleæ, ex Aulo Gellio lib.13. c.20. Et hinc, vt ille ait, Crepidarij, eius calceamenti ſutores, apud Sempronium Aſellionem lib. Rer. geſtar.14. Nonnulli eas nominatas putant à crepitu, id eſt, ſono, quem reddunt ambulando.

Crepitalum, Ornamentum capitis, quod ſcilicet capitis motu crepitum faciat, vt tradit Feſtus Pompeius li.3.

Cricus, κρίκος, Circulus, annuli ſpecies: vnde κικρᾶσθαι verbũ, quod Latinè infibulare poſſumus dicere. Nã Strabo tradit, quaſdã Æthiopũ mulieres κεκρικῶσθαι τὸ χεῖλος χαλκῷ κρίκῳ. Et apud Herodotũ in Euterpe, ἱστίον κρίκοις legimus, pro velorũ anſulis. Ariſtoteles quoq; li.7. Pol. c.2. ſcribit καθάπερ ἐν Καρχηδόνι φασὶ τὸν ἐκ τῶν κρίκων κόσμον λαμβάνειν. Ex quo intelligis, pro ornamento eum poſuiſſe. Nám & Theodorus Gaza apud Ariſtotelem vertit, Annulum, Plinius Circum, vnde & Circulus diminutiuum, de quo ſupra diximus. Suidas autem ἀγκύλια, ait, ſunt κρῖκοι τῶν ἁλύσεων, id eſt, annuli catenarum. Vnde ea q̃ ſupra περὶ τῶν ἁλύσεων diximus.

Crobyle, κρωβύλη, Reticulũ, ſiue retiolum, quo coma cõtegit. Quin & κρώβυλος, dicitur aureus argenteuſve corymbus, ex capillis pẽdens, πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον, qđ in viris κρώβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκόρπιος dicebat̃. Sunt qui dicant, id reticulum eſſe ab extremis crines extendẽs ad verticẽ, deinde eos deducẽs in acutũ: qui perforata aurea cicada cõſtringebant̃ ne deorsũ defluerẽt. Huius aũt meminit Thucydides in Prooemio lib.4. Bel. Peloponneſiaci. & Clemẽs Alexand. li.2. Pædag. c.10. Seruius in lib.4. Aene. eo loco:

*——Crines nodantur in aurum*

Veluti retiolum quod colligit comas.

Crocota, Vt vocat Mar. Tullius in Oratione de Aruſp. rñſis. & Apuleius lib.8. Aſini aurei. & diminutiuè.

Crocotulæ, Vt appellat Plaut. in Epid. aut item Crocotides, vt alij quoq; uocant: aut denique

Crocotia, Etiam diminutiuum (nam & hæc Iulius Pollux lib.7. cap.13. ponit inter ueſtes muliebres) ueſtes delicatæ fuerunt, ut indicat uetus prouerbium γαλῇ κρόκωτον, id eſt, feli crocoton. quo utimur, cùm indignis honor exhibetur. Suidæ autem κρόκωτός ἐστ' ἔνδυμα ἔγκυκλον, id eſt, ueſtimentum orbiculatum. Et hinc Crocotularij, aut, ut alij legũt, Crocotarij, infectores huiuſmodi ueſtiũ, dicti Plauto in Aulularia. Nonius Marcel. à croco hæc dicta putat. Alibi autem, ſcilicet infrà, nu.59. incip. illud autem conſtat, dicemus Herculem κροκωτοφόρον uocatum fuiſſe, quòd Omphalæ ſeruiens habitu muliebri, crocoton geſtaret.

Crocofuſia, Poſita inter muliebria ornamenta in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. niſi illic mendum ſit: de quo tu uide Catell. Cott. in memor. undones, & crocohyphãta, quaſi dicas, croco intexta.

Crotalia, Apud Plin. lib.9. cap.35. ubi uidebis cuiuſmodi ea ſint, & quare ita dicantur.

Ctenium, κτένιον, Genus pectinis, à κτενίζω, pecto: & κτενὶς, pecten, & κτένιον, pectunculus. Id & xenion dicitur: de quo infrà dicemus. Et hinc quoque quatuor dentes anteriores, qui in meditullio ſunt, Ctenes dicuntur, quo cibum concidant.

Cubitale, Ornamentum cubiti, apud Horat. lib.2. Ser. Satyr.3. Vide infrà Parapechy. Accubitale uocatur à Treb. Pollione in Claudio, ex Epiſt. Valeriani Imp. Sunt qui Culcitram uocent: de qua nunc dicemus.

Cuculus & Cucullio, Diminutiua Grẹcorũ forma, uiris & mulieribus cõis, quo capita aduerſus pluuias & frigus uelabant. De quo Martialis lib.5. Epigram.14.

*Illinc cucullo proſpexit caput tectus.*

Et Iuuenal. Satyr.6.

*Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos.*

Et Columel. li.1. c.8. Cultam ueſtitamq; familiã magis utiliter quam delicatè habeat, munitamque diligenter à uento, frigore, pluuiaq;: quæ cuncta prohibent pellibus manicatis, centonibus cõfectis, uel ſagis cucullis. Id ſi fiat, nulla dies tã intolerabilis eſt, quò nõ ſub diuo moliri aliqđ poſsit. De cucullione Cato Rei ruſticæ c.2. & c.135. & Iul. Capitol. in uita Veri.

Culcitræ, Quas inter ueſtes poſuit Iuriſconſultus in l. argõ. §. culcitræ. ff. de aur. & arg. leg. Et diminutiuè

Culcitrulæ, Plauto in Moſtel. Eſt autem linteum illud, quod dormiẽtibus ad quietem ſupponitur, apud Cic. li.3. Tuſcul. Collocemus in culcitra plumea: pſaltriã adducamus. Et apud Martialem lib.5. Epigram.63.

*Nulla tegit farctos, nec ĩaneis culcitra lectos.* Et alibi:

*Blandita tumeat facilis tibi culcitra pluma.*

Et Iuuenal. Satyr.5.

*Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto.*
*Vnà ſimus, ait.——*

Alibi autem Iuriſconſultus in l.3. ff. de ſupel. legat. dicit, ſupellectili legata, contineri culcitras.

Cybarcia, κυβαρσία, A polluce lib.5. cap.16. poſita inter ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem eſſe uolunt cum Anaxyride, de qua ſuprà diximus.

Cyclas, Genus ueſtimenti fœmineæ, ut tradit Seruius, enarrans illud lib.1. Aeneid.

*——Gentemq; togatam.*

Eaque pronubæ (ut ſcribit Sidonius) honorabantur. Lampridius tradit, Alexandrum Imperatorem ſolere dicere, matronas regias contentas eſſe debere cyclade, quæ ſex uncijs auri plus non haberet. Propertius lib.4. Eleg.7.

*Hæc nunc aurata cyclade ſignat humum.*
Et Iuuenal. Satyr. 6.
*Hæ ſunt quæ tenui ſudant in cyclade.* ——
Hinc autem Cycladatus Caligula dicitur à Suetonio. Nam & Ioſephus lib. 19. cap. 1. carpit ipſum Caligulam, quòd cycladem & alia veſtimenta muliebria indueret. Ita autem dicta eſt, quòd rotunda ſit. Nam & hodie quaſdam veſtes fœmineas rotundas vocamus, quæ in orbem abſolutum deſinunt.
Cynaſones, Acus, quibus mulieres caput ſcalpunt, Sexto Pompeio lib. 3.

### D

Dactylion, δακτύλιον, Annulus.
Dactylidion, Annullus ſine gēma, aut ſigillo. Gualtherus apud Pollucem lib. 5. cap. 6. vertit Condulum.
Dactyliotheca, Vide ſupra Chirotheca. Id tñ pro annulorū repoſitorio multi intelligunt, vt poſtea dicemus.
Dentifricia, Suo nomine ſatis cognita: de quibus & nos diximus in tractatu Nobilitatis, c. 31. nu. 27. in nomenclatura Medicamentorum.
Deræa, δέραια, ſiue etiam δέῤῥαια, Æolicè, ornamenta colli, ex Polluce, Heſychio, & Suida. Nam & δέρη & δειρὴ collum eſt. Vide Perideræon.
Deſmata, δέσματα, Ligamina, quibus mulieres vtuntur in capite: de quibus apud Homer. lib. 22. Iliad. de Andromache loquentem:
Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα.
Vide ſupra Anadema.
Dextralia, Inter ornamēta muliebria poſita. Exodi cap. 35. & Num. 31. & apud D. Cyprianum lib. de Habitu virginum, dum citat Eſaiam, c. 3. Quæ & ipſe D. Hieronymus, aut quiſquis is fuit, lib. Iudic. cap. 10. vocat.
Dextraciola, Alij autem
Dextrocheria, vt D. Ambroſius, & Iul. Capitol. de Maximino loquens: Vxoris, inquit, dextrocherio vtebatur pro annulo. Et his quidē dictionibus ſignificatur muliebrium brachiorum, præſertim dextrorum, ornamētum, quod ex auro aut alio metallo, in annuli lati formam gemmis integebatur. Rabbi autem Salomon dicit eſſe עדי חצאזנן: id eſt, aurium ornamentum: quod in eodem cap. 31. Num. ſcribitur עגיל. Septuaginta autem Interpretes verterunt περιδέξιον, quod vltra vulgarem ſignificationem ambidextri, ſignificat etiam dextrale, aut quod circa dexteram inuoluitur: quod alibi Inaures vertit Hieronymus.
Diabathra, διαβάθρα, Genus ſolearum Sexto Pompeio & Polluci lib. 7. capite 22. vbi hæc dicit communia eſſe viris & mulieribus. Et hinc Diabathrarij, huiuſmodi ſolearum confectores apud Plautum in Aulularia. Eſt præterea διαβάθρα ſcala nautica.
Dialithon, διάλιθον, Poſitum inter ornamenta muliebria Polluci lib. 7. c. 22. Vbi Gualtherus gemmam vertit.
Dropa, δρόπη, Poſita Polluci lib. 5. c. 16. inter ornamenta muliebria. & iterum lib. 7. c. 22. ad fin. vbi Rodulphus Gualtherus vertit inaures.
Diploidion, Inter veſtes muliebres poſuit Pollux libro 7. capitulo 13.
Diplois, Genus veſtis, quæ ſcilicet duplicata eſt, cuiuſmodi ſunt ἐμπερονατρὶς, de qua infra: & ἐμπερόνημα δίπτυχον apud Theocritum.
Dipodia, διποδία, Genus calceamenti Critiæ memoratū apud Polluc. lib. 7. c. 22. qui ea dicit eſſe, quas ὀπισθοκρηπῖδας vocant, de quibus infra.
Diſcerniculum, Quo diſcernitur capillus, vt dicit Varro libro 4. de Ling. Lat. Nonius autem Marcellus dicit diſcerniculum acum eſſe, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit. Dictum à diſcernendo. Lucilius, libro 30.
*Emplocamo digitis diſcerniculumq́; capillo.*
Diſcriminale, Idem eſt. Hac enim dictione vſus eſt D. Hieronymus, aut quiſquis is fuit, Eſaiæ 3. cap.
Doris, Apud Herodot. lib. 5. veſtis muliebris, quæ fibula partem alioqui hiantem ſubnecteret. Ita autem vocatur, eo quòd Doricum ſit inuentum, vt ille ipſe ait.

### E

Eanus, ἑανὸς, Veſtis ſplendida & ſubtilis apud Home. lib. 14. Iliad.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ', ὅν οἱ Ἀθήνη
Ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά.
Et in Hymno Veneris, loquens de ornatu ipſius:
Ἀμβροσίῳ ἑανῷ τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.
Vide infra in Peplo.
Echini, ἐχῖνοι, Ornamenta circa carpum manus, ex Polluce lib. 5. c. 16. quæ & ψέλλια, περικάρπια, & βαυάλια dicuntur: de quibus & nos ſuo ordine dicemus: ita vt non admodum diſſimilia intelligas brachialibus & armillis, de quibus etiam ſupra diximus.
Elenchi, De quibus Pli. lib. 9. c. 35. Et procerioribus ſua gratia eſt: Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos & ternos auribus, fœminarum gloria eſt. Et Iuuenalis Satyr. 6.
*Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.*
De his etiam fit mentio in l. pediculis. §. vlt. ff. de auro & argen. lega.
Ellobium, ἐλλόβιον, Nam & id Pollux lib. 5. c. 16. ponit inter ornamenta muliebria. Sunt qui interpretentur ornamentum ab aure dependens, hoc eſt, inaures.
Elleborum, ἐλλέβορον, Nam & id Pollux eodem loco rurſus lib. 2. c. 22. inter fœminea ornamēta reponit. Quid autē aliàs ſignificet, nemo ignorat, nempe veratrum.
Embades, ſiue
Embatæ, Sumptuoſum calceamentum, vtrique ſexui cōueniēs, vt nonnulli tradunt. Pollux autem lib. 7. capite 22. author eſt, ita vocatos fuiſſe calceos vulgares, & ſimiles eſſe Comicis calceis. Græcè ſcribuntur ἐμβάδες ἐμβάται. Ammonius autem, Embades, inquit, Comica ſunt calceamenta: Embatæ, Tragica. Idem aſſerit & Thomas Magiſter: qui & illud ſimpliciter dicit, ἐμβάδια, calceamenta ſunt. Ariſtophanes in Pluto:
Τοῖς ἐμβαδίοις τίς χρήσεται,
Et in Veſpis:
Μῶν ἀπολώλεκε ἐμβάδας, Hoc eſt:
*An perdidit calceamenta?* Et rurſum.
Ἀλλ' ἐν τούτοις γ' ἐκείνοις οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς
Τῶν πατέρων ἐμβάδων. Hoc eſt.
*Sed in his pudor ne antiquorum quidem ineſt calceamentorum.*
Emperonatris, ἐμπερονατρὶς, Diplois, ſiue veſtis duplicata.
Emperonema, apud Theocritum, quod & nonnulli Diploida interpretantur. Vide ſupra Diplois.
Encambomata, Veſtes puellares ſunt, vt ſcribit Nonius Marcellus ex Catone, libro de puellis ordinandis. Vt puellæ habeant potius in veſtitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas. Pollux autem ἐγκύβωμα vocat albam tuniculam.
Enclaſtridia, ἐγκλαστρίδια, Genus ornamenti muliebris, à Comicis vſurpatum, vt tradit Pollux lib. 5. cap. 16.
Encyclon, ἔγκυκλον, Veſtis quædam muliebris circularis, apud Ælian. lib. 7. de Varia hiſtor. & apud Pollucē lib. 7. capit. 22. & ante hos apud Ariſtophan. in Theſmophor. & ab eo apud Clementem Alexandrinum, lib. Pædagog. 2. capit. 12.
Endromis, ἐνδρομὶς, Genus veſtis, apud Martial. libro 4. Epigr. 19. (aliàs 9.) & lib. 14. Epigr. 126. & Iuuenalis Satyr. 6.



Satyr. 6. vbi taxat mulieres Romanas, quòd endromide purpurea vterentur:
*Endromidas Tyreas & fœmineum ceroma*
*Quis neſcit?*
Et Satyra 3.
*Accipit endromidem, & ſi dixerit, æſtuo, ſudat.*
Pollux autem lib. 7. cap. 22. dicit, endromidas genus eſſe calceamentorum Dianæ propriorum. Sunt qui dicant, hanc eſſe veſtem hirſutam, & villi longioris, qua in balneis & gymnaſijs præcipuè veteres vti ſolebant: indeque ſic dictam eſſe, quòd eſſet apta curſui. Nam δρόμον Græci curſum vocant. Inde Endromidatus Sidonio Apollinari.
Enete, ἐνέτη, παρὰ τὸ ἐνιέναι: hoc eſt, ab immittēdo, fibula eſt, qua Iunonē ſe ornaſſe tradit Hom. lib. 14. Iliados,
Χρυσείης δ' ἐνετῇσι κατὰ στῆθος περονᾶτο.
Quid autem ſit fibula, poſtea dicemus.
Enotium, ἐνώτιον, Inauris, de qua poſtea dicemus. Hoc quoq; in mūdo muliebri poſuit Pollux li. 5. capite 16.
Entrichon, ἔνθριχον, Coma appoſititia. Vide infra Galericus.
Entropha, ἔντροφα, Quaſi dicas innutrita. Nam & hęc muliebribus ornamentis annumerat Poll. lib. 5. c. 16.
Entropides, ἐντροπίδες, Genus calceamentorum, ex Lexico. Entropon autem ἔντροπον, ponit Pollux in mundo muliebri: vbi Gualtherus vertit velū. Vide infra.
Eperrhinion, ἐπέῤῥινον, Vide infra Inaures.
Ephaptidem ponit Clemens Alexandr. lib. Pædag. 2. c. 10. inter veſtes muliebres. Eſt autem (vt nonnullis placet) læna pretioſior.
Ephodus, Vide infra Epomis.
Epiblema, ἐπίβλημα, Veſtimentum exterius, amiculum, ſtragulum torale, apud Galen. παρὰ τὸ ἐπιβάλλομαι τὸ ἐνδύομαι, authore Budæo in Commen. linguæ Græcæ. Quanquam aliud ſignificare videatur apud D. Matthæum, cap. 9. Hoc autem genus veſtimenti inter muliebria ponit Pollux lib. 7. cap. 13. vbi Paludamentum vertit Gualtherus.
Epicrenon, ἐπίκρηνον, Vitta, ſtrophium. Ex Lexico.
Epicrocum, apud Varronem, Genus amiculi croco tinctum, tenue & pellucidū, teſte Feſto Pompeio, lib. 5.
Epitogium, Pallium, quod togæ ſuperponitur.
Epomidion, ἐπωμίδιον, at etiam
Epomis, ἐπωμὶς, Tanquam humerale dicas, quo ſcilicet humeri integuntur: quam veſtem inter fœmineas poſuit Pollux lib. 7. capit. 13. Hieronymus, aut quiſquis alius eſt, vertit Superhumerale, Exod. 28. 35. & 39. non ſemel: quibus locis Caſtalio Ephodum tranſtulit. Quanquam & ille vulgatus Interpres alibi ſimpliciter Humerale vertat, Eccleſiaſtici 45. vbi ipſe Caſtalio Epomidis verbo Græco vſus eſt. Quibus ex locis intelligi poteſt, id veſtimenti genus etiam viris conuenire. Hinc autem fit illud ἐπωμίδιον, parua epomis. Vide infra Humerale.
Eumaris, εὐμαρὶς, Calceamenti genus, ab induendi facilitate. Nam εὐμάρεια, facilitas: εὐμαρὶς, facilis dicitur. Eſt autem inuentum Barbaricum, è ceruina pelle confectum, commune viris & mulieribus, vt tradit Pollux libro 7. capite 22.

### F

Faſciæ crinales pedulesque, aut (ſi malis) pedales, ſiue item pendules, vt nonnulli legunt in l. argumento. ff. de auro & argen. lega. Ego malo legere pedules, ex antiqua lectione. Pedale enim (vt ſcribit Cornelius Fronto, in libro de nominum verborumque differentijs) eſt menſura pedis: quod & probatur ex Plin. lib. 13. capite 12. Pedule verò (vt ſcribit idē Frōto) ſub pedibus pręſtat vtilitatē. Priſcos aūt vſos fuiſſe faſcijs in pedibus, teſtis eſt idem Plinius, ſcribēs lib. 8. c. 57. mures arroſiſſe Carboni Imperatoris faſcias, quibus in calceis vtebatur. Ex Tullij quoq; verbis ſupra citatis in Calantica, intelliges fœminas etiam his vti ſolitas. Beroaldus autem in Apuleium lib. 7. non legit in d. l. argumento. crinales, ſed crurales: quæ lectio etiam ſatis conuenit, cùm legamus, crura quoq; olim faſcijs ligari ſolere: vt probatur, licèt non dicat, ex Valerio Maximo lib. 6, capite 2. dum ſcribit, de Pompeio candida faſcia crus obligatū habente, Fauoniū dixiſſe, Non refert, qua in parte corporis geſtet diadema. Cuius etiam rei meminit Ammianus Marcellus lib. 7. Et ex Quintiliano li. 11. capite 3. vbi ait, Faſcias, quibus crura veſtiuntur. Quæ item lectio placet Alciato lib. 1. Prætermiſſorum. & Nebriſſenſi in Lexico, in verbo, Pedules. Tametſi idē alio in loco, in verbo, crinale, legit Crinales: quod & mihi admodū arridet. Nā & id propriū & peculiare mulierū eſt, vt faſcijs crines ligēt. Sunt præterea & Faſciæ pectorales, quibus ſolēt fœminæ mamas cohibere. Ouid. lib. 1. de Arte amādi,

Pedale. Pedule.

——*Omne papillæ*
*Pectus habent tumidæ, faſcia nulla tegat.*
Et Propert. lib. 4. Eleg. 10.
*Mollis & hirſutum ſepit mihi faſcia pectus.*
Et Martial. in Apophor.
*Faſcia creſcentes dominæ compeſce papillas,*
*Vt ſit, quod capiat noſtra tegatq; manus.*
Et Apuleius, vbi ſtatim citabo in Faſciola. Græci ςρόφιον vocant: de quo poſtea dicemus. De faſcia quoq; pectorali inter ornamenta muliebria fit mentio Eſaiæ capite tertio, vbi Aquila Cingulum interpretatur: Caſtalio tenuem interulam. & Hieremiæ capite ſecūdo, vbi ipſe Caſtalio Lemniſcos vertit. Verbo autem Hebraico dicitur פתיל. Tullius libro 2. Epiſtolarum ad Atticum, epiſt. 3. loquitur de neſcio quibus faſcijs cretatis: quas nonnulli intelligunt pro calceis Sicyonijs: de quibus poſtea loquemur.

Faſciæ pectorales.

Faſciolæ, Diminutiuum à faſcijs, apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina. apud Ciceronem de Aruſpic. reſponſis. & Horatium libro 2. Sermo. Satyra 3. Vide & Apuleium lib. 2. Metamo. vbi ipſa, inquit, linea tunica mundulè amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuſcule, ſub ipſas papillas ſuccinctula.
Feminalia, ſiue
Femoralia, Quibus pudenda teguntur. His & mulieres vtuntur, vt etiam viri, vt videre eſt Exod. cap. 28. Leuit. 6. & 16. Ezechiel. cap. 44. & Eccleſiaſt. cap. 45. Caſtallio ſecundo illo loco vertit Subligacula: de quibus infra. Poſteriore vtitur Suetonius in Auguſto, c. 82. & vide infrà Periſcelides.
Fibulæ, Quas Iuriſconſulti in l. argumento. non multò poſt princ. ff. de auro & argen. leg. dicit ornamentum magis eſſe, quàm veſtem. Plinius quoque lib. 33. cap. 1. videtur eas cultui mulierum aſſignare, cum dicit, Fabricam etiam Deum, fibulas & alia muliebris cultus, ſicut inaures, &c. Quod & probatur ex illo Virgilij loco de Camilla loquentis, lib. 7. Æneid.
——*Vt fibula crinem*
*Auro internectat.* ——
Idem autem Virgil. lib. 4. Æneid.
*Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.*
Eaſdem quoque virorum fuiſſe, ſatis cōſtat ex Liuio, 4. Decad. lib. 9 cùm ſcribit, Quintum Prætorem ſuos equites catellis & fibulis ornaſſe. Et ex Epiſtola Bruti, relata à Plinio, eodem illo lib. 35. capit. 3. ſtatim poſt princ. & ex Epiſtola Valeriani Imperatoris ad Zoſimionem, apud Trebellium Pollionē in vita Claudij Secūdi Imperatoris: & ex Flauio Vopiſco in uita Aureliani, cùm ſcribit, eū cōceſſiſſe, vt fibulas aureas gregarij milites haberent: & ex Epigr. Martial. 80. lib. 7.

*Menophili penem tam grandis fibula veſtit.*
Idem in Apophoretis, diſticho 215.
*Dic mihi ſimpliciter, Comœdis & Citharœdis*
*Fibula quid præſtet? Carius vt futuant.*
De fibulis autem chlamydum fit mentio. l. 1. C. nulli licere in fræn. lib. 11. Philoſtratus in Imagine Cupidinis, eum effingit cum fibulis aureis.

Fimbriæ, Veſtimentorum aut aliorum ornamentorum extremitates. Cicero in Piſonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Apud diuum Matthæum cap. 9. & Lucæ 8. mulier tetigit fimbriam veſtimenti Chriſti: & alij apud diuum Marcum, capit. 6. ad fin. Ita autem vocare poſſumus quæ vulgus noſtrum appellat *bords, bordures, franges*, in quibus mulieres noſtræ inſaniunt.

Flabellum, quo mulieres, aut ēt viri, per æſtatem ventilationem faciunt ad refrigerandam faciem, aut ēt ad abigendas muſcas. Ouidius libro 3. Amorum, Eleg. 2.
*Vis tamen interea tenues accerere ventos,*
*Quos faciunt noſtra mota flabella manu.*
Et lib. 1. de Arte amandi,
*Profuit & tenui ventos mouiſſe flabello.*
Martial. lib. 3. Epigr. 40.
*Et æſtuanti tenue ventilat frigus.*
*Supina praſino concubina flabello.*
Ex Propertio autem videmus, olim id fieri ſolitum ex pennis pauonis,
*Et modò pauonis caudæ flabella ſuperbæ.*
Vide infra Rhipis.

Flammeum, Veſtis, vel tegmen, quo matronæ caput tegunt, vt ſcribit Nonius Marcellus, vbi de genere veſtimentorum tractat. Hoc autem amiciebantur nubētes ominis boni cauſa, propterea q; eo aſsiduè vtebatur Flamminica: id eſt, Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. De hoc Lucanus lib. 2. de Martia nubente Catoni. & Iuuenalis Satyra 2. & Plinius lib. 21. cap. 8. Et Martial. lib. 11. Epigr. 79. ad Victorem,
*Flammea texuntur ſponſæ: iam virgo parata eſt.*
Et iterum lib. 12. Epigr. 42.
*Præluxere faces, velarunt flammea vultus.*
Et in c. fœminæ. 30. q. 5. vbi ſcribitur, fœminas cùm maritantur, ideo flammeo velari, vt ſe nouerint ſemper maritis ſuis ſubditas eſſe. Sed in noſtris codicibus detracta eſt dictio, flammeo. Vulgus autem Italicum etiamnum Fazollum vocat. Vide Eraſmum Tomo 1. pagina 944. in impreſsione Frobeniana. Hinc autem Flammearij dicti opifices huiuſmodi veſtium, apud Plautum in Aulularia.

Flammeolum, Diminutiuum, apud Iuuenal. Saty. 10.
*——Sedet illa rarato*
*Flammeolo.——*

Focale, Apud Quintil. lib. 11. cap. 3. Palliolum, inquit, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur & focalia, & ligamina aurium, ſola excuſare poteſt valetudo. Itē apud Horat. lib. 2. Serm. Sat. 3.
*Mutatus Polemon ponas inſignia morbi*
*Faciolas cubitale, focalia. &c.*
Quo in loco Acron putat eo nomine intelligi torques vel coronas, quas geſtabant in collo. Eſt & apud Martialem in Apophoretis illud de focali, Epigrām. 142.
*Si recitaturo dedero tibi fortè libellum,*
*Hoc focale tuas aſſerat auriculas.*
Seneca aūt lib. 4. Naturalium q. vr̄ accipere pro genere veſtis, quo ad focum vtebantur. Videbis, inquit, quoſdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros. Videto Cæl. Rhodig. lib. 18. c. 10.

Forpices, & Forficulæ, Quibus mulieres vngues, aut aliud aliquid amputant, & incidunt, quas nos vulgò *forſettes & ciſeaux* vocamus: quibus auratis fœminæ ad ornatum vti ſolent. Vide infra Pſalis.

Frontalia, Quæ nos vulgò *frontaux* vocamus fronti ſcilicet applicari ſolita, gemmis & margaritis cooperta: quæ nos olim magno in vſu vidimus. Et hæc priſcis temporibus equis & elephantis imponebantur, vt videre licet ex Liuio lib. 7. Bel. Maced. & ex Plin. lib. 37. c. 12. Hac appellatione vſus eſt Caſtalio Eſaiæ 3. pro eo quod vulgata editio dicit gemmas in fronte pendentes. Vide ſupra Ampyx. & infra Paropis.

Funda, eſt circulus ex auro, aut alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt aurum non niſi margines amplectatur. Plin. lib. 37. c. 8. Præſtantiores funda clauduntur, id eſt, parentes, nec præterquam margines auro amplectente. Et cap. ſequen. Funda includuntur perſpicuæ: cæteris ſubijcitur orichalcum. Hanc nonnulli, & in his Rodulphus Gualtherus, exiſtimant à Græcis ὀπισθοσφενδόνην dici, de qua nos infra dicemus.

## G

GALBANUM, Genus veſtimenti muliebre, quod à viris geſtari, non ſine bile reprehendit Iuuenalis Satyra 2.
*Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.*
Martialis autem lib. 3. Epigr. 40. de Zoilo loquens, veluti delicato molli & effœminato.
*Iacet occupato galbanatus in lecto.*
Et alibi ſcilicet lib. 1. Epigr. 64. Galbanos mores, dicit pro mollibus & laſciuis. De tunica autem Galbana Vopiſcus in Aureliano, ſiue hæc ſit, ſiue alia.

Galbeum, quoque ſcribit Feſtus Pompeius eſſe genus ornamenti, ſiue fuerit illud galbanum, ſiue aliud: neque enim aliter declarat. Flauius autem Vopiſcus in Aureliano tradit, Tetricum indutum tunica galbina, fuiſſe ductum in triumphum. Cæterùm ipſe Sextus Pompeius libro tertio ſcribit, Galbeos armillas eſſe, quibus triumphantes vtebantur. quod an huc pertineat, cæteri viderint.

Galerus, & diminutiuè.

Galericulus, Ex alienis capillis conſutus, coma ſcilicet adulterina, quam nos *faulſe perruque* vulgò dicimus. Hoc etiamnum mulieres noſtræ ſæpe vtuntur, vel vt mentiantur veros crines, canoſque aut aliàs deformes capillos occultent, vel vt caluitium velent: vt patet ex hiſce verſibus Ouid. lib. 3. de Arte amandi:
*Fœmina procedit denſiſsima crinibus emptis:*
*Proq; ſuis alios efficit ære ſuos.*
Et alibi lib. 1. Amor. Eleg. 4.
*O quàm ſæpe comas aliquo laudante, rubebis:*
*Et dices, empta nunc ego merce probor.*
Et Martial. lib. 12. Epigr. 23. in Læliam,
*Dentibus atq; comis (nec te pudet) vteris emptis.*
Quanquam ſunt qui Galericulum aliter intelligunt, non tamen longè ab hac noſtra ſignificatione. Priore vſus eſt Iuuenal. Satyr. 6.
*Et nigrum flauo crinem abſcondent galero.*
Et Statius lib. 4. Thebaid.
*——Arcadij morem tenet ille Galeri.*
Et Claudianus lib. 1. de Raptu Proſerpinæ,
*——Cyllenius adſtitit ales*
*Somniferam quatiens virgam, tectusq; galero.*
Altero vſus eſt Suetonius in Othone, cap. 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorum ita adaptato & annexo, vt nemo dignoſceret. Eſtque de eo Apophoretum Martialis lib. 14. Epigr. 50.
*Ne lucet immundum nitidum ceroma capillos,*
*Hac poteris madida condere pelle comas.*
Id etiam Capillamentum dicitur Suetonio in Caligula, cap. 11. Græcis autem φενάκη, & πηλίκιον, & πηλίδιον, vt placuit Budæo in Annot. in hoc citanti Demoſthenem περὶ παραπρεσβείας, id eſt, de falſa, ſeu ementita lega-



legatione. Cui & tu adde Ariſtophanem in ea fabula, cui Acharnes titulus eſt:
Τὸ πηλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον.
Quin & ἔντριχον dicitur. Horatius Caliendrum vocat, vt ſuprà diximus.

Gauſapa, Veſtes villoſæ, quæ hyemali tempore geſtantur, quorū meminit Plin. li. 8. c. 48. Martial. lib. 14. nō ſemel. & Perſius Satyra 5. Et his quoq; vſas fœminas, oſtendit illud Ouidianum libro ſecundo de Arte:
*Gauſapa ſi ſumit, gauſapa ſumpta proba.*

Gemmæ, Omnibus notæ, quæ an & quomodo differant à margaritis, vide infrà in Margaritis. Aelius Lampridius ſcribit, Alexādrum Seuerum gemmas de calceamentis & veſtibus abſtuliſſe. Et poſtea ſubdit, eundē gemmas ſibi oblatas vendidiſſe, quòd muliebre eſſe exiſtimaret, gemmas poſsidere, quæ neque militi dari poſſent, neque à viro haberi. Idem alibi refert, eundē Alexandrum dicere ſolere, gēmas viris vſui non eſſe.

Germina, Vide ſuprà Blaſta.

Gremialia, Vide infrà Periſcelides.

Gryphoma, γρύφωμα, Poſitum à Polluce inter ornamenta muliebria. lib. 7. cap. 22.

Gymnopodia, γυμνοπόδια, Genus calceorum muliebriū apud Polluc. lib. 7. cap. 23. vbi Gualtherus Nudipedia vertit: propterea, vt opinor, quòd γυμνὸς nudum ſignificet, & γυμνόποις, nudipedem.

## H

HElicteres, ἑλικτῆρες, Apud Pollucem lib. 5. c. 16. in mundo muliebri numerantur: eosq; circa aures eſſe tradit. Quo in loco Cardines vertit Gualtherus. At lib. 7. cap. 22. vertit Inaures.

Helices, ἕλικες, Crines mulierum implexi, implicamenta capillorum, inaures, apud Homerum in Hymno Veneris, illius cultum deſcribentem.
Εἶχε δ' ἐπιγναμπτὰς ἕλικας, τε φαεινάς.
Quam vocem Andreas Diuus vertit Capreolus: qua ratione neſcio. Nam & poſtea in eodem Hymno nō aliter vertit, quàm Helicas. Vertebras autem vertit Gualtherus apud Pollucem.

Hemidiploidion, ἡμιδιπλοΐδιον, id eſt, ſemidiploidion, etiam adſcribitur muliebribus veſtimentis à Polluce lib. 7. cap. 13. Vide Diploidion.

Hermata, Aurū ornatus apud Homerum li. 14. Iliados.
Ἐν δ' ἄρα ἕρματα εὐτρήτοισι λοβοῖσι,
Ἕρματα δ' εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν.
Vbi ipſe Andreas Diuus Inaures quoque tranſtulit. Hæc quoque Iulius Pollux libro 5. cap. 16. ponit in mundo muliebri.

Himation, ἱμάτιον, Apud Lyſiam, qui τῶν ἱματίων γυναικείων meminit: de quo tu ampliſsimè vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ. & Bayſium de re veſtiaria. Hima quoque, εἷμα, pro adminiculo poſuit Homer. 7. Odyſs.
——Πολλὰ δ' ἔδωκα
Σῖτον καὶ μέθυ ὕδ', καὶ ἄμβροτα εἵματα ἕσσεν.
Et in Hymno Veneris, loquens de veſtibus illius:
Ἑσσαμένη δ' εὖ πάντα περὶ γὰρ εἵματα καλά.
Et iterum poſtea:
Λῦσε δ' οἱ ζώνην, ἰδὲ εἵματα σιγαλόεντα.
——Ἔδυνε. Et rurſum,
Αὐτὴ δὲ γὰρ ἔννυτο εἵματα καλά.

Hormos, ὅρμος, Monile, corrigia calceamentorum, vt nōnullis placet: de quo Homer. lib. 8. Odyſs.
Ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε.
Et in Hymno Veneris, vni id ornamenti genus ipſi Veneri tribuit:
Ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν.
*Hormai autem circa molle collum perpulchri erant.*
Ex quo potes intelligere, id genus ornamenti eſſe collare: pro qua voce Andreas Diuus trāſtulit Catenas. Poſtea autem in eodem Hymno vertit Monilia: vt ēt fecit apud Ariſtophan. in Veſpis, hiſce carminibus.
φιάλας, χλανίδας, στεφάνους,
Ὅρμους, ἐκπώματα, πλουθυγίειαν.
Hinc autem ὁρμίσκοι, monilia: & ὁρμίσκος diminutiuū, paruum monile: cuius inter ornamenta muliebria meminit & Pollux libro 7. cap. 22. ad fin. vbi Gualthe. vertit Inaures. Vide tamen infrà Iſthmion.

Humerale, Ornamenti genus, quod circa humeros ponitur. Vide ſuprà Epomis. Scio & eo nomine ſignificari arma, quibus humeri teguntur, Iuriſconſulto noſtro in l. qui commeatus §. 1. ff. de re milit.

Hydrobaphes, ὑδροβαφές, Veſtis aquatilis, ſiue colore aquæ, mulieribus peculiaris, quæ nunc (inquit Pollux lib. 6. cap. 2.) ψυχροβαφὲς appellatur.

Hypocampia, ὑποκάμπια, A polluce lib. 5. cap. 17. inter ornamenta muliebria poſita.

Hypodema, ὑπόδημα, ſiue

Hypodeſis, ὑπόδεσις, id eſt, calceus, ſeu calceamentum. Homer. lib. 18. Odyſs.
Εἵματα τ' ἀμφιέσαιμι, ποσίν δ' ὑποδήματα δοίην.
Id autem eſt veluti generale calceamentorum vocabulum apud Pollucem lib. 7. cap. 22. ad fin.

Hypoderis, ὑποδερίς, &

Hypoderæum, ὑποδέραιον, &

Hypodæreum, ὑποδαίρεον, Monile, torques, colli ornamentum, ex Polluce lib. 5. capite 16. & libro 7. capite finali. Varinus interpretatur Nurenula. Vide Deræa.

## I

INaures, Vulgò notæ, quas & inter ornamenta muliebria ponit Iuriſconſultus in l. argumento. § ornamē ta. ff. de auro & arg. leg. Et de his quoq; fit mentio in l. pediculis. §. vlt. eod. tit. Harum quoque multus fuit vſus apud Iudæos, vt patet ex Geneſeos ca. 24. Exo. cap. 32. & 35. Iudic. 8. Iudith 10. Iob 42. Prouerb. 25. Eſaiæ 3. Ezech. 16 vbi Hieronymus ita dicit vocari, quòd de auribus pēdeant: & Hebræis נזם dici, quod Symmachus ibi interpretatur ἐπιρρίνιον. & Ozeæ 2. cap. Eò autem proceſsit luxus, vt & viri quoque his vtantur, vt videre licet ex Plin. lib. 11. cap. 37. & ex eo Iuuenal. loco, Satyr. 1.
*Natus ad Euphratē, molles q̄ð in aure feneſtræ, &c.*
Idq; etiam apud Iudæos. Nam ſcribitur: Dixitq; ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque & filiarum veſtrarum auribus.

Incingulum, Vide ſuprà Cingulum.

Induſium, Quaſi intuſium, ſuper quo mox ſubucula ſumitur. Nam Varro lib. 1. de Ling Latin. intuſium vocat, ita ſcribens: Vnum, quod foris à palàm palla: alterum quod intùs, à quo intuſium. Plautus in Epidico, Induſiatum vocat ſubſtantiuè. Vbi tamen Varro Intuſiatum legit. Nonius Marcellus ſcribit, Induſium eſſe veſtimentum, quod corpori intra plurimas veſtes adhæret, quaſi intuſium. Inde autem Induſiarius dictus Plato, qui huiuſmodi induſia conficit: & pueri Induſiati, Apuleio lib. 2. Metam. vbi plerique legunt incluſiati: & iterum lib. 8. *Inſtitarius Induſiatus.*

Inſtita, Tenuis faſciola, quæ ſtolæ extremitates ambibat. Græci περιγιτόνιον appellant, quòd togæ ſubſuebatur. Hac honeſtæ matronæ vtebantur. Horatius lib. 1.
*——Sunt, qui nolint tetigiſſe, niſi illas*
*Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.*
Et Ouid. lib. 1. de Arte amandi:
*Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris,*
*Quæque tegis medios inſtita longa pedes.*
Et iterum lib. 2.

*En ite-*

*En iterum teſtor, nihil hic, niſi lege remiſſum,*
*Luditur: in noſtris inſtita nulla iocis.*

Iſthmion, ἴσθμιον, de quo apud Homer. lib. 8. Odyſſ.
Ἴσθμιον ἤνεικεν δεράτιον περικαλλὲς ἄγαλμα.
Quo in loco Didymus Interpres dicit id idem, quod περιτραχήλιον, de quo infrà dicem⁹: & in hoc differre ab hormo, de quo ſuprà diximus, ꝙ Iſthmion collum cingat, hormos autem ab eodem demittatur: tanquā videlicet illud ſit, quod vulgò *collier* vocamus, hoc au tem *chaine*. Iſthmia ponit Pollux lib. 5. cap. 16. inter ornamēta muliebria: vbi Gualtherus vertit Monilia.

Interulam, Plerique omnes dicunt eam eſſe, quam vulgò Camiſiam, hoc eſt, tunicam carni proximam appellamus, de qua ſuprà diximus. Huius meminerunt Horatius, & Martialis, & Apul. lib. 8. Metam. vbi ſatis patet hanc eſſe cuti proximam, diſciſſaque interula, decora brachia ſæuientibus palmulis conuerberat. Et iterum lib. 2. Florid poſt princ. & Valerius in Epiſtola ad Rufinum. Valerianus Imperator in quadam Epiſtola apud Trebellium Pollionem, in vita Claudij. Et in alia apud Flauium Vopiſcum in vita Probi. & Aurelianus alter Imp. in alia Epiſtola apud eundem Vopiſcum, in vita Bonoſi. & Martianus Capella libro 1. vbi ſcribit, Tritoniam Pſyche donaſſe interulam. Cæterùm Varro in libris Analogiæ docet hanc & virilē & muliebrem veſtem fuiſſe.

## L

**L**Acernæ, Vide Robertum Stephanum.
Lapilli, Lapides pretioſi: qui quantum differant à gemmis, tradit Sabinus ad Vitelliū, apud Pomponiū noſtrum in l. etſi non ſunt. §. peruenimus. ff. de auro & arg. leg. Gemmas enim eſſe pellucidæ materiæ, veluti ſmaragdos, chryſolithos, amathyſtos. Lapillos autem contrariæ ſuperioribus naturæ: vt Obſidianos, vel Abſianos: aut, vt alij legūt, Obſionos & Veientonos, vel Neuentanos. Subditurq; ibi, margaritas nec gemmas, nec lapillos contineri. Vide ſuprà Gemmas, & infrà Margaritas. Et Laur. Vallenſem Elegantiarum lib. 6. cap. vlt. vbi differt à noſtris Iuriſconſultis.
Larua & Laruula, Vide infrà Proſopis.
Laſiris, λάσειρις, Inter ornamenta muliebria numeratur à Polluce lib. 7. cap. 22.
Ledarium, ληδάριον, atque etiam
Ledus, λῆδος, &
Ledium, λήδιον, Tunica æſtiua, vt multis placet, communis virorum & mulierum, Polluci lib. 7. cap. 13.
Lemniſcus, Vide ſuprà in Faſcijs ad finem. & præterea Plin. lib. 21. cap. 3. & Feſtum Pompeium.
Leria, Ornamenta tunicarum aurea, Sex. Pomp. lib. 10.
Limbus, Veſtis pars extrema, apud Virg. lib. 2. Aeneid.
—*Limbo effulgens, & Gorgone ſæua.*
Et lib. 4. eiuſdem operis:
*Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.*
Quo in loco Seruius, Limbus, ait, faſcia eſt, quæ ambit extremitatem veſtium, ſecundum antiquum morem. Et Ouid. 5. Metam.
—*Quam limbus obibat*
*Aureus: ornabant aurata monilia collum.*
Et lib 6. eiuſdem operis:
*Vltima pars telæ tenui circumdata limbo.*
Et Statius lib. Achilleid. 1.
*Et picturato cohibet veſtigia limbo.*
Tradit autem Trebellius Pollio, Zenobiam Palmyrenorum reginam, ad conciones galeatam proceſsiſſe cum limbo purpureo. Cæterùm Nonius Marcellus ſcribit, Limbum eſſe muliebre veſtimentum, quod purpuram in imo habeat. Arnobius autem contra Gētes lib. 1. videtur accepiſſe limbū pro faſcia, qua frons imminuitur, dum ſcribit, Imminuerent frontes limbis. A limbo autem Limbolarij dicti ſunt Plauto in Aulul. qui limbos conficiunt, vel aptant.
Linteamina, Ponuntur inter ornamenta muliebria. Eſaiæ 3. cap. &
Linteola quoque à Plauto in Epidico, &
Linteum, Inter familiaria veſtimenta enumeratur à Iuriſconſ. in l. veſtis. §. vlt. ff. de aur. & arg. leg.
Lunula, Plauto in Epidic. id eſſe videtur, quod vulgus apud nos Aureā virgā appellat, ꝗ digito imponitur.
*Lunulam atq; anellum aureum in digito.*
Hancque ponit D. Eſaias cap 3. inter ornamenta muliebria. Quo in loco D. Hieronymus interpretatur Bullulas dependentes in Lunæ ſimilitudinem. Septuaginta Interpretes ibidem verterunt μηνίσκοις.

## M

**M**Alacion, μαλάκιον, Quod inter colli ornamenta ponit Pol. li. 5. cap. 16. & alibi ſimpliciter inter ornamenta muliebria, ſcilicet lib 7. c. 13. Huiusq; meminit Næuius Poeta antiquus apud Noniū Marcellum.
Mamillare, Velum, aut faſcia, qua mulieres mammas conſtringunt: de quo inter Apophoreta Martialis lib. 14. diſtich. 66.
*Taurino poteras pectus conſtringere tergo*
*Nam pellis mammas non capit iſta tuas.*
Mamiaces, μαμμάκις, Idem cum ſuperiori.
Manos, ſiue Mannos, ſiue Monos, μάνος, μάννος, καὶ μόνος, Genus monilis, Doribus maximè propriū, apud Pollucem lib. 5. cap. 16. Hinc μαννόφορος, qui eo vtitur.
Manicæ, Ornamenta veſtium circa manus, vt ſcribit Seruius lib. 2. Aeneid. quibus ſcilicet manus teguntur. Virgil. lib. 9. eiuſdem operis,
*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*
Et Plinius Iunior lib. 3. Epiſt 5. quæ eſt ad Marcum: Cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne cœli quidem aſperitas vllum ſtudijs tēpus eriperet. Hinc Manicatus, apud Ciceronem in Catilinam, & Columellam lib. 11. cap. 1. qui manicas geſtat. qui & Manuleatus dicitur Plauto in Pſaudolo, & Suetonio in Caligula, c. 52. Quin & Manulearij dicuntur ab eodem Plauto in Aulularia, ipſarum cōfectores. Scio autem Manicarum alias præterea eſſe ſignificationes, quæ huc non pertinent. *Manicatus. Manuleatus. Manulearij.*
Mantelia, De quibus Arnobius aduerſus Gētes li. 2. Ex quo ſatis intelligis, ea eſſe quædā mulierū ornamēta.
Margaritæ, Videntur nonnullis differre à gemmis, de quibus ſuprà diximus, ob ea verba Ciceronis in 6. in Verrem actione, Neque vllam gemmam aut margaritam fuiſſe. Dicunt enim gēmas diuerſi coloris eſſe, margaritas tantùm albas: vel gemmas integras: margaritas pertuſas: vt retulit Seruius, ſubdubius, vt videtur, enarrans illud Virgil. 1. Aeneid.
—*Colloq; monile*
*Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.*
Et Lactantius, aut quiſquis eſt ille Statij Interpres, in locum eiuſdem Poetæ, lib 6. Thebaid.
—*Teretesq; hic vndiq; gemmæ.*
Verùm gemmę, niſi fallor, ſunt veluti genus omnium pretioſorum lapidum, vt uidere licet apud Plin. li. 37. per totum eum librum: margaritæ autē ſpecies ſunt, quas ſcilicet Vniones & uulgò Perlas dicimus: ut ēt uideri pōt ex ipſo Plinio lib. 9. cap. 35. Porrò margaritas inter ornamēta muliebria ponit Iuriſcōſultus, in l. argumentorum. §. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg.
Maſchaliſteres, μασχαλιστῆρες, Ornamentum pectoris & axillarum apud Philippidem Comicum in Ἀδωνιαζούσαις, ex Polluce lib. 5. c. 16. Nā & μασχάλαι dñr ſinus ſub ſummo brachio, Latini uocant axillas & alas.



Maſturcæ, ſiue Maſturgæ: vtrumque enim legitur apud Arnobium lib. 2. aduerſus gentes. Et inde Maſturgatus Plauto. Et fortè legendum eſt Maſtrucæ & Maſtrucatus, vti legitur apud Ciceronem, qui eam veſtem Sardorum eſſe dicit, in Oratione pro Scauro, (vt à nonnullis citatur: neque enim extat) & in Oratione de Prouincijs Conſularibus.
Meſoperſicæ, μεσοπέρσικαι, Genus calceamentorū muliebrium, apud Polluc. lib. 7. cap. 22.
Mitra, & diminutiuè
Mitella, Parua mitra. Nam & mitras inter veſtimenta muliebria poſuit Iuriſcōſultus, in l. veſtis. §. mulieribus. & in l. quæuis. ff. de au. & arg. leg. & liber Iudith, cap. 10. vbi Caſtalio Faſciam vertit. Et Iſaias cap. 3. vbi Hieronymus dicit eſſe capitis ornamentum. Et Varro lib. 1. de Lingua Latina. & Lucretius lib. 4. & Plin. lib. 35. cap. 9. cùm dicit, Capita mulierum mitris verſicoloribus operuit. & Catullus in Argonauticis, de Ariadna loquens:
*Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram.*
Eſt enim genus faſciæ, ſiue tæniæ, quo caput obligatur: vt videre licet ex hoc Euripidis loco:
Μίτραις ἀνάδετοισι βοστρύχους σοὺς πλόκαμον.
Et ex illo Herodoti, μίτραις κατειλίχατο, quod & ex illis annotauit Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 10. vbi & ipſe ſubdit, eſſe quoſdam, qui ſic finiant, ex faſcibus horarijſque concinnatas corollas dici mitras: eamque appellationem inclinari à μίτος, quod filum eſt: atque etiam eo nomine dici zonam, de qua poſtea dicemus, nu. 31. incip. quare autem. Apollonius verò Rhodius lib. Argonaut. 3. ſcribit, Medeam ridiculo quandam à ſe decerptam impoſuiſſe odoratæ mitræ, quæ illi circa pectora pendebat:
Τὸν ῥ' ἥγε ἐξανελοῦσα θυώδεϊ κάτθετο μίτρῃ
Ἥ τε οἱ ἀμβροσίοισι περὶ στήθεσσιν ἔερτο.
Et non multò poſt tradit, eandem pharmacum, quod ex ipſa radice & alijs rebus compoſuerat, è faſcia quoque euoluiſſe:
Προπρὸ δ' ἀφειδήσασα θυώδεος ἔξελε μίτρης,
φάρμακον.—
Virgilius autem lib. 9. Aeneid. huiuſmodi ornatum veluti probroſum & muliebrem in viris criminatur:
*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*
Quo in loco Seruius, Pilea, inquit, ſunt virorum, mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt. Idem Virgil. lib. 4. eiuſdem operis:
*Et nunc ille Paris, cum ſemiuiro comitatu*
*Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem*
*Subnixus, &c.*
Et Ouidius in Epiſtola Deianiræ ad Herculem:
*Auſus es hirſutos mitra redimire capillos*
De calanticis autem ſuprà diximus. Mitellæ autem nomen vſurpauit Cicero in Oratione pro C. Rabirio Poſthumo: vbi tamē nōnulli legūt Mitella. Et Virg. in Copa. & Apul. lib. 7. Metamorph. vbi apertè oſtendit, id eſſe ornamentum muliebre: iterùmque lib. 8.
Monile, De quo Feſtus Pompeius li. 11. Monile, inquit, dictum eſt ornamenti muliebris genus, cuiuſmodi habuiſſe Eriphylen fabulæ ferunt. Alij autem dicūt eſſe ornamentum, quod de collo puellarum pendet: ita dictum, ꝙ virtutis admoneat. Nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Virgil. lib. 1. Aeneid.
—*Colloq; monile.*
*Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam*
*Ferre iubet.*—
Ouid. 5. Metam. haud multò poſt princ.
—*Ornabant aurata monilia collum.*
Et lib. 10. eiuſdem operis:
*Pendebant tereti gemmata monilia collo.*
Et rurſum:
*Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.*
Et in Epiſtola Deianiræ ad Herculem:
*Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo.*
Et Iuuenal. Satyr. 1.
*Et toto poſuere monilia collo.*
Cicero loquens de illa Eriphylæ fabula, 6. in Verrem actione, Eriphylam, inquit, accepimus in fabulis ea fuiſſe cupiditate, vt cùm vidiſſet monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incenſa, ſalutem viri proderet. Seruius autem interpretās priorem illū Virgilij locū, dicit monile ſegmentū dici, de quo nos poſtea dicemus. Hieronymus ī 3. cap. Eſaiæ, dicit monile vno verbo oīa ornamenta muliebria ſignificare.
Mortariola, Vide infrà Oliſci.
Mortualia, Apud Nonium Marcellum in Patagio, ex Næuio in Lycurgo.
Mullei, Calcei purpurei coloris, qui primùm (vt tradit Feſtus Pompeius lib. 17. peculiares fuerunt Regum Albanorum, deinde patritiorum, tandem mulierum. Flauius Aurelianus Imperator apud Flauium Vopiſcum in vita ipſius, ad finem, mulleos viris omnibus abſtulit, & mulieribus reliquit; quod & nos alibi ad aliud retulimus. Dicti autem ſunt à mulando, id eſt, ſuendo, vt ſcribit Feſtus Pōpeius eod. lib. 17. Ab eius autem colore mullum piſcem dictum putabat Feneſtella, referente Plin. lib. 9. cap. 17.
Murænula, Inter ornamenta muliebria poſita Num. 3. Cantic. 1. & Eſaiæ 3. quam colli aurum nunc vulgus appellat, vt tradit Hieronymus, ꝙ ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente, quadam ordinis flexuoſi catena cōtexit: ex murænæ piſcis imagine vocabulo cōformato. Idē Hieronym⁹ in d. c. 3. Eſaiæ ſcribit, murænulas auri atq; argēti texi virgulis. Vide Hypodereon.
Mutatoria, Ab Eſaia cap. 3. inter ornamenta muliebria poſita: de quibus vide ibi Hieronymum, & quę diximus ſuprà in Anabola. Et fortè hæc ſunt, quæ Homerus lib. 8. Odyſ. εἵματα ἐξημοιβὰ vocat: id eſt, veſtimēta mutatoria, permutata, alternata.
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί.
Caſtalio autem in dicto cap. 3. pro mutatorijs vertit Ricas: de quibus infrà dicemus.
Myron, μύρον, Inter ornamenta muliebria poſuit Pollux lib. 7. cap. 22.

## N

**N**Itrum, νίτρον, Muliebribus ornamentis annumeratum ab Ariſtophane in Theſmoph. & à Polluce lib. 7. cap. 22.
Noſides, νοσίδες, E genere calceorum muliebrium, Polluci lib. 7. cap. 22.
Nouacula, Vide infrà Xyros, & ſuprà Commotridium.
Nydipedia, Vide ſuprà Gymnopodia.
Nyctipedeces, νυκτιπήδηκες, Calceorum muliebrium ſpecies, apud Pollucem eodem loco.
Nymphides, νυμφίδες, Genus calceamentorum muliebrium, de quibus Cælius lib. 28. cap. 27.

## O

**O**Cthos, ὄχθος, Limbus, veſtis muliebris, Polluci lib. 7. cap. 21. Lexici concinnator ὀχθοῖβον appellat. Aliud enim illi ſignificat ὄχθος, nempe onus, cumulū, collem, locum iunium.
Ocreæ, Vide infra Sceleæ.
Odones, De quibus in l. argumento. §. faſciæ. ff. de aur. & arg. leg. vbi dicitur, quòd vſum calceamentorum præſtant: niſi ibi mendum ſit, & legendum potius vndonum, quod putat Catel. Cotta, in verbo, Vndones. Sed non video quo modo vndones vſum calceamentorum

mētorum præbeant. Quid verò, ſi legamus Othones? Sed nec hi vtique conueniunt calceamentis. Vide infrà Othones.

Oeſpœon, οἴσποιον, Genus calceamenti muliebris, Polluci lib. 5. cap. 16. vbi Gualtherus uertit Monile.

Olfactoriola, Inter ornatus muliebres ponit Eſaias capite 3. quæ crediderim ea eſſe, quæ noſtræ mulieres olfactus & odoris gratia ſpecie pomi deferunt, auro quidem argento'ue contecta ac circumdata.

Olyſci, ὀλίσκοι, Annumerantur mundo muliebri à Polluce lib. 7. cap. 22. Gualtherus uertit Mortariola.

Omphacinon, ὀμφάκινον, A Polluce memoratur pro ueſte fœminea, lib. 7. cap. 13. Aliàs autem ſignificat oleū oliuarum immaturarum.

Ophis, ὄφις, Ornamentum manuum Polluci lib. 5. cap. 16. à ſimilitudine, ut opinor, ſerpentis dictum. Nam & Anguiculam uertit Gualtherus apud Polluc. lib. 5. cap. 16. Huius etiam meminit Nicoſtratus Poeta Comicus, & ex eo Clem. Alexan. lib. 2. Pædagog. cap. 12. ubi Gentianus Heruetus uertit ſerpentem. Quo in loco Clemens ipſe hæc etiam dicit memoratu digna, ꝙ quemadmodum Euam ſerpēs decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebris aureus eſca utens ſerpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quaſdam aureas, & ſerpentes ad decorem effingens. Vide ſuprà Anguicula, & Murænula.

Opiſthocrepides, ὀπισθοκρηπίδες, Genus calceamētorum muliebrium, ex Lexico: de quibus etiam Pollux libro 7. cap. 22. non ſemel. Vide ſuprà Dipodia.

Opiſthoſphendone, ὀπισθοσφενδόνη, Ornamētum quoddam muliebre apud Polluc. lib. 5. cap. 6. ex Ariſtophane. & iterum lib. 7. cap. 22. In priori loco Redimiculum uertit Gualtherus, in poſteriori Fundam: de qua ſuprà diximus.

Orea, Quibuſdā genus quoddam ornamenti muliebris: de quo uide infrà Stomia. Quanquam ſciam id aliud ſignificare Feſto Pōpeio li. 13. ex antiquis authoribus.

Orthoſtadiæ, ὀρθοστάδιαι, Tunicæ cōſiſtentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Ariſtophanem: quas Pollux lib. 7. c. 13. dicit cōes eſſe uiris & mulieribus.

Othonæ, ὀθόναι, Apud Homer. lib. 3. Iliad. loquentem de Helena:

Αὐτίκα δ' ἀργεννῆσι καλυψαμένη ὀθόνῃσι. Hoc eſt:

*Confeſtim autem ſplendidis amicta othonis.*

Andreas autem Diuus uertit Velis: Eobanus Heſſus Amictu. In eo uerò loco Didymus Interpres dicit, Othones ex lino contextas eſſe, alij ex lana, quibus aſſentitur Pollux. Ego Didymo magis crediderim, quando D. Ioan. c. 19. ſcribit, corpus Chriſti obligatū fuiſſe othonijs cū aromatibus. καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων: id eſt, linteis, ut uertunt uulgaris editionis Interpretes, Eraſmus & Caſtalio. Cæteri autem Euangeliſtæ, quod Othonijs dixit Ioannes, Sindone dicunt, quam inter linea ueſtimenta poſuit Pollux. Vide Cælium Rhodiginum lib. 16. cap. 10. & infrà in dictione, Sindon.

P

Palla, A Iuriſconſulto ponitur inter ornamenta muliebria, in l. veſtis. §. muliebria. ff. de auro & arg. leg. Quod & intelligi poteſt ex eo quod ſcribit Liuius 3. Decad. lib. 7. non multò poſt princ. Senatum Romanum ad Reginam Cleopatram dono miſiſſe pallam pictam cum amiculo purpureo. Eſt aūt, vt ſcribit Nonius Marcellus multorum autoritate, honeſtę mulieris veſtimentū: hoc eſt, tunicæ pallium: quod & tradit Seruius, enarrans illud Virgil. lib. 1. Aeneid.

*Ferre iubet pallam ſignis auroq; rigentem.*

Vbi præterea dicit, pallam dictam ſecundum Varronem à vibratione & mobilitate, quæ eſt circa finem huiuſmodi veſtium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Ea autem ad veſtigia vſque demittebatur. Virgil. lib. 11.

*—Pro longæ tegmine pallæ.*
*Tigridis exuuiæ per dorſum à vertice pendent.*

Quo in loco Seruius, Palla, inquit, ꝓpriè eſt muliebris veſtis, deducta vſque ad veſtigia. Tibul. lib. 1. Eleg. 7.

*Fuſa ſed ad teneros lintea palla pedes.*

Et lib. 4. de laude Sulpitiæ ad Martem:

*Vrit, ſeu Tyria voluit procedere palla.*

Horat lib. 1. Serm. Satyr. 2.

*Ad talos ſtola demiſſa & circumdata palla.*

Ouid. lib. 11. Metam.

*Ille caput flauum lauro Parnaſſide vinctus,*
*Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla.*

Et Iuuenal. Satyr. 10.

*—Vt primos edere planctus*
*Caſſandra inciperet, ſciſſaq; polyxena palla.*

Ea quoq; vſas fuiſſe meretrices conſtat ex eo Plauti loco in Menæhemis:

*Hanc modo vxori intus pallā ſurripui, ad ſcortū fero.*

Item ex alijs multis eiuſdem fabulæ locis. Hanc nonnulli dictam putant, quòd palàm & foris eſſet, ſicuti & virorum pallium: de quo & nos ſtatim dicemus.

Pallula, Diminutiuum, apud Plaut. in Trucul.

*Aut petit aurum quòd conſciſſa pallula eſt.*

Pallium, Quod Iuriſconſultus in d. l. veſtis. §. cōmunia. ff. de aur. & arg. lega. ponit inter communia virorum & mulierum veſtimenta. quæ promiſcua vocat Tacit. lib. 3. Sub eo autem tunica ſumebatur. Vnde factus eſt locus ꝓuerbio, Tunica pallio propior, apud Plau. in Trinum. De pallio, vt veſtimento muliebri, fit mētio apud Ouidium lib. 3. Amor. Elegia 2.

*Sed nimium demiſſa iacent tua pallia terra:*
*Collige: vel digitis, en ego tollo meis.*

Et lib. 1. de Arte amandi:

*Pallia ſi terræ nimium demiſſa iacebunt,*
*Collige, & immunda ſedulus effer humo.*

Item Geneſ. 24. cap. vbi Rebecca, viſo Iſaac, tollens citò pallium ſuum, operuit ſe. Apud Flauium Vopiſcum vxor Aureliani Imperatoris ab eo petiuit, vt vnico pallio ſerico vteretur. Lampridius in matronas regias contentas eſſe debere vnico pallio, auro ſparſo. Plaut. in Bacchid. & in Milit. Mallachum pallium dicit, pro molli & delicato. Et autem liber Tertulliani hoc titulo, De pallio: quo ſatis oſtendit id quoq; virile eſſe veſtimentum.

Palliolum, Diminutiuum, apud Iuuenal. Satyr. 3.

*Vxorem Comœdus agit vel Dorida, nullo*
*Cultam palliolo.—*

Et apud alios pleroſq;, præſertim apud Eſaiam cap. 13. vbi inter ornamenta muliebria ponitur. Quanquam Iuriſconſ. noſter in d. l. veſtis. § virilia. id ponat inter virilia veſtimenta: quòd eò magis miror, quòd poſtea pallium inter communia connumeret, vt diximus. Nam & virorum fuiſſe ſatis oſtendit illud, Pallium & barbam video, Philoſophum non video. Id enim proprium Philoſophorum erat. Sed & Palliolū quoq; mulierū eſſe, innuit Iuriſc. in l. Titia. ff. de auro & argen. legat. vbi mulier mulieri legat palliola. Hieronymus autem Eſaiæ 3. cap. dicit à Græcis θέριστρον vocari, de quo poſtea Caſtalio eodē loco pro palliolis, quibus eſt vſus vulgatus Interpres, vertit Supparos: de quibus poſtea dicemus. Cæterùm Flauius Vopiſcus in Bonoſo, Tunicas palliolatas dicit. Et Martialis mulierem palliolatam, lib. Epigr.

*Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.*

Vide ſuprà Ampheconium.

Paralurges, παραλουργὲς, Veſtimenti genus: vtrinque habens intextam purpuram: Iones πηχυαλὲς, vocant, vt ſcribit



ſcribit Iul. Pollux lib. 7. cap. 13.

Parapechy, παράπηχυ, Tanquam dicas cubitale, apud Polluc. lib. 7. cap. 13. veſtis alba, cubitum (vnde illi nomen eſt) purpureum contextum habens. A Varrone lib. 1. de Ling. Latina, inter ornamenta muliebria ponitur.

Parilia, Apud Varron. lib. 4. de Ling. Latin. hinc dicta, vt ipſe dicit, quòd facta eſſent duo ſimplicia paria.

Parnacides, Veſtes puellares, ex Catone apud Nonium Marcel. Vide ſuprà Encombomata.

Paropis, παροπὶς, Inter inſtrumenta muliebria annumeratur Polluci lib. 10. cap. 28. Rodolph. Gualth. Frontale vertit, de quo ſuprà diximus.

Parotion, παρώτιον, Ornamentum aurium, ex Lexico.

Paryphes, πάρυφες, Tanquam dicas intertextum, Ariſtophani in Theſmoph. & ex eo Clem. Alexandrino libro 2. Pædag. capit. 12. vbi Interpres vertit Prætextā, & Polluci lib. 7. cap. 13. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. ca. 7. & Eraſmum Adag. Chil. 4. cent. 4. cap. 95. & paulò antè in dictione Paralurges.

Patagium, Nonius Marcellus tradit eſſe auream chlamydem, quæ pretioſis veſtibus immitti ſolet. Sext. autem Pompeius lib. 14. Patagium eſt, inquit, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quę Patagiata dicitur. Et certè patagij mentio eſt apud Tertul. in lib. de Pallio. & Apuleium lib. 2. Metam. Quo in loco Beroald. dicit patagium id genus ornamenti dici, quod mulieres in ſumma camiſiæ parte circa collum aſſuunt, criſpiſſimum, & vt inquit Apuleius, pinnatum. Patagiatæ meminit Plaut. in Epidico, Hincque Patagiarij, vt dicit Pompeius, qui huiuſmodi opera faciunt, apud ipſum Plaut. in Aulul. *Patagiarij.*

Peſchyales, πηχυαλὲς, Vide ſuprà Paralurges.

Pecten, Omnibus notus, ita autem dictus (vt refert Varro lib. 4. de Ling. Lat.) quòd per eum explicatur capillus. Hunc autem inter inſtrumenta muliebria ponit Pollux lib. 10. cap. 28. De hoc eſt apophoretum Martial. lib. 14.

*Quid faciet nullos hic inuentura capillos,*
*Multifido buxus quæ tibi dente datur?*

Pectorale, Quod ante pectus ponitur. Nam & hoc legimus inter ornamenta muliebria, vt ſuprà diximus de faſcia pectorali.

Pedilon, πέδιλον, Talare calceamentum varium. Homerus libro 2. Iliad. atque iterum 4. eiuſdem operis, loquens de cultu Iunonis:

Ποσσὶν ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

Quam dictionem Eobanus vertit Sandalia. Andr. autem Diuus, Calceamenta.

Pelynthra, πέλωτρα, Calceorum ſpecies ex Polluc. lib. 7. cap. 22. ex autoritate Æſchyli in Phœniſſis.

Pentectena, Apud Antiphanem, Pollux lib. 7. cap. 13. dicit tunicellas eſſe iuxta oram purpura ornatas, radijs quinque intexta.

Penula, Quam Iuriſcōſultus in d. l. veſtis. §. cōia, ponit inter veſtimenta cōia virorū & mulierum: licèt inter muliebria ſimpliciter poſuiſſet in §. muliebria. qui cōtinenter illum præcedit. De hac Ælius Spartianus in vita Adriani Tribunus plebis factus eſt, in quo magiſtratu ad perpetuā tribunitiā poteſtatē omen ſibi factum aſſerunt, ꝙ penulas amiſerit, quibus vti Tribuni plebis tempore pluuiæ ſolebant. Et alter Ælius Lampridius in vita Alex. Seueri: Penulis, inquit, vt frigoris cauſa ſenes intra vrbem vterentur, permiſit: cùm id veſtimenti genus ſemper itinerarium, aut pluuiæ fuiſſet. Matronas tamen intra vrbem penulis vti vetuit, in itinere permiſit. Et Iuuenal. Satyr. 5.

*Scilicet hoc fuerat, propter quod ſæpe relicta*
*Coniuge, per montem aduerſum gelidaſq; cucurri*
*Exquilias, fremeret ſęua cùm grandine Ventus*
*Iuppiter, & multo ſtillaret penula limbo.*

Ex quibus intelligis penulam arcendis pluuijs fuiſſe vſui, & eā dici, quam vulgò *manteau* vocamus: fuiſſeque promiſcuam viris & fęminis. Scitum eſt autem illud Quintil. lib. 6. cap. 4. Cùm Galba negaſſet roganti penulā: Non pluit, inquit, non opus eſt tibi ſi pluet, ipſe vtar. Nonius autem Marcell. Varronis authoritate Penulam abuſiuè dici quicquid tegit. Alibi autem, Penula, inquit, eſt veſtis, quam ſuprà tunicam accipimus. Et citat Pomponium poetam in Pannuciatis, & Varronem in Regula diuina. Vide de hac plura apud Bayſium de re veſtiaria.

Peplus, ſiue Peplum, Eſt palla picta fœminea, vt tradit Seruius, enarrans eum locum Virgil. lib. 1. Æneid.

*Crinibus Iliades paſſis, peplumq; ferebant.*

Lactantius Placidus, aut, vt alij vocant, Luctatius, in Statij Thebaidem lib. 10. haud multò poſt princ. ſcribit, peplum eſſe veſtem candidam, aureis clauis pictā, ſine manicis. Homer. lib. 5. Iliad. ſcribit, Diomedem vulneraſſe manum Veneris, atque lanceam transfixiſſe per peplum, quem ei Gratiæ confecerant. Et lib. 6. eiuſdem operis, refert, Hecubam conſilio Heleni vatis, ex ſuis veſtibus pretioſiſſimum peplum, comitante cœtu matronarum ad templum Palladis tuliſſe. Martian. lib. 1. de nupt. Philologiæ, tradit Iunonis peplum eſſe caligoſum, quod tamen ſi appulſu cuiuſdā luminis tangatur, inter obtenebrantes nebulas ſudæ perſpicuitatis gratia pręnitet. Sunt autem qui peplos ab eanis, quos ſuprà memorauimus, diſtinguant: vt ſcilicet pepli ſint variegati: & id quidem verum eſt, vt patet ex Homer. lib. 18. Odyſ.

Ἀντινόῳ μὲν ἔνεικε μέγαν περικαλλέα πέπλον
Ποίκιλον.—

Eani autem nullis diſtinguuntur varietatibus. Quod vtiq; falſum eſt, ut patet ex Homero, loco priori ſuprà citato in Eano. Ideoq; alij utraq; uoce idem ſignificari uolunt, ut uidere licet ex ipſo Homero in Hymno Veneris: quo in loco deſcribit ornatum illius, quando cum Anchiſe concubuit: & quem Eanum priùs uocarat, loco poſteriori citato in Eano, mox Peplum uocat:

Πέπλον μὲν γὰρ ἕστο φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.

Si autem alia de peplo ſcire cupis, lege Polluc. lib. 7. cap. 13. ubi primùm id ponit inter ueſtimenta fœminea: deinde ſubdit, & uiris quoq; conuenire, ex Xenophontis authoritate, de Armenio loquentis: niſi fortè ob id dicit, quòd barbari erant, & ueſtitu fœmineo delectabantur. Deinde dicit peplum & eanum idem eſſe: licèt nonnulli tradant, eanos dici ueſtes uariegationibus carētes, uariegatas autem peplos uocari. Lege etiam Cæl. Rhodig. lib. 14. c. 18. Illud tamen addam, Homerum ab hoc genere ueſtis mulieres interdum vocare ἑλκεσιπέπλοις, τανυπέπλοις, & εὐπέπλοις, ut dicemus poſtea numero 32. incipien. quod autem Homerus.

Peribarides, περιβαρίδες, Calceamenta muliebria, præcipuè famularum, ex Polluc. lib. 7. cap. 22. ex authoritate Cephiſſodori in Trophonio.

Periblema, περίβλημα, Poſitum Polluci inter ueſtimenta cōia uirorum, lib. 7. c. 13. ubi Gualth. Amiculum uertit in duobus locis. Lexicon autem interpretatur Pallium & Sabulum, quod circumijcitur corpori.

Peribrachionia, περιβραχιόνια, A Pol. li. 5. c. 16. mun. mul. adſcripta, & à nobis ſuprà memorata in Armillis.

Pericarpium, Ornamentum circa exteriorem partem manus, id eſt, iuncturam ipſius, quam Græci καρπὸν uocant, ex Polluce lib. 5. cap. 16.

Perichithonium, Vide ſuprà in Inſtita.

Perideræon, περιδέραιον, Collarium, ſiue colli ornamentum, apud Polluc. lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22. ubi Gualtherus

Gualtherus priore loco vertit Ceruical, poſteriore Monile. Vide ſuprà in Ceruicali.

Peridexion, Vide ſuprà in Dextralibus.

Perileucon, περίλευκον, Antiphani memoratum, & Polluci libro ſeptimo, capite decimotertio, declaratum. Erat enim tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem intextum habens.

Perineſon, περίνησον, Atque etiam

Perineſſæon, περινήσσαιον, Antiphani quoque memoratum, & Polluci loco vltimò citato etiam declaratum, vt ſit veſtis fimbriata, habens fila dependentia, aut purpuram circumquaque ad oras contextam, inſulæ quadam imagine: ideoque hũc habitum (vt ipſe ait) Anaxillas νῆσον, id eſt, inſulam vocat, cùm ſcribit, καὶ πῶς γυνὴ ὥσπερ θάλαττα, νῆσον ἀμφιέννυται: niſi fortè aliam veſtem intelligat.

Peripezia, περιπέζια, & Peripezides, περιπεζίδες, Pedum ornamenta, ex Polluce lib. 5. cap. 16. vbi hæc tamen diſtinguit.

Periſcelides, περισκελίδες, Crurum vel brachiorum ornamenta, à περὶ, circum, & σκέλος, crus, & brachium. Dictio igitur Græca eſt, ſed à Latinis vſurpata, videlicet Horat. lib. 1. epiſt. 18.

*——Sæpe catellam,*
*Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.*

Et ab Interprete Bibliorum Num. 31. & Eſaiæ 3. Porphrio autem Interpres Horatij, vbi ſuprà, dicit periſcelidem eſſe ornamentum pedis circa crura. Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam, Quæ Græci, inquit, περισκελῆ vocant, noſtri Feminalia dicunt, vel Braccas, vſque ad genua pertingentes. Illum autem locum Num. 31. Septuaginta Interpretes verterunt χλιδῶνα, & vt ſuprà diximus in dictione Chlidones. Iul. Pollux Onomaſtici lib. 2. eo capite, quo tractat de plãta, huius ornamẽti meminit ex Menandro, qui huiuſmodi periſcelidas dicit puellas geſtare. Et hac quoq; voce vſus eſt Paul. Aemil. Hiſtoriæ Francorum lib. 11. pro eo quod vulgò *iarretiere* vocamus: idque ponit pro inſigni ordinis Regis Anglorum. Tertullianus in libro de Cultu fœminarum, paulò ante finẽ, ita de his loquitur, vt planè oſtendat, hæc eſſe crurum ornamenta. Neſcio an crus à periſcelide in neruum ſe patiatur arctari. D. autem Hieronym. in d. c. 3. Eſaiæ, uidetur intelligere ea eſſe ornamẽta pedum. Cui ſuccinit Pollux lib. 5. cap. 16. vbi Gualtherus uertit Tibialia. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 11. ſcribit, periſcelides dici, q̃ uulgò gremialia uel tranſuerſa dicunt.

Periſphyrion, περισφύριον, Pedis ornamentum, aut fimbria, ut uertit Laur. Valla, in lib. 4. Herodoti. Pollux quoque lib. 5. cap. 16. id inter pedis ornamenta enumerat, ubi Gualtherus uertit Talare.

Periſtethion, περιστήθιον, Pectorale ornamentum mulieris circa pectus. Polluci li. 5. c. 16. nã, & στῆθος pectus eſt.

Peritrachelion, περιτραχήλιον, Ornamentum colli ex Polluce lib. 5. cap. 16. τράχηλος enim collum, tanquam dicas collarium. Vide ſuprà Iſthmion.

Perizonia, De quibus ſuprà in Caſtulis.

Perone, περόνη, Fibula: unde περονάω, & περονέω, fibula necto. Vnde apud Homer. legitur χλαῖναν περονήσατο. id eſt, ut interpretatur Euſtathius, peronis ſiue fibulis colligauit, & apud eundem lib. 18. Odyſ.

——Ἐν δ᾽ ἄρ᾽ ἔσαν περόναι δυοκαίδεκα πᾶσαι
Χρύσειαι κληῖσιν ἐϋγνάμπτοις ἀραρυῖαι.
——Αὐτὰρ οἱ περόνη χρυσοῖο τέτυκτο
Αὐλοῖσιν διδύμοισιν.——

Hanc ponit Pollux lib. 7. c. 22. inter ornamenta muliebria: ubi Fibulam uertit Gualth. Pero autem Latinis calceamenti genus eſt. Qua uoce uſus eſt Cato *Pero quid.* Originum lib. 7. & Virgil. lib. 7. Aeneid.

*——Crudus tegit altera pero.*

Vbi Seruius dicit eſſe ruſticum calceamentum. Et Iuuenal. Satyr. 14.

*Nil vetitum feciſſe volet, quam non pudet alto*
*Per glaciem perone tegi.——*

Hinc deducitur adiect. Peronatus, quo vſus eſt Perſius Satyr. 5. Ex quibus intelligis, quòd aliud ſignificet Perone Græcis, quàm Pero Latinis.

Perſicæ, περσικαὶ, Subligaria Ariſtophani.

Peza, πέζα, Fimbria, ora, cyclas, limbus, & quicquid veſtis extremitatem ambit. Ex Lexico.

Pharos, φάρος, Veſtimentum commune viris & mulieribus, Polluci lib. 7. cap. 13. Gualtherus vertit Pallium, de quo ſuprà diximus.

Phenace, φινάκη, Idem quod Galericus, de quo ſuprà diximus, ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, quod decipere eſt.

Phittacides, φιττακίδες, Genus calceamentorum muliebrium, apud Pollucem lib. 7. c. 22.

Phylacides, à quibus Phylaciſtæ Plauto in Aulularia, φύλακες τῶν ἐσθήτων.

Pilidion, vide ſuprà in dictione Calericus.

Plagæ, & diminutiuè

Plagulæ, Nonio dicuntur linteum tegmen, quod nunc torale vel lectuarium ſindonem dicimus. Varro de Vita pop. Rom. Chlamydes, plagæ, vela aurea. Et rurſus: Eburneis lectis, & plagis ſigillatis.

Plaſtra, πλάστρα, Commemorata inter ornamenta muliebria, Polluci lib. 7. c. 22.

Plœaria, πλοιάρια, Calceorum muliebrium ſpecies, quæ ἀκόντια vocat Ariſtophanes, apud Polluc. lib. 7. c. 22.

Plocion, πλόκιον, Ornamentum, trica, inauris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib. 5. c 16. dicit id eſſe ex colli ornamentis.

Polymita, Veſtis verſicoloribus licijs contexta, apud Plinium lib. 8. c. 48. Eadẽ quoq; voce vſus eſt Interpres Bibliorum, Geneſ. 37. & alibi ſæpè. Nam Græcè πολὺ multum ſignificat, & μίτος, filum ſeu licium. Extat Martialis Apophoretum de polymita cubicularia lib. 14. diſticho 150.

*Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt,*
*Pectine Niliaco iam Babylonis acus.*

Vnde & Polymitarius, huiuſce veſtis textor, 2. Regum cap. 21.

Pompholyx, vide ſuprà Ampulla.

Porpe, πόρπη, Fibula, bulla, monile. Ex Lexico. Hanc autem inter alia Veneris ornamenta tribuit ei Homerus in Hymno ipſius:

Πόρπας τε, γναμπτάς θ᾽ ἕλικας, κάλυκάς τε, καὶ ὅρμους.

Vbi Andreas Diuus tranſtulit Fibulas.

Præcinctoria, vide ſuprà in Caſtulis.

Procomion, προκόμιον, Id eſt, vt interpretatur Theodorus, coma appoſititia, quæ quibus alijs nominibus vocetur, videbis ſuprà in Galericulo. Hoc autem inter ornamenta muliebria poſuit Pollux lib. 7. cap. 22. vbi Gualtherus vertit Antias.

Proſcephalæon, vide ſuprà Ceruical.

Proſopis, προσωπὶς, & proſopeion, προσωπεῖον, Apud Ariſtophanem in Danaïdibus, idem eſt quod larua & laruula, adſcripta inſtrumentis mulieribus à Polluce lib. 10. c. 28.

Pſalis, ψαλὶς, & Pſalidion, ψαλίδιον, Forfex, quam Pollux lib. 7. c. 22. & iterum lib. 10. cap. 28. ponit inter inſtrumenta muliebria. Vide ſuprà Forfices.

Pſellion, ψέλλιον, Armilla, ornamentum manuum, apud Xenophontem lib. 1. ἀναβάσεως, ſcribentem, Perſas, στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν ἔχειν. Et apud Plutarchum in Cimone, recenſentem ſpolia Perſica. Traditque Athenæus hæc ex margaritis quãdoque fieri ſolita. Vide ſuprà Echini. Porrò nota eſt hiſtoria Brenni Gallorum Regis, qui cùm depopulatus Aſiam, Epheſum aduentaſſet, plebeiam puellam

adamauit,



adamauit, quæ & ei concubitum & Epheſi proditionem pollicita eſt, ſi mundum ſibi muliebrem & pſellia traderet, quod annuit Brennus, & orauit milites, vt in auariſsimę puellæ gremium aurum quod geſtabãt, immitterent: quo ea obruta perijt: vt ſcribit Clitophon lib. 1. Rerum Gallicarum, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallelis, cap. 30. Hinc autem Herodo-
*Pſelliophori.* to lib. 2. Pſelliophori, id eſt, armillati. Pſellion autem inter ornamẽta carpi, hoc eſt, iuncturarum manuum ponit Pollux lib. 5. c. 16.

Pſychrobaphes, ψυχροβαφὲς, vide ſuprà Hydobaphes.

Puluinar, & Puluinus, & diminutiuè Puluillus, à pluma nomen habent, vt quidam tradunt, quaſi Pluminus, Pluminar, & Plumillus. Ex pluma enim molliſsima conficiuntur, vt ijs incumbentes molliter quieſcant: neq; tam capiti, quàm cubito, ſubijciebantur. Ex quo illud Ezechielis prophetæ, c. 13. Væ his qui conſumũt puluillos ſub omni cubitu manus. Et paulò infrà: Ecce ego ad puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volãtes: dirumpam eos in manibus veſtris. Sed & de Puluillo Apuleius lib. 10. non ſemel. Vbi puluillos vertit, quæ Lucianus προσκεφάλαια vocarat. Et Horatius Epod. Ode 8.

*Quid? quod libelli Stoici inter ſericos.*
*Iacere puluillos amant?*

De puluenari eſt illud Ouidij lib. 1. de Arte amandi:

*——Fuit vtile multis.*
*Puluinar facili compoſuiße manu.*

His autem puluinis ſericis vſos antiquos fuiſſe, vt & nunc conſtat ex Martiali lib. 3. Epigr. 40. Sed & de Puluino fit mentio apud Suetonium in Nerone, c. 8. ex quo loco etiam intelliges, Puluinum & Ceruical idem eſſe. De ceruicali autem diximus ſuprà.

Puluiſculus, quo mulieres vtũtur ad munditiem dentiũ. Apuleius in Apologia Magiæ.

*Miſi, vt petiſti, munditias dentium*
*Nitelas oris ex Arabicis frugibus*
*Tenuem, candificum, nobilem, puluiſculum,*
*Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,*
*Conuertit orem pridianæ reliquiæ:*
*Ne qua viſatur terra labes ſordidum.*
*Reſtrictis fortè ſi labellis riſeris.*

Pumex, vide ſuprà Ciſſeris.

Pyleones, πυλεῶνες, Apud Pollucem lib. 5. c. 16. Gualtherus ex Callimacho Corollam vertit.

## R

RAlla, Genus veſtis, apud Plautum in Epidico:

*Quid iſtę, quæ quot annus nomina inueniunt noua,*
*Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam?*

Dicta eſt autem à raritate, vt ſcribit Nonius Marcel.

Recinium, aut, vt alij vocant,

Ricinium, Genus veſtis quadratæ, vt ſcribit Sextus Põpeius, lib. 18. hinc dictum, vt tradit Varro li. 4. de lin. Lat. à reijciendo, quòd dimidiam eius partem retrorſum reijciebant. Dicitur & Recinus, vt conſtat ex Seruio, qui interpretans illud lib. 1. Æneid.

*Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.*

Recinus, inquit, dicitur ex eo, quòd poſt terga reijciat. vbi ẽt oñdit in vſu fuiſſe mulieribus. Hui⁹ quoq; mentionem fecit Tullius lib. 1. de Legibus. Nonius quoque Marcellus citat Lucinium lib. 1. Satyrarum:

*Ricini aurati ricæ, atque horaria, mitræ.*

Et Varronem in Prometheo lib. 1.

*Aliæ mitram ricinam, aut mitram Melitenſem.*

Martianus Capella lib. 1. ſcribit, Tritoniam Pſyche donaſſe riciniũ reſolutũ. A ricinio Riciniatus dicitur Arnobio aduerſus gentes. Vide infrà Rica & Ricula.

Redimiculum, à redimiendo dictum, apud Virgilium lib. 9. Æneid. illo carmine ſuprà ſæpiùs citato:

*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Et apud Ciceronem 5. in Ver. Act. apud Plautum in Truculento, Ouidium lib. 4. Faſtorum, & lib. 10. Metam. & in Epiſt. Deianiræ ad Herculem, qua illum inceſsit, quòd auſus eſſet.

*Hirſutos mitra redimire capillos.*

Vnde poſtea ſubdit:

*Detrahat Antæus duro redimicula collo.*

Et apud Iuuenalem Sat. 2. non ſemel & apud Martianum Capellam lib. 9. Eſt autem ornamentum capitis mulierum, & vittarum tæniæ pendentes à poſteriori parte mitræ. Et vt tradit D. Hieron. 2. Homilia in Cãtica canticorum, interpretans Origenem: Redimicula hic dicit conſtrictiones vel connexiones moniliũ, quæ in ceruicibus ſedere ſolent, ex quibus deducitur & deſcendit per collum reliquus omnis ornatus.

Redunculum, Quod Sextus Pompeius dicit vocari catellam, qua maximè vtuntur ornatus cauſa. Et licet ita ſcribatur in omnibus codicibus, vereor tamen, ne ibi Redimiculum ſit legendum.

Reticulum, Quod à Iuriſconſulto poſitum eſt inter ornamenta muliebria, in l. argumento. §. ornamentorũ. ff. de aur. & arg. leg. tegmen capitis muliebre, vt tradit Nonius ex Varrone. De hoc Plin. li. 12. c. 14. Perſona adijcitur capiti, denſusve reticulus. Et Iuue. Sat. 2.

*Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.*

Et Tullius 7. in Verrem Act. Ipſe autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulumq; ad nares ſibi opponebat: tenuiſsimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Ex quo loco intelliges, id dici faſciam laneam vel lineam, ad formam retis factam. quam faciei admouemus, ne agnoſcamur, vel vt naribus ſuaues odores admoueamus. Sed cùm ad ornatum mulierũ ſpectat, id certè eſt, quod capillos continet, quod nos vulgò *coiffe* vocamus. Nam vt dicit Varro lib. 4. de ling. Lat. dictum eſt à reti, quod capillum contineret, & Reticulum à raritudine. De hoc reticulo videtur intellexiſſe Ouid. lib. 3. de Arte aman.

*Hanc decet ornari teſtudine Cyllenęa.*

Vt ſcilicet reticulum ſit curuum inſtar teſtudinis. Quare autem Cyllenæam appellet, diſces ex Interpretibus. nihil enim ad hunc locum pertinet.

Retiolum quoque à multis dicitur in eadem ſignificatione, vt & dictum eſt in Seruio ſuprà in Crobyle.

Rhipis, ῥιπὶς, Flabellum: Polluci poſitum inter ornamẽta muliebria. vide ſuprà Flabellum.

Rica, & diminutiuè

Ricula, De quibus Sextus Pompeius lib. 16. Ricæ, & Riculæ, vocantur parua ricinia, & palliola ad vſum capitis facta. Granius autem (vt ille ſubdit) ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo præcincta Flaminica redimit̃: aut, vt in alijs codicibus legitur, quo pro vitta Flaminica redimitur. Nonius autem Marcell. Rica, inquit, eſt, quod hodie ſudarium dicimus: allegatque Plautum in Epidico, Serenum in opuſc. lib. 1. & Næuium in Pedio. Ex quibus ſatis conſtat, hæc eſſe ex ornamentis muliebribus. Quid autẽ ſit ſudarium, dicemus poſtea. Confeſtim autem poſt ipſe Marcellus de Recinio loquitur, & citat illud Turpilij in Veliterna:

*Ducit me ſecum: poſtquam ad ædem venimus,*
*Veneratur Deos. Interim aſpexit virginem*
*Geſtantem in capite riculam indutam oſtrinam.*

Ex quo intelligis, ipſum Marcellum cenſuiſſe, idem eſſe riculam & ricinium; de quo ſuprà diximus. Vide item ea quæ tetulimus in dictione Mutatoria,

Rotula, vide ſuprà Circulus.

## S

SAmacia, σαμάκια, Ornamenta quædam muliebria, ex Polluce lib. 5. c. 6.

Sandalia,

Sandalia, σανδάλια, Pedum muliebrium ornamenta, de quibus lib. Iudith c. 10. Menander, Herodotus, Cratinus in Legibus, Cephiſſodorus in Trophonio, Eupolis in Aurea ætate, & omnes ferè Comici, vt ſcribit Pollux lib. 7. c. 22. & præterea Clemens Alexandri. lib. 2. Pædagog. c. 11. Sed & eadem voce vtitur è Latinis Terent. in Eunucho:

*Vtinam tibi commitigari viderem ſandalio caput.*

Vbi Donatus calceamentum eſſe dicit. Iulius Pollux alibi tradit, genus calceamenti fuiſſe Hetruſcis peculiare. D. Hiero. in Eſaiam, c. 20. dicit, ſandalia caligas vocari. Vide ſuprà Pedilon. Philoſtrates in imaginib⁹ effingit Cupidinem cum ſandalijs inauratis.

Sardia, σάρδια, Inter ornamenta muliebria recenſentur à Polluce lib. 7. c. 22. ad fi.

Sceleæ, σκελέαι, Inter genera calceamentorum poſitæ à Polluce, lib. 7. c. 22. vbi ſcribit nonnullos exiſtimare eaſdem eſſe cũ antopodijs, de quibus ſuprà diximus. Has autem Gualtherus Ocreas vertit.

Sciadion, σκιάδιον, Vmbraculum, vmbella apud Pollucem lib. 19. c. 28. Vide infrà Vmbraculum.

Sculponeæ, Calcei ex lana confecti, Næuio, Plauto in Caſina, & Catoni de Re ruſt. c. 59. Hinc Sculponeatus, apud Varro. qui ſculponeis indutus eſt: Aſpicio ſculponeatam bigas ſequi cornutas, vt hinc intelligas, & ad fœminas id genus calceamenti pertinere.

Scythicæ, σκυθικαὶ, Calceamenti genus, apud Alcæum, & Stephanum, autore Cælio Rhodigino lib. 18. c. 24.

Segmentum, Colli ornamentum, quod & Monile dicitur, Seruio in lib. 1. Ænei. ſic dictum, quòd ex ſegmentis fieri conſueuerit, id eſt, bracteolis aureis vel argenteis. Valerius Max. lib. 5. c. 2. vbi de Coriolano loquitur: Matronis (inquit) permiſit, aureis vti ſegmentis. De hoc etiam Iuuenalis Saty. 2.

*Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit.*

Quo in loco ſunt qui interpretentur Faſciolas, quæ in veſtis extrema parte aſſutæ, iunctæque ornamento ſunt indumentis muliebribus: vel quibus noua nupta amicĩt, vt tradit Probus. Alij accipiũt ꝓ magaritis & murenulis, id eſt, torquib⁹. Ouid. 3. de Arte amandi:

*Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro.*

Quem in locum Merula, & Mycillus Interpretes multa de his dicunt, vt ibi videre poteris.

Seleucides, σελευκίδες, Calceamentum muliebre, apud Pollucem lib. 7. c. 22.

Semicinctia, quæ & Ventralia dicuntur, *demiz-ceinctz* vulgò dicta, de quibus eſt illud Martialis Apophoretum lib. 14. diſticho 153.

*Det tunicam diues: ego te pręcingere poſſum:*
*Eßem ſi locuples, munus vtrumq; darem.*

Semimitra, Inter ornamenta muliebria ponitur ab Vlpiano in l. argumento. §. ornamentorum. ff. de auro & arg. leg. Vide Mitra.

Sicrica, à ritu, ꝙ Romano ritu fœminæ facientes ſacrificium, ea capita velabãt, vt tradit Varro lib. 4. de Ling. Lat. Quãquam multò veriſimilius eſt, Varronem ibi de rica loqui: locumq́; librariorum incuria corruptũ eſſe, qui duas dictiones (Sic rica) in vnã cõtraxerũt.

Sicyonia, Genus calceamenti, Sexto Pompeio lib. 17. ex Lucilio:

*Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta.*

Cui adde illud Lucretij lib. 4.

*—Et pulchra in pedibus Sicyonia rident.*

Et illud Ciceronis ex lib. 1. de Ora. Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles. Et horum quoque mentionem facit Pollux lib. 7. c. 22. ubi dicit nomen ipſum indicare, quorum inuentum ſint.

Sindon, Poſita ab Eſdra c. 3. inter ueſtimẽta muliebria, de qua Martialis lib. 4. Epigr. 9. aliàs 19.

*Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres.*
*Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.*

Et lib. Epigram.

*Cultus ſindone non quotidiana.*

Eſtque velum tenuiſsimum, vt plerique omnes interpretes aſſerunt. Eratque lineum, vt apertè ex eo apparet, quod tradit Laertius, Cratetem philoſophum ab Athenienſibus fuiſſe reprehenſum, quòd ſindone amiceretur. Quibus ille, Theophraſtum, inquit, oſtẽdam vobis opertum ſindone. Non credẽtes eos induxit in tonſtrinam, vbi ille tondebatur, oſtenditque lino coopertum. Pollux libro 7. cap. 7. ita de ſindone ſcribit: Σινδῶν αἰγυπτία μὲν ἐστι περιβόλαιον δ᾽ ἂν εἴη τόνου δίκροσσον καλούμενον. Conſule Cælium lib. 16. c. 10. Sindonis autẽ fit mentio Iudic. 14. Prouerb. 31. Matth. 27. Marci 14. & Luc. 23. Vide ſupra Amictoria, & Othones.

Siſymbrion, Inter ornamenta muliebria poſitum, Polluci lib. 5. c. 16. Verum apud Ariſtophanem Siſymbria vocantur folia & flores, quibus ſponſi coronantur, vt etiam inter cæteros annotauit Cælius, lib. 28. cap. 24.

Sitlæ, σίτλαι, Aurium muliebrium ornamentum, apud Dores, teſte Polluce lib. 5. c. 16.

Socci, vulgò noti, & diminutiuè

Socculi, ſæpè Plinio memorati. Sed vnum tantum aut alterum locum citare volui ex lib. 9. c. 35. vbi taxans luxum fœminarum: Margaritas, inquit, pedibus, nec crepidarum tantum aſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Et lib. 37. cap. 2. Qui ſuper omnia muliebria ſocculos induebat è margaritis. Suetonius autem in Vitellio capit. 2. Pro maximo, inquit, munere à Meſſalina petijt, vt ſibi pedes præberet excalciandos: detractumq́ue ſocculum dextrum inter togam tunicaſque geſtauit aſsiduè. Idem in Caligula, c. 52. tradit, Caligulam ſæpè in publicum proceſsiſſe in ſocco muliebri.

Solea, Vulgò cognita, ita dicta, vt ait Feſtus Pompeius, quòd ſolo pedis ſubijciatur. Cic. de Aruſp. reſponſis: Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, &c. Itali Planellas vocant. Hinc Soleatus, ſoleis calceatus. *Soleatus.*
Cic. in Verr. Act. 7. & in Oratione in Piſonem. Et Solearius, Solearum confector, Plauto in Aulu. *Solearius.*

Spatalium, Muliebre ornamentum, inter delicias mulierum annumeratum, à verbo, σπαταλάω, quod eſt deliciari. Plin. lib. 13. c. 25. eodemq́ue vlt. tradit, hæc ſpatalia à mulieribus confici è frutice plocamo. Id autem fuiſſe manuum ornamentum, oſtendit illud Tertulliani libro 1. de cultu fœminarum: Cæterùm neſcio, an manus ſpatalio circumdari ſolita ſit, & duritia catenæ ſtupeſcere ſuſtineat.

Speculum, Muliebribus ornamentis annumeratum, Exodi 28. & Eſaiæ 3. dictum, à ſpeciendo, eò quòd in eo ſe fœminæ aſpectent, vt dicit Varro lib. 4. de ling. Lat. Vide ſupra Catopron.

Sphendone, σφενδόνη, apud Pollucem libro 5. cap. 16. vbi Gualtherus Interpres Fundam vertit: eſtq́ue, vt nonnullis placet, pala annuli.

Sphragis, σφραγὶς, & Sphragidum, σφραγίδιον, Annulus ſigillatorius, ſiue ſigillum: nam & id inter ornamenta muliebria ponit Pollux lib. 5. c. 10. & lib. 7. c. 22. Vbi Sigillum vertit Gualtherus.

Spinther, Armillæ genus, quo mulieres vtebantur in brachio ſummo ſiniſtro, vt ſcribit Sextus Pompeius lib. 17. At Priſcianus libro 5. dicit id ſignificare aut fibulam in humeris, aut armillam. Ex Plauto autem in Menæchmis, in multis locis intelliges, id eſſe ex ornamentis muliebribus.

Spira, & diminutiuè

Spirula, à Plinio lib. 19. c. 35. Inter ornamenta muliebria refertur, cùm ait, vidiſſe ſe Lolliam Paulinam, Caij principis matronam, ſmaragdis margaritiſq́; opertam alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus ſpiris,

auribus,



auribus, collo, manibus, digitiſq́;. De ſpiris quoq́; loquitur Xenophon Rer. Græcarũ li. 4. cum dicit, Aſcẽderant ſpiris induti, perinde ac æſtate, quaſi ſcilicet id ſit veſtimentũ æſtiuũ. Vide Cæl. li. 16. c. 11. poſt prin.

Stalagmium, Genus inaurium, vt tradit Sext. Pompeius lib. 17. ex authoritate Cælij in Cratino, aut (vt alij ſcribunt) in Carine: Ex aure eius ſtalagmiũ domi habeo: Hac quoque dictione vſus Plautus in Menæhmis:

*Amabo, mi Menæhme, inaures da mihi:*
*Facienda pondo duum nummum ſtalagmia.*

Sunt igitur ornamenta aurium, ſimilitudinem ſtillarum congelatarum repręſentantia: σαλαγμὸς enim ſtilla eſt. apud Sextum tamen in quibuſdam codicib. Stalagnium legitur, in alijs Stalagninum, in alijs Stalaginum, vbique arbitror corruptè. Apud Plin. lib. 34. c. 12. Stalagmias legimus fœmin. gene. pro puriſsimo chalcanthi genere in ſtiriarum formam concreto.

Stola, Quam inter veſtimenta muliebria ponit Vlpianus in l. veſtis. §. muliebria. ff. de auro & argen. leg. & ante eum Tullius in 7. Philip. Sumpſiſti virilem togam quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Et Varro & Ioſephus lib. 19. cap. 1. vbi Caligulam carpit, quòd ſtolis muliebribus vteretur. Ea autem ad imos pedes demittebatur, vt ſcribit Nonius Marcell. & probatur loco eo Tibulli, quem poſtea citabimus, alioque Horatij loco lib. 1. Serm. Sat. 2.

*Magno prognatum depoſco Conſule cunnum,*
*Velatumq́ue ſtola.*— Et paulò poſt:
*Ad tales ſtola demiſſa, & circumdata palla.*

Eratque propria honeſtarum matronarum. Ouid. de Arte amandi:

*Ecquid ad hæc omnes rigida ſubmouimus arte,*
*Quas ſtola contingi, ſumptaque vitta vetat?*

Et lib. 3. de Ponto, Epiſt. 3. ad Maximum:

*Scripſimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos*
*Attingit crines, nec ſtola longa pedes.*

Et Tibullus lib. 1. Eleg.

*Sit modò caſta doce, quamuis non vitta ligatos*
*Impediat crines, nec ſtola longa pedes.*

Hinc ſtolatus pudor, pro honeſto & matronali pudore dictus a Martiale lib. 1. Epigr. 92.

*Quis Floralia veſtit, & ſtolatum*
*Permittit meretricibus pudorem?* Cæterùm Valerius Max. lib. 6. c. 1. quod de pudicitia eſt, in princ. Matronalem ſtolam appellat. Te, inquit, cuſtode, matronalis ſtola cenſetur. Maximè autem erat hæc ſtola locupletum, & primariarum, vt toga plebeiarum, & ſecundæ claſsis, vt Budæus, & alij nonnulli ex Horatio putant, dicta Sat. 2. lib. Ser. 1. Nos autem poſtea de toga dicemus. Sed & ſtola virorum quoque erat, vt multis probat Lazarus Bayfius libro de Re veſtiaria, in princip. & vt videre licet ex Gen. cap. 41. vbi Pharaon veſtiuit Ioſeph honoris cauſa ſtola byſsina. Et certè apud Græcos confunditur. Nomen autem accepit ἀπὸ τοῦ στέλλεσθαι, quod eſt indui. Alibi autem Marcellus ſcribit, ſtolam apud veteres fuiſſe quicquid corpus tegeret. Vbi multos citat. Vide infra in Toga.

Stomia, στόμια, à Polluce poſita inter ornamenta colli, lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus vertit Oreas.

Stragula, & Stragulum, de quo apud Iuriſconſultum, in l. cum Tunicam. ff. de auro & arg. leg. & in l. quæſitum eſt. §. ſed ſi fundus. ff. de fund. inſtruct. & in l. inſtratum. ff. de verb. ſign. vbi tu uide Alciatum. Stragulæ veſtis meminit Cicero in 4. in Verrẽ actione, vbi Aſconius Pedianus eam dicit eſſe veſtem pictam.

Streptos, στρεπτὸς, torquis apud Perſas, à στρέπτω, torqueo. Vnde apud Herodotum, στρεπτοφόροι, id eſt, torquati, ſiue torquem ferentes. Polluci autem lib. 5. capit. 16. στρεπτοὶ ponuntur inter ornamenta muliebria. Gualtherus vertit Fibulas: de quibus ſupra diximus.

Strigiles, Quibus vtebantur in balneis, ad abradendas corporis ſordes, ſudoremq́ue detergendum. Fiebant ex auro, & argento, & nonnunquam ex quibuſcumque lapidibus. Perſius Sat. 5.

*I puer, & ſtrigiles Criſpinæ ad balnea defer.*

De ſtrigilibus quoque eſt Apophoretum Martialis, lib. 14. Diſticho 51.

Strobilia, στροβίλια, Poſita inter ornamenta muliebria, à Polluce lib. 5. c. 16. vbi Gualtherus vertit Reculas.

Strophion, στρόφιον, Poſitum eſt à Polluce inter ornamenta muliebria: eſtq́; faſcia breuis (vt inquit Nonius) quæ virginalium papillarum tumorem cohibet, teſtibus Plauto in Aulularia. Turpilio in Philopatro, Varroni in Seſquiulyſſe, & Tullio in Clodiũ. Quibus adde illud Catulli in Argonauticis, de Ariadna loquẽs:

*Non tereti trophio lactantes vincta papillas.*

Aut, vt alij legunt, Teretes, euincta papillas. Sed & Strophia coronæ dicebantur, ab inſigni quod imprimebatur capiti ſacerdotum, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc eſt, à vertendo. Hinc. Plin. 21. c. 2. in prin. Tenuioribus vtebantur antiqui, Strophia appellantes, vnde Strophiola. Suidas uerò ſcribit, στρόφιον ἐστι στρόγγυλον ζωνάριον, id eſt, rotundum cingulum, καὶ στέφανον τῆς κεφαλῆς, id eſt, coronam capitis. Vnde Virgil. in Copa:

*Et grauidum roſeo necte caput ſtrophio.*

De ſtrophijs uide è noſtris Catellianum Cottam, in memoriali, incipienti undones Cilicij.

Ab hoc autem dicuntur Strophiarij Plauto in Aulularia, pro confectoribus ſtrophiorum. *Strophiarij*

Strophiolum, diminutiuum à ſtrophio, ut iam docuimus ex Plinio.

Subligaculum, & ſubligar, Prius apud Ciceronem lib. 1. Offic. alterum apud Iuuenalem Sat. 6. Martialem lib. 3. Epigr. 45. & Plinium li. 17. c. 14. Eſt autem utrumque id, quo pudendæ partes corporis teguntur, ut tradit Nonius Marcellus. Hoc autem utuntur & fœminæ, cùm in balneas ingrediuntur. Caſtalio Leui. ca. 6. Subligacula uertit, quæ alij Fęminalia interpretantur.

Subucula, Genus ueſtis Nonio Marcel. ex Varronis lib. 1. de Vita pop. Roman. cuius uerba hæc ſunt: Poſtea cum duas tunicas habere cœperuut, inſtituerunt uocare Subuculam & induſium. Sed & idem Varro lib. 4. de ling. Lat. dicit Subuculam dictam, quòd eſſet ſubtus: ut Supparum, quod ſupra eſſet. Acron autem explicans illud Horatij, lib. 1. Epiſt. 1.

*Rides, ſi fortè ſubucula pexæ — Trita ſubeſt tunicæ.*

Subucula (inquit) propriè dicitur pãnus addititius, a ſubijciendo, uel à ſubſuendo. D. quoq; Hieronymus ita de ſubucula loquitur in Iouinianum: Tunc pexa tunica, & nigra ſubucula ueſtiebaris, ſordidatus & pallidus, quem in eo reprehendit Beroaldus in Apuleij Aſinum aureum, lib. 2. tanquam perperam intellexerit, quid pexa tunica eſſet, ut ibi uidere poteris. Vide item infra in dictione Supparus.

Succinum, Hic non adſtruxiſſem, niſi Plinius li. 37. c. 2. hæc ſcripſiſſet: Proximum locum in delicijs, fœminarum tamen adhuc tantum obtinent ſuccina. Id autem quid ſit, ex eo loco & capite ſequenti intelliges, & ex Ruellio cap. 39. lib. 1. ubi & ſuccinum decoris cauſa, quadam monilium uice, à mulieribus apud nos geſtari ſcribit, ab alijs effictum in orbiculos, ſeu uerticilla, quibus preces ſuas annumerant in collo, brachijſue, aut certè in cinctu ferri. De ſuccino quoque eſt illud Iuuenal. Sat. 6.

*In cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas*
*Cernis ephemeridas.* Et lib. 9.
*En cui tu viridem vmbellam, cui ſuccina mittas*
*Grandia.*—

Sudarium, & diminutiuè

Sudariolum, Linteum, quo ſudor faciei abſtergitur, &

nares purgantur, vt ſatis patet ex Suetonio in Nerone, cap.25.& clarius.c.48.duobus in locis: item ex Quintiliano lib.6.c.3.& lib.11. c.item 3. & ex Martiale lib.11. Epigr.37. Sudarij autem appellatione vtitur Caſtalio Eſaiæ c.3.pro eo quod vulgata editio habet Sindonem.Sudarioli appellatione vſus eſt Diuus Hieronymus ad Nepotianum de Vita clericorum. Vtrumque autem id eſt, quod vulgò noſtrates *mouchoir* vocant, Vide ſupra Ricula.

Suffigulum eſt, vt ſcribit Feſtus Pompeius lib.17. veſtimentum album, prætextum quadrangulum, oblongũ, quod Veſtales virgines ſacrificantes in capite habebant: idque fibula comprehendebatur.

Superhumerale, vide ſupra Epomis, & Humerale.

Supparus, ſiue Supparum, Linteum eſt femorale, ad talos vſque pendens, vt tradit Nonius Marcellus, ita dictum, quòd ſubtus appareat. Vtiturque is teſtimonio Plauti in Epidico, Næuij in Pedio, Afranij in Epiſto. Varronis in Eumenedibus. Sextus autem Pompeius, lib.17.Supparus, inquit, eſt veſtimentum puellare, lineum, quod & ſubucula, id eſt, camiſia dicitur, ex Afranio, vbi ſupra. Sed & hac voce vſus eſt Cicero, & Quintilianus, & Seneca, & Iuuenalis, & Apuleius. De ſubucula autem ſupra diximus: vbi & nonnihil de ſupparo attulimus ex Varrone. Eſt autem & Supparium aliud, nempe genus veli mimici, ex Donato in Terent. & uidere licet apud Apuleium libro primo, de Aſino aureo, Supparium ſcenicum complicato, & alios. Vide ſupra Palliolum.

Sylliba, vide infrà Thyſanon.

Symmetria, συμμετρία, Veſtis talaris, hoc eſt, ad talos vſque demiſſa, apud Pollucem lib.7. cap.13.

Syntheſis, Significat genus veſtis, quo ditiores ad ſumptum vti ſolent: & interdum omnem veſtem in veſtiario poſitam, in l.Titia. §.1. ff.de auro & arg.legato. Extat de ſyntheſi Martialis Apophoretum, libro 14.diſticho 141.

*Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces,*
*Hos poteris cultus ſumere iure tuo.*

Syrma, Cauda ſiue tractus veſtis fœminarum. Martialis lib.1. Epigr.155.

*Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.*

Item lib.12.Epigr.91.

*Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.*

Dictum eſt autem Syrma παρὰ τὸ σύρεσθαι, hoc eſt, ab eo quòd trahatur.

T

TÆniæ, ταινίαι, Sunt, quas vittas vocãt, quibus crines ligantur, vt ait D.Hieron.in Eſaiam, cap.3. Verum ita de his loquitur Sextus Pompeius, lib.18. Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, vt dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati. Idque ex autoritate Cæcilij in Androgyno, Ennij in Alexãdro, & Accij in Neoptolemo, vt ibi videre poteris. Sunt qui dicant, tæniam eſſe uittarum extremitatem: ut Seruius interpretans illud Virg.7.Æneid.

*——Fit tortile collo*
*Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ.*

Donatus autem ibi ſimpliciter interpretatur, tæniam, id eſt, uittam. Nam ſunt qui totam uittam eſſe dicant, ex eodem Virgil.lib.5.

*Puniceis ibant euincti tempora tænis.*

Hieronymus autem loco iam citato ſimpliciter uittas eſſe dicit. Vbi & ipſe Seruius dicit, Tænias alias ſignificare uittas, ut ibi: alias extremitates uittarum, ut in illo præcedenti loco. De uitta autem dicemus infra ſuo loco. Sunt item, qui tæniam dicant zonam eſſe. Vide Cælium Rhodiginum lib.16. cap.10. in fi. Sunt & qui faſciam interpretentur. Tænion uerò neutro genere, Atticè στηθόδεσμη, pectorale eſt, ſiue torques, aut monile. Conſule Lexicon.

Talare, uide ſuprà περισφύριον.

Tantheuriſti, ταυθευριστοὶ, Quædam ornamenti genera, lapillos quoſdam a ſe dependentes habentia: ita dicti a motu gemmarum, ut tradit Pollux, lib.5. cap.16.

Tarentina, Genus ornamenti muliebris, Æliano lib.7.de Varia Hiſtoria.

Theriſta, Quę & Theriſtria (utrumq; enim reperitur) inter ornamenta muliebria poſita, Eſaiæ 3.cap.quo loco D.Hieronymus dicit, ea à nobis Palliola poſſe appellari, quibus obuoluta fuit Rebecca, & hodie quoq; Arabiæ & Meſopotamiæ mulieres operiuntur: quæ Hebraicæ dicuntur, רדידים Græcè θέριστρα, καὶ θερίστρια dicta, ab eo quòd ἐν θέρει, hoc eſt, in æſtate & caumate corpora protegant fœminarum. Hæc ille. Locus autem ille de Rebecca eſt, Geneſ.24.ad fin. quem Interpres Latinus ita uertit: At illa tollens citò pallium ſuum operuit ſe. Caſtalio autem Flammeum uertit, de quo & nos ſupra diximus. Idem Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Geneſ. Theriſtrũ, inquit, pallium dicitur, genus etiamnum Arabici ueſtimenti, quo mulieres prouinciæ illius uelantur. Id autem eſſe æſtiuam ueſtem, ut chimaſtron (de quo ſupra diximus) hyemalem, plerique autumnant. Differentiam autem theriſtri, & theriſtrij uidetur facere Pollux libro 7. capit.13. ubi utrumque ponit inter ueſtimenta communia uiris & mulieribus. Horum prius Gualtherus uertit Meſſoriam ueſtem: alterum in ſua uoce Græca reliquit.

Threna, Quę Cyprijs dicuntur ueſtes floridæ ac uariegatæ, ab animalibus eiuſdem nominis, uarietate diſtinctis ac maculoſis, id eſt, πεποικιλμένοις, apud Theſſalos ut è recẽtioribus tradit Cælius Rhodiginus, li.16.c.9.

Thyſanon, θύσανον, Siue etiam Thyſſanon (nam utrumque reperitur) quod & Syllibam uocari tradit Pollux lib.7.cap.14. Eſt autem fimbria, ſiue ala. Huius meminit Homerus in Ornamentis Iunonis, lib.14. Iliad.

Ζώσατο δὲ ζώνην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν.

Pro qua uoce Eobanus Heſſus Bullas uertit, Andreas aũt Diuus, Fibras. Ab hac aũt uoce deducto epitheto, idem Homerus alicubi αἰγίδα θυσανόεσσαν appellat.

Tiara, Ornamentum capitis, quo primum uſæ ſunt mulieres Perſicæ, & poſtea Reges, & Sacerdotes. Hanc quoque inter ornamenta muliebria enumerat Pollux lib.5.capit.16. Hanc ita deſcribit D.Hieronymus ad Fabiolam. Quartum genus ueſtimenti eſt pileolum rotundum quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars altera ponatur in capite. Hoc Græci, & noſtri tiaram uocãt: nonnulli galerum. Non habet acumen in ſummo, nec totum caput uſque ad comas tegit, ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio uitta cõſtrictum eſt, ut non facilè labatur ex capite. Strabo autem libro 15. tradit eſſe calciamentum altum ac duplum magorum infulis ſimile. De Tiara autem reperies apud Plautum in Perſa, Virgilium. 7. Æneid. Ouidium 11. Metamorph. Iuuenalem Sat.6. & iterum Apuleium libro 10. Metamorph. Exodi cap.28. & 29.& Ezech.cap.23.

Tibialia, Quibus tibiæ uelantur, eoque nomine id etiam armorum genus intelligimus, quo tibiæ muniuntur, ut apud Iuriſconſultum in lege qui commeatus. §.1. ff.de re mil.& apud Suetoniũ in Auguſto, c.82. Græci uocant κνημῖδας. Homerus 3.Iliad. loquẽs de Paride:

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε.

Toga, Quam & Iuriſconſultus in l.ueſtis. §.uirili. ff.de auro & arg.leg. ponit inter uirilia ueſtimenta, non ſolum uiris, uerum etiam fœminis in uſu eſſe ſolet, ut ſcribit Seruius, enarrans illud Virgil. libro 1. Æneid. *Gentemq; togatam.* Benè, inquit, togatam, quia omnis

ſexus



ſexus toga vtebatur. & Nonius Marcellus ex autoritate Afranij in Fratrijs: Equidem prandere ſtantem nobiſcum incinctam togam. Et Varronis lib.1.de Vita pop. Rom. Præterea quòd & in lecto togas habebant. Ante enim olim fuit commune veſtimentum, diurnũ & nocturnũ, virile & muliebre. Nam & Aſconius Pedianus in 3. in Verrem act. Toga, inquit, communis habitus fuit & maris & fœminarum: ſed prætexta honeſtiorum, toga viliorum: quod etiam circa mulieres ſeruabatur. Hæc ille. Tandẽ verò obtinuit, vt mulieres adulterij conuictæ, in publicum egredi togatæ cogerentur, vt probatur ex Iuuenal. Sat.2.

*Damnetur, ſi vis, etiam Calphurnia, talem*
*Non ſumet damnata togam.——*

Et Martial.lib.2.Epigr.39.

*Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ.*
*Vis dare, quę meruit, munera? mitte togam.*

Hinc Tibullus lib.4. ad Sulpitiam, Eleg.10. Togam pro ſcorto poſuit.

*Sit tibi cura togæ potior. preſſumque quaſillo*
*Scortum, quàm Serui filia Sulpitia.*

Similiter Horatius Togatam pro ſcorto vſurpauit, lib.1.Serm.Sat.2.

*——Quid inter-*
*Eſt, in matrona, ancilla, peccesue togata.*

Quem in locum Acron, matronæ, inquit, quæ à maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebãt: remota ſtola, propter ignominiam. Toga autem meretrici apta. Ita enim proſtratæ ſolebant cum togis puellæ, vt diſcernerentur à matronis: & ideo quæ adulterij damnatæ fuerant, hac veſte vtebantur. Eadem verò ibidem ſcribit Porphyrion.

Torques, & Torquis, res omnibus nota. Eſt enim circulus aureus vel argenteus, vel alterius materiæ, flexilis, obtortus, colli & ſummi pectoris ornamentum: poniturque inter ornamenta muliebria, Eſaiæ 3. c. vbi Hieronymus tradit, eum pendere vſque ad pectus. & Ezech.16. ibi, Et dedi torquem circa collum tuum. Id autem eſt, quod vulgò *Chaine* vocamus. Hincque Torquatæ columbæ dictæ Propertio lib.4. Eleg.5.

*Sed cape torquatæ, Venus ò regina columbę, &c.*

Et torquatus palumbus Martiali lib.13. diſticho 67.

*Inguina torquati tardant, habitantque palumbi.*

Torquem aũt habent ex pſittacis nõnulli, teſte Plin. lib.10.c.42. India, inquit, auem hanc mittit, viridem toto torpore, torque tantùm miniato in ceruice diſtinctã. Apuleius quoq; lib.6. columbas Veneris currum trahẽtes, torquatas facit. Procedunt, inquit, quatuor columbæ candidæ, hilares inceſſibus, pictæ colla torquibus, iugumq; gemmeũ ſubeunt. Sed & id cõmune ornamentum fuiſſe viris, ſatis cõſtat ex hiſtoria T.Manlij Torquati, relata à Liuio. 1.dec.lib.7.

Tricæ, Leuiora mulierum ornamenta, ita dicta, quòd vana ſint & futilia.

Trichapton, τρίχαπτον, Inter ornamenta muliebria poſitum à Septuaginta Interpretibus, Ezechiel. 16.cap. nullo tamen Græcorum vſu aut exemplo: vt ſcribit D.Hieronymus in Cõmentarijs eius loci. Idq; ſubdit fuiſſe tantæ ſubtilitatis ueſtimentũ, ut pilorũ & capillorũ tenuitatẽ habere credatur: unde & ego (inquit) uolẽs tenuitatẽ exprimere ueſtimẽti, pro Trichapto, ſubtiliùs tranſtuli, Quod tenui ſtamine atque ſubtegmine textum erat. Caſtalio autem Sericum uertit.

Trichypha, Apud Pherecratem Poetam, pro puellarum indumentis intelligit Athenæus.

Trigaſtra, τρίγαστρα, Inter ornamenta muliebria recenſentur à Polluce, lib.7.c.22.

Triopis, τριωπὶς, Monilis ſpecies, tres ueluti oculos habentis, apud Pollucem lib.5.c.16.

Trophium, Ornamenti genus, quod Pſychæ à Tritonia datũ, ſcribit Martian⁹ Capella, li.1. niſi illic Strophiũ legendũ ſit, magis credo: de quo ſuprà diximus.

Tunica, Non uirorum ſolùm, ſed & mulierum ueſtimẽtum fuit, ut ſatis ſignificat Iuriſconſultus, in l.ueſtis. §. muliebria. ff. de auro & argen.leg. Et Ouid. libro Amorum 3.Eleg.6.

*Sic etiam tunica tangitur illa ſua.*

Et lib.2.de Arte amandi:

*Adſtiterit tunicata? moues incendia, clama:*
*Sed timida, caueat frigora, voce roga*

Et Martialis lib.11.Epigr.100.ad Lesbiam:

*De cathedris quoties ſurgis (iam ſæpè notaui)*
*prædicant miſeram Lesbia te tunica.*

Ex quibus intelligis, tunicam eam eſſe, quæ cuti omnino proxima eſt, quam Interulã alij vocant, de quá ſuperiùs attigimus: nos vulgò camiſiam vocamus, de qua etiã ſupra diximus: quod & videre licet cùm ex alijs multis autorum locis, tum ex illo Plauti in Trinummo, Tunica pallio propior eſt: de quo etiam diximus in Pallio. Ex illo quoq; Apuleij lib.9. Metam. Interim Phileſiterus cognito ſtrepitu, raptim tunicã iniectus, &c. Nam paulò ante dixerat illum nudum eſſe. Vide ibi Beroaldum: & eſt fol.97. in paruis. Nonius autem Marcellus, multorum autoritate, ſcribit tunicam eſſe veſtimentum ſine manicis.

*Tunica pallio propior, prouerbium.*

V

VElum, atque etiam Velamen, & Velamentum, Quo ſcilicet mulier caput velat, & operit, vel frigoris vel vmbræ cauſa. Vide infrà Vmbella. & in l. quæſitum eſt. §.ſi domus. ff. de fund.inſtruc.& inſtru.leg. Vide ſuprà Entropides.

Ventrale, Veſtimentum ventrem contegens, apud Plinium lib.8.c.48.de quo & ſuprà, ni fallor, diximus in Semicinctijs.

Vertebræ, vide ſuprà Helices.

Viriæ, & diminutiuè

Viriolæ, De quibus in l.argumento. §.ornamenta. ff.de auro & arg. leg. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria. & l. vlt. ff.eo. tit. cùm dicitur, Lineas duas ex margaritis, & viriolas è ſmaragdis. & l. ſi tibi. §.1.de opt.leg. vbi ſcribitur, Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſint, &c. De viris autem meminit Plin.li.33.c.3. haud multò poſt princ. Vt habeãt in lacertis iampridem & viri, quod è Dardanis venit: itaq; Dardanium vocatur. Viriæ Celticæ dicuntur: viriles Celtibericæ. Habeãt fœminæ in armillis, digitisq; totis, collo, auribus, ſpiris, &c. De vtriſq; loquẽs Nebriſſenſis, in Lexico Iuris ciuilis eas dicit eſſe armillas, ex gemmis margaritiſque auro cælatis. Catel. Cot. in memor.incip.viriolæ. dicit eo noĩe ſignificari minores annulos, quos uulgus corrupto uocabulo uergettas appellat. Bayfius ĩ libello de re ueſtiaria, ait, ſibi uideri Iuuenalẽ uiriolas deſignare, cùm ſcribit Sat.6.

*Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,*
*Cùm virides gemmas collo circumdedit, & cùm*
*Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.*

Tanquam ſcilicet hæ uiriolæ fierent ex gemmis uiridibus: nec tamen aliquid in ea re certi diffinit. D.Ambroſ. in lib.1.de Abraham Patriarcha, c.9. eodemque ult. interpretans 24.c. Geneſeos, ubi cæteri Interpretes uertunt Armillas, is Virias tranſtulit.

Vittæ, Et ipſæ numerantur inter ornamenta muliebria, in l.argumẽto. §.ornamentorum. ff.de aur. & arg.leg. quibus ſcilicet mulieres capillos colligant: ut ſatis oſtendit illud Ouid. 1.Metam.

*Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.*

Et lib.2.

*Vitta coercebat neglectos alba capillos.*

Erantq; olim propriæ honeſtarum matronarum, virginum, & Veſtalium. Tibullus lib. 1. Eleg. 6.

*Sit modo caſta doce, quamuis non vitta ligatos*
*Impediat crines, nec ſtola longa pedes.*

Virgil. lib. 7. Æneid. loquens de Amata Regina:

*——Fit tortile collo*
*Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vitta,*
*Innectitq; comas.*

Et rurſum eodem lib. de eadem loquens:

*Soluite crinales vittas, capit Orgia mecum.*

Quo loco Seruius, Quæ, inquit, ſolarum matronarum erant: nam meretricibus non dabantur.

Ouid. lib. 3. Faſtor. de Syluia Veſtali:

*Decidit ante ſacros linea vitta focos.*

Et lib. 4. eiuſdem operis:

*Rite Deam Latiæ colitis matresq; nurusq;,*
*Et vos, queis vittæ, longaq; veſtis adeſt.*

Et lib. 6. eiuſdem operis:

*Nullaq; dicetur vitta temeraſſe ſacerdos,*
*Hoc duce, nec viua defodietur humo.*

Et lib. 3. de Ponto, Epiſt. 3. ad Maximum:

*Scripſimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos*
*Attingit crines nec ſtola longa pedes.*

Et lib. 3. Amor. Eleg. 6. loquens de Ilia Veſtali:

*Quò cultus abire tui? quid ſola vagaris?*
*Vitta nec euinctas impedit alba comas?*

Et lib. 1. de Arte amandi, haud procul à principio:

*Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris.*

Et rurſum:

*Ecquid ab hac omnes rigida ſummouimus arte,*
*Quas ſtola contingi, ſumptaq; vitta vetat?*

Hinc Vittata ſacerdos, Lucano lib. 1. Pharſaliæ:

*Veſtalemq; chorum ducit vittata ſacerdos.*

Et Iuuenal. Saty. 4. poſt princip.

*——Cum quo nuper vittata iacebat*
*Sanguine adhuc viuo terram ſubituro ſacerdos.*

Itẽ Ouid. li. 1. Amo. de Caſſandra vate, & ſacerdote:

*Hic, niſi vittatis quòd erat Caſſandra capillis, &c.*

Hæ alio nomine Tæniæ appellantur, vt placet Diuo Hieronymo in Eſaiam 3. c. quemadmodum & ſuprà diximus in dictione Tæniæ. Vittæ fit mentio in c. fœminę. 30. q. 5. Vittam crinalem memorat Martianus Capella lib. 1. & ante Virgil. 7. Æneid.

*Soluite crinales vittas.*

Sed & vittas viriles fuiſſe, oſtẽdit illud Virg. 3. Æneid.

*Rex Anius, rex item hominum, Phœbiq; ſacerdos,*
*Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro,*
*Occurrit.——*

Et Deorum quoq; probat illud Virg. lib. 2. Aeneid.

*——Vittaq; Deum quas hoſtia geſſit.*

Et ibi Seruius, qui & ad hoc adducit illud eiuſdem, eodem lib. paulò poſt:

*Virgineas auſi diuæ contingere vittas.*

Vmbella, & Vmbraculum, Id eſt, velum quo fœminæ arcent Solis ardores. De priori eſt teſtimonium apud Iuuenalem Saty. 9.

*Et cui tu viridem vmbellam, cui ſuccina mittas*
*Grandia.——* De altero illud Ouidij libro 2. Faſtor.

*Aurea pellebant tepidos vmbracula Soles.*

Et illud Martialis lib. 14. Epigram. 28.

*Accipe, quæ nimios vincant vmbracula Soles:*
*Si licet & ventus, te tua vela tegent.*

Vide Robertum Stephanum.

Vnguenta, Id eſt, μύρα, ornamentis muliebribus annumerat Pollux lib. 7. c. 22.

Vniones, Qui & margaritæ dicũtur, vt ſuprà docuimus, ponuntur, & ipſi inter ornamẽta muliebria, in l. Seia, in prin. ff. de auro & arg. leg. Et de his quoque fit mentio in l. apud Celſum. §. item queritur, ſi vniones. ff. de doli except. Scribit Aelius Lampridius Alexandrum Seuerum Imperatorem Rom. cùm quidam Legatus vniones duos vxori eius obtuliſſet, magni ponderis & inuſitatæ menſuræ, vendi eos iuſsiſſe: & cùm pretium non inuenirent, ne exemplum malum à Regina naſceretur, ſi eo vteretur, quod emi non poſſet, in auribus Veneris eas dicauiſſe. Plin. 37. c. 3. tradit vniones aure circumferri, gemmas digitis.

## X

Xanion, ξάνιον, Inter inſtrumenta muliebria poſitũ à Polluce libro 10. c. 28. vbi Gualtherus vertit Calamiſtrum, de quo ſuprà diximus.

Xenion, ξένιον, Auratum capitis ornamentum, ex eodem Polluce, lib. 5. c. 16. qui idem etiam κτένιον dici aſſerit. de quo ſuprà.

Xerampelinæ veſtes, matronales dictæ, ab ampelino colore, qui medius eſt inter coccum & muricem. Has Mercula ſcribit etiam Atrebaticas fuiſſe appellatas apud Iuuenalem Satyr. 6.

*Et xerampelinas veſtes donauerit ipſi.*

Xyron, ξυρόν, Inter ornamenta muliebria poſitum Polluci, lib. 7. c. 22. & lib. 10. c. 28. Gualtherus vtrobique Nouaculam vertit.

Xyſtis, ξυςίς, talaris tunica & muliebris Cęlio, lib. 31. c. 18. Hanc autem ponit Pollux inter veſtimenta cõia virorum & mulierum, lib. 7. cap. 13. Clemens verò Alexandrinus Pædagog. lib. 2. cap. 10. inter veſtes mulieribus proprias. Nec deſunt, qui dicant eſſe veſtem ſubtilẽ, à ξύω, ꝙ pulucrem radat: aut vt alij malunt, ἀπὸ τῦ ζύεσθαι, ꝙ ſit veluti raſum, propter tenuitatem.

## Z

Zinichion, Corrigia calceamenti.

Zoma, ζῶμα, & Zoſma, ζῶσμα, Cingulum, zona, quæ propriè eſt anuum, vt tradit Pollux, libro 7. c. 13. ex autoritate Menandri, & rurſus lib. 2. cap. 4. vbi de Thorace loquitur.

Zona, & diminutiuè

Zonula, Apud Catullum in Epithalamio Iuliæ. Græcis dicuntur ζώνη, & diminutiuè, ζώνιον. Ammonius autẽ tradit, ζώνην virorum eſſe, ζώνιον mulierum. Sed prius illud promiſcuè de virorum & mulierum cingulo dr̃. Nam inter muliebria ornamenta enumeratur etiam à Iuriſconſulto, in l. veſtis. §. muliebria. ff. de aur. & arg. leg. Cui adſtipulatur Martialis lib. 14. diſticho 156.

*Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter*
*Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis.*

Qui locus in memoriã affert hiſtoriam vetuſtiſsimam. Ferunt. n. Admetã Euriſtei filiã, Hippolytæ Amozonũ Reginæ zonã celebratiſsimã, admodum concupiuiſſe: ideoq; Euriſteũ Herculi id muneris impoſuiſſe: qui cũ Theſeo, Telamone, alijsq; nõnullis comitatus, Themiſcyram perueniſſet, Amazonũ vrbẽ, cũ illis Iunonis monitu cõcitatis, præliũ dr̃ cõſeruiſſe, & Hippolytã contra ſe ſtantẽ interemiſſe, eiusq; zonã abſtuliſſe, quã poſtea Admetæ tradidit. Sunt tamen, qui nõ interfectã ab Hercule Hippolytam velint, neque zonam illam eo modo fuiſſe raptam: ſed cùm ſororem illius Menalippã ex inſidijs Hercules excepiſſet, Hippolytam pro eius redẽptione ſponte ſua cingulum Herculi tradidiſſe. Poſtea autem eius cinguli gratia Amazonas cum exercitu Athenas perueniſſe, & vniuerſam Atticam deuaſtaſſe. Iulius Pollux libro 2. cap. 4. quo loco de thorace diſſerit, ſcribit ζώνην Græcis dici, quam Romani Faſciam vocant. Dicitur autẽ zona à Græco verbo ζωννύω, quod eſt cingo. Præter hæc vide, quæ ampliùs dicam de zonis, nume. ab hinc 3. De cingulo autem ſuprà diximus ſuo ordine, vbi



vbi etiam de Cinctura, quæ idem ſignificat.

28 *Autores à quibus ornamentorũ muliebrium nomina ſint petenda.*

¶Suntq; alia propè infinita ornamentorum & veſtimentorum muliebrium genera, quorum bonam partem videbis apud Ariſt. ophanem vbique, ſed potiſsimum, ἐν θεσμοφοριαζούσαις, apud Pollucem Onomaſtici lib. 5. c. 16. & iterum lib. 7. c. 13. & alijs multis ſequentibus, & iterum c. 22. vbi dicit, tot eſſe, vt enumerari nequeant: & lib. item 10. c. 28. & apud Clementem Alexandrinum Pædag. lib. 2. c. 12. eodemque vlt. & noſtros Iuriſconſultos, in tit. ff. de au. & arg. leg. Volaterranum Philolog. lib. 27. & Lazarum Bayfium in lib. de re veſtiaria. Franciſcũ Grapaldum lib. 2. de partibus ædium, ſparſim in multis locis, præſertim verò cap. 5. & 6. & Cælium Rhodiginũ in ingenti illo opere Antiquarum lectionum, in multis locis, maximè verò li. 2. editionis vlt. c. 10. & ſeq. & Textorem Rauiſium in Officina.

29 *Ornamentorum repoſitoria.*

¶Vt interim omittam huiuſmodi ornamentorum & veſtium repoſitoria.

Aortas, ἀόρτας, Apud Pollucem lib. 7. c. 19. ex Menandro in Miſogyne.

Arcas & arculas, Apud Iuriſconſultum in l. argento. ff. de leg. 3. & apud Ciceronem lib. 2. Officiorum, appellantem Arculas muliebres.

Candylanas, Apud Menandrũ: aut, vt alij appellant, Cãdylas, hinc dictas, ꝙ κάνδυς ſit indumentum Perſicũ, apud Xenophontem, & Plutarchum in Cimone.

Capſulas, Apud Trebellium Pollionem in vita Aureliani, vbi de capſulis Zenobiæ loquitur.

Chelos, χηλοὺς, de quibus Homerus, lib. 8. Iliad.

Δεῦρο γυναῖ φέρε χηλὸν ἀριπρεπέ' ἥτις ἀρίστη.

Et paulò poſt:

Τόφρα δ' ἄρ' Ἀρήτη ξείνῳ περικαλλέα φηλὸν
Ἐξέφερεν θαλάμοιο.

Ciſtas, vide Robertum Stepha. Homero ταλάρους dictas 4. Odyſ. inter reliqua ornamenta Helenæ.

φυλὼ δ' ἀργύρεον τάλαρον φέρε.

Ciſtellam, Vertit Andreas Diuus: de qua Terentius in Eunucho:

*Ciſtellam Pythia domum effer cum monumentis.*

Ciſtellulam quoque dicit Plautus in Rudente: Græci κιςίδας appellant.

Dactylothecas, ſiue Dactyliothecas (vtrumq; enim reperitur in eadem ſignificatione) De quibus apud Martialem, lib. 4. Epigr. 123. & Plin. 37. c. 1. non ſemel. & in l. argento. ff. de leg. 3. & iterum in l. librorum. §. charta, verſ. quod in Bibliotheca. & in l. inficiando, in prin. ff. de furt. vbi ita legẽdũ: Nec refert, in digito habeat annulũ, an in Dactylotheca. Sic. n. legẽdũ ex Codice Florẽtino, non autem, An datus hypothecæ ſit, vt vulgò legitur.

Phaſcolos, id eſt, φασκώλους apud Pollucem lib. 7. c. 29.

Rhiſcos, ῥίσκους, Græco quidem verbo, ſed quo vtitur ipſe Terentius in Eunuco, Vbi Donatus dicit, eſſe nomen Phrygium, eoque ſignificari ciſtam pelle contectã, aut (vt alij legunt) contextam.

Thecas, De quib⁹ in d. l. librorũ, vbi ſuprà. ff. de leg. 3.

Thylacos, θυλάκους, apud eundem Pollucem.

Λοφεῖον, Priuata ſpeculorũ theca, Polluci lib. 10. c. 28.

Tholias, Quarum ſit operculum θολοειδές, id eſt, teſtudinatum.

Thronos, Apud Homerum in Hymno Veneris. Veſtiarium, de quo Plinius lib. 15. c. 8. licet etiam pro ipſis veſtibus aliquando accipiatur, l. annua, in princ. C. de annuis leg. & alibi ſæpè.

Zygaſtria, ζυγάςρια, Apud Xenophontem, & Pollucem lib. 7. c. 19.

Cœlas, Ibidem apud Pollucem: vbi Gualtherus vertit Luſtra.

30 *Mulieres circa zonas admodũ curioſæ.*

¶Sed mirum eſt, quantum fœminæ in primis ac præ cæteris rebus in zonis ſibi placeant, & glorientur, aut potiùs inſaniãt. Quod ex Homero intelligere potes, qui ſæpè mulieres καλλιζώνους peculiari epitheto appellat, id eſt, pulchras zonas habentes, ſiue pulchrè cinctas, ſiue in zonis pulchras, lib. 7. Iliad. *Mulieres callizonæ.*

Ἄνδρες κίκληκεν, καλλίζωνοί τε γυναῖκες,

Et lib. 24. eiuſdem operis:

Ἔγνω πρόσθ' ἀνδρῶν, καλλιζώνων τε γυναικῶν.

Et lib. 23. Odyſſeæ:

Ἀνδρῶν πεζόντων, καλλιζώνων τε γυναικῶν.

Et in Hymno Apollinis:

Ἄνδρας τ' εἰσορόων, καλλιζώνους τε γυναῖκας.

Et rurſus ibidem:

Κρισαγῶν ἄλοχοι, καλλίζωνοί τε θυγατρές.

Vbi tamen id tribuit filiabus, non vxoribus. Ad verbum enim ita ſonat hic verſus:

*Criſſagorum vxores, pulchreq; cinctæ filiæ.*

Ex quo obiter illud annotabis, huiuſmodi ornatus magis decere filias innuptas, quàm iam maritatas. Idem autem Homerus alibi mulieres εὐζώνους appellat: quod & benè cinctas ſignificat, lib. ſcilicet 6. & iterũ 23. eiuſdẽ operis. Quo ẽt titulo Iphin inſigniuit, eiuſdẽ Iliad. lib. 9. *Et Euzonæ.*

31 *Et bathyzonæ, & quare: Zona pro virginitate.*

¶ Quare autem eodẽ lib. 9. feminas etiam βαθυζώνους, id eſt, ꝓfundè cinctas, vocet, ad aliud omnino reſpicit, Sic enim vocantur mulieres aptæ concipiendæ ſoboli: vt apud Pindarum Olympiorum Ode 3.

Σὺν βαθυζώνοις ἀδ' ἀδύμοις
Παισὶ Λήδας.——

Zona enim antiquitus pro virginitate ſumebatur. Hinc Zonam ſoluere apud Horatium lib. 1. Ode 30. & apud Catullum Epigr. 2. ad paſſerem Lesbiæ:

*Quòd zonam ſoluit diu ligatam.*

Et Epigr. 62. ad Ianuam:

*Ne quærendum aliunde foret neruoſius illud,*
*Quòd poſſet zonam ſoluere virgineam.*

Et apud D. Auguſtinũ, ex Varrone li. 4. de ciuitate Dei, c. 11. & cæteros. Quod & apud Græcos in eadem dicitur ſignificatione. Muſæus de amore Erùs & Leandri:

Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν, ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

*Sic quidẽ illa locuta eſt, hic vero ſtatim ſoluit zonã.*

Id eſt, Virginitatem eripuit: quod ipſum confeſtim oſtendit, ſubiungens:

Καὶ θεσμῶν ἐπέβησαν ἀριςονόου Κυθερείας. Id eſt:

*Et leges intuerunt beneuolæ Veneris.*

Nam (vt illud obiter intelligas) μίτρα, ſiue μίτρη, (qua dictione vſus eſt Muſæus) Græcis Zonam inter cætera ſignificat. Et ἄμιτροι dicuntur innuptæ & connubij expertes. Sed, vt redeamus, Homerus zonam ſoluere in eodem ſenſu poſuit lib. 11. Odyſ. *Zonam ſoluere quid. Mitra pro zona. ἄμιτροι quæ dicantur. Zonam ſoluere.*

Λῦσεν παρθενίην ζώνην.

Id eſt, Soluit virginalem zonam: id quod ſtatim ſignificat, cùm ſubdit:

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα.

*At poſtquam perfecit Deus Veneris opera.*

Et in Hymno Veneris deſcribens concubitum Anchiſæ cum ea:

Λῦσε δέ οἱ ζώνην.——

Et in Theocritus in Idylio 20. vbi deſcribit cõcubitum Iouis cum Europa:

Λῦσε δέ οἱ μίτρην.

Cuius rei cauſam reperies apud Sextum Pompeium nõ ſemel, & in Scholijs Apollonij: Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. Hoc eſt, Soluunt zonam primò parentes, & Dianæ eam conſecrant: vnde & Dianæ Lyſizonæ templum eſt Athenis. Cuius item rei meminit Heſychius. Et hinc quoque Lucina ſimiliter eſt vocata. Theocritus Idylio 17.

Ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον.

Sed & Pauſanias lib. 1. tradit, in Zoſtere ad mare fuiſſe aras Palladis, Apollonis, Dianæque, ac Latonæ, quam ibi peperiſſe negant, ſed zonam ſoluiſſe: & inde loco

nomen Zoſteri inditum, quæ vox cingulum ſonat. Pindarus autem Olympiorum Ode 6. tradit, Euadnem depoſita zona punicea trama intertexta in opaco arborum denſitate loco infantem peperiſſe. Hæc illius verba ſũt;

Ἁ δὲ φοινικόκροκον
Ζώναν κατατηκαμένα,
Καλπίδα τε ἀργυρέαν
Λοχμᾶς ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.

32 *Mulieres bathicolpæ quare dictæ.*

¶ Quod autem Homerus (vt ad eum redeamus) 18. Iliados vocat mulieres βαθυκόλπους, id eſt, amplas veſtes, ſiue ſinuoſas, vel ꝓfundorũ ſinuũ, habẽtes, cùm ſcribit:

Καί τινα Τρωϊάδων, καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων.

Et rurſus:

Ἀμφὶ δέ σε Τρωαὶ, καὶ Δαρδανίδες βαθύκολποι.

Atque iterum lib. vlt. eiuſdem operis:

Ἀλλὰ πρὸ Τρώων, καὶ Τρωϊάδων βαθυκόλπων.

*Mulieres amplis & ſinuoſis veſtibus gaudent.*

Satis videmus eo verbo ſignificari veſtes amplas & ſinuoſas, quibus item admodũ gaudẽt mulieres. Nã & idẽ Homerus lib 6. & 7. iterumq; lib. 22. eiuſdẽ operis, ipſas Troianas mulieres ἑλκεσιπέπλους appellat, id eſt, longas veſtes trahentes. Nã primo & poſtremo loco ita ſcribit:

Αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.

Secundo autem loco hunc in modum:

Τρῶας εὐφρανέω, καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.

Quin illo eodem lib. 18. Iliad. Thetidem non ſemel τανύπεπλον vocat, id eſt, longam veſtem habentem:

τίπτε Θέτι τανύπεπλε ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ.

Vti etiam Helenam lib. 4. Odyſſ.

Παρ δ' Ἑλένη τανύπεπλος ἐλέξατο δῖα γυναικῶν.

Et lib. 3. Æneid.

Τὸν δ' Ἑλένη τανύπεπλος ἀμείβετο δῖα γυναικῶν.

Quãquam ſcio Ariſtotelem, ſi is eſt, Mirabilium auſcultationum, c. 106. aliam reddidiſſe priuatam & ſpecialem rationem, cur Homerus Troianas mulieres βαθυκόλπους peculiari epitheto vocauerit. Cui an ſit credendum, cæteri videant, cùm Pindarus Pythiorum Ode 1. eodem quoque epitheto Muſas inſigniuerit. Nec interim tamen in hac veſtium mentione omittemus, quòd idem Homerus lib. vlt. Iliad. vocat mulieres εὐπέπλους, tãquam dixeris, Veſtipulchras:

Λαέρων, ἢ γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

33 *Mulier nunquam ſibi ſatis ornata.*

¶ Ex tot autem veſtimentorum & ornamentorum aliorumq; ad eas res pertinentium generibus ſatis intelligis, non temerè ſcripſiſſe Plautum illum muliebrium animorum, ac morum ſcientiſsimum, in Pœnulo:

*Negotij ſibi qui volet vim cõparare, nauẽ, & mulierẽ,*
*Hæc duo ſibi comparato: nam nullæ magis res duæ*
*Plus negotij habent, eas fortè ſi exornare occeperis*
*Neq; vnquã hæ duæ res ſatis ornant, neq; eis vlla ſatis*
*Ornandi ſatietas eſt.*

*Mulieres in ſe ornãdo multũ temporis impertiũt.*

Vt iam mirari non debeas, ſi fœminæ tantùm temporis in ſe ornando comendoque impertiant, aut veriùs perdãt, ac profundãt. Notum eſt illud Terentij in Heaut.

*Noſtin' mores mulierum?*
*Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

Cui concinens Propertius lib. 1. ad Cynthiam;

*Et potes externos manibus componere crines.*
*Et longa faciem quærere deſidia.*

*Mulier ex mora nata.*

Hinc Pleuſides amator Plautinus in Milite, conqueritur tarditatem mulieris in ſe ornando, eamq; ob id natã ex mora autumat, Ita enim inquit:

*Mulier profectò nata eſt ex ipſa mora:*
*Nam quæuis alia, quæ mora eſt, æquè mora*
*Minor ea videtur, quàm quæ propter mulierem eſt.*

Idque natura illis inelt adeo fortiter, vt etſi præ amore cupiant maximè aliquò properanter ire, id tamen non prætermittãt. Virg. 4. Aeneid. Didonẽ Aeneã deperditè amantẽ, inducit multum temporis in thalamo cunctantem, vt ſe coleret: tametſi cuperet ſupra omnia Aeneam conuenire, illum vt videret & audiret. nam ſic ſcribit:

*Reginam thalamo cunctantem ad limia primi*
*Pœnorum expectant.*

Quo loco Seruius Interpres id intelligens, Atqui (ait) amatrix properare debuit. Nam (vt id illi addas) amans quicquid agit, properat omnia, ex Agoraſtoclis Plautini ſententia in Pœnulo. Tamen pathos naturam vicit. citatq; illud Terentianum ſuprà à nobis citatum. Eſtque ſimile illud Stephanij mulieris Plautinæ in Sticho:

*Morẽ vobis gerã meæ deliciæ: nã ita me Venus amœna*
*Amet, vt ego hinc iamdudum exiſſem vobiſcum foràs,*
*Niſi me vobis exornarẽ: nam ita eſt ingeniũ muliebre,*
*Benè cùm lauta, terſa, ornata, ficta eſt, infecta tamen.*

34 *Iterũ de hoc mulierum affectu.*

¶ Ex hoc quoque imperioſo ac impotenti mulierum affectu, permanat illa earum diurna nocturnaque querela apud Theopraſtum & Hieronymum in Iouinianũ, Illa ornatior procedit in publicum, ego in conuentu fœminarum miſella deſpicior. Eſt & Valerij Trib. pleb. ſententia, noſtro propoſito accommodatiſsima, apud Liuium lib. 24. Munditiæ, ornatus, & cultus, fœminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur: hunc mundũ muliebrem appellauere maiores noſtri. De hoc mundo muliebri loquens Vlpianus in l. argumento. §. mundus. ff. de auro & arg. leg. Ita ait, Mundus muliebris eſt, quo mulier mundior fit. Et poſt pauca facit diſcrimen inter mundum muliebrem, & ornamentũ. Mulier enim poteſt eſſe munda, non tamen ornata: vt ſolet contingere in his quæ ſe mundarint lotæ in balneo, neque ſe ornauerint. Contrà, eſt aliqua ex ſomno ſtatim ornata, non tamen emundata.

*Mundus muliebris quid. Et an differat ab ornamẽto.*

Sed Philippus Beroaldus vir multæ lectionis, in Cõmentarijs Apuleianis, lib. 4. Aſini aurei, dicit cum multo honore Vlpiani, hoc argutius videri, quàm verius. Appellatione enim mundi muliebris, apud Oratores, Hiſtoricos, Poetas, non ſolùm illa, quibus mũdior fit fœmina, ſed ea quoq;, quibus ornatior, ſignificantur, quod & nomen indicat. Nam (vt ſcribit Plinius) quem is tamen non citat, lib. 2. c. 4. quem Κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum nos à perfecta abſolutaq; elegantia Mũdum vocamus, quòd nihil ſit eo mundius, pulchrius, ornatius: citatque Beroaldus illud Liuianum in fin. lib. 2. Belli Macedonici non aurum modò ijs, ſed & poſtremò veſtem mundumque omnem muliebrem ademit. Lucilius neutro genere appellauit his verſibus, apud Cellium libro 4. cap. 1.

*Legauit quidem vxori mundum omne, penumq;,*
*Quod mundum atque penum: nam quis dijudicet iſtud?*

Et idem propè ſcripſit ipſe Beroaldus in Annotationibus in Columellam. Sed Catellianus Cotta, vir è noſtris doctiſsimus in ſuis Memorialibus, in eo quidem Memoriali, cuius initium eſt, Vndones Cilicij, Vlpiani ſententiam ſecutus. Dabunt (inquit) veniam nobis Philippi Manes: quia licet apud Liuium & Lucilium in dictis locis, mundus capi poſſet pro quodam genere, non tamen per hoc ſtatim damnandus fuit Vlpianus, qui in hoc meliùs & exquiſitiùs proprietatem verbi declarauit. Oratores enim & Poetæ laxiores ſibi habenas reſeruarunt. Prætereа Liuij autoritas etiam nihil obeſt, imò probare videtur opinionem Vlpiani, dum aurum ac veſtem, quibus ornatur mulier, à mundo diſtinguit. Sicut neque carmen Lucilij. Hæc ferè Catellianus, qui etſi piè facit, quod legum parentem, imò verò Deum, tueatur, optimeque reſpondeat ad eam quam Beroaldus ex Liuio citauit autoritatem: dubito tamen, ne poſsit etiam reſponderi ad illud, quod ex eodem Liuio libro 34. ſuprà citauimus, ubi apertè Liuius ipſe ſub mundo muliebri, non tantùm munditias comprehendit, ſed & ornatum & cultum: vti etiam facit Galen. libro de Propriorum affectuum agnitione, & remedio, qui poſteaquam de margaritis, ſardoniche, & alijs lapidibus, quibus mulieres ornatum corporis, & decorem ſibi conciliari putant, locutus eſt.

ſubdit



ſubdit hæc vocari κόσμον γυναικεῖον, id eſt, mundum muliebrem, huiusque generis facit aureos veſtium contextus, vel quorum compoſitione longo tempore ſtudetur, vel quæ materiam ex longinquo allatam deſiderant, vt q̃ vocantur ſerica. Et huic quoque opinioni ſuffragatur Feſtus Pompeius, cùm inquit. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris. Tamen non ſolus fuit in hac ſententia Vlpianus, cùm & Scæuola, & Paulus ſignificationis verborum maximi obſeruatores, ei quoque ſentẽtiæ ſubſcribant, vt eſt textus in l. pediculis. §. Titia. ff. eodem tit. de auro & arg. leg. & ijdem Paulus, & Scæuola, & præterea Iabolenus ille in l. Plautius, & in l. ſi quis ita legauerit, eodem titu. alter in l. vxori quis. ff. eodem quoque tit. hic, in l. hæres meus. §. vxori meæ. ff. de leg. 3. in quibus locis ponunt mundum & ornamenta, tanquam diuerſa. Niſi dicas, in illis ipſis locis verba eſſe teſtatorum, non Iuriſconſultorum. Sed Paulus ipſe, haud dubiè, ſi is eſt, lib. 3. Sententiarum, apertam facit inter hæc differentiã, in §. mundo muliebri, & ſeq. Quinetiam Romanorum doctiſsimus Varro lib. 4. de Ling. Lat. videtur & eius eſſe ſententiæ, vt inter mundum muliebrem & ornatum lata ſit differentia: dicit enim, Mundus muliebris dictus à munditia: Ornatus, quaſi ab ore natus. Hinc enim maximè ſumitur, quòd eam deceat. Itaque ob id paratur ſpeculum. Tertullianus verò in lib. de Habitu muliebri, aliter diſtinxit mundum muliebrem, & ornatum: Cultum (ait) dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornamentum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento & gemmis, & veſtibus deputatur. Iſte in cura capitis, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos corporis trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis.

35 *De eadẽ re. Iulia facetum reſpõſum.*

¶ Sed iam iſta relinquamus, & ad propoſitum redeamus. Iulia Auguſti filia, faceto reſponſo oſtẽdit, cultum aliàs profuſiorem nõ dedecere matronã ſeſe viro adornantem. Ea cùm aliquando propter licentiorem veſtitũ offendiſſet oculos patris tacentis, poſtera die mutauit cultus ſui morẽ, & lætum patrem affectata ſeueritate complexa eſt. At ille, qui pridiè dolorem ſuum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quantò hic (ait) in filia Auguſti probabilior eſt cultus? Non defuit patrocinio ſuo Iulia his verbis, Hodie enim me patris oculis ornaui: heri, viri. Teſtis eſt Aurelius Macrobius libro 2. Satur. Huc ſpectat, quod dicit Bald. conſ. 30. viſo teſtamento excelſi, circa fi. lib. 5. Viduas, quoniam maritis carent, quibus ſint gratæ futuræ, non debere tam bona atq; nitida deferre veſtimenta, quàm quæ maritos habent: quaſi hoc omnino liceat maritatis. Allegat quædam iura, quæ mihi (neſcio an alijs) nihil ad hoc facere videntur. Idem Baldus in l. 1. col. vlt. verſ. item quæritur. C. de lega. dicit, quòd ſi pater mãdauerit filijs, vt poſt mortem ipſius matrem eorum tam honorificè tractarent, quàm peripſe faciebat, nõ intelligitur mandare, vt illi multùm ſpecioſa ueſtimẽta ſuppeditẽt, qualia pr̃ adminiſtrare cõſueuerat. Specioſa. n. veſtimẽta ꝑſtabat maritus gratia ſui. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod. Non vr̃ autem mandare teſtator, ea præſtare, quæ ſui gratia ipſe præſtabat, vt ſcilicet compta incederet, allegat tex. no. in l. Seio. §. vlt. ff. de annu. leg.

36 *Muliebris ornatus præfecti apud Atheniẽſes.*

¶ Quid, ꝙ, vt Iulius Pollux lib. 8. ſcribit, fuere olim Athenis γυναικοκόσμοι ἀρχὴ ἐπὶ τῶν κόσμου τῶν γυναικῶν. Τὰς δὲ ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν Κεραμικῷ. Id eſt, muliebris ornatus præfecti, qui inornatas mulctabant, & mulctas ipſarum ſcribentes, ponebant apud platanum, quę in Ceramico erat. Harpocration autem, ὅτι χιλίας (inquit) ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρου δευτέρῳ εἴρηκεν. Κρώβυλος δὲ ὁ κωμικός φησι τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτου κείμενον. Id eſt, Drachmis mille mulctabãtur mulieres in vijs inornatę, vt teſtatur Hyperides Oratione ſecunda aduerſus Ariſtagoram. Crobylus autem Comicus dicit, legem de his poſitam à Philippide fuiſſe.

37 *Muliebris ornatus ſacris literis non improbatur.*

¶ Denique ſacræ literæ teſtimonio ſunt, non improbari ornatum muliebrem. Rebecca, vt ſcribitur Geneſ. 24. à ſeruo Abraham accepit inaures aureas appendẽtes ſiclos duos, & armillas totidem, põdo ſiclorum decem, quibus ſe ornaret. Noemi ſancta illa mulier, dum Ruth doceret, quonam pacto ſibi maritum Booth nanciſcerẽt, Lauare, inquit, & vngere & induere cultioribus veſtimentis, vt ſcribitur Ruth. 3. cap. Heſter non ſanctitate inferior, vnguentis, pigmentis, & aromatibus vſa fuiſſe dicitur, cap. illius hiſtoriæ 2. Iudith quoq; vnxit ſe myrtino optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & alia multa ornamenta ſibi induit. Iudith cap. 10. Sed & ſcribitur Exod. 35. mulieres ad cultum tabernaculi armillas, inaures, annulos, & dextralia contuliſſe. Ezechiel cap. 16. introducit Deum Opt. Maxi. mulierem his verbis alloquentem: Vnxi te oleo, & veſtiui te diſcolorib9, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & cætera quæ ſequuntur. & Prouerb. cap. ultim. Salomon loquẽs de muliere forti & pudica, Stragulatã, ait, veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius. Et 1. cap. Canticorum hæc ſponſus loquitur ad ſponſam: Murenulas aureas faciamus tibi uermiculatas argento. Apud Eſaiam cap. 3. Dominus minitatur ablaturum ſe filiabus Sion ornamenta calceamentorum, lunulas, torques, monilia, & alia plurima ornamentorum genera illic deſignata, ob id, quòd eleuatæ fuiſſent, & ambulaſſent extento collo, &c. Daniel vir æquè ſanctus ac doctus, ſcriptum reliquit cap. 13. Suſannam illam inſignem caſtimonia fœminam, præcepiſſe ancillis, afferri ſibi oleum & ſmegmata quibus ſcilicet faciem ablueret, & emacularet.

*Smegma quid.*

Smegma enim id omne vocatur, quod purgat, abſtergit, emaculat, à σμήχω uerbo Græco deriuatiuũ. De hoc Suidas, σμῆγμα καθαρτικὸν, τὸ ἀποσμῆχον, id eſt, ſmegma, quod eſt purgatiuum & abſterſiuum. Inde ita ſcribit Plinius lib. 30. cap 4. Sunt qui Aſtypalæicas efficaciſsimas putant, & in eis ſmegma earum. Et libro 34. In ærarijs officinis & ſmegma fit, iam liquato ære, atque percocto. Idem alibi lib. 37. cap. 12. ſmegmata faciunt mulieribus ex ijs. Et lib. 15. eodemque ulti. de ſatiuis lupinis loquens: Si uerò (ait) cæleſti aqua decoquãtur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolẽt fouere gangrænas. Et frequens eſt apud eundem hæc dictio, accipiturque pro uocabulo generali, quo medicamentum omne ſignificatur, quod ualet ad emaculandam faciem, & abſtergenda corporum dehoneſtamenta. Sed ut ad eam rem redeamus, in hanc quoque ſententiam eſt illud Apocal. 21. Ego uidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo.

*Deas ornamentis gaudere.*

¶ Poetæ quoque Deas ſuas hiſce ornamentis muliebribus delectari oſtendunt. Nam Homerus in Hymno Apollinis, facit Deas quaſdam Iri, & ipſi Deæ polliceri monile magnum nouem cubitorum aureis filis contextũ, quò Lucinam accerſeret, ut parienti Latonæ adeſſet:

Ὑποσχόμεναι μέγαν ὅρμον,
Χρυσείοισιν λίνοισιν ἐεργμένον ἐννεάπηχυν.

Et in Hymno Mercurij uocat Maiam ipſius Mercurij matrem καλλιπέδιλον, hoc eſt, pulchra calceamenta habentem:

Ἀμφὶ Δία Κρονίδην, καὶ Μαιάδα καλλιπέδιλον.

Sed & in Hymno Veneris, Venerem ipſam deſcribit ita ornatam, cùm ſe Anchiſę obtulit:

Πέπλον μὲν γὰρ ἕσο φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.
Εἶχε δ' ἐπιγναμπτὰς ἕλικας, κάλυκάς τε φαεινάς.
Ὅρμοι δ' ἀμφ' ἀπαλῇ περικαλλέες ἦσαν
Καλοὶ χρύσειοι παμποίκιλοι, ὡς δὲ σελήνη,
Στήθεσιν ἀμφ' ἀπαλοῖσιν ἐλάμπετο θαῦμα ἰδέσθαι.

¶ Et quod magis mireris, Iuno Dea caſtiſsima, ſeſe

*Iuno ſe ornauit, vt marito placeret.*

Ioui marito oblatura, vt ei placeret, illumq́ue ad concubitum alliceret, ſe ſuper ſolitũ morem adornauit, apud Homerum lib. 4. Iliad.

Ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
Ἐλθεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασαν ἑαυτήν
Ἔπως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι
ᾗ χροιῇ. Et paulò poſt :
Λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ ἑδανῷ· τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Et non multò quoq; poſt :

Τῷ ῥ' ἥγε χρόα καλὸν ἀλειψαμένη ἰδὲ χαίτας
Πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.

Quæ loca expendit Plutarchus Sympoſiacon Decade 6. c. item 6. vt probaret colendæ comæ ſtudium in fœminis non eſſe damnandum. Sed & ex his facilè potes intelligere, non nouum eſſe, quòd mulieres noſtræ ad cultum crines ſuos plicant, cùm id Iuno fecerit. Illam aũt caſtam peculiari virtute vocat idẽ Homerus eodẽ lib.

Μερμήριξε δ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη
Ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον αἰγιόχοιο.

Item lib. 5. eiuſdem operis :

Ἡ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσα πάλιν κίε πότνια Ἥρη.

Et alibi ſæpè : nam id propè perpetuum epitheton illi tribuit. Quod tu notato ad ea quæ ſupra diximus nu. 26. incip. nec mulieres. Et ſuprà quoque docuimus, illum Thetidem deam vocaſſe, τανύπεπλον.

40 *Muliebris ornatus an & quãdo permiſſus. Ex theologis teſtimonia.*

¶ Ex quibus tot illuſtrium ſcriptorum ſententijs nodum huius noſtræ quæſtionis ſoluemus in hunc modũ : vt ſcilicet nunquam liceat quibuſuis mulieribus vti fucis natiua lineamenta immutantibus : id enim ſemper peccatum eſt vel mortale, vel veniale : mortale quidem, quando ſit propter laſciuiam, vel Dei contemptum : aliàs veniale. Quòd ſi fucis mulier vtatur, non vt natiua lineamenta corrumpat : ſed vt occultet deformitatem, quam morbus, aut aliud quippiam aduentitium peperit, nulli id obnoxium eſſe crimini comprobatur, præter ea quæ dicta ſunt, & autoritate Apoſtoli prioris ad Corinthios Epiſtolæ, cap. 12. Quæ putamus ignobiliora membra corporis eſſe, his honorem abundantiorem circundamus. Et Galeni lib. 2. Pharmacorum κατὰ τόπους, c. 2. vbi declarat, quomodo ἡ κομμωτικὴ ἀπὸ τῆς κοσμητικῆς, hoc eſt, comptoria ab exornatoria differat : de quo & nos in tractatu Nobilitatis diximus, c. 31. nu. 275. vbi pharmacorum genera deſcribo, in verbo, Coſmetica. Poteſt & mulier matrimonio elocata, eo ſe conſilio modeſtè quidem ornare, vt viro placeat, eiusq́ue amorẽ ſibi conciliet, ne ipſa deſpecta, ille in adulterium labatur : celebs autem, vt virum ſibi facilius quærat. Neutri verò iſtud conceditur, ſi eo animo ducatur, vt externos ad libidinem incendat, in ſuum amorem inconceſſum alliciat, animos iuuenum ſolicitet : id enim ſemper peccatum mortale eſt. Quin ſi ſola leuitate hoc faciat, aut etiam vanitate, vt videlicet alijs conſpectior appareat, nunc mortale eſt, nunc veniale, conſiderata perſonæ, loci, & temporis qualitate. Et eſt hæc omnium fermè & Theologorum, & noſtrorum ſententia. Ex quibus aliquot hic commemorabo, ne fortè quiſpiam deſideret. Ita voluerunt è Theologis ſcholaſticis D. Thomas 2. 2. quæſt. 169. articulo 2. & in ſuis in Eſaiam Commentarijs cap. 3. & eius præceptor Alexan. Hales, in 2. parte ſuæ Summæ, quæſtione 151. membro 3. & iterum in 4. parte. quæſt. 48. memb 9. & eodem vltimo. Aſteſſanus in ſuæ Summæ lib. 2. titu. 54. verſic. vtrùm ornatus mulierum. Angel. Cla. in ſua etiam Summa, in verbo, ornatus. Baptiſt. Salicius in ſua quoque Summa, in eo ipſo verbo. Anto. Flo. in 2. parte, titu. 4. c. 6. per totum, præſertim verò in §. 7. & nouiſsimè Martinus cognomine Magiſter, famatiſsimus Doctor Pariſienſis in eo libro, quẽ ſcripſit de Temperantia, quo loco de virginitate diſſerit, in 6. quæſtio. per totum : & Dionyſius Carthuſianus in enarratione Epiſtolarum & Euangeliorum Dominica 2. Aduentus, Serm. 4. & ex Prædicatoribus quos vocant (vt etiam inferioris notæ ſcriptores afferam) Bernardinus à Buſtis, libro Roſarij 2. Sermone 20. parte 3. cap. 3. & multis ſequen.

¶ Ex noſtris quoq; (ne & eos neglectim prætermittamus) in ea ſententia fuerunt Io. And. & Philip. Fran. 41 *Ex Iuriſconſultis.*
in c. ea quæ fiunt, de reg. iur. lib. 6. vbi ipſe Ioan. Andr. redundanter hanc materiam diſſerit, & poſt eum fermè ad verbum Alberic. Roſa. in l. factum à iudice. ff. eodem tit. & in opere ſtatut. 2. parte, q. 108. ipſe Ioan. & in ſuo Dictionario, in verbo, ornatus. Petrus Anchara. in repet. cap. Canonum ſtatut. in 11. q. principali, verſ. ſuper hoc termino applica. qui eſt char. 29. in paruis, de conſtitutionibus Hoſti. & Pan. in ca. 1. extra ne cle. vel mo. Ioan. And. in rub. eiuſdem tit. & Ant. in ſuo tract. de ornatu vtili. & in c. vlti. extra de uita & honeſt. cleri. & in c. 6. colum. penult. de dona. inter uirum & uxorem. Ioan. Plat. in l. uellera. C. de ueſti. holo. & aur. libro 11. Bapt. Seuer. in repe. l. omnes populi, in 3. q. prin uerſ. ſucceſsiuè quæritur. ff. de iuſti. & iure. & Barto. Cæpol. in l. mulieris, in princ. in 2. quæſt. ff. de uerborum ſignificat. & Barbat. in procœmio Clem. colum. penult.

¶ Sed tamen quibus addiderim & illam Hyperidis illius Athenienſis, unius ex decem Oratoribus ſententiam à Stobæo commemoratam in præceptis Connubialibus (ea ſunt in Serm. 72.) his uerbis : Τοὺς μὲν πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς γυναικὶ καλλωπισμοὺς, ὅπως βούλοιτο, χρὴ γίγνεσθαι· τοὺς μὲν τοι περὶ τὰς ἐξόδους, οὐκέτι πρὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἑτέρους. Quibus ſignificatur, domi corã marito licere uxori, ut libet, ſe ornare. Ornamenta autem, q̃ ea ſumit domũ egreſſura, nõ ad maritũ, ſed ad alios ſpectare. Quod proximè accedit ad id, quod ex Euripide diximus ſuprà, nu. 13. incip. nec interim prætermittenda. 42 *Ornatus vxoris extra domũ ad virum non pertinet.*

¶ Sed illud addam, quòd impijſsimus, impuriſsimusq́ue ille Mahumetes in ſuis legibus, quas inſeruit in ſuo Alcurano, ſiue Alfurcano (utroque enim nomine illud infandiſsimum opus uocat, illo quidem à lectione, hoc à diſtinctione ſiue redemptione) liberum reliquit maritis, qualem ornatum ferant uxores ſuæ. Mulieres (inquit) uobis ſubiectas pro modo ueſtro, utcunque uolueritis, ornate. Nec id quidem omnino ſine ratione : quãdoquidem uxores uiris eſſe ſubditas ſatis docuimus in prima Lege Connubiali, proindeq́ue legem, quam uir uelit, modò non ſit inhoneſta, uxori imponere poſſe, ut & inibi probauimus teſtimonio D. Pauli, Homeri, Platonis, & Ariſtotelis, & aliorum : præſertim uerò nu. 12. incip. ſed quocunque. 43 *Ornatus mulieris viri arbitrio relinquendus.*

¶ Et illam quidem Mahometicam legem nõnihil adiuuat, ꝙ diuus Auguſtinus in Epiſtola ad Ediciam, eam increpat, ꝙ veſtes ſordidas & humiles inuito marito deferret : vbi hæc inter cætera dicit : Quid enim abſurdius eſt quàm mulierem de humili veſte viro ſuperbire ? cui potius expedit obtemperare, quàm innigellis veſtibus repugnare. Quæ quidem repetuntur in c. quod Deo. 33. q. 5. In quam etiam ſententiam Martinus Magiſter, quo loco nuper citauimus, conſtanter illud aſſerit, quòd quemadmodum mulieres in hac ornatus ratione poſſunt errare in exceſſu, & exuperatione modi, finiumq́ue ornatus iuſti, legitimi & honeſti, ita quoque in defectu ipſius, quoniam interdum (inquit) res expoſtulat, vt alter ex coniugibus alterum excitet, & ad honeſtam oblectationem prouocet. Sed, vt verum dicam, nondùm vllam vidi, quæ in hac parte peccaret. 44 *Mulieres etiam in defectu honeſti ornatus peccare.*

¶ Hæc de mulieribus. Sed quoniam vtrique ſexui leges ſtatuere, cùm res expoſtulat, decreuimus, nonnihil etiam de virorum cultu diſſerendum eſt. Ex prædictis ſatis conſtat, cultus ornatuſq́ue & formæ ſtudium in fœminis plerunque eſſe honeſtum : at in uiris horum negligentia laudatur, cura uituperatur. Demoſthenes atque Hortenſius Oratores clariſsimi probris iactati ſunt, ꝙ 45 *De virorũ cultu. Demoſthenes ob nimium cultum vituperatus. Et Hortenſius.*
ueſtitu



veſtitu cæteroq́ue corporis cultu nitido, venuſto, nimiſq́ue accurato vterentur : quod cùm a pleriſque relatum eſt, tum ab Aulo Gellio lib. 1. c. 5. Nec diſsimiliter Lycon Troadenſis, Stratonis in Philoſophia ſucceſſor, reprehenſus eſt, ꝙ cultu eſſet mundiſsimus, adeò vt veſtiũ incredibili mollitie & nitore vteretur, vt ex autoritate Hermippi ſcribit Laertius. Idemq́ue Heraclidem Ponticum inceſsit, ꝙ mollicula veſte vteretur, tumentiq́; eſſet corpore, adeò vt illum Attici non iam Ponticum, ſed Pompicum, vocarent. Sed & Cornelius Tacitus Mecœnatis calmiſtros ridet, vt Seneca in vniuerſum eius cultum immodicum, in Epiſt. 114. ad Lucilium. Carpit ſacroſancta ſynodus Epiſcopos & clericos, qui ſe fulgidis & claris veſtibus ornant, vnguentiſque vngunt, c. 1. 21. q. 4. vbi in eam rem non parum multa adducuntur.

*Et Lycon.*

*Et Heraclides.*

46 ¶ In hanc quoque ſententiam præceptum eſt Ouidij lib. 1. de Arte amandi :

*Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.*
*Nec tua mordaci pomice crura teras.*
*Iſta iube faciant, quorum Cybeleia mater*
*Concinitur, Phrygijs exululata modis.*
*Forma viros neglecta decet : Minoida Theſeus*
*Abſtulit, à nulla tempora comptus acu.*
*Hippolytum Phædra, nec erat benè comptus, amauit :*
*Cura Deæ ſyluis aptas Adonis erat.*
*Munditiæ placeant, &c.*

*Forma neglecta viros decet.*

Quanquam paulò ſeuerius apud Salluſtium in Iugurtha Marius pronunciauerit, munditias mulieribus, viris laborem conuenire. Sed vt ad Ouidium redeamus, is in eodem opere lib. 3. monet puellas à ſe reijcere viros mollius ornatos :

*Sed vitate viros cultum formamq́; profeſſos,*
*Quiq́; ſuas ponunt in ſtatione comas.*
Et paulò poſt :
*Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo,*
*Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas.*
*Nec toga decipiat filo tenuiſſima, nec ſi*
*Annulus in digitis alter, & alter erit.*

Quem Pontanus pulcherrimè imitatus ait, lib. 1. de Amore coniugali :

*Sed neque te capiat iuuenis, cui picta capillum*
*Sit coma, cui nimia quæritur arte decor.*

Diui quoq; Hieronymi ad Demetriadem, de virginitate ſeruanda, hæc verba ſunt : Cincinatulos pueros, & calamiſtratos, & peregini muris olẽtes pelliculas, de quibus illud Arbitri eſt, Non benè olet, qui benè ſemper olet, quaſi quaſdam peſtes, & venena pudicitiæ virgo deuitet. Huic præcepto aſſentiens Phædra Ouidiana muliebriter ornatos à ſe reijcit, ita ſcribens ad Hippolytum :

*Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti,*
*Fine coli modico forma virilis amat.* Et ſubdit :
*Te tuus iſte rigor, poſitiq́ue ſine arte capilli,*
*Et leuis egregio puluis in ore decet.*

47 *Aphricanus laudatus ex negligentia cultus.*

¶ Silius Italicus in Aphricano laudat comam nullis cincinnis annuliſq́; diſtinctam, nec gradatim formatam ſed ex omni parte æquabilem, qualis decet virum. Huius carmen eſt huiuſmodi lib. 8. Punicorum :

*Martia frons, facileſq́; comæ, nec ponè retroq́;.*
*Cæſaries breuior.*

Id quod videtur accepiſſe à Liuio, qui lib. 8. Secundi belli Punici, de eodem ita loquitur : Adornabunt eum promiſſa cæſaries, habituſq́ue corporis non cultus munditijs, ſed virilis verè, ac militaris. In quo vt non conueniũt in cęſarie, ita in cęteris minimè diſſentiunt. Ante hos Horatius Curium illo eodem genere laudis extollit, libro Carminum 1. Ode 12.

*Et Curius:*

*Hinc & in comptis Curium capillis*
*Vtilem bello tulit.* ——

Et idem propè eodem ſenſu intonſum Catonem vocat lib. 1. Ode 15.

*Et Cato.*

*Præſcriptum & intonſi Catonis.*

Quem ſecutus Lucanus lib. 2. de ipſo Catone loquens :

*Ille nec horrificam ſancto dimouit ab ore*
*Cæſariem.* —— Et paulò poſt :
*Intonſos rigidam in frontem deſcendere crines*
*Paſſus erat.*

Alexander quoque Macedo laudatur, quòd ſine cura formæ, capillos habuerit diſiectos ac confuſos, vt tradit Ælianus lib. 8 Variæ Hiſtoriæ.

Quanquam ſcio (ne illud omittam) Artemidorum Daldianum, lib. de Somniorum interpretatione 1. c. 21. ſcripſiſſe, capillos inornatos, incomptos, neglectos, in ſomnis luctum ac triſtitiam denunciare. Sed vt redeamus, Plinius Iunior ad Catiliam Seuerũ, lib 1. Epiſtolarum, inter multas laudes Ariſtonis Iuriſconſult. cuius ſæpè fit mentio in noſtris legibus, illud non prætermittit, ꝙ eſſet modicus in cultu. Sed & Cornelius Tacitus in Vita Iulij Agricolæ : Cultu (inquit) modicus, ſermone facilis, vno aut altero amicorum comitatus.

*Et Ariſto Iuriſconſ.*

*Et Agricola.*

¶ Diogenes Synopæus compoſito cultoq́; adoleſcenti quippiam roganti, non antè ſe dixit reſponſurũ, quàm apertè exploraret, virne eſſet, an mulier : veluti cultus ille fœminam præ ſe ferret, nec virum deceret, vt prodit Laertius. Idem cõſpecto adoleſcentulo, cultu geſtuque effœminato, Non te pudet (ait) deterius, quàm naturam ipſam de te ipſo ſtatuere ? illa enim te virum fecit, tu teipſum refingis in mulierem. Autor eſt idem Laertius. Verba autẽ hæc eius ſunt : Οὐχ χείρονα τῆς φύσεως περὶ σεαυτοῦ βουλευόμενος. ἡ μὲν γάρ σε ἄνδρα ἐποίησε. σὺ δὲ σεαυτὸν βιάσῃ γυναῖκα εἶναι. Idemq́ue propemodum dixiſſe Ariſtotelem tradit Antonius Monachus Melyſſe tomo 1. capit. 60. Ἀριστοτέλης θεασάμενος μειράκιον ὡραϊζόμενον, ἔφη, Οὐκ αἰσχύνῃ, ὅτι τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιησάσης, ἑαυτὸν τεθήλυκας. 48

*Diogenis dicteria in adoleſcentes ornatos. Effœminatos eſſe cultus ſtudioſos.*

Sed vt ad Diogenem redeamus, is (vt tradunt idem Laertius, & Antonius Monachus, quo loco nuper citauimus : & præterea Stobæus c. 6.) adoleſcentem intuens accuratius ſe ornantem, Si quidem, inquit, ad viros, fruſtra : ſin autẽ ad mulieres, nequiter. Sed in Græcis vocibus agnominatio, quæ illis προσωνομασία dicitur, vocum quadam affinitate id dictum multò iucundius efficit, ἀτυχεῖς, & ἀδικεῖς, illud enim fruſtra ſignificat, hoc nequiter, ſiue iniuſtè. Id tamen nonnulli Æſopo, non Diogeni tribuũt. Nobiliſsimus Stoicorum Zeno, faceto vrbanoq́; dicto quempiam, qui ſe magno ſtudio componebat, perſtrinxit. Nam cùm ille vehiculum lentè ſegniterq́ue tranſcenderet : Meritò, inquit Zeno, ſuſpectum habet lutum : neque enim ſe illo, veluti in ſpeculo, intueri poteſt. Idem cuiquam vnguentis delibuto, Quis, ait, mulierem olet ? ſignificans, effœminatorum eſſe, cultu huiuſmodi & vnguentis vti. Autor vtriuſque Laertius. Pherecydes iuuene comato ſibi obuio, oculos tunica operuit, digito oſtendens ex corpore eius manifeſtum fieri, illum eſſe de pathicorum grege, vt ſcribit Syneſius Cyrenenſis in Oratione de Caluitij laudibus. Qui & ipſe paulò ante hæc ſcripſerat. Qui comam curant, effœminati ſunt, & meretricij omnes. Proſtant enim, tantoq́ue maiorem palmam ſe conſequi putant, quantò magis fœminei ordinis imitatores fiant. Nec multò poſt aduocat prouerbium, Nemo comatus, qui non ſimul ſit cinædus. Quod ipſe Syneſius noluit exprimere, quia vt ipſe dicit, & nomine & re eſſet obſcœnum. Mnaſeas apud Athenæum arguit Androcoptum Phrygium, ꝙ adeo eſſet delicioſus, vt floridam veſtem indueret, ſeq́ue muliere decentius exornaret. Plutarchus in Apophthegmatis, tradit quempiam capillorũ tinctura ſuperbientem à Philippo Macedonum Rege, ex ordine iudicum, in quem nuper lectus erat, ſemotum fuiſſe : neque enim ſperandam integritatem ab eo in rebus gerendis, qui etiam pilis fucum prætenderet.

*Proſonomaſia.*

*Zenonis in adoleſcentes ornatos.*

*Pherecydis dicterium in comatũ iuuenem.*

*Prouerbium.*

¶ Apud Homerum lib. 11. Ilia. Diomedes Paridi cultum ornatumq́ue capitis exprobrat : 49 *Paridi cultus exprobratus*

Κέρα

—— Κέρα ἀγλαὰ παρθενοπῖπα.

*Phocylides in virorũ ornatum.* Procylidis quoque in eam rem ſententia eſt:

Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκαμῖδος χαίτλω.
Μὴ κορυφὴν πλέξης μὴθ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων.
Ἄρσεσιν ἐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί. Id eſt:

*Ne in maſculo quidē filio nutri cincinni gratia capillũ:*
*Ne verticem plices, neq; vittas tortuoſas corymborũ.*
*Maſculum non decet coma, deliciæ vero mulieres.*

Quin & apud Virgil. libro nono. Remulus idem Teucris exprobrat:

*Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,*
*Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:*
*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitra.*

Proindeque confeſtim eos appellat Phrygias, fœminei ſexus nomine, veluti effœminatos:

*O' verè Phrygiæ, neque enim Phryges.*——

Quod nos alibi in 1. Lege connubiali ad aliud retulimus. Idemque ferè eis exprobrat Iarbas libro 4. eiuſdem operis:

*Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu,*
*Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem*
*Subnixus, rapto ponitur.* ——

50 *Maximino nulla mulier ornatior.* ¶ Iulius Capitolinus proſcindit Maximinum Iuniorem, quòd in veſtibus tam accuratus erat, vt nulla mulier nitidior eſſet in mũdo. Porcius Latro nobilis declamator, in illa elegantiſsima in Catilinam declamatione, poſt deſcriptionem hominum ſceleſtiſsimorum: Hi ſunt, inquit, quos in foro quotidie in oculis ciuium calamiſtratos, ac veſtibus collucentes paſsim obuolitare cernimus, &c. Ælianus lib. 9. Variæ hiſtoriæ, Demetrium Poliorceten reprehendit, quòd capillos decorè pectendo diſponebat, ac rufos faciebat, faciemque inungebat, alijsque id genus delicijs ſummum inertiæ ſuæ ſtudium impendebat. *Et Demetrius Poliorcetes.* Quinetiam Plutarch. in vita eius probro ei dat, quòd vteretur non tantum καυσίαις διμίτροις, & purpura auro intexta, ſed & ſolcis auro litis, quodq; mundi quoque imagine & aſtrorum chlamys ei tum texeretur: cum Macedoniæ regno excidit: neminemq; deinde Regum Macedonię, etſi multi poſtea ſuperbiſsimi fuerunt, ea vti auſum eſſe. Iulius autem Firmicus libro Aſtronom. 8. capite 7. oſtendit huic vitio nonnunquam viros aſtrorum vi & potentia eſſe obnoxios. In Tauri, inquit, ſexta parte oriuntur Pleiades, quibus oriẽtibus ſi qui orti ſunt, erunt ſemper nitida & polita fronte, atque accuratis veſtibus compti, quorum inflexi crines torqueantur ſemper in oſtro, nec non appoſitis alienis crinibus fictam & compoſitam pulchritudinem mentiantur, totius corporis formam vario pigmentorum genere molientes. Hi etiam demptis pilis corpus ſuum in fœminei corporis imaginem transferent: eorumq; veſtes quoque ad muliebris cultus ſimilitudinem excolentur. Hi & molliter ambulãtes, veſtigia ſua cum delicata moderatione ſuſpendent.

51 *Cultũ magis dedecere viros, quàm fœminas.* ¶ Et quòd cultus ornatusq; viros magis, quàm fœminas dedeceat, vel leges noſtræ manifeſtè oſtendunt, vt ſuprà diximus, nu. 15. incip. ex quo apertè, & ſequentib. Et ſuo id teſtimonio adiuuat Prudentius, qui poſtea quàm ornatum cultumque muliebrem taxauit illis verſibus, quos ſuprà citauimus, cum de ea re loqueremur, ſtatim & hos verſus ſubtexuit:

*Hæc ſexus malè fortis agit, cui pectore in arcto*
*Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.*
*Quid, quòd & ipſe caput muliebris corporis, & rex,*
*Qui regit inualidam propria de carne reſectam*
*Particulam, qui uas tenerum ditione gubernat,*
*Soluitur in luxum? Cernas molleſcere cultis*
*Heroas vetulos, opifex quibus aſpera membra*
*Finxerat, & rigidos durauerat oſſibus artus,*
*Sed pudet eße viros: quærunt vaniſsima quæq;*
*Queis niteant: genuina lue vt robora ſoluant*
*Vellere non ouium, ſed Eoo ex vrbe petitis*
*Ramorum ſpolijs fluitantes ſumere amictus.*
*Gaudent, & durum ſcutulis profundere corpus.*
*Additur ars, vt fila herbis ſatorata recoctis*
*Illudant varias diſtincto ſtamine formas.*
*Vt quæq; eſt lanugo feræ molliſſima tactu,*
*Pectitur. Hunc videas laſciuas præpete curſu*
*Venantem tunicas, auium quoque verſiculorum*
*Indumenta nouis texentem plumea telis.*
*Illum pigmentis redolentibus, & peregrino*
*Puluere fœmineas ſpargentem turpiter auras.*

Ouidius quoque ſatis oſtendit, fœminas cultiores eſſe ſolere, quàm mares, in Epiſtola Paridis ad Helenam, his verſibus.

*Cùm videas cultus noſtra de gente virorum,*
*Quales Dardanias credis habere nurus?*

Et in Carmine de Medicamine faciei:

*Nec tamen indignum, ſi vobis cura placendi,*
*Cùm comptos habeant ſecula noſtra viros.*
*Fœminea veſtri potiuntur lege mariti:*
*Et vix, ad cultus nupta quod addat, habet.*

Et D. Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Epheſios, ſermone 13. ſcribit, mulieri peculiare accommodum magis eſſe ornari, quàm viro: quod & ſatis quoque oſtendit Clemens Alexandrinus lib. Pædagog. 3. c. item 3. vbi multa de cultu virorum ſcribit.

¶ Tantiſper tamen viris negligendus eſt cultus, dum dignitati eorum conſulatur, vt non deſint munditiæ. Cõpertum eſt enim, cultum mediocrem, ſplendoremq; veſtium ad dignitatem quandam, authoritatemq; comparandam, ac tuendam, non paruum momentum afferre, vel teſte Pontifice in cap. vt apoſtolicæ. de priuileg. lib. 6. in illis verbis, vt ex eorum maioritate, ac decore maiori ornatum, maioritas appareat dignitatis. Cui ſubſcribens Fabius Quintilianus in Prologo libri octaui Oratoriarũ inſtitutionum: Et cultus, inquit, conceſſus atq; magnificus addit hominibus (vt Græco verſu teſtatum eſt) authoritatem. At muliebris & luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem. Verſum autem, quem citat Fabius, opinatur Eraſmus apud Homerum eſſe libro ſexto Odyſſeæ, vbi Minerua de pulchris veſtibus loquens, ita dicit: 52 *Cultus mediocris viros decet. Authoritas & dignitas ex cultu.*

Ἐκ γὰρ τοὶ τέτων φάτις ἀνθρώποις ἀναβαίνει. Id eſt,

*Quippe homini ex iſtis ſurgit bona fama, decusq;.*

Pauloque inferius in eodem libro ſatis indicat ipſe Homerus, quantum momenti cultus veſtium afferat ad conciliandam homini formam, dignitatemque, cùm Nauſicaam puellam Alcioni filiam ita de Vlyſſe loquentem facit:

Πρόσθεν μὲν γάρ δή μοι ἀεικέλιος δέατ' εἶτε,
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν

Id eſt, ex ipſius Eraſmi traductione:

*Ante videbatur ſpecie fœdiſſimus eſſe,*
*Nunc diuis ſimilis magnus quos paſcit Olympus.*

Nam cùm exutis pannis veſtes nitidas induiſſet Vlyſſes, protinus alius eſſe viſus eſt. Catonis dictum eſt in libro, qui inſcriptus eſt, Carmen de moribus, à Gellio lib. 11. citatum: Veſtiri in foro honeſtè, mos erat: domi, quod ſatis erat. Salomon in Eccleſiaſte, cap. 9. monet, vt omni tempore veſtimenta ſint candida. Dominus noſter præcepit Iob, vt ſpecioſis indueretur veſtibus, vt ſcribitur Iob 40. c. Pelagius hæreticus ſcripſerat, gloriam veſtium & ornamentorum eſſe Deo contrariam. Contra quẽ D. Hieronymus libro 1. in eundem Pelagium hæc protulit: *Cultus ſordidus vituperatur.* Quæ ſunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, ſi tunicam habuero mundiorem? ſi Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, & reliquus ordo Eccleſiaſticus in adminiſtratione ſacrificiorum candida veſte proceſſerint? Et ſubdit, irridens eundem Pelagium: Cauete clerici, cauete monachi, viduæ & virgines: periclitamini, niſi ſordidas vos atque pannoſas vulgus aſpexerit. Taceo de hominibus ſeculi



ſeculi, quibus apertè bellum indicitur, & inimicitiæ contra Deum, ſi pretioſis atque nitentibus vtantur exuuijs. In quam etiam ſententiam Concilium eſt Gangrenſe, eum anathematizans, qui viles veſtes deferens, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus, alios reprehendit, qui nitidiores deferunt, vt in Decretis canonicis proditum eſt, in c. ſi quis virorum. 30. diſtinct.

¶ Sed & in eam rem multa adducit Spe. tit. de aduoc. §. ſequitur videre. per totum, quibus probare contendit, ſplendidas veſtes aduocato eſſe decori & dignitati: contra verò ſordidas, dedecori ac contẽptui. & Bald. in rub. extra, de vita & honeſt. cleric. ſcribit, ad honeſtatem clericorum pertinere, non ſolum honeſtè & parcè viuere, ſed veſtibus ſordidis abſtinere: quia veſtes ſordidæ inducunt pudorem. l. veſtem ſordidam. ff. de iniur. refert Barb. in c. cùm M. col. 59. extra, de conſtit. quòd cum Io. de Ligna ad quaſdam nuptias inuitatus iuiſſet, vulgarem veſtẽ indutus, nullusq; ob id honor ei fuiſſet exhibitus, vtpotè propter veſtem non ſatis cognitus, miſit qui quæreret aliam veſtem ſplendidiorem: quam cùm recepiſſet, in ſuo ipſius loco poſuit, abijtque, illud præfatus: Veſtem coluiſtis, veſtem habetote. Quod & repetit Ludo. Bol. in repet. auth. habita col. 8. verſ. & ideò deciditur. C. ne fil. pro patr. Refert Plutarch. in vita Ageſilai, cùm is in Ægyptum à rege Ægyptiorum aſcitus fuiſſet, propter veſtis tenuitatem indigenis illum contemptui fuiſſe: maleque de ipſo ſenſiſſent, niſi poſtea declaraſſet magnificentiam & dignitatem virtute & prudentia parari oportere. Quod & ipſe Plutarc. ſcripſit in Apophtheg. Laconicis. Nec longius abeſt, quod & de Philopœmene ſuprà diximus in ſecunda Lege connubiali, numero 58. incip. nec prætermiſerim. *Ioan. Lign. ob tenuem veſtem cõtemptus.* *Ageſilaus quoque.*

54 *De eadem re.* ¶ In qua re æquè ac in cęteris rebus, mediocritate quadam vtendum eſt. Nam ſicut ornatum corporis infucatũ laudamus, ita & diſſolutos & fractos veſtibus non recipimus, ex eodem Gangrenſi concilio in cap. parſimoniam. 41. diſt. Et facit text. in c. 2. in fin. extra de cuſtod. Euch. cùm dicit: Nimis enim abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis. Et ibi glo. dicit, arg. quòd clerici debent incedere ornati veſtibus. Proinde Iſocrates in Paræneſi ad Demonicum monet, in veſtitu honeſtam munditiem amandam: exquiſitam verò elegantiam & luxum, vt ſuperuacuum, aſpernandam. Et ſimile quippiam præcipit Horatius duobus verbis mediocritatem illam deſignans:

*Simplex munditijs* ——

Et alibi, ſcilicet lib. 2. Serm. Satyr. item 2.

*Mundus erit, qui non offendet ſordibus: atque*
*In neutram partem cultus miſer.*

*Cultus nec exquiſitus, nec ſordidus.* Cic. lib. 2. Offic. adhibendam eſſe mundiciem non odioſam, neque exquiſitam nimis, tantùm quæ fugiat agreſtẽ & inhumanam negligentiam. Id quod etiam monet alter eloquentiæ Latinæ antiſtes Fabius lib. 11. c. 3. quo loco de cultu Oratoris tractat: Cultus, ait, non eſt proprius Oratoris aliquis, ſed magis in Oratore conſpicitur: quare fit, vt in omnibus honeſtus debeat eſſe, ſplendidus & virilis. Nam toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura, quàm negligentia ſunt reprehendẽda. Et rurſum lib. 12. de Genere dicendi loquens: Ne craſſa, ait, toga ſit, non ſerica, non intonſum caput, non in gradus atque annulos comptum. Quam ſententiam eleganter mutuatus D. Hieronymus, ſiue is fuit, ſiue alius (quod ſtylus apertè comprobat) in Regula ſanctimonialium, c. 17. Nec affectatæ, ait, ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudes pariunt. Cuius tamen loci ipſius Hieronymi titulo, autoritate ſubnixus Gratianus noſter, monet ſacerdotem, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe ornet veſtibus, vt ſcribitur 41. diſtin. in Summa. Sed & alibi Hieronymus ipſe (quod nemo diffitetur) ad Euſtochium, de Virginitate ſeruanda: Sit veſtis, inquit, nec ſatis munda, nec ſordida. Et paulò infra: Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. Rurſumque ad Heliodorum laudat Nepotianum, quòd nec munditijs, nec ſordibus notabilis eſſet. Sed & ad Nepotianum ipſum, de Vita clericorum: Veſtes, inquit, pullas æquè deuita, ac candidas: Ornatus, vt ſordes, pari modo fugiendæ ſunt: qui alterũ delicias, alterum gloriam redolet. Et ad Paulinum, de Conſtitutione monachi: Soror tua matronarum declinet conſortia, nec nitore ſericas veſtes, & gemmas circumferẽtium fœminarum, ſe ſordidatam, aut doleat, aut miretur: quia alterum propoſiti pœnitentia, alterum iactantiæ ſeminarium. Et ad Marcellam, de laudibus Aſellæ, ad fin. Neglecta munditiæ, & inculta veſtis: cultus ipſe ſine cultu. Quibus omnino conuenit Epigr. Martial. in Pannicum, li. 2.

*Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos:*
*Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.*
*Nec tibi mitrarum, nec ſit tibi barba reorum.*
*Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.*

¶ Supradictorum ſententias confirmat ſanctiſsimus ſcriptor, atque eruditiſsimus Seneca, cùm ſcribit ad Lucilium, Epiſto. 5. Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici volunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum, incultum & intonſum caput, & negligentiorem barbam deuita. Et poſt pauca, Non ſplendeat toga, nec ſordeat quidem. Plutar. apud Ant. Monach. li. j. Meliſſæ, c. 36. Μήτε λίαν πολυτελῶς, μήτε ἄγαν εὐτελῶς πειρῶ τὰ περὶ τὸν ἐσθῆτα, καὶ δίαιταν, καὶ περὶ τὸν ἑτέραν διαγωγὴν τὸ σῶμα διοικεῖν. τὸ μὲν φθονεῖσθαι, ἢ γελᾶσθαι, τὸ δὲ μισεῖσθαι ἢ ἐλεεῖσθαι ποιεῖ. Quorum hæc ſententia eſt: Neque nimis ſumptuoſum, neque nimis ſordidum in veſtimentis, victu, ac reliqua vita ſe exhibendum. Illud enim inuidioſum aut ridiculũ, hoc odioſum & miſerabilem reddere. 55 *De eadem re. Cultus nimius ſuperbiæ ſpecies.*

¶ Diogenes ille Cynicus, egregius humani generis æſtimator, cùm adoleſcentes Rhodios aliquãdo conſpexiſſet ſumptuoſè admodum veſtitos & delicatè, ridens, τῦφος, ait, τοῦτ' ἐστιν, id eſt, ſuperbiæ prorſum indicia hæc ſunt. Mox cùm Lacedæmonijs quoque occurriſſet, quibus ſubſtrictior tunica, citraque humeros deſiſtens, nec vilior modò, ſed & ſordidior quoque, ἄλλος, inquit, ἔτος τῦφος, id eſt, altera ſuperbiæ ſpecies iſta. Quod & inter cæteros tradit Ælianus, Variæ hiſt. libro 9. Cui ſubſcribens Ariſtot. lib. Ethic. 4. cap. 7. Qui parua, inquit, & manifeſta diſsimulant, ij delicati ſimul malitioſique dicũtur, & facilè ſperni poſſunt: atque idipſum arrogãtia interdum videtur. Apollonius quoque apud Philoſtratum lib. 6. aſſerit, à veſtimentorum contemptu non abeſſe quandam ſuperbiam. Legimus illum D. Bernardum & doctrina & ſanctimonia clarum, veſte quidem ſatis vili, ſed minimè ſqualenti vſum, ac etiam dicere ſolitum, Tunicam ſordibus obſoletam, teſtem deſidiæ atque ſocordiæ eſſe: eiuſque immunditiam interdum ad hypocriſim ſpectare, vtpotè qua inanis gloria, cùm videatur cõtemni, quæritur. Id quod etiam Socrates morum cenſor grauiſs. perpulchrè iudicauit, cùm ei inſolẽtior viſus Antiſthenes, quoniam ratione inuſitata laceram atque diruptam indumẽti portionem viſentibus nunquam non ingerebat, hinc captans opinionem excelſi animi, & ea deſpicantis, quæ mortales ad ſtuporem mirantur. Ideo eum Socrates ſic increpuit: Οὐ παύσεις ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν: Non deſines, inquit, amplius te nobis, curioſiusque ornare. Illud quoque inculcans, Aſpicio per ſciſſuram pallij tuam vanitatem. quod & Laertius prodidit, & Ælianus, quo loco nuper citauimus. Sed & Poſidonius Calamenſis in vita diui Auguſtini, capite 22. ſcribit, eidem Auguſtino veſtimenta fuiſſe, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum; quia his plerunque vel iactare ſe inſolenter homines ſolẽt, vel abijcere. Quid, quòd Daniel, vir ille ſanctiſsimus, purpura & torque aureo in collo indutus eſt? vt ſcribitur Daniel 5. Et Regina Saba admirata eſt veſtimenta mini- 56 *Cultus ſordidus, altera ſuperbiæ ſpecies.* *Et hypocriſis.* *Daniel torque aureo ornatus.*

miniſtrorum Salomonis, 2.Reg. c.10. & 2.Paralip. c.9. vt hinc ſcias, veſtes, aliaque ornamenta ſumptuoſa geſtare, per ſe non malũ eſſe, vel reclamantibus Catabaptiſtis. Id tantùm in ea re conſiderandum, quo animo id fiat.

*Cultus ex more regionis.*

57 ¶ Illud autem poſtremò monuerim in hac cultus ornatusq; ratione morem cuiuſque regionis, eorumq; quibuſcum verſaris, eſſe maximè obſeruandum. Quiſquis enim (vt dicit D.Aug.lib.3. de Doctrina Chriſtiana, & repetitur in cap.1.42.diſt.) rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatũ, excedat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. Et Gratianus eadem diſt.§.vlt. Quiſquis, inquit, contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſibi vel auſteriora præ cæteris indumenta quærit, intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt. Propterea dicit gl.in d.c.ſi quis virorum.30.diſtin.& in c.1.31.q.4.in veſtibus & ornatu inſpiciendam eſſe regionis conſuetudinem. Quod & voluit gl. in c.penult.in verbo, deauratis.& ibi Panorm.col.vlt.& Bened. Capra doctor Peruſinus, extra de vita & honeſt.cler. & Specul.d.tit.de aduoc.§.ſequitur videre.& Bal.in rub.de conſuetud.col.vlt.verſi.conſuetudo debet ſeruari. Et D. Tho.2.2.q.169.ar.1. & Aſteſſanus li.2.c.54.in prin. Idcircò D.Hieronymus in ea, quam nuper citauimus Epiſtola ad Heliodorum, Nepotianum laudat, quòd in cultu prouinciæ morem ſequeretur. Sophonias Propheta c.1. Deum ita facit loquentem: Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina. veluti id ſit admodum reprehendendum, vti veſtibus peregrinis & non patrijs. Quo nomine Alexander ille Magnus vituperatus fuit, ꝙ relicta veſte Macedonica, Medica vſus ſit, & alia peregrina, vt ſcribit Diodorus Siculus lib.17.Biblioth.& alij plurimi. Qua in re Galli noſtri admodum arguendi ſunt, ꝙ cùm primum viderint veſtem aliquam peregrinam, continuò illam induant. Porrò ex Virgilio didicimus, priſcos illos Italos ante aduentum Æneæ capillos componere ac comere ſolitos, vti mulieres. Ita enim ſcribit de Lauſo, eximio virtutis iuuene, lib.10. Æneid.

*Alexand. Magnũ vituperatus quòd veſte peregrina vteretur.*

*Itali priſci ante aduẽtum Aenea, ex more gentis capillos comebant.*

*——Et terra ſubleuat ipſum*
*Sanguine turpantem comptos de more capillos.*

In quem locum Seruius Interpres, id quod diximus, annotauit: ſubiunxitq;, hoc etiam ſtatuas veterum docere, & perſonas, quas in Tragœdijs vidit ſimiles in vtroq; ſexu, quantum ad ornatum corporis pertinet.

*Viri veſtimẽtis muliebribus, fœmina virilibus abſtinẽto.*

58 ¶ Nec tamen illud interim in hac cultus ornatusq; tractatione prætermittendum ducimus, cauendum magnopere viris eſſe, ne cultu, veſte, ornatu muliebri vtantur: nec contra, fœminæ virili. Id quod primum ſuis legibus olim prohibuit Moyſes, Deuter.22. Non induetur, ait, mulier veſte virili, nec vir veſte fœminea. Abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc. Ex quo & Gangrenſi concilio, c.13. illud ſtatutum eſt, Si qua mulier ſuo propoſito vtile iudicans, vt virili veſte vtatur, ad hoc, vt in viri habitum mutetur, anathema ſit. Quod & reperitur in Decretis canonicis, in c.ſi qua mulier.31.diſt. Eſtq; textus apud nos in l.veſtis. §. muliebria. & §.communia. ff. de auro & arg.lega. viros non facilè vti poſſe veſtimentis muliebribus, nec contra mulieres veſtimentis virilibus, ſine reprehenſione, vbi Ray. ex hoc tradit, eos, qui hæc faciunt, infames eſſe, & a teſtimonio repellendos: quod tamen non admittit Alber. ibi, qui eos. §. legit cum §.1. eiuſdem legis, per l.inter veſtem.eod.tit. vbi traditur, Senatorem quendam vti ſolitum veſtibus muliebribus. Et ego quidem non poſſum accedere ſententiæ Rayn. Neque enim ſi reprehenſibile eſt id facere, continuò ſequitur, eum infamem eſſe qui facit, cùm nulla lex id dicat. Nec tamen probo rationem Alberic. nam id non minus reprehenſibile eſt, quòd Senator quiſpiam id facit, quod legibus aut moribus non conuenit.

59 ¶ Illud autem conſtat. Herculem admodum fuiſſe vituperatũ, ꝙ amore Omphales captus, eiq; obſequẽs, veſtibus eiuſdem aliquando ſeſe induerit, vt ſcribit Lucianus in eo libro cui titulus eſt, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, hoc eſt, quomodo ſcribenda ſit hiſtoria. & Lactantius libro 1. qui de falſa religione inſcribitur, cap.9. ad idque nonnihil alludit Propert.lib.3.Eleg. illis carminibus:

*Omphalæ in tantum formæ proceſſit honorem, &c.*

Et rurſum libro 4.eleg.10. vbi ita facit ipſum Herculem furentem:

*Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla*
*Officia, & Lydo penſa diurna colo.*
*Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus,*
*Et manibus duris apta puella fui.*

Et Ouid.in Epiſt. Deianiræ ad Herculem:

*Non pudet Alcide victricem mille laborum*
*Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?*
*Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo,*
*Illo, cui cœlum ſarcina parua fuit.*

Et Statius lib.1. Achilleid. Hinc & Plutarcho in lib. cui titulus eſt, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, id eſt, num ſenigerenda ſit reſpublica, ipſe Hercules Omphalæ ſeruiens, κροκωτοφόρος dictus eſt, id eſt, crocoton deferens, quod eſt genus veſtis muliebris, vt alibi diximus. Et tradit Nonius Marcellus. Item illud Senecæ Tragœdiographi in Hercule furente:

*Hercules crocotophorus.*

*Fortem vocemus, cuius ex humeris leo*
*Donum puellæ factus, & claua excidit,*
*Fulſitq; pictum veſte Sidonia latus?*
*Fortem vocemus, cuius horrentes comæ*
*Maduere nardo? laude qui notas manus*
*Ad non virilem tympani mouit ſonum,*
*Mitra ferocem Barbara fronte premens?*

Et in Hippolyto:

*Natus Alcmena poſuit pharetras,*
*Et minax vaſti ſpolium leonis,*
*Paſſus aptari digitis ſmaragdos,*
*Et dari legem rudibus capillis.*
*Crura diſtincto religauit auro,*
*Luteo plantas cohibente ſucco,*
*Et manu clauam modò qua gerebat,*
*Fila deduxit properante fuſo.*

Et in Hercule Oetæo:

*Hoſpes Timoli Lydiam fouit nurum,*
*Et amore captus ad leues ſedit colos,*
*Vnum feroci ſtamen intorquens manu*
*Nempe illa ceruix ſpolia depoſuit feræ,*
*Crinemq; mitra preſſit: & famulus ſtetit*
*Hirtam Sabæa marcidus myrrha comam.*

De hoc quoque nonnihil tradit Lucianus in Dialogo Iouis, Æſculapij & Herculis.

60 *Sardanapalus in muliebri habitu deprehenſus.*

¶ Sardanapalum quoque carpunt Hiſtorici, quòd ab Arbacto Medorum præfecto inter ſcortorum greges habitu muliebri inuentus eſt, vt ſcribunt Cteſias libro Rerum Perſicarum tertio. & ex eo Athenæus lib.12. capite tertio. Iuſtinus libro primo. Paulus Oroſius libro item primo, capite 19. Sed & Publius ille Clodius ab omnibus reprehenditur, quòd inter publicas Bonæ Deæ ceremonias, ad Pompeiam Cæſaris uxorem muliebri ueſte penetraſſet, ut uidere licet apud Ciceronem in Epiſtolis ad Atticũ. & in Oratione de Aruſpicũ reſpõſis, nõ vno in loco: itemque in Oratione pro Domo ſua, & ſæpius alibi. Sed & ipſe Tullius libro 1. earundem Epiſtolarum ad Atticum, epiſtola nona, ſcribit Clodium ipſum in domo Cæſaris cum ueſte muliebri fuiſſe deprehenſum, ac per manus ſeruulæ ſeruatum, rem (inquit) inſigni infamia. Item apud Suetonium in ipſo Cæſare, capite ſexto. Plutarchum, qui huius hiſtoriæ ordinem atque ſeriem graphicè deſcribit, in uita eiuſdem Cæſaris. Ex quo ſtatim id intelligis, hanc ueſtium transformationem ſæpe fieri libidinis cauſa. Nam & Pauſanias lib.8. quo Arcadica ſcribit, autor eſt, Leucippum Oenomai Piſæ regis filium,

*Clodiꝰ in ſacris Bona Dea in habitu liebri deprehenſus.*



lium, vt Arcades & Elei memorant, Daphnen deperditè deamaſſe cuius nuptias cum aſſequi nequiſſet, vtpotè virilem ſexum exoſæ, is habitu muliebri, comaque quam Alpheo fluuio deuotam nutriebat, contexta, ad eam acceſſit, ſeque Oenomai filiam eſſe apud eam mentitus eſt: cumque generis nobilitate, venandiq; peritia cæteris virginibus antecelleret, Daphnes beneuolentiam ſibi facillimè conciliauit. Mox ea, cæteræque Nymphæ, in Ladone flumine natare concupiſcentes, inuitũ Leucippum exuerunt: quem cùm marem eſſe deprehendiſſent, haſtilibus iaculiſque confoderunt.

*Leucippus iaculis cõfoſſus.*

61 *Maſſilienſes olim vnguento delibuti.*

*Prouerbiũ.*

*Prouerbiũ aliud.*

*Maſſilienſiũ noſtrorum temperãtia, ſeueritas, abſtinentia.*

¶ Vituperantur quoque à quibuſdam Maſſilienſes, ꝙ luxu perditi, muliebrem in modum ornarentur, comis vnguento delibutis, capilliſque religatis. Ex quo apud Suidam ortum adagiũ in eos, qui cultu parum viris decoro vterentur, ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, id eſt, è Maſſylia veniſti. Et aliud eiuſdem ſenſus apud Athenæum lib.12.c.7. in fine. πλεύσειας εἰς τὴν Μασσαλίαν, nauiges Maſſiliam. Quãquam his admodum aduerſantur, quæ ab alijs multis magnæ authoritatis Scriptoribus de Maſſilienſium temperantia, ſeueritate, abſtinentia, ſynceritate, frugalitate, grauitate, & omnibus alijs virtutum generibus tradita ſunt: nempe Tullio lib.2.Officiorum.& in 3.Philip.& in Oratione pro Luc.Flacco. Strabone lib.4. Valerio Maximo, lib.2.c.de Inſtitutis antiq. non ſemel. Liuio 4.Decad.lib.7. Cornel.Tacito in vita Agricolæ, Iuſtino lib.43. Lucano lib.3. & alijs pleriſque, vt non immeritò Plautus in Caſina, mores Maſſilienſes pro optimis appellauit. Atq; ita facilè crediderim Suidam & Athenæum non de noſtra illa Gallica Maſſilia, ſed de Libyca Maſſylia loqui, cuius meminit Virgil.lib.4.Æneid.

*Maſſylia Libyca.*

*——Maſſyliq; ruunt equites.*

Vbi Seruius, Maſſyli, inquit, genus eſt non longè a Mauritania: & eſt pars Getuliæ & Numidiæ. Et rurſus idem Virgil.lib.eod.4.

*Hic mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.*

Vbi & ipſe Seruius, Maſſylia, ait, Mediterranea eſt ciuitas Beroniceæ Libyæ: vnde nõ longe Heſperidum horti ſunt. Et lib.6.

*Tot maria intraui duce te, penituſque repoſtas*
*Maſſylum gentes.——*

Quo in loco Seruius quoque, Maſſyli (inquit) ſunt Mauri, vnde ſpeciẽ pro genere poſuit. Nam Æneas ad Aphricam venit, cuius partem cõſtat eſſe Maſſyliam. Sed & Liuius 3.Decad.lib.4.ad fin.ſcribit, Maſſyliam gentem eſſe Numidiæ, in qua regnabat Gala pater Maſaniſſæ. Quam Maſſilienſium a Maſſylis differentiã vereor ne Lazarus Bayfius, vir alioqui admirãdę eruditionis, non intellexerit, in libello de Re veſtiaria, quo in loco de tunica agit.

62 *Cliſthenes cultu indecoro.*

*Prouerbiũ*

¶ Cliſthenes item Comicorum conuicijs patuit, ꝙ parum vir haberetur, ſeque cultu indecoro in fœminam transformaret. Vnde & illa Adagia nata apud eundem Suidam ex eo Ariſtophane & alijs, Κλεισθένην ὁρῶ, Cliſthenem video: & Κλεισθένους ἀκρατέστερος, Cliſthene intemperantior. Eademque infamia notatus eſt ab antiquis Cleocritus, quòd ad maiorem laſciuiam veſtibus fœminam mentiretur, cuius etiam nonnihil meminit Suidas. D.Hieronym. ad Euſtochium, de conſeruanda virginitate, in mulieres inuehitur, quæ veſtibus virorum vtuntur. Aliæ, inquit, virili habitu veſte mutata erubeſcunt ſe fœminas natas eſſe. Quintil.lib.5.cap.9. inter ſigna illud adſcribit, veſtem muliebrem mollis & parum viri eſſe. Charondas Thuriorum Legislator, eos qui in prælijs ſigna ordineſque deſtituiſſent, quive arma pro patria capere recuſaſſent, ea pœna mulctauit, vt veſtibus muliebribus induti, in medio foro ſiſterentur ter quotidie ante omnium ora in ſuggeſto, quo huiuſmodi hominum animos ab ea mollitia & fœminea timiditate, ſenſim reuocaret in audaciam, atque vt illis mortem præſtaret oppetere, quàm tantam ignominiæ calamitatem diutius in patria experiri: vt tradit Diodorus Siculus libro 2. Bibliothecæ duodecimo.

*Cleocritus fœminam mentitus.*

*Charonda lex.*

63 *Zenon viros & mulieres eadem veſte vti voleb[at].*

¶ Zenon Cittieus ille Stoicæ ſectæ princeps, cùm in ſua Republica præcepiſſet, viros & mulieres eandem veſtem induere, id nonnulli, & inter cæteros Caſſius Sceptitius reprehenderunt: vt tradit Diogenes Laertius in vita ipſius Zenonis. Diocrates Meſſenius Romæ temulentus in habitu muliebri ſaltauit: poſtera autem die, cùm ab Achaorum imperio Meſſenen ad defectionem ſolicitaret, peteretque à Tito Flaminio ſubſidium, De his (inquit Titus) viderimus: te verò miror vina tractare, ſaltare, & fœminam mentiri poſſe, cùm res huiuſmodi moliri audeas: vt tradit Plutarchus in Philopœmene. Ioſephus libro 19. Antiquit. capite 1. C.Caligulam impudentiſsimum Imperatorem arguit, ꝙ ſtolas muliebres, cycladem, & alia huiuſmodi veſtimenta muliebria induebat, concinnabatque capillos annulis & cincinnis, aliaque faciebat, quæ ad ornatum cultumque muliebrem pertinẽt. Cumque talis eſſet, audebat tamen alijs cultus muliebres exprobrare. Quibus admodum ſimilia ſcribit Suetonius in eius vita, c.52.& Pli.lib.37.cap.2. dum tradit illum ſupra omnia muliebria, ſoculos è margaritis induiſſe. Et de eo quoque ſcribit Suidas, quòd eo veſaniæ peruenit, vt muliebri habitu non cõtentus incedere, capillitium quoque in cincinnos contorqueret, τὴν κόμην πλοκάμοις, καὶ πλοκῇ τινὶ περιστέλλων, καὶ γυναικιζόμενος. Alter Imperator impuriſsimus Nero eo progreſſus eſt, vt neque ſuæ, neque aliorũ pudicitiæ parcens, ad extremum amictus virginum ſpecie, palàm conuocato Senatu, dote dicta, cunctis feſta de more frequentantibus, nuberet, vt ſcribit Aurelius Victor in vita illius. Sed & alius Imperator Cõmodus tantæ impudentiæ fuit (vt tradit Ælius Lamp. in vita eius) vt muliebri veſte indutus, in theatro, vel amphytheatro ſederet.

*Caligula muliebribus veſtibus vſus.*

*Et Commodus.*

64 ¶ Alibi autem ſupra nu.49. diximus apud Virgilium lib.9.Æneid. probro datum fuiſſe Phrygibus, quòd mitras atque redimicula, mulierum ornamẽta deferrent, ob idque magis Phrygias, quàm Phryges eſſe appellandos. D.Epiphanius Eleuteropolites, lib.aduerſus hæreſes 1, ſectio.16. Phariſæos admodum increpat, quòd per amicula & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis, & calceamentorum ligulis incederent. Iul. Pollux lib.7. c.13. ſcribit, ex autoritate Xenoph. Barbaros veſtitu muliebri delectari. Lydi prouerbio illo, Λυδίῳ νόμῳ, Lydio more, reprehenſi, quòd flammeis muliebribus ornarent capita, vt à Diogeniano & Heſych traditum eſt. Batalus quoque Epheſius tibicen prouerbio βάταλος εἶ, locũ fecit, in molles & effœminatos, quòd is muliebribus ſandalijs primus omnium in ſcenam prodijſſet, vt retulerũt Plutarchus & Libanius Sophiſta, vterque in vita Demoſthenis. Ex quo & Græci βαταλίζεσθαι dicunt, pro eo qđ eſt, turpiter & effœminatè viuere. Ab hoc autem Batalo credunt nonnulli ipſum Demoſthenem Batalum cognominatum fuiſſe, quòd in adoleſcentia eſſet ad voluptatẽ propenſior, & veſte muliebri aliquando vſus fuiſſet: vt etiam ſcribit Suidas. Quãquam hoc eius cognomen aliò transferunt Plutarchus & Libanius, vbi ſupra, nempe ad mollitiem ſimpliciter. Illud autem in Galliæ Hiſtorijs proditum eſt, Anglos Ioannam illam puellam, omnibus ſeculis admirandam, Rhotomagi viuam combuſſiſſe, ꝙ virili veſte contra fas, vti dicebant, vſa fuiſſet.

*Phariſæorum ornamenta muliebria.*

*Lydi flammeis uſi.*

*Prouerbiũ*

*βαταλίζεσθαι.*

65 ¶ Apollonius Tyanæus apud Philoſtratum lib.4. citat ſententiam Euripidis, qua dicit, eum qui formam muliebrem imitatur, turpiter ornari. Scio autem apud ipſum Euripid. in quadam Tragœdia hos verſus Trimetros eſſe:

*Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν*
*Ἄῤῥην πεφυκώς, καὶ γονοῖς ἐξ ἀῤῥένος.* Id eſt:
*Effœminata veſte non poſſum tegi,*
*Cum ſim vir, & virili natus ſtemmate.*

Quos

*Platonis & Ariſtippi hiſtoria memorabilis.*

Quos verſus vſurpauit Plato, cum iuſsiſſet Dionyſius in conuiuio, vt ſinguli in veſte purpurea ſaltarent, vt tradit Laertius in vita Ariſtippi: vbi & id addidit, Ariſtippum ipſum ſumptam purpuram ſe induiſſe, & cùm ſaltare inciperet, propriè promptequе dixiſſe:

Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ᾽ ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

*Neque in ſacris Liberi*
*Patris, pudica mens vnquam corrumpitur.*

*Viris veſtimentis mulierum aliquãdo uti licere. Et è diuerſo.*

66 ¶ Nam & legimus in veterum monumẽtis id, de quo tractamus, aliquando ſine dedecore & reprehenſione factum, cùm vel neceſsitas quæpiam, vel alia quędam iuſta cauſa ingruerit, aut mos regionis permiſerit. Nam primum apud Romanos, Idib. Ianuarijs permittebatur, vt tibicines muliebri habitu vrbem luſtrarent, vt tradit Plutarchus, huius rei rationem reddens in Problem. Rom. cap. 55. Idem quoque in Problem. Græcis, cap. 171. ſcribit, apud Coos ſacerdotem Herculis muliebri veſte indutum, & mitra caput ornatum, apud Antimachiam rem diuinam facere ſolitum: eiuſque item rei reddit rationem, quoniam Hercules ipſe aliquando ad Θρᾷτταν mulierem pugnando defeſſus aufugiſſet, & muliebri veſte opertus apud eam delituiſſet. Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 8. & ex authoritate Philochori in Atthide, prodidit Lunæ, quam Venerem credebant, ſacrificium facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili. quòd eadem & mas exiſtimatur, & fœmina. Plutarchus in Claris mulieribus, cap. 4. tradit, apud Argiuos ſacra quædam celebrari, in quibus mulieres chlamydem ac virilem veſtem indutæ, viri autem peplum geſtantes, & muliebribus velamentis capita obuoluti verſabantur. Cuius rei quoque rationem reddidit.

*Luna mas et fœmina.*

*Argiuorũ mos.*

*Hypſicratea Mitridatem habitu uirili ſequuta.*

Laudatur Hypſicratea Mithridatis regis vxor, aut (vt alij tradunt) pellex, quæ virilem habitũ induta, tonſis capillis, Mithridatem à Pompeio victum, per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt: vt videre licet ex Valer. Maximo lib. 4. cap. 6. & Plutarcho in vita ipſius Pompeij. Ob hancque (vt ſubdit ipſe Plutarchus) virilitatem & audentiam, ipſe Mithridates eam maſculino genere Hypſicratem appellabat. Hanc imitata Plotina quædam mulier raræ fidei, & ſingularis pudicitiæ, apud Apul. lib. 7. Aſini aurei, tonſo quoque capillo, & in maſculam faciem reformato habitu pretioſiſsimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipſas cuſtodiẽtium militum manus, & gladios nudos, cunctorum periculorum particeps, & pro mariti ſalute perui gilem curam ſuſtinens, maritum in exilium ſecuta eſt.

*Plotina quoq; maritum ſequuta.*

67 ¶ Lucianus quoque in libro περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, id eſt, de non temerè credenda calumnia, tradit, apud Ptolemæum, cui Dionyſio cognomen fuit, accuſatum fuiſſe Demetrium Platonicum, quòd in Bacchanalibus, ſolus omnium muliebribus veſtibus indutus nõ fuiſſet: actumque de eo planè erat, quòd & regium exemplum imitatus non eſſet, & aſpernaretur Dionyſiorum mollitiem, niſi accerſitus ad Regem, mane palam vino libaſſet, & inſtita muliebri amictus, ad numeros Dithyrãbicos, cymbalorumque modos ſalijſſet.

*Demetrius Platonicus.*

*Euclides ad audiendũ Socratem habitu muliebri cõmeabat.*

Euclides illi Megaricus, cum Athenienſes decreto ſuo cauiſſent, ut Megarenſis ciuis, ſi Athenas pedem intuliſſe prehenſus eſſet, ea res homini capitalis eſſet: ſub noctem, priuſquam aduesperaret, tunica lõga muliebri indutus, & pallio verſicolore amictus, & caput & ora velatus è domo ſua Megaris Athenas ad Socratem audiendum commeabat, vt vel noctis aliquo tempore conſiliorum ſermonumque eius particeps fieret. Rurſusque ſub lucem millia paſſuum paulò amplius viginti eadem veſte illa indutus redibat. Quod cùm à multis, tum ab Aulo Gellio ſcriptũ eſt libro 6. capit. 10.

*Achilles veſtibus muliebribus indutus.*

68 ¶ Tryphiodorus & Lycophron in Alexandra, & ex eorum autoritate Tzetzes Hiſtoriarum Chiliad. 5. c. 16. & rurſum Chiliad. 8. capit. 226. tradunt, quòd cum Thetis ex oraculis intellexiſſet, filium Achillem breuis vitæ futurum, ſi aduerſus Troianos nauigaret, illum abſcondit in Lycomedis regiarum puellarum conclaui, veſte muliebri veſtitum, ne agnoſceretur. Vnde Horatius lib. Carm. Ode 8.

*Quid latet vt marinæ,*
*Filium dicunt Tethidis ſub lacrymoſa Troiæ*
*Funera? ne virilis*
*Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas.*

Et Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

*Turpe niſi hoc matris precibus tribuiſſet Achilles,*
*Veſte virum longa diſſimulatus erat.*
*Quid facis, Aeacide? non ſunt tua munera lanæ.*
*At titulos alia Palladis arte petes.*
*Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo.*
*Penſa quid in dextra, qua cadet, Hector, habes?*
*Reijce ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos:*
*Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu.*

Et Statius lib. 1. Achilleid.

*Aſpicit ambiguum genitrix, cogitq; valentem,*
*Innectitq; ſinus: tum colla rigentia mollit.*
*Submittitq; graues humeros, & fortia laxat*
*Brachia, & impexos certo domat ordine crines.*
*Ac ſua dilecto ceruice monilia transfert,*
*Et picturato cohibet veſtigia limbo:*
*Inceſſumq; modumq; docet, fandiq; pudorem.*

*Achilli quod nomẽ fuerit inter uirgines.*

Hinc autem illa Tiberij Imperatoris anxia curioſitas, quòd Achilli nomen inter virgines fuiſſet, vt tradit Suetonius in vita illius, c. 70. Quo in loco Interpretes, alioqui doctiſsimi, & multifariæ lectionis, fatentur ſe nullibi id comperiſſe. Miror autem Tiberium id non didiciſſe ab Hygino Auguſti patris ſui adoptui liberto, qui Fabularum capite 96. ſcribit ipſum Achillem, Thetidis matris calliditate, apud Lycomedem regem habitu fęmineo inter virgines aſſeruatum, mutatoq; nomine Pyrrham fuiſſe vocatum, quòd eſſet capillis flauis (Græci enim πυρρὸν rufum dicunt) donec Vlyſſes ignorãs quis Achilles eſſet, in veſtibulo regio munera fœminea poſuit, quibus clypeum & haſtam admiſcuit, & ſubitò tubicinem canere, armorumque crepitum & clamorem edi imperauit. Achilles autem hoſtem arbitratus adeſſe, veſtem muliebrem dilaniauit, & clypeum haſtamq; arripuit: quo ex facto eſt agnitus. Cæterum Plin. lib. 35. cap. 11. ſcribit, Athenionem Maroniten pinxiſſe Achillem virginis habitu occultatum, Vlyſſe deprehendente.

69 *Agnodice habitu uirili medicinam didicit.*

¶ Idem Hyginus eiuſdem operis Fabular. c. 274. refert hiſtoriam Agnodices puellæ, quę habitu virili ſe Herophilo cuidam in diſciplinam tradidit, vt artem Medicam addiſceret: quam quidem Hiſtoriam & nos adſcripſimus in noſtro tract. Nobilitatis, c. 31. quo de arte medica diſſeruimus, nu. 342. incip. ſcio tamen.

*Laſthenia habitu uirili Platonẽ audijt. Item Axiothea. Semiramis uirum mentita.*

Nec abſimiliter Laſthenia Mantinea & Axiothea Phliſia ornatu virili ipſius Platonis auditorium ingrediebantur, vt ab eo erudirentur, vt ſcriptum reliquit Dicęarchus, & poſt eũ Laertius in Platone. Semiramis Aſſyriorum regina, multis alioqui vitijs obnoxia, in hoc tamen laudatur, quòd Nino marito mortuo, cùm intelligeret populo grauiſsimum fore fœminæ imperanti obedire, ſexum & habitum mentita virilem, filij Nini perſonam aſſumpſerit, quò ſuos falleret, tantiſper dum ille, qui per teneram adhuc ætatem regere nõ poterat, adoleſceret, ac regno idoneus foret, vt Iuſtinus lib. 1. tradit. Quis poſſet vituperare vxores Minyarum? qui cùm à Lacedæmonijs Spartæ eſſent recepti, interiectoque tempore elati ſuperbia regnum affectaſſent, Lacedæmonij eo nomine eos morte mulctandos cenſuerunt, comprehenſosque in carcerẽ coniecerunt. Vxores autem ipſorum Minyarum, quę & ciues erant, & primorũ Spartanorum filiæ, ingrediendi carcerem, & cum ſuo quęque viro colloquẽdi à Lacedęmonijs,



monijs, nullum in illis dolum eſſe ſuſpicantibus, facultatem impetrauerunt. Quæ horum permiſſu ingreſſæ carcerem, veſtibus ſuis, quas gerebant, viris traditis, illorum veſtes ſumpſerunt: quo aſtu, viri muliebri veſte amicti, veluti mulieres è carcere prodierunt, ſibique ſalutẽ quęſiuerũt: quòd ab Herodoto traditum eſt in Melpomene. & Valerio Maximo libro 4. capite 6. in fine. & Plutarcho in libro de Claris mulieribus. & Polyeno lib. 7. Strategematon ad Antonium & Verum Imperatores. Et id quidem minimè puniendum pronuntiauit è noſtris Florianus, in l. liber homo. colum. 2. verſi. circa tertium dubium. ff. ad leg. Aquil. vbi dicit, ſe id diſputaſſe. & Paris Pute. in tract. Syndicatus. in verbo, carcer. §. an ſi plures. colum. 6.

70 *Lacharis aſtutia.*

¶ Idem autem Polyenus lib. 3. eiuſdem operis ſcriptum reliquit, ꝙ Lachares Atheniẽſis, cùm hoſtes Seſtũ cepiſſent, paucos dies in fouea quadã delituit, victum tã exiguum habẽs, quo à morte ſe vindicaret. Fortè autẽ muliere mortuũ ſuum efferẽte, in muliebri ſtola mulieribus lugentibus permiſtus, nigram habens calybrã, euaſit extra mœnia. Mneſilochus ſocer Euripidis, vir quidẽ bonus, apud Ariſtophanẽ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, veſte mulierbi indutus, ad feſta Cerealia, viris interdicta, acceſsit, quo Euripidẽ ipſum aduerſus mulieres defenderet.

*Lycij in funere veſtes muliebres induebãt.*

Lycij in funere veſtes muliebres induebant, vt à luctu & lachrymis (quas viris non ſatis decoras eſſe exiſtimabãt) citò deſinerent: vt à Valerio Maximo ſcriptum eſt, lib. 2. capite 1. & à Plutarcho in oratione cõſolatoria ad Apollonium.

*Et Coi in ſpõſalibus.*

Cois morem fuiſſe tradit Plutarch. capite 171. Problem. vt cùm ſponſalia inirent, muliebri veſte induerentur.

*Phocionis uxoris temperantia. Promneſi tyrannis. Antenor τυραννόκτονος.*

Ælianus libro 7. de Varia hiſtoria, continentiam ac temperantiam vxoris Phocionis in hoc laudat, quòd veſte mariti vteretur. Heraclides in Politicis refert, ꝙ cũ Promneſus rex Cephaleniæ, aut potiùs tyrannus, virgines ante connubium ad concubitum ſibi depoſcere ſoleret, Antenor muliebribus veſtibus amictus, & clàm enſe munitus, illum in lecto trucidauit. Quamobrem populus ſummis honoribus eum ornauit, atque ducem elegit, & puellam, cuius nomine is ingreſſus fuerat, ad magnam gloriam & dignitatem euexerunt. Cui non admodũ abſimilis eſt alia hiſtoria relata à Iuſtino lib. 7. quòd cùm Perſarum legati rogaſſent Amyntam Macedonum regẽ, vt in conuiuium, quod illis ipſe parauerat, adhiberet vxores & filias: quæ vt venerunt, petulantiùs eas Perſis contrectantibus, Alexãder Amyntæ filius rogat patrem abire è conuiuio, & mulieres quoque euocat, cultiùs, vt ipſe dicebat, exornaturus, gratioresque reducturus: in quorum locum iuuenes matronali habitu exornatos ſupponit, eosque petulãtiam legatorum ferro, quod ſub veſte gerebant, compeſcere iubet: Atque ita omnes interfecti ſunt. Epaminundas Thebanus in Arcadia die feſto effuſè extra mœnia vagantibus hoſtium fœminis, pleroſque ex militibus ſuis muliebri ornatu immiſcuit: qua ſimulatione illi intra portas ſub noctem recepti, ceperunt oppidum, & ſuis aperuerunt. Author Iulius Frõtinus Stratagemmatum lib. 3. capite 2.

*Germanorum mos.*

Cæterùm Cornelius Tacitus in libro de Moribus Germanorum, Nec alius, inquit, fęminis, quàm viris, niſi quòd fœminæ ſæpiùs lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt, nudæ brachia & lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet, quãquam ſeuera illic ſint matrimonia. Idem in eodem lib. ſcribit, apud Naharualos Germaniæ populos antiquæ religionis lucum oſtendi, ibique præſidere ſacerdotem muliebri ornatu. Origines libro 3. contra Celſum, Dionyſium Bachum Mænalan vocat, & muliebri habitu amictum dicit.

71 *Eugenia. Marina. Euphroſyne.*

¶ Et vt de ſacris ſanctiſque mulieribus loquar, Eugenia Philippi Proconſulis Alexandrini filia, & Marina, & Euphroſyne Alexandrina, virgines ſanctimonia illuſtres, habitum virorum indutæ, in Cœnobium virorum profectæ ſunt, illicque viri exiſtimati, ſanctiſsimè vixerunt, vt à Scriptoribus eccleſiaſticis proditum eſt: qui & ipſi tradunt, Pelagiam Antiochenam, relictis uoluptatibus, & illecebris, quibus primùm deditiſsima erat, ſumpto uirili habitu, in penitiſsimas nemorum latebras ſeceſsiſſe, vbi ad mortem conſtantiſsimè perſeuerauerit.

*Pelagia.*

*Natalia in Sanctos officia.*

Sed & diua Natalia, Hadriani martyris uxor, cùm Maximianus mulierum ingreſſum ad uiros prohibuiſſet, qui in carcere detenti, & ad ſupplicium iam deſtinati, atque deuoti erant, uiriles ſibi ueſtes deſumpſit, quò uir exiſtimata in carcere relinqueretur, adminiſtratura Sãctis neceſſaria: vt teſtis Iacobus Voragineus in Vitis Sanctorũ. Illud autem ſcio, tractatum ab Alexandro Haleſio, ſcholaſticorum doctorum primario, ac magiſtro, in ſecunda parte ſuæ uberrimæ & fœcundiſsimæ Summæ, quæſt. 15. nume. 2. an ſit peccatum, uiros induere ueſtimenta muliebria, & è diuerſo mulieres uirilia: quem tu illic uidere poteris; Proinde ut hoc caput ſemel finiam, hæc quoque lex nobis præſcribenda eſt:

*Peccatũne ſit uiros muliebrib. aut mulieres uirilibus ueſtibus uti.*

*Tertia Lex Cõnubialis.*

*Fœminæ maritis aut præſentibus, aut futuris non cæteris modeſtè ſe ornato.*
*Formasque vtcumque poterunt, citra fucum efficiunto.*
*Viri negligentius, & quantum ſatis erit ad munditiem, & dignitatem ex more regionis tuendam cultui corporis ſtudento.*
*At qui viri veſtimentis, ornamentisq; muliebribus, & contra fœminæ virilibus, niſi ſi qua neceſſitas, aliave iuſta cauſa ingruerit, abſtinento.*

# IN QVARTAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS QVARTA.

1 *Vir futura uxori corporis uitiũ detegat.*

ILLVD autem antequam hinc diſcedamus, diſsimulanter præterire nec poſsũ, nec debeo, ut ſi uir quiſpiam, qui ſe matrimonio uelit addicere, quicquam latentis uitij, aut deformatis in corpore habeat, id inprimis uxori, quam ducturus eſt, detegat: ne ſi iam conſummato matrimonio reſciſcat, (neque enim illam, qua cũ dies noctesque uerſaris, diu latere poteſt, uel reclamante Signo. conſil. 53. Titius calce percuſsit. col. 2. uer. ſed in dubio) te contemnat, deteſtetur, abhorreat: proindeq; alios petulanter ſectetur.

*Viri uitiũ uxorẽ diu latere non poteſt.*

*Bilia putabat omnibus uiris os malè olere*

Niſi fortè putes, mulieres omnes eſſe ſimiles Biliæ uxori Cnei Duillij illius, aut ut alij uocant, Duellij (quod magis placet) à duello ſcilicet, ut tradit Cicero lib. de Oratore ad Brutum, Duellij, inquam, illius, qui primus Romæ ex nauali uictoria triumphauit: aut etiam uxori (huius nomen non legitur) Hieronis Syracuſani Tyranni.

*Et Hieronis uxor.*

Nam cùm uiris ipſis fuiſſet in quodam iurgio exprobatum, quòd illis os fœteret, ſuis id uxorib. crimini dederunt, utpote quæ nihil unquam hac de re dixiſſent. At illæ reſpoderunt, exiſtimaſſe ſe, uiros omnes ita olere. Teſtis Biliæ Hieronymus libr. 1. in Iouinianum: alterius autem, Lucianus in Hermotimo: qui tamen hunc Gelonẽ appellat, non Hieronem: & Plutarchus, qui ubique Hieronem appellat, tum in Apophthegmatis, tum in libello, quem inſcripſit, Quomodo quiſpiam ab inimicis emolumentum capere poſsit. Fuerunt autem Gelo & Hiero fratres, Dinomenis filij, uterq; Siciliæ tyrãnus: ſed Gelo natu

natu maior fuit, cui ſucceſsit Hiero, vt ſcribit Pauſanias: quanquam & hic habuit filium, cui etiam Geloni nomē fuit, vt conſtat ex Liuio li. 4. 2. Belli Punici. Hieronem autem Duellius ille conſul Romanus bello nauali vicit, autore Lucio Floro lib. 1. Belli Punici.

2 ¶ Sed, vt redeamus, ſi illæ fœminæ ita eſſe putabāt, vt dicebant, mirum profectò fuit caſtitatis teſtimonium ſed quod tam multis ſeculis bis tantùm contigiſſe legatur. Et ſanè futurum adeò neminem inſanum reor, qui noſtris præſertim temporib. ſpem concipiat, vxorem ſe his ſimilem inuenturum, eaq; ſpe ductus, ſuum illi vitiū non patefaciat. Prudenter quidem mihi feciſſe videtur pater Sergij Galbæ Romani Imperatoris, qui (vt ſcribit Tranquillus) cùm eſſet breui corpore, ac etiam gibber, & tamen à Liuia Ocellina diuite admodum ac pulchra, vltro eſſet in virum appetitus, & aliquātò enixiùs: ille tum ſubinde inſtanti vitium corporis, ſecretò poſita veſte, detexit, ne quaſi ignotam fallere videretur. Simile quippiam feciſſe tradit Apuleius lib. 2. Floridorum, Cratem Thebanum, nobilem Philoſophum, cuius & decreta canonica meminerunt 1 2. quæſt. 2. §. Crates, vbi tamē Socrates perperàm legitur. Nam cùm Hipparchia, quæ & ipſa Philoſophiæ deditiſsima fuit, eum maritum optaret, is interſcapilium retexit, quod erat gibberoſum, perùm que cum baculo, & pallium humi poſuit, profeſſus puellæ, eam ſibi eſſe ſupellectilem, eamque formam, quā videret. Proinde (inquit) ſedulo conſule, ne pōſt pœnitudo te capiat. Enim verò Hipparchia conditionem accepit, reſpondens, iam dudum ſibi prouiſum ſatis eſſe, & ſatis conſultum, neque ditiorem maritum, neque formoſiorem vſpiam gentium poſſe inuenire. Proinde duceret, quò liberet: & ita Crati nupſit Hipparchia.

*Galbæ uxori futuræ vitium corporis detexit.*

*Crates quoque. Decretorū locus.*

3 ¶ Adde, quòd ex Iuriſcōſultorum ſententia, qui mācipia atq; etiam res inanimatas, ſiue mobiles, ſiue immobiles vendunt, certiores debent facere emptores, quid morbi vitijùe latentis cuiq; rei ſit, leg. 1. §. venditor. ff. de acti. empti. & l. 1. circa princip. & per totū tit. ff. de ædil. edi. Quam ſententiam Plato lib. 11. de Legib. & Philoſophi comprobant, & eleganter & copioſè diſſeruit Philoſophorum & Oratorū Romanorum princeps Tullius, in 3. Offic. lib. vbi & in eam rem iuris ciuilis autoritatē in teſtimonium citat: & poſt eum D. Ambroſius & Philoſopus & Theologus præſtantiſsimus, lib. quoq; Officiorum 3. vbi & inter cætera hæc uerba conſcripſit: In contractibus vitia eorum, quæ veneunt, prodi iubentur, ac niſi intimauerit venditor quamuis in ius emptoris trā ſierint, doli actione vacuātur. Hæc Ambroſius. Valerius autem Maximus li. 8. c. 2. in prin. loquens de iudicio quodam M. Porcij Catonis, Bonæ, inquit, fidei venditorem nec cōmodorū ſpem augere, nec incōmodorum cognitionem obſcurare oportet. Sed & hæc recentiores Theologi latè confirmarunt, D. Thomas, 2. 2. quæſt. 77. ar. 3. & iterum in quolibeto 2. art. 10. Ant. Flor. in 4. parte Sūmæ. tit. 1. c. 17. verſic. 3. in quali. Ang. Cla. in verbo, emptio & venditio, ver. 8

*Venditores rerum uitium patefacere debent.*

4 ¶ Quæ ſi cæteris uel uiliſum rerum venditionib. obtinent, quid, ſi Deo placet, in huiuſmodi venditione dicēdum eſt, quæ eſt maximi omnium ponderis, momenti, atque præiudicij? Seruum enim ſi emas, aut equūm, ſi quoquo pacto non placeat, facilimè vel vendes, uel permutabis, aut ſi mercator deſit, pro derelicto habebis. Maritum vero uel uxorem non eſt liberum aut permutare, aut aliàs quouis modo miſſum omnino facere, quocunque deformitatis aut animi aut corporis vitio laboret. Scitum enim illud eſt Chriſti oraculum, Quos Deus cō iunxit, homo non ſeparet.

*Vxorem ob corporis uitium miſſam facere non licet.*

5 ¶ Ne quenquam moueat, quòd matrimonium venditionem appellauerim. Eſt enim matrimonium ex antiquo more Romanorum quædam veluti ſpecies venditionis. Nam (vt poſt Varronem 1. libro de Vita populi Romani commemorat Nonius Marcellus, vir antiquitatis peritiſsimus, ſub titulo, de doctorum indagine) nubentes ex veteri lege Romana, aſſeis treis, ad maritum venientes, ſolebant ferre: atque vnum, quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa marito dare: alium, quē in pede habebant, in foco Larium familiarium ponere: tertium in ſacciperone (alij ſacciperio ex Plauto in Rudente, vt opinor, legunt. Eſt autem maior crumenta, & amplum nummerorum receptaculum) quem in compito vicinali certo tempore ſolebant reſignare. Ex quo Virgilius legum Romanarum peritiſsimus primo libro Georgicon:

*Matrimonium ſpecies venditionis.*

*Ro. lex vetus in matrimonijs. Sacciperone, Sacciperio*

*Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.*

Quem locum enarrans Seruius Maurus, aut, ut alij vocant, Marius, & ipſe admodum antiquarius: Ad antiquū (inquit) morem retulit, quo ſe maritus & uxor inuicē emebant, vt habetur in Iure. Idem autem alibi in enarratione illius loci Virginiali lib. 4. Æneidos:

*—Ac dominum Aeneam in regna recepit.*

Hæc ferme ſcribit: Eſt autem de Iure, quaſi per coemptionem, quæ certis ſolennitatibus apud priſcos peragebatur in contrahendo matrimonio, & ſeſe coemendo in uicem uir & uxor interrogabant: uir ita, an mulier ſibi materfami. eſſe uellet? illa reſpondebat, velle. Itē mulier interrogabat uirum, vtrum vir ſibi paterfamilias eſſe vellet? ille riſpondebat, uelle. Itaque mulier in uiri matrimonium conueniebat: & uocabantur hæ nuptiæ percoemptionem. Hæc ille. Tu autem, ubi dicitur, In matrimonium conueniebat, lege, In manum conueniebat, ex ijs, quæ diximus, & quæ mox ſubjciemus. Et ita quoque legitur apud Apuleium lib. 6. Meta. hic rite Pſyche conuenit in manum; Cupidinis. Et lib. 8. At dum herilis puella in Lepolemi manum venerat, &c. Et rurſum: Modò ne in Thraſilli manum ſacrilegam conuenias. Sicuti etiam legendum arbitror in l. vxorem. ff. de ritu nup. vbi ita legitur, nec in matrimonium cōuenire nouercam eius, qui priuiginæ maritus fuit. & in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uerb. obli. vbi ſic quoque legitur, Mulier ab eo, in cuius matrimonium conueniebat, &c. vbi Accurſius id non intelligens, ea uerba interpretatur, id eſt recōciliabatur. Donatus autem enarrans illum locum in Andria:

*Matrimonium per coemptionem. Conueniri in manū. Seruij locus emendatus. Iuriſc. loci emendati.*

*Hanc mihi in manum dat, &c.*

ita ſcribit, Confirmatæ ſunt legitimæ nuptiæ per in manum coemptionem.

6 ¶ Verùm ut reuertamur, huius etiam rei meminit, & iiſdem fermè uerbis Boethius in 2. libr. Commentariorum in Topica Ciceronis, inquiens: Tribus modis vxor habebatur, vſu, farre, coemptione. Sed confarreatio ſolis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in ma num per coemptionem conuenerant, hæ matresfamilias vocabantur Quæ verò vſu, uel farre, minimè. Coemptio uerò certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe coemendo inuicem interrogabant: uir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe uellet? illa reſpondebat, uelle. Mulier, an ſibi paterfamilias uir eſſe uellet? Ille uelle reſpon debat. Itaq; mulier uiri conueniebat in manum: & uocabantur hæ nuptiæ per coemptionem: & erat materfamilias uiro, loco filiæ. Quam ſolennitatem in ſuis Inſtitutis Vlpianus expoſuit. Hæc Seuerinus. Sed illum Vlpiani locum arbitror fuiſſe à Iuſtiniano, ut pleraq; alia, detractum. Cui adſtipulatus Arnobius libro aduerſus gentes 4. Vxores (inquit) Dij habent, atque in coniugalia fœdera ueniunt conditionibus antè quæſitis ? vſu, farre coemptione, genialis lectuli ſacramenta condicunt? Sed & ipſemet Seruius interpretans eum locum Virgilij lib. 11. Æneidos:

*Vxor trib. modis habebatur vſu, farre, coemptione*

*Materfamilias, quæ diceba tur.*

*Seruij alius locus emēdatus.*

*Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres*
*Optauere nurum.*

Tradit matres familias eas dici, quæ in matrimonium (lege manum, ut ſuprà diximus) conueniebant per coemptionem.



emptionem. Nam per quandam (inquit) ſolennitatem in familiam migrant mariti. Hunc quoque morem; coemptionis, per quam materfamil. dicebatur, tetigit Cicero in Topicis, cùm ſcribit: Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ea vxor materfamilias eſſet: ſi ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. Genus eſt enim vxor: eius duæ formæ, vna matrum familias: hæ ſunt quæ in manum conuenerunt. Altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Quem locum Boethius interpretās ea ſcribit, quæ ex eo ſupra diximus. Sed & idem Tul. in Oratione pro L. Muræna, meminit huiuſmodi coemptionem, quæ in matrimonio fieri ſolebant, abundantiuſque in Oratione pro L. Flacco. Quintillianus item primum locum Ciceronis imitatus, lib. 5. Orat. inſtitut. titulo de argumentis, At ſi quis (ait) cùm legatum ſit ei, quæ viro materfamilias eſſet, neget deberi, ei quæ in manum non conuenerit, ſpecie, quoniam duæ formæ ſunt matrimoniorum.

7 ¶ Et hinc ſæpe materſamilias ſimpliciter pro vxore accipitur. Terentius in Adelphis:

*Materfa. pro vxore.*

*—Pro dium fidem,*
*Meretrix, & materfamilias erit una in domo.*

Liuius lib. 4. Belli Macedonici: Et cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtrangula vti, matremfamilias tuam habere amiculum purpureum non ſines? Et lib. 9. eiuſdem belli: Hunc iuſta matrefamilias, illum pellice ortum. Et ita quoque nonnunquam ponitur in noſtris legibus, vt in l. 1. in princ. ff. de concu. & in l. qui domum. ff. de adulte. & in l. eum qui. C. eodem titulo, & in l. ea quæ. C. de don. ante nupt. Et de vidua quoque dicitur, tamquam ſcilicet nomen poſt viri mortem retineat, in l. mater. ff. de adult. Quanquam ſcio matremfamilias aliter accipi à noſtris Iuriſconſultis, & alijs, vt videre licet ex lege pronuntiatum. §. matremfam. ff. de verbor. ſignificat. & l. deinde. ff. de liber. exhib. & ex Gellio, cùm deſcribit differentiam matronæ, & matriſfamil. libro 18. c. 7. Sed, vt redeamus, Seruius enarrans eum locum Virgilij lib. 7. Æneid.

*—Externusq; in regnum quæritur hæres.*

De iure traxit, vt non generum, ſed hæredem diceret. Nam per coemptionem facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebant.

8 ¶ Ad illum autem morem coemptionis in matrimonijs, alludit, vt opinor, D. Gregorius Nazianzenus in carmine virginitatis:

*Iterum de coemptio. in matrimon.*

Ὤνια δ' ἀμαρτι πόσις, καὶ τοῦγε χέρειον,
Πολλάκις οὐδ' ἀγαθὸς, καὶ ὤνιος ξυνὶς ἀκοίτη,
Πολλάκι καὶ συγερὴ, τυκτὸν κακὸν, οὐδ' ἀπόπεμπτον.

Id eſt, ad verbum:

*Venalis eſt uxori maritus, & (quod hoc eſt deterius)*
*Sępenumero neque bonus: & venalis uxor marito,*
*Sæpe & odioſa, fabricatum malum, neque reiectabile.*

Et Euripides Medeam in ſui nominis Tragœdia ita inducit loquentem,

Πάντων δ' ὅσ' ἐς ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει
Γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν,
Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην δὲ σώματος
Λαβεῖν.

*Omnium verò, quæ ſunt animata, & rationem habent,*
*Mulieres ſumus miſerrima planta:*
*Quas primum quidem oportet diuitiarum exceſſu*
*Maritum emere, dominumq; corporis*
*Accipere.*

Et Sophocles apud Stobęum, Sermone 66. inducens mulierem hæc dicentem:

Ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες,
Ὠθούμεθ' ἔξω, καὶ διεμπολούμεθα
Θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο,
Αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους.

*Vbi verò ad pubertatem hilares peruenimus,*
*Pellimur foras, atque diuendimur*

*Procul a Dijs patrijs, & parentibus,*
*Aliæ quidem peregriuis viris, aliæ barbaris.*

Quibus concinit, quod ſcribit Diuus Chryſoſtomus in Matthæum Hom. 74. Quis vxorem ducturus, quomodò puella educata ſit, inueſtigat? Nullus omnino. Sed pecunia ſtatim & poſſeſsionum magnitudo, & ſupellectiliū quæritur. Hæc, quaſi quicquam empturus eſſet, vel permutationem quandam facturus, diligentius perſcrutatur. At ideo συνάλλαγμα, Græcè, Latinè permutationem nuptias appellant. Audiui enim multos dicentes: Commutauit ille vel illa, id eſt, coniugio copulati ſunt. Ita dona Dei vituperant, cum quaſi vendentes & ementes vxores viri ducant, & viris nubant uxores. Hæc ille. Quæ (ut obiter dicam) potes addere ijs, quæ noſtri Iuriſcon. de eo verbo Græco ſcripſerunt in l. iuris gētiū. §. & ideò. ff. de pactis. & in l. Labeo. §. 1. ff. de uerb. ſigni. & quæ in illis locis ſcripta ſunt, ſcilicet in priore à Franciſco Duareno, & in poſteriore ab Alciato: rurſumq; ab eodem in rubrica. C. de pactis. & in l. cum mota. C. de tranſactione.

*συνάλλαγμα.*

¶ Sed & huiuſmodi emptio apud alios in uſu fuit. Aſſyrij (ut tradit Ælianus, lib. 4. de Varia hiſtoria) puellas nubiles in forum ducebant, uiriſque in matrimoniū uēdebāt. quod & ſcribit Nicolaus in lib. περὶ ἐθῶν, apud Stobæum. Sermone 42. ubi id eos facere prodit, ut paulò pòſt dicemus de Thracibus. Idem Babylonij, quòd ipſi Aſſyrij ſunt, obſeruabāt, ut autor eſt parens hiſtoriæ Herod. libro primo. Thraces etiam (vt idem recenſet in Terpſichore, ſtatim circa initia) uxores magno ære à parentibus coemebāt. Quam rem paulo apertius deſcribens Solinus cap. 15. Nupturæ (inquit) non parentum arbitratu tranſeunt ad maritos: ſed quæ præ cæteris ſpecie ualent, ſubhaſtari uolunt, & licentia taxationis admiſſa non moribus nubunt, ſed præmijs. Quas formæ premit dedecus, dotibus emunt, quibus coniungantur. Sed & de iiſdem loquens Pomponius Mela, lib. 2. Nupturæ (inquit) uirgines non à parentibus uiris tradun tur, ſed publicè aut locantur ducendæ aut ueneunt: utrū fiat, ex ſpecie & moribus cauſa eſt. Probę formoſæq; in pretio ſunt: cęteras qui habeant, mercede quęruntur. Indi quoque multas uxores accipiebant pari boum emptas, ut prodidit Gnoſsius Strabo lib. Geographię 15. Gręci quoq; priſcis temporibus uxores ſibi inuicē emebant, ut ab Ariſtotele ſcriptum eſt lib. Politicon 2. ca. 6. & alij item. Nam Homerus li. Iliados 11. tradit, Iphidamantem Antenoris filium centum bobus datis, uxorem à ſocero ſuo accepiſſe ijs uerſibus.

*9 Aſſyrij vendunt nubiles in matrimo.*

*Babylonij.*

*Thraces.*

*Inde pari boum vxores emebant. Græci.*

*Iphidamas vxorem centum bobus emit.*

Οἰκτρὸς ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου ἀστοῖσιν ἀρήγων,
Κουριδίης, ἧς οὔτι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκε·
Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν.

Sauromatæ quoque inter pocula filias ſuas maritis uendebant, vt tradit Zenodotus in prouerbio Νόμος καὶ χώρα. Hi ſunt quos Latini Sarmatas vocāt, vt ſcribit Pli. lib. 4. cap. 12. Quin hodie fertur Arabibus & Saracenis morem eſſe emendi vxores, æs pro arrhabone tribuentib. vt à Raphaele Volaterrano relatum eſt lib. 3. cap. 34. Sed & noſtris legib. ſæpe legimus maritum eſſe velut empto rem, vt latè docuimus in tractatu Retractuum, tit. 2. in fin. num. 69. incip. item emptor.

*Sauromatæ.*

*Arabes. Saraceni.*

¶ Finem huic rei faciam: ſed primùm mulieres quoque moneo, illud ſibi non abſimili ratione obſeruandum, quod de viris diximus. Scribit Strabo in eo ipſo lib. 15. ex autoritate Ariſtobuli, apud Taxilos Indiæ populos illud obſeruari ſolitum, vt qui filias præ inopia locare non poſsint, in ipſo ætatis flore in forum perducant cum tuba & claſsicis. Tum multitudine conuocata, puella primum poſt ita humero detegit tenus: poſtea verò antica. Quæ placita fuerit, & approbata, quibuſcunque videtur, nubit. Plato lib. 6 de legibus, vt nemo in capeſſendis matrimonijs decipiatur, ſed ſub-

*Nuptura viros futuros vitiū corporis ne celato. Taxili nupturas cū ſpeciem nudant.*

lata ignorantia quiſque agnoſcat, cui collocet, & quam a quibus ducat, huius rei gratia ludos, choroſque puellorum, & puellarum ſimul fieri iuſsit, nudatis corporibus, quatenus modeſtus pudor patitur, vt cum rōne in ætate conuenienti conſpiciant alterutrum, atque conſpiciantur. Quod & ferè repetit in li. 8. Moſchouitæ autē ſolent cum de vxore ducenda deliberant, omnium toto regno puellarum virginum delectum habere, ac forma, virtuteque animi præſtantiores ad ſe perduci iubere: quas demū per idoneos homines, fideleſq; matronas inſpiciunt ita diligenter, vt ſecretiora quoq; ab eis contrectari explorariq; fas ſit. Ex ijs verò magna, atq; ſolicita parētum expectatione, quę ad principis animum reſpōdeat, regijs nuptijs digna pronuntiatur. Cæteræ verò, quæ de formæ pudicitiæq;, & morum dignitate contenderant, ſæpe eadem die in gratiam principum proceribus, atq; militibus nubunt, ſic vt mediocri loco natæ plerunq;, dum principes regię ſtirpis clara ſtemmata contemnunt, ad ſummū regalis thori faſtidium pulchritudinis auſpicijs euehantur, vt retulit Paulus Iouius in lib. de legatione Moſchouitarum, vbi etiam tradit Turcas Othomanos idē facere ſolitos. Sed & legimus, olim in templum Fortunæ uirilis uentitare mulieres ſolitas, quæ nuptui dabantur: & corpore nudato, num quo vitio, aut labe eſſent affectæ, explorari ſolere.

*Moſchouitarū mos i ducendis vxoribus. Et Turcarum.*

*Fortunæ virilis in tēplo fœminæ nuptura nudabantur.*

11 ¶Sed id tamen nolim ſuadere mulierib. vt ſe videlicet viris denudent: quoniam vt apud Herodotum lib. 1. Muſarum ait Gyges Daſcilli filius, ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Ideſt, Mulier exuta tunica, pariter & verecundiam exuit. Quam ſententiā probat D. Hier. in Iouin. li. 1. & Plutar. in li. de auditoris officio, ad prin. tametſi eam arguit, ſed aliò reſpiciens, idem Plutar. in pręceptis connubialib. c. 9. At hanc ipſam Gygis, & Candaulis hiſtoriam referens Tzetzes hiſtor. chiliade 1. c. 3. ſic facit vxorem Candaulis, quam marit' Gygi nudam oſtenderat, loquentem:

*Mulier cū tunica verecūdiam exuit.*

Γυμνὴ δυοῖν ἀνδράσι γυνὴ ἐ στέγω θεαθῆναι.

*Nuda a duobus viris conſpici non ſuſtineo.*

Illi autem Herodoti ſententiæ adſtipulatur Clemens Alexandrinus lib. Pædagog. 2. c. 9. & iterum li. eiuſdem operis 3. c. 5. Ex his concinens D. Cyprianus in lib. de habitu virginum. Simul (inquit) cum amictu veſtis, honor corporis, & pudor ponitur. Ideo nec ipſe alibi in eod. li. ius facit virginib. ne in balneis quidē ſeſe nudandi. Quo nomine Græci ſcriptores, & in his Theodoritus in lib. de virtute actiua, laudant Lyſidicē, quæ præ inſigni quadam pudicitia, ne tunc quidem, cum lauaretur, ſubuculam exueret. Philetæram autem, cum in labrum balneare deſcenderet, quantum corporis aquæ immergeretur, tantum ab inferiori parte ſenſim detegeret, ſubucula paulatim ad ſuperiora ſubducta: cumq; aquis lota emergeret, eadem ratione ſuperiora corporis amictu obtegeret. Quin & Heſiodus grauis autor, ne nocte quidē ſinit intimas tunicas ponere, quatenus noctes etiam Deorū immortalium ſunt. Hoc. n. eſt carmen illius libro 2. Operum, & dierum:

*Lyſidice, nec cū lauaretur tunicā ponebat. Mulieri ne noctu quidē tunicas ponendas.*

Μηδ' ἀπογυμνωθεὶς, μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.

Ex noſtris Bal. in l. interpoſitas, colū. 2. uerſ. quandoque quis uult reſcindere per officium. C. de tranſ. ſcribit, metum uerecundiæ ſatis eſſe ad reſcindendum contractū, licet non contineat metum mortis, uel corporis cruciatus: vt ſi quis (inquit) denudet mulierem, mineturq; eam ſe extra domum nudam deducturam.

12 ¶Quin & nuditas ipſa mulierum viros, ſi quicquam aliud, ad libidinem miris modis accendit, ſicuti aperte oſtendunt verſus illi Propertiani lib. 2. eleg. 16. qua ſuas voluptates narrat:

*Nuditas fœminarū viros in libidinē accendit.*

*Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacæna.*
*Cum Menelaeo ſurgeret è thalamo.*
*Nudus, & Endymion Phœbi cepiſſe ſororem*
*Dicitur, & nudæ concubuiſſe Deæ.*

Et alibi lib. 4.

*Cantabant ſurdo, nudabant pectora cæco.*
*Lanuuij ad portas hei mihi, ſolus eram.*

Quibus, vt annotat Cælius lib. 4. c. 7. poſtremæ editionis, ſignificat Poeta, ſe inter ſublandientes meretriculas ita iacuiſſe, vt venerē obire nunquam valuerit, quamuis illæ quidem cantillarent, quamuis ad prolectandam concubitus appetentiam, & libidinis pruritum, pectora papillaſq; denudarent, quamuis & ipſe inſcēderet, atque etiam mutonem ac teſticulos (qui & ab eruditis Lanuuij quoque dicuntur) fœmineis genitalibus admoueret, quæ Poeta feſtiuè Portas appellat: nihilominus potuiſſe nihil, & iacuiſſe, perinde ac ſolum. Quem tamen locum Beroaldus interpres alioqui eruditiſsimus intelligere non potuit. Tu tamen ſuper ea verba Lanuuij vide Ciceronem Epiſto. famil. lib. 9. epiſt. 22. In hanc autem ſententiam Ambroſius lib. 3. de virginibus loquens de Herodiade: An quicquam eſt (inquit) tam pronum ad libidines, quàm inconditis motibus ea quæ vel natura abſcondit, vel diſciplina velauit, membrorum operta nudare?

*Lanuuij qui. Portæ pro muliebri pudendo.*

¶ Sed vt ad inſtitutum negotium veniamus, nuditas quidem mulierum adeo libidinem irritat, vt reiectis, contemptiſque naturæ iuriſque legibus, nulla generis affinitatiſque ratione habita, ad infandam inconceſſamq; vndequaque Venerem aliquando impulerit, ſi verum eſt, quod Ælius Spartianus grauis hiſtoricus retulit: ꝙ cùm Iulia Antonini Caracallæ Imperatoris Romani nouerca, mulier forma elegāti & egregia, ſe maxima parte corporis coram Antonino ipſo, quaſi per negligentiam nudaſſet, eaque nuda conſpecta, dixiſſet Antoninus libidine exæſtuans, Vellem, ſi liceret: reſpondiſſe fertur, Si libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, & non accipere? Quo audito Antoninus ad obeūdum ſcelus audacior factus, nouercam vxorem duxit. Cuius etiā rei nonnihil meminit Bald. noſter in capit. 1. colum. vlt. de conſtitut. Et id quidem ſatis oſtendit, veriſsimum eſſe illum Mimum Publij Syri apud Aulum Gellium lib. 17. cap. 14. & Macrobium libro Satu. 2. cap. 7. Cui plus licet, quàm par eſt, plus vult, quàm licet.

*13 Decadēre.*

*Antonin' Caracalla.*

*Vellem ſi liceret. Imperator leges dat, nō accipit.*

¶ Sed quoniam fortaſſe id non mirum videbitur in viro ſuapte natura impatientis (vt de illo ſcribit Eutropius) libidinis, quid dicemus de Dauide, viro per omnia integerrimo, & de quo dixiſſe Deus legitur, Inueni virū ſecundum cor meum? Nonne cum Berſabeam nudam ſeſe lauantem fortè fortuna conſpexiſſet, in eam, tam deperditè exarſit, vt adulterium cum ea primùm, deinde & homicidium in eius virum perpetrarit? ut ſacræ docent literæ, 2. Reg. 11. De qua re loquēs D. Auguſtinus in lib. de honeſtate mulierum. Dauid (inquit) ille ſanctiſsimus mille paſsionibus preſſus, vidit mulierem nudam, & adamauit eam, & ſtatim homicidium ſimul fecit, & adulterium. Nota eſt ex Plutar. in Amatorijs narrationibus, hiſtoria Ariſtocleæ formoſiſsimæ puellæ, quæ Ioui ſacrificium factura, nuda eſt a Stratone viſa, qui in eā, magno vtriuſq; malo, exarſit. Nam cum item illa a Calliſthene amaretur, nuptiarū die amantium manib. eſt diſcerpta. Strato autem in omnium conſpectu, ſupra ipſam virginem ferro ſe iugulauit. Et in hanc ſane ſententiā uerſus eſt ex Poeta quopiam, ab eodem Plutar. relatus in libro, cui titulus eſt, quatenus legendi ſint Poetæ:

*14 Dauid in Berſabeā nudā exarſit.*

*Ariſtoclea ab amatoribus diſcerpta.*

*Balnea calda Venus ſequitur, dum veſte renudat.*

¶ Quamobrem Veneri ipſi, atque libidini dediti, nuditate mulierum mire delectantur: nec illis ſatis nuda mulier videri poteſt. Notum eſt. n. illud laſciui Poetæ libro 11. Epigr.

*15 Libidinoſi nuditate mulierum gaudent.*

*At mihi nuda ſatis nulla puella patet.*

Propertius, & ipſe vates Cupidineus, meram ſe nuditatem expetere palàm oſtendit, cum ita Cynthiæ veluti minaretur lib. 2.





*Quòd ſi pertendens animo veſtita cubaris,*
*Sciſſa veſte meas experiere manus.*

Et alibi de eadem loquens eo. lib. 2.

*Mane erat, & volui, num ſola quieſceret illa,*
*Viſere: at in lecto Cynthia ſola fuit.*
*Obſtupui, non illa mihi formoſior vnquam*
*Viſa, neque oſtrina cum fuit in tunica.*

Et Ouid. li. 3. de arte amandi.

*Pars humeri tamen ima tui, pars ſumma lacerti*
*Nuda ſit a læua conſpicienda manu.*

Secundum quam ſententiam Plautus Poeta Comicus, idemq; laſciuus, ita ſcribit in Moſtellaria:

*Pulchra mulier nuda erit, quàm purpurata, pulchrior.*

Apud Danielē, c. 13. ſenes illi amatores iuſſerunt Suſannam nudari, vt vel ſic eius decore ſatiarentur.

16 ¶Hinc forte a Poetis Amor nudus depingitur, quòd videlicet nuditate admodum delectetur, & gaudeat. Marullus Tarchoniata, qui Amorem ipſum graphicè, ac luculenter deſcripſit:

*Cupido nudus.*

*Cur ſine veſte Deus? ſimplex puer odit opertum.*

Ex quo & illud Proper. li. 1.

*Nudus amor formæ non amat artificem.*

Et primus omnium Moſchus in deſcriptione Amoris fugitiui:

γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δέ οἱ εὖ πεπύκασται. Ideſt,

*Nudum corpus habet: mentem fallacia velat.*

Memorat autem Pli. lib. 36. c. 5. ſimulacrum Cupidinis nudi in Pario Colonia Propontidis, opus eximium Praxitelis, Sed & eundem nudum depingit Philoſtratus in imaginibus. Quanquam aliò ea nuditas a pleriſq; refertur, vt videre licet apud Alexandrum Aphrodiſeum, aut quiſquis is fuit, lib. Probl. primo, c. 85.

17 ¶Hinc item ipſius mater Cupidinis Venus, ſcortorū præſes, & magiſtra, a ſtatuarijs, & ſculptoribus nuda depingitur, vt videlicet apud Lucianum in eo libro, cui titulus Ἔρωτες: & memorat etiam Theodoritus Cyrenenſis li. 3. eius diuini operis, cui titulum fecit, Θεραπευτικὴ μὲν τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων, tanquam ſi dicas, cura ſiue medela Gentilium affectionum. In qua re, vt ipſe dicit, illā proſtantibus in fornice meretricib. impudentiorem faciunt. Quis. n. vidit vnquam meretricem in foro ſtantem nudo corpore ſine palla, & zona? Et Arnobius aduerſus Gentes, Diſputationum lib. 6. cum ſcribit, Ad libidinē concitat Venus nuda. Et alibi in eo. lib. Venus nuda, & aperta depingitur, tanquam ſi illam dicas publicare, & diuendere meritorij corporis formam. Idq; etiam videre licet ex Venere Cnidia Lactantij in Amoribus, & Auſonij. Inter cæteros autem Apelles pinxit Venerem nudā e mari exeuntem, quæ ob id Anadyomene, hoc eſt, emergens è mari dicta eſt: quo opere nihil abſolutius fuit. Id autem ſumpſere pictores a Poetis, qui & illā ſæpiſsimè nudam faciunt. Aut (quod tradit Fulgentius li. 2. Mythologicōn) quòd nudos aſſectatores ſuos dimittat: aut ꝙ libidinis crimen nunquam ita ſit celatum, quin tandē prodatur: aut quòd nudis maximè conueniat: aut (quod iam diximus) nuditas ad libidinem prouocet. Hinc illud Ou. in epiſt. Didus ad Æneam:

*Venus nuda.*

*——Quia mater Amorum*
*Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.*

Et lib. 1. Amor. Eleg. 14.

*Illis contulerim, quas quondam nuda Dione*
*Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.*

Et lib. 3. de arte amandi.

*Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.*

Illudq; Mart. li. 8. Epigr. in prin. ad librum ſuum:

*Nuda recede Venus, non eſt tuus iſte libellus.*

Et illud quoq; Apuleij Aſini aurei lib. x. Qualis fuit Venus, cum fuit virgo, nudo, & intecto corpore.

18 ¶Sed & Priapus quoq;, alter libidinis Deus, & quo mēbri pudendi magnitudo repręſentatur, nudus a Poetis ipſis effingitur. Tib. li. 1. Eleg. 4. ad ipſum Priapum:

*Priapus nudus.*

*Nudus & hyberne producis tempora brume,*
*Nudus, & æſtiui tempora ſicca Canis.*

Item Virg. aut quiſquis is fuit, in Priapeijs:

*Taliacunque puer, dominus florentis agelli,*
*Impoſuit menſæ, nude Priape tuæ.*

¶At verò quantum è diuerſo ipſa fœminarum nuditio, uel quantalacunq; pudicorum proborumq; virorū animos exaſperet, aperte docet illud Ezechi. 16. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: nuda eras, & confuſione plena. Et Eſa. 20. Nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus, ad ignominiam Ægyp. & c. 47. Nuda turpitudinem tuam, & diſcooperi humerum, releua crura, &c. Et Threnorum Hier. 4. Sed & Lamiæ nudauerunt mammam. Rurſumq;: Inebriaberis, atq; nudaberis. Et D. ille Hier. caſtorum ſane caſtiſsimus, ſcribēs ad Demetriadem de virginitate ſeruanda: illa, ait, tibi ſit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter ſocias, quę ſe neſcit eſſe pulchram, quæ negligit formæ bonum, & procedēs ad publicum, non pectus, non colla denudat, nec pallio reuoluto ceruices aperit: ſed quę celat faciem, & vix vno oculo, qui viæ eſt neceſſarius, patente ingreditur. Propterea etiam eo nomine laudantur a plurimis virgines Patauinæ, quoniam non niſi operta facie prodeunt in publicum. Nam & earundem ſeueritas pudicitiaq; multis celebrantur. Ex quo illud Mart. li. 11.

*19 Nuditas membrorū muliebriū ſacris literis exoſa.*

*Patauinæ virgines operta facie in publicū prodeunt.*

*Tu quoque nequitias noſtri luſuſq; libelli*
*Vda puella leges ſis Patauina licet.*

Illudque Plinij Cæcilij ad Iunium Mauricum, li. epiſt. 1. Habeat auiam maternam Serranam Proculam, e municipio Patauino: noſti loci mores: Serrana tamen Patauinis quoque ſeueritatis exemptum eſt. Ludātur, & Chalcedoniæ mulieres, quæ ſi in alienos viros, & magiſtratus potiſsimum inciderent, dimidium faciei retegerēt. Quæ a uiduis coorta conſuetudo, in eas prorepſit, quæ & maritos haberent. Quod retulit Plutarchus in problematis c. 162. Qui mos multum placuit Ang. Are. qui in §. 1. colum. 1. Inſt. de pat. pot. ſcribit, mulieres debere incedere facie ſemioperta: quod temporibus (ait) noſtris non obſeruant mulieres.

*Chalcedoniæ dimidium faciei retegentes.*

¶Perſarum uerò legibus ſancitum legimus apud Ioſeph. li. 11. Antiquitatum, c. 9. ne mulieres extraneis viris inſpiciendas ſe præberent. Apud Spartanos autem diu obſeruatum legimus, vt aperta facie virgo, nupta verò conuelata in publico viſeretur. Cuius etiam rationē reddebat Charilus, ſiue Charilaus (vtrumque autē legitur)

*20 Perſarum lex de ea re. Spartanorum in ea dē re mos.*

ὅτι τὰς μὲν κόρας ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας. Ideſt, quoniam virginibus viros ſibi quærere neceſſarium ſit; mulieribus autem quos compararint, cuſtodire. Autor Plutar. in Apophthegmatis Laconicis. Corinthij autem ſuas quoq; virgines velabant, ut retulit Tertull. in lib. de virginibus velandis. Quo etiam loco tradit, Arabiæ fœminas non caput tantum, ſed faciē quoque ita totam tegere, vt vno oculo libero contentæ ſint dimidiam (vt ipſe loquitur) frui lucem. Homerus lib. 18 Odyſſeæ, ſcribit Penelopen, cum è gynæceo deſcenderet in eum locum, vbi proci degebant, genas ſubtilib. velis texiſſe, ita ſcilicet vt cæteros aſpicere, ab illis autē aſpici non poſſet.

*Corinthiorum quoq; Arabūq;*

*Penelope teſtis genis ē gynæceo deſcendit.*

Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.

Quod & hodie fieri uidemus a magnatum vxoribus, cū in vijs publicis incedunt.

21 ¶Cornelius Tacitus de Poppea, alioquin impudica, loquens, libro 13. Rarus (inquit) in publicum egreſſus, idque velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum, vel quia ſic decebat. Nam apud Romanos C. Sulpitius Gallus vxorem dimiſit, quòd eam capite aperto foris verſatam cognouerat. Lex enim (inquit) tibi meos tantum præfiniuit oculos, quibus formam tuam approbes, & placere deſideres. His decoris inſtrumenta compara, his

*Poppea uelata facie incedebat Romanorum mos.*

eſto ſpecioſa, horum te certiori crede notitiæ: ulteriori tui cōſpectus ſuperuacua irritatione accerſitus in ſuſpitione, & crimine hæreat, neceſſe eſt. Autor Valerius lib. 6.c.3. Diuus item Hieronymus (vt ad illum rurſus redeamus) in libello de ſuſpecto contubernio, Palliolum, inquit, interdum cadit, vt candidos nudet humeros, & quaſi videri noluerit, celat feſtina, quod volens detexerat. Idem ad Lætam de inſtitutione filię, ita de nuditate virginum loquitur, vt nec ipſæ ſe nudas conſpicere debeāt, Mihi (inquit) omnino in adulta virgine lauacra diſplicēt quæ ſeipſam debet erubeſcere. & nudam videre nō poſſe. Theano veſtem aliquando induens, brachium forte nudauit: & cum quidam dixiſſet, ò pulchrum cubitum, At non publicum, inquit. Autor Clemens Alexand. li. 4. Stromaton: & ante illum Plutarchus in præceptis cōnubialibus, c. 32. vbi hinc ſubdit, pudicæ mulieris ne cubitum quidem nudari oportere.

*In fœminas, quæ humeros, detegunt. Virgo ne ſe nudam conſpiciat*

*Theano.*

22 ¶ Legimus Diuum Barnabam, cum alicubi vidiſſet fœminas nudas cum viris ludere, ita eam rem exhorruiſſe, vt illis diras imprecatus ſit: vnde & ſecuta eſt confeſtim templi ruina, quæ multos oppreſſit. Sed & in ſacris literis, Gen. 24. c. ad fi. Rebecca cum vidiſſet Iſaac, in occurſum eius per agros venientem, pallio ſe confeſtim operuit. Ioannes Damaſcenus in lib. Hæreſeon, Adamianos commemorat ab Adamo neſcio quo dictos, qui nudi tam mares, quàm fœminæ, in vnum locum conueniebant, in eoq́; lectionem, & precum officia, & quæuis alia ſacra perficiebant. Simulatam verò ſolitudinem, & caſtitatem, factasq́ue nuptias probabant: ſuamq́; eccleſiam Paradiſum eſſe dicebant. Idem quoq́; propemodū de ijſdem refert Epiphanius Palæſtinus Eleuteropolites, aduerſus hæreſes lib. 2. tom. 1. c. 52. D. Ambroſius li. epiſt. 8. epiſt. 64. mirum in modum increpat Sinagrium Veronenſem epiſcopum, qui virginis accuſatæ ſtupri ſecreta genitalia inſpici iuſſerat, ad deprehendenda libidinis veſtigia: quamquam leges Pontificiæ id nulla ratione permittunt. Cæterum hanc mulierum nuditatem tribus potisſimum rationibus damnat Anto. Flo. in ſecunda parte, titu. quinto, c. 1. in quarto gradu, ubi qui uolet, poterit legere.

*Tēpli ruina ex nuditatem mulierum. Rebecca occurrens Iſaac, pallio ſe operuit. Adamianorū hæreſis. Genitalia muliebria non inſpicēda ad conuincendum ſtuprum.*

23 ¶ Non abs re igitur antiquæ leges marem tantum inſpici nudum iuſſerunt, ut proinde cognoſceretur, pubeſne eſſet, an impubes: fœminas verò nudas ob id conſpici non patiebantur, impudicum illud atque indecorum iudicantes, ut ex tex. in l. ult. C. quando curat. uel tut. eſſe deſin. & in §. 1. Inſtitu. quib. mod. tut. fi. Cui non omnino diſſimile eſt, quod & Plato ſanxit lib. de legibus undecimo. Conuenientiam (ait) ætatis ad nuptias, & cōtra, iudex nudos omnino mares, nudas tantum ad pubem vſque fœminas conſpiciens, iudicet. Sed vt ad noſtras leges reuertamur, ſane ſi fœminas aliquando nudas cōſpici oportet, leges ipſæ & Canones a mulieribus, & ipſis honeſtis, & probatæ fidei, inſpici eas voluerunt, non a viris. l. 1. in prin. & per totam formę legem. ff. de uentre inſpi. & in c. propoſuiſti. & c. cauſam matrimonij. de prob. & in c. fraternitatis, & in c. vlt. extra de frig. & malefi. & facit text. in cap. nec alia. ibi, manus obſtetricum, 27. q. 1. Idque natura homines docuit, quę uel in cadauerib. mortuorum, pudenda mulierum magis, quàm uirorum, uelutí de induſtria obtegit: virorum enim cadauera ſupina fluitare inſpiciuntur, fœminarum prona, veluti pudori defunctarum parcente natura, quod obſeruauit Plinius libro ſeptimo, capit. 17. & Solinus, cap. 5. in fi. Quamquā huius rei alia quoque, eaque naturalis, ratio reddi poteſt, quòd ſcilicet mulierum antica ſint poſticis longe ponderoſiora. reſpectu uteri, & mammarum: & contra in maribus.

*Fœminas non nudādas ad deprehendēdā pubertatem. Platō. lex de ea re. Fœminas nō niſi fœminis nudandas, cū neceſſe eſt.*

*Cadauera mulierū prona, virorū ſupina fluitare.*

24 ¶ Denique legimus, Deas caſtitatis præſides, ægerrime tuliſſe, ſi quando eas nudas a uiris, etiam imprudentibus, inſpici contigerit: neque id impunitum reliquiſſe. Nam cum ſe Pallas aliquando, & Chariclo in Heliconia Hippocrene nudæ per æſtum lauarent, ac tū fortuitò Tireſias venator ad eum fontem ſitiens acceſſiſſet, Palladem imprudens nudam conſpicatus, ſtatim oculis captus eſt, vt pulchrè deſcripſit Callimachus in eo Hymno, cui titulum fecit, εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος, ideſt, in lauacra Palladis: & Nonnus, & Propertius, quibus locis ſtatim citabimus. Et Apollodorus lib. Bibliotheces, ſiue de Dijs 3. Quanquam alij aliò referunt cæcitatem illam Tireſiæ, vt nos quoque dicemus in nona lege connubiali, nu. 115. in c. nec mirum, Actæon quoque, cum etiā inter venandum forte fortuna Dianam in fonte nudā cōſpexiſſet, eiuſdem indignatione in ceruum commutatus eſt, & a ſuis canibus diſcerptus: vt late recenſuit Ouid. libro tertio Metamorpho. Et tranſeunter li. 2. Triſtium, vbi ita ſcribit:

*Deas caſtas nudas ſe conſpici, moleſte ferre.*

*Tireſias oculis captus, quòd Palladē nudā conſpexiſſet. Actæon in ceruū mutatus, quū Dianā nudam vidiſſet.*

*Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam:*
*Præda ſuis canibus non minus ille fuit.*

Silius lib. 12. Pauſanias lib. 9. Claudianus in Rufinū, Arnobius aduerſus gentes li. 3. & ante hos Callimachus, vbi ſupra. Et Apollodorus in eo. li. 3. Bibliotheces. Nonnus autem Poeta Græcus lib. Dionyſiacon quinto, facit Actæonem hæc exclamantem:

Ὄλβιε Τειρεσία σὺ μὲν ἔδρακες ἐκτὸς ὀλέθρου
Γυμνὸν ἀναινομένης οἰκτίρμονος εἶδος Ἀθήνης
Ζωεὶς σῶν βλεφάρων ὀλέσας φάος. ἡμετέρων δὲ
Ὀφθαλμῶν ἀμάρυγμα νόῳ μετέθηκεν Ἀθήνη.

Quorum hic ſenſus eſt prope ad verbum;

*Felix Tireſia, tu quidem vidiſti citra perniciem*
*Nudam inuitæ miſericordis formam Palladis.*
*Viuis tuorum oculorum perdito lumine: noſtrorum autē*
*Oculorum ſplendorem cum mente commutauit Pallas.*

Ex quibus, & illud Propertij li. 4.

*Parce oculis hoſpes, lucoq́; abſcede verendo:*
*Cede, agedum, & tuta lumina linque fuga.*
*Interdicta uiris metuenda lege piatur,*
*Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.*
*Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates,*
*Fortia dum poſita Gorgone membra lauat.*

Et cætera quę ſequuntur. Quanquam aliæ cauſæ calamitatis Actæonis afferantur a Diodoro li. 5. c. 14. & a Pauſania li. 9. & a Fulgentio ex Anaximene.

25 ¶ Tradit, & Lactan. li. 2. qui de origine erroris inſcribitur, c. 17. Iunonem nudatam in ſacrilegos ſeſe vindicaſſe. Apud Hom. li. 5. Odiſſeæ, Leucothea Dea marina, cū Vlysſi naufrago vittas immortales dediſſet, quib. ſub pectore extenſis nataret, iuſſit eum, cum terram attigiſſet, eaſdem iacere in pontum, ſubiunxitq́;:

*Iunonudatam ſe vīdicauit Leucothea nudā ſe videri noluit.*

Αὐτὸς δ᾽ ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι. Ideſt:

*Ipſe autem ſeorſim te verte.*

Ne videlicet ipſe eam nudam a tergo inſpiceret.

Et hinc quoq́; illud Virgilianum in Pharmaceutria:

*Transq́; caput iace, ne reſpexeris.*

Quem locum enarrans Seruius, Nolunt. n. ait, ſe videri numina. quod & idem ipſum tradit ipſe Seru. li. 4. Ænei. eum locum enarrans. Vnde & illud Ioannis Secundi de Cnidia Venere:

*Numina videri nolunt*

*Non te Praxiteles vidit Dea magna, nec eſt fas*
*Cernere conſpicuas, & ſine veſte deas.*

Feſtus autem Pompeius li. 10. vbi de Lymphis loquitur vulgo memoriæ proditum eſſe quicunque ſpeciem quādam è fronte, ideſt, effigiem Nymphæ viderint, furendi finem non feciſſe: quos Græci Νυμφολήπτους vocant. Latini vero Lymphatos:

*Huic ſe forma dei vultu redeuntis eodem*
*Obtulit.——*

26 ¶ Porrò aliò ſpectat, quòd priſci illi Gratias nudas pingebant, vt Hora. li. 3. Car. Ode. 19.

*Gratiæ nudæ.*

*——Tres prohibet ſupra*
*Rixarum metuens tangere Gratia*

Nudis



*Nudis iuncta ſororibus.*

Et iterum lib. 4. Ode. 7.

*Gratia cum nymphis geminisq́ue ſororibus audet*
*Ducere nuda choros.*

Ex quo vetus illud adagium, αἱ χάριτες γυμναί, ne ſcilicet quid inter amicos fictum, fucatum, tectum, verum nuda ſimpliciaq́; ſint omnia, quemadmodum Gratiæ ſunt ſine dolo, ſine fraude, ſine aliquo velamine, vt tradit Acrō in locum illum priorem Horatij. Et ſine fuco, vt ſcribit Seru. lib. 1. Æneid. in eum locum:

*Prouerbiū*

*At memor ille matris Acidaliæ.*

Quanquam id aliò referat Fulgentius lib. 5. Mythologicarum, & Cornutus, aut (vt alij vocant) Phornutus in libro de nat. deo. Cæterum ne illud omittam, ſcribit Pauſanias in Bœoticis, antiquisſimos illos ſculptores, atque pictores, Gratias non nudas, ſed veſtibus indutas expreſſiſſe: idq́; probat multis antiquiſsimis earum ſtatuis, & picturis. Quo vero primum autore nudæ ſculptæ, aut depictæ fuerint, fatetur ſe ignorare. Scio autem illum alibi. ſ. in Eliacis, tradidiſſe ipſas Gratias Veneri potisſimū ex Dijs eſſe familiares: ideoq́; vnam illarum roſam tenere, alteram myrti ramum, quorum vtrumque Veneri ſacrū eſt: quod fortasſis artificibus anſam præbuit, ut nudas eas exprimerent.

27 ¶ Nec interim in hac tractatione nuditatis Dearum, illud omittendum ducimus, quòd Artemidorus Daldianus li. de ſomniorum interpretatione 2. c. 35. ſcriptū reliquit, ne in ſomnis quidem vlli conducere, Dianam, aut eius imaginem nudam conſpicere. Nec quod idem eodem lib. c. 42. tradit, Venerem in ſomnis viſam bonā iudicari, ſi infernas partes uſque ad zonam uelatā habeat: totam autem nudam ſolis meretricibus bonam eſſe, & quæſtus ſignificatiuam: ad reliqua autem confuſionem ſignificare. Id quod dicit a ſe obſeruatum fuiſſe.

*Dianā nudam uidere in ſōnis, quid ſignificet. Venerem item.*

28 ¶ Proinde non recte fortasſis pleriſque videbitur cōſuluiſſe, vir alioquin doctisſimus, autorq́ue grauisſimus Fran. Are. conſ. 142. ex facto proponitur, quòd illuſtris in tertio, & iterum in quarto dubio eiuſdem conſ. cum omnibus neruis contendit probare, Franciſcum Sfortiā ducem Mediolani iure petijſſe, vt Dorothea filia Ludouici Marchionis Mantuæ, Galeatio ipſius Ducis filio deſponſata, nuda a quibuſdam Medicis a ſe miſſis conſpiceretur, vt hinc detegeretur, ſi qua puellæ eſſet deformitas: contra Ludouicum hoc ipſum iniuria recuſaſſe, ſed tantum filiam obtuliſſe uidēdam, Cotta (ſic enim appellat) quam ad eam Galeatius ipſe miſerat, coopertam. Cuius tamen conſilium probat Philip. Dec. in d. ca. propoſuiſti. in 2. notab. An tamen bene uterque ſenſerit, aliorum ſit iudicium.

*Franc. Aret cōſ. expenſum.*

29 Ego vero ſcio, Platonem ab Euſebio lib. 3. de præpara. euang. c. 12. & Theodorito lib. de legibus, qui nonus eſt eorum, quos de curatione gentilium affectionum elegantisſime ſcripſit, alijsq́ue eccleſiaſticis ſcriptorib. fuiſſe reprehenſum, quod in libris de repub. atque de legib. iuſſerit mulieres non ſolum iuuenes, ſed etiam anus, in gymnaſiis nudas cum viris luctari, adoleſcentulas nudas curſu, & equis certare, & in ſolennitatibus eas quoq́; nudas cum nudis iuuenib. tripudijs ſalire, ſicut ſupra diximus. Quæ omnia hauſiſſe videtur Plato ex legibus, politicisq́ue conſtitutionibus Lycurgi Lacedæmonij, qui eadem ferme inſtituit, ut tradit Xenophon in Lacedæmoniorum repub. & commemorauit Proper. lib. Eleg. 3. illis verſibus:

*Plato reprehenſus de mulierum nuditate.*

*Lycurgus fœminas nudas exerceri iuſſit.*

*Multa tuæ Spartæ miramur, &c.*

Et pelignus vates, quo loco deſcribit raptā a Theſeo Helenam, in Epiſtola Paridis ad eandem Helenam:

*More tuæ gentis nitida tum nuda palæſtra*
*Ludis, & es nudis fœmina miſta viris.*

Et Plutarchus in vita ipſius Lycurgi, & in Apophthegmatis Laconicis, ubi & hoc Lycurgi inſtitutum a quibuſdā fuiſſe reprehenſum tradit. Ab hac autem mulierum Laconicarum nuditate, & quia etiam illis pinnæ virginalis tunicæ non erant conſutæ ab inferiori parte, ſed aperiebantur, ſimulq́ue totum femur, cum incederent, nudabatur, eas φαινομηρίδας appellabat Ibicus, a patentibus ſcilicet femoribus, uti etiam memorat Pollux li. 7. Onomaſtici, c. 13. & ἀνδρομανεῖς Euripides, quòd uiros ob id in libidinem furere facerent, vt & retulit Plutarchus in Lycurgi, ac Numæ Pompilij comparatione: ubi & citat Sophoclem hunc morem Laconicarum mulierum aperte deſcribentem;

*Lacænæ mulieres φαινομηρίδες dictæ, & ἀνδρομανεῖς.*

Καὶ τὰν νεορτὸν ἄσετ᾽ ἄστολος χιτὼν
Θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν πτύσσεται Ἑρμιόναν.

Cui addere potes, & illud Euripidis in Andromache:

Οὐδ᾽ ἂν εἰ βούλοιτό τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,
Αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους.
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
Δρόμους παλαίστρας τ᾽ οὐκ ἀνασχέτους ἐμοὶ
Κοινὰς ἔχουσι. κᾆτα θαυμάζειν χρεὼν
Εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε:

Ideſt, ad uerbum:

*Neque ſi velit quæpiam*
*Caſta eſſe, queat Spartana puella:*
*Quæ cum iuuenibus relinquentes domos,*
*Nudis femoribus, & tunicis diſſolutis,*
*Curſus palæſtrasq́ue non tolerabiles mihi*
*Communes habent: & tamen admirabile videtur,*
*Si non caſtas mulieres educatis?*

Huc quoque ſpectare videtur illud Martialis lib. primo Epigram. 135.

*——Aut libidinoſæ*
*Lędeas Lacedæmonis palæſtras.*

30 ¶ Et in hanc ſententiam D. Chryſoſtomus Homilia in Matthæum 6. multis inuehitur in mimos, aliosq́ue huiuſmodi ludos, atque ſpectacula, quibus producuntur mulieres nudæ, veluti maxima libidinis incitamenta: eoſq́ue mille mortibus dignos pronuntiat, qui hæc faciunt. Id quod dicit, quoniam apud Romanos nudæ in ſcenā prodibant: quod vel ex hoc intelliges, quod ſcribit Valerius Maximus lib. 2. c. 5. Catone (inquit) ludos Florales, quos Meſſius Ædilis faciebat, ſpectante, populus, vt mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum a quibuſdam cognouiſſet, diſceſſit a theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Ex quibus & illud quoque intelligis, id fuiſſe uiris ſanctis, & ſeueris non admodum honeſtum, & cæteris non impudendum etiamſi mos regionis id permittat. Vt non immerito male audiant quòd apud eos, more gentis, fœminæ ſaltatrices nudæ introducerentur, ut ſcribit Athenæus libro 13 capitulo 31.

*Nudæ fœminæ in ſcenā prodibant apud Rom.*

31 ¶ Tiberius Imperator Rom. uoluptatis libidinisq́ue aſſertor impudētisſimus, ob id a Suetonio taxatur, quod nudis aliquando puellis miniſtrantibus cœnauerit. Sed & Heliogabalus ille quoque Rom. Imperator, omnium (ut uerbis Apuleij utar) bipedum nequisſimus, ab Hiſtoricis inceſſitur, quòd fœminis nudis currum ſuum trahentibus, nudus & ipſe in publicum ſæpe prodierit, ut in eius vita Lampridius retulit. Clearchus quoque libr. vitarum 5. apud Athenæum libro 12. capitulo 25. Anaxarchum carpit, quòd ei nuda puella miniſtrabat. Timæus libro primo Hiſtoriarum, & Theopompus apud Athenæum libro 4. capitu. 16. tradidere, apud Tyrrhenos in conuiuijs, & epularum apparatibus, uirgines nudatis corporibus miniſtrare ſolitas conuiuis diſcumbētibus. Sed & eas pudore depoſito in gymnaſiis publicis, & palæſtris nudas exerceri ſolitas. Neque enim apud eos turpe ducebatur, nudas fœminas vulgo conſpici. Plutarchus in uita Antonij tradit, illum nudū in Lupercalib. curru per urbem fuiſſe uectum a matronis, & uirginib. omnia membra nudatis. Clearchus autem in 4. vi

*Tib. nudis puellis miniſtrātib. cœnabat. Heliogab. nudus nudis fœminis currū trahentib. incedebat Anaxarcho miniſtrabant nudæ puellæ. Tarentini fulmine icti, quod nudas fœminas libidini expoſ.*

tarum commentario, apud eundem Athenæum libr. 12. cap. 7. ſcribit, quòd cum Tarentini Carbynam Iapygũ vrbem vi expugnaſſent, illorum filias, quæ ad templa τῶν καρνιατῶν confugerant, ijſdem in locis, ſacratisque Deorum ædibus denudatas omnium libidini obnoxias, per totum diem expoſuerunt: quæ res adeò hominibus dijsque ingrata fuit, vt eos omnes, qui hoc facinus patrauerant, fulguribus ſtatim ac fulminibus obrutos fuiſſe conſtet. Illud quoque ab antiquis non ſine vituperio ſcriptum eſt, virgines in Peloponneſo diſcinctas, & abſque tunicis eſſe conſueuiſſe, tantùm pallio tectas, utrinq; feneſtrato: per quod patebant nuda corpora. Ex quo δοριάζειν, vice prouerbij dictum aduerſus eos, qui corpore parum decorè nudato incedebant: de quo per Eraſmum Chil. 5. Centu. 2. cap. 47.

*Peloponẽ. uirgines diſcincta pallio feneſtrato.*

32 ¶Nec intempeſtiuum erit hiſtoriam a Plutarcho in li. de claris mulierib. c. 2. relatam, hoc in loco depingere, ex qua agnoſces naturam pudorem etiam inſanis mulieribus ingenuiſſe, vt nuditatem maxime abhorreant. Nã ignota, vt ait, cauſa, quam alij ad aeris intemperantiam corruptionemque quandam, alij ad terrarum peſtilentẽ halitum referebant, Mileſiæ virgines ad inſaniam omnes conuerſæ in vehemens mentis deſiderium adeò cõpulſæ fuiſſe dicuntur, vt per omnes prope domos tota paſſim vrbe laqueo ſe ſuſpenderent: ad id enim maxime, & non aliud fere mortis genus eas impulſas. Luctuoſum igitur, & turpe pendentium virginum ſpectaculum Mileti quotidie cernebatur: cui peſti nullum penitus afferri efficax remedium poterat. Nec enim maiorum monita, nec parentum preces, & lachrymæ quicquam proderant: indiesque id malum excreſcere videbatur, ut non humanis id amplius cauſis, ſed Deorum potius indignationi omnes conſtanter adſcriberent, donec prudentis cuiuſpiam viri, & rerum vſu periti admonitu, Mileſiorum Senatus decreuit, vt quæ ſuſpendio poſthac ſe conficerent, virgines omnes nudato corpore per medium forum palàm efferrentur: eoque edicto promulgato, confeſtim hanc labem ceſſauiſſe: adeò enim illas eo decreto publicato animis concidiſſe, ſic turpitudinis illius phantaſia perterritas fuiſſe, vt nulla poſtmodùm id malum attentarit: tantum apud ingenuos animos pudoris exiſtimationisque vis valuit, vt quas antea, quominus ſibi manus afferrent, terribilium (vt aiunt) extremum non abſterruit mors, ijſdem huius turpitudinis iniecta opinio, a propoſito tam citò dimouere potuerit. Aliter autem hanc hiſtoriam refert Polyenus libro octauo Strategematῶn.

*Mileſiarũ uirginum inſania.*

33 ¶Laudatur ab eodem Plutarcho in eo ipſo li. de claris mulieribus, c. 15. Micca filia Ariſtodemi Elienſium tyranni, quòd moribunda Megiſtonẽ rogauit, ne ſe poſt mortem turpiter nudatam iacere pateretur. Et a Iuſtino ad calcem lib. 14. Olympias mater Alexandri, quòd expirans capillis, & veſte crura contexit, ne quid poſſet in corpore eius indecorum videri. Idemque de Polyxena ſcribit Euripides in Hecuba:

*Micca rogat ne mortua nuda iaceat. Olympias moriens capillis crura texit. Polyxena.*

Ἡ δὲ θνήσκουσ' ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχημόνως πεσεῖν
Κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

*At illa iam moriens tamen*
*Multum prouidit, vt honeſte caderet,*
*Celaretque quæ celare oculos virorum oportet.*

Cuius quidem ſententiæ meminit Clemens Alexandr. lib. Stromatiῶn 2. & Plinius Iunior lib. epiſt. 4. ad Minutianum, vbi & eo quoque nomine laudat Corneliam Veſtalium maximam, quòd cum inceſtus iniuſte damnata in ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetq; deſcendẽti ſtola, vertit ſe ac recollegit. Meminit item eius ſententię Lucianus in Encomio Demoſthenis: eamque Ouid. lib. 13. Metam. ubi ipſius Polyxenæ immolationẽ deſcribit, ita traducit:

*Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas,*
*Cum caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.*

Sed & idem lib. 2. Faſt. de Lucretia loquens:

*Lucretia.*

*Tunc quoque iam moriens, ne non procumbat honeſte,*
*Reſpicit; hæc etiam cura cadentis erat.*

34 ¶Quid, quòd & id quoque viris laudi datum eſt. Vnde & Suetonius de Cæſare, Nam vt animaduertit (ait) vndique ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, ſimul ſiniſtra manu ſinũ ad ima crura deduxit, quò honeſtius caderet, etiam inferioris parte corporis velata. Quod & Valerius Maximus tradidit libro quarto, capit. quinto. Appianus Alexandrinus bellorum ciuilium, libro ſecundo. Nam & in viris quoque nuditas habet aliquid pudoris, & verecundiæ, præſertim verò pudendorum, quæ & hinc id nomen accepiſſe videntur. Nam & Adam ille protoplaſtus, ſicut & Eua omnium parens, cum ante peccatum non erubeſcerent, quòd nudi eſſent poſt peccatum cum ſe agnouiſſent eſſe nudos, præ verecundia conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, ideſt, ſuccinctoria, & vt verbo Varronis vtar, ſuffibula, vt ſcribitur Geneſ. 3. Sic & Vlyſſes apud Homerum lib. Odyſſeæ 6. cum nudus eſſet è mari elapſus, ramo frõdenti ſibi pudenda cooperuit, ſicque Nauſicaæ Alcioni filiæ apparuit.

*Cæſar moriens prouidit, ut honeſte caderet.*

*Nuditas in viris quoque habet aliquid pudoris.*

*Adam & Eua erubuerunt ſe nudos eſſe.*

*Vlyſſes nudus ramo pudenda operuit.*

Ἐκ πυκινῆς δ' ὕλης πτόρθον κλάσε χειρὶ παχείῃ
φύλλων ὡς ῥύσαιτο περὶ χροῒ μήδεα φωτός.

Ex quo Virgilius, aut quiſquis eſt in Priapeijs, illud deprompſit.

*Huius & Alcinoi mirata eſt filia membrum*
*Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.*

Plutarchus in Catone Cenſorio ſcribit, eum Romanorum quibuſdam uitio dediſſe, quòd generi vna cũ ſoceris balneum ingrederentur: propterea quòd membrorum nudationem inſpectantibus illis ſine dedecore fieri poſſe non putabat. Ante Plutarchum Cicero lib. 1. Officiorum: Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij, cum ſoceris quidem generi non lauantur. Subdit autem Plutarchus, Romanos, poſtquam a Græcis nudari didiciſſent, ipſos deinde Græcos, vt id cum uxoribus uſurparent, docuiſſe.

35 ¶Sed ut redeamus ad ſacras literas cum Noe imprudens inebriatus eſſet, iaceretq; nudatus in tabernaculo, Cam cæteris fratribus, veluti ſubſannans, nuntiauit. At uerò illi confeſtim pallio verenda patris operuerunt. Pater autem è vino, & ſomno expergefactus, poſtquã hæc reſciuit, Cam maledixit: cæteris fratribus contra benedixit. Herodotus lib. 1. ſcribit, apud Lydos, cæteroſq; fere Barbaros magno probro eſſe, etiam virum conſpici nudum. Socrates hiſtoricus eccleſiaſticus in tripertita hiſtoria li. 1. c. 11. tradit quòd cũ Ammonius Aegyptius, & Theodorus eius diſcipulus, aliquando vellent fluuiũ tranſire, iuſſiſſe Ammonium, ne alter alterum nudũ conſpiceret, Theodorum abire: cumque ſenior ſe quoq; ipſum erubeſceret nudum intueri, repente diuina virtute tranſlatum eſſe ad ulteriorem ripam.

*Noe ebrij nuditas derſa.*

*Lydis probrum eſt nudum cõſpici. Ammon erubuit nudum ſe cõſpici.*

36 ¶Sed & Dionyſius Halicarnaſſeus lib. Antiquitatum Roma. 7. non admodum probat uirorum corpora nudari in Olympijs, alijsque certaminibus. Primumque omnium Acanthum, aut, ut alij legunt, Neanthum, Lacedæmonium hunc nudandi corporis morem aduexiſſe decimaquinta Olympiade, cum antea pudori ſibi ducerent Græci omnes nuda in certaminibus apparere corpora: quod probat Homeri auctoritate, qui lib. 23. Iliados facit Epeum, & Euryalum in funere Patrocli cinctos in certamen deſceodere:

*Hacanth. pri. aduexit morem nudandi corp. in certaminibus Homeri tẽpore luctaturi ſe accingebant.*

Τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Et paulò poſt Aiacem, & Vlyſſem.

Ζωσαμένω δ' ἄρα τώγε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Et lib. 18. Odyſſeæ, quo loco deſcribit certamen ipſius Vlyſſis & Iri, hæc ſcribit.





Ὣς ἔφαθ', ἄρα πάντες ἐπῄνεον. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα.

Quibus ſignificatur Vlyſſem cinxiſſe ſe pannis circum genitalia. Et lib. 6. Odyſſeæ, Vlyſſem ipſum, cùm ſe lauare vellet in fluuio, ancillis Nauſicaæ iuſſiſſe, vt procul abeſſent. Erubeſcere enim coram illis ſe nudare corpus:

Ἀμφίπολοι στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
Ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι, ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ
Χρίσομαι. ἦ γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροός ἐστιν ἀλοιφή.
Ἄντην δ' οὐκ ἂν ἐγώγε λοέσσομαι· αἰδέομαι γὰρ
Γυμνοῦσθαι κούρῃσιν ἐυπλοκάμοισι μετελθών.

¶ Sed quod de certaminibus dictum eſt, illum morem nudandi corpora hinc fluxiſſe tradit Pauſanias lib. 5. quo Meſſenica deſcribit, quòd cùm Olympiæ lata lex eſſet, mulieres ad illud certamen accedere non debere, pœnaque præuaricantibus conſtituta, vt è Typeo monte prærupto deijceretur, quæ huiuſmodi certamen ingreſſa deprehenderetur, ac Callipatera, nonnullis Pherenice dicta, marito mortuo pugilis habitu in id deſcendere auſa fuiſſet, Piſithrodoque filio certaminis victoriam adepto, lætitia geſtiens ſepes clauſtraque, quibus athletæ concludebantur, tranſilire conaretur, nudata corporis parte, qua ſexus diſcernitur, fœminam ſe eſſe detexit. Qua re cognita, illam quidem patri, ac fratribus, filioque Olympionicis condonarunt; at legem nouam ſanxerunt, vt deinceps athletæ nudi ad id certamen accederent. Hanc tamen hiſtoriam recenſens Tzetzes Hiſtor. Chiliad. 1. cap. vigeſimotertio fœminam hanc Ariſtopaliram vocat, & filium Piſirothion: vti etiam facit Pindari interpres. Nonnulli quoque hanc nuditatem inde manaſſe dicunt, quòd cùm antiquis conſuetum fuiſſet ſubligaria ferre circa pudenda in gymnaſijs, Orſito Lacedæmonio certanti ſoluta fibula dolorem incuſſerit: vnde deinde lex eſt conſtituta, vt nudarentur. Sed his omnibus refragatur, quod à Philoſtrato traditum eſt in vita Apollonij libro 6. ab Hercule fuiſſe inſtitutum, vt nudi athletæ certarent in Olympijs.

*Nudandi corpora in certaminibus vnde mos fluxerit.*

*Callipatera pugilis habitu in certamen deſcen.*

¶ Illud autem Æneæ quoque temporibus factitatum fuiſſe, vt nudarentur in certaminibus, ſatis probat illud Virgilij lib. 3. Æneidos:

*Exercent patrias oleo labente palæſtras*
*Nudati ſocij.*

Sed quis æquis oculis videre nunc ac ferre poſſet Lupercalia illa, quibus mares & fœminæ per templum, vrbemque certatim, Lycæum neſcio, quod carmen canentes, nudi procedebant. Fœminæq; ſe nudas de induſtria verberandas pelliculis offerebant, vt conciperent, vti videre licet ex Ouid. lib. 2. Faſtorum, Plutarcho in vita Cęſaris, & Marci Antonij, & alijs pleriſq;. Ex quo & illud Virgilij lib. 8. Æneid.

*Lupercalia. Nuda fœminæ in Lupercalibus.*

*Hinc exultantes Salios nudoſq; Lupercos.*

Vbi & id Seruius declarat.

Item illud Martialis lib. 1. Epigram. 108.

*Nudam te ſtatuet tuus Lupercus.*

¶ Verùm vt ad fœminas, à quib. initium huius noſtræ legis cœpit, redeamus, finemq; huic tandem loco imponamus, illud fœminas ipſas monemus, vt ſi qua in eis ſit occulta deformitas, ei certè cui nubere velint, nõ re quidem, id eſt corporis nudatione, ſed verbis adaperiant, propter eam maximè rationem, quæ à nobis dicta eſt, cũ de viris in huius capitis initio loqueremur. Ideoque & hanc legem vtrique ſtatuemus.

*Quarta lex Connubialis.*

*Suam quiſque deformitatem futuro marito, aut vxori detegito.*

*Ne tamen ſe propterea, præſertim fœmina, nudato.*

# IN QVINTAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS QVINTA.

HACTENVS de forma, & ijs quę ad formam attinent, abundanter, affatim, aut veriùs ſuperfluenter diximus. Nunc ad id maturè accedendum eſt, quod ſtatim poſt primam legem diximus: eos videlicet maritalem poteſtatem dote, atque etiam nobilitate commutare, qui vxores opibus, genere, aut aliàs ſuperiores ſe ducunt. Nam, vt ſcribit Ariſtot. Ethic. 8. capit. 10. Dominantur vxores propter amplitudinem patrimonij. Cui finitimum eſt, quod Demenæus ſenex Plautinus in Aſinaria dolenter pronunciat: 1

*Vxores viris dominantur ob dotem vel nobilitatẽ*

*Argentum accepi, dote imperium vendidi.*

Et in eadem fabula Artemona:

*Faxo (inquit) vt ſcias,*
*Quid pericli ſit, dotatę mulieri conuicium dicere.*

Et apud eundem in Aulularia Megadorus ſenex aſſerit, dotes dapſiles in ſeruitutem viros redigere. Et alibi in eadem fabula ille idem, cùm multas incommoditates, ſumptusq; intolerabiles, qui ex magnis dotibus proueniunt, enarraſſet, tandem in hæc verba concludit:

*Dotes dapſiles.*

*Dotatę mactant & malo & damno viros.*

Et in Moſtellaria Simo & ipſe ſenex:

*Si quis domi dotatam vxorem habet, malè.*

Rurſum & alius ſenex in ea fabula, quæ Menæhmi inſcribitur:

*Credo (ait)*
*Cũ viro litigium natum eße aliquod; ita iſtę ſolent, quę viros*
*Subſeruire ſibi poſtulant, fretę dote feroces.*

Cui concinit illud Ouidianum lib. 2. de Arte amandi:

*Dos eſt vxoria lites.*

Sed & alius ſenex Pleriplectomenus in Milite eiuſdem Plauti:

*Nam mihi uirtute Deum dicam, propter diuitias datas*
*Licuit vxorem dotatam genere ſummo ducere:*
*Sed nolo mihi oblatratricem in ædes introducere.*

¶ Quibus & germanum eſt illud alterius cuiuſpiam ſenis in Plotio Menandri, apud Gellium li. 2. c. 23. 2

*De eadẽ re.*

Ἐπ' ἀμφοτέραν ἵν' ἐπὶ κλῆρος ἦ μέλλειν καθευδήσειν. Id eſt:

*In aurem vtramq; quandoquidem dotata eſt, cubet.*

Et paulò infrà:

Ὤμοι Κρεοβούλην λαβεῖν ἐμὲ, καὶ δέκα τάλαντα
Γυναῖον οὖσαν πηχέως, εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα
Εἴπως ἀνυπόστατον.

*Me miſerum, qui Creobulam duxi, & talenta decem,*
*Nanam mulierculam, cubitalem, cuius ſuperbia*
*Adeò intolerabilis eſt.*

Dicit autem, In aurem vtrãque dormiet: quoniam vxor pauper, & ob id morigera, viro ſemper faciẽ aduerſam, non auerſam, in lecto habet. Diues autem, quæ nõ adeò maritum metuit, & reueretur, modò aduerſam, modò auerſam, prout ei libitum fuerit, faciem habet: & ſic in vtramq; aurem liberè dormit. Id enim ſignificat in aurẽ vtramq; dormire; vt videre eſt apud Terẽtium in Heautontimorumeno:

*In aurem vtrãq; dormire.*

*Ademptum tibi iam faxo omnem metum,*
*In aurem vtramque otiosè vt dormias.*

¶Idem autem Menander, vt ad eũ reuertamur, apud Stobæum Serm. 67. 3

Ὅταν πένης ὢν, καὶ γαμεῖν τις ἑλόμενος,
Τὰ κετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα,
Αὑτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

*Si quis pauper nuptias inſtituerit,*
*Et allatas ab vxore pecunias acceperit,*
*Hic dat ſeipſum, non illam ducit.*

Sed & idem apud eundem Serm. 70.

Ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
Πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν,
Ἢ βούλετ' ἀτυχεῖν μακάριος καλούμενος.

*Quiſquis vxorem vnicam hæredem cupit adſciſcere*
*Diuitem, is vel iratis pœnam luit Dijs.*
*Vel infelix eſſe vult, ſub nomine fortunati.*

Alter Poeta Græcus Antiphanes apud ipſum Stobæum in eodem loco:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῶν φορτίων
Οὕτως γυναικὸς προῖκα πολλὴν φερούσης.

*Haud vllum eſt onus grauius*
*Re vera, quàm vxor dotem ferens copioſam.*

Et Euripides in Menalippe apud eundem, eodem quoque Sermone 68.

Ὅσοι γαμοῦσι δ' ἢ γένει κρείσσους γάμους,
Ἢ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν.
Τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασι
Δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κοὐκ ἔτ' ἔστ' ἐλεύθερος.

*Quicunq; nuptias aut genere præſtantiores contrahũt.*
*Aut multarum opum gratia: vxorem ducere neſciunt.*
*Vxor enim imperans domi*
*Subijcit maritum, ita vt ampliùs non ſit liber.*

Et alia multa in hanc ſententiam reperies apud ipſum Stobæum, illo ipſo Ser. 68. ex Muſonio, & aliis, vt ibi videre poteris.

4 *De eadẽ re ex Latinis autoribus.* ¶ Sed vt iterum redeamus ad Latinos, huc quoque vergit, quod nõ ſemel apud Noniũ Marcellũ Titinnius, aut ut alij appellãt, Ticinius, Poeta antiquiſsimus, in Prælio ait: Verum.n.dotibus deliniti, vltro etiam uxoribus ancillantur, id eſt, vt idem Marcellus interpretatur, ſeruiunt. *Ancillari quid.* Ad quam item ſententiam referendum eſt illud Epigrammatarij Poetæ ad Priſcum lib. 8. quod depromptum ex ipſo Menandro nonnulli volunt.

*Vxorem quare locupletem ducere nolim,*
*Quæritis? vxori nubere nolo meæ.*

*Nubere fæminarum, Ducere virorum.* Nam dicit nubere virum vxori locupleti, quoniam Nubere, propriè priuatimq; fœminarum eſt, ſicut Ducere virorum, vt ſcribit Caper vetuſtiſsimus Grammaticus in lib. de Ortographia & Latinitate verborum, & palam inſinuat illud Ouidij lib. 9. Metamorph.

*Pronuba quid Iuno? quid ad hæc Hymenæe venitis*
*Sacra? quibus qui ducat, abeſt, vbi nubimus ambæ.*

*Nubere tamen interdũ de viris dicitur.* Et probatur etiam apertiſsimè in §. 1. verſ. vnde quæſitũ eſt. Inſt. de nupt. & in l. 2. §. 1. ff. de in ius uoc. Licet etiã (vt hoc in traſcurſu dicam) Nubere interdum de viris dicatur, vt videre licet apud ipſum Nonium Marcellum ex Pomponio in Pannuceatis. Et ita quoque vſus eſt Cornelius Tacitus lib. 15. cum ſcribit de Nerone: Ipſe perlicita atque illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, niſi paucos poſt dies vni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum ſolennium coniugiorum denupſiſſet. Et Suetonius de eodem: Cui etiã, ſicut ipſi Sporus, ita denupſit. Et Iuuenalis:

*—— Quid quæris? nubit amicus.*

*Ducere et de fæminis interdum.* Et è noſtris quoque voluit Bald. in l. cum teſtator. C. de teſta. manu. Sicut è diuerſo nonnunquam de fœminis, Ducere dicitur, ut in l. ſi ignorans. C. ſolut. matr. vbi & id not. Bal. Igitur Martialis (vt ad eum reuertamur) voluit intelligere, eos fungi vice & officio mulierum potius quàm virorum, qui locupletes uxores accipiunt itaque ſubdit:

*Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito.*
*Non aliter fiunt fœmina, virq; pares.*

¶ Neque diſsimile eſt, quod ſcribit Iuuenalis Sat. 6. 5

*Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina diues.*

Quod citat è noſtris Lucas Pen. in l. 1. col. 1. in fin. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Et rurſus idem Iuuenalis in eadem Satyra:

*—— Veniunt à dote ſagittæ.*
*Libertas emitur. ——*

Et huc quoque pertinet illud Silij Baſsi apud Senecam in 6. controuerſia, lib. 2. Omnes vxores diuites ſeruitutem exigunt; crede mihi, volet regnare in ſuis diuitijs. Et paulo inferius: Multi duxere ſine dotibus vxorem: quidam dictas non accepere dotes: quidam autem emptis contenti fuere mancipiis, & cum poſſent accipere diuitias, emere, quibus libertatem darent, maluerunt, quàm ſuam vendere. Et in eadem controuerſia, Aelius Fuſcus pater, Inſolens (inquit) malum eſt beata vxor, cum immenſum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas noſtras onerauerit, quid aliud, quàm beatè ſeruiemus? Alter Declamator Quintilianus auus, Declamat. 301. Tu tamen quid circumſcriptione iſta perdidiſti? Vxorem non habes locupletem: nihil enim magis, quàm pecuniam deſideras. At te dignum, qui duceres parem: tunc ſcires, quæ diſcordiæ, quæ contentiones, quàm frequens mentio dotis, quàm erecta ex æquo ceruix. Vtique in his tuis deliciis, in his cupiditatibus liceret amare aliquam ancillam, deperire aliquam miniſtrarum. Nunc habes uxorem non ambitioſam, non exacturam comitatus, ſed quæ tota ex tuo vultu pendeat. Sed & Seneca ipſe de remediis fortuitorum ad Gallionem: ei qui conquerebatur bonam vxorem ſe amiſiſſe, Inuenies (inquit) ſi nihil quæris, niſi bonam, dummodo ne imagines proauosque reſpexeris, nec patrimonium, cui iam ipſa nobilitas ceſsit.

6 *De eadẽ re.* ¶ Huc quoque reſpicit Plutarchus, qui in eo libello, quem de liberis educandis ſcripſit, monens parentes, vti liberis ſuis vxores deſpondeant, quæ nec multo nobiliores, nec ditiores ſint. Prudẽter enim dici prouerbio τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Id eſt, æqualem tibi mulierem inquire. Nam qui ſe ipſis longe ampliores cupiunt uxores, non eorum maritos, verum dotis mancipia feciſſe ſe neſciũt. Quin Anaxãdrides, & ipſe Græcus autor, dicebat apud Stobæum Serm. 66.

Ἢν γὰρ πένης ὤν, τὴν γυναῖκα χρήματα
Λαβών, ἔχει δέσποιναν, οὐ γυναῖκ' ἔτι
Ἧς ἐστὶ δοῦλος καὶ πένης.

*Nam ſi quis pauper pecunioſam vxorem.*
*Duxerit, non vxorem, ſed dominam habet,*
*Cuius eſt famulus & ſeruus.*

Phocylides quoque Mileſius.

Λατρεύεις δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.

Id eſt, ad verbum:

*Seruus autem vxori, malæ gratia dotis.*

Gallicus item Poeta Auſonius in Monoſyllabis:

*Sæpe in coniugibus fit noxia ſi nimia eſt, dos.*

Scribit Philoſtratus, quòd cum Antipater, qui tum Imperatori ab epiſtolis erat, auidius affectaret filiam Hermocrati in matrimonium tradere, non cenſuit is arripiendam huiuſmodi felicitatem. At inſtante acrius nuptiarum conciliatrice, ac potentiam memorante, Doti (inquit) magnæ non ſeruiam, neque ſoceri ſuperbiæ. Socrates dicebat, ſplendida coniugia, vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt: vt retulit Valerius lib. 7. cap. 22.

*De eadẽ re.* ¶ Nicoſtratus in lib. περὶ γάμου, id eſt, de nuptiis, in eandem ſententiam hæc ſcribit apud Stobæum Ser. 68.

Ἔνιοι δὲ οὐδ' ἂν γῆμαι ἔφασαν ἄλλως εἰ μὴ πλουτοίη καὶ προῖκα ἐπάγοιτο, πολλήν· ἀλλὰ ἐνθαῦθά που καὶ τὸ λαμπρὸν τοῦ δουλεύειν ἐστὶν, ἰδίᾳ μὲν τῇ γυναικὶ ὑπὸ τοῦ πλούτου διὰ τετριμμένη, ἰδίᾳ δὲ χρήμασιν ὑποθωπεύοντα αὐτόν τινα. Καὶ ἣν συμβαίνῃ μάλιστα



μάλιστα λαμβάνοντα ἐκεῖθεν ἀναλίσκειν. Quibus ſignificatur, quoſdã vxorẽ aliter nõ ducendã exiſtimare, q̃ diuitẽ, & magnam dotem afferentem, Sed hic apparere egregiam ſeruitutem, ſi quis ſeipſum tum vxori opum luxuria diffluenti, tũ pecunijs adulatoriè ſubmittat: etſi maximè liceat pecunias ab ea acceptas inſumere. Subiũgitq;, Εἰ δέ κατ' ἐμέ τις εἴη, καὶ σμικρὰν ἥδιστ' ἀντιδοίη. Si quis (inquit) meæ ſententiæ fuerit, vel paruam dotem libẽter accipiet.

¶ At diuus Ambroſius lib. 1. de Abraham Patriarch. c. 2. Qui ſuauitatem (inquit) quærit coniugij, non ſuperiorem cenſu ambiat, non monilibus ornatam, ſed moribus, Offendit plerunque virum, ſi ſe vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima ſuperbiæ ſunt. Sara non facultatibus ditior, non genere ſplendidior erat: ideò virum impar nõ putabat, ideo quaſi parem gratiam diligebat, ideo non cenſu eſt retenta, non parentibus, non propinquis: ſed virum proprium, quocunq; pergeret, ſequebatur. Diuus autem Hieronymus in epitaphio Marcellæ ad Principiam, taxat viduas, quæ ſibi pauperes maritos deligunt, quibus imperent, vt nomen tantum virorum habere videantur, qui patienter riuales ſuſtineant, ſi muſsitauerint, illico proijciendi. Et huc quoque reſpicit Horatius lib. 3. Carminum, Ode 24.

*Nec dotata regit virum*
*Coniux. ——* Et eiuſdem lib. Ode 30.
*—— probamq;*
*Pauperiem ſine dote quæro.*

Artemidorus Daldianus lib. de Somniorum interpretatione 2. c. 31. Si quis (ait) argenteis armis pugillatũ decertet, vxorem ducit mediocriter opulentam, fidelem, & domum cuſtodientem, & viro obedientem. Si verò quis contra ſequutorem pugnet, formoſam quidẽ ducet vxorem, & opulentam, verùm faſtuoſam propter opes, & ob id virum contemnentem, & malorum cauſam futuram. Nec prætermittendus Græcus ille verſiculus:

Νύμφη δὲ ἄπροικος οὐκ ἔχει παρρησίαν. Id eſt:

*Sponſa indotata non habet libertatẽ, ſiue audaciã loquẽdi.*

Nam (vt ſcribit Bald. noſter in authen. res quæ, colu. 1. verſ. quæro, pater viuens. C. com. de leg.) vxor indotata à marito contemnitur: vt etiam diximus in noſtro tractatu, Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, in 22. limit. num. 9. incip. ex hac autem.

9 *De eadem re ex noſtris.* ¶ Et Iaſon Iuriſconſultorũ noſtræ ætatis facilè princeps, in l. ſi diuortio. col. 3. verſ. quærit Bart. de pulchra, ff. de verb. oblig. poſtea quàm primum retulit ſententiã Bart. ibi dicentis, valere promiſsionem, vel cõfeſsionem dotis non receptæ, factam conſtante matrimonio inter coniuges inæquales, videlicet inter virum ignobilẽ, aut ſenem, & vxorem nobilem, aut iuuenem ea potiſsimum ratione, quòd hæc donatio ſit remuneratoria, quæ valet inter coniuges. l. quòd autem §. ſi vir & vxor. ff. de donatio. inter uirum & vxorem. Deinde verò retulit aliorum opinionem, qui contra tenuerunt, & ad rationem Bar. reſponderunt. Ipſe autem ad cõfirmationem eius ſolutionis, illud & inter cætera adijcit, non poſſe dici hoc caſu donationem remuneratoriam: tãtum enim abeſſe, vt vir ignobilis quicquam commodi, aut honoris ab vxore nobili recipiat, aut vir ſenex ab vxore iuuene, vt etiam multum incommodi & tormenti ab ea patiatur, vtpote quæ volet ſibi maritum ſubijci & ſeruire. Licet tandem ſequatur Bart. vt ſcilicet dicatur donatio remuneratoria, non ea conſideratione, quòd mariti conditio melior ſit, ſed quòd mulieris efficiatur deterior.

10 *Lycurgus dotes prohibuit.* ¶ Quæ cũ ita ſint, ideo Lycurgus id prudenter, vt cætera omnia, ſtatuit, virgines ſine dote nubere: ne propter opulentiam colerẽtur, ut tradit Plutarchus in uita illius, & ĩ Apophthegmatis Lacõicis: aut ut ſcribit Iuſtinus li. 3. (quod tamen in idem recidit) ut ſeuerius matrimonia ſua uiri coercerent, cum nullis dotis frænis tenerentur. Quanquam ſcio, Ariſtotelem cõtrarium de eo ſcripſiſſe li. 2. Politicon, c. 7. cum arguit leges Lacedæmoniorũ, quartũ lator Lycurgus ipſe fuit, quod dotes magnas dari permitterent: cum melius fuiſſet, aut nullam, aut paruã aut mediocrem eſſe cõſtitutam. Ælianus autem li. 6. Variæ Hiſtor. priori ſententiæ adſtipulatur, ſcribens legem eſſe Spartanis, ut matrimonia nulla dote intercedente contraherentur. Porrò Solon, & ipſe legislator, & unus præterea ex ſeptem Græciæ Sapientibus, ex matrimonijs *Solonis lex de ea re.* cæteras dotes ſuſtulit, tres tantum ueſtes, & quædam parui empta uaſa, aliud præterea nihil nuptam ſecũ importare iubens: ut & tradit ipſe Plutarchus in uita illius. Sed & Chilo, qui & ex ſeptem Sapiẽtibus fuit, monebat uxorem humilem, apparatu modico eſſe ducendam, ut ſcribit Laertius, ne ſcilicet pro uxore dominam domum acceſſas, de quo & nos paulo poſt dicemus. *Chilonis ſententia de ea re.* Quibus concinens Cato ille Cenſorius, quem uel unum illis ſeptem opponere poſſum (ſi tamen is eſt, quod multi exiſtimant: ego nunquam putaui) ita monet. *Catonis Cenſorij.*

*Vxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis.*

Quem uerſum ita uertit Græce Planudes:

Μή ποτε κουριδίην ἄλοχον ἄγῃς διὰ φέρνην.

¶ Itaq; qui uxorem ducunt ingẽti dote & matrimonio refertam, aut alias nobiliorem, ij iam non ſunt domini, non ſuperiores, nõ mariti, non denique pares: ſed potius famuli & inferiores, non uxores, ſed dominas habẽtes: quales illi fuiſſe videri poſſunt, qui (vt ſcriptum reliquerunt Iuriſconſulti) vxores ſuas dominas vocabãt. in l. vxorem. in princip. ff. de leg. 3. Peto (inquiebat Bardus ille) à te domina mea, vbi Alber. id expendit, & in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. l. vbi vir quiſpiam fracti (vt reor) atq; abiecti animi nõ dominã ſolũ uxorẽ vocat, ſed ſanctiſsimam adijcit, vt & Alb. ibi not. & illũ quoq; text. ad id expendit Bal. in l. vlt. col. 2. verſ. quid ſi teſtator. C. de indic. vid. Similiter in l. vlt. §. vxori. vbi hoc põderat Nico. Neap. ff. de au. & arg. legato & ĩ auth. q mo. na. effi. legit. §. illud quoq; vbi annotat Ang. niſi fortaſsis illa gratia honoris id ipsũ faciebãt, vt dicit Bar. cõſ. 244. fuit quidẽ de Aſsilio. col. ult. & Lucas Pen. in l. quicũq;, col. 4. C. de re mil. li. 12. Sicut & Claudius cæſar, qui vt erat ſtupidi ingenij, non modo Meſſalinã vxorẽ dominã uocabat, ſed & alios ciues Ro. dños appellabat autore Suetonio. 11 *Vxores à maritis dominæ vocatæ.*

¶ Quanquam ea vxorum appellatio & à Græcis profecta uideri poteſt, qui vxorem δέσποιναν, id eſt, dominam dicunt, uel teſte Homero lib. 3. Odyſſeæ, cùm dicit de uxore Neſtoris: 12 *Græci vxores dominas vocãt.*

Τῷ δ' ἄλοχος δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν.

Id eſt, ad verbum:

*Huic vxor domina lectum parauit, & cubile.*

Et lib. 7. in fi. de uxore Alcinoi.

Ἀλκίνοος δ' ἄρα λέκτο μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο
Πὰρ δὲ γυνὴ δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν.

*Alcinous autem dormiuit in conclaui domus altæ:*
*Iuxtà autem vxor domina lectum parauit, & cubile.*

Menandro quoq; in Plotio, apud Gellium lib. 2. cap. 23.

Ἦγ' ἔγνωστον εἶχέ με γυνὴ δέσποινα. Id eſt:

*Tum me cunctis notum, vt faceret vxor hera.*

Qđ & ipſum tradit Epictetus Philoſophus, & ipſe Græcus, in eo libro, cui titulus eſt, Enchiridion, cap. 55. ubi de officio & cura viri erga uxorem diſſerens, Mulieres, inquit, ſtatim à decimoquarto anno dominæ vocantur. His. n. viri ob concubitum blandiuntur. Subdit tamen: Monendæ igitur ſunt, apud nos in honore eſſe nihil ob aliud, niſi ut modeſtæ ſint, & uirum reuereantur.

13 *Et Latini quoque.* ¶ In quem etiam ſenſum exiſtimat Seruius dici poſſe illud Virgilianum lib. 6. Æneid.

*Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

Quanquam ſunt, qui alio referant. Sed ad id referendum puto illud Catulli in Epithalamio Iuliæ & Mallij:

*Ad domum dominam voca,*
*Coniugis cupidam noui.*

Illud

Illud quoque Papinij lib. 1. Syluarum, in Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

*Tu modò fronte roſas violis, modò lilia miſta*
*Excipis,& dominæ niueis à vultibus obſtas.*

Et paulò poſt:

*Quamuis Auſonijs multùm gener ille petitus*
*Matribus,edomui victum dominæq; potentis*
*Ferre iugum, & longos iuſſi ſperare per annos.*
Rurſumque.
*Dulcia cùm dominæ dexter connubia vultus*
*Annuit,&c.*

Et illud Ouidij ad vxorem lib. Triſtium 3. Eleg. item 3.

*Nuntiet huc aliquis dominam veniſſe,reſurgam.*

Et paulò poſt:

*Nec dominæ lachrimis in noſtra cadentibus ora*
*Accedent animæ tempora parua meæ.*

In quibus locis Ouid. vxorem dominam vocat.
Et illud eiuſdem in Epiſtola Laodamiæ ad Proteſilaū:

*Cauſa tua eſt diſpar:tu tantùm uiuere pugna,*
*Inq; pios dominæ poſſe redire ſinus.*

Et rurſum in eadem epiſtola:

*Ille ferens dominæ mandata recentia ſecum*
*Pugnabit cautè,reſpicietq; domum.*

Item illud Iuuenal. Poſthumium quempiam de vxore alloquentis:

*Ferre potes dominam,ſaluis tot teſtibus,vllam?*

Illud quoq; Valerij Martialis li. 11. in Paulam, Epig. 8.

*Hærebit dominæ uir comes ipſe ſuæ.*

Et lib. 12. in Baſſum, Epigr. 98.

*Vxor cùm tibi ſit puella, qualem*
*Votis vix petat improbus maritus,*
*Diues,nobilis,erudita,caſta,*
*Rumpis, Baſſe,latus ſed in comatis,*
*Vxoris tibi dote quos paraſti.*
*Et ſic ad dominam reuerſa languet*
*Multis mentula millibus redempta.*

*Diuus Adrianus vxorē dominam vocabat Ioā. And. quoque.*

Sed & Diuus Adrianus vxorem Nataliam dominam vocare ſolitus eſt, ſicut & illa è diuerſo virum dominū, id in eius vita referrente Iacobo à Voragine: nonnunquam enim & hos alioqui contemnendos autores citamus. Et è noſtris Ioan. And. Milanciam vxorem dominam appellat,tum in c.cùm ſecundum.col. 1. de præben. tum in c.qui prior.colum.penul.de regu. iur.lib. 6.in merc.

14 *Damæ. Fœmina paſſim domina vocantur. Plinius ita eas vocat. Accurſius*

¶ A quibus etiam illud,opinor,proceſsit, quòd Itali, & Hiſpani,& magna pars Galorum matronas vulgò Damas vocant. Quod tamen tractum poſſe uideri ab ipſis quoq; Græcis,quib. etiam vxor dicitur δάμαρ & δάμαρς. Nam Plinius alioquin grauis autor & antiquus lib. 33.c. 3.fœminas indiſcriminatim dominas appellat,cū inquit: Et inſerta margaritarum pondera è collo dominarum auro pędentia.Et è noſtris Accurſius in l. ſi ignorans. ff. loca.cùm loquitur de domina more meretricio inceden te.& in l.ad egregias.ff. de iure.rurſumq; in l.medicos.in verbo,deduci,& iterum in uerbo,exhiberi.C.de profeſſ. & med.li.10.In quibus locis de domina loquitur, id eſt, muliere,quæ,ut ait,inuita in iudicium deduci,vel exhiberi non debet,per text.in l.1.C.de offi.ciuil.iudici.Et alia gl.ſing.in c.odi.24.q.1.dicens inibi eſſe arg. contra ſcholares,qui vadunt ad eccleſias,vt videant dominas. Sed & Bal.cōſ.380. tā profundè, col.vlt.li.2.Et in iſto(inquit) negotio ad communem opinionem dominarum recurrendum.Et Angel.in l.vſufructuarium venari. ff.de vſu. ita ſcribit:Nota pro dominabus,quibus eſt relictus vſuſfructus alicuius fundi,in quo eſt pabulum columbarum, vt poſsint capere & occidere eo modo,quo dicitur de feris incluſis.D.item Io.Euāgeliſta, ſiue vt alij cōtendunt, Ioannes cognomine Pręsbyter,qui eodē fermè tempore & ipſe Chriſti diſcipulus fuit, in 2. Epiſtola catholica, Mulierem quaudā nomine Electā, ad quā ſcribit,dominā nō ſemel appellat.D.Hieron.aut alius(qđ ſemper exiſtimaui) in Regula ſanctimonialiū ad Euſtochiā.ca.16. in prin.ipſam Euſtochiam dominam vocat. Et D.Aug. Florentinam,epiſt.132. Sed & ſtatuta plerumque ea appellatione vtuntur. Piſis eſt ſtatutum, ꝙ non poſsint ad nuptias conuocari,niſi duodecim dominæ,vt refert Bar. in l.inficiando.§.infans in fi.& ibi etiam Ang. de furt. & Io.Ana.in c.vlt.col.10.uerſi. ex prædictis refert extra de collu.dete.& Fran.Are.in l.patris & filij.ff.de vulg.& pupil.Et hæc omnia ex illo uerſi.itaque qui uxorem ducūt, demptis his quæ in hac, & alia proximè præcedente editione addita ſunt, Chaſſenæus, vt ſæpe alias, ad uerbum tranſcripſit in ſuum Catalogum gloriæ mundi, parte 2. conſide.31.Poſteaq; ſubdit, non credere ſe, indiſtincte eſſe uerum,vt omnes mulieres debeant uocari dominæ, quicquid audacter(inquit) Tiraquellus dicit.At tu Chaſſenæe nimium audaculus es, qui me dicis ſcripſiſſe, quæ contra palam reprehendo. Nam primum eos Bardos appello,aſſeroq; fuiſſe fracto & abiecto animo,ſtupidoque ingenio,qui id fecerint.Deinde ſubiungo, Græcos id facere ſolitos,indeq; apud idoneos ſcriptores dominā pro uxore uſurpari.Et hinc quoq; nationes quaſdam:& Plinium, & quoſdam ex noſtris legum interpretibus fœminas ita uocare:id quod & tu ad uerbum,ut iam diximus, retuliſti,ac deſumpſiſti.Vnde igitur conficis,me ſenſiſſe fœminas omnes ita uocandas? Certè ſi tu illud uocabulum,Bardus, intellexiſſes,non hæc tam temerè effutiſſes. Sed ut ad te,Lector,ſermonem meum conuertam, cum ita ſcripſiſſem,Peto(inquiebat Bardus ille) a te domina, Chaſſenæus pro eo uocabulo,Bardus,à ſe nō intellecto, putans mendum eſſe,nomen Baldus,eius loco ſubſtituit. Idque ſæpiſsime facit,cum incidit in ſententiam,aut uerba non intellecta, ut ex ſexcentis locis illius Catalogi uideri poteſt.

*Gl.decreti* *Baldus.* *Angelus.* *D.Ioānes.* *D.Hieron.* *Chaſſenæi furtum.*

15 *Vir non tenetur vxorem vocare dominā*

¶ Sed ut ad inſtitutum reuertamur, illud inter legum doctores ſatis conuenit, uirum non teneri uxorem uocare dominam,pręſertim ſi hunc appellationis titulum a uiro ſit conſecuta,ut per Bart.in l.ſi iudex.ff.de minorib.& in l.ſi poſt mortem.§.ult.in pen. q.ff.de bon.poſſ.contra tab.& in l.penult.C.de donat.inter uirum & uxorem.Nicol.Neap.in lect.ipſius Bart. in l.amiciſsimos.§.ult.in fi. ff.de excu.tut. Panor. & Fel. in c.ex parte B ille in fi.hic col.1.ff.de foro comp.Barb.in c.ult.de ord.cogn. & conſil.1.colum.21.& iterum col.25.lib.1. & in tract.de præſtan.Card.q.2.col.2.verſic.3. facit.Soc.in l.omnes. ff.de except.Iaſ.in l.cùm filioſa.col.3.uerſic.hinc uidemus.& ibi Ant.Bauer.in repet.char.8.col. 3.ff.de leg.1. & Fel.in c.ſuper eod.le 2.in princ.extra de teſtib.Bened. in rep.c. Rayn.in uerbo, in eodem teſtamento relinquens, le 1. num.99.de teſtam. Phil. Dec. in l.2. col.2.ff.de reg.iur. Anton.Corſe.in tracta.de poteſta.& excel.regi.in 30.q. Et hoc quoque caput impudenter ſurripuit Chaſſenæus ubi ſupra in uerſiculo ultimo.

*Chaſſenæi furtum.*

16 *Septem ſapientū ſententia de vxore æquali ducenda. Cleobuli.*

¶ Hæc omnia eò tendunt, ne quis cupiditate, aut ambitione allectus, potentiorem ſe ducat uxorem. Nam eiuſmodi fermè connubia in auſpicata & infęlicia ſunt. Quibus adde, quod præcipiebat Cleobulus Lyndius, unus ex ſeptem Sapiētibus, apud Demetrium Phalereū, Diogenem Laertium,& Stobæum, γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων, ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρεισσόνων γήμῃς, δεσπότας, καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ. Id eſt,uxorerem ducito ex æqualibus.Si enim ex potentioribus ducas, dominos, & non affines habebis. Sed & Solon, unus quoque & idem primus ex illis Sapientibus, hoc idem præcepiſſe fertur. Ita enim illum loquentem inducit Auſonius:

*Solonis.*

*Par pari iugato coniunx: quod impar eſt, diſſidet.*

*Chilonis.*

Chilon Lacedæmonius,qui & ex illis Sapientibus eſt,illud quoque præcipiebat apud Laertium, uxorem ſimilē ducendam,γάμοι εὐτελεῖ ποιεῖσθαι.Aliter autem refert Stobæus Serm.68.γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιεῖν. quibus ſignificatur,nuptias humiles, ſiue malis, frugales & æquales



*Pittaci.*

les eſſe celebrandas.Pittacus itēm Mitylenæus, & ipſe ex Sapientibus, ab Atarnete adoleſcente interrogatus, vtra ſibi ducenda eſſet vxor:duas enim ſe expetere, alteram quidem opibus & genere parem, alterā vtraque in re excellentem.Monuit ſcipione,quo nitebatur, elato,pergeret ad triuium ciuitatis, quo pueri luſus cauſa cōueniūt: eos cōſuleret,quid facto opus eſſet,& quod illi dediſſent cōſilij,id ſequeretur.Sicque factum eſſe: adoleſcentemque illū puerorū vocibus admonitū,æqualē altera pręterita ſibi duxiſſe.Pueri autē ludentes ex ludi legib. ſubinde clamabant,Tu tibi ſume parē.Quæ ſententia hoc impenſius placuit Pittaco, quòd ipſi nobiliorē ſe duxerat, Draconis ſcilicet,Penthili filij ſororem, quæ illi immodicè ſuperba erat. Author Laertius, qui & ipſe refert, Callimachum, cùm ſuaderet Dioni hoc Pittaci factum non ineleganti Epigrammate celebraſſe:

*Pittaci vxoris ſuperbia.*

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτως,
Τὸν Μιτυληναῖον,παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
Ἄττα γέρον δοιός με καλεῖ γάμος, ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη,καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε τί λῷον, εἰδ' ἄγε σύν μοι
Βούλευσον ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. ὁ δὲ σκίπωνα γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας
Ἠνίδε κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησὶ, μετ' ἴχνια χ' ὡ μὲν ἐπέστη
Πλησίον, οἱ δ' ἔλεγον,τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι παίδων κληδόνι συνθέμενος.
Τὴν δ' ὀλίγην,ὡς κεῖνος ἐς οἰκίον ἤγαγε νύμφην,
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Quod ex Ambroſio interprete Laertij paucis quibuſdam immutatis ita vertimus:

*Hoſpes Atarnetes rogitauit Pittacon olim*
*Hyrradij natum,quem Mytilena tulit:*
*Magne ſenex geminæ cupiunt mihi nubere,quarum*
*Et genere atque opibus conuenit vna mihi:*
*Altera præcellit,quid præſtat, conſule, dicq;,*
*Vtra ex his potius ſit capienda mihi?*
*Hic baculum tollens altum,ſenis arma,profatur:*
*Conſilium pueri,quod petis,expedient,*
*Queis celer in gyrum iactatus verbere turbo*
*Aſſiduo latis vertitur in triuijs.*
*I,ſequere illorum monitus,ſic fatur.at ille*
*Accedit,referunt,tu tibi ſume parem.*
*Quæ poſtquam audiuit,monitis puerilibus hærens,*
*A magnis hoſpes abſtinuit thalamis:*
*Atque parem paruas vxorem duxit in ædes.*
*Sicq; Dion poſthac tu tibi ſume parem.*

*Ad ſuperbiam vxoris Pittaci redit. Euripidis ſententia.*

Superbiam autem vxoris Pittaci(vt id quoque ſcias)maximè declarat, quod retulit Plutarchus in libro de tranquillitate animi: Cum ipſe aliquando conuiuas quoſdā hoſpites ſuos accepiſſet,vxor ſuperueniens menſam iracundè euertit.Sed vt è ſemita in viam reuertamur, ſententia quoque eſt Euripidis in Rheſo;

Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω.

*Nolim ex potentioribus me ducere vxorem.*

Verba ſunt Dolonis ad Hectorem,ei vxorem ex genere Priamidarum offerentem.

17 *Noſtrorū de eadem re ſententia.*

Ex noſtris autem Barb.in d.l.ſi diuortio.col.pen.ff.de verb.oblig.& Nicol.Peruſinus conſiſtorialis aduocatus, in tract.ſucceſsionum ab inteſtato,in prima parte principali,in 6.ſpecie filiorum,verſi.ſecundus modus legitimā di,qui eſt in 43.col.& Marian Socin.conſi.35.circa prædictam.col.2.huic ſententiæ addunt calculum,& in eam citant finem illius carminis Ouidiani in epiſtola Deianiræ ad Herculem,autore tamen tacito:

*Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

Et ante illos citauerant Bald.in authen.res quæ, col.pen. ver.vlt.not.C.commu.de leg.& Io.Fab. in rub.Inſtit.de nupt.vbi & ipſe monet,tria potiſsimum ijs eſſe obſeruāda,qui matrimonium capeſſunt. Quorum illud primum eſt,vt parem ducamus conditione,& ætate. Cætera prætermitto.Illum quoque verſum citat Philip.Corn.conſi. 3.in præſenti conſultatione.col.3.eo.lib.3.vbi illud quoque dicit ſcholas Philoſophicas & monere & laudare. Et facit tex.in l.ſi donationum. C.de nupt. & in l.ſi maior.in fi.C.de leg.hære.vbi Bal.alludens ad illum verſum Ouidij.Si quis(inquit)uult aptè nubere,nubat pari.& in c.non omnis. 32.q.2. in illis verbis: Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos legitima ſunt, & inter æquales: quaſi diceret,è diuerſo non eſſe legitima inter inęquales. Ita enim lego ex 70.epiſtola Leonis Pontificis ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum. Quod tractum fuiſſe videtur à more veterum Romanorum, apud quos Boethius ſcribit in Commentarijs Topicorū Tullij, nuptias inter impares iure contractas non fuiſſe. Ang.conſi.396. nunc arbitramur,factum autem illius incipit,doctor inſignis,col.vlt.taxat quempiam iuuenem Medicinæ doctorem, qui viduam ſub nomine dotis vxorem duxerat contra Catonis monitum. Ante hos Iac.Bel. in auth. de reſt. & ea quæ parit.in princ.in vlt.q.ſcribit,quòd quis parem ſibi debet ducere vxorem.Hæc omnia confirmat, quod Deus Opt.Max.dixit,dum matrimonium inſtitueret,faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.Nam quod ſimile dicit, non ſolum ad ſimilitudinem effigiei, ſed & conditionis (vt cùm noſtris loquar) referri poteſt.

*Decretorū locus emēdatus.*

*Ex ſacris literis de hac re teſtimonia.*

18 *Aequalitas coniugum ratione probatur. Amicitia coniugum maximè neceſſaria*

¶ Quæ quidem & iſta ratione comprobo. Nihil eſt quod matrimonio lętè,& feliciter tranſigendo magis cōueniat,quàm viri & vxoris mutua amicitia, beneuolentia,concordia,familiaritas.Ad cuius rei comprobationē, quia per ſe ſatis eſt manifeſta, ſolum Eccleſiaſtici teſtimonium afferrem,a quo c.25.numerantur inter eos, qui beatitudinis partes attingunt, vir & vxor ſibi bene conſentientes,niſi & ob oculos verſaretur illud maximi Poetarum Homeri libro Odyſſ.6.

——Οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον ἄρειον,
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή,πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι. Id eſt, ad verbum,

*Viri & vxoris cōcordia, maxima fœlicitatis pars.*

*Nihil enim hoc potius & melius,*
*Quàm cum concordes animis domum habitant*
*Vir & vxor multi dolores inimicis*
*Gaudia autem amicis.*

Quam ſententiam retulit & approbauit maximus philoſophorum Ariſtoteles lib.2.Oeconomicῶn,c.3. & Hierocles in lib.de nuptijs apud Stobæum,Serm.65.Quibus aſſentiens Phocylides Mileſius hæc cecinit:

Στέργε τεὴν ἄλοχον·τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι,
Καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ,μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος;

Id eſt,ad verbum,

*Ama tuam vxorem. Quid enim melius aut iucundius,*
*Quàm cum viro mulier ſapit chara ſenectam vſque,*
*Et maritus ſuæ vxori, neque cadat in medio diſcordia?*

Et nutrix illa in Medea Euripidis:

Ὑπερμεγίστη γίγνεται σωτηρία,
Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.
*Quàm maxima exiſtit ſalus,*
*Cùm vxor cum viro non diſſidet.*

Quibus concinit illud Apollonidæ apud Stobæum,ca.6.

φεῦ φεῦ γυναῖκες,ὡς ἐν ἀνθρώποις ἄρα
Οὐ χρυσὸς,οὐ τυραννὶς,οὐ πλούτου χλιδὴ,
Τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονάς,
Ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ,καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
Γνώμη δικαία,καὶ φρονοῦσα τ' ἄνδιχα.

Id eſt,ex verſione Conradi Geſneri:

*Papæ ò mulieres,certè inter homines*
*Non aurum,non regnum,non diuitiarum luxus.*
*Voluptates tam eximias præbet,*
*Quam boni mariti, & vxoris piæ*
*Voluntas iuſta,& legitimè affecta.*

Fęlicem ego Macrinum illum fuiſſe arbitror, ſi quis fęlix

lix vnquam fuit, quem cum vxore 39. annis vixiſſe ſine iurgio, ſine offenſa, ſcribit Plinius lib. epiſtolarum 8. ad Geminium: fœlicem item illum Paternum, qui in agro Nemauſenſi id epitaphium poſuit:

D M
S. SYLVIVS PATERNVS
VXORI RARISS. EXEMPLI,

*Cum qua vixit annos 32. ſine vlla animi læſura. E. S. V. P.*

19 ADeò autem concordiam matrimonij probant Iuriſconſulti, vt iuri patriæ poteſtatis, quod naturale quodam modo eſſe videtur, anteponant, l. 1. §. vlt. ff. de liber. exhib. quod & iuri diuino concinit, ita præcipienti ſtatim poſt princ. Bibliorum: Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Nam vxori non penitus adhærere videtur, niſi & cum ea conſentiat, & vxor cum marito. Chryſoſtomus autem in Geneſim Homilia 37. Quando (inquit) concordia, & pax & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, oĩa ſimul affluunt bona, & nullis inſidijs expoſiti ſunt, magno, & inexpugnabili quodam muro circumdati, ſua iuxta Dei ſententiam cõcordia: hoc fortiores eos reddet: hoc omnibus diuitijs, & abundantia magis locupletabit: hoc ſupernã gloriam ijs conferet: hoc & Dei beneuolentiam ijs vbertim conciliabit. Proinde (inquit) oro, ne quid illi præferendum exiſtimemus. Sed omnia faciamus, & agamus, ita vt tranquillitas, & pax ſit cohabitãtibus. Tunc autem, & filij, qui naſcuntur, virtutem ſequentur: quos imitabũtur & ſerui & vnde quaque domus virtute florebit, eritque multiplex rerum proſperitas. Nec omittendum, qđ ſomniorum interpretes dicunt, cor eſſe ſymbolum amoris, & beneuolentię coniugum: id enim ſignificare vxorẽ viri, qui ſomnium videt, & maritum mulieris, quæ illud videt, vt tradit Artemidorus Daldianus libro primo, capite 45.

*Cor ſymbolũ amoris coniugum.*

20 ¶ Atqui æqualitas & ſimilitudo beneuolentiæ eſt conciliatrix, materque concordiæ, familiaritatis, & amicitię. Contra inæqualitas, & diſsimilitudo, odij diſsidijq; parens eſt: vel teſte Boethio lib. 1. de muſica, capitulo itẽ 1. Quoque maior ac verior ſtabiliorq; ſimilitudo fuerit, & æqualitas, hoc firmior atque arctior eſt amicitia atque beneuolentia: vnde videmus iuuenes inter ſe libenter conuenire, ſenes cum ſenibus congregari, & doctos doctorum conuentu capi, & improbos congredi cum improbis, diuitibus conſuetudinem eſſe cum diuitibus, pauperibus item cum pauperibus, atque in vniuerſum ſimilia ſimilibus gaudere. In quam ſententiam eſt illud Eccleſiaſtici 13. Omne animal diligit ſimile ſibi, & omnis homo ſimilem ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabatur. Et Theognis dicit amicitiam cohærere inter vicinos, æquales, & ſenes:

*Aequalitas & ſimilitudo, parens amicitiæ. Diſsimilitudo odij.*

*Similia ſimilibus gaudere.*

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς, ἴσοι, οἵτε κατ' αὐτὸν
Οἰκεῦσι χώρις, οἵτε παλαιότεροι.

Quam ſententiam ita vertit Eraſmus:

*Omnes hi ſeſe venerantur, amantq; viciſsim,*
*Vicini æquales viribus, atque ſenes.*

Eſt & Æſchyli poetæ ſenarius, quo ſignificatur, ſapientibus ad ſapientes quandam eſſe affinitatem, ita:

Σοφοῖς γάρ ἐςὶ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια.

Quem Acchillis effigies Apollonium Tyrannum alloquens vſurpauit apud Philoſtratum lib. 4. Quin & Apollonius apud eundẽ lib. 6. Ego (inquit) hoc de amore cognoſco, qđ Dei Deas, & viri mulieres, & beluę beluas, & vt breuiter omnia complectar, ſimiles amãt ſibi ſimilia.

21 ¶ Apud Homerum Odyſſ. lib. 17. Melanthius caprarum cuſtos conſpicatus Eumæum, ſubulcum Vlyſsis, ipſum Vlyſſem ſecum adducentem, ſed habitu ſpecieque pannoſi ac mendici, ſcomma iacit in vtrũque, quaſi duo inter ſe ſimiles bene conueniſſent:

*De eadẽ re.*

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει·
Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Id eſt,

*Nunc adeò malus ecce malum comitatur, vt vſque,*
*Ad ſimilem Deus adducit ſimilemq; paremq;*

Cuius ſententiæ meminit Plato in Lyſide, vbi & hanc quoque ſubiungit, ſimile ſimili neceſſariò ſemper amicũ eſſe. Et idem lib 6. de legi. Singuli (ait) ſemper ad ſibi ſimillimum natura feruntur. Et rurſum libro eiuſdem operis 8. Amicum quidem vocamus ſimile ſibi quo ád virtutem, & æquale ſibi. & paulò poſt: Amicitia quæ à diſsimilibus proficiſcitur, dura eſt, & aſpera: & ſæpe viciſsitudinem in nobis non habet. Apud eundem circa initia libri 1. de Rep. Cephalus, Sæpe, inquit, plerique conuenimus fermè æquales, antiquum illud ſeruantes prouerbium, Senes inter nos congregamur, vt item inter ſe iuuenes. In eiuſdem conuiuio, Agathon, Scitè, ait, veteri prouerbio fertur, ſimile ſimili ſemper hærere. Platonis diſcipulus Ariſtoteles libro quæſtionum Encyclycarum 10. c. 52. quærit, Cur cognata cognatis ſibique ſimilibus gaudent, eaque cupiunt. & rurſus quæſt. ſequen. quanquam nonnulli vtramq; hanc quæſtionem ſimul iungãt: Cur (ait) vnumquodq; iuncto ſuo cognato, maximè ſuauiſsimeq; coeant, videlicet, vt ibi annotat Petr. Apon. ſi vir & mulier ſint eiuſdem naturæ, ætatis, &c. Idẽ Ariſt. lib. 8. Ethi. c. 1. Quidam (inquit) ſimilitudinem quandam amicitiã eſſe poſuerunt, & ſimiles eſſe amicos. vnde, & ſimilem ad ſimilem, inquiunt, & graculum ad graculum, & ſimilia. Hæc ille. Et lib. 1. Ethicorum, c. 11. quo loco de iucũdis agit. Quoniam quod ſecundum naturam eſt, iucundũ eſt, omniaq; genere inter ſe coniuncta, ſecundum naturam coniuncta ſunt. Idcirco vt plurimum, quæ ſimilia ſunt, ac genere coniuncta, iucunda ſunt, vt homo homini, equus equo, adoleſcens adoleſcenti. Hinc & prouerbia celebrata ſunt, ꝙ æqualis æqualem delectat, quodque ſemper à ſimili ſimile amatur, & ꝙ beluam belua cognoſcit, & quòd ſemper graculus ad graculum, & ſimilia. Quod autem dicit vtrobique, ſimilia, ea non ſunt parum multa, vt quæ ſunt apud Theocritum Idyl. 9.

*Prouerbium.*

*Aliud prouerbium.*

*Prouerbia*

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν Id eſt,

*Formicæ formica placere, cicada cicadæ,*
*Accipitri ſolet accipiter.*

Illa quoque apud Gregorium Nazianzenum in illis documentis, quæ præſcripſit virginibus:

Πῶλοι μὲν πώλοισι, φίλοι, ἐλαφοί τ' ἐλάφοισι, Id eſt,
Καὶ ψῆρες ψήρεσσιν· ἁγνῷ δέ τε τίμιος ἁγνός.

*Pulli quidem pullis amici, ceruiq; ceruis,*
*Et ſturni ſturnis: puro autem pretioſus eſt purus.*

Et illud apud Varronẽ lib. 3. de Lingua Latina, Caſcus caſcã ducit. Item illud neſcio cuius, Cretẽſis cum Æginета. Item illa apud Hieronymum, Similes habent labra lactucas. Et, Balbus Balbũ rectius intelligit. Et apud Diogenianum, Conuenerunt Attabas & Numenius. Et alia id genus. Citat autem Ariſtot. ubi ſupra, poſt pauca, Empedoclem, qui quidẽ ſimile appetere ſimile dicebat. Idẽ Ariſt. lib. magnorum Moralium 2. c. 11. Nam eſt imprimis amicitia in ſimilibus, vt uidetur, ac dici ſolet. Si quidem graculus (inquiunt) graculo, ſemperq; Deus ſimile agit ad ſimile. Dicitur quoque canis in eadem ſemper tegula dormitare. Interrogatus Empedocles, cur nã ſemper in eadem tegula dormit carnis, fertur dixiſſe, quoniã ſimile canis habet tegulæ, & proinde ob ſimilitudinẽ eo tendere. Hæc Ariſtot. qui & ipſe libro Moralium Eudemiorum 7. Amãt, ait, uulgò ſe mutuo, qui ſimilibus ſunt uitijs, præcipuè fures, & lupi latronum inſtar graſſantur. Ex Platonis quoq; ſectatoribus Alcinous in lib. de ipſius

*Prouerbia.*



Platonis doctrina, cap. 32. ſcribit, amicitiã propriè nihil aliud eſſe, quàm beneuolentiam mutuam: hanc verò tũc exiſtere, quando uterque bonum alteri æquè ac ſibi eſſe deſiderat. Quam quidem æqualitatem haud aliter, quàm per ſimilitudinẽ, ſeruari dicit. Simile enim ſimili, ac moderato amicum eſſe: intemperata verò neq; inuicem, neque moderatis congruere poſſunt. Porphyrius quoque, & ipſe Philoſophus Platonicus libro quem de reſponſorum Philoſophia cõſcripſit, Decet, ait, terreſtribus Dijs terreſtria atque quadrupedia animalia eſſe ſacrificanda. Simile namque ſimili gaudere, refert Euſeb. de Præpar. euang. libro 4. capitulo item 4. Sed & ex eadem ſchola Chalcidius in Commentarijs, quos in Timęum Platonis ſcripſit ad Oſium, Pythagoricum tradit dogma eſſe, ſimilia non niſi à ſimilibus comprehendi, in quam etiam ſententiam adfert verſus Empedoclis, quos ita vertit:

*Terram terreno comprendimus, æthera flammis.*
*Humorem liquido, noſtro ſpirabile flatu,*
*Pacem tranquillo, litem quoque litigioſo.*

Plutarchus idem in eo libello, cui eſt titulus, Quo pacto poſsis adulatorem ab amico diſcernere, refert huiuſmodi Senarios:

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
Ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

*Seni ſenilis lingua iucundiſſima,*
*Puero q; puer, mulier apta eſt mulieri,*
*Aegrotus ægro: quem tenet ſors aſpera,*
*Multis malis exercitato eſt accommodus.*

Epicharmus quoque apud Diogenem Laertium in Platone:

Θαυμαστὸν οὐδὲν, με ταῦθ' οὕτω λέγειν,
Καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς, καὶ δοκεῖν
Καλῶς πεφυκέναι. Καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
Κάλλιστον ἦμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ,
Ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ τῷ ὑΐ.

*Res mira non eſt, iſta ſi ſic pro loquor,*
*Ipſiq; nobis ſi placemus inuicem.*
*Pulchriq; nati ſi videmur: nam & cani*
*Pulcherrimus canis videtur, bos boui,*
*Aſinus aſello pulcher, & ſus ſui.*

22 ¶ Sed è Latinis autoribus Cicero in ea Oratione, quã citat Iuriſconſultus in l. Cicero. ff. de pœnis, ſcilicet pro Aulo Cluentio habita, Iam, inquit, hoc ferè ſcitis omnes quantam vim habeat ad coniungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. Et in Catone maiore, Pares autem, inquit, cum paribus (vt eſt in veteri prouerbio) facillimè congregantur. Quam ſententiam vſurpauit ex ipſius Platonis Phædro. Et eam ſanè ad ſuadendam æqualitatem inter coniuges, veluti in teſtimonium citat Bart. in in d. l. ſi diuortio. col. pen. ff. de verb. oblig. Et idem Tullius in libro de Amicitia, ſcribit nihil eſſe, quod rem ad ſe vllam tam alliciat, & attrahat, quàm ad amicitiam ſimilitudo: nihilque appetentius eſſe ſimilium ſui, nec capacius, quàm naturam. Et ſtatim poſt princ. 11. Philippicę: Itaque quorum ſummum quondam inter ipſos odium, bellumque meminiſtis, eoſdem poſtea ſingulari inter ſe conſenſu, & amore deuinxit impuriſsimæ naturæ, & turpiſsimæ vitæ ſimilitudo. Liuius libro ab vrbe condita primo, de Arunte Tarquinio, & Tullia maiore loquens: Contrahit (inquit) celeriter ſimilitudo eos, vt ferè fit, malum malo aptiſsimum. Quintilianus Declamatione 307. Iungit amicitias ſimilitudo morum. Columella lib. 6. Rei Ruſticæ, c. 36. Similia ſimilibus familiora natura fecit. Plinius lib. 4. epiſt. ad Fundanum: Eſt ad connectẽdas amicitias vel tenaciſsimum vinculũ ſimilitudo. Symmachus in cœnis Macrobianis libro 7. Similibus ſimilia gaudent. Is aut alius quiſpiam eiuſdem nominis in epiſtolis: Semper natura gaudet æqualibus, & familiare ſibi eſt omne, quod ſimile eſt. Et D. Ambroſius libro 1. Offi. Videmus, ait, maximè pares paribus delectari. Et è recentioribus Bapt. Mantua. in Falconem:

*De eadẽ re. Ex Latinis ſcriptoribus. Prouerbiũ*

*Maxima cum doctis cur habet commercia Falco?*
*Quòd paritas homines conciliare ſolet.*

Quibus mirè cõcinit tex. in c. nerui. paulò poſt prin. 13. diſt. Vnuſquiſq; dum hominum amicitias appetit, cuiuſcunque alterius, ſimilem ſibi ducentis vitam, cõſortio, vt plurimum ſe adiungit. Et tex. in c. tranſmiſſam. ibi, conſilium ſibi laicorum manus aſſociant, de elect. Ex quo, no. Ioan. Andr. in capitulo fraternitatis. colum 4. de frig. & malefic. quod ſupra diximus, ſimilibus ſimilia gaudere: hincque ſubinfert, pares cum paribus eſſe matrimonio collocandos: citatque & illud Ouidianum:

*Ex iuribus*

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci.*
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*

23 ¶ Sed & Medici, qui rerum omnium naturas ſolerter ſcrutati ſunt, memoriæ prodiderunt, ſimilia ſimilibus cõuenire, atque ſalubria eſſe, & amica: diſsimilia autẽ contra. Hyppocrates maximus Medicorum in lib. περὶ διαίτης, id eſt, de ratione victus, Diſsimilia, inquit, in locis ſimilibus conſiſtere non poſſunt, ſed non agnita vagãtur: quæ verò ſe agnoſcunt, commiſcentur. Siquidem concordia inter ſe conueniunt, diſcordia pugnãt: propterea hominis anima nuſquam, niſi in homine, augetur, degitve. Magnorum quoque animalium ſimiliter. Quæ autem aliàs habent, viq; aliqua diſcordant, non. Galenus, quem medicorum principem meritò vocauit Ang. conſi. penu. ſanctiſsima, & illuſtriſsima fœmina, in libro de Inæquali, temperatura qui vulgo inſcribitur de diſcraſia inæquali. Non homo, inquit, hominem morſu perimit, atque vipera viperam, neque aſpis aſpidem. Simile ſiquidem ſimili conueniens eſt, atque amicum: contrarium verò inimicum, atque moleſtum. Augentur itaque omnia atque nutriuntur conſimilibus. A contrarijs verò interimũtur, atque occidũt. Atque ideò ſanitatis cuſtodia fit per ſimilia. Idem in 2. Tech. in tract. de ventre, cap. 5. ſcribit, ventrem, id eſt, ſtomachum bene temperatum ſibi ſimilia expetere. Id quod extendit Haly Rodoan ad alia quoq; membra corporis. In eamque rem duas quæſtiones conſcripſit in illum lib. Iacob. Foroliuienſis videlicet 47. & ſeq. Idem rurſum Galenus in 3. ipſius Tech. cap. 2. aut, vt alij diſtinguunt, Commẽt. 44. Calidiora (ait) corpora calidioribus indigent alimentis, frigidiora frigidioribus, ſicciora ſiccioribus, humidiora humidioribus. Iterumq; Commenta. 46. monet ſimilia ſimilibus adminiſtrari, cũ ſeruare uelimus priſtinum corporis temperamẽtum, alij craſim dicunt. Idem quoque lib. 3. de Temperamentis, Omne, ait, animal conueniente ſibi alimento nutritur. Conueniens autem cuique alimentum eſt, quicquid aſsimilari corpori, quod nutritur, poteſt. Et lib. 6. de ſanitate tuenda (alij de arte ſanatiua uocant: uulgò de regimine ſanitatis inſcribitur.) Apta ſunt (inquit) humidis quidẽ humida, & ſiccis ſicca. Nutritio enim fit, cùm is, qui nutrit, cibus, corpori quod alit, aſsimilatur. Et poſt pauca: Fiunt qualitatibus conuenientiæ, utique ſi ſeruare temperamentum ſtudes, humidis naturis humectante cibo maximè quadrante, ſiccis uerò eo qui ſiccet. Sed & lib. eiuſdem operis 1. ſcripſerat: Similia ſanis conuenire, & conſuetis: humida uidelicet humidis, ſicca ſiccis, & cætera id genus. Seruari enim ſimilibus unum quodque: alterari uerò a contrarijs. Propterea ad ægrotos referendum, quod dicitur contraria contrariorum eſſe remedia. Quæ enim corpora ſecundum naturam ſe habent, ijs ſeruari cuſtodirique ſuum habitum decet. Quæ morbo aliquo premuntur, his contra alterari, & ad cõtrarium habitum trahi expedit. Idque comprobat autoritate ſummi in Medicina uiri Hippocratis, ſcribentis libro Aphoriſmo. 1. Humidam omnem uictus rationem febricitantibus eſſe utilem, præcipuè uerò pueris, & his, qui tali uictu refici ſunt aſſueti. Videtur enim Hippocrates in his tria deinceps

*De eadẽ re. Ex medicis.*

*Sanitatis cuſtodia per ſimilia. Similia ſimilibus nutriuntur.*

*Contraria contrarijs curantur.*

ceps pari inter ſe iure poſuiſſe, morbum, ętatem, conſuetudinem. Atque à morbo quidem contrarij adhibēdi indicationem accipi, ab ætate, & conſuetudine, ſimilium. Febri namque, ceu morbo calido, & ſicco, humida cõueniunt: puellis, quibus ætas non morboſa, ſed ſecundum naturam ſit, id maximè eſt vtile, quod planè eſt ſimilimum. Pari modo conſuetudini, vtpote quę adſcititiā acquiſititiam naturam in corporibus gignit, contraria de diſſe imprimis noxium. Et rurſum libro eiuſdem operis 5. ſcribit, malè affecto corpori ſemper contraria, optimè ſe habenti ſimilia viribus eſſe adhibenda. Cui prorſus ſimile eſt, quod ſcriptum reliquit alter noſtrorum Medicorum oculus Auicen. 4. primi, c. 1. Ægritudo ſuo medicatur contrario, & conſeruatur ſanitas ſuo ſimili. Nec lõgè abeſt, quod tradit Iſaac Medicus famatiſsimus in libro
22 diætarum vniuerſalium: Temperatis complexionibus cibaria temperata dari neceſſe eſt. Et Albertus Magnus, quem multi iure Medicis annumerant, libro de animalib. 7. c. 2. Omnis (inquit) natura deſiderat ſimile ſibi, niſi ſit omnino deſtituta, & deducta ad inæqualitatem & dyſcraſiam. Tunc enim deſiderat contrarium, ſicut febricitans febre calida & ſicca, deſiderat frigidum, & humidum: non quidem, vt illo nutriatur, ſed potius, vt contrarij paſsionem facientis reducatur & reprimatur exceſſus. Secundum igitur deſiderium eſt ad ſimile complexioni, & ad connaturalem cibum. Propter quod etiam Empedocles dixit, omne nutriri ſimile ſimili. Hactenus Albertus. Quorum ſententias confirmat Theophraſtus, quem Medicinæ peritiſsimū fuiſſe, ſua ipſius ſcripta demonſtrant libro de cauſis plantar. 1. c. 25. Res (ait) contraria, neque alere, neque ſeruare apta eſt, ſed ſimilis.

*Diſsimilia ferè nõ coeunt.*

24 Mirum eſt, quod ſcribit naturæ interpres Plinius li. 16. c. 42. ne inanimata quidem vnquam cohærere, niſi ſimilia natura: vt ſi quis (inquit) lapidem lignumque coniungat. Collumela lib. Rei Ruſticæ 5. cap. 11. Omnis, inquit, ſurculus omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſsimilis. Si verò etiam ſimilem fructum, & eodem tempore affert, ſine ſcrupulo egregiè inſeritur. Et rurſum eodem capitulo tradit, antiquos veluti pro lege ſanxiſſe, eos tantum ſurculos poſſe coaleſcere, qui ſunt cortice, & libro, & fructu conſimiles ijs arboribus, quibus inſeruntur. De cuius rei veritate diſſerit idē, eiuſdem operis lib. 8. c. item 8. de matrimonio columbarum loquens: Curandum eſt (inquit) ſi fieri poſsit, vt pulli, quemadmodum excluſi ſunt, nūquam ſeparentur. Nam ferè, ſi ſic maritatæ ſunt, plures educant fœtus: ſin aliter, certè nec alieni generis coniunguntur, vt Alexandrinæ, & Campaniæ. Minus enim impares ſuas diligunt, & ideo nec multum ineunt, nec ſæpius fœtāt. Æſopi Apologus planè oſtendit diſsimilia non poſſe cõuenire, nec eſſe ſociabilia. Nam Carbonarius (inquit ille fabulator) rogauit fullonem, vt ſecum in eadem domo habitaret. Sed fullo reſpondit, non id ſe poſſe facere. Timeo enim (inquit) ne quæ ego dealbo, tu fuligine repleas.

*Lapis ligno non cohæret. Arbor arbori diſsimili nõ inſeritur.*

*Pullos, vt excluſi ſūt coniungendos.*

*Carbonarius et fullo ſimul nõ habitant.*

25 Sed vt de noſtris quoque loquamur, Guliel. Cun. in l. vlt. C. de bon. auto. iud. poſſ. afferens rationem, quare in caſu illius l. creditor quęrit alijs creditoribus habentibus ſimilem cauſam, non autem habentibus diſsimilem. Quoniam (inquit) ſimilia facilius coniunguntur, adducitque illud Ariſtotelis lib. 2. De genera. & corrup. c. 4. In habētibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus. Ad quod etiam citat. l. 3. §. vlt. & l. ſeq. & l. ſed cum patrono. in princ. & ibi Alber. ff. de bon. poſſ. & in l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vend. & l. an inutilis. §. acceptum. & ibi not. ff. de accepti. quod item dictum Ariſtotelis citat, & ijſdem iuribus comprobat Signo. conſil. 2. ſtatuto ciuitatis. col. 2. ver. 9. probat. & Alb. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. col. 2. & ibi quoque Bal. in additio. col. 1. ver. 2. quæro. ff. ſi quis cautio. vbi ipſe Alber. alia iura in id allegat. & idem Alb. in l. 2. in princ. C. de acce. & in l. precibus, char. pen. num. 96. C. de impub. & alijs ſubſt. & in rub. ff. de bo. poſſ. Bal. in l. 2. in fin. ff. de adopt. vbi hanc affert rationem, cur in arrogatione maior requiritur autoritas, quàm in adoptione. Idem Bal. conſ. 324. quæritur vtrum papa. ver. & ſi habeo feudum libro. 1. & conſil. 229. viſo teſtamento. columna 2. libro 4. & Petr. Anchar. conſi. 422. viſo puncto. ad fin. & Iaſ. in l. qui Romæ. in princ. colum. 4. ver. 2. reſponde. ff. de verbor. obl.

*Creditor alijs ſimilem cauſā habentib. quærit, nō alijs. In habentibus ſymbolum facilis trāſitus.*

26 Cæterùm idem Bald. in repet. l. ſi cùm lex. colum. 6. ver. item quia ſtatuere. C. de eman. liber. poſteaquam illud quoque adſcripſit. In habētibus ſymbolum, &c. ſubiunxit, Similia ſibi inuicem maximè congruere, diſsimilia minimè, & Petr. Anch. conſi. 339. pro maiori. colum. 4. verſiculo tertio quòd proles. pulchrè dicit, quòd mater plus cenſetur habere affectionis ad prolem fœmineā, quàm ad maſculam, propter ſexus ſimilitudinem, proptereaque verbum poſteritatis à fœmina prolatum, non tantùm maſculos comprehendit, ſed & fœminas quoq; citatque illud Ariſtotelicum, & dicta l. an inutilis. Et id ſequitur, & dicit ſingul. Iaſon in l. ſed ſi hac. §. liberos. in 1. notab. ff. de in ius vocand. vbi & ex hoc dicit, ꝙ licet, cùm quis accipit emphyteuſim pro ſe & filijs, non comprehendantur filiæ. vt voluit Guid. Suz. in l. veteribus. ff. de pact. & in l. quicunque. C. de ſer. fug. cum multis concor. adductis ab ipſo Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 4. ver. tertiodecimo. ff. de iuriſd. om. iud. hoc tamen fallit, ſi cõceſsio fieret à fœmina, quæ veriſimiliter non minus diligit fœminam, quàm maſculum, ob ſimilitudinem ſexus. Cui adde alios, id idem tenentes, ſ. Socyn. in l. Gallus. §. nunc de lege. colum. vlt. verſ. pro quo tamen adducas. ff. de lib. & poſthum. & in repet. l. cum auus. colum. 46. verſicu. tertius caſus. ff. de libe. & poſthum. & ipſum Iaſon. conſ. 117. in cauſa, & lite vertente inter Reuerendiſsimum. colum. 2. ver. ſecundò principaliter. lib. 4. & Phil. Dec. in c. in præſentia. colum. 4. ver. vltimo etiam alius caſus. de prob. vbi & ex hoc adducit aliud ſingulare, ꝙ licet aliàs filij naturales non excludant ſubſtitutum: fallit tamen, ſi teſtator ſubſtituens eſſet naturalis, propter ſimilitudinem illius qualitatis. & Franc. Curt. Iun. in tractatu feudo. parte 3. colum. 3. uer. ſecundo ſingu. Franc. Rip. libro 1. Reſpõ. c. 1. nu. 74. Ant. Rub. conſ. 22. teſtator. col. 3. ver. quartus caſus. & Hier. Grat. conſ. 110. thema. col. 4. ver. circa ſecundum. lib. 2. & diximus etiam in tract. Primige. q. 10. ver. vlt.

*De eadē re. Fœmina ad fœminam plus affectionis habet. Poſteritas à fœmina nominata fœminas comprehēdit. Emphyteuſis fœminas non recipit. Niſi à fœmina conceſſa fuerit.*

*Filius naturalis, patris itē naturalis excludit ſubſtitutum.*

27 Quid, quòd ſimplex nominis ſimilitudo gignit nobis quandam mutuam affectionem, atque amicitiam. Id quod liquidè conſtat ex l. cum filius. §. pater. ibi, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem mei nominis. ff. de legat. 2. Nam (vt ibi dicit Accurſius) ille eodem nomine vocabatur, quo & teſtator. In quam ſententiā Lycon Aſtyanax Philoſophus Peripateticus, hoc in ſuo teſtamento inter cætera adſcripſit, Quę in vrbe, & Aegyna habeo, Lyconi fratri præcipua do, quòd is nomen ferat noſtrum. Ex quo vides & hanc curam, & affectione philoſophos quoque tangere. Tradit autem Liui. li. 4. ab Vrbe condita, Spurium Melium Tribunum plebis fauore nominis alterius Spurij Melij Equitis Romani, qui quòd regnum affectauerat, a Seruilio Magiſtro Equitū interemptus fuerat, conatum quicquam mouere. Et Suetonius Auguſtum Cæſarem primos hæredes inſtituiſſe Tiburium ex parte dimidia, & ſextante, Liuiam ex parte tertia: quos & ferre nomen ſuum iuſsit. Cui concinit, quod in l. hoc iure. §. ult. ff. de don. fit mentio cuiuſpiā, qui centum alteri ſpopõderat, ſi iuraſſet ſe nomē ipſius laturum. Nam & in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Treb. nō inutilis eſt nominis ferendi conditio. Quibus iuribus innixus Phil. Dec. conſ. 273. in caſu propoſito, colum. 2. ver. ſed tamen prædictis, reſpondit, valere conditionem illam, ſi hæres tulerit nomen teſtatoris. Et plurima teſtamenta videmus, in quibus legata relinquebantur, ea lege,

*Similitudo nominis affectionem gignit.*



ge, vt legatarij ferrent nomina, & arma teſtatorum.

28 Et ſanè illud palam eſt, vt cum Eraſmo loquamur, inter eos qui diſsimili ſunt fortuna, diſsimili vitæ inſtituto, diſsimilibus ſtudijs, aut omnino nõ coire amicitiam: aut ſi coierit, non cohærere, citòque dirimi, atque ob id fieri, vt idiota ſtudioſum literarum oderit, ruſticus aulicum, iuuenis ſenem, diues pauperem, profanus ſacerdotem, vel id atteſtantibus. Decretis canonicis, in c. laicos. & c. laici. 2. q. 7. & in c. clericis. in princ. de immu. eccl. lib. 6. Quin & in eodem genere Epicureus Stoicum, Philoſophus Iuriſconſultum, Poeta Theologum, balbus eloquentem. Hinc geminorum gratiam fratrum Amphionis, & Zethi penè diſsiluiſſe, quòd alter lyræ ſtudioſus eſſet, alter agris colendis gauderet: ac diſsiluiſſet, niſi Amphion abiecta lyra fratris ingenio ceſsiſſet. Ob eandem cauſam non ſatis fuit ſyncera Caſtoris, & Pollucis amicitia: neque caruit infamia tentati parricidij, cùm vterque eodem ex ouo eſſent prognati, vt iam magis gemelli eſſe non poſſent, quòd alter pugil eſſet, alter equis delectaretur. Et vt ſcribit Hora. lib. Ser. 2. Saty. 1.

*Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem.*
*Pugnis.*—— Et vt idem ſcribit:
*Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,*
*Sedatum celeres, celerem gnauumq; remiſsi.*

Hinc quoque malè conueniſſe Remo cum Romulo, ꝙ alter triſtioribus ac ſeueris eſſet moribus, alter blandior. Ex quo exijt id, quod ſcribit Lucanus:

*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Quod citat gl. Inſtit. de rerum diui. §. ſanctæ quoque res. Peſsimè item conueniſſe Cain cum Abel, quòd diuerſo vitæ genere caperentur. Summum ergo amorem ſummę ſimilitudinis eſſe comitem: atque adeò fictum a Poetis, quemadmodum Narciſſus, ante ab omni abhorrens conſortio, ſimulatq; ſuam ipſius imaginem in limpidiſsimo fonte cœpit ardere. Quid enim noſtri ſimilius, quàm ipſa noſtra imago? Ergo cum doctus doctum amat, ſobrius ſobrium, probus probum, nihil aliud amat vterq;, quàm ſuam ipſius in altero imaginem, hoc eſt, ſeipſum.

*Diſsimilitudo ſtudiorum et artium odium gignit. Laici clericis infeſti.*

*Amphionis & Zethi fratrū diſsimilitudo. Caſtoris et Pollucis.*

*Romuli, et Remi.*

*Cain & Abel. Narciſſus ſuā imaginem adamauit.*

29 Ex his illud proficiſcitur, vt quis ſimilis illis eſſe pręſumatur, quibus cum illi eſt amicitia, conſuetudo, familiaritas: vt eſt tex. in l. eum qui. C. de epiſc. & cler. vbi no. Bal. quòd ratione malæ ſocietatis, præſumitur aliquis malus, & in c. inter ſolicitudines. extra de purgat. canon. & cap. clericus. 81. diſt. & cap. peruenit. 2. q. 7. in quibus locis no. gl. præſumi contra aliquem, vel pro aliquo, ex ſocietate. & etiam cap. didici. 1. q. 7. Et facit tex. in l. ædiles. §. hoc autem. ibi, imitatione conſeruorū. ff. de ædil. edict. ex quo no. Bald. ꝙ qui habet malam ſocietatem, acquirit malos mores. Accurſius autem ibi adducit illud cuiuſdā, Ambula cum bonis: mores enim à coniuncto formantur. & refert Bal. conſi. 95. regula iuris eſt. col. 1. libro 1. vbi & ad hoc citat l. ſi cohortalis. C. de cohort. lib. 12. & alia quædam. Et dicit Ang. in authent. de monac. §. cogitandum. per illum tex. ꝙ ex conuerſatione probatur bonitas, vel malitia. Ideoque valet dictum teſtis deponentis aliquem eſſe bonum vel malum, quia vidit eum conuerſari cum hominibus bonæ vel malæ famæ. & hoc idem ſentit Bal. in l. data. col. 19. verſi. item ratione frequentiæ, iunctis præcedentibus. C. qui accuſ. non poſſ. Sed & glo. in cap. cum oporteat. de accuſat. ſumit arg. ex eo tex. contra aliquem ex inhoneſta conuerſatione. & idem dicit gl. c. diffinimus. 18. q. 2. & Card. in Clem. in 3. not. de conceſſ. præb. Quibus adſtipulatur, ꝙ elegantiſsimè ſcripſit Oratorum princeps Tullius lib. 2. Officiorum, Facillimè autem & in meliorem partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros, & ſapientes, & bene conſulentes viros Reipublicæ contulerunt: quibuſcum ſi frequētes ſunt, opinionem afferunt populo, eorum fore ſimiles, quos ſibi delegerunt ad imitandum. P. Rutilij adoleſcentiam ad opinionem, & innocētiæ, & Iuris ſcientiæ, P. Mutij domus commendauit. Refert Suetonius de Claudio Cæſare, illum quidem ex contubernio ſordidiſsimorum hominum, ſuper veterem ſegnitiæ notam, ebrietatis, & aleæ infamiam ſubijſſe. Plinius in epiſtola. lib. 4. ad Falconem, de quodā iuuene loquens. Viuit (inquit) cum Spurina, viuit cum Antonio, quorum alteri affinis, vtrique contubernalis eſt. Poſsis ex hoc facere coniecturam, quā ſit emendatus adoleſcens, qui a grauiſsimis ſenibus ſic amatur. Eſt enim illud veriſsimum, γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτος ἐστὶν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Id eſt, Similis eſt unuſquique his, quorum delectatur conſuetudine: Et Libanius Antiochenus ad Cleomacham, Tales, inquit, plerumq; uideri ſolemus, quales ij ſunt, qui nobis amicitia conſuetudineque coniunguntur. Quam item ſententiam vſurpat idem Libanius ad Neſum: & Diuus Hieronymus ad 23
Demetriadem: Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas: mores enim & ſtudia dominarum plerumq; ex ancillarum, & comitantium moribus iudicantur. Qualis enim quæque ſit, talium conſortio delectatur. Ideo Bal. in d. conſi. 95. ante fi. lib. 1. & in ſuo tract. q. non inſcienter monet iudicem, ut ſciſcitetur, cum quibus uerſatus eſt reus criminis, ut proinde ſciat, quibus is ſit moribus. Quod & ante eum ſcripſit Albert. Gand. in tractatu maleſic. in titulo de præſumpt. & indicijs dubitatis. col. 1. & iterum in tit. de quæſt. & tor. col. 3. & Manſue. in titulo de quæſt. §. item ſeptimò. Et uide quæ dicam infra in 16. lege connubiali, numero 10. incipiente, quiſquis ergo, & multis ſequentibus.

*Tales eſſe præſumimur, quales quibus cum conuerſamur. Mores ex cõuerſatione probari.*

*Rei quib. cum cõuerſati ſunt inquirendum.*

30 Itaque, ut hoc tandem caput concludam (iam enim nimium multa de hac re diximus) cùm ſimilitudo, & æqualitas ſit ueluti amoris mutui fomes, contra diſsimilitudo, & inæqualitas odij, ſitque amor inter coniuges in primis optandus, maximeq; ſi aliud quippiam, neceſſarius, ut nos ſupra multorum teſtimonio docuimus, & quidē etiam inteſtatum, id eſt, nullis teſtibus ſuffultum ſatis per ſe perſpicuum eſt: illud confeſtim neceſſariò conſequēs relinquitur, ut ſimiles nobis, & æquales uxores & genere & opibus, & cæteris oĩno rebus, ſi non inferiores, aſſumere, diligereq;, quantum maximè fieri poteſt, debeamus.

*Concluſio præcedentium.*

31 Quibus & tu adde, quòd leges, legumque conſulti Interpretes, facilè inter pares matrimonium præſumunt, non item inter diſsimiles atque inæquales. tex. eſt in l. imperialis. §. imò. C. de nupt. per quem dicit gl. not. in c. aliter. 30. q. 5. quòd inter impares perſonas non præſumitur matrimonium, niſi interueniant inſtrumenta dotalia, quam facit ſing. Barb. in d. l. ſi diuortio. ff. de uerb. obl. & conſi. 6. ſcriptum eſt præclarè, colum. 9. lib. 1. & conſilio 45. ſcribitur belliſsimè. col. ult. eod. lib. 1. Et facit text. in l. uiduæ. ibi, ut ſi pares ſint genere. & terum in l. ſi donationum. ibi, ut ſi pares ſint genere. & iterum in l. ſi donationum. ibi, inter pares. C. de nupt. & in l. donationes. in princ. ibi, perſonis comparatis. ff. de donatio. & quod uoluit Bald. in l. liberæ. in lect. antiqua, per illum tex. ff. de ritu nupt. & in l. filium. in 1. lectu. ante fin. ff. de his qui ſint ſui iur. & in c. ex tranſmiſſa. col. 1. de reſtit. ſpol. & in c. illud. col. 2. ver. nota diligenter, extra de præſumpt. Quodque in pulchro caſu conſuluit ipſe Bal. conſil. 123. cauſa matrimonialis. lib. 2. & in alio caſu, conſilio 200. in cauſa iſta conſiderandum. in vltimo dubio, verſic. ſed quia iſta interpretatio. lib. 3. & Ang. in §. 3. per illum tex. in authen. quibus modis nat. effi. leg. & in §. adhuc. in authent. vt lic. matri & auiæ. & Pau. Caſt. in l. donationes. in fi. ff. de donat. & facit c. non omnis. 33. q. 2. ſupra a nobis citatum. Et quod tradit Boethius in Commentarijs Topic. Ciceronis, Nuptias inter impares contractas, iure contractas nõ eſſe. Et idcirco apud Apuleium lib. Metam. 6. Iupiter Pſychen & Cupidinem copulaturus, Iam faxo, inquit, nuptias non impares, ſed legitimas & Iuri ciuili congruas.

*Matrimoniū inter pares facilè præſumitur.*

32 Propterea quamuis gl. in l. pen. C. de fideiuſſ. dicat, ꝙ ſi deprehenſi in coitu, prætendat ad excuſationem facinoris,

*Deprehenſis in coitu dicentibus ſe matrimoniũ contraxiſſe, creditur.*

cinoris, matrimonium à ſe antea contractum, ſtabitur illorum aſſertioni, & præſumetur matrimonium: quam gl. ad hoc no. Cyn. Bald Sal. & Ang. ibi, & Bal. in l. falſus. colum. 3. verſic. ſed ſi ipſe dominus. C. de furt. dum allegat no. in d. l. pen. rurſum in c. vlt. col. 3. verſi. idem dico. extra de confeſ. vbi etiam dicit eam eſſe auream. & in c. 1. §. iniuria. in verbo, ſeu furtum. col. 4. ver. quęro ſi Titius. tit. de pace iura. fir. & conſi. 49. ſi dicta Thomaſia. lib. 4. & Ioan. Ana. in c. ad audientiam. col. 4. in 7. q. de homi. & Franc. Aret. conſi. 80. ſicut decet. colum. 3. & Ang. Aret. in tractatu malefi. in verbo, *Che me hai adulterato la mia donna*. char. pen. verſ. pone quòd quidam iuuenis. & Alexand. conſi. 14. animaduerſis his. colum. 5. verſi. pro hoc facit. lib. 2. & iterum conſi. 1. viſo proceſſu inquiſitionis. colum. 5. verſi. & pro hoc quod ſtari debeat. lib. 3. & Cepo. cautela 42. vel ſecundum ordinem aliorum. 44. aliquando contingit. vbi illam glo. dicit no. & conſilio cauſarum crimin. 57. ſuper querela. columna 1. & iterum, colum. 2. vbi illam dicit ſingul. & Cardina. Alex. in capit. is qui. 34. diſtin. & Guid. Papæ in ſingul. 591. verſic. ſiquis deprehendatur & Math. Affl. in conſtitut. Siciliæ, ſi quis rapere, col. 4. verſi. 5. quæro, & Philip. Deci. in capit. cauſam matrimonij. colum. 2. in glo. 1. extra de offi. deleg. Et facit etiam ſing. eam glo. Bald. l. quicumque. colum. pen. verſi. vlterius vides. C. de ſerui. fugit. & in l. eam quam. colum. 6. verſic. item excipiuntur nati. C. de fideicom. & in capit. tertio loco. poſt medium. de præſumptio. & in ſua Margar. in verbo, matrimonium, & in l. vnica. colum. 7. verſicu. quæro fuit quæſtio de facto. C. de confeſ. vbi & eam dicit perpetuo menti tenendam. & Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra. in verbo, confeſsiones. colum. 3. verſic. quæro Petrus & Berta. extra de probat. & Barb. in addit. ad Bald. in l. 1. C. de collu. deteg. & Ant. Bauer. in tract. de viribus iuramenti, verſi. 48. nam licet aliàs. & Hippo. Marſil. in l. 1. num. 69. C. de raptu virg. & in ſing. 22. confeſsio offenſi. & conſil. 61. poſt redditum. colum. vlt. libro 1. Illud tamen debet intelligi, modo inter cætera concurrat perſonarum æqualitas, vt quia vterque nobilis, iuuenis, &c. Ita dicit ſingula. Barbat. in dicta l. ſi diuortio. innixus ſing. vt ipſe dicit, doctrina Bald. in dicta

*Si inter eos ſit æqualitas.*

l. 1. C. de collu. deteg. ſecundum quam dicit ſe aliàs conſuluiſſe. Et ita ſanè conſuluit dicto conſi 6. colum. 9. libro 1. & dicto conſi. 45. eodem libro 1. atque etiam conſil. 49. ſcripſit præclarè. colum. vlt. libro 2. & conſil. vlt. ſapienter magnus. colum. 6. eodem libro 2. & conſ. 26. Clementiſsimum Deum. colum. 1. libro 4. & idem etiam voluit Iaſon in dicta l. ſi diuortio. colum. vlt. vbi etiam facit ſingul. illam in ea re Bald. ſententiam, & Ioan. Lup. in repet. rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 32. colum. 2. nu. 5. Tamen ne fallaris, Bald. in d. l. 1. de collu. deteg. non id expreſsim dicit, ad quod allegatur, niſi mẽdum ſit in vulgatis codicibus, in quibus non ęqualitas perſonarum ſcribitur, ſed qualitas. Quamquàm ſub qualitate, æqualitas poteſt intelligi. Et ipſe Bald. in dicto §. iniuria. titu. de pace iura. fir. loco ſuprà allegato dicit, quod in hoc inſpiciendæ ſunt coniecturæ, quia ficti matrimonij prætextus non excuſat. argumen. d. l. donationes in concubinam. in princip. ff. de donat. quod in idem propè recidit: quem nuncupàtim ſequitur Cepola cautela 39. aut, vt alij, computant. 41. vidimus complures caſus. Nouiſsimè autem Alciat. in lege aliud eſt promittere. ff. de verbor. ſignific. ſcribit tum demum illis credendum eſſe, ſi eorum affirmatio ſit veriſimilis: quod & idem prope eſt.

33 *Ditiores & nobiliores in omni ſocietate refugiẽdi.*

¶ Adde item, quòd non ſolum in matrimonio, ſed & in omni ſocietate & amicitia, nobiliores atque ditiores haud inſectari debemus, ſed potius ęquales. Neque enim ſatis firma (quod iam diximus) neque tuta pauperi cum opulentis amicitia eſt. Quod apud Plautum in Aulularia mirè exprimit Euclio, qui Megadoro locupleti ipſius pauperis affinitatem depoſcenti, in hæc verba reſpõdet:

*Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te hominem diuitem,*
*Factioſum: me item eſſe hominem pauperùm paupernumum.*
*Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentem venit*
*Te bouem eſſe, & me eſſe aſellum: vbi tecum coniunctus ſiem,*
*Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego aſinus in luto,*
*Tu bos me haud magis reſpicias, natus quam ſi nunquam ſiem:*
*Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat:*
*Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum, ſi quid diuortij fuat.*
*Aſini mordicus ſcindant, boues incurſent cornibus.*
*Hoc magnum eſt periculum, me ab aſinis ad boues tranſcendere.*

Ouid. libro 3. de Triſtibus, Elegia 4. amicum quempiam monet, vt magnorum virorum conſuetudinem atq; amicitiam fugiat, veluti non innoxiam. Idque pluribus verſibus, quos hic ſubſcribere paulò longius eſſet, ſed duos tantùm annectam:

*Viue ſine inuidia, molleſq; inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

Et multis ante ſeculis Ieſus filius Sirach, in Eccleſiaſtico, c. 13. idem nos monuit, ſcribens: Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur. Diues iniuſte aget, & fremet: pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpẽ dabit narrans tibi omnia bona: & dicet, & quid opus eſt tibi? & confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter: & in nouiſsimo deridebit te, poſtea videns derelinquet te, & caput ſuum mouebit a te, &c. Ambroſius quoque libro 3. Offic. ſcribit: meliores eſſe amicitias inopum plerumque, quàm diuitum. In quam ſententiam vetus eſt prouerbium ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός, id eſt, fuge procul à viro maiore. *Prouerbiũ*

34 *Æſopi in eam rem apologus.*

¶ Ad hoc nimirum ſpectat Æſopi fabulatoris Phrygij huiuſmodi apologus: Leo, aſinus & vulpes ſocietatẽ inierunt, vt quod venatu cepiſſent, id in commune partirentũ. Vbi quampiam prædam nacti ſunt, leo iubet, vt aſinus partiatur: ille vt erat ſtolidus, in treis æquas portiones diſtribuit. Quamobrem mox indignatus Leo, quòd cæteris æquaretur, aſinum dilaniat. Reſtabat vulpes: eam de integro partiri iubet. Illa totam ferme prædam leoni attribuit, ſibi vix paucula quædam ſeruans: Leo, comprobata diſtributione, rogat, quiſnam illam partiendi docuiſſet artem. Et Vulpes, ἡ τοῦ ὄνου (inquit) συμφορά, id eſt, aſini calamitas. Ex quo Leoninam ſocietatem appellauit Caſsius Iuriſconſultus in l. ſi non fuerint. §. Ariſto. ff. pro ſocio. cùm videlicet omne commodum ad vnum aliquẽ redit, reliquis ex maxima parte fraudatis: Qualis ferme ſolet eſſe ſocietas cum præpotentibus, plebeiæ ſortis hominib. De hac autem Leonina ſocietate loquens Accur. in §. de illa. in verbo, partem. Inſtitut. de ſociet. excerptã eam dicit ex Anieni fabula. At Ioan. Fabr. in eodem loco Æſopo adſcribit, ex eoque refert aliam fabulam, nõ multum (quod ad rem noſtram pertinet) abſimilem, ſubnectitque verſus, quos nec ego grauabor ſubtexere, vt qui mirè huic loco conueniunt, tametſi rudes ſunt admodũ, atque inelegantes:

*Leonina ſocietas vnde dicta.*

*Ne fortem ſotiet fragilis, vult fabula præſens:*
*Nam fragili fidus neſciet eſſe potens.*

Citatq; partem ex ijs, quæ ſupra ex Eccleſiaſtico adduximus, pauculis tamen verbis immutatis.

34 ¶ Quin & vicinitas quoq; (quæ aliàs affinitatis vicem





*Vicinitas potentiorũ fugienda. Prouerbiũ Cardami natura.*

obtinet, teſte Terentio in Heaut.) nobilium præpotentiorumque virorum pauperibus ipſis mala eſt, vt qui non deſinant illos exugere, donec in nihilum redegerint. Propterea que prouerbialiter Cardamo ſimiles dicũtur. Cuius ea vtiq: natura eſt, vt herbarum in propinquo naſcentium humorem ad ſe vi quadam intima perliciendo cogat areſcere, vt eſt apud Ariſtophanem Poetam Comicum, in nebulis, eiuſque interpretem. Sed de hac re multa Heſiodus libro 1. Operum & dierum: multò autem plura Columella lib. Rei ruſticæ 1. cap. 3.

¶ Nec tamen velim exiſtimes, ex his quæ dicta ſunt de nobilitate vxorum, me omnino reijcere matrimoniũ vxorum nobilium, quoniam, vt ſcribit Plutarchus in lib. ὑπὲρ εὐγενείας, ꝓ nobilitate citatus à Stobæo Florilegij, c. 86. Ἄπιστος ἡ τῶν σοφιστῶν συκοφαντία κατὰ τῆς εὐγενείας, οἳ μὴ δὲ τὰ ἐν μέσῳ, καὶ πᾶσι γνώριμα σκοποῦσιν. ὅτι πρὸς τὰς ὀχείας, τῆς εὐγενεῖς ἵππους καὶ κύνας, ὠνοῦνται, καὶ τὸν ἀμπέλων, καὶ ἐλαιῶν καὶ τῶν ἄλλων δένδρων. ἀνθρώπου δὲ οὐδὲν ὄφελος νομίζουσιν εὐγένειαν εἰς τὰς μελλούσας διαδοχάς, ἀλλ' αὐτὸ πείθονται, βάρβαρον εἴτε καὶ Ἑλληνικὸν σπέρμα. καὶ οὐκ οἴονται λεληθυίας τινὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα ἀρετῆς συγκαταβάλλεσθαι τοῖς γεννωμένοις, ὥσπερ τῷ Τηλεμάχῳ τοῦ Ὀδυσσέως, ἐφ' ᾧ καὶ πάνυ τῷ ὀνόματι ὁ Ποιητὴς ἔθηκεν, ἐνέστακται μένος ἠΰ, ὡς ἂν ἐν ταῖς ὀλίγαις σπερμάτων σταγόσι καὶ τὸν ἀρετῆς συρρεόντων ἀγαθῶν. Id eſt, ex Geſneri traductione: Abſurda eſt Sophiſtarũ contra nobilitatem calumnia: qui vulgaria etiam & omnibus notiſsima non conſiderant: nempe quòd generandæ ſobilis gratia generoſi equi & canes emantur, item vitium, olearum, & reliquarum arborum optima quæque ſemina. Homini autem ad futuram ſucceſsionem generis nobilitatem nihil conferre putant, ſed tantundem valere, ſiue barbaram, ſiue Græcam originem. Neque credunt, latentia quædam principia, & ſemina virtutis in generatione liberis communicari: vt Thelemacho Vlyſſis, de quo Homerus, clariſsimo vocabulo vtẽs, dixit, Inſtillata tibi patris virtus: tanquam aſſereret, ad paucas ſeminum guttas paternæ virtutis bona conſtare. Locus aũt ille Homeri eſt li. 2. Odyſſeę, cuius intęger hic eſt verſus:

Εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠΰ.

*Si iam tui patris inſtillata eſt vis generoſa.*

Illi autem ſententiæ Plutarchi ſuccinit alia Theognidis in eo libro cui titulus eſt, γνῶμαι ἐλεγιακαὶ, quam nos aſcripſimus infra in 7. leg. connubiali, num. 13. & in opere de nobilitate, c. 3. nu. 7. vbi & alia multa ad hunc locũ pertinentia videbis. Non fugiendæ ergo ſunt nobiles vxores, ſed nobiles multò nobis nobilitate ſuperiores. Sit igitur hæc quinta Lex connubialis:

*Quinta lex connubialis.*

*Vxores æquales, aut inferiores genere, & opibus ducunto. Superiorum connubia omnino fugiunto, nec tamen propterea vxorum nobilium matrimonia deuitanto.*

# IN SEXTAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS SEXTA.

1 *Æqualitas coniugum in ætate ſeruãda.*

NON ſolum autem in genere & opibus, de quibus affatim locuti ſumus, habenda eſt æqualitatis ratio, ſed & in ætate: de qua quoniam ſtrictim tantum & velut per tranſennam, & coniunctim diximus, operę pretium viſum eſt, ne rem maximi ponderis quodam modo neglexiſſe videamur, de eo paulò latius, atque ſeparatim, ſeorſimque ab illo capite ſcribere. Ioan. Fab. in Rubrica Inſtitut. de nupt. monet eum, qui ſe matrimonio mancipare voluerit, vt tria præcipuè attendat: in quibus illud eſt, vt parem ætate aſſumamus, in id referens illud Prouerbiorum 5. Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Cui concinit & illud Malachiæ 2. Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti. Et paulò inferius: Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Atque illud Theognidis Megarenſis Poetæ vetuſtiſsimi & celeberrimi:

Ἐν δ' ἥβῃ παρὰ μὲν ξυνομήλικι κάλλιον εὕδειν
Ἱμερτὸν ἔργον ἱέμενον. Id eſt,

*In adoleſcentia verò iuxta quidem æqualem melius eſt dormire,*
*Deſiderabilium operum amorem ſatiantem.*

2 *Virgines ducẽdæ, vt gratis moribus imbuãtur.*

¶ Sed vt ad huiuſmodi ætatis æqualitatem commodius deſcribendam perueniamus, illud imprimis obſeruandum monemus, puellas nobis & virgines deſpondeamus, vt gratis illas moribus imbuamus. Qđ & Comæus ille Poeta Heſiodus pręcipit in eo opere, cui titulum nuncupauit, Opera & Dies, libro 2. cuius carmen eſt:

Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.

Et eius authoritate ſubnixus Ariſtoteles lib. Oeconomicon 2. c. 4. Quam ſententiam fulcit Næuius Poeta antiquus in Gymnaſtico, inquiens, Vtrum eſt melius virginem, an viduam vxorem ducere? Virginem, ſi muſta eſt id eſt, ſi nouella eſt. inſtar muſti, vt Nonius Marcellus annotauit. Hoc nimirum eſt, quod intelligi voluit Plautus alter Poeta Comicus in Sticho, vbi Pinacium mulier Antiphoni ſciſcitanti, vtram potius duceret in vxorem, virginemne, an viduam:

*Muſta quid ſit.*

*E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.*

Longo autem interuallo ante Moyſes ſuis legibus monuit, vxores virgines ducẽdas, vt videre licet apud Ioſephum lib. Antiquitatum Iudaicarum 4. cap. 8.

3 *Veneti ſuas puellas admodum virgines maritant. Iuuenes facilius formantur.*

¶ Ideoque Veneti ſolent ſuas admodum puellas virgines matrimonio collocare, vt colligitur ex Cardinal. Flor. conſi. 49. cùm teſtatoris voluntas, iuncto caſu præcedenti. Rectè quidem ac ſapienter illi dijudicant. Puellam enim virginem tunc teneram & mollem, ac rudem, atque informem, in quemuis habitum ſequacem, & in vtramque partem flexibilem, facilimè, quocunque duxeris, trahes, ad tuamque vitæ rationem haud ægrè formabis. Natu autem grandiores, & viduas, quibus & ſui iam & alieni mores pertinaciter inſederunt, ægerrimè reformabis. Præſumptum eſt enim, vt eleganter ſcribit Vlpianus in l. præcipiunt. ff. de ædil. edict. ea mancipia, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad omnia miniſteria aptiora, & dociliora, & ad omne miniſterium habiliora. Trita verò, & veterata difficile eſſe reformare, & ad ſuos mores formare. Quo in loco Salyc. & Bartol. Cepo. appoſitiſsimè not. viduas ſcire ſua & aliena vitia. Eam autem Iuriſconſulti ſententiam eleganti metaphora extulit Ouidius lib. 1. de Remedio amoris:

*Viduæ ſciunt ſua & aliena vitia.*

*Quæ præbet lætas arbor ſpaciantibus vmbras,*
*Quo poſita eſt primum tempore, virga fuit.*
*Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli:*
*Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.*

Idcirco & Virgilius lib. 3. Georg.

*Iam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi,*
*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.*

Ex hoc idem Virg. lib. Georg. 3. optimam vocat ætatem primam ac teneram:

*Optima quæque dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit.——*

Quoniam ſcilicet, vt interpretatur Seneca, epiſtola ad Lucilium 108. poſſumus iuuenes diſcere, & facilem animum & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus eſt idoneum laboribus, agitandiſq; per ſtudia ingenijs, & exercendis per opera corporibus.

4 *Viduas nõ eſſe ducendas.*

¶ Sed quod ad viduas peculiariter attinet, cui vnquã fuit dubium, quin priorum maritorum mores vel corru-

ptiſsimos,optimos tamen arbitrantes,ob id ſolum,quod illis ſunt aſſuetæ,tuos omnino,etiã probatiſsimos, aſpernentur.Hinc aſsiduæ querelæ,domeſticæ conuitia, quotidianæ exprobationes, quicquid egeris,feceriſve, quod forte fortuna diſpliceat, confeſtim priorem maritum ob oculos objicient.Et vt Libanius ſcribit ad Phremilium, non deerunt querelę,ſe priori viro fuiſſe chariorem.Accur.in Authen.de fideiuſſ.in ipſo fermè tituli ingreſſu,in verbo,apparentem, ſcribit,vxorem tum demum de morte boni mariti conqueri , cum minus bonum ſortita eſt. Ego verò aſſeuerãter affirmo,etiamſi multò melior maritus, nedum ſi peior contigerit, nouam ſemper vitæ rationem horrere,atque execrari,inſuetoſque mores faſtidire: vt etiam apud nos innuit tex.in §.vlt.23.q.6. & ali
14 bi latè diximus . Propterea Æſopus ille fabulator egregius,& Philoſophus maximus,dicit, famulos tunc maximè priores dominos deſiderare,cùm ſecundorum ceperint experientiam . Idque indiſcriminatim aſſerit nullo bonitatis prauitatiſq; delectu. Nam & ferè ſemper aliàs id videtur optimum , cui primum aſſueueris . Ideoque Theodorus Tragœdiarum actor,nulli vnquam concedere voluit, vt ante ſe ageret : quaſi magis faueant auditores illis, quos primum audierint : vt refert Ariſtoteles libro Politicon 7.cap.17.vbi & hoc ſubiungit,idem contingere in conuerſationibus hominum & rerum. Omnia enim (inquit) prima nos magis delectant . Cæterum ita natura comparatum eſt,vt præterita ſemper meliora præ ſentibus videantur,propterea quòd nulla tanta eſt fœlicitas aut voluptas , quæ non multum habeat amaritudinis, aut fellis admiſtum. Quod cum adeſt, vrget nos acriter : cùm abijt,non adeo magnum ſui ſenſum relinquit: vnde fit,vt minus videamur tranſactis malis affecti eſſe , quàm afficiamur præſentibus.Porro legibus Moſaicis Leuitici capit.21.& Ezechielis cap.44.prohibebatur,ne viduam vxorem ſacerdos duceret,illa ipſa ratione, vt tradit Hieronymus ad Fabiolam,de veſtitu ſacerdotum,ne ea priſtinarum meminerit voluptatum. Quanquam id aliò refert Iſychius Hieroſolymitanus, libro 6.Commentariorum in Leuiticum,eum ipſum locum enarrans:

*Sacerdos cur viduã ducere prohibebatur.*

5 ¶ Idcirco non iniuria deriſus fuit Bulgarus,cùm inciperet legere l.rem non nouam.C.de iud.propterea quòd nocte præcedente viduam vetulamque deſponſaſſet, vt in ea ipſa l. retulit Accurſ. Plutarchus autem in libro de Euthymia, id eſt, tranquillitate animi, taxat Euphorionem , quod cum prædiuite vetula concumbere cuperet. Idem in Demetrio refert,quòd cum Antigonus pater ipſi Demetrio iuueni ſuaderet,vt vxorem duceret Phillam Antipatri filiam,& Cratero olim iunctã,cuius erat apud Macedones inſignis beneuolentia,iſque eam,vt vetulam aſpernaretur,inſuſurrauit pater illud Euripideion,

*Bulgarus deriſus, quòd vetulam deſpõſaſſet.*

Οὗ τοὐ κέρδος,παρὰ φύσιν γαμητέον.

*Vbi affulſerit lucrũ,ibi verò præter naturã ducenda vxor.*

Olim verò apud quoſdam Germanos virgines tãtum nubebant, & cum ſpe & voto vxores ſemel tranſigebantur.Sic vnum accipiebant maritum,quomodo vnum corpus vnamque vitam,ne vlla cogitatio vltra,ne longior cupiditas,ne tanquam maritum , ſed matrimonium ament. Cæterum Camillus ille Dictator legem tulit, qua pœnis deterruit eos qui nuptias deuitarent earum viduarũ, quarum viri bello ciciderant,vt retulit Plutarchus in vita illius : vbi & rationem eius legis tradit.

*Vxor præter naturã ducenda, ſi lucrũ affulſerit.*

6 ¶ Mirum eſt autem,quod ſcribit Ptolemæus Alexandrinus Quadripartit.li.4.c.item quarto,ſtatim poſt principium. Quod ſi in altera duarum quartarum Luna permaneat in natiuitate viri,tunc in iuuẽtute matrimonium contrahet , vel poſt ſuorum annorum plenitudinem iuuenculam vxorem accipiet. Sin autem in altera duarum occidentalium occiderit, tardè vxorabitur, vel ſibi vetulam ſubarrabit. Sed & Iulius Firmicus Aſtronom. libro 5. capitulo 1. Si in piſcibus horoſcopus fuerit inuentus, & in Leone fuerit occaſus, cum anu matrimonium copulabit,aut cum vidua.Et eo.lib.5.c.3.Dabit Saturnus in Ariete poſitus viduam,aut ab alio ſtupratam. Et iterum : Si Saturnus ad Virginis ſignum acceſſerit, viduam ſortietur vxorem. Et vide,quæ etiam dicam infra, num.29. nec eſt quod ſibi.in fin.& num.33. nec tamen hinc.

*Aſtrorum vi vxores, vel puellas vel anus ducimus.*

¶ Sed & ſicuti viduas & ætate grandiores fœminas non debemus aſſumere in vxores, ita & illud quoque maxime cauendum eſt,vt & è noſtris monet Cepo.in l. præcipimus.num.7. ff.de ædilit.edict. ne ſeniores & prouectæ ætatis viri matrimonium capeſſant, præſertim cum puellis & iunioribus niſi velint ſe ludibrio , contemptui, faſtidio,eſſe vxoribus,quæ cum nihil magis cupiant (earum tenera , atque ebulliente & feruida ætate hoc ipſum imprimis deſiderante) quàm matrimoniali operi frequẽter incumbere,ſuo ſe voto fraudari ( repugnante è diuerſo nimirum ætate virorum) impatienter ferunt. Senes enim non ſunt apti palæſtræ venereæ, parumque diligenter fundum vxorium colere poſſunt : cum ſenectus frigida ſit,& ſicca, vt ſcripſit Ariſtoteles in eo libro quem de Longitudine & breuitate vitæ compoſuit, & libro 5. de Generatione animalium,cap.4. & alibi ſæpe. & Hippocrates Apho.lib.1. cap.14. & Galen.libro 5.de Sanitate tuenda,non ſemel,& de Subſtantia virtutum animalium libro 10.& libro item 1.de Accidenti & morbo.& libro de Temperamentis,& libro cui Titulus eſt, Corporis tẽperaturam ſequi animi mores : vbi præterea dicit , ſenectutem exanguem eſſe.Rurſumque in 2.Tech.c.20.quẽ locum explanans Haly Rodoan,dicit,quòd omnis complexio conuertitur in fine ætatis ad complexionem frigidam,& ſiccam.Paulus Ægineta lib.1.cap.23.& Auicenna lib.1.fen.1. doct.3. c.item 3. Iohannitius in Iſagog.c.10.de qua re longè etiam lateq; diſputat Iacobus Foroliuienſis in ſuis in eundem ſecundum librum Tech.Gal. quæſtionibus 41.q.& è noſtris hoc quoque affirmat Lucas Pen.in l.2.col.quoq;.2.C.de Primi.lib.12. & Domi. in procemio lib.6. in §. quem librum, vbi ex authoritate Phyſicorum,ſenectutem comparat Autumno,qui frigidus eſt,& ſiccus.Hincque illud Virgilij lib.5.Æneidos.

*7 Seniores ne matrimoniũ capeſſant.*

*Senectus frigida & ſicca.*

*Senectus autumno comparatur.*

——*Sed enim gelidus tardante ſenecta*
*Sanguis habet,frigentq; effœtæ in corpore vires.*

Et libro 8.

*Sed mihi tarda gelu,ſeclisq; effœta ſenectus*
*Inuidet imperium.*——

Nam Parmenides apud Stobæum Sermo 112. dicebat, γῆρας γίγνεσθαι παρὰ τῶ τὸ θερμὸ ὑπολείπειν. Id eſt, ſenectutem ob caloris defectum fieri . Siccitatem autem ſatis probat aſperitas & ſqualor cutis. Vnde à Græcis vocantur γέροντες, vt tradit Plutarchus libro Sympoſiacon 3.c.item 3.non quaſi εἰς γῆν ῥέοντες, id eſt,in terram fluentes,ſed quaſi γεηροὶ, id eſt,terreſtres.Et hanc quoque ſiccitatem plane adſtruunt, qui ſenectutem exanguem ac ſanguine exhauſtam dicunt, vti diximus ex Galen. Cui concinit Silius lib.2.

*Senectus ex caloris defectu.*

*Senectus exanguis.*

——*Exanguesq; merendo*
*Stant prima inter ſigna ſenes.*——

Et Lucanus lib.5.

*Vos deſpecta ſenes,exhauſtaq; ſanguine turba.*

Frigiditatem autem ſenectutis euidenter adſtruunt, qui & eam hyemi comparant, vt Eratoſthenes & Patrocles apud Stobæum Serm.113.

¶ Porrò autem ſiccitas & frigiditas res ſunt maximè contrariæ, & voluntati & potentiæ coeundi, quam calido & humido (quemadmodum omnes rerum ſcriptores naturæ aſſerunt) conſtare certum eſt. Et vt ſcribunt Galen.lib.6. de Sanitate tuenda, & Paulus Ægineta lib. 1.cap.15.Veneri natura calida & humida idonea eſt: de quo & nos latius poſtea dicemus in 9. Lege connubiali. num.150. in c.at calor. Ideoque Iuuenalis Saty. 10. loquens de ſenectutis incommodis :

*Senectus hyemi comparatur. Siccitas et frigiditas coitui maximè aduerſantur.*

Coitus



——*Coitus iam longa obliuio : vel ſi*
*Coneris,iacet exiguus cum ramice neruus :*
*Et quamuis tota palpetur nocte,iacebit.*

Ex quo eſt & illud Martialis lib.11. Epigram.82.

*Cumſene communem vexat ſpado Dindymus Æglẽ :*
*Et iacet in medio ſicca puella toro .*
*Viribus hic operi non eſt, hic vtilis annis,*
*Ergo ſine effectu prurit vterque labor.*
*Supplex illa rogat pro ſe miſeriſq; duobus :*
*Hunc iuuenem facias,hunc Cytherea virum.*

Ouidius autem lib.1.Elegi.

*Quæ bello eſt habilis, Veneri quoque conuenit ætas.*
*Turpe ſenex miles,turpe ſenilis amor.* Et ſubdit :
*Quos petiere duces annos in milite forti,*
*Hos petit in ſocio bella puella viro.*

*Senes in Venerem ſegniores.*

Quam ſimilitudinem ſecutus Flor.noſter in l. inuiti . ff. de teſtib.dicit, quòd quemadmodum is,qui quinquageſimumquintum annum natus eſt, bello non eſt idoneus, ideoque vacationem militiæ obtinet,vt dicit, voluiſſe gl. in l.2.C.de his qui non imple.ſtipen. lib.10. ita nec idoneus eſt rei vxoriæ. Et ad hoc dicit, eam gl.eſſe notandã. Quibus conſonat illud Virgilianum lib.3. Georg.

*Frigidus in Venerem ſenior,fruſtraq; laborem*
*Ingratum trahit: & ſi quando ad prælia ventum eſt,*
*Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,*
*Incaſſum furit.*——

9 ¶ Agatho in Platonis Sympoſio,recenſet cupidinem deorum omnium maximè iuuenem eſſe, eiuſque rei argumentum affert,quod ſenectutem fugit, eamque natura odit : iuuenibus autem ſe miſcet, cùm ſit vetus prouerbium,Simile ſimili ſemper hærere . De qua re etiam loquens Tzetzes Hiſtor.Chil.5.cap.15.

*Cupido omnium Deorum maximè iuuenis.*

Νέον δὲ τοῦτον γράφουσι σώματα χαλῶρα ἰον
Ὡς τοῦ ἐρᾶσθαι χαὶ ἐρᾶν πρεπώδους νέα φύσει.

*Iuuenem autem hunc pingunt,ſimul & formoſum ,*
*Veluti quòd amari & amare deceat iuuenilem ætatem.*

Scribit idem Plato de republica lib.1. circa initia, quòd ſenectute libidines reſtinguuntur , & in ea ætate pax eſt, & libertas à rebus venereis. Quem locum imitatus Cicero de ſenectute ita inquit : O præclarum munus ætatis, ſiquidem id aufert à nobis, quod eſt etiam in adoleſcẽtia vitioſiſsimum : de voluptatibus enim venereis potiſsimum loquitur. Et è noſtris Arch. in cap. tanta 86. diſt. dicit,quòd ſenectus à voluptatibus liberat , impudentiſsimis dominis : imponitque modum libidini . Cuius rei tex.eſt in capit.fraternitati.34.diſtinct. vbi ætas ſenilis futuræ incontinentiæ ſuſpicionem aufert, & in cap.cùm in iuuentute, de præſumpt. vbi ſcribitur quod labes huiuſmodi libidinis,quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur,in ſenectute frequentius expiatur.Hincque illud Baſilij illius Magni, Ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη, οὐ σωφροσύνη, ἀλλ᾽ ἀκολασίας ἀδυναμία. ideſt, Continentia in ſenectute, non cõtinentia eſt,ſed libidinis impotentia.

*Senecta libidines reſtinguuntur.*

10 ¶ Sophocles autem iam vetulus à quopiam interrogatus,poſſetne congredi cum muliere,Bona verba (inquit) ò homo : nam liber iam ſum factus,& ab inclementibus iſtis & furioſis dominis aufugi ætatis beneficio. Autor Plutarchus in libello περὶ φιλοπλουτίας, id eſt,de cupiditate diuitiarum : iterumqe in lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, id eſt,num ſeni gerẽda Reſpub.Huius verba Græca hæc ſunt : Ὁ γὰρ Σοφοκλῆς ἄσμενος ἔφη τὰ ἀφροδίσια γεγηρακὼς ἀποπεφευγέναι, καθάπερ ἄγριον καὶ λυττῶντα δεσπότην. Quæ & Plato tradit in prin.lib.1.de Repub. & Tullius lib.de Senec.& Valerius Maximus in lib.4. c.3.Philoſtratus in vita Apollonij Tyanæi, lib.1. Clemens Alexandrinus libro Pædagog.2. c.10. & Marcellinus ad eundem propè modum tradiderunt. Quanquam ſcio Athenæum & Heſandrũ tradidiſſe,Sophoclem ipſum iam ſenem Theoridem & Archippem deperijſſe.

*De eadẽ re.*

11 ¶ Sed vt redeamus ad principale noſtrum inſtitutũ, ſuperioribus concinit illud Flacci Tibulli antiqui Poetæ Comici,in Fabula, cui Helenam nomen poſuit, apud Fulgentium de vocum antiquarum interpretatione :

*Tune amare audes edentule,& capularis ſenex ?*

Illius quoq; alterius Comici Plauti in Mercatore :

*Tun',capite cano amas ſenex nequiſſime ?*
*Si vnquam vidiſti pictum amatorem, hem illic eſt.*

Et paulò poſt ,

*Nam meo quidem animo vetulus decrepitus ſenex*
*Tantundem,quaſi ſit ſignum pictum in pariete.*

Proinde apud eundem autorem in Milite Palæſtrio luculenter dicit , adoleſcentulam mulierem eſſe & nuptam, & viduam,quæ ſeni nupta eſt.

¶ Nam licet ea verè nupta ſit, tamen cenſetur eſſe vidua,cùm maritum habeat ſenem, ideoq; inutilem ex ſententia Accurſij in l.vlt. C.ad leg.Faui.de plagia. Id quod Bald.ibi trahit ad priuilegia conceſſa viduis , vt videlicet huiuſmodi mulieribus competant, quæ habent maritos inutiles : quod multum notandum eſſe Iaſon dicit in repet.l.ſi is qui pro emptore. col.53.verſi.adde quod Io.de Lig.ff.de vſuc. Illam autem gl.dicit valde ſingu. Alex.in addit.Bart.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.act. & conſil.104.ſtatutum loquens.lib.1.& Barb.conſil.46. ſcripſit præclarè,col.1.lib.1. & in tract.de præſtãt a Cardinalium,parte 1.q.12.col.1. vbi & hoc dicit procedere in ſtatutis loquentibus de viduis,quod & idem dicit Fel. in c.ſignificantibus.colum.3. de offic. & pot.iudi.deleg. Sed & illam glo.ſequitur Iaſon in l.ſi dari.circa medium. ff.de verb.oblig.& Franc.Pur. in l.1. colum.7. verſic.ex quo dicto. ff.de iuriſd.omn.iud. Et hoc certè confirmat tex.in c.inter corporalia.extra de tranſlat.prælat. vbi eccleſia dicitur viduata ſponſo,id eſt, Epiſcopo, quæ habet Epiſcopum inutilem : quod ibi Bald.etiam trahit ad mulierem, quæ habet maritum inutilem . Hucque ſpectat, quod apud Ouidiũ Deianira ſe viduam eſſe profitetur , quoniam nullas ex marito Hercule oblectationes referebat,cùm ferè ſemper longius abeſſet : 12

*Vidua dicitur quæ maritũ ſenem habet, aut alias inutilem. priuilegia viduarum huiuſmodi fœminis competunt. Statuta loquẽtia de viduis habent locũ in iſtis.*

*Deianira ſe viduã dicebat.*

*Vir mihi ſemper abeſt,& coniuge notior hoſpes ,*
*Monſtraq; terribiles perſequiturq; feras.*
*Ipſa domo vidua votis operoſa pudicis*
*Torqueor,infeſto ne vir ab hoſte cadat.*

Licet enim ibi vidua , ad domum referatur, tamen non ob aliud domum viduam vocat, quàm quòd ipſa vidua eſſet ob mariti abſentiam . Et Plautus in Sticho Penelopen , quæ diutius marito ſuo caruerat, viduam quoque appellat :

*Penelope vidua.*

*Credo ego miſeram fuiſſe Penelopen ſoror ſuo*
*Ex animo,quæ tandiu vidua viro ſuo caruit .*

Et Seneca Tragœdiographus in Agamemnone :

*Decem per annos vidua reſpiciam virum ?*

Ibi .n.Clytæmneſtra loquitur de Agamemnone marito.

¶ Sed vt ad inſtitutum negotium redeamus, Euripidis ſententia eſt,in Danae apud Stobæum.c.49.

Καινὸν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις
Μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους
Σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας. οὐ γὰρ ἡδονή,
Γυναικὶ τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ.

*Et nunc iuuenes adhortor omnes ,*
*Ne in ſenectute nuptias celebrantes*
*Vix liberos procreent. Nec enim voluptas eſt ,*
*Sed res inimica mulieri ſenex vir.*

*Senex vir inimica res vxori.*

Et poſt pauca :

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.

*Amarus iuueni vxori ſenex maritus.*

Homerus autem longo ante tempore ſatis docuerat, nil oblectationis, nihil voluptatis eſſe mulieri in ſene marito.Nam cum aliquando incidiſſet in mulieres, quæ Cereri ſacrum faciebant in triuio, vnaque ex ijs iuſsiſſet illum faceſſere , ille indignatus hæc in eam cecinit, vt tradit Herodotus in vita illius :

Κλῦθί μοι εὐχομένῳ κουροτρόφε, δὸς δὲ γυναῖκα
Τὴν δὲ νέων μὲν ἀνήνασθαι φιλότητα καὶ εὐνήν.
Ἡ δ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν,
ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλύνεται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

Quæ quidem ita non inſeliciter vertit Conradus Heresbachius:

*Audi flaua Ceres, precor, hoc mihi perfice votum:*
*Hanc nunquam iuueni matronam iunge marito:*
*Sed tremulo ſit nupta, ſeni, cui vertite cani*
*Fundantur crines, gelida ſuperante ſenecta:*
*Is cupiat tantum, effœto nil corpore poſſit.*

Tanquam ſcilicet maius malum non potuiſſet Homerus ei mulieri imprecari, quàm vt ſeni viro nuberet.

14 *Rom. vxores menſe Maio non ducunt.*

¶ Plutarchus autem Problematon cap. 85. quærit, cur menſe Maio Romani vxores non ducant: cuius rei hâc inter cæteras rationem affert, quòd Maius à maioribus natu appellatus eſt. Iunius a iunioribus. Nuptijs verò accommodatior eſt iunior, ſcribente, vt ſubdit, Euripide in Andromache: licet is locum non adſcribat:

Ἀλλ' ἡ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
Ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Id eſt,

*Verùm ſenecta iubet valere Cypridem:*
*Et ipſa rurſum infenſa ſenibus eſt Venus.*

Vel ſic propemodum ad verbum:

*Sed aut ſenectus Venerem valere iubet,*
*Aut Venus ſenibus moleſta eſt.*

Proinde, vt ſubdit Plutarchus, abſtinent nuptijs, Iunium expectantes, qui Maium deinceps protinus excipit. Cuius etiam cæremoniæ meminit Ouid. lib. 5. Faſtorum. Sed & illius ſententiæ Euripides meminit & ipſe Plutarchus in lib. Num ſeni gerenda ſit Reſpublica. Cæterùm idem ipſe in Solone ſcribit, Dionyſium Tyrannum iam vetulum, cùm rogaretur à matre, vt quandam ex ciuibus in matrimonium acciperet, reſpōdiſſe, Ciuitatis quidem leges abrogari à tyranno, naturæ autem leges cogi nullo modo poſſe, ſi præter ætatem vxori ſe iunxerit. Hanc autem abſurditatem ac deformitatem ſibi in ciuitatem minimè inducendam videri. Nec permittendum, vt affinitates alieno tempore fierent, quæ neque gratiæ quippiam, nec officij, nec finem nuptiarum eſſent habituræ. Verum in ſenem, qui ducit puellam, à diligente principe, aut legum latore id optimo iure queat dici, quod in Philoctetem dictum memoratur, Quam bene igitur nubere potes miſer, ac habitans in Thalamo diuitis vetulæ, vt perdices ex concubitu te pinguem comperiens, tranſibis ad ſponſam viri indigentem. Ita enim igitur vulgò in noſtris codicibus Latinis, & quidem corruptè, vt & Græci quoque codices quotquot hactenus vidimus, corrupti ſunt: ſed ita tamen, vt facilè ex ijs intelligas, non Dionyſium ipſum à matre rogatum vxorem accipere, ſed matrem ipſam virum ducere voluiſſe, eique Dionyſium illud dixiſſe,

*Dionyſij ſenis ad nuptias rogati reſponſũ.*

Τοὺς μὲν τῆς πόλεως νόμους λελυκέναι τυραννῶν, τοὺς δὲ τῆς φύσεως οὐκ εἶναι δυνατὸς βιάζεσθαι, γάμους νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν.

Cui planè conſonat, quod tradit ipſe Plutarchus in Apophthegmatis, nempe Dionyſium ipſum matri ſuæ præter ætatem nubere cupienti dixiſſe, Ciuilia quidem iura violari poſſe, naturæ autem minimè. Athanaſius (ſiue is eſt Thophylactus) enarrans illam Pauli ad Hebræos poſtremo capitulo ſententiam, qua protulit, honorabiles nuptias in omnibus, Nuptiæ (inquit) ætate prouectioribus minus conueniunt. Et Claudianus in Carm. de nuptijs Honorij & Mariæ, à domicilio Veneris ſubmouet, & excludit ſenium:

*Hos inter petulans alta ceruice iuuentus*
*Excludit ſenium.*

*Ciceroni probro datum, quod ſenex puellam duxiſſet.*

Non iniuria igitur probro datum eſt Ciceroni, quòd ſexagenarius Publiam virginem vxorem duxiſſet: quod excuſare volens Tyro libertus illius, idcirco id factum fuiſſe tradidit, vt æs alienum, quo maximè obruebatur, diſſoluere poſſet: erat enim Publia opulentiſſima. Cuius rei meminit Plutarchus in vita illius. Sed & Pompeius ob id reprehenſus eſt, quòd iam in ætatem vergens, duxiſſet Corneliam Metelli Scipionis filiam, & iuuenē, & multis amoris gratijs dotatam, filioque ipſius magis copulandam, vt & ipſe Plutarchus tradit in vita illius.

15 *Venus & Saturnus repugnantes.*

¶ Hæc autem haud dubiè palàm adſtruit Aſtronomica ratio. Venus enim præſes rei vxoriæ, & Saturnus ſenectutis antiſtes, vt Aſtronomis placuit, omnium maximè ſunt inter ſe inimici, ſibique è diametro repugnantes, & diuerſi. A quo non longè diſsidet, quod prodit Proculus Platonicus Philoſophus, ætatum ordinem ſequi ordinē vniuerſi, planetarumque rationem. Septimam autem, & eam quidem poſtremam, Saturni conſequi poteſtatem: in qua naturæ conſentaneum eſt, à generatione ſequeſtrari, & à corporeis abiungi, alteram & incorpoream vitam affectando. Nam decrepitos inuadens Saturnus implet naturæ ſuæ malis, frigiditate, pigritia, & triſtitia querula. Quod & a Marſilio Ficino inter Platonicos non poſtremo, annotatum eſt: vt non immeritò cecinerit, quiſquis is fuit apud Græcos:

Γέρων ἐραστὴς ἐσχάτη κακὴ τύχη.

*Senex amator miſerrimus.*

Quo ſignificatur, extremam ſortem malorum eſſe ſenem amatorem. Cui concinens Menander apud Stobæum Serm. 113.

Οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον.
Οὐδὲν, γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν.
Ὁ γὰρ ἀπολαύειν ζητεῖ ὧν ἀπολείπεται
Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;

*Nil miſerius eſſe poteſt amante*
*Sene, niſi alius ſenex amans.*
*Nam qui frui cupit rebus à quibus arcetur*
*Propter tempus, quomodo ille non miſer eſt?*

Et Ariſtophanes in Ἐκκλησιαζούσαις, id eſt, cōcionantibus, vbi inducit Blepyron ſenem hæc conquerentem:

Οἴμοι κακοδαίμων, ὃ γέρων ὢν ἠγόμην
Γυναῖκα,

*Heu mihi infelici, qui ſenex exiſtens, duxi*
*Vxorem.—*

16 *De eadē re.*

¶ Et Mimnermus, aut vt alij vocant, Mnimermus, Smyrnæus ſiue Aſtipalæus, apud Stobœum Serm. 61.

Κρυπταδίη φιλότης, καὶ μείλιχα δῶρα, καὶ εὐνή.
Ἄνθεα ἥβης γίγνεται ἁρπαλέα
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶν· ἐπεὶ δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
Γῆρας, ὅ τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
Αἰεί μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
Οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου.
Ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξὶν.
Οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός.

Id eſt, ex Geſneri verſione:

*Amor occultus, & blanda munera, & lectus,*
*Rapidæ carpendi ſunt iuuentutis flores*
*Viris & mulieribus: vbi verò moleſta ingruerit ſenect°*
*Quæ pulchrum etiam virum reddit informem,*
*Semper tum graues animum rodunt curæ:*
*Nec ſolis aſpectu delectatur ſenex.*
*Oderunt illum pueri, contemnunt mulieres:*
*Adeò miſeram Deus ſenectutem fecit.*

17 *Deſpuere aduerſus incantationes, et alia id genus.*

¶ Hincque illud Tibulli lib. 1. Eleg. 2. ad fin. de ſene amatore loquentis:

*Hunc puer, hunc iuuenis turba circunterit arcta:*
*Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus.*

Veluti rem hanc monſtroſam, & in vltimas terras aſportandam ceſeat. Sic enim deſpuimus comitiales morbos, id eſt, contagia regerimus, & faſcinationes repercutimus & alia quæ ſequuntur apud Plinium lib. 28. cap. 4. quibus oſtēdit, maximas vires ineſſe in huiuſmodi in ſinum exputationibus. Nam & idem Plinius lib. 10. c. 23. in fi. tradit ipſum comitialem morbum deſpui ſuetum. Vnde etiam Plautus in Captiuis:

TYN.



*TYN. Et illi iſthic qui inſputat morbus, interdū venit:*
*Proin' tu ab iſthoc procul recedas. AEGIO. Vltro iſtū à me. ARI. Ain' verbero?*
*Me rabioſū, atq; inſectatū baſtis meū memoras patrē?*
*Et eū morbum mihi eſſe, vt qui me opus ſit inſputarier.*
*AEGIO Ne verere multos iſthic morb° hoīes macerat*
*Quibus inſputare ſaluti fuit, atque his profuit.*

Sed & ipſe Plinius lib. 25. cap. vlt. ſcribit, Senecionem herbam, quæ à Græcis ἠριγέρων dicitur, ſi quis ferro circumſcriptam effodiat, tāgatque ea dentem, & alternis ter deſpuat, ac reponat in eundem locum, ita vt viuat herba dentem eum poſtea non doliturum. Idem lib. 26. capit. 9. Experti, inquit, affirmauere plurimum referre, ſi virgo imponat nuda, ieiuna ieiunio, & alternis ter deſpuat, & manu ſupina tangens dicat, Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda virgo reſtinguat: atque ita retrorſa manu ter dicat, totieſque deſpuant ambo. Item lib. 27. c. 12. ad fin. tradit, circa Ariminum herbam reſedam naſci, qua collectiones & inflammationes omnes diſcutiantur, modò quædam carmina ibi adſcripta ter pronuncientur, & toties deſpuatur. Et libro 3. capitulo 12. ſcribit huiuſmodi exputationes mederi furunculis. Ex quibus quoq; eſt illud Catulli Epigram. 47. ad Licinium:

*Nunc audax caue ſis, preceſq; noſtras*
*Oramus, caue deſpuas ocello.*

Idem illud Perſij Saty. 4.

*Eſt prope te ignotus, cubito qui tangat, & acre*
*Deſputat in mores.—*

Claudianus quoque Panegyr. 7. in eundem ſenſum dixit, Mores deſpuere pro aduerſari & abominari. Et ex Græcis ſcriptoribus Theocritus:

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

*Ne quis me faſcinaret, ter meum in ſinum deſpui.*

Huc item reſpicit illud Plauti in Aſinaria:

*Teq; obſecro hercle, vt quæ locutus es, deſpuas.*

Sed & moribus alios, vt curent, deſpuendos monet Marcellus Burdigalenſis, videlicet glandulas, capite 15.

18 *Senes loquaculi.*

¶ At dicet ſenex quiſpiam loquaculus, vt ſunt fermè omnes, ſi Plutarcho Problematōn ſympoſiacorum Decade 1. c. 2. & Euſtathio in Cœnis Macrobianis lib. 6. credimus, imò ſi Tullio ipſi in Catone Maiore: cuius hæc verba ſunt: Senectus eſt natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videar vindicare. Atque etiam Plauto in Mercatore, qui eos garrulos dicit, & Ariſtot. libro 2. Rhetoricorum, c. 13. vbi & huius rationem reddit. Et Iſocrati in Panathen. & Homero lib. 2. Iliad. vbi Iris id Priamo ſeni exprobrat, dicet (inquam) ſenex maritus, Quod opere non potero perficere, verbis quidem rerumque & hiſtoriarum antiquarum narrationibus compenſabo, quibus aures & animum vxoris demulcebo, à coituſque cogitatione auocabo. Cui illud tantum reſpondebo, Non admodum placere mulieribus illud Homericum de ſenibus libro tertio. Iliados:

Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοί.

*Iam ob ſenium bello deſueti, at dicere tantùm*
*Egregij.—*

Illud item eiuſdem lib. 4 eiuſdem operis de Tydei filio:

Χείρονα μάχῃ, ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω.

*Inferiorem pugna, ſed dicendo priorem.*

Quæ & ipſa trahit Eraſm. ad ſenes libidinoſos. Aut etiā ſimile illud Virg. lib. 11. Æneid.

*— Lingua melior, ſed frigida bello*
*Dextera.—*

Quoniam vt apud ipſum Homerum lib. eiuſdem Iliados 16. dicit Patroclus:

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.
Τῷ οὔτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι.

*Molimentum prælij in manibus eſt, conſilij in verbis.*
*Ea pp non loquacitate nunc opus eſt, ſed pugnacitate.*

Ex quo & illud Virgilianum lib. 10. Æneid.

*—Sed non & Troius heros*
*Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hoſtem.*

Quem imitatus Silius lib. 5.

*At contra nō dicta Libys ſed feruidus haſtā Perlibrat.*

Ante vtrumque Plautus in Truculento ita facit Stratophanem militem loquentem:

*Ne expectetis, ſpectatores, meas pugnas dum prædicē.*
*Manibus duella prædicare ſoleo, haud in ſermonibus.*

*Vbi facto eſt opus, verba non ſufficiunt.*

Et vt cum noſtris loquar, vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt. Ad quod allegant tex. in c. 1. vbi etiam eſt bona gl. ext. de eo qui mit. in poſſ. & in l. qui decem. §. 1. verſic. idem reſponſum. ff. de ſolut. & l. ſeruus ſi hæredi. in fi. ff. de ſtatulib. & in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iur. vbi no. Iaſon in 4. not. adducitque concord. quas ibi videre licet. Sed vnum tex non omiſerim omnium in eā rem elegantiſſimum, in lege prima. §. tuliſſe. ff. de S.C. Syll. vbi ita ſcribitur: Non tamen, qui clamore vſus eſt, auxilium tuliſſe videtur. Quid enim, ſi cùm poſſet manu depellere à domino periculum, ille clamorē inanem elegit? Sed & illud dictum vſurpauit gloſſa in capitulo paſtoralis. in glo. vlt. de offic. ord. & in capitulo, vt circa. in verbo, præſtito. de elect. libro 6. Petr. Ancha. conſi. 235. prima facie dicetur, in princ. & conſi. 330. viſa facti narratione. col. 2. verſi. ad propoſitum, & conſil. 3; i. viſis diligenter actis, poſt princ & Alex. in l. ſi mora. col. 2. ff. ſolu. matr. & conſil. 130. in cauſa Strazorotorum, col. 4. verſic. & ſi diceres. in fin. & ſeq. vbi ad hoc multa adducit, & conſi. 44. eximie Doct. col. vlt. lib. 7. & Hipp. Marſi. qui & in eam rem pleraque affert, quæ de induſtria omitto, in l. qui falſa. col. 8. verſi. vlt. ff. de falſis, & noſtri Dd. ſæpe. Et vt ſolent dicere Germani, referente Bebelio: Verba non implent marſupium. Et Plautus in Epidico:

*Verba non implent marſupiũ.*

*Nam quid igitur te mihi eſſe vtile eſt*
*Beneficiū oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?*

Et Terentius in Adelphis:

*Neq; tu verbis ſolues unquam, quod mihi malè feceris.*

19 *Senectus non omnino arcet à Venere.*

¶ Sed & ſi forte fortuna contingat, vt ſenior cum vxore congrediatur: neq; enim impoſsibile eſt, cùm nemo ſit adeo ſenex, quin aliquando calere poſsit, vel natura, vel arte, vt dicit gl. in c. nuptiarū, in verbo, in quibuſdam, 27. q. 1. & ſenes interdum aliquo beneficio mouentur ad coitum, vt dicit glo. in c. 2. extra de frig. & malefic. Id quod confirmat Pauli Silentiarij Epigram. libro 7.

Ὁ πρὶν ἀμαλδύνας τοῖσιν ἐνὶ φρεσὶν ἡλίκον ἐν ἥβῃ
Ὁ ἱεροφόρου Παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος,
Γυιοβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων
Αὐχένα σοὶ κλίνω Κύπρι μεσαιπόλιος.
Δέξο μεγαυχήσασα, σοφὴν ὅτι Παλλάδα νικᾷς
Νῦν πλέον, ἢ τὸ πρὶν μῆλον ἐφ' Ἑσπερίδων.

*Qui potui iuuenis ſapienter temnere leges*
*Quondam prædulces, ò Venus alma tuas,*
*Spicula carniuorum vitare edoctus amorum,*
*En mea colla ſenex ſub iuga mitto tua.*
*Victa iacet Pallas, magis hæc cape læta trophæa.*
*Aurea quam paſtor cùm tibi mala dedit.*

Horatius autem lib. Carm. 4. Ode 1. conqueritur Venerem, quam iam diutius intermiſerat in ſenectute ſibi rurſum bella mouere:

*Intermiſſa Venus diu*
*Rurſus bella moues, parce precor, precor,*
*Non ſum qualis eram, &c.*

Quin & Plinius lib. 22. c. item 22. ſcribit Scandicem herbam marceſcētes ſenio iam coitus excitare. Licet igitur (vt repetam) ſenes aliquando moueantur ad Venerē natura, vel arte: tamen aut ſunt ſeminis expertes: aut ſi quod habent, eſt agonon, id eſt ſterile, non proleficum, non genitale, ſiue gignitiuum, vt ita loquar, propter inutilis excrementi permiſtionem, quia eorum natura non ſatis poteſt concoquere. Autores Ariſtot. lib. 1. de Generatione animalium, c. 18. & Galenus circa initia libro 2.

*Semen ſenum ſterile.*

de Sanitate tuenda, inquiens in hunc fermè ſenſum: Labor, cibus, potus, ſomnus, omni ætati communia. Venus verò ætate tantum florentium eſt: quæ autem hanc vel præcedunt ætates, vel ſequuntur, aut planè ſemen non effundunt, aut certè infœcundum, aut malè fœcundum emittunt. Quod & affirmat Albertus Magnus libro de animalibus 5. tra. 2. c. 1. & lib. 10. tract. 2. cap. 1. Et hinc ſenectus effœta, id eſt, gignendi vi & poteſtate deſtituta & exhauſta, à Virgilio dicitur illo verſu ſupra citato:

*Senectus effœta.*

*Sed mihi tarda gelu ſecliq; effœta ſenectus.*

20 ¶ Ideoque lege Papia Poppea (ita enim legēdum eſt non Pompeia) à Tiberio Cæſare edita, cautum eſt, ne ſexagenarij vxorem ducerent, tanquam ad generandū minimè idonei. Author Trāquillus in Claudio & meminit Seneca in libris Moralis Philoſophiæ, & Lactantius lib. 1. capitulo 16. & Imperator noſter, in l. pen. C. de nupt. quam & ita intelligit Raph. Fulg. conſ. 212. quædam mulier. colum. 2. verſi. in primo videtur, vbi ex hoc in pulchro caſu conſuluit. Ex quo & alibi ſancitum eſt, ne minor ſit 66. annis, qui arrogat, quoniam magis liberorum procreationi ſtudere debet, l. ſi paterfam. §. vlt. ff. de adoptio. tanquam poſt huiuſmodi ætatem, huius rei vacationem natura ipſa dederit. Et apud Plautum in Mercatore hanc legem præſcribunt adoleſcentes ſenibus:

*Lex Papia Poppia. Sexagenarij vxorē ne ducant*

*Annos natus ſexaginta quierit, ſi quem ſcibimus*
*Seu maritum, ſiue hercle adeò cœlibem ſcortarier,*
*Cum eo nos hic lege agemus.*——

21 ¶ Ergo ſi huiuſmodi prouectioris ætatis viri vxores ducant, easq; minimè imprægnant, (quod vtique ſæpius vſu eueniet) hoc certè vxores moleſtiſsimè patientur. Nam cùm ſemper aliàs, nihil æquè dictet natura, quàm aliud quale ipſum eſt, producere, vel Ariſtotelis teſtimonio lib. 1. Oecono. c. 1. & lib. 2. de anima, & alibi ſæpe. Nititur enim ſummis viribus inſita poteſtas, vt ſe ad effigiē quandam & imaginem immortalitatis, & diuinitatis cōponat: vt quoniam corruptioni obnoxium idem numero animal, nequit perſeuerare, ortu vicario, mortalitati, qua fieri poteſt ratione, adminiculetur, ac velut tibicinis præfultam ab occaſu vindicet. In quam ſententiam Nicol. Lyr. detorquet illud 2. Reg. Ita eſt enim lex Adam Domine Deus. Illud quoque Iob. 30. Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum. Tum verò maximè in huiuſmodi deſiderium mulieres veluti feruntur præcipites. Eſt enim, vt ſcribit Plato in Timæo, ad fin. & ex eo repetit Galenus libro 6. locorum affectorum, capitulo 5. vulua matrixq; in fœminis animal auidum generandi: & quando procul à fœtu per ætatis florem, aut vltra diutius detinetur, ægrè fert moram, ac multum indignatur, paſsimque per corpus oberrans, meatus ſpiritus intercludit, reſpirare nō ſinit, extremis vexat anguſtijs, morbis denique omnibus premit, quouſque cupido amorque quaſi ex arboribus fœtum fructumve producat. Idque eſt, quòd noſtræ leges proclamant, naturam ad hoc mulieres genuiſſe, vt partus ederent, maximamque eis eſſe eius rei cupiditatem. lege ambiguitates. C. de indic. vidui. Et vt alibi ſcribitur, maximum ac præcipuum munus earum eſt, cōcipere, ac tueri conceptum. lege quæritur. §. primo. ff. de ædil. edict. Et pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere. capitulo pudor. 37. quæſtio 2. Hinc illa vox Rachelis virum alloquentis, Gen. 30. Da mihi liberos, alioquin moriar. Et illa quoque Annæ admonitio apud Virgilium libro 4. Æneid.

*Natura ſumus cupidi ſimilis noſtri gignendi.*

*Vulua generandi auida.*

*Mulieres in hoc genita vt partus edant.*

*Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?*

Nam vt ſcribit Euripides in Phœniſsis:

Καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.

Quo ſignificatur, vniuerſum mulierum genus amans liberorum eſſe: quod non tam de liberis iam natis, quàm de deſiderio pariendi liberos intelligi, declarant verba præcedentia.

22 ¶ Quod ſi quiſpiam in hac parte nobis obijcit Maſiniſſam Numidiæ regem & Catonem Cēſorium, & Vladiſlauum Lituanum regem Poloniæ: quorum ille poſt 86. annos Methymathum (alij legunt Methimatuum, alij Mechium, alij Mathumannum, alij denique Mathimanum) filium genuit, alter 88. ætatis anno, ex filia Salonis clientis ſui alterum Catonem, auum Vticenſis, procreauit. Huic autē nonagenario duo filij nati ſunt, Vladiſlaus & Caſimirus. De prioribus meminerunt Plinius 7. Naturalis hiſtoriæ, c. 14. & Solinus in Polyhiſtore, cap. 4. & præterea de Maſiniſſa Valerius Maximus. libro 8. c. 14. & Iulius Florus epitome 50. De poſteriore autem, Æneas Pius in Europa, cap. 25. Si hæc (inquam) quis nobis obijciat, ſciat hęc pro miraculo, reque memorabili, fuiſſe ſcriptis demandata. Nam quæ rarò eueniunt, vice miraculi habentur. §. quantumcumque in authen. de Conſul. Sicuti non abſimiliter pro miraculo habetur, ſi mulier quinquagenaria liberos genuerit. l. ſi maior. C. de leg. hæred. Igitur non temere dictum eſt ac ſcriptum à Socin. conſi. 65. ſuper propoſita conſultatione, colum. 1. & 2. libro 3. quòd licet contingere poſsit, vt octogenarius aliquando generet: quia tamen id non eſt ex communiter accidentibus, certe ſi octogenario cuipiam dicatur natus fuiſſe filius, vt ei ſuccedat, id non præſumetur, nec ei ſuccedet. Quod tamen nō huc adſcripſi, quòd ita ſentiam de nato in matrimonio, niſi aliter conſtaret de impotētia mariti.

*Maſiniſſa 86. annorum filiū genuit. Cato Cenſo. 80. Vladiſlaus 90. Rara, vice miraculi.*

*Octogenario natus filius an ſuccedat.*

23 ¶ Sed fac illud eſſe veluti ordinarium & propè quotidianum, vt ſenes filios generent: at certè illud quoque hinc neceſſariò ſequetur, vt vel eos poſthumos habituri ſint, cùm mors à ſenibus longius abeſſe non poſsit: vel ſi illis adhuc viuētibus naſcantur, non ſatis temporis eis ſupererit, quo eos educare & inſtituere poſsint. Scitum eſt enim illud Megadori ſenis apud Plautum in Aulul.

*Senibus maritatis poſthumi ferè naſcūtur liberi.*

*Poſt mediam ætatem qui ducit vxorem domum,*
*Si eam ſenex prægnantem fortuito fecerit,*
*Quid dubitas, quin ſiet paratū nomē puero Poſthumus.*

24 ¶ Adde, quòd cum nihil ſit, quod magis matrimonium deceat, quàm viri & vxoris amicitia, vt ſæpè alias diximus, eſt ſenectus veluti amicitiæ inimica. Senes enim ob naturæ deficientis imbecillitatem, his vt plurimum carent, quibus amicitia initur, atque conſeruatur: vtpotè cum ſint intractabiles, moroſi, difficilisque admodum conuerſationis, quæ ad amicitiam conciliandam plurimum valet: ſicuti Ariſtoteles tradit libro octauo. Ethic. capit. 6. ita ſcribens: In ſeueris atque ſenibus tanto minus fit amicitia, quanto difficiliores ſunt, & minus cōgregationibus gaudent. Hęc enim ad amicitiam maximè ſpectare, & ipſam efficere uidentur. Et profecto ex conſuetudine, Veneris incentiua, & æſtus efferueſcunt, dicēte Lucretio, Conſuetudo concinnat amorem. Cui concinnens tex. apud nos in c. ueniens. extra de eo qui cogno. conſang. uxoris ſuę ita ait: Deinde ex conuerſatione diuturna ſorori puellæ carnaliter ſe coniunxit. Propterea Apuleius lib. 6. ſcitiſsime conſuetudinem Veneri miniſtram facit. Ad quam etiam ſententiam ſpectat illud Ciceronis in Lælio: Auxit beneuolentiam conſuetudo. Porrò autem moroſos & difficiles, querulosque ſenes eſſe, præter Ariſtotelem fatetur Tullius, in lib. de Senectute, tamen non tam ad ætatem, quàm ad mores id referēs. Et id paſsim experimur. Ex quo Horatius libro 1. Carminum Ode 9. canitiem moroſam vocat:

*Senectus amicitiæ inimica. Senes intractabiles, moroſi, difficiles.*

*Cōſuetudo Cupidinis mater. Conſuetudo Veneris miniſtra. Canities moroſa.*

*Donec virenti canities abeſt*
*Moroſa.*——

25 ¶ Sed & alia ſunt ſenectutis incommoda, ob quæ ſenes ipſi ab vxoribus amari haud queunt, ſuntque illis tædio, contemptui, odio: præſertim ſi ſint adoleſcentulæ: quoniam, vt ait Terentius in Hecyra, Odioſa eſt hæc ætas adoleſcentulis, quem è noſtris citat Lucas Pen. in l. 2. col. item 2. C. de primit. lib. 12. Hæc autem incommoda probè nouerat Iuuenalis, ea deſcribens Saty. 10.

*Senes tædio, contēptui, odio, ſunt. Senectutis incōmoda.*

*Sed quàm continuis, & quantis longa ſenectus*
*Plena*



*Plena malis, deformem & tetrum ante omnia vultum,*
*Diſſimilemq; ſui, deformem pro cute pellem,*
*Pendentesq; genas & tales aſpice rugas,*
*Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus, &c.*

Et poſt pauca:

*Vna ſenum facies, cum voce trementia membra,*
*Et etiam leue caput, madidique infantia naſi.*
*Frangendus miſero gingiua panis inermi.*
*Vſque adeò grauis vxori, natisque ſibique,*
*Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.*

Cæcilij quoque antiqui Poetæ in Hephęſtione ſententia eſt, apud Ciceronē in lib. de Senectute, & Nonium Marcellum ſtatim in princ. lib. de Proprietate ſermonis:

*Tum etiam in ſenectute hoc deputato miſerrimum,*
*Sentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri.*

Quibus concinens Maimnermus apud Stobæum, c. 61.

——Ἐπεὶ δ᾽ ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ γῆρας, Et reliqua, quæ nos adſcripſimus ſupra numero 15.

Et rurſus apud eundem Stobæum cap. 113.

Ἀλλ᾽ ὀλιγοχρόνιον γίνεται, ὥσπερ ὄναρ,
Ἥβη τιμήεσσα, τὸ δ᾽ ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ᾽ ὑπερκρέμαται.
Ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὅτ᾽ ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα.

*Sed breue tempus durat inſtar ſomnij.*
*Iuuentus pretioſa difficilis autem, deformisq;*
*Senectus ſtatim imminet capiti*
*Odioſa ſimul & contempta, quæ virum reddit obſcurū.*

Eſtq; etiam in idem illa Menandri ſententia, cap. 113.

Πικρὸν ἐστὶ θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

*Amarulentus eſt alumnus ſenex domi manens.*

26 ¶ Ex quo factum eſt, vt apud antiquos ſcriptores ſenium pro tędio, moleſtia, & odio plerumq; poneretur, vt eidem Marcello placet, ad hoc referenti illud Actij in Epinauſimache, Mors amici ſubigit, quod mihi eſt ſeniū multò acerrimum. Illud quoq; Turpilij in Demiurgo, Quia enim odio & ſenio mihi nuptiæ. Et multa aliorum teſtimonia, quæ, ne prolixior ſim, prudens omitto. Illud tamen Plauti addidero in Sticho:

*Seniū pro tædio, moleſtia, odio.*

*Hæ res vitæ me ſaturant, mihi diuidiæ & ſenio ſunt,*

Et in Truculento:

*Malè quod mulier incepit, niſi efficere perpetiar,*
*Id illi morbo, id illi ſenio eſt,*

Itemque illud Tullij in Oratione pro Milone: Luget Senatus: mœret Equeſter ordo: tota ciuitas confecta ſenio eſt. Nec deſunt, qui ad hunc quoque ſenſum trahant illud Claudiani lib. 3. de Raptu Proſerpinæ:

*Ignaui ſenium cognouimus æui.*

Quibus adſtipulatur Homerus, qui lib. 19. Iliados ſenectutem odioſam ſiue moleſtam vocat:

*Senectus odioſa. Sordida canities.*

Γήραϊ τε στυγερῷ, &c.

¶ Adde & ſordidam, ſiue ſordētem, & turpem: quod amori admodum repugnat. Sic Statius lib. 11.

——*Veteri ſtat ſordida tabo*
*Vtraque canities,*—— Et lib. 7.
*Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis,*

Et Marullus.

*Turpem caniciem pati.*

*Et turpis. Valet donatio facta à ſene marito vxori iuueni.*

¶ Ex ijsque fit, quòd licet aliàs non valeat donatio inter virum & vxorem. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. per totum: valet tamen, ſi donet ſenex maritus vxori iuueni, veluti magis compenſans, remuneransque vxoris ipſius ex ſua ſenectute iacturam, & incommoda, quàm gratis tribuens, vt plenè no. per doct. in l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ. & in l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. Rom. conſil. 45. conſultatio præſens, colum. 3. & Guid. Pap. conſi. 112. Nobilis Guicharda. in fin. & Bal. Nouellus in tract. de dote §. 10. col. 4. verſic quid autem ſi talis. cum alijs ſimilibus, à me alibi copioſè adductis.

¶ Quæ cum ita ſint, ideo verè cecinit Catullus:

*Et ſenis amplexus culta puella fugit.*

Et apud Apuleium lib. 5. Aſini aurei, Mulier quædam dolenter queritur, inque primo ſuæ miſeriæ loco reponit, quòd nacta eſſet ſeniorem maritum. At ego (inquit) miſera primum patre meo ſeniorem maritū ſortita ſum. Dein. &c. Bart. autē noſter in l. Mutianæ. col. ult. in prin. ff. de cond. & demon. ſcribit, uxores iuuenes cupere mortem ſenum maritorum ſolere, quod & ipſum tradit idē Bart. & poſt eum Paul. Caſt. in l. pater Seuerinam. §. Socrus. eo. tit. ita intelligentes gl. ibi ſimpliciter loquentem de uxoribus. Et hinc quoque ſæpius uxorum adulteria proficiſcuntur, tum quia cum mariti ſenes ſint admodum in Venerem ſegnes, uxores ipſæ aliorum concubitum haud renuunt, imò uerò ſponte nec rogatæ, petulanter rogant, quò ſuam, quantum poſſunt maxime, libidinem expleant. Tum quia maritos ſenes minime diligant, ijs, quę iam dictæ ſunt, rationibus. Ideoque Theognidis ſentētia eſt, incommodam eſſe uxorem iuuenem uiro ſeni. Neq; eam gubernando regi poſſe, ut nauem, neque anchoris detineri, ſed abruptis funibus, ſæpius nocturnalium portum petere, id eſt, aliorum concubitum ſectari. Carmen ipſius eſt huiuſmodi:

*Fœminæ iuuenes ſēnum amplexus refugiunt. Fœminæ iuuenes mortē maritorum ſēnum capiunt. Vxores ſenum maritorum, concubitus aliorum expetunt.*

Οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι,
Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται, ὡς ἄκατος.
Οὐδ᾽ ἄγκυραν ἔχουσιν. ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ
Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Quam quidem ſententiam ex eo affert Clemens Alexandrinus li. Stromathon 6. ubi & aliam in eandem rem adduxit ex Ariſtophane:

Αἰσχρὸν νέᾳ γυναικί, πρεσβύτης ἀνήρ.

*Turpis res iuueni vxori, ſenex vir.*

29 ¶ Ex quo etiam fonte manat impotentiſsimum, imperioſiſsimumq; illud uxorum iuuenum in huiuſmodi ſenes maritos imperium. Nam ut ſcribit Ariſtophanes, ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, id tamen Euripidi attribuens:

*Vxorum iuuenū in ſenes maritos imperium.*

Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. Id eſt ad verbum

*Domina enim ſeni ſponſo vxor.*

Quod & ex Euripide in Phœnice repetit Stobæus Ser. 69. Et Quintilianus, ſi is eſt (quod nondum credimus) in ea declamatione, cui titulus eſt, Cæcus in limine: Genus (inquit) infimæ ſeruitutis eſſe, ſenem maritum. Ideo & paulo poſt eandem, quę ſeni nupſerat uxorem & dominam appellat.

30 ¶ Nec eſt, quòd ſibi in ea re blandiri debeant ſenes, Auroram adamaſſe Tithonum ſenem, dicente Propertio lib. 2. ad Gyntheam:

*Aurora ſenem Tithonū adamauit.*

*At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam,*
*Deſertum Eoa paſſa iacere domo eſt,* Et paulò poſt:
*Cum ſene non puduit talem dormire puellam,*
*Et canæ totiens oſcula ferre comæ.*

Id enim fabuloſum, & ex commento fuiſſe à Propertio, vndecunque cauſam ſuam muniente, confictum potius dixerim, quàm verum: aut ſi verum fuit, id certe, quod ſemel tantum vſu euenerit, perinde eſſe, ac ſi nunquam. Nam, vt inquit Aſconius, Semel vicinum eſt ad penè nunquam, vtq; dicit Celſus noſter, Ex his quę fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur. l. ex his. ff. de leg. Nam quod legitur Venus cum Anchiſe iam ſeneſcente coiuiſſe, vnde Æneam ipſa peperit, non tam ex amore illius fecit, quam quòd ab oraculo accepiſſet, fore, ut deleto Troianorum imperio, Anchiſiadæ imperarent: ut a Michaele Byzātino in Violario eſt ſcriptum. Cęterū ſunt quędam mulieres, quę lege & ui aſtrorum libentius cum ſenibus coeāt, quàm cum iuuenibus, ſi credimus Iulio Firmico lib. Matheſeos 7. cap. 18.

*Semel, vicinum ad pene nunquam. Venus cur cum Anchiſe ſeneſcente concubuit:*

31 ¶ Adde & aliud maximum incommodum, etiam ſi ſuperiora deſint, quòd ex huiuſmodi matrimonijs uirorum ſeniorum cum puellis procedit: nempe perpetuam ipſorum uirorum zelotypiam: Quam uidemus omnes quotidie, & uidit Lycurgus ille ſapientiſsimus Lacedæmoniorum Legiſlator apud Xenophontem in

*Aſtrorum vi quædā mulieres ſenibus libentius cō miſcētur.*

*Senũ maritorũ Zelotypia cames perpetua.*

in Laconum republica, vbi hæc de eo ſcribit: Ἔιγε μέντοι συμβαίνη γεραιῷ νέαν ἔχειν, ὁρῶν τοὺς τηλικέτους φυλάττοντας μάλιστα τὰς γυναῖκας, τ᾽ ἀναντία καὶ τούτου ἐνόμισε, τῷ γὰρ πρεσβύτη ἐπόιησεν ὁποίου ἀνδρὸς καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀγαθεῖν, τοῦτον ἐπαγομένῳ τεκνοποιήσασθαι. Id eſt, Et ſi quidẽ contigerit, vt ſenex quiſpiam vxorem iuniorem ducat, videns huius ætatis homines maximè aſſeruare vxores, huius quoq; rei contrarium conſtituit. Sanxit enim, vt cuius viri corpore animoq; ſenior ipſe magis caperetur, eo adducto ad vxorem, prolem ex eo ſuſciperet. Quantum aũt zelotypia viros torqueat, ſi quando eis cõtigerit, alibi fortè dicemus.

*Prouerbiũ reijciendũ*

32 ¶ Proinde, vt id caput concludamus, reijciendum eſt modis omnibus antiquũ illud Prouerbium à Diogeniano in collectaneis memoratum, ἀεὶ γέροντι νέαν ἐπίβαλλε κόρην. Id eſt, Semper ſeni iuuenculam ſubijce: quo moneri videmur, vt ſeniores viri puellam ducant, magis quã anum, ne ſi frigus acceſſerit frigori, languente Venere ſteriles exiſtant nuptiæ, niſi malimus huiuſmodi prouerbiũ ad alium vſum trahere, cum Eraſmo in tertiæ Chiliados centuria quinta, cap. 91.

*Anus cũ iuuene improbatum matrimonium. Vt vetuli cum puella.*

¶ Superioribus tamen annectendum Græcum Epigramma Leonidis ex 2. lib. Epigrammatum Grecorum, quo æquè improbat matrimonium anus cum iuuene, & vetuli cum puella:

Πρῆυ νέγημε φιλῖνος, ὅτ᾽ ἦν νέος ἡνίκα πρέσβυς,
Δωδεκέτην, Παφίηδ᾽ ὥριο, ὑδ᾽ ἔπετε.
Καὶ γὰρ ἄπαις διέμεινε τότε σπεῖρον ἐς ἄκαρπα,
Νῦν δ᾽ ἑτέροις γήμας, ἀμφοτέρων στέρεται

Id eſt, vt vertit Alciatus noſter:

*Nupſit anus iuueni, vetulo tibi iuncta puella eſt.*
*O' nimium ex omni tempore inepta Venus.*
*Aut alijs ducis, ſterili vel conſeris agro:*
*Coniuge nec frueris: nec frueris ſobole.*

*Iuuenes maritentur, antequam ſcortari didicerint.*

34 ¶ Diuus autem Chryſoſtomus in Epiſtolã Diui Pauli ad Theſſalonicenſes priorem, Homil. 5. monet, vt iuuenes, antequam ſcortari didicerint, connubiali iugo ſubijciantur. Nam ſi ſemel ſe meretricibus addixerint, ſtatim in priſtinam relabi petulantiam. Et longè ante illum D. Ignatius, τοῖς νεωτέροις ἐπιτρέπε γαμεῖν πρὶν διαφθαρῶσι εἰς ἑταίρας. quibus etiam ſignificatur, iunioribus nuptias eſſe contrahendas antequam meretricis amoribus implicentur. Quod & ex eo repetit. Antonius ille Monachus Meliſſæ lib. 1. cap. 14.

*Aſtrorum vi mulieres maritos ſenes ſortiuntur et contra.*

35 ¶ Nec tamen hinc diſcedendum putauimus, prius quàm Lectores illud admonuerimus, vt ſicut mulieres quædam vi & potentia aſtrorum concubitum ſenum appetunt, vt diximus ſupra num. 29. ita etiam quædam eadem vi huic fato ſunt obnoxiæ, vt vel iuuenes cum maritis ſenibus, vel anus cum iuuenibus matrimonio copulentur. Nam cùm Sol in altera quartarum duarum orientalium extiterit, ſcilicet in figura, in iuuenta viro ſeni deſponſabitur, vel in ſenectute iuuenem maritum accipiet. At ſi altera duarum occidentalium extiterit, tardè marito coniugabitur, vel in prima iuuentute ſeni deſponſabitur: vt ſcribit Claudius Ptolemæus lib. 4. Quadripertiti, cap. item 4. vbi & alia huiuſmodi multa tradit, quæ ibi, ſi libeat, videbis. Præter hæc, vide etiam ea, quæ dixi ſuprà num. 6. mirum eſt autem.

*Qua ætate matrimoniũ ineundũ ſit. Legum et Canonum in eam rẽ præſcripta ætas. Aetas ſeminis genitalis.*

36 ¶ Sed iam nunc dicendum eſt, qua potiſsimum ætate vir & mulier matrimonio ſe debent addicere. In qua re, ſicuti inter omnes conuenit, mulierem iuniorem & ætate tenera, virum quoque non ætate defecta eſſe debere: & ita in annorum numero palam diſſentiunt. Priſci illi Romani virgines duodenes, & iuniores etiam nuptui tradebant. Sic enim maximè & corpus & indolem puram & illibatam viro præſtari poſſe tradit Plutarchus in comparatione Lycurgi & Numæ Pompilij. Sed & Leges noſtræ & Cæſareæ, & Pontificiæ viro annum 14. vt ſit idoneus matrimonio, aſsignarunt. Mulierem verò eſſe nubilem, & viro maturam tradiderũt, quæ 12. annos nata eſt. Quod tempus leges in eam rem præſcripſerunt, quoniam ferre ſemen incipit homo circiter annos bis ſeptem, vt dicit Ariſt. lib. 5. de Natura animaliũ, c. 14. vbi ſubdit, quod vim genitalem recipit circa annos ter ſeptẽ. Prius. n. dixerat, quod ſemen non ſimul incipit excerni, & poſſe generare: ſed vis illa prolifica poſtea accedit.

*Puella nouem annorum peperit. Puer nouẽ annorum nutricem impregnauit.*

¶ Quanquam legimus ante hos annos mares liberos genuiſſe, fœminas peperiſſe. Refert enim Alberi. Roſa in ſuo Indice, in verbo, matrimonium, lege ſecunda, puellã nouem annorum peperiſſe. Diuus autem Gregorius in ſuo Dialogo ſcripſit, puerum nouem annorum ſuam nutricem grauidam reddidiſſe, vt refert gl. in Summa 20. q. 1. & ibi etiam Arch. atque Hoſt. & Io. And. in c. vlt. de eo qui cog. con. vxo. ſuæ. Hoſt. in Summa, tit. de pœnitent. §. cui confitendum, verſi. cui pueri. Io. Andr. Panor. & alij, in c. 1. de delict. puer. & idem Io. And. in c. puberes. col. 2. & ibi etiam Pan. de deſpon. impub. & Bart. in tracta. differ. iuris Canonici, & Ciuilis. Ang. conſi. 253. viſis ſtatutis. ante fi. Pet. Anch. in c. ſi pater. col. 7. verſi. in matrimonijs. de teſtam. lib. 6. Domi. conſi. 24. quia difficilè. col. 3. Alex. & Iaſ. in l. in pupillari. vterque col. vlt. ff. de vulg. & pupil. ipſe Alex. in l. 2. col. 3. ver. ſed licet Dd. ff. de vulga. & pupi. & Barb. in procem. Clem. §. nulla. col. vlt. Iaſ. in l. morio. quæ eſt 2. col. 4. illo ti. de vulg. & pup. Quanquam in dialogo Gregorij iſtud omnino non reperitur, vt etiã aſſerunt Card. Flor. & Io. Ana. in d. c. 1. de delict. puer. Et de alio quoque annorum decem retulit D. Hieronymus ad Vitalem, in hæc verba: Domino, inquit, teſte, non mẽtior. Quædam muliercula cum expoſitum nutriret infantem, & inſtillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea paruulus, qui vſque ad 10. iam peruenerat annum: accidit vt plus quàm pudicitia patitur, ſe mero ingurgitaret, accenſaque libidine obſcœnis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit conſuetudinem. Nec dum duo menſes fuerant, & ecce fœminæ vterus intumuit. Sed & in eadem quoq; epiſtola planè dilucideque oſtendit ex annorum computatione Salomonem, & Achaz reges, cum eſſent 11. aut etiã 10. annorum, filios genuiſſe, illum. ſ. Roboam, hunc Ezechiã, & ipſos reges. Cuius ẽt rei meminit Io. And. in d. c. vlt. de eo. qui cog. con. Quo in loco Hoſt. idem ſcribit contigiſſe puero 10. aut 11. annorum caſtro ſancti Michaelis, in diœceſi Siſcarien. Legum igitur conditores id in ea re, ſicuti alias ſemper, conſiderauerunt, quod frequentiùs, & in pluribus vſu euenit. Nam alias natura legem facere non poteſt vt addit Hieronymus in eo loco quem citauimus.

*Alter puer 10. annorum idem fecit.*

*Salomon 10. aut 11. an. genuit Roboam. Achaz eiuſdem ætat. Ezechiam genuit.*

*Fœminæ Curt pubeſcant.*

¶ Et ideo quamuis leges præſumant eſſe puberes, & maturos nuptijs, marem ſcilicet in quatuordecim annis, fœminam in duodecim, & ex hac præſumptione legem ſtatuant: tamen ex Pontificum Decretis contrarium probari poteſt, & ſi comperiatur, valebit matrimonium ante contractum, per cap. de illis. & c. vlt. de deſpon. impub. Quare autem fœminæ citius exiſtimentur, ſintue citius puberes & nuptijs idoneæ, quàm maſculi, Macrobius rationem noſtris incognitam adfert, libro primo, de Somnio Scipionis, cap. 6. uidelicet fœminas propter votorum feſtinationem maturius biennio legibus liberari. Ego verò id naturæ prorſus aſsigno, quæ mulieres citius admouet generationi, veluti naturæ inferioris: vt exilia poma celerius matureſcũt, robuſta ſeriùs vt dicit idẽ Marcob. lib. 7. Saturnaliũ, c. itẽ 7. Et ut ſcribit Theophraſtus de Cauſis plantarũ li. 4. ca. 9. & iterũ. 11. Quæ infirmiora ſunt, ea facilius celeriuſq; perficiunt. A quo nõ longè abhorret, qđ ſcribit Plinius lib. 7. c. 4. & ante illũ Ariſtoteles lib. 7. de Hiſtoria animaliũ. c. 3. fœminas celerius gignere, q̃ matres, ſicut & celerius ſeneſcere. Ex quo Zeuxis pictor Agatharcho etiã pictori ſe de pingẽdi celeritate iactãti, cũ ipſe diutius immoraretur operi, ita reſpondit: Diu pingo, quia pigno æternitati:

citò



*Citò nata citò pereũt. Mulier ut eſt breuioris uitæ, ita citius perficitur.*

citò nata, citò pereunt, diu elaborata, ferunt ætatem. Beta citò naſcitur, buxus paulatim. Autores cùm alij plurimi, tum Plutar. in li. de amicitia in multos diffuſa. Et hoc quoque è noſtris optime intellexit Bart. in l. 2. C. de his, qui veni. æta. impet. vbi dicit, ꝙ mulier, cum ſit breuioris vitæ, ideo citius perficitur, vt contingit in omnibus animalibus. Quod & ipſum ex Ariſt. eſt. li. 4. de genera. animalium, c. 6; Sed & id quoque videmus in virgultis & arboribus, vt ipſe ſubdit: quod & aſſerit Columella in lib. de arboribus. c. 3. non ſemel. & ante eum Theophraſtus de cauſis plantarum, li. 1. c. 9. Et eandem penè rationem ſcripſerunt Hoſt. & Ioan. An. in c. literas. de deſpon. impub. Bal. in l. qua ætate. ff. de teſta. Pan. & Card. Ale. in c. vbi non eſt, eo. ti. & Phil. Fran. in rub. de teſtam. li. 6. col. 3. ver. & quæritur primò.

*Filiarũ nuptiæ nõ diſſerẽda ad 25. annũ.*

39 ¶ Poſſunt ergo ex noſtris legibus, vt iam ſatis dictũ eſt, matrimonium contrahere mares anno 14. fœminæ 12. Sed qua tamen potiſsimum ætate id debeat uterq; facere, leges ipſe non decernunt. Illud tantum ſcriptum reliquerunt, filiam poſſe ſe inconſulto patre matrimonio collocare, ſi pater eius nuptias diſtulerit vſque ad vigeſimumquintum annum, veluti ſenſerint, fœminam intra tempus illud eſſe nuptui tradendam. tex. eſt in Auth. ſed ſi poſt. C. de inoff. te. & in §. cauſas. ver. ſi pater, in authẽ. vt cum de appel. cog. & glo. in c. de raptoribus, in verbo, excuſatas 36. quæſ. 1.

*Iterum de ætate contrahendi matrimonium.*

40 ¶ Alibi autem eſt text. in §. generaliter. ver. nouimus enim, in auth. de tempo. non ſol. pec. ſup. dot. quòd quæ omnium velociſsime feſtinant matrimonium contrahere, non minus tamen, quàm quindecim annos expectãt: & ibi Accur. ſcribit, fortè verum eſſe de conſuetudine. Et alibi videlicet in §. 2. in verbo, viri potentes. Inſti. de nupt. dicit, quòd ille tex. conſuetudinem frequentiorem hominum ponit, tanquam id plerunque homines obſeruent. Et hæc ſunt, quæ reperi in legibus Romanis, quæ extant. Socrates autem apud Caſsiodorum li. 1. Hiſtorię quam Tripartitam vocant, ca. 9. ſcribit, apud ipſos Romanos olim legem fuiſſe, arcentem a priuilegijs habentium uxores, eos qui annum vigeſimumquintum nacti, vxores nondum duxiſſent: tanquam. ſ. intra illam ætatẽ, aut in ea ipſa viri, ſicuti & de fœminis diximus, uxores debeant ducere.

*Heſiod⁹ viro 30. ann. fœminæ 15. conſtituit.*

41 ¶ Aſcræus autem poeta, nunquam ſatis laudatus, viro trigeſimum annum, mulieri decimumquintum ad matrimonium conſtituit. In hanc. n. ſententiam ita cecinit li. 2. eius operis, quod inſcribitur, Opera & dies.

Ὡραῖος καὶ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ᾽ ἀπολείπων.
Μήτ᾽ ἐπιθεὶς μάλα πολλὰ, γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ ἡβῴη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο. Id eſt.

*Aetate matura vxorem domum ducito,*
*Neque multò maiorem natu triginta annis,*
*Neque multo minorem.*
*Iſtæ enim tempeſtiuæ ſunt nuptiæ.*
*Virgo autem pubeſcens anno decimoquarto, nubat decimoquinto.*

*Xenophon Socratic⁹.*

Cui quantum ad mulierem, ſubſcripſiſſe videtur Socraticus Xenophon, qui in Oeconomico inducit Iſchomacum, quem in Oeconomia imitandum propoſuit, cũ Socrate diſſerentem, vxorem ſe quinque, & decem vix annos natam duxiſſe. Quantum ad virum autem, huic concinit, quod ab Aetio traditum eſt Tetrabi. 4. Sermone 4. cap. 26. Ætatem, vel iuniorem, vel profectiorem conceptionem impedire. Ideoque primum pubeſcentes a Venere prohibere deberi. Ita vt vir 30. annum mulier decimumoctauum attingat.

*Aetius Medicus.*

*Lycurgi de hac re lex.*

42 ¶ Lycurgus, cuius cultis legibus Lacedæmoniorum reſpublica floruit, neglectis, euerſa eſt, non certam in ea re ætatem (quod apud antiquos ſcriptores me legiſſe meminerim) definiuit: Illud tamen ſtatuit, vt nemo pro voluntate vxorem duceret, & non niſi cum in adultam ætatem peruentum iam eſſet, nuptias celebraret. Id. n. plurimum fœcunditati, ac robori conducturum. Authores Zenophon in repub. Lacedæmoniorum, & Plutarchus in Apophthegmatis, atque etiam in Vita ipſius Lycurgi, & Numæ Pompilij, ſcribit Lycurgum virgines maturas, & virorum appetentes ſuis legibus deſpõſaſſe, quorum congreſſus, appetente natura, gratiæ ſit beneuolentiæque principium magis, quàm odij, ac metus aduers⁹ viros, ſi ante tempus violenter comprimantur. Tunc. n. corporibus robur ineſt ad conceptus, partuſque dolores perferendos: perinde atque ob aliud nihil illæ nuberent, quàm ad ſobolem procreandam. Romani autẽ (inquit) duodecim annos natas, & iuniores etiam, illas nuptui tradunt. Sic enim maxime & corpus, & indolẽ puram, & illibatam viro præſtari poſſe exiſtimant. Itaq; illam quidem Lycurgi ſententiam ad procreationem prolis magis ſequi naturam: hanc autem Romanorum conſuetudinem ad uitæ contubernium moribus formandis accommodatiorem eſſe.

¶ Solon alter Legislator, ſed Athenienſium, ea Elegia, quam de decem hominum ætatibus cõſcripſit, quintũ ſeptenarium (is eſt trigeſimuſquintus annus) nuptijs aſsignauit, apud Philonẽ Hebræum li. 2. de Mundi opificio. Eã elegiã Lilius Gregorius Latinitate ita donauit: 43

*Solonis de eadem re ſententia.*

*Impubes & adhuc infans. cum ſepta molaris*
*Educit primum, ſeptimus annus erit.*
*Cumq; alios ſeptem Deus huic perfecerit annos,*
*Apparent pubis mollia ſigna nouæ.*
*Tertia mox veſtit tenera lanugine malas,*
*Heu nimis ætatis flos cito præteriens.*
*Iam iuuenem vireſq; facit tibi ſeptima quarta:*
*Virtutis profert certaq; ſigna viri.*
*Coniugijs ætas maturum quinta miniſtrat*
*Natorum, & quibus eſt poſteritatis amor.*
*Sexta homini mentem cunctos adducit ad vſus,*
*Qui queat ingenio rebus adeſſe ſuis,*
*Septima mente valet, valet & lingua, & ſimul iſti*
*Octaua, ambæ annis quatuor atque decem,*
*Nona ætate etiam magè mollia dicere quibit*
*Virtutem ad magnam lingua etiam, & ſophia.*
*Si quiſquam ad decimæ menſuram exegerit annos,*
*Intempeſtiuam non habebit ille necem.*

Cuius ætatum diuiſionis per hunc ſeptenarium numerũ a Solone factæ, meminit etiam Cenſorius in li. de die natali: ſed uerſus eius non adſcripſit.

¶ Plato autem ille Philoſophorum facile princeps, ad finem li. 6. de legib. ita de hac re loquitur: Nuptiarum tẽpus ſit puellæ a ſextodecimo anno in vigeſimum: idque ſit longiſsimum tempus ad hoc inſtitutum: maſculo a trigeſimo, ad quintum, & trigeſimum. Sed & idẽ li. 4. eiuſdem operis, eam legem ſanxit, vt vxorem quiſque a trigeſimo anno ad trigeſimumquintum ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur, & infamia. Idem autem lib. 5. de repub. Mulier a vigeſimo ætatis anno incipiens, uſque ad quadrageſimum pariat: vir autem poſtquam acutiſsimũ ſui curſus vigorem tranſierit, ab anno. ſ. trigeſimo vſque ad quintum, & quadrageſimum procreet. 44

*Et Platonis.*

¶ Cæterum Ariſtoteles ipſius diſcipulus, non longe ab eo diſcedens, maribus circa trigeſimumſeptimũ annum, puellis circa 18. nuptiarum tempus præſcripſit. Ariſtotelis verba ſubnectere placuit, ex quibus facile dignoſci poterit ea æqualitatis ratio, quam in ætate viri, & uxoris requirimus. Ea ſunt Grece ſcripta in hanc ferme ſententiam ex lib. Politicon 7. c. 16. Circa coniugia prouidere debet legislator, qua ætate, & cuiuſmodi exiſtentes ſunt in matrimonium copulandi. Hoc autem inſtituere oportet, inſpiciendo ad ipſos, & ad vitæ tempus, vt ætatibus in idem tempus concurrant, nec diſcrepet generandi potentia. Viro autem generare adhuc valẽte, ſi mulier 45

*Ariſto. de eadem re ſententia.*

ipſa

ipſa concipere non poſſit, vel muliere quidem ad conci-
piendum apta,& vir ipſe non poſſit,lites & diſcordię in
ter ipſos oriuntur. Ad filiorum quoque ſuſceptionem eſt
inſpiciendum. Oportet enim, ne nimis diſtent ab ætate
parentum: quoniam nec ipſi ſenioribus gratiam referre
vllam poſſunt, nec parentes filijs alimenta præſtare.
Nec etiam nimis proximi accedere debent filij. Habet
enim hoc turbationem non paruam. nam minor futura
eſt reuerentia huiuſmodi filiorum erga genitores, vtpote
qui quaſi ſint æquales: & circa gubernationem domus,
querelæ ex iſta quaſi paritate ſolent prouenire. Inſuper,
vt vnde cœpimus eo perueniamus, vt corpora natorum
ſint ſecundum legislatoris voluntatem, ferè quidem hæc
omnia proueniunt per vnam diligentiam. Nam cum ſit
finis gignendi, ut plurimum viris ſeptuageſimus annus,
mulieribus autem quinquageſimus: ita cõiugandi ab ini
tio ſunt, vt ætatibus ad hunc finem concurrant. Eſt autẽ
adoleſcentium cõiunctio improba ad filiorum procrea-
tionem. In cunctis enim animantibus iuueniles partꝰ im
perfecti ſunt: & fœminæ crebrius, quàm mares, & parua
corporis forma gignuntur. Quocirca neceſſe eſt, hoc idẽ
hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, ꝙ
in quibuſcunque ciuitatibus conſuetudo eſt, adoleſcen-
tes mares puellasq́ue coniugari, in eiſdem inutilia, & pu
ſilla hominum corpora exiſtunt. Præterea in partu ma-
gis laborant puellæ, ac pereunt plures. Ex quo reſpon-
ſum oraculi Trœzenijs datum quidam exiſtimant,
ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι τὰς νεωτέρας,
veluti ea cauſa multis pereuntibus propter maturitatem
nuptiarum. Ad continentiam quoque vtile eſt, nuptias
fieri ſeriores: intemperatiores enim eſſe uidẽtur, cũ puel
læ Veneri aſſueſcunt, ac maſculorum corpora impediũ-
tur creſcere, ſi adhuc augente corpore rei Venereæ intẽ-
dant. Nam eius rei quoddam eſt determinatum tempus,
quod multo amplius excedit. Quapropter puellas quidẽ
circa ætatem 18. annorum nuptui tradere congruit: ma-
ſculos verò circa ætatem annorum 36. aut paulo circa.
In hoc.n.tempore, & vigentibus corporibus coniungen
tur, ac procedente tempore ſimul apte deſinent procrea
re poſſe: & filiorum ſucceſſio partim erit ab initio eis ę-
tate vigentib. ſi recte procedit ſtatim generatio: partim
verò dum iam ætas vergit ad annum ſeptuageſimũ. Hæc
maximus Peripateticæ ſectæ conditor.

¶ Ex cuius auctoritate æqualitatem in ętate coniugũ
46 non ita accipi volumus, vt ſint eiuſdem per omnia æta-
*Aequalitas cõiugũ reſpectu finis cõſideranda.*
tis, ſed vt pariter atq; eodem tempore deſinant poſſe ge-
nerare: quod is ita demum fieri autumat, ſi mas fœminã
20. ann. aut paulò plus minuſve præcedat. Nam & iuſtã
æqualitatem ætatis in vtroq; alij quoq; non recipiũt. Eu
ripides.n.in Æolo, apud Stobæum Serm. 69. hæc in eam
ſententiam ſcribit:

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον.
Μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀῤῥένων μένει,
Θηλείας δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας. Ideſt.

*Malum eſt, iuuenem vxorem adoleſcenti coniungere.*
*Diuturnior enim eſt marium vigor,*
*Fœmineum vero corpus citius pubertate deſtituitur.*

47 ¶ Sed quod dicit Ariſtoteles, quinquageſimum annũ
*Fœminæ ad 50. an. mares ad 70. gignũt*
gignendi finem eſſe mulieribus, 70. autem maribus, idẽ
aſſerit ipſe Ariſtoteles, lib. 5. de natura animalium, c. 14.
vbi tamen ſubiungit id raro contingere, vt ad eam vſque
ætatem poſſint generare: ſed magna ex parte quintum, &
ſexageſimum annum finem generandi maribus eſſe, fœ-
minis quintum, & quadrageſimum. Quinetiam quod de
quinquageſimo anno mulierum dictum eſt, hoc & pro-
bant leges noſtræ, in l. ſi ſterilis. ff. de actio. empt. & ven.
& l. ſi maior C. de legit. hære. in quo loco dicunt Fulg. &
recentiores, quòd ad probandum, mulierem ea ætate pe-
periſſe, requiruntur probationes euidentiores, & refert
ibi Ang. quòd Henricus Imperator, cuius vxor ea ætate
conceperat, voluit vt ea palam pareret, quo omnem ſuſpi
cionis occaſionem tolleret, & de hoc quoque multa So-
cy. conſ. 126. viſum fuit. colum. 2. lib. 3. Idque etiam aſſe
rit Plin. lib. 7. c. 14. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. antiqui
tatum Rom. 4. Ad id vero, quod dicit de concubitu, & li
beris parentum iuniorum, quadrat quod ſcribit ipſe Ari
ſtoteles eo. lib. 5. de natura animalium, c. 14. Nouellorũ
in omnibus animalium generibus primam emiſſionẽ ſe-
minis, aut infœcundam eſſe, aut ſi fœcunda ſit, imbecil-
liora tamen generare. Tacitus de moribus Germanorũ,
Sera, inquit, Venus, eoq́ue inexhauſta pubertas: nec vir-
*Germanorum mos.*
gines feſtinantur. Eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pa-
res validæq́ue miſcentur, ac robora parentum liberi re-
ferunt. Et ante illum Cæſar libro ſexto Belli Gallici,
Germani, inquit, ante annum vigeſimum fœminæ noti-
tiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Ex quo ſa-
tis conſtat, apud eos non licuiſſe vxorem ducere intra
annum vigeſimum.

¶ Nec erit intempeſtiuum, Stagiritani Philoſophi ra 48
*Ex Alberto Magno, ætas ad gignendum idonea.*
tionibus adijcere, quæ Albertus ille magnus, miranduſ-
q́ue in phyſicis rebus, de ætate ad generandum idonea
ſcribit, & ea quidem ſcite, licet minus eleganter. In libro
enim de animalibus 5. tract. 2. c. 1. In homine (inquit) eſt
exitus, & deſcenſus ſpermatis poſt completionem duo-
rum ſeptenariorum: ſed ſperma adhuc eſt modicum, te
nue, & aquoſum: Conueniens autem eſt, & bonum, in
tertij ſeptenarij complemento. Tunc enim vt frequen-
tius ſtat longitudinis diameter, & corpus incipit ſpiſſari
ſecundum diametros latitudinis, & profunditatis: & iõ
etiam tunc ſperma ſpiſſius, & glanduloſius efficitur, e-
iuſque calor efficitur calidior, ſuperflua in ipſo exicca-
ta humiditate: propter quod conuenientius eſt ad gene-
randum. Et in eodem capite, multis interiectis: Homo
maſculus, circa 30. annos habens ſemen perfecte matu-
rum, poteſt generare ad 70. annos: & raro in ualentiori-
bus extenditur virtus vſque ad 80. Sed poſt hoc eſt labor
& dolor, & nõ eſt aliqua virtus generationis licet coeat.
Mulier autem concipit, & parit, vſque ad ætatem 50. an-
norum: & hoc raro accidit. In paucis enim accidit mulie
ribus. Inuenta eſt tamen mulier tẽporibus noſtris in Ger
mania, cuius primogenitus exceſſit ultimo genitum, ſpa
tio 40. annorum. Quod autem frequentius accidit in vi-
ris, eſt quòd generant vſque ad 60. vel vſque ad 65. ann.
Et mulier valida conſueuit eſſe ad partum, vſque ad 40.
vel vſque ad 45. annos, qui ſunt duo arcus minorum cõ
iunctionum Iouis, & Saturni, vel parum plus. Idem rur-
ſus lib. 9. tract. 1. c. 2. Sperma (ait) conueniens generatio
ni eſt illud, quod eſt ſufficienter decoctum: & hoc eſt,
quod in tertio diſtillat ſeptennio, hoc eſt, in anno 21. a
natiuitate generantis, ante hoc enim tempus vt in pluri-
bus non eſt ſperma complete habens virtutem generan
di perfectum aliquid in genere humano: quia quamuis
in minori ætate parentum generentur forte ex ſperma-
te eorum: tamen id quod generatur, fit debile, & infirmũ
non complens periodum humanæ uitæ. Et poſt pauca:
ut in pluribus autem, mulieres poſt tria ſeptennia, conue
nientes efficiuntur ad partum, eo quòd corpora earum
mollia in tanto tempore maturantur, quod tunc eſt quã
titas ſpatij coniunctionis Iouis, & Saturni, & vnius anni
ſolaris: quia in quantitate temporis coniunctionis dua-
rum ſuperiorum ſtellarum, infunditur perfectio corpo-
ribus indiuiduorum perfectorum: & hæc perfecta virtꝰ
infuſa per vim Solis, per ſignorũ circuitum reducitur ad
agendum, & adunatur virtus eius, vt ſit efficacior: quo-
niam licet forte aliquis natus non naſcatur in coniũctio
ne Iouis, & Saturni, & ideo annus 20. nõ terminetur ad
iteratam earundem ſtellarum coniunctionem: tamen in
tanto tempore quantitatem rurſus vnius cõiunctionis ꝑ
ficiunt ſuper generata, & ideo ſunt perfecta. De iſtis ta-
men in Aſtronomicis eſt reddenda ratio. Sed hæc dixiſ-
ſe



ſe ad præſens ſufficit, quòd in 21. anno perfecto, matu-
ra eſt ad concipiendum mulier, & quæ ante cõcipit, im
mature concipit, ante tempus videlicet maturi ſemi-
nis: viri autem indigent maiori tempore, quàm ſit iſtud,
quoniam corpora eorum ſunt calori magis reſiſtentia,
& ante tempus illud, quo perfecte matura ſunt corpora
virorum, eſt ſperma eorum ſubtile, & aquoſum: & tale
ſperma non eſt aptum generationi perfecti in genere
humano. Sed oportet, quòd ſperma ſit glanduloſum, &
grandinoſum, quando tangitur, hoc eſt, quod ſit quaſi
compoſitum ex glandulis, & partibus grandinis molli-
bus: quia tunc in ſpiſsitudine eius poteſt contineri fortis
& multus ſpiritus, cum virtute formante perfectum, &
vigoroſum partum. Qui ſpiritus cum virtute ſua, neque
eſt in ſubtili ſpermate: & ſi eſſet, euaporaret. Tale autẽ
ſperma grandinoſum, non eſt in corpore viri, niſi iam
ſit deſiccatum calore iuuentutis, & confortatum, & in-
ſpiſſatum, & exiccatum iam in ſeipſo ab humore ætatis
puerilis. Hactenus ille.

40 Non deſunt tamen, qui dicant, eſtq́; noſtra ætate vul
*Aliorũ de ea re ſententia. Abraham vxore an. x. ſenior.*
gi opinio, ſatis eſſe, ſi vir mulierem annis decem antece
dat. Qua in ſententia fuiſſe videtur Abraham ille, vnus
idemq́ue primus ex Patriarchis, quem tradunt ſacræ li-
teræ annis tantum decem fuiſſe Sara vxore antiquiorem
vt aperte colligitur ex Gen. ca. 17. vbi Abraham ipſe ita
loquitur: Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara no-
nagenaria pariet? Quod & annotauit Origenes Adamã
tius in vndecima quam ſcripſit in Geneſim, Homilia,
paulò poſt initium. Qua autem ætate Abraham eſſet, cũ
Saram vxorem duxit, quave ætate Sara quoq; ipſa tunc
eſſet, non legimus. At illorum filius, & nepos ſ. Iſaac, &
Eſau quadragenarij vxores duxerunt, Gen. c. 25. & ſeq.
ſed qua ætate vxores eorum tunc erant, non ſcribitur.
Nec tamen omittemus, quòd Rabbinus ille, cui nomen
fuit Bag. Bag. magni apud Hebræos nominis, inter pluri
ma documenta illud quoque adſcripſit, vt decem, & o-
cto annus natus filius vxorem duceret, ad vitãdam ſcor
tationem. Cuius rei nos admonuit ornatiſſimus olim no
ſtræ decuriæ præſes, nunc ſacratiſſimus Niuernorum e-
piſcopus, quem hic honoris gratia nomino. Nec quod
Tarquinius ille Priſcus Romanorum rex, omnium re-
rum experientiſſimus, vxorem duxit quinquennio tan-
tum ſe iuniorem: vt tradit Halic. lib. 4. ſi forte hac in re
exemplis ducamur.

41 ¶ Nec interim omittendum cenſuimus, quod ad con
*Ariſtoxeni ſententia de tẽpore coeundi.*
firmationem eorum, quæ ſupra diximus de iuniorũ Ve-
nere & prolificatione, ſcripſit Ariſtoxenus Pythagori-
cus in Florilegio Stob. c. 99. Græce quidem, ſed in hunc
ſenſum, ex traductione Conradi Geſneri: in vniuerſum
quidem cauendam eſſe præcocem Venerem. Nam neq;
in plantarum, neque in animalium genere, quæ præcocia
ſunt, fœcunda fieri, ſed certo tempore ad fructificandi
facultatem præparari, quo corpora ipſorum roborata, &
perfecta, ſemina & fructus proferre valeant. Multas au-
tem res eſſe, quas ſerius didiciſſe præſtaret: quale & opꝰ
venereum eſt. Quapropter oportet pueros ita corporib.
exerceri, & occupari, vt non modo Venerem non quæ-
rant, ſed, ſi fieri poſſit, intra vigeſimum annum prorſus
ipſam ignorent. Quin & ætate rara Venere vtendũ eſſe.
Hoc.n.& ad parentum, & ad generandæ prolis bonã ha
bitudinem multum conducere.

42 ¶ Ex his autem, quæ ſupra diximus, facile intelligis,
*Iuno ætate grãdior Ioue marito.*
omnium ſententia, virum ætate vxorem præcedere debe
re. Quamquam Homerus teſtis eſt li. 4. Iliados, Iunonẽ
fuiſſe Ioue marito natu grandiorem. Ita enim loquentẽ
facit ipſam Iunonem:

Καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης.
Ἀμφότερον γενεῆ τε. & quæ ſequuntur.

Cui concinens Ouid. li. 6. Faſtorum, hæc eam dicentem
quoque inducit:

*Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem*
*Feci: Saturni ſors ego prima fui.*

Vt non ſine magno, ac inſigni exemplo nonnulli hodie
ducant vxores annis ſe maiores. Legibus autem Cre-
tenſium viri eiuſdem ætatis vxores capiebant, vt ſcribit
Strabo, libro decimo.

¶ Ego verò (vt tandem redeam, ac caput hoc conclu 43
*Ariſtot. authoritas.*
dam) magis accedo Ariſt. cuius authoritas, cũ in omni-
bus, tum vero maxime in rerum naturalium cognitione
omnium eſt maxima. Ideoq; Ang. noſter con. pe. Sanctiſ
ſima, & illuſtriſſima domina, illũ principẽ philoſopho-
rum non iniuria appellat. Quin & iuriſconſul. Iulianus
haud grauate illum teſtẽ citauit, in l. ſi pater. ff. de ſolut.
Proinde, & cæteris legib. hanc adiungemus;

*Sexta Lex cõnubialis.*

*Virgines, eaſdemque puellas uxores ducunto.*
*Viduarum vero, atque ſeniorum, nuptias fugiento.*
*Seniores tamen viri vxores iuniores ne deſpondento.*
*Sed æqualitatem ea in re, vt in cæteris, ſectantor.*
*Verum eam non annis, ſed gignendi fine, metiuntor.*
*Denique mares xxvi. puellæ xviij. annorum, aut circi-
ter, nuptijs addicuntor.*

# IN SEPTIMAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS SEPTIMA.

SED penè excidit, quod forte primo 1
*Vxores bonis parentib. & natione nõ infamata eligenda.*
loco monere debuimus, vt videlicet
vxores nobis deligamus, quæ probis
honeſtisq́ue parentibus natæ ſint, at
que etiam ex patria, quæ fęminas hu
miles, & pudicas ferre ſolet. Nam
quod ad parentes pertinet, eius rei
nos ſatis monuit noſter iuris interpres, quem ſummũ in
Gallia magiſtratum geſſiſſe nonnulli, ſed erranter qui-
dem, ferunt. Is eſt Ioã. Fab. qui in rub. Inſt. de nup. inter
cætera, quæ (ſicuti alibi diximus) ei eſſe præcipue atten-
denda monet, qui ſe matrimonio mancipare uoluerit, il
lud non prætermiſit, ut uxorem ducat boni, pacifici (ut
ipſe loquitur) & fidelis generis: quia vt plurimũ videmꝰ
(quemadmodum & ipſe dicit) non ſolum labem ſangui
nis, ſed & morum quoque ad poſteros deriuari.

¶ Quæ ſententia certe ueriſſima eſt. Nam tametſi ſua 2
*Parentum moręs in liberos deriuantur.*
cuique mens eſt, diuino creata arbitrio, plerę́que tamen
ſunt animi uires, quæ ſimul cum corpore a parentib. trãſ
funduntur in filios. Sic enim natura comparatum eſt, vt
cum Ficino loquamur, vt corpus, & anima proportione
quadam harmonica congruant, motusq́ue corporis in
animam, ſicuti & animæ in corpus, (quod Medici ad-
ſtruunt, & alibi in noſtro tractatu nobilitatis, quo in lo-
co de Medicina diſſeruimus, late comprobauimus) facil
lime, & vehementiſſime penetrent. Ideoque quanquam
non educitur anima filij, aut a corpore parentis, aut ab
anima, ex orthodoxorum ſententia, vt & nos alibi latius
diximus: tamen corpus tale, & cum tali quadam procli-
uitate, a tali quodam corpore parẽtis educitur. Sic vuas
acerbas comederunt patres, & dentes filiorum obſtu-
puerunt, vt ſcribitur Hier. 3. c. porrò procliuitatis illius
corporis anima ob cognationem quandam affectumq́;
erga corpus proprium, particeps quodam modo reddi-
tur, præſertim ſecũdum vim eius inferiorem, qua cor-
pori propinquat, multumq́ue conſentit. Deinde vis ſupe
rior animæ naturali quodam amore, inferiori ſępe obſe
quitur

quitur ferme, ſicut illa corpori. Obſequitur (inquam) fere ſimiliter, ſed non æque. Motus enim, qui in anima actio eſt, fit in corpore paſsio: qui in corpore paſsio eſt, fit in animo ſenſus, atque compaſsio. Adhæc filij ipſi parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moreſque deducuntur. Nam cum omnia adoleſcentes, quæ oculis excipiunt, ſimiarum inſtar imitentur, fit ſane, vt quæcunque a parentibus maxime, quorum præſentior ẽ, & aſsiduior conuerſatio, fieri viderint, ad vnguem etiā facere nitantur, & ſeſe aſſuefaciant: aſſuefactique demũ (tanta eſt vis conſuetudinis) perpetuo ita, vt primò imbuti fuerint, quaſi ſecretiore quadam vi agente, perſeuerant: ut eleganter ſcripſit ille educationis liberorum pręceptor eximius.

3 *Filij ſimiles parentibus.* ¶Propterea, vt teſtatur verſus noſtris omnib. obui⁹:

*Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri.*

Quem citat gl. in l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. & in l. quiſquis. in verbo, in quib. C. ad legem Iul. maie. vbi & in eam rem eſt bonus tex. in hæc verba: In filijs paterni criminis exempla metuuntur. & gl. in auth. de refe. fac. pal. ad fi. vbi eſt quoque bonus tex. & in c. venerabilem. ſuper verb. progenitores. & ibi etiam Pa. colum. 4. de elect. & in c. 1. 56. diſt. quæ dicit hanc vnam cauſam eſſe, quare filijs pręsbyterorum non promouentur: & glo. in c. item ſi quis cum militib. 6. q. 1. & ibi etiā tex. & in c. vlt. de conſ. diſt. vlt. & in c. 2. ſuper verbo, defectu, de fil. presb. lib. 6. quæ & illud quoque dicit, hac inter alias ratione, ſpurios ſacris non initiari. Et facit quod voluit glo. in l. cum vnus, in prin. in verbo, donum. ff. de ali. & cib. leg. & Cy. in l. in bonæ fidei. in 7. q. C. de iureiuran. & Bald. in l. 1. ad fi. C. de loca. & in l. ſi quos. in fin. & ibi Ange. C. de capti. & idem Bald. conſi. 95. regula iuris eſt, col. 1. lib. 1. & Alb. loquens in filio calumniatoris, in l. ſi cui. §. 1. nu. 1. ff. de accuſa. & Franc. Aret. in l. iubem⁹, in fin. C. de aduo. diuer. iudi.

*Filij preſbyterorum cur nō promoueantur. Spurij cur ſacris non initientur.*

4 *De eadem re.* ¶Hinc illud Sapientiæ 3. de impijs, & ijs qui ſapientiam abijciunt. Nequiſsimi filij eorum, quaſi nequiſsimorum nequiſsimi ſint etiam filij. Et huc quoque alludens Ezech. c. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Canaā: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Hettæa. Loquitur enim ibi de iudæis Hieruſalem habitantibus, quibus parentes non erant eiuſmodi, ſed quia mores eorum imitabantur, eos dicit ab eis generatos. Et hoc Eſdras ſacer ille ſcriptor, non illepidis ſimilitudinibus inſinuat lib. 4. c. 9. Qualis ager, talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis, & cultura. Vtque alibi ſcribitur Matthæ. 7. atque Luc. 6. non poteſt arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Cuius ſententiæ principium citat glo. in d. §. qui mancipia. Nec minus eleganti figura Theognis:

Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑάκινθος·
Οὐδέ ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον.

*Non etenim è ſquilla roſa naſcitur, aut hyacinthus,*
*Sed neque ab ancilla filius ingenuus.*

Nec abſimili forma Horat. li. Carm. 4. Ode item 4.

*Fortes creantur fortibus, & bonis.*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus: neque imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

5 *De eadem re. Prouerbiũ.* ¶Sed & ſine figura huiuſmodi ſententiam, tanquam prouerbio celebrem, Euripides retulit apud Antonium Monachum, Meliſſæ tom. 2. capitu. 79. & apud Stobæum, capitu. 88.

Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. Ideſt.

*Heu heu, vt illud dictitant rectè, probum*
*Patre ab improbo non naſci filium,*

Et apud eundem Stob. c. 86.

Τοσόνδε παῖδα σωφρονοῦντα ἐπίσταμαι,
Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν ἠσκηκότα.
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακός
Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πείθοι ποτέ.

Ideſt, vt vertit Geſnerus:

*Hunc ego puerum tanta modeſtia præditum noui,*
*Et cum bonis conuerſando pietatem coluiſſe.*
*Quo pacto igitur ex tali homine malus*
*Naſceretur? nullus hoc mihi perſuadebit vnquam.*

Et Ariſt. lib. 1. Polit. 1. c. 4. ex quorundam ſententia ait: Sicut ex hominibus hominem, & ex beſtia beſtiam, ſic ex bonis bonum generari. Et libr. 3. c. 8. Conſentaneum eſt (inquit) ex melioribus ortos, eſſe meliores. Et rurſum in præceptis Rhetorices de cauſis ciuilibus. Nemini eſt obſcurum, qui ex bonis, clariſque parentibus nati ſunt, eos conſentanee fieri ſuis maioribus non diſsimiles. Et lib. 3. Rhetoricorum ad Theodectẽ: Veriſimile eſt (inquit) probum ex probis, & bene educatum, in probum virum euaſiſſe. Et Cicero in Oratione pro Roſcio Comœdo: Nemo ex improbo patre probum filium naſci poſſe exiſtimaret. Et Fabius Quintilianus lib. 5. de argumentis ſcribit, argumenta ſæpe a perſona, & genere eſſe ducenda. Nam ſimiles parentibus, ac maioribus ſuis filij plerũque creduntur, & nonnunquam ad honeſte turpiterque viuendum inde cauſæ fluunt. Diogenes Cynicorũ princeps, cum ebrium in foro vidiſſet, illius (inquit) pater ebrius fuit. Author Laertius. In quam ſententiam Martialis miratur, quòd filia ebrioſi biberet aquam, cũ inquit lib. 6. Epig. ad Catulum:

*Miror, quòd Baſſi filia potat aquam.*

7 *De eadem re. Prouerbiũ.* Suntq́; & in eam rẽ multa antiquis celebrata prouerbia: quale illud eſt, Mali corui, malum ouum. Cuius meminit Gell. lib. 5. c. 10. Et illud Homericum, E quercu, è ſaxis natus, lib. Odyſſ. 19.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Et li. 22. Iliados:

Οὐ μέν πως νῦν ἐστὶν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Et Heſiodus li. 1. eius operis, cui titulum fecit, ἔργα καὶ ἡμέρας, i. opera, & dies, homines natos fingit ἐκ μελιᾶν, i. fraxinis, vt ſignificet duritiem, & feritatem animorum. Vnde & illud Virg. li. 8. Æn.

*Genſq́; virum truncis, & duro robore nata.*

Et li. 1. Georg.

*Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,*
*Vnde homines nati, durum genus.*

Vbi Seru. ait, propter ipſos lapides a quibus nati ſumus. Nam & Græcis populi λάοι dicuntur a lapidib. unde etiā Ouid. lib. 1. Metam.

*Inde genus durum ſumus, experienſq́; laborum;*
*Et documenta damus, qua ſimus origine nati.*

Ex quo, & ipſe Oui. in epiſt. Didus ad Æneam:

*Te lapis & montes, innataq́; rupibus altis*
*Robora, te ſæuæ progenuere feræ.*

Et iuuen. Sat. 6. ſtatim poſt principium:

*Viuebant homines, qui duro nati, &c.*

Et Statius Papin. li. 3. Thebaidos:

*Scopoliſq́; ſatæ, vel robore gentis.*

Vbi Lactan. Grammaticus, in id citat illud Virg. Et rurſum lib. 4. eiuſdem operis:

*—O ſaxis nimirum, & robore nati.*

Vbi Lactantius Grammaticus interpres ſcribit, ad originem conuenire animum. Et idem autor li. 1. Syluarũ in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ:

*—Duro nec enim ex adamante creati,*
*Sed tua turba ſumus.—*

Illud item Quintiliani, Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu, & alia id genus infinita. Illud quoque Theocryti Idyllio 18.

Ἄγριε παῖ καὶ στυγνὲ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας
Δάινεται.

Ideſt, ex Eobani, vt reor, traductione:

Dure



*Dure puer, quem crudeles peperere leænæ,*
*Saxee ſæue puer.*

Sed & illud Ariſtophanis in ea fabula, cui ὄρνιθες, i. aues, titulus eſt, ſtatim poſt principium:

Τὸν ἔποπ' ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων. Hoc eſt,

*Vpupam progenuit auis ex auibus.*

8 *Filius voluntatis, & affect⁹ eiuſdem cũ patre eſſe præſumitur.* Varro autem vni ex Menippeis hunc titulum indidit, Patris eſt filius. ex qua Satyra illum citat Nonius Marcell⁹. Traditq́ue Philoſtratus in Ariſtide, Sophiſtam quempiam eo veluti prouerbio notaſſe Alexandrum, quòd patris ambitionem imitaretur.

¶Ex quibus illud procedit, vt præſumatur filius eſſe eiuſdem uoluntatis, & affectus, cum patre, l. ſi operarum iudicio. ff. de ope. lib. & ita dicit per illum tex. Bal. in l. liberti. colum. 1. verſi. opp. 3. C. eodem & ante eum voluerat Bar. in tract. de Gueluis, & Gibellinis, colum. 3. verſicu. circa quartum, per no. in d. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt. Propterea non inſcienter Alb. Gand. in tract. maleſ. titu. de præſump. & indicijs dubitatis, colum. 4. verſi. præſumptio enim naturæ eſt, monet, vt parentum eius q̃ accuſatur, mores conſpiciantur, vt proinde etiam ſciamus, quibus ſit ipſe accuſatus moribus. Nam qui bonos habuit parentes, bonus: qui malos, malus præſumitur, p̃ aliquot ex iuribus ſup. citatis. Et pulchre dicit Ang. in l. fugitiui. C. de ſer. fug. quòd ex eo quis præſumitur tranſiuiſſe ad hoſtes, quod natus eſt ex progenie eo nomine infamata, & ſequitur Barb. conſi. 34. præclare optimus, colum. 18. ueri. modo ſacratiſsimus. li. 2. & Io. Neuiz. inter conſi. Alb. Bru. conſi. 12. patres comederunt, colũ. x. Et hos quoq; poſtremos verſi. vti erant ante ſuperiorem editionem, Chaſſenæus, fur ille manifeſtus, in ſuo catalo. in 2. par. conſi de. 25. repoſuit.

*Parentes rei accuſati inſpiciẽdi.*

9 ¶Nec tamen illud ſubticebo, fuiſſe nonnullos improborum ſceleratorumque patrum filios probiſsimos, ut è diuerſo probiſsimorum improbiſsimos. Quis. n. neſcit illud Virg. lib. 7. Ænei.

*Contemptor Diuum Mezentius.*

Et tamen is habuit filium Lauſum talem, qualem paulo poſt deſcribit:

*—Dignus qui lætior eſſet*
*Imperijs, & cui pater haud Mezentius eſſet.*

Sed tamen id adeo rarum eſt, vt non aliud quippiā magis. Etſi ſcio apud Homerum lib. Odyſſeæ, Mineruam illud grauiter dixiſſe:

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δὲ πατρὸς ἀρείους.

Quibus ſignificatur, paucos virtutibus parentum reſpõdere; plures autem illis peiores, paucos meliores eſſe.

*Filiæ matrũ mores imitãtur.* 10 ¶At illud vetuſtiſsimum eſt, filias plerunque mores matrum repræſentare ſolere. Neque enim veriſimile eſt, vt filia ſtatim ab ineunte ætate turpibus matris moribus imbuta, honeſtatem in grandiori ætate ſectetur: ad quā tantum abſuit, vt mater cohortaretur: ut etiam ab ea magis, & exemplo dehortaretur, & uerbo. Id quod intellexit Iuuenalis ſcribens Sat. 6.

*Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos,*
*Aut alios mores, quàm quos habet?—*

Et ſequitur:

*—Vtile porrò*
*Filiolam turpi vetulæ producere turpem.*

Item Sat. 14. ſtatim poſt prin.

*—Expectas vt non ſit adultera, Largæ*
*Filia, quæ nunquam mater nos dicere mœchos*
*Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu,*
*Vt non ter decies reſpiret?*

Et paulò poſt ſubdit,

*Sic natura iubet: velocius, & citius nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis*
*Cum ſubeant animos authoribus.*

Et Diuus Ambroſius libro 3. de virginibus, loquens de Herodiade: Quid potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris? Ideoque Ezechiel Propheta decantatiſsimus, c. 19. Sicut (ait) mater, ita & filia eius. Et in hanc ſententiam glo. in d. c. ſi quis cum militib. 6. q. 1. adducit verſum vulgarem:

*Inſequitur leuiter filia matris iter.*

Vnde & Virg. in Bucolicis Ecloga 1.

*Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos Norā.*

Cuius authoritate Columella libro 3. rei ruſticæ, Nihil (inquit) dubium, quin ipſa natura ſobolem matri ſimilẽ eſſe voluerit. In idque alia quædam ſcribit, trahitq́ue etiam ad vineta.

¶Et huc quoque reſpicit, quod ſcribit Hor. libro 2. Carminum. Ode 4. 11 *De eadẽ re.*

*—Neque ſic fidelem*
*Sic lucro auerſam potuiſſe naſci*
*Matre pudenda.*

Quaſi diceret, talis non eſſet, ſi matre impudica nata fuiſſet.

Et Ter. in Heauton.

*Sed vereor, ne me abſente hic mulier corrupta ſit.*
*Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant,*
*Locus, occaſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala.*

Quo in loco donatus interpres, Nam ſimiles (ait) parẽtibus filij plerunque creduntur. Patris autem Ouid. ad Helenam ſcribens, hæc quoq; aperte ſentiens, ita infit:

*Vix fieri ſi ſint vires in ſemine morum,*
*Et Iouis & Ledæ filia, caſta potes.*

*Ouidij locus.* Nam morum, potius, quàm amorũ lectio, arridet: quamquam utrunq; huic noſtræ ſententiæ conuenit.

Ideoq; Libanius ad Solonicum ſcribens, uxorem, inquit, cognitam ducas, cuius parentes, & matrẽ præcipue bonis morib. præſtantem noueris. Et Peleus Euripide⁹ in Andromache, in eam ſententiam hæc dicit: 12

Κἀγὼ μὲν ηὔδων τῷ γαμοῦντι μήτε σοὶ
Κῆδος συνάψαι, μήτε δώμασιν λαβεῖν
Κακῆς γυναικὸς πῶλον· ἐκφέρουσι γὰρ
Μητρῷ' ὀνείδη. τοῦτο καὶ σκοπεῖτέ μοι
Μνηστῆρες, ἐσθλῆς θυγατέρ' ἐκ μητρὸς λαβεῖν.

Ideſt, ad verbum,

*Et ego quidem loquebar, te ambiente affinitatem, nunquam tecum*
*Affinitatem contrahere, neque intra domum accipere*
*Malæ mulieris pullum. Imitantur enim*
*Materna opprobria, Hoc & conſiderate mihi*
*O proci, bona filiam ex matre vt ducatis.*

Et apud eundem Iolaus in Heraclidis:

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι
Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν· ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ
Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεκ' ἡδονῆς λιπεῖν.

*Non eſt hoc liberis pulchrior honor,*
*Quam patre bono, & honeſto natos*
*Vxores ducere a bonis. Qui verò victus deſiderio*
*Malis communicat, non laudabo,*
*Liberis dedecus cauſa voluptatis ſuperari.*

¶In quam etiam ſententiam eſt illud Theognidis:

Κύνας μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Κτήσασθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ φέρῃ.
Οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνειὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα γὰρ τιμῶσι· καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε
Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Ideſt:

*Canes quidem, & aſinos quærimus, o Cyrne, & equos*
*Generoſos; & hæc quiſque vult ex bona progenie*
*Sibi parare: vxorem autem ducere malam ex malo genere non curat*

Vir

*Vir bonus, modo ſibi pecunias multas adferat.*
*Neque mulier mali viri renuit eſſe vxor*
*Diuitis: ſed locupletem præfert bono.*
*Pecuniæ enim coluntur, ex quo malo genere bonus uxorem ducit,*
*Et malus bonum ſibi genus adſciſcit.*
Quam ſententiam admodum probat Xenoph. in lib. de ſcriptis Theognidis. Iure igitur Horat. li. 4. Carm. Ode 24. Scytas eo nomine laudat, quod illic:
—*Dos eſt magna parentum virtus.*
Adeo vt non ab re Moyſes ſuis legib. ſtatuiſſe videatur, ducendas eſſe vxores virgines ingenuas, ex honeſtis parentib. prognatas, vt retulit Ioſeph. li. 4. antiq. iudaicarũ. c. 8. eodemq; vlt. Et hæc quidem de parentibus.

14 ¶Sed & quod ex patria mores ueluti ingenitos accipimus, & ex varijs cœli loci aſpectibuſve diverſæ ingenerentur morum κράσεις, ſiue contemperationes, teſtis eſt doctiſsimus Medicorum Hippocrates Cous, ante ſi. eius lib. qui inſcribitur, De aere, locis, & aquis: Plato in Timæo, & iterum in Menexeno, rurſuſque lib. de Republica, 8. & lib. 5. de legib. ad fi. & ipſius diſcipulus Ariſt. lib. 7. Politicon, c. quoque 7. & rurſum Orbicularium q. lib. 14. cum multis locis, tum vero maxime c. 1. & c. 8. & c. 15. & c. 18. ubi & illius interpres Petrus Aponẽſis hoc late confirmat: & Polybius, & Philoſophus, & Hiſtoricus celeberrimus lib. 4. hiſtoriarum: & Cn. Manilius Cõſul Rom. apud Liuium lib. 8. belli Macedonici, in Oratione, qua Romanos milites aduerſus Gallos animat. Et quiſquis is fuit, qui pro Rhodijs apud eundem Liuiũ 5. Decadis lib. item 5. Orationem habuit ad Senatum: & Cicero in Oratione quam de lege Agraria elegãter ſcripſit, contra Seruilium Rullum, & libr. 1. de diuinatione; iterumque libro 2. & Plinius natu. hiſtoriæ libr. 2. c. 78. & Lucanus lib. 8. illis verſibus:

*Ex patria mores aſſumimus. De eadem re.*

*Quicquid ad Eoos tractus, &c.*
Et Apollonius Hyanæus apud Philoſtratum lib. 7. Plutarchus lib. Politicon ad Traianum, ſtatim poſt princi. Galenus Pergamenus, Medicorum poſt Hippocratem nobiliſsimus, in lib. de ſubſtantia virtutum animalium, c. 9. & rurſum li. 2. de temperamentis, vulgò autẽ de cõplexionibus. Et in lib. cui tit. eſt, Corporis temperaturã animi mores ſequi. & Apuleius libro 10. Metam. & Flauius Vegetius lib. 1. de re milit. c. 2. Et Seruius enarrans illud Virgilij, lib. 6. Ænei.
*Principio cœlum ac terras, campoſq; liquentes.*
Vbi etiam dicit poſt Ptolemæum, translatum ad aliud clima, hominum naturam ex parte mutare. De toto. n. nõ poteſt; quia in principio accipit ſortem corporis ſui. Et omnino fuſiſsime Alexander ab Alexandro, libro 4. Genialium dierum, c. 13. & Cœlius Rhodiginus li. Lectio. antiquar. 18. c. item 18. ex ultima editione: quorũ verba, ne ſim longior, prætermiſi, eorum ſententiam ſtricte retuliſſe contentus.

15 ¶Cuius etiam ſententiæ ſunt omnes ſcriptores Aſtronomici, iſtud aſtris aſcribentes, & inter cæteros Claudius Ptolemæus Alexandrinus li. 2. Quadripartiti, c. itẽ 2. & 3. eiuſque in eum locum interpres Haly, & Albumaſar introductorij li. 3. & iterum 5. & maximus ipſe ſyderalis ſcientiæ profeſſor Firmicus Maternus ad Mauortium Lollianum lib. Aſtronomicon 1. ca. etiam 1. cuius verba hæc ſunt: Quædam gentes ita è cœlo formatæ ſunt, vt propria ſint morum vnitate conſpicuæ, Scythæ immani feritatis crudelitate graſſantur: Itali ſiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi: Galli ſtolidi; leues Græci; auari Syri; Afri ſubdoli; acuti Siculi; luxurioſi ſemper Aſiatici, & occupati uoluptatibus; Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſteri. Quamquam ſcio, eundẽ authorem eiuſdem li. c. 4. eodemque ult. hæc ſcripſiſſe; de moribus verò gentium ſuperuacanea diſputatio eſt. Nã & Aſiaticos plurimos videmus, imò penè omnes, ſobrietatis inſignia præferentes, & Græcorũ leuitas ſæpe modeſte grauitatis pondus accipit; & effrænata Scytharum rabies quandoque humanitatis clementia mitigatur; & in finibus Galliarum populus ſapientiæ temperamento prudenter conualeſcit; Afrorum quoque ſubdolas manus honeſtæ fidei ornamenta condecorant; & a plurib. Hiſpanis iactantiæ vitia deſeruntur; & Syrorum auaritiam mutauit repentina profuſio. Nec eſt inter illos acutos Siculos ſtultos inuenire difficile. Ab italis quoq; frequenter dominationis imperia translata ſunt.

*Mores gentium ſæpe immutari*

16 ¶Secundum hanc ſententiam Herodotus in Calliope, & Plutarchus in Apophthegmatis ſcriptum reliquerunt, quòd cum montuoſa eſſet Perſarum regio, & aſpera, vellentq; propter ea ipſi Perſæ regnante Cyro cãpeſtrem, ac mollem capere, id quidem non paſſus eſt Cyrus, inquiens, & plantarum, & hominum mores, & ingenia regionem quoque ſimilitudinem trahere, & φιλεῖν ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι, hoc eſt, Naturale eſſe, vt in mollib. locis molles prouenĩat. Vnde profectum videri poteſt antiquum adagium, in Græcorum collectaneis relatũ, βίοι ἀνθρώπων, καὶ φυτῶν σπέρματα, συνεξομοιοῦνται ταῖς χώραις. Ideſt, Mores hominum & plantarũ ſemina, ad regionis habitum reſpondent.

*De eadem re.* *Prouerbiũ*

17 ¶In eam quoq; ſententiam pedibus uadit Vlp. iuriſconſultus in d. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. ubi in hæc prope verba ſcribit; Qui mancipia uendunt nationem cuiuſque in venditione pronunciare debent. Plerunque enim natio ſerui, aut prouocat, aut deterret emptorem. Idcirco intereſt noſtra, ſcire nationẽ. Præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia nationis ſunt non infamatę; quoſdam malos videri; quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt. Quòd ſi de natione ita pronunciatum non erit, iudicium emptori, omnibuſque ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod emptor redhibeat mancipium. Ex quo tex. no. Cępolla ibidem, num. 14. & longo ante tempore Accur. noſter in auth. de referen. in verbo, ex patribus, quod ratione patriæ quis præſumitur bonus, aut malus. Concilium Nauatenſe in c. quando. 24. diſt. iubet ordinandorum patriam inueſtigari, vt proinde ſciatur, quibus ipſi ſint imbuti moribus. De quo etiam tex. eſt in c. conſtitutus, extra de purg. cano. Et alibi contra aliquem præſumitur ratione patriæ, ut eſt tex. in d. c. afros. 98. diſt. & ibi nota. glo. & Arch. qui adducit illam Firmici ſententiam, a nobis ſupra citatam, tacito tamen authoris nomine, & Bal. in l. data. colum. 10. ver. octauo modo. ibi, item rõne patriæ. C. qui accu. non poſ. qui & illum tex. allegat. Et ſimile eſt, quod dicit Bar. in tract. de Guelphis, & Gibellinis colum. 4. quòd de iure quis præſumitur eſſe eius affectionis, qualis eſt eius patria. Eſt enim præceptum iuris gentium, ut patriæ pareamus. l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. quod dictum pro ſing. reaſſumit Barb. conſi. 34. præclare optime dicit, colum. 18. lib. 2. & alibi quoque commendat in repe. c. reginaldus. colum. 4. & iterum 88. de teſtam. & conſi. 10. ſapienter ſcribitur, colum. 3. li. 2. & Fran. Curt. Sen. conſi. 45. ſtatuto, ſeu conſuetudine, colum. 4. uerſi. quia quilibet. Et in hanc quoque partem quædam affert Pet. Iaco. in arbore ſucceſſ. colum. 9. verſi. itẽ rex. & Cępol. in libello, de Imperatore militum deligendo, uerſi. propter nationem, & in lib. de ſimulatione contractuũ, in 2. 1. præſumptione, & in ſuo libello, de vita, & modo viuendi in ſtudio. Vnde ſcite admodum Alb. Gand. in tract. maleſi. in ti. vnde aut quo loco poſſit fama procedere, in prin. ſcribit, quòd fama uel infamia poteſt ex loco potiſsimum originis procedere, cum quis a natura, & origine proprio præſumatur eſſe bonus, vel malus, p d. §. qui mancipia. Et facit etiam quod ſcribit Bal. in c. vt debitus. col. 2. ext. de appel. ingenia hominum fieri deteriora, uel meliora, ex aeris diſpoſitione. Et huc quoque ſpectat ille Ezechielis locus ſupra citatus, quo dicitur filio-

*De eadem re. Natio ſerui qui uenditur pronuntiãda.* *Patria & dimandorum inueſtiganda.* *Patria affectio, & noſtra eadẽ eſſe præſumitur.*



filiorum Hieruſalem radicem, & generationem eſſe de terra Canaan.

18 ¶Cuius rei alias quoque rationes, vltra vim aſtrorũ, afferre poſſumus; primum quod quædam nationes præ cæteris multa uitiorum irritamenta ſubminiſtrant. Nam quid aliud Campanos luxu, ac libidine affluentes reddidit, quàm terra ipſa omnium, quæ libido luxuſq; expoſtulat, feraciſsima? quæ & inuictum armis Annibalẽ (ut cum Valerio loquar) illecebris ſuis complexa, uincendũ Romano milite tribuit. Illa enim vigilantiſsimum ducẽ illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, veneris vſu laſciuiore ad ſomnum, & delicias euocauit, ac tum demum fracta, & contuſa Punica feritas. Et de illis loquens Valerius Coruinus, apud Liuium lib. 7. ab vrbe condita, Campanos, inquit, haud dubie, nimio luxu affluentibus rebus, mollitieque ſua potius quàm ui hoſtium, uictos eſſe. Et idem Liu. lib. 32. Belli punici, non multo poſt prin. de iiſdem loquens; Prona (inquit) ſemper Ciuitas in luxuriam, nõ ingeniorum modo vitio, ſed & affluenti copia voluptatum. Ideoque ut poſtea ſcribit de Annibale, & Carthaginenſibus. Quos nulla mali uicerat uis, perdidere nimia Capuæ bona, ac uoluptates immodicæ, &c. In quam ẽt ſententiam Diodorus Siculus de Tyrrhenis loquens, libro 6. Bibliothecæ, c. 9. in fi. Poſtremò priori uirtute abiecta, potui ſe atque ignauiæ tradentes, haud iniuria partam a ſuis maioribus gloriam in bellis amiſere. Non parum autem eos ad delicias impulit patriæ fertilitas, quæ fructifera rerum copia, ad inertiam uoluptatemque traduxit. Et ſane nihil eſt, quod magis homines molles reddat, quàm rerum copia. Hinc Arabes a Virgilio libro 1. Georg. molles appellati;
*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*
Quem ſecutus Claudianus.
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.*
Et ante eum Catullus Epig. 11.
*Siue in Hyrcanas, Arabaſq; molles.*
Omnium. n. regionũ eſt fertiliſsima Arabia. Ex quo fortaſſis, & hoc nomen aſſumpſit, tanquam vitæ nocumentum. Græce. n. ἀρὰ nocumentum dicitur, & βίος vita.

*Regionis vbertatẽ irritamentum vitiorum eſſe.* *Annibal Capanis delicijs fractus.* *Tyrrheni vbertate ſoli corrupti.* *Arrabes molles.* *Arrabes dicti, tanquã vitæ nocumẽtũ*

19 ¶Deinde ſunt ſui cuiq; nationi peculiares, proprijque mores. Vnaquæque enim prouincia ſuo ſenſu abundat: & vt Quintilianus ait, hanc eius rei rationem afferens, li. 5. de argumentis, Gentibus proprij mores ſunt: nec idem in Barbaro, Romano, Græco probabile eſt. Et ciuitatum etiam leges, inſtituta, opiniones habent differentiam. Ob idque ſcribit, argumenta a natione, & patria ſumi. Vtque ſcribitur in decretis canonicis in c. omnes, diſt. 1. Aliæ alijs gentibus leges placent. Vnde ortum vetus illud Græcorum Adagium apud Zenodotum, νόμος καὶ χώρα. Ideſt, lex & regio: quo admonemur, inſtituta diuerſa pro locorum varietate eſſe veluti legem. Et hæc quoque omnia, a uerſi. 9. uti etiam erant in prima editione, penè ad verbum, meo nomine tacito, Barto. Chaſſenæus, inſignis eius rei fur, tranſtulit in ſuum Catalogum in 2. par. conſid. 24.

*Peculiares cuiuſq; nationis mores. Arg. a natione. Prouerbiũ* *Chaſſenæi furtum inſigne.*

20 ¶Sed ut ad inſtitutum redeamus, quæ diximus, facile comprohantur ex morum antiquorum differentijs: quorum nonnullos, qui ad rem vxoriam, de qua priuatim agimus, pertinent, commemorabo, ex illuſtribus, atq; probatis ſcriptoribus, in his maxime, quæ concubitum reſpiciunt. Nam de alijs alibi latius diſſeremus. Indi uxores plures ſinguli ducunt, quæ mortuo marito apud grauiſsimos iudices contendunt, quam ex his maritus maxime dilexerit. Quæ uictrix eſt læta coniugis ſe flammis ſuperiacit, & cum eo tanquam fœliciſsima crematur: aliæ cum triſtitia, & mœrore in vita remanent. Teſtes Bardaſanes Syrus, in li. de Fato: Oneſicritus ille Philoſophus Æginenſis, aut vt alij volunt, Aſtipaleænſis, in vita Alexandri: Cicero li. 5. Tuſcu. q. Strabo lib. 15. ubi & huius moris Indorum cauſam affert ex ipſo Oneſicrito: Valerius Maximus de inſtitutis antiquis. Plutar. in li. cui titulus eſt, Num improbitas ſufficiat ad infœlicitatẽ. Solin. rerum memorabilium c. 65. Ælianus de varia hiſtoria li. 7. Nicolaus in collectaneis de moribus gẽtium, & ex eo Stob. Florilegij c. 120. aut aliorum computatione 122. Euſeb. præparationis euangelicæ li. 6. c. 8. & Hieronym. in Iouinianum lib. 1. Seruius in 5. lib. Æn. enarrans illum locum Virgilij:

*Diuerſarum nationum in re uxoria mores. Indorum.*

*Incertus, geniumne loci, famulumne parentis*
*Eſſe putet.*
Et hanc quoque rem Propertius libro 3. ſuis carminibus celebrauit:
*Felix Eois lex funeris vna maritis,*
*Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.*
*Namque vbi mortifero iacta eſt fax vltima lecto.*
*Vxorum fuſis ſtat pia turba comis:*
*Et certamen habent leti, quæ viua ſequatur*
*Coniugium: pudor eſt, non licuiſſe mori.*
*Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,*
*Imponuntq; ſuis ora peruſta viris.*

¶Sed & Pomponius Mela lib. 2. ſcribit eundem morem eſſe Thracibus. Nam & hi (vt ille tradit) ſinguli plurimas uxores habẽt: quod & tradit Euripides in Andromache, Heraclides in Politicis, & Solinus lib. 2. c. 15. ubi ſubdit, hos vxorum numero ſe iactare, & honoris loco multiplex coniugium ducere. At Herodotus ſtatim poſt prin. lib. 5. id tantum tribuit Thracibus, qui ſupra Creſtoneos incolunt. Cæterum Strabo li. 15. ſcribit Catheorum proprium eſſe, vt vxores cum viris defunctis cõburantur, ob hanc cauſam, quòd cum aliquando adoleſcẽtulos adamarent, a uiris ſecedebant, vel eos veneno interimebant: vt ergo veneficia tollerentur, hanc legem eſſe conditam. Quod & tradit Diodorus Siculus lib. 17. quo Alexandri res geſtas deſcribit, vbi hos Catharos uocat. Sed & eundem morem fuiſſe apud Venedos Germanorum populos, vt ſcilicet marito mortuo vxor ſe in rogũ cremandam præcipitaret, tradit Vunnefridus Anglus, q poſtea Bonifacius vocatus, & Archiepiſcopus Mogũtiacus factus eſt in epiſt. ad Edoardum principem Anglorum. Procopius quoq; li. 1. de Bello Gothorum, eandẽ apud Erulos conſuetudinem fuiſſe tradit. 20

*Thracum.* *Catheorũ.* *Siue Catharorum. Venedorũ.* *Erulorum*

¶Nec ſoli Indi, Thraces, & alij ſup. memorati vxores plurimas ſinguli habent: ſed & Iudæi, Aegyptij, Naſamones, Aethiopum gentes Garamantes, qui & ipſi ex Aethiopibus ſunt, Parthi, Cyrenaici Africæ populi, Perſæ, Syri, Pæones, Geloni, Numidæ, Mauri, ſiue Mauruſii, Germani. De Iudæis teſtimonio ſunt, Abraham, Iacob, Dauid, Solomon, & alij: & meminerunt decreta canonica in c. recurrat, & in §. his ita reſpondetur. 32. q. 4. & c. gaudeamus, de diuor. De Aegyptijs, Diodorus lib. 1. aut vt alij computant, 2. c. 3. Sacerdotes tamen excipiẽs, qui bus unam tantum uxorem ducere licet. Quod & noſtra religio approbaſſe nonnullis videtur apud diuum Paulũ prioris ad Timotheum 3. & ad Titum 1. de Naſamonibus Herodotus, li. 4. de Garamantis Strabo, lib. 17. quanquam ſunt, qui aliter de eis referant, ut dicam infra num. 51. incip. Et vt ad alia. De Parthis Bardeſanes in lib. de Fato. & Diuus Clemen lib. recognitionum 9. c. 7. & Euſebius Cæſarienſis εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς. i. euangelicæ præparationis lib. 6. c. 8. Iuſtinus lib. 41. ubi ita de his ſcribit: Vxores dulcedine uariæ libidinis ſinguli plures habent. De Cyrenaicis, Pomponius Mela lib. 1. de Perſis, Ammianus Marcellinus lib. 23. ubi hinc proficiſci dicit, vt apud eos charitas per diuerſas libidines diſperſa torpeſcat. Et ante eum Herodotus lib. 1. cuius hæc verba ſunt: γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται. i. ducunt, autẽ vnuſquiſque ipſorum multas quidem puellas virgines, multò autem plures pellices habent. Hæc ille. Verum is locus 22

*Iudæorũ. Aegyptiorum. Mauruſiorum. Naſamonum.* *Parthorũ.* *Cyrenaicorum. Perſarũ. Amor per diuerſas libidines diſperſus torpeſcit.*

locus a Laurentio Valla Herodoti interprete, omiſſus ē, vt & alia pleraque eiuſdem lib. 1. ad decem fere chartas, quod is, vt opinor, nactus ſit exemplar aliquod mutilū. Sed & huius moris Perſarum teſtis eſt Strabo li. 15. nō multum ante finem: vbi id dicit eos facere propagandæ ſobolis gratia: & Tul. in 4. in Verrem actione, vbi idem de Syris quoq; teſtatur, de regibus ſolum loquens. De Pæonib. Herodotus. in Terpſichore. De Gelonis Flac. lib. Argonauticon ſeptimo, illo carmine:

*Syrorum. Pæonum. Gelonorū.*

*Hei mihi, vel ſæuo coniunx non vna Gelono.*

Hos Scythas eſſe putat probus in Virg. lib. 3. Georgi. in eum locum, *Aterque Gelonus.* & Lactan. Cælius, aut q̄s quis eſt ille doctiſſimus Statij interpres, enarrans illum locum libro 2. Theb.

*Biſthonas, aut refugo pallentes Sole Gelonos.*

De Numidis, aut Mauris, ſiue Mauruſiis, Saluſt. in Iugur tha. Et præterea de ipſis Mauruſiis Procopius li. 4. de bel lo Vandalico. De Germanis ſatis probat, quod tradit Cę ſar ad finem li. 1. Commentariorum belli Gallici. Ario uiſtum Germanum duas vno tempore habuiſſe uxores: unam Sueuam natione, alteram Noricam, Regis Voccio nis ſororem. Sed tu tamen vide, quod de eis ſcribam in ferius nu. 62. incip. Germani.

*Numidarum. Maurorū. Germanorum. Mauruſiorum.*

23 ¶ Quin & Athenienſes, ſicut referunt Satyrus, Hiero nimus Rhodius, & Laertius, & Atheneus, cum bellis ac lue exhauſtam ciuibus ciuitatem reparare, ſobolemque propagare vellent, decreuerunt, vti vibanam quidem vxorem ducerent, liceret autem, & ex altera procreare li beros. Quam legem ſecutus Socrates, Xantippen duxit, ſimul & Myrto Ariſtidis neptem. Et Euripides quoque ob eam legem duas vxores habuit, quarum matrimonij adeo pertædebat, vt mulieres omnes admodum exoſus fuiſſe dicatur, ſicuti ab Aulo Gellio relatum eſt, lib. 15. ca. 20. Sed hic vide, quæ de eo ſcribam numero ab hinc. 2. & 3. Cecrops autem primus Athenis vnicam uxorem vni viro iunxit, cum antea mulieribus promiſcue uterē tur, διὸ καὶ ἔδοξε τισὶν διφυὴς ὀνομασθῆναι. Ideſt, ideoque viſus eſt quibuſdam διφυὴς, ut tradit Athenæus, hoc eſt, duplici natura, ſiue biformis, vt loquitur Iuſtinus, libro 2. fuiſſe appellatus. De qua re etiam Tzetzes hiſtor. Chi liad. 5. capitulo 17.

*Athenienſium. Socrates duas vxores habuit. Et Euripides. Cecropis lex.*

Καὶ ἄλλος τοῦτον διφυῆ τοὺς Κέκροπα καλοῦσιν.
Αἱ τῶν Ἑλλήνων πρότερον γυναῖκες καθ' Ἑλλάδα,
Οὐχ, ὥσπερ νῦν, ἐζεύγνυντο νομίμοις τοῖς ἀνδράσι.
Δικλυκτίνων δ' ἐμίγνυντο τοῖς βουλομένοις.
Ἦσαν λοιπὸν μονοφυεῖς οὕτως οἱ παῖδες τότε,
Μόνας ἐπιγινώσκοντες μητέρας, οὐ πατέρας.
Ὡς δὲ ἀπὸ τῆς Σάεος πόλεος Αἰγυπτίας
(Σάις δ' ἐστὶν ἡ Ἀθηνᾶ τῇ Αἰγυπτίων γλώσσῃ)
Μετὰ τοὺς κατ' Ὠγύγου κατακλυσμὸν ἐκεῖνον,
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήναις τῆς Ἑλλάδος,
Ταύτας Ἀθήνας κεκληκὼς ἐκ Σάεως Αἰγύπτου,
Πολλοῖς ἐλυσιτέλησεν καὶ ἄλλοις τῇ Ἑλλάδι.
Νομοθετεῖ καὶ γυναιξὶ τοὺς γάμους τοὺς νομίμους,
Ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώκεισαν τοὺς δύο φυτοσπόρους,
Τὸ πρὶν μόνην γινώσκοντες, ὡς ἔφην, τὴν μητέρα.
Ὅθεν ὁ Κέκροψ διφυής, νόμοις ὡς δείξας ταῦτα.

Hoc eſt.

*Et aliter hunc duplicis naturæ Cecropem vocant.*
*Græcorum prius mulieres per Græciam,*
*Non quemadmodum nunc coniungebantur legitimis viris:*
*Sed inſtar iumentorum miſcebantur omnibus volētib.*
*Erant igitur vnius naturæ tunc filij,*
*Solas agnoſcentes matres, non patres.*
*Vt autem a Sai vrbe Aegyptiorum*
*(Sais autem eſt Pallas Aegyptiorum lingua)*
*Poſt illud, quod in Ogygis tempora incidit, diluuium,*
*Cecrops acceſſit ad Athenas Græciæ,*
*Has Athenas cum vocaſſet ex Sai Aegypti.*
*Cum multis alijs in rebus commodauit Græciæ,*
*Tum lege conſtituit mulieribus nuptias legitimas,*
*Ex quibus filij cognouerunt duos parentes,*
*Ante ſolam (ut dixi) cognoſcentes matrem.*
*Vnde Cecrops duplicis naturæ dictus, vt qui hac legi bus oſtenderit.*

Subdit autem Athenæus ipſe (ut ad eum reuertamur) q̄ cum Socrati ipſi a Calliſthene, Demetrio Phalereo, Satyro Peripatetico, & Ariſtoxene obiectum eſſet, q̄ duas vxores haberet. ſ. Xantippen, & Myrto Ariſtidis filiam, ipſe ſe illius Decreti authoritate tuebatur. Siculos quoque eo more uſos fuiſſe, teſtimonio eſt Dionyſius, qui vno ſimul tempore Doridem Locrenſem, & Ariſtomacham Syracuſam vxores duxit, ut tradit Cic. Tuſ. q. lib. 5. Plutar. in vita Dionis, haud multo poſt prin. Atq; etiā Macedones, hoc præſertim argumento, q̄ Philippus Maced. Alexandri Magni pater, eodem tempore duas Macedonum uxores habuit, Olympiadem. ſ. ipſius Alexandri matrem: & Cleopatram, Attali ex ſorore neptem, ut ſcribit idem Plutar. in vita Alexandri.

*Siculorū.*

24 ¶ Sed & apud Romanos aliquādo duas uxores ſimul ducere licuit. Nam Socrates Conſtantinopolitan⁹ apud Caſſiodorum in tripartita hiſt. li. 8. c. 11. tradit, Imperatorem Valentinianum, cum Iuſtinam poſt Seueram ducere vxorem uellet, legem ſanxiſſe, vt liceret uolentibus duas habere uxores. Id quod etiam Paulus Diaconus in Valente retulit. Sed & longo ante tempore Helius Cinna, Tribunus plebis, pleriſque profeſſus eſt. habuiſſe ſe ſcriptam paratamq; legem, quam Iulius Cæſar ferri iuſſiſſet, vt vxores liberorum quærendorum cauſa, quas & quot ducere vellent, liceret, vt tradit Suetonius in vita il lius, c. 52. Sed id poſterioribus legibus fuit abrogatum. l. nemo. la j. C. de iudæis, & l. eum qui duas. C. de adul. ubi in id eadem pœna, quæ & ſtupro, ſtatuitur. Et eū tex. ad id ponderat, ut pœna ſit capitis, dicitque in id ſingul. Rom. ſing. 531. tu ſcis quæ pœna. Sed quomodo id procedat, videbis apud Alex. conſi. 165. viſis, & ponderatis, in prin. lib. 7. Sed id quoque ante edicto prætoris fuerat prohibitum, l. 1. §. vlt. ff. de his qui nota. infam. Eratq; ēt antiquis Romanorum legibus: quod vel ex eo conſtat, quod Dionyſius Halicar. lib. 11. de Appio Claudio Decemuiro, qui captus amore Virginiæ, cum eam nō poſſet ſibi matrimonio coniungere, quia aliam iam uxorem habebat, conatus eſt eam donis corrumpere, &c. Et de hac re multa traduntur in Decretis canonicis. 26. diſtin. & per Collect. in rubr. de eo qui dux. in mat. quam pollu. per adul. vbi & id docet eſſe contra ius naturale. Et Panor. in c. cum haberet. in 2. no. eod. ti. & per Theologos lib. 4. ſenten. diſt. 23.

*Romanorum. Valētinia ni lex. Cæſaris lex. Pœna ducentium duas uxores.*

25 Nam & Euripides antiquisſimus Poeta ius non facit vni viro duas uxores ducere, cum ſcribat in Andr.

*Euripides duplicia connubia damnat.*

——Οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν ἡνίας ἔχειν.
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν
Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

Ideſt, ad verbum,

*Neque enim honeſtum,*
*Duarum vxorum virum vnum gubernacula habere:*
*Sed ad vnam reſpicientes legitimam Venerem*
*Contenti ſunt, quicunque non male habitare volunt.*

Iterumque in eadem fabula:

Οὐδέποτ' ἀνδίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν.
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριν μὲν οἶκον
Δυσμενεῖς τε λύπας, &c.

Ideſt, ad verbum,

*Nunquam duplicia connubia*
*Collaudauero mortalium,*
*Neque binas matres habentes liberos.*
*Rixas quidem domorum,*
*Triſteſq; offenſas.*

Itemque inibi:

Κακὸν



Κακὸν γ' ἔλεξας, ἓν ἄνδρα δίδ' ἔχειν λέχη.

*Malum certe narras, vnum virum binos habere lectrs.*

¶ Verum idem apud Stob. Serm. 66. fuiſſe videtur in alia ſententia:

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι.
Χρὴ γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ', ὅτι πλείστας ἔχειν
Γυναῖκας, εἴπερ ἡ τροφὴ δόμοις παρῆν:
Ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
Τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν, ἡδέως ἐσώζετο.
Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
Ῥίπτοντες.——

*Leges nuptiales non bene conditæ ſunt:*
*Oportet enim hominem fælicem plurimas habere*
*Vxores, ſi modo victus domi ſuppetat,*
*Vt malam expellat foras.*
*Bonam verò libenter ſibi ſeruet.*
*Nunc autem ad vnam ſolum reſpiciunt, vehementer Periclitantes.*

Nam & ipſe (quod iam diximus) duas ſimul uxores duxit. Quamquam Moſchopolus, aut quiſquis eſt, qui vitā ipſius Euripidis in ſcholis conſcripſit, vnam poſt alterā, & ſeorſum duxiſſe tradit.

27 ¶ Solus autem inter Lacedæmonios Anaxandrides rex duas vxores ſimul habuit, ut a Pauſania proditum ē in Laconicis. Cuius etiam rei meminit Herodotus in Terpſichore, qui ſcribit, illum fuiſſe cōpulſum ab Ephoris ſecundam ducere, ex qua ſucceſſores relinqueret, cū prior ſterilis crederetur, quod iam diutius liberos nō ſuſtuliſſet. Quo fit, vt magis mirer, quod ſcribit Clem. Alexā. lib. Stromaton 2. Laconum legiſlatorem non ſolū pœnam impoſuiſſe ei, qui vxorem non duxiſſet, ſed etiā ei, qui vnam tantum. Huius autem moris eorum, qui plures ſimul ducunt vxores, ſit mentio in ca. gaudemus, de diuor. vbi quæritur, Si quis horum habens plures vxores religionem chriſtianam aſſumat, an poſſit omnes, ut ante, tenere, an vero unam ex omnibus eligere debeat. Sed vt redeamus apud eoſdem Lacedæmonios licebat contra, vnam uxorem eſſe duobus collocatam, ita tamen vt perpetuo domi apud unum degeret, poſſet autem ad alterum diuertere, ſine iniuria ac probro, teſtimonio Xenophontis in repub. Lacedæmoniorum. Quin apud eoſdem ex Lycurgi inſtituto licebat ſeniori viro iunioris uxoris, ſi quam ex iunioribus honeſtum, ac probum diligeret, probaretque, illum ad vxorem adducere, & ubi eam generoſo illius ſemine compleuiſſet, ſuum quod natum eſſet, efficere. Licebat autem probo viro, qui fœcūdam aliquam pudicamque mulierem alteri nuptā admiraretur, marito illius ſuadere, vt cum ea congrederetur, tanquam in ſolo fertili bonos filios ſaturus. Teſtes idem Xenophon, & Plutarchus in Lycurgo, & Theodoritus de Curatione gentilium affectionum lib. 9. cui De legibus, titulus eſt.

*Lacedæmoniorum Alexādrides cur duas uxores duxit. Iterū Lacedæmoniorum.*

28 ¶ Et ſimili prope modo Tapyri Parthorum populi, qui Hyrcanis adiacēt, ſuſceptis aliquot liberis, proprias vxores alijs viris quærendæ ſobolis gratia nuptui conce dunt, vt ſcribit Strabo lib. 11. Vbi & hoc ſubdit, apud Romanos Catonem Vticenſem Hortenſio, Martiam vxorem conceſſiſſe, ſecundum antiquam Romanorum conſuetudinem: quod & retulit Appianus lib. 2. Bellorum ciuilium, Plutar. in ipſo Catone, ex Thraſeæ authoritate: & cecinit Luca. lib. 2. multis verſibus: & meminit Tertul. Apologetici c. 39. & D. Hieronymus li. 2. in Iouinianum, & D. Auguſt. in lib. de fide & operibus, & iterum in lib. de bono coniugij, c. 18. itemq; li. 5. contra Iulianum Pelagianum.

*Tapyorū. Romanorum. Cato uxorem ſuam Hortenſio conceſſit.*

29 ¶ Nec apud Lacedæmonios tantum, vt ad id redeamus, ſed & apud alios fuere ſingulis uxoribus plures mariti. Nam & Solon ſuis legibus permiſit uxori, ſi eius vir minus eſſet ad rem Veneream idoneus, mariti propinquos ad concubitum admittere, ut tradit Plutarchus in vita illius: qui & hanc legem abſurdam, & ridiculam videri dicit: quoſdam tamen putare, eam ſe recte habere ad eos, qui coire ipſi nequeunt, pecuniarum autē gratia vxores accipiunt, & contra naturam coire nituntur. Intuentes enim illi vxorem, cum qua libitum fuerit concūbere, aut miſſam facient, aut cum dedecore, & ignominia retinebunt, cupiditatiſq; pecuniarum, & contumeliæ pœnas dabunt. Illud tamen probari, vt non cum omnibus coiret vxor, ſed ex mariti neceſſarijs vnum aliquē deligeret: ne alienum eſſet, quod naſceretur, & generis neceſſitatem attingeret. Et apud Medeos uxores habere viros, quàm plurimos, pulchrum: pauciores quàm quinque, calamitoſum ducere, ſcribunt Stra. lib. 11. & Æn. in Aſiæ deſcriptione, c. 34. vbi tamen & illud quoq; tradit ipſorum Medorum reges contra vxores multas habere, pauciores quàm ſeptem non licere.

*Solonis lex. Medorū.*

¶ Quinetiā apud Britanos (hi ſunt quos Anglos vulgo uocamus) plures viri vnam vxorem habebant, ut referunt Bardeſanes in li. de fato, & D. item Clemens in il lo quoque li. 9. recognitionum, c. 7. & Euſebius de præparatione euangelica, li. 6. c. 8. Cæſar autem li. commentariorum belli Gallici 5. de his loquens, uxores (ait) ducunt deni duo deniq; inter ſe cōmunes, & maxime fratres cum fratribus, parenteſq; cum liberis: & ſi qui ex eis nati ſunt, eorum habentur liberi a quibus quæque virgines ductæ ſunt. Quanquam de his ſunt qui aliter referant, ut poſtea dicemus. Nec abſimiliter in Aromatifera regione (ij ſunt Arabes) vna omnibus conſanguineis uxor eſt. Ingreſſurus ad eam baculū, ante fores deponit. Eo uiſo, reliqui congreſſu abſtinent. Illa tamen noctes agit cum ſeniore. Cum matre coire non cenſetur impiū cum alterius ſanguinis fœmina congredi adulterium ē, quod morte plectitur. Ex Stra. li. 16.

*30 Tyrannorum. Arabum.*

31 ¶ Quid, quòd Charondæ illius Thuriorum legiſlatoris legib. ius erat uxori a uiro, quotieſcunq; libitū eſſet, diſcedere, alterūq; viro, cuicunq; collibuiſſet, nubere. Eaq; lex permanſit, donec cuiuſpiam ætate prouecti cō iux iunior, eo relicto, alteri iuniori viro ſe coniunxit. Vnde & ille ſenior ita percitus poſtulauit legem illam emendari, illudq; adijci, r elicto a priori viro, cuicunque collibuiſſet: modo hic illo iunior non eſſet: pariterque ſi coniugem vir eieciſſet, nullam deinde eiecta iuniorem iungere ſibi licere. Idq; obtinuit, laqueiq; periculo ſe exemit. Neque. n. licebat legum emendationem petere, ni ſi collo laqueo inducto, ut ſi abrogationem legis confeſtim nō obtineret, illi guttur perfringeretur. Autor Diodorus Siculus li. 12. Bibliothecæ.

*Charondæ lex de permutandis maritis, et uxoribus.*

32 Nec ſolum apud Arabas, de quibus nuper diximus, ſed & apud Perſas quoque matres, filias, ſorores, in iura connubij admittere, impium non ducitur: ut ſcribit idē Strabo ad calcem li. 15. Antiſthenes in altero Cyrorum & ex eo Athenæus li. 5. c. 14. Quintus Curtius li. 7. & Lucianus in eo libello, cui titulum De ſacrificijs nuncupauit: ubi idē quoq; de Aſſyrijs tradit, atq; etiā Cteſias, & ex eius authoritate Tertullianus in Apologetico, cap. 9. Euſebius libro præparationis euangelicæ 3. & iterum libro 6. cap. 8. Arnobius libro 8. eodemque ulti. diſputationum aduerſus gentes, & Chryſoſtomus in 2. par. Homiliarum in D. Matthæum. Homi. 2. ſi eius ſunt illę Homiliæ, quod Eraſmus negat: & in Sermone Pentecoſtes ad finem quem nemo dubitat illius eſſe: Theodoretus libro 3. de Medela gentilium affectionum, & iterum libr. 10. Laertius in Pyrrhone, D. Clemens lib. recognitionū 9. Bardeſanes in d. lib. de Fato, D. Auguſtinus lib. 3. quæſtionum in Leuiticum c. 61. D. Hieronymus in Iouinianum li. 2. Serui. in 6. Æne. Harmenopolus li. 1. προχείρου. dum ius gentium ita definit, quo ſcilicet gens aliqua vtitur, vtputa apud Perſas matribus commiſceri. Agathius de bello Gotthorum libro 2. qui aſſerit, probatque non fuiſſe hoc apud priſcos illos Perſas obſeruatū: quod mi

*Perſarum. Aſſyriorū. Iterū Perſarum.*

nime tamen crediderim uerum eſſe, cum Magi eorũ primi ſacerdotes,& Philoſophi iuſtum cenſerent matri,ac filiæ miſceri,vt ſcribit Socion libro 23.& ex eius authoritate Laertius in procemio.Hincque eſt illud Catullianum in Gellium:

*Naſcatur Magus ex Gelli matriſq; nefando*
*Coniugio,& diſcat Perſicum aruſpicium.*
*Nam Magus ex matre,& nato gignatur oportet,*
*Si vera eſt Perſarum impia relligio.*

*Artaxerxes filias vxores duxit.*

Nam & Darius ille poſtremus Perſarum Rex ab Alexandro deuictus,ſororem ſuam uxorem duxit,ut tradit Iuſtinus lib.11.& Plutarchus in uita Alexandri. Et ante eum Artaxerxes ipſe Perſarum rex, legitur Athoſim, aut,vt alij vocant,Atoſſem,& Meſtoim,aut(vt alij) Meſtrim,ſiue etiam,vt alij,Ameſtrim,filias duxiſſe.Quamquam aliud ſentire videntur Plutarchus in Artaxerxe, Heraclidis authoritate,& Herodotus in Thalia,ubi etiã illud refert,quòd cum Cambyſes Perſarum rex cuperet ſororem,quam deperibat,vxorẽ ducere,nec antea Perſæ ſororem in matrimonium accipere conſueuiſſent, is accerſiuit regios iudices, legum patriarum interpretes, ab hiſque percunctatus eſt,num qua lex eſſet, quæ cum ſorore nuptias contrahere permitteret.Illi reſponderũt, nullam ſe apud Perſas huiuſmodi legem inuenire, præter eam qua licet Regi facere,quicquid libet.Ita(inquit) neque legem abrogarunt metu Cambyſis; & ne legem tuentes ipſi perirent,aliam inuenerunt adiutricem eius, qui ſororem in matrimonium ducere uellet.At ipſe Plutarchus in libro de fortuna Alexandri,ſcribit,ipſum Alexandrum docuiſſe Perſas matres reuereri,earumq; nuptijs abſtinere.Ex quibus patet, non ſemper illis huiuſmodi matrimonia fuiſſe licita,ſed rem ex temporib.fuiſſe variatam.Nam & idem Plutar.in vita Artaxerxis non ſemel tradit,eum filias ſuas(quod iam diximus) uxores duxiſſe contra leges Perſarum,& Græcorum.

*Perſis non ſemper licuerũt huiuſmodi matrimonia.*

33 *Maguſæi qui dicti.*

¶Neque ij tantum qui Perſidem incolunt,ſed quicũque Perſarum ad alia climata ex ea exiuerũt ( ex quibus alij in Parthia,alij in Media, Aegypto,Phrygia, aut Galatia habitant) nefanda hæc matrimonia celebrant. Ob id Maguſæi appellati,ut retulerunt Bardeſanes, Clemens, & Euſebius,vbi ſupra citauimus. Et de Parthis quoque teſtatur Lucanus,lib.4.

*Parthorum dominus quoties ſic ſanguine mixto*
*Naſcitur Arſacides,cui fas implere parentem.*

*Parthorũ. Medorum Aethiopũ. Indorum. Scororum. Hybernorum. Naurorũ. Nomadũ.*

De Medis quoque & Æthiopibus D. Hieronymus in eo.2.lib.Aduerſus Iouinianum:ubi & idem quoque aſſerit de Indis,& Scotis.Sed & de ipſis Aegyptis, Ptolo. quadripar.lib.4.cap.9. Sed & idem de Hybernis,Scotis quidem vicinis,qui hodie Irlandi vulgo vocãtur, tradit Strabo lib.4.In Naura quoque regione parentibus cum liberis ſtupro coire fas eſſe,prodidit Curtius libro 8.nõ procul ab initio.Momades item non unus tantum aut alter,ſed tota natio ſuis matribus congrediebantur, ut tradit D. Chriſoſtomus in 2. Pauli ad Corinthios epiſtolam,Homilia 8.

34 *Aegyptiorum.*

¶De Aegyptijs quoque ſcribit Diodorus lib. 1. eos præter communem omnium morem,lege ſanxiſſe,ſororem a fratre ducendam uxorem, exemplo Iſidis qui fratri Oſidiri nupſiſſet,vnde natus eſt Harpocrates, ut tradit Plutar.in li.de Iſid. Omnes autem qui res Aegyptiacas ſcripſerunt,& inter hos Iuſtinus li. 24. & Pauſanias in Atticis,& Plin.li.12.c.9.& Strabo li. 10. tradiderunt Ptolemæum Philaldelphum,Aegypti regem,etiam Arſineen ſororem duxiſſe uxorem. Cui cum ob id dixiſſet Sotades,εἰς τρυμαλιὴν ἐκ ὁσίλω τὸ τιέντρον ὠθεῖς,i. in foramẽ minime ſanctum aculeum tradis, in vincula coniectus eſt,ut ſcribit Plutarchus in lib.περὶ παίδων ἀγωγῆς,i.de educatione liberorum. Hegeſander autem apud Athenæum lib.13.cap.7.dicit,eum ob id primum fuiſſe coniectum in figulinam plumbariam, deinde in mare immerſum. De eo quoque ſcribit Herodianus lib. Imperatorum 1.illum eo turpitudinis fuiſſe prolapſum,ut contra Macedonum adeoque Græcorum leges, etiam ſororijs amoribus implicaretur. Id quod dixit,quoniã is erat e Macedonia oriundus,filius Ptolemæi Lagi,unius è ſucceſſoribus Alexandri,fuitque rex Aegypti,& Macedoniæ,ut uidere licet apud eũdem Iuſtinum. Pauſanias autem,ubi ſupra,dicit illum id feciſſe, non more Macedonum,ſed Aegyptiorum,quibus imperabat. Alius itẽ Ptolemæus,niſi vnus ex illis fuerit,Berenicẽ Ptolemæi, & Arſinoes filiam,ſororem ſuam, duxit uxorem:ut ſcribit Iulius Hyginus li.2.Signorum cœleſtium, quo loco de Leone loquitur:& Theocritus Idyllio 17.ad fin.ubi & id dicit ſolenne fuiſſe ijs,qui ex Rhea prognati ſunt: nam & ea fratri nupſit,ut poſtea dicemus. Tradit & ipſe Iuſtinus lib.30.alium Ptolemæum etiam Aegypti regem (is eſt,qui interfectis patre, & matre, ex facinoris crimine ex contrario Philopatri cognomentũ accepit) uxorem duxiſſe ſororem Eurydicen, quam & poſtea interfecit.Sed & Valerius Maxim.lib.9.cap.1.tradit,Ptolemæum regem, qui ob uitia Phyſcon cognominatus eſt, ſororem communi fratri nuptam ſibi nubere coegiſſe. Ei ſorori Cleopatræ nomen fuit,ut tradit c.ſequẽti,vbi & ipſius Phyſconis uxorem fuiſſe ſcribit. uide quæ ſcribuntur de his infra,nu.36.Nam & Arnobius illo libr.8. Diſputationum, ſcribit Aegyptijs cum ſororibus legitima fuiſſe matrimonia. Sed & ex lege Carum licitũ erat matrimonium fratris,& ſororis,ut tradit Ammia.li.j.de geſtis Alexandri. Cæterum Monobazus Adiabenorum rex cognomine Bazeus Helenam ſororem duxit. Vide Ioſephum lib.antiq. 20.c.2.in prin.

*Sotadis in Philadelphũ dictũ.*

35 *Iupiter Iunonem ſororem duxit uxorẽ.*

¶Verum,& alijs item multis gentibus nõ illicita fuiſſe fratrum,& ſororum matrimonia, ſed probe ſolennia fuiſſe,ex ijs ſatis conſtat,quę mox ſubijciemus.Nam primum videmus Iouem Deorum maximum in Iunonis ſororis matrimonium conueniſſe.Ex quo illud Homeri li.16.Iliados de Ioue:

Ἥρην δ᾽ ἐπροσέειπε κασιγνήτην,ἄλοχόν τε.

*Iunonem autem allocutus eſt ſororem uxoremq;.*

Et alibi ſæpe.Et illud quoque Virg.lib.1.Aen.

*Aſt ego quæ diuum incedo regina,Iouiſq;*
*Et ſoror,& coniunx.*

Et iterum lib.10.

*Iunonem interea compellat Iuppiter ultrò:*
*O Germana mihi,atque eadem gratiſſima coniunx.*

Et illud quoq; Ouid.in epiſt.Paridis ad Helenam:

*Præpoſui regnis ego te,quæ maxima quondam*
*Pollicita eſt nobis nupta,ſororq; Iouis.*

Et in epiſt.Phædræ ad Hippolytum:

*Si mihi concedat Iuno,fratremq; virumq;,*
*Hippolytum uideor præpoſitura Ioui.*

Et Hor.lib.Carm.3.Ode quoque 3.

*Coniuge me Iouis,& ſorore.*

Ex quo eſt & illud Ciceronis in Oratione pro domo ſua ad Pontifices:Sed uide, ne tu te debeas Iouem dicere,quod tu iure eandem ſororem, & uxorem appellare poſsis.Hoc tamen nonnulli referunt ad cœli,& aeris cõiunctionem, ut uidere licet apud Ciceronem ex Ennij, & Euripidis authoritate,libro ſecundo,de natura deorũ & apud Macrobium libro primo,de ſomnio Scipionis: & apud Seruium in illud Virgilii ſupra citatum ex libro 1.Aeneid.D.Auguſt.de Ciuitate Dei,libro 4.cap.10.ex Varronis, & aliorum ſententia. Saturnus quoque Iouis pater Phœbẽ ſororem duxit uxorem,ut uidere eſt apud Diodorum Siculum,libro 5.Bibliothecas ca.15. Sed & idem aliam ſororem Rheam,quam & Opin uocãt,uxorem duxit,ut ſcribit Lactantius lib.1.c.13. & ante eum Apollodorus Athenienſis Bibliotheces lib.1.& lib.3.Bibliotheces,aut vt alij computant, 4. Quo etiam li.tradit βασιλείαν.i.Reginam, Cœli filiam, Atlantidum reginam

*Saturnus Rheã ſororem duxit uxorem. Hyperion Reginam.*

pru-



prudentiſsimam magnam matrem appellatam,vnum ex fratribus Hyperionem virũ ſumpſiſſe. Sed Οὐρανὸς ipſe (Latini Cœlum vocant) Terram ſororem in matrimonium duxit,ut ex Sonochoniato tradidit Euſebius Præparationis Euangelicæ lib.1.c.7.Oceanus Tethyn ſororem vxorem duxit.Vnde & illud Ouidij li. 9. Matamor.

*—— Dij nempe ſuas habuere ſorores.*
*Sic Saturnus Opim iunctam ſibi ſanguine duxit,*
*Oceanus Tethin,Iunonem rector olympi.*

*Ianus Camiſiam.*

Draco autem Corcyræus in ſuis de lapidum generibus Commentarijs,& ex eius authoritate Athæneus,tradũt Ianum illum,cuius tam celebre nomen fuit vxorem duxiſſe Camiſiam,aut(ut alij vocant) Cameſem, ſororem ſuam. Quod & ipſum tradit Leon Philoſophus.Homerus in Hymno Solis,tradit Hyperionem vxorem duxiſſe Euryphaeſſam,ſororẽ ſuam legitimam: ex hiſq; natos eſſe Lunam & Auroram. Idem ſtatim poſt initium libr. 10. Odyſſeæ,tradit, Æolum illum Æoliæ Regem à Dijs immortalibus dilectum,ſex ſuos filios,totidemque filias, matrimonio inuicem copulaſſe. Ex quo eſt illud ipſius Ouidij lib. 9. Metamorphoſ.

*Aeolus filios,& filias iũxit matrimonio.*

*At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.*

Cercaphus item filius Ochimi Solis filij, vxorem duxit Cydippen ( Cyrben poſtea vocatam ) vt ſcribit Diodorus Siculus lib.6. c. 13. Faunus quoque ille antiquus, vt tradit Lactantius lib.1.c.22.

36 *Alexãder Pyrrhi Olympiadẽ. Mithridates Laodicem.*

¶Et vt de poſterioribus quoque loquar,Iuſtinus ſtatim in initio lib.28.ſcribit,Alexandrum Pyrrhi Epirotarum Regis filium,vxorem duxiſſe Olympiadem ſororẽ. Idem quoq; lib.37.tradit,Mithridatem illum Ponti Regem duxiſſe vxorem Laodicen ſororem. Strabo. lib.14. & Diodorus Siculus eo ſuę Bibliothecæ libro,quo Philippi Macedonis geſta deſcribit,qui 16.eſt omnium eius librorum,ca.8. & Vlpianus interpres Demoſthenis tradunt,Mauſolum Carum Regem iuſtiſsimum Artemiſiã ſororẽ ſimul,& vxorem habuiſſe. Idem Diodorus eodẽ libro ſcribit Idrieum ipſum quoq; Carum regem, Aolã ſororem vxorẽ duxiſſe. Quod & tradit Arrhianus libro Geſtorum Alexandri: vbi & illud adijcit,eum morientem illi regnum teliquiſſe.Dionyſius Syracuſanus poſterior, vxorem duxit Soproſinam ſororem, conſentiente patre Dionyſio ſuperiore:vt ſcribit Probus Æmylius in vita Dionis, in principio. Et Plutarchus in vita quoque Dionis atque etiam Timoleonis. Et Monobabus cognomento Bazeus Adiabenorum Rex, Helenam ſororem: ex qua genuit Izatem, laudatiſsimum illum apud Ioſephum,lib. 20. Antiquitatum, cap. 2.Item Cleopatra illa Aegypti Regina,Ptolemæo fratri ſuo nupſit.Ex quo eſt illud Lucani lib.8.

*Mauſolus artemiſiã.*

*Dionyſius Sophroſynam.*

*Ptolemæus Cleopatram.*

*Degener inceſta ſceptris ceſſure ſororis.*

Et lib.10.

*Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaida noſtris.*

Et iterum eod.lib.

*—— Nupſit ſoror impia fratri.*

37 *Athenienſibus an licuerit ſororem ducere. Cimon ſororem duxit.*

¶Quid,quod apud Athenienſes illos,Græcorum ſapientiſsimos,fas fuit, ſororem in matrimonio capere: vt etiam tradit Arnobius illo ipſo lib.8.Diſputationum aduerſus gentes.Nam & Cimon Atheniẽſium vir ſummus huiuſmodi inſtitutum ſecutus, Elpinicẽ ſororem in vxorem duxit:ſicuti retulit Aemilius Probus, tum in procemio eius libri,quem elegantiſsimè ſcripſit, de excellentibus Imperatoribus,tum in vita ipſius Cimonis. Quanquam Plutarchus in vita eiuſdem aliter referat,illum videlicet cum ſorore non clam concubuiſſe. At crebro ſibi obiectum fuiſſe flagitium in ſororẽ, veluti nefas eſſet cum ſorore coire. Quod & in eãdem ſententiam memorat idem Plutarchus in lib.de Sera nummis vindicta. De quo etiam nonnihil Athenæus lib.13.c.21.Et id quidem approbare videtur, quod à Valerio Maximo proditũ eſt lib.1.tit.8.qui eſt de miraculis, Nauſimenis Athenienſis uxorem,cum filij filiæq; ſtupro interueniſſet, inopinati monſtri conſpectu perculſam, & in præſens tempus ad indignandum, & in poſterum ad loquendum obmutuiſſe.Illos nefarium concubitum voluntaria morte penſaſſe.Illud autem certum ex Terentio in Adelphis, atque etiam in Phormione, legẽ Athenis fuiſſe,vt orbæ eis nuberent,qui eſſent genere proximi.Cuius etiam legis mẽtionem fecit Diodorus Bibliotechæ lib.12. vbi eandem legem fuiſſe tradit etiam apud Thurios.

*Nauſimenis uxor filij filiæque ſtupro interuenit. Athenienſium lex.*

*Thuriorũ.*

38 *Qui tutati ſunt inceſtos cõcubitus.*

¶Ex his autem multarum gentium,& nationum moribus matrimonia cum matribus,& ſororibus admittentibus,ortum eſt illud Ouidi lib.10.Meta.

*—— Gentes tamen eſſe feruntur,*
*In quibus & nato genetrix & nata parenti*
*Iungitur,vt pietas geminato creſcat amore.*

Quæ quidem Ouidij ratio,imò verò Myrrhæ patrem nefariè adamantis,quam hæc pronunciatem facit,quo cauſam ſuam defenderet,mouit Chryſippum Solenſem, ἐν τῷ προτρεπτικῷ diceret, cõgreſſum cum matre,filia,ſorore parum prudenter vitio verti. Cuius etiam rei nõ nihil meminit Epihpanius lib.Hæreſeõ 3.c. vlt.vbi leges eius de hac re nefarias appellat:& Laertius in Chryſippo,dicens illum in lib. de Republica,& iterum in libro, de his quæ per ſeipſa non ſunt appetenda, permiſiſſe congredi matribus,filiabus,& ſororibus. De quo,vt opinior, intelligens Chryſoſtomus in libro, quem in laudem Babylæ martyris compoſuit, tradit Philoſophorum Stoæ præfectum ſtatuiſſe,fas eſſe commiſceri matribus, & ſororibus.Nam Chryſippus ſucceſsit in ſcholæ regimine Cleãthi,qui Zenoni ſucceſſerat, ſcholæ ſectæque Stoicæ autori:vt è Diogene Laertio videri poteſt.Theophilus autem Anthiochenus aduerſus Autolycum li.2.tradit,Stoicos & ſimul Epicurum ſuadere atque introducere inceſtos concubitus cum matribus & ſororibus.

39 *Qui cõtra deteſtati.*

¶Sed ne quis tamen putet Ouidium,vt ad eum reuertamur,illi ſententiæ adhæſiſſe(id enim obiter dicere volumus)is eadem ipſa hiſtoria hæc grauiter pronunciauit:

*Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto,*
*Virgineoſque metus leuat,hortaturq; timentem.*
*Plena patris thalamis excedit, & impia diro*
*Semina fert vtero,conceptaq; crimina portat.*

Et lib.7.eiuſdem operis:

*Dextera Cyllene eſt,in qua cum matre Menephron*
*Concubiturus erat ſæuarum more ferarum.*

Didicerat.n.Ouid.ex Virg.li.6.Aen.eum acriter puniri apud inferos:

*Qui thalamos natæ inuadit,vetitoſq; Hymenæos.*

Subditq; ipſe Virg.vt oſtendat id ſcelus,aliaq;,quæ ante commemorauerat,fuiſſe nefandiſsima.

*Auſi omnes immane nefas,auſoq; potiti.*

Quo in loco dicit Donatus,vetitos illos Himenæos, & natura,& legibus:quod non placet Seru. ꝙ apud Perſas id permittebatur,vt ſup.diximus.

40 *Romani quos matrimonij gradus prohibuerint.*

¶Sed vtcũque fuerit de cæteris nationibus, illud certum,apud Romanos,qui cæteros omnes, & prudentia, & legum iuſtitia facile ſuperarunt, huiuſmodi nuptias fuiſſe nefarias inceſtaſq; prorſus exiſtimatas. Nam iam ab initio.ſ.ſuperioribus illis temporibus, vt ſcribit Plutar.in problem.Rom.c.6. qui ſe neceſsitudine aliqua attigiſſent,nullo pacto in matrimonium coibant. Poſteà verò plebiſcitum factum eſt, vt in ducendis uxoribꝰ ad neptes vſq; deſcendere liceret, ſuperior autem neceſsitudo prohiberetur.Tandem vero ſancitum eſt,& poſterioribus noſtris legibus confirmatum, ne inter eas perſonas,quæ parentũ liberorũve locum obtinent, nuptiæ contrahi poſſint, veluti inter patrem & filiam,auũ & neptem,matrem & filium,auiam & nepotẽ,& deinceps in infinitum.l.nuptiæ conſiſtere.ff.de ritu nup.& l.vl.e.tit. vbi dicitur,id iure gentiũ eſſe prohibitũ. & §. ergo non

*Inter aſcẽdentes,& deſcendẽtes.*

omnes.Inſt.de nup. Ex quo eſt & illud Ouidij in epiſt. Paridis ad Helenam:

*O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.*

41 *Inter fratres, & ſorores.* ¶Sed & eorundem Romanorum legibus vetitũ eſt matrimonium inter fratrem,& ſororem,vt aperte oſtenditur ex l.ſi ſtipuler, vt id fiat. §. item quod leges. ff. de verb.obl.& §.inter eas.Inſt.de nup.Nam & horum concubitus morte piari ſolitos apud ipſos Romanos, ſatis conſtat ex memorabili hiſtoria relata a Chryſippo li.1. Rerum Italicarum,& poſt eum a Plutarcho in Parallelis,c.53. Ex quo magis miror quod a Plutarcho ſcriptũ eſt in Marco Antonio eum ſororem habuiſſe vxorem. *Vti apud Thuſcos.* Sed & apud Thuſcos (a quibus Romani multa ueluti mutuo iam ſtatim ab vrbe condita acceperunt)id matrimonium fuiſſe prohibitum ex alia non diſſimili hiſtoria,commemorata à Soſtrato.li.2. Rerũ Thuſcanicarũ & ex eiuſdem authoritate ab eodẽ Plutar. eiuſdem operis c.52.Moſcouitæ autem hæreticum putant, fratres vxores,ſorores ducere,vt ſcribit Sigiſmundus liber Baro in commentarijs rerum Moſcouiticarum.

42 *Quid apud Moſcouitas. Inter fratres,et fratrum filias,& econuerſo.* ¶Quin etiam apud eoſdem Romanos (vt ad eos redeamus)interdictum erat matrimonium inter fratrem, & fratris ſororisve filiam neptemve,& econtrario.§.fratres vero.Inſt.de nup.& l.vlt.C.de inceſt. nup. & l.vlti. C.ſi nuptiæ ex reſcrip.pe.vbi id appellatur infandiſſimũ ſcelus.Idque etiam de iure.ff.l.vlt.ff.de cond.ſine cau.& l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ri.nup.& l.miles.in princi.ff.de adul.& l.ſi adulteriũ.§.1.eodem titu.Quod primum ſanxiſſe Neruam Imperat. Rom. author eſt Dion Nicæus in vita ipſius:ubi tamen Gulielmus Blãchus, q illum,aut certe Xiphilinum,qui illius Epitomen fecit,in Latinum ſermonem conuertit,neptem, pro fratris ſororisve filia vertit:uti etiam facit in uita Claudij, agens de illius & Agrippinæ matrimonio,ſecutus, opinor, communem uſum loquendi Gallorum. Quanquam ante tẽpora Neruæ Catullus Aufilenam quandam proſcindit, quòd patruo ſe proſtituiſſet,ex eoq; liberos ſuſtuliſſet. Huius carmen eſt:

*Aufilena,viro contentam viuere ſolo,*
*Nuptarum laus eſt laudibus eximijs.*
*Sed cuiuis quamuis potius ſuccumbere fas eſt,*
*Quàm matrem fratris efficere ex patruo.*

*Claudius Cæſar fratris filiam duxit. S. C. in id factum.* Scribuntque Suetonius in Claudio,cap.27.& Cornel' Tacitus lib.12.Claudium ipſum uxorem duxiſſe Agrippinam Germani fratris ſui filiam, in idque ſenatuſconſultum poſtulaſſe,quo iuſtæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ in poſterum ſtatuerentur, cum ad id tempus matrimonia huiuſmodi inceſta haberentur. Nec tamen (vt dicit Tacitus)repertus eſt,niſi vnus,talis matrimonij cupitor,Talledius Seuerus eques Ro.quem plerique Agrippinæ gratia impulſum ferebãt. Suetonius duos dicit vnum libertinum,alterum Primipilarem. Cuius etiã rei meminit Seneca in Ludo de morte ipſius Claudij. Ex quibus facile potes intelligere,antiquis Romanorum legibus non licuiſſe vxorem ducere,fratris filiam,ſed Claudium eam legem abrogaſſe.At Nerua poſtea eam prim' reuocauit.Imò ante Neruam Nero,qui Claudio proximo loco ſucceſſit,accuſatorem ſubornauit, qui Syllani cum lepida Caij Caſſii vxore ipſius amita inceſtum confingeret:ob idque auxilium illi decretum fuit, ut & ipſe Cornelius Tacitus ſcripſit li.16.Suetonius autẽ tradit, Domitianum Iuliam fratris filiam,adhuc uirginem,oblatam in matrimonium ſibi,cum deuinctus Domitię nuptijs pertinaciſsime recuſaſſet,non multo poſt alij collocatam ultro corrupiſſe:tanquam matrimonium, ſi is amplexus fuiſſet,non illegitimum fuiſſet. Philoſtratus uerò in uita Apollonij li.7.dicit ipſum Domitianum ipſam Iuliam, fratris filiam, uxorem duxiſſe interfecto Sabino priore ipſius Iuliæ marito. Qua re audita Apollonius,O nox,inquit,qualis quondam fuit Danai filiarũ, cur ſola fuiſti? Plin.autem Iunior lib.4.epiſtolarum, ad Minutianum ſcribit,eum fratris filiam inceſto non polluiſſe ſolũ verum etiam occidiſſe:eam.n.viduam abortu perijſſe. Ex quo eſt illud Iuuenalis:

*Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam*
*Solueret,& patruo ſimiles effunderet offas.*

*Seruius ſilias auunculis nuptui dedit.* Porro Seruius Tullius Romanus. Rex duas ipſius filias in matrimonium dedit, fratribus matris earum,ut retulit Dionyſius Halicarnaſſeus libro antiquitatum Roman.4. Nec diſſentiunt Liuius, & alij rerum Rom. ſcriptores.

43 *Alcinous duxit fratris filiam. Dido auũculo nupſit.* ¶Et vt hoc obiter addam, Homerus libro ſeptimo Odyſſeæ,tradit, Alcinoum ſanctiſsimum Phæacum Regem duxiſſe uxorem Areten filiam Rhexenoris fratris ſui.Diodorus quoque Siculus eodem libro 16. quo Philip.Macedonici hiſtoriam deſcribit, tradit, Philippum ipſum Cleopatram filiam Alexandro Epirotarum Regi,auunculo uxorem dediſſe. Iuſtinus quoque libro 18. prodidit, Eliſam Tyriorum regis filiam (ea eſt quæ Virgilio in ſua Æneido Dido appellatur) Sichæo auunculo nupſiſſe. *Dio ſororis filiam duxit.* Et Paulus Æmilius in uita Dionis,ſcribit ipſum Dionem, virum omnibus virtutum numeris abſolutiſſimum, duxiſſe uxorem Areten, ſororis Ariſtomaches filiam. Quod & ipſum tradidit Plutar.in uita eiuſdem. Denique Herodotus li. 5. tradit Anaxandridem Spartanorum regem duxiſſe in uxorem ſororis filiam.

44 *Duorũ fratrum, uel ſororũ liberi legitime copulabantur.* ¶Sed ut redeamus ad Romanorum leges, duorũ fratrum, vel ſororum liberi legitime matrimonio iũgi poſſunt.l.3.ff.de rit.nup.& l.conditioni,quæ eſt 2.C. de inſti.& ſubſt.& l.celebrandis.C.de nup. & §. duorum autem fratrum.Inſt.eo.ti.Nam & apud Liuium libro 2.5. Decadis,Spurius Liguſtinus ait,patrem ſibi vxorem fratris ſui filiam dediſſe. Et Cicero in Oratione pro Cluentio Habito, ſcribit Cluentiam ritè nupſiſſe M.Aurio cõſobrino ſuo.Brutus uxorem duxit Portiam conſobrinã ſuam,utpote Catonis Vticenſis filiam: cum ipſe eſſet filius Seruiliæ Sororis ipſius Catonis: vt videre licet ex Plutarcho in uita ipſius Bruti. *Marcus Antonin' conſobrinã ſuam uxorem duxit.* Et Marcus Antonin' Philoſophus, qui ſanctitate uitæ omnibus principibus antecelluit, Fauſtinam conſobrinam ſuam uxorem duxit, ut teſtis eſt Iulius Capitolinus. *Item & a priſcis Italis obſeruabatur.* Idque etiam apud priſcos Italiæ populos obſeruabatur. Nam Turnus, quem Rex Latinus,& eius uxor Amata ſibi generum deſponderat: & Lauinia eorum filia,conſobrini erant. Venilia enim mater Turni,& Amata Lauiniæ mater,ſorores erãt. Ex quo Virgilius libro ſecundo, Æneidos, hęc facit, Latinũ loquentem:

*Quid conſanguinei rutuli?*

*Itẽ ab Hebræis.* Quem in locum Seruius id annotat. Nec id quidem ſine aliorum uetuſtiorum exemplo: quandoquidem apud Hebræos id interdictum non erat. Nam Amram uxorem duxit patruelem ſuam, vt eſt in vulgata editione, quæ ei peperit Aaron, & Moſen, ut ſcribitur Exodi ſexto,capitu.Nec etiam is gradus eſt inter prohibitos, Leuiti.18.cap.uti nec apud alias priſcas gentes. Nam Deucalion uxorem duxit Pyrram patruelem. Iapetus enim duos ſuſtulit filios: Prometheum,qui Deucalionem, & Epimetheum,qui Pyrrham genuit. Ex quo eſt illud Ouidij lib.1.Metamorphoſ.

*Deucalion Pyrrham lacrymis affatur obortis:*
*O ſoror & coniux,& fœmina ſola ſuperſtes,*
*Quam commune mihi genus,& patruelis origo,*
*Deinde thorus iunxit.*

*Quod tamẽ poſtea abrogatũ eſt.* Tu tamen uide,quæ de legibus Moſaicis dicam poſtea num.49. poſterioribus autem temporibus Theodoſius maior id matrimonium primus lege prohibuit, ut retulerunt Aurelius Victor,& Paulus Diaconus. Et iterum quoq; Clotherius rex, ut legitur in legibus Alemannorum.ti.de illicitis nup.Et id deniq; Pontificum decretis, & ſanctionibus confirmatum eſt, & approbatum, qui ad quartum gradum hanc matrimoniorum prohibitionem protenderunt, vt patet ex c.vlt.ext.de conſan.& aff.



45 *Roma cur coniunctorũ matrimonia prohibuere.* ¶Quare autem apud Romanos inter neceſſitudine adeo arcta coniunctos,non erat legitimum matrimoniũ Plutarchus problematon cap.108.has rationes attulit: Quoniam nuptijs neceſſitudines augeri volebant,& ultro citroq; filias dando,& accipiendo, multos ſibi propinquos adiungere. Cui rationi ſubſcribit Aurelius Auguſtinus Ciuitatis diuinæ,li.15.c.16.Nam loquens de liberis Adam,& Euæ, Cum nulli(inquit)eſſent homines, niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent, viri ſorores ſuas cõiuges acceperunt. Quod profecto,quanto eſt antiquius, compellente neceſſitate, tanto poſtea factum eſt damnabilius,religione prohibente. Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis,ut homines quibus eſſet vtilis, atque honeſta concordia, diuerſarum neceſſitudinum uinculis necterentur;nec vnus in vna multas haberet neceſſitudines,ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos: ac ſic ad ſocialem uitam diligentius colendam plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe,& ſocer duarum ſunt neceſſitudinum nomina:vt ergo aliam quiſque habeat patrem, aliũ ſocerum,numeroſius ſe charitas porrigit. Quæ Auguſtini ſententia reperitur in decretis canonicis in c.1.35.q.1. Et his concinit, quod ſcribit Iſichius Hieroſolymitanus,Gregorij Nazianzeni diſcipulus,libro 5. Commentariorum in Leuiticum,enarrans caput illud 18.ac rationem reddens,quare prohibebatur inter coniunctos ſanguine matrimonium: Vt non confundantur(inquit) generationes,nec diſpereant hæreditates, neque frater, & pater idem fieret,eiuſdemque eſſet uxor,& mater. Vtraque enim hæc eueniebant,ſi eandem uxorem pater,& filius habuiſſent,ex eaque filios procreaſſent: ex filia.n.genitus tam patrem genitorem ſuum, quàm fratrem hẽt: quippe qui ex ea natus eſt,quæ & illum peperit, & uxor eius ſimulatque mater fuit. Hæc autem ex nefaria cognatorum commixtione,& alia his ſimilia eueniunt. Et Diuus Chryſoſtomus in primam ad Corinthios epiſtolã, Homilia 34.rationem quoque reddens cur Moyſes nobis in eo 19.Leu.c. connubio conſanguineorum interdixit, Aliam(inquit) cõiunctionis formam commentus eſt,inſuper cognatorum cõnubio interdicto,ad alienos nos eduxit: illos viciſsim ad nos pellexit, quos naturali neceſſitudine copulari non licet, hos nuptijs conglutinauit,integras ſæpe familias vnius Nymphæ gratia conciliando,genus generi totum permiſcet. Non duces ſororem tuam(inquit)neque ſororem patris,nec aliam eiuſcemodi,ea generis neceſſitudine coniunctam,ut nefas ſit miſceri, ipſis nonnunquam cognatorum formas recenſens. Satis cauſæ ſit,cur illas ames, ex eodem eſſe te utero prognatum:aliter tibi competent aliæ. Cur tu charitatis amplitudinem redigas in anguſtum? aut cur officium charitati non neceſſarium impendis? quo amicitiã coniuge aliunde ducta, & per hanc longiſsimam affiniũ ſeriem,parentes,fratres,& illorũ neceſſarios omnes conciliare tibi potes?

46 *De eadẽ re.* ¶Cæterum Plutarchus (ut ad eum redeamus)in loco ſupra citato, alias quoque huius prohibitionis rationes affert: Agnatorum (inquit) diſſidia inter ſe uerebantur, quibus naturalia iura vna cum propinquitate tollantur. Denique mulieres propter imbecillitatem, ope & auxilio multorum egentes,propinquos idcirco ſe adiungere volebant,ut ſi quæ a ſuis uiris iniuria afficeretur, cognati opem ferrent. *Theologorum ſcholaſticorũ eius rei rationes.* Sed & Theologi ſcholaſtici huiuſce rei rationes afferre nituntur. Nam D.Tho.2.2.q.154.ar.9. & poſt eum Ant.in 2.par.ſuæ Summæ,ti.5.c.item 5.uerſi.item quantum ad tertium, quatuor rationes reddunt, & in his eam quam primo loco adſcripſit Plutarc. Alias item Rabbi Moyſes Ægyptius li.Perplexorum 3.ca.50. quas inibi uidere poteris.

47 ¶Ego autem quantum ad parentes,& liberos pertinet, rationem interdicti inter eos matrimonij naturæ acceptã refero,quæ & bruta quoque animalia,quibus præter meram ipſam naturam nulla ratio ſubeſſe poteſt,docuit nefandos iſtos, & ominoſos concubitus renuere, aſpernari,refugere,deteſtari. *Bruta coitum parentum deteſtantur. Natura hos concubitus abominatur.* Refert enim Ariſtoteles libro 9.animalium,capitu.47.& Aelianus,libro quinto. Hiſtoriæ etiam animalium. Camelos matres ſuas nunquam ſuperuenire. Cumque aliquando curator pullum matri opertæ admiſiſſet, is delapſo operimento matre cognita,camelarium illum morſu defixo interemit. Qđ & ipſum tradit ipſe Ariſtoteles,ſi is eſt (nam eruditi quidam addubitant) in libro de mirabilibus auſcultationibus,cap.2.& Didymus in ſuis Georgicis apud illũ ſcriptorem τῶν γεωπονικῶν.lib.16.cap.22.ubi præterea addit nec ſorori camelum admiſceri. Et Aelianus de animalibus,libro 3.cap.47.eodemque ult. Et Auicenna lib.9.de animalibus,regi Scytharum fuiſſe equam egregiam, ex qua mares generoſi omnes naſcerentur,quorum unum, qui præſtantior haberetur,matri admiſſum, ut ex ea procrearet,omnino recuſaſſe:opertam dein matrem latuiſſe vt imprudens ſuperueniret. Verum ubi a concubitu faciem matris detectam agnouit,fugam properaſſe, atq; ſe ipſum actum præcipitem interemiſſe. Quod & recenſuit Aelianus libro 4.capitu.7.& Plinius libro 8.cap.42. ubi & illud præterea addit, equam, eadem ex cauſa in Reatino agro,lacerato prius peroriga,ſeſe quoque præcipitaſſe. Namque & cognationum(inquit)intellectus in ijs eſt. Quinetiam Varro libro rei ruſticæ 2.cap.7.aut vt alij diuidunt,14. Cum equus(ait) matrem ut ſaliret, adduci non poſſet,& eum capite obuoluto peroriga adduxiſſet,& coegiſſet matrem inire,cum deſcendenti uelum dempſiſſet ab oculis,ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idemque de elephante ſcripſit Nicolaus Lyrenſis,tum in Matth.capit.19. tum in priorem Diui Pauli epiſtolam ad Corinth.cap.5. Ex noſtris quoque Ioannes Lupus in tractat.de matrimonio, & legitimatione,char.5.refert in prouincia Vandalię id quoque contigiſſe,quòd cum equus matrem adopertam cõpreſſiſſet(nam haud tectam prius recuſarat)ea confeſtim detecta,& a filio cognita,is capite reclinato, ſibi genitalia amputauit. Ex eoque, & ipſe Lupus naturæ aſſignat, quod legibus prohibitum eſt matrimonium inter parentes, & liberos. Et huc pertinet,quod ſcribitur in Auth.de ince. nupt.poſt princ. multa etiam bruta animalia huiuſmodi concubitus auerſari. Καί τοι αὐτά γε ἐπιθυμεῖ ὁποῖα πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἀποσείεται ζώων.

¶Nec tamen,quod de equis dictum eſt, id perpetuũ eſt,quando & ipſi nonnunquam matres, & filias ſuperueniant,authore ipſo Ariſt.li.de natura animalium 7.c.22.Et Ouid.lib.Met.10.

*—Coeunt animalia nullo*
*Cætera delectu:nec habetur turpæ iuuencæ*
*Ferre patrem tergo:fit equo ſua filia coniunx.*

Ex quo etiam intelligis, id brutorum commune eſſe: vti etiam oſtendit idem Ouidius libro ſeptimo, eiuſdem operis:

*Dextera Cyllene eſt,in qua cum matre Menephron,*
*Concubiturus erat ſæuarum more ferarum.*

Nam & Columella libro 7.c.6.capros menſium ſeptem eſſe ſatis habiles ad procreandum,quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem ſtupro ſuperuenit. *Capri matres ſuperueniunt.* Varro autem apud ſcriptorem illum Geoponicon lib.19.c.1.monet cauendum, ne canes ex eadẽ matre prognati,inuicem coeant.

¶Porrò Euripides in Andromache, hunc morẽ eſſe Barbarorum dicit,vt pater filiæ, & filius matri miſceatur,& ſoror fratri. 49 *Barbarorũ eſſe hos cõcubitus.*

Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται.
Κόρη τ' ἀδελφῷ.

*A Dijs eos eſſe prohibitos.*

Et Socrates apud Xenophontem li. 3. ἀπομνημονευμάτων, quaſi rerum memorabilium dixeris, aſſerit, legem illam a Dijs conditam, ac poſitam eſſe, μήτε γονέας παισὶ μίγνυσθαι, μήτε παῖδας γονεῦσιν, i. neque parentes filijs miſceri, neque filios parentib. Quod cum multis ſermonib⁹ probaſſet, tandem ſubiungit, ἐκεῖνοί γε παιδοποιούμενοι, ὡς δὴ παιδοποιοῦνται. Sed & exemplum Loth, & filiarum relatum Gen. 19. c. & repetitum in c. inebriauerunt. 15. q. 2. ſatis oſtendit, huiuſmodi parentum, & filiorum concubitum fuiſſe nefarium iure naturæ, nimirum diutius ante leges Moſaicas, quæ primæ omnium legum fuerũt. At poſtea ipſis Moſaicis legibus non licebat cum proxima ſanguinis ſui concumbere, vt ſcribitur d. c. 18. Leuit. quod cõiugij limites, & ſanguinis gradus prohibitos definit. Sed & eos nuncupatim adſcribit, & verſibus complectitur glo. in c. literas, iñ verbo, diuina lege. extra de reſt. ſpol.

*Moſis de ea re leges.*

Inter quos gradus prohibitos erat amita, i. ſoror patris: quamquam ante eas leges legimus Amram patrem Moſis, uxorem duxiſſe Iochæbæd, & ſororem Kehath, qui & ipſe fuit filius Leui, & pater ipſius Amram: vt videre eſt ex c. 29. Numer. iuncto c. 6. Exodi: ubi tamen D. Hieronymus, aut quiſquis is fuit, דדה uertit patruelem, ut diximus ſup. num. 43. Quam tamen dictionem Hebræi dicunt ſignificare ſororem patrui. In quibus autem gradibus poſſit Papa diſpenſare, videbis apud Pau. Pari. poſt alios, conſi. 68. dubium, lib. 3. Nec tamen hic omittem⁹, quod Plato lib. 5. de repub. ius facit omnes ſibi matrimonio iungere, præterquam patres, filios, & filiorum filios, atque horum ſuperiores, & inferiores. Quin ipſe lib. 11. de legibus, iubet matrimonium copulari inter eos, qui ſanguine proximi ſunt.

*Platonis leges de ea re.*

50 ¶ Sicut autem apud pleraſque nationes licebat ſorores ducere in matrimonium, vt ſup. diximus, ita, & fratrum vxores viduas. Nam & Deiphobum, vnum ex filijs Priami, legimus duxiſſe vxorẽ Helenam, viduã Paridis ſui fratris. Quod inter cæteros teſtatur Virg. li. 6. Æn. ubi hæc facit ipſius Deiphobi vmbram loquentem:

*Vxores fratrũ an liceat ducere uxores.*

*Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ,*
*His merſere malis: illa hæc monumenta reliquit.*
*Namq; ut ſupremam falſa inter gaudia noctem*
*Egerimus noſti.——*

Et paulo poſt.

*Tum me confectum curis, ſomnoq; grauatum*
*Infelix habuit thalamus: preſſitq; iacentem*
*Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti.*
*Egregia interea coniunx arma omnia tectis*
*Emouet, &c.*

Quem in locum Seru. Hic, inquit, Helenam duxerat mortuo Paride, ad cuius domũ prius ire erat neceſſe. Id quod etiam videre licet ex ipſo Ser. li. 2. Æne. ibi.

*Tum uerò manifeſta fides.*

Et ex Hygino fabularum c. 240. Helenus quoque, Hectoris frater, poſt mortem Pyrrhi, qui Andromachen ipſius Hectoris viduam duxerat, eandem duxit uxorẽ, ut tradit Pauſanias libr. 2. Sed & cum Eumenes Pergami rex mortuus eſſe putaretur, Attalus eius frater, ſumpto diademate, ac eiuſdem uxore accepta, cœpit regnare. Eum verò Eumenes iucunde amplexus, in aurem illi dixit: Ne properes meam uxorem ante ducere, quàm me mortuum uideris. Poſtea autem Eumenes ipſe moriẽs, & uxorem & regnum illi reliquit. Quod a Plutarcho eſt ſcriptum in ipſius Eumen. Apophtheg. De quo etiam Liuius 5. decadis li. 2. Demetrius quoque Cleopatram vxoris fratris, vxorem duxit, apud Iuſtinum libro 36. Apud Romanos quoque Craſſus fratris defuncti uxorem duxit, exq; ea filios genuit. At apud Hebræos nuptiæ huiuſmodi erant interdictæ, ex d. c. 18. Leuitici, vbi ita ſcribitur: Vxorem fratris ſui nullus accipiat. Nec hoc dixiſſe contentus Moyſes, illud repetit: Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt.

Hincque illa D. Ioannis acris reprehenſio in Herodẽ, qui Herodiadem, vxorem Philippi fratris ſui matrimonio ſibi coniunxerat. Non licet tibi habere uxorẽ fratris tui, ut ſcribitur Matth. 14. Mar. 6. & Luc. 3. Sed hæc ſane intelligenda ſunt, ut nõ liceat ducere vxorem fratris ſui viuentis: & ita loquuntur poſteriores loci. Sed nec mortui quoque, vt prior locus oſtendit: niſi tamen frater ex ea vxore nullos reliquiſſet liberos: tunc enim non erat interdictum matrimonium fratris cum ea vidua fratris mortui. Quinetiam erat præceptum, vt ſcilicet ſuſcitaret ſemen fratri ſuo mortuo, ne deleretur nomen eius ex Iſrael: ut videre licet ex Deutheronomij c. 25. & Mat. 22. & Mar. 12. & Luc. 20. Hincque reprehenſus eſt Archelaus, quòd Glaphyram olim Alexandri fratris coniugẽ, & liberorum ex eo ſuſceptorum matrẽ, uxorem duxiſſet, contra iudæorum leges: ut ſcribit Ioſephus libr. 17. Antiquitatum, cap. 15. eodemque ulti. & Ægeſippus lib. 2. capitu. item 2. Noſtris autem legibus id matrimoniũ omnino ſceleſtum eſt, per l. fratris. & l. licet. & l. ultima. C. de inceſt. nup. An autem Papa poſſit in hoc caſu diſpenſare, uidebis late per Aegidium Bellame. conſil. 28. in facto mihi tradito. Sororem quoque uxoris mortuæ in uxorem accipere, Theſſalorum moribus permiſſum fuiſſe videtur ex eo, quod narrat Liuius 4. decadis libro 10. non multo poſt principium, Philippum regem Macedonum Herodicum Theſſalorum principem occidiſſe generoſque illius, in viduitate relictis filiabus ſingulos filios paruos habentibus, quibus Theoxena, & Arco nomina erant, Theoxenam multis petentibus aſpernatã fuiſſe nuptias. Alteram Poridi cuidam longe principi Aenianam nupſiſſe, & apud eum plures partus enixam, paruis admodum relictis omnibus, deceſſiſſe. Teoxenã, ut in ſuis manibus liberi ſororis educarentur, Poridi nupſiſſe, & tanquam omnes ipſa enixa foret, ſuum ſororiſque filios in eadem cura habuiſſe. Quod & apud Romanos licuiſſe uidetur, ex eo, ꝙ Cecilius Metellus uxore priore mortua ſororem illius duxerit.

51 ¶ Et ut ad alia tranſeamus, ſunt & qui ſecuti ſententiam Zenonis in lib. de Republica, Chriſippi in libro ſupra citato numero 38. Diogenis Sinopei, Socratis, Platonis, Nicolai Antiocheni, a quo Nicolaitæ hæretici ſunt vocati: de quo Euſebius libro hiſtoriæ eccleſiaſticæ 3. capitu. 23. & Auguſtinus in catalogo hæreſeon: item Baſilidæ, & Carpocratis in libro de iuſtitia, de quibus Irenæus libro primo, aduerſus hæreſ. c. 32. & præterea Epiphanius Carpocratis quoque filij, in li. quoque de iuſtitia, de quo Epiphanius Cyprius libro contra hæreſes, 1. tom. 2. ſect. 32. & Prodici, de quo D. Clem. libro 3. Stromaton, & Theodoritus Cyrus in hæreticarum fabularũ compendio, & Cabadis, aut (vt alij vocant) Canadis, Perſarum regis, qui de ea re legem tulit, apud Procopium libro 1. de bello Perſico, & apud Agathium li. 4. Peregrinarum hiſtoriarum, atque etiam Gnoſticorum, de quibus ipſe Epiphanius illo eod. lib. & to. ſect. 26. & Theodoritus, vbi ſupra, & Simoniorum, ita a Simone Mago dictorum, apud D. Auguſtinum in prin. d. lib. Hæreſeõ. Sunt (inquam) qui ex horum ſententia nullas priuatim uxores habent, ſed omnibus, vt communibus, vtuntur. Et in his Aethiopes Garamantici, de quibus Plinius libro 5. capitu. 8. Garamantes matrimoniorum exortes, paſſim cum fœminis degunt. & Martianus Capella libr. 6. ubi de interiore Africa: Garamantes, inquit, uulgo fœminis ſuis matrimonio ſociantur. Et Pomponius Mela libro 1. Nulli (ait) Garamantum certa uxor eſt. Ex illis, qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis colant, formæ ſimilitudine agnoſcunt. Solinus quoque cap. 39. aut vt alij diuidunt, 43. Garamantici Aethiopes priuatim matrimonia neſciunt ſed omnibus vulgo vti Venere licet. Inde eſt, quod filios matres tantum recognoſcant: nam paterni nominis nul-

*Qui uxores cõmunes habẽt.*

*Aethiopũ Garamanticorum ſimilitudine formæ parentes agnoſcuntur.*

la



la reuerentia eſt. Quis. n. verum patrem nouerit in hac luxuria inceſti, laſciuientis? Ea ꝓpter Garamantici Æthiopes inter omnes populos degeneres habentur: nec immerito, quia afflicta caſtitatis diſciplina, ſucceſſionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Hæc ille. Et de his (vt opinor) intelligit Ariſt. lib. 2. Poli. c. item 2. cum dicit, quibuſdam ſuperioris Libyæ populis mulieres eſſe communes, filios tamen partiri ſecundum ſimilitudines. Et Claudianus de bello Gildonico:

*Libyum ſuperiorũ cõſuetudo*

*——Connubia mille,*
*Non illis generis nexus, non pignora curæ,*
*Sed numero languet pietas.*

Vide tamen quod de Garamantis diximus ſup. num. 22. inci. Nec ſoli. Et ſimile quippiam de Lymirnis, aut vt alij legunt, Liburnis, tradit Nicolaus ſcriptor Græcus in lib. περὶ ἐθῶν, veluti dicas, de moribus gentium, apud Stob. Ser. 42. Limyrnij vxores habent communes, & liberos communiter alunt, vſq; ad annos quinq;. Deinde ſexto anno pueris omnibus congregatis, ſimilitudines ipſorum ad viros coniectant, & vnicuiq; ſimilem tradũt puerum, ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat. Hæc ille adeo ſimilia ijs, quæ Ariſto. de Libybus tradit, vt ijdem eſſe videantur.

*Limirniorũ, ſiue Liburnorũ.*

52 ¶ Illud autem, quod de ſimilitudine dictum eſt (ut id obiter dixerim) quorundam noſtrorum ſententiam cõfirmat. qui cum dubitatur, vtrum filius ſit prioris, an poſterioris mariti, quando mulier poſt ſecũdum matrimonium ocyus parit, quàm vt diſcerni certo poſſit, vtri⁹ ſit mariti: dicunt illius eſſe, cuius faciem formamq; refert. Ita. n. voluit Iac. Bellauis. in ſua diſp. incip. Berta contraxit matrimonium, & Alb. in l. ſeptimo menſe circa medium. ff. de ſta. hom. & in rub. C. ad Orfic. & Bal. conſil. 390. tam profunde, poſt prin. lib. 2. Raph. Fulgoſ. conſil. 212. quædam mulier. col. 3. ver. rurſus manifeſtior: ubi & hinc ſumit argumentum adulterij: & nouiſſime Alc. in l. quæret. ff. de uerb. ſig. De qua re omnes diſſerunt in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſth. inter quos Iaſon, poſt alios multos a ſe citatos, eam op. refellit. vti etiam facit Carolus Ruy. conſi. 53. ex pluribus, col. 4. nu. 9. lib. 5. & Ludou. Goz. conſi. 12. in hac cauſa. colũ. 1. nu. 3. & ſeq. Marius autem Salomonius in d. l. Gallus. late, ac ſcienter defendit, vti apud eum videre poteris. Sed cui illud addere poteris, quod Plutar. li. 5. de placitis Philoſophorũ, ex antiquorum decretis ſcribit de ſimilitudine parentũ, & filiorum: quodq; de ea re ſcribit Lucr. li. 4. de rerum natura, illis verſibus:

*Filij patres uultu repræſentari ſolẽt.*

*Vtrius viri filius eſſe cẽſeatur qui utriuſque eſſe poteſt.*

*Adulteriũ ex ſimilitudine deprehendi.*

*Et commiſcendo cum ſemen, &c.*

Quibus oſtendit, fœtus, qui plus materni ſeminis participant, fieri ſimiles matribus: qui paterni, patribus. Et quòd Macrob. li. Satur. 2. c. 5. tradit, Iuliam Auguſti filiã ſuis adulteris admirãtibus, quod ea filios omnes Agrippæ marito ſimiles edidiſſet, reſpondiſſe, non niſi plena naue ſe vectorem admiſiſſe. Quod item ſcribit Mart. li. 6. Epigrammaton, ad Nepotem:

*Iulia dictum.*

*Eſt tibi quæ patrij ſignatur imagine vultus,*
*Teſtis maternæ nata pudicitiæ.*

Et in eodem lib. in Cinnam.

*Pater ex Marulla Cinna factus es ſeptem,*
*Non liberorum (namque nec tuus quiſquam,*
*Nec eſt amici, filiusve vicini)*
*Sed in grabatis tegetibusq; concepti.*
*Materna produnt capitibus ſuis furta,*
*Hic qui retorto crine Maurus incedit,*
*Sobolem fatetur eſſe ſe Cogiſantræ,*
*At ille ſima nare, turgidis labris,*
*Ipſa eſt imago Pannici palæſtritæ.*
*Piſtoris eſſe tertium quis ignorat,*
*Quicunq; lippum nouit, & videt Damam?*
*Quartus cinæda fronte, candido vultu*
*Ex concubino natus eſt tibi Lygdo.*
*Præcide, ſi vis, filium: nefas non eſt.*
*Hunc verò acuto capite, & auribus longis,*
*Quæ ſic mouentur, vt ſolent aſellorum,*
*Quis morionis filium neget Gyrthæ?*
*Duæ ſorores, illa nigra, & hæc rufa*
*Crotichoraulæ, villiciq; ſunt Carpi.*

Quibus oſtendit, filios facie atq; ſimilitudine referre, repræſentareq; fomam, atq; faciem adulterorum, qui eos genuerunt. Et hinc Soranus Epheſius Medicus in Iſagoge, c. 16. Quinto menſe induit fœtus ſimilitudinem, ſeu patris ſiue matris: aut adulterũ demonſtrat. Et Solinus. c. 4. tradit Procõneſiam ancillam è duplici adulterio geminos edidiſſe, utrumq; patri ſimilem. Quod accepit a Pli. li. 7. c. 11. ubi etiam ſcribit, aliam gemino partu, alterum marito ſimilem, alterum adultero edidiſſe. Id quod ex Ariſt. eſt li. 7. de hiſt. animalium, c. 4. Sed & illud Phocylidis Poetæ Græci:

*Geminorũ alter marito, alter adultero ſimilis.*

Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα
*Haud ſimiles pariunt ſtuprata cubilia natos.*

Cui concinit, & illud Theocriti Idyllio 17.

Ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰὲν
Ῥηΐδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί

Ideſt, ad verbum,

*Non amantis autem mulieris in alieno mens ſemper.*
*Faciles autem fœtus: filij autem nũquam ſimiles patri,*

Heſiodus lib. 1. Operum, & dierum:

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.
*Et ſimilem ſobolem genitrices patribus edunt.*

Et Euripides in Electra:

φιλεῖ γὰρ αἷμα ταυτὸν οἷς ἂν ᾖ πατρὸς
Τὰ πόλλ' ὅμοια σώματος πεφυκέναι
*Solet enim idem ſanguis paterno*
*Pleraque ſimilia corpori producere.*

Et apud Hom. li. j. Odyſ. Telemachus cognoſcitur fili⁹ Vlyſſis ex vultu, & oculorum ſimilitudine:

Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπέ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος πάϊς εἰς Ὀδυσῆος.
Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας
Κείνῳ.——

Et alibi lib. 4. eiuſdem operis:

Κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες,
Ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται

Virg. lib. 4. Æn.

*Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet*
*Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula*
*Luderet Aeneas, qui te tantum ora referret.*

Hora. lib. 4. Ode 5.

*Nullis polluitur caſta domus ſtupris.*
*Mox & lex maſculoſum edomuit nefas.*
*Laudantur ſimili prole puerperæ.*

Et Catullus in Epithalamio Iuliæ, & Mallij;

*Sit ſuo ſimilis patri*
*Mallio, & facile inſcijs*
*Noſcitetur ab omnibus:*
*Et pudicitiam ſua*
*Matris indicet ore.*

Et Ouid. in epiſt. Hyſipyles ad Iaſonem:

*Felix in numero quoq; ſum, prolemq; gemellam*
*Pignora Lucina bina fauente dedi.*
*Si quæras, cui ſint ſimiles, cognoſceris illis.*
*Fallere non norunt, cætera patris habent.*

Papinius lib. 5. Syluarum in Epicedio filij:

*——Animaq; auellitur infans*
*Non de ſtirpe quidem, nec qui mea nomina ferret.*
*Oraq;: non fueram genitor.*

Nec omiſerim illud Phintyos filiæ Callicratis Pythagoricæ ex lib. περὶ γυναικὸς σωφροσύνης, i. de temperantia muliebri, apud Stobæum Ser. 72. κάλλιστος δὲ κόσμος γυναικὸς ἐλευθέρας πράττεν εὖ τ' εἶδος τὸ διὰ τῆς αὐτᾶς τέκνων ἐπιμαρτύρασθαι τὰν σωφροσύναν τὰν ποτὶ τὸν ἄνδρα, αἴ κα τὸν τύπον τῶ ὁμοιότατος ἐπιφέρωντι τῶ καταστείραντος αὐτὼς πατρός.

Quibus ſignificatur, imprimis honeſtum eſſe matronæ ſuam pudicitiam erga virum per faciem liberorum ſuorum teſtari. Quod fit (inquit) ſi liberi referant typum ſimilitudinis ſui genitoris. Nota eſt autem illa hiſtoria cuiuſpiam Proconſulis (eius nomen ſubticetur) qui cũ uidiſſet quempiam Siculum, ſibi & vultu, & cæteris rebus prorſus ſimilem, mirari ſe ait, quapropter ſibi tam ſimilis eſſet, cum pater ſuus in eam prouinciam nunquam acceſſiſſet. At meus (inquit ille) Romam frequenter acceſſit. Loco namque (ut ſcribit Valerius, eam hiſtoriã recẽſens, li.9.c.15. in fi.) laceſſitam matris ſuæ pudicitiã inuicem ſuſpicione in matrem eius reiecta, audacius, quam virgis, & ſecuribus ſubiecto conueniebat, vltus eſt.

53 *Reditus ad mores gentium.* ¶ Sed vt ad cæteros mores rei uxoriæ redeamus, non Garamantes tantum eo more viuunt, vt vxoribus cõmunibus vtantur, ſed & alij plures, videlicet Ilophagi, & Ichthyophagi, quaſi dicas piſceduli, qui & ex Æthiopib. ſunt, Maſſagetæ, Troglodytæ, Agathyrſi, Maclyes Pœnorum populi, Auſes, Moſyni, Brachmanes Perſarũ ſapientes, Tyrrheni, & ex Arabibus ij, qui in Oceano ſunt verſus meridiem, Scoti, Aſoti, Galactophagi, gens Scythica, & in vniuerſum alij Scythæ, Hyrcani ante Alexandri tempora, Britanni, Perſæ, Nomades. *Ilophagorum. Ichthyophagorum. Maſſagetarum.* De Ilophagis, aut, vt alij vocant, Hylophagis, & Ichthyophagis, teſtis eſt Diodorus Siculus li.4. Bibliothecæ, c.3. ubi dicit, eos mulieres, in quãcunq; inciderint, cognoſcere prolis cauſa. De Maſſagetis, Eudoxus in prima periodo, & Laert. in Pyrrhone. Sed ij non ita habent communes, vt cæteri. Quandoquidem ſinguli ſingulas ducunt, ſed utuntur uxoribus aliorum, idq; non occulte: nam qui cum aliena congreditur, pharetram e curru ſuſpendens, in propatulo coit, vt ſcribit Herodotus ad calcem libr.1. & Strabo li.11. Ælianus lib. animalium 6.c.60. ubi de Camelis loquitur. Sed & eos quoq; in vijs coire tradit Zenodot⁹ in prouer. νόμος καὶ χώρας. *Troglodytarum. Agathyrſorum.* De Troglodytis ipſe Stra. li. 16. & Diodorus illo eo. li.4.c.3. excipientes uterq; tyrannos, qui vxores ſibi peculiares, & priuatas habẽt: quas q corruperit, oue (inquiunt) mulctatur. De Agathyrſis, Machlybus, & Auſibus, Herod. li.4. Nam de illis ita ſcribit: In commune cum mulieribus coeunt, vt inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes. *Machlyũ. Auſum.* Id quod ex eodem repetit D. Maximus Locorum communium, Ser.60. & idẽ propemodum tradit Serinus apud Stob. Ser.42. De iſtis quoque ipſe Herodotus ubi ſupra, Machlyes & Auſes (inquit) promiſcue cum mulierib. non una habitantes, ſed pecudum more concumbunt. *Moſynorũ. Bragmanorum. Thyrrhenorum. Arabum. Scotorum.* Vbi apud mulierem puer robuſtus factus eſt, eius filius viri cenſetur, apud quẽ habitare ſuſtinet: nam tertio quoq; menſe viri in id conueniunt. De Moſynis Pomponius Mela: de Bragmanis Philoſtratus Lemnius, & Arrhianus hiſtoricus, idemque (vt pleriſque placet) Iuriſconſultus. De Tyrrhenis Theopompus, Theophraſtus, Timæus, Heraclides in Polyticis, & Athenæus. De Arabibus Diodorus, dicto lib.3. De Scotis Diuus Hieronymus in Iouinianum li.2. cuius illic ea verba ſunt: Scotorum natio, vxores proprias nõ habet, & quaſi Platonis Politiam legerit, & Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos coniunx propria eſt, ſed vt cuique libitum fuerit, pecudum more laſciuiunt. *Aſotorum. Galactophagorum. Scytharũ. Hyrcanorum. Britannorum.* Sed & idem ad Oceanum, illud quoque de ipſis Scotis, atq; etiam Aſotis, vt legit Eraſmus, ſcribit: illos uidelicet vxorib. promiſcue, & communibus vti. Vulgo tamẽ loco Aſotorum Attici legebatur, quod nunquam de illis legitur. De Galactophagis meminit Nicolaus in libro περὶ ἐθῶν, i. de moribus, & ex eo Stobæus c.5. De cæteris Scythis (nam & illi Scythæ ſunt) meminit Strabo libr. 7. De Hyrcanis Plutarchus in lib. de Fortuna Alexandri. De Britannis, Solinus rerum memorabilium ca. 35. ubi ita de illis ſcribit: Nulla ibi fœmina datur propria, ſed per viciſſitudines in quamcunque commotus uſuariam ſumit. Et paulo infra, Vtuntur fœminis vulgo, certum matrimonium nulli. Et Dion in uita Seueri, utuntur Britãni uxoribus communibus liberoſque omnes alũt. Licet de his ſint qui aliter ſcribant, vt iam ſupra diximus. De Perſis, Agathius de Bello Gothorum lib.4. ubi de ea re legem apud eos tuliſſe Canadem regem tradit. De Nomadibus, Strabo lib.7.

54 *Mulierum cõmunitas reprobata.* ¶ Sed hanc mulierum communitatem, & ut ita dixerim, promiſcuitatem, præter Lactantium lib.3.ca.21. & ſeq. & Chryſoſtomum Homilia prima in Ioannem, & Epiphanium lib. Hereſeon 2.c.32. Ioannem quoq; Damaſcenum in li. quoque Heræſeon, non multo poſt principium, & alterum Ioannem Tzetzem hiſtoriarum Chiliade 8.c. 243. Theophilum Antiochenum ad Autolycum li.2. & Arnobium libro 1. aduerſus gentes, & alios Chriſti aſſeclas, refellit Caſſius Sceptius, ut retulit Laertius in Zenone, & late, & abunde Ariſtoteles ipſius Platonis diſcipulus lib. Politicon 2.ca.1. & 2. & Dionyſius Halicarnaſſeus li.2. Romanarum antiquitatum, ubi tradit, eos qui ita viuunt, a beluis exemplum capere, eſſeq; hos concubitus proteruos, ac ferinos, & ſuboſcure Lucianus in fugitiuis. Eamque non obſcure deridet Ariſtophanes, in ea Comœdia, cui titulus eſt Ἐκκλησιάζουσαι, id eſt, concionantes. Vt interim noſtros, qui & de ea re priuatim locuti ſunt, prætermittam, uidelicet Card. Alexã. in c. dilectiſſimis. col 4. ver. nota hic allegari. 12.q.1. ubi, & tex. de hac re loquitur, & gl. & alij eius loci interpretes: & tex. quoque in c. nuptiarum 27.q.1. iubens filiorũ procreationi operam dare, non canino more, per uſum promiſcuum fœminarum, &c. & ibi gl. in uerbo, promiſcuum, & Fortunius Gar. in § ius naturale. col.19. & ſequen. Inſt. de iuſt. & iu. Quanquam & fuerunt e chriſtianis, qui hãc mulierum communitatem defendere nimio Platonis amore auſi ſint, & in his Beſſario Card. li.4. ei⁹ operis, quod aduerſus calumniatorem Platonis elegãtiſſime ſcripſit: ſed ita tamen, ut a noſtræ religionis legib. in ea re non deſciſcat.

55 *Naſamonum.* ¶ Præter Maſſagetas autem (quod iam diximus) in propatulo, atq; in vijs coeunt, Diogenis illius Cynici dogma ſecuti, Naſamones, Indi, Hyberni, Moſynes, aut, vt alij vocant, Moſynæci: & ij, qui Caucaſum habitant. De Naſamonib. autor eſt Herodotus lib.4. ubi & idem ſcribit penè illis factitare, quod Maſſagetas, ſcipione videlicet prius prætento: De Indis tradit idem Herodotus libr.3. *Indorum.* vbi dicit, Indorum coitus in propatulo eſſe, ſicut pecorum. De Hybernis Strabo li.4. vbi ſcribit eos non min⁹ alienis, quàm ſuis uxoribus in propatulo commiſceri. *Hybernorum. Moſynorũ.* De Moſynis Artemidorus Daldianus li. de ſomniorum interpretatione primo, ca.9. ubi & id dicit facere canes, eſſeq; inhoneſtum, & ignominioſum apud alios homines. Et ante eum Apollonius Rhodius li. 2. Argonauticon, vbi id eos facere, tanquam ſues, dicit. Pomponius autem Mela li.1. ſcribit Moſſyneos promiſcue connubere. *Caucaſincolarum.* De Caucaſi incolis ipſe Stra. li.15. Quantum autẽ cauere debeamus ab huiuſmodi inhoneſtis concubitibus, dicemus affatim inferius in 15. lege connubiali, nu.155. inci. nonum id erit.

56 *Naſamonum iterũ.* ¶ Sed ut ulterius progrediamur, Naſamonibus, præter ea quæ diximus, mos eſt, ut cum quis primum uxorẽ duxit, prima nocte ſponſa ſingulos conuiuos obeat Veneris gratia, & ut quiſque cum ea concubuerit, donum det illi, quod ſecum domo attulit, ut retulit Herodotus in Melpomene. *Augylarũ.* Augylarum ſimiliter fœminis ſolenne erat, nocte qua nubunt, omnium ſtupro patere, qui cum munere adueniunt: & tum cum plurimis concubuiſſe, maximum decus eſt, in reliquum pudicitia inſignis, ex Pomponio Mela, lib.1. & Solino, c.44. *Gnidarũ.* Apud Gnidanes quoque uxores ferũt pelliceas, ſingulæ multas, ob quod ut a quoque uiro uenerem paſſa eſt, fimbriam orat: ut quæ plurimos habet, ita præclariſſima cenſetur, tanquã a pluribus uiris adamata, teſtis Herodotus libro 4. *Stymphalorum.* Stym-

phali



phali itidem mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus viris conſuetudinem habet: ex Zenodoto in prouerbio, νόμος καὶ χώρα. *Heliopolitarum.* Apud Heliopolitas mos erat, vt fœminæ antequam nuberent, paſſim ſeſe proſtituerent in Veneris templo, poſtea verò abſtinerent. Sed id Conſtãtinus Imperator aboleuit, vt à Socrate Conſtantinopolitano traditum eſt apud Caſſiodorum, libro Hiſtoriarũ 1.c.9. & iterum lib.6.c.12. *Thrachũ.* Nec diſsimiliter Thraces virgines non aſſeruabant, ſed quibus libebat cum viris, concumbere ſinebant: vxores autem vehementer aſſeruabant. autor Herodotus circa initia lib.5. *Lydorum.* Lydorum quoque mulieres, vt prodit idem Herodotus lib.5. & Strabo lib.11. ad finem, ante coniugium paſsim ſubſtratæ amatoribus, hoſpitali eos plerunque benignitate conſoueunt, ac donis afficiunt pluribus longè, quàm ipſæ accipiant. Eũ tamen haberi delectum, vt in turpitudinis fœdera condignos tantum admittant. Poſt coniugium verò ſi delinquant, nulla veniæ ſpes. Id quod etiam recenſuit Ælianus lib.4. de varia hiſtoria. c.4. Sed & Xãthus, & ipſe Lydus, qui voluminibus quatuor Lydiaca complexus eſt, illis fuiſſe morem tradit, vt alienas vxores virgineſque in locum producentes, quem à re ipſa ἀγῶνα vocarunt, omnes conſtuprarent. Quod & Clearchus lib.4. Commentariorum, quæ de Vitis ſcripſit, prodidit: & ex eo repetit Athenæus lib.12. Dipnoſophiſtarum, ſubdens, quòd cùm id paſſa fuiſſet Omphale, poſtquam imperium cõſecuta eſt, vt iniuriam acceptam vlciſceretur, nobilium Lydorum virgines in eo loco cũ ſeruis cõcluſit, quo in loco vitium ſibi illatum fuerat. Vnde rei acerbitatem verbis lenire ſtudentes Lydi, γυναικῶν γλυκὺν ἀγῶνα, aut, vt alij legunt, ἀγκῶνα, ipſum locum appellarunt. Scribit Herodotus (vt ad eum redeamus) libro primo, Lydas ipſas virgines pudicitia proſtrata, ſibi dotem comparare. Sed is locus ex eorum numero eſt, qui à Laurentio Valla prætermiſsi ſunt. Athenæus quoque tradit, Lydorum mulieres obuio cuique faciles ſe præbere.

57 *Pœnarum.* ¶ Punicis autem mulieribus & is mos fuit, vt antequã nuberent, in fanum Veneris, quod Sycæ erat, ſeſe conferrent, atque inde procedentes, quæſtum dotis corporis iniuria contraherent, honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo coniugia iunctura: vt grauiter pronũtiauit Valerius de Inſtitutis antiquis. Sũt & qui id olim etiam apud Thuſcos celebratũ tradãt, vt virgines dotẽ ſibi corporis quæſtu cõpararent in id referẽtes illud Plauti in Ciſtellaria:

*Tu iam locare in magnam familiam,*
*Vnde tibi talenta magna viginti pater*
*Det dotis, non vt hic eam Thuſco modo*
*Tute tibi indignè dotem quæras corpore.*

*Scitharũ. Corſorum. Cypriorũ.* Mos quoque Scythis, Corſiſque fuit, virgines ante nuptias nautis proſtitutas in littus ducere. Cyprijs itẽ mos erat, virgines ante nuptias ſtatis diebus (ita enim malo legere, quàm ſtatutis) dotalem pecuniã quæſituras, in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas, Iuſtino teſte, libro 18. *Iuſtini locus.* Sed & de iiſdem Lactantius lib.1. cap.17. vbi eius moris Venerem autorem fuiſſe ſcribit, ne ſola præter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur. Et ante hos Herodotus lib.1. qui & illud tradit, Cyprios id ipſum ex lege obſeruare ſolitos, quod & Babylonij, de quibus poſtea dicemus ex eodem Herodoto. *Illiricorũ.* De Illyricis quoque ſcribit Varro libro Rei ruſticæ ſecundo, cap.10. Virginibus nonnunquam annorum viginti, morem eorum non denegare, ante nuptias vt ſuccumberent, quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios haberent, è quibus vellent. *Locrenſiũ.* Locrenſes, dum Leophronis Reginorum tyranni bello premerentur, vouerunt, ſi victores forent, vt die feſto Veneris virgines ſuas proſtituerent, vt tradit Iuſtinus. lib.21. *Phœnicũ.* Phœnices mulieres, cum ſacra Dijs ſuis facerent, ſeſe palam proſtituebãt, huiuſmodi corporum ſuorum fœdo mercimonio Deam ſuam ſe placare arbitrantes, & per hæc ſcelera propitiam facere, vt prodit Athanaſius in libro contra gentiles. De quibus etiam Auguſtinus de Ciuitate dei, lib.4. cap.10. Phœnices, inquit, Veneri donum dabant de proſtitutione filiarum, antequam iungerent ea viris. *Heliopolitarum.* Cuius etiam rei nonnihil meminit Euſebius lib.4. εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, capit.8. idem tribuens Heliopoliatis, qui & ipſi è Phœnicibus ſunt, de quibus ſuprà locuti ſumus.

58 *Indorum.* ¶ Quid quòd apud Indos, mulieres, alioquin virorũ amantiſsimæ, vt quæ cum maritis mortuis (quòd ſupra diximus) ſeſe cremandas offerant, elephanti tamen pretio oblato, amatoribus pudorem ſubſternunt? nullo infamæ diſpendio, cùm laudi facinus ducatur, quòd tanti earum forma cenſeatur. Virgines autem cùm eſſe nubiles cœperint, nulla dote data, vel accepta, in publicum à parentibus producuntur. Accurrente (vt aſſolet) multitudine, libera illis datur optio, è iuuenum turba viros ſibi deligendi, quos virtute aliqua inſigniter præſtare putauerint. Author Arrhianus de geſtis Alexandri lib.8. Et de iiſdem etiam ſcribit Strabo lib.15. licere eis fornicari, niſi eas mariti caſtas eſſe cogant. Quin & hodie Indicæ virgines ante connubium proſtituuntur. Nuptæ verò prima nocte cum ſacerdotibus iacent, cum quibus etiam regum abſentium vxores cubitant, vt ex Cardinali Vlyſſiponenſi retulit Volaterranus libro Geographiæ 12. capitulo poſtremo.

59 *Syracuſanorum.* ¶ A Syracuſanis lege ſancitum eſt, ne mulieres maiori ſumptu ornarentur, priuſquam ſe conſtupratas, & omni nequitia impudicas docerent, vt è veterum ſcriptorũ monumentis tradit Cælius, vir antiquarum rerum peritiſſimus, lib.3. ca.10. *Thebanorum.* Apud Thebanos à ſacerdotibus Ioui ſacrabatur virgo genere clariſsima, & ſpecie pulcherrima, quæ pellicis more cum quibus libebat commiſcebatur, vſque ad naturalem corporis purgationem, mox viro dabatur, autore eod. Strabone lib. vlt. *Gætulorũ.* Gætulorum, ſiue vt alij legunt, Gelonum, lex eſt, qua cautum ſit, mulieres, quoſcunque velint, viros conuenire poſſe, nec tamen ob id à maritis accuſari, vel adulteras appellari, cùm tamen paſsim omnibus naſceantur, ac præcipuè aduenis, vt ſcriptum reliquit Clemens lib. Recognitionum 9. capit.7. Et Bardeſanes in libro de Fato: & ex ipſius autoritate Euſebius illo libro Præparationis Euangelicæ 6.ca.8. *Suſiorum.* Apud Suſa verò (vrbs eſt Perſarum) indifferens mulieribus cum quibuſcunque voluerint, vſus eſt, & ſeruis, & hoſpitibus, tali licentia à maritis permiſſa, vt tradit Clemens, ubi ſupra. *Balearium.* Qui inſulas Baleares inhabitant, in epulis, quæ cum domeſticis amiciſque in nuptijs fiunt, primus ſecunduſque, & deinceps reliqui ſecundum ætatem, nuptam cognoſcunt: vltimus ſponſo locus ad vxorem datur, vt refert Diodorus libro 6.

60 *Hiſpanorũ. Medorum. Armeniorum.* ¶ Apud Hiſpanos, virgines paſsiua Venere vtuntur, ac quibuſcum libuerit, congrediuntur, & è quibus velint ſibi liberos quærunt: vt è recentioribus ſcribit Cælius, lib.10. cap.22. Medi, Armeniq; vel nobilitate præſtantes Anaitidi Deæ, quam imprimis colunt, dedicant filias in fano illius vetuſtiſsimo & ſanctiſsimo: quæ corporis pudicitia in vulgus proſtrata velut inde auguſtiores factæ, mox traduntur viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente: vt tradit Strabo libro 11. ad finem. Illius autem Deæ ſtatua ex ſolido auro conflata erat, quã Marcus Antonius compilauit. *Anaitis.* De quo etiam nonnihil Plin. lib.33.c.4. Ea autem Dea Anaitis Venus erat, ita à Perſis vocata, vt ex autoritate Beroſi Babylonij, & Athenoclis Symmachi, qui Aſſyriorum Medorumque res antiquiſsimas conſcripſerunt, tradit Agathius Hiſtoriarum peregrinarum lib.2. Lydi autem, apud Pauſaniam in Laconicis, Mineruæ Anaitidis fanum habent. *Lituanorũ.* Apud Lituanos matronæ nobiles, viris permittentibus publicè concubinos habent, quos matrimonij adiutores vocant: viris turpe eſt ad legitimam coniugem pellicem adijcere.

Soluuntur

Soluuntur tamen facilè matrimonia mutuo conſenſu, & iterum atque iterum nubunt: teſtis Æneas in Europæ deſcriptione, c.26. *Dapſolibyum.* Dapſolibyes congregati omnes vno die, vxores ſimul ducunt poſt Vergiliarum occaſum. Nã poſt epulas, mulieribus ſeorſum diſcumbentibus, extincta lucerna, viri ad ipſas ingrediuntur, & quilibet, quamcunque contigerit, ducit, vt ex Nicolao in libro περὶ ἐθῶν, tradidit Stobæus in Collectaneis, Sermone 42. Quibus item locis ſcriptum eſt, *Ialchleuenſium.* Ialchleuenſes Libyas, cùm multi vxorem vnam ambiunt, apud curatorem eius cœnare, & ſingulis varia dicteria narrantibus, cuicunque mulier arriſerit, illi cohabitare.

61 *Babyloniorum.* ¶ Babylonij coniuges cum hoſpitibus ſtupro coire, modò pretium flagitij detur, permittũt, teſte Curtio lib. 5. De his quoque Strabo lib. 16. ita retulit: Babyloniorum mulieribus mos eſt cum hoſpitibus permiſceri, cũ turba, & cultu plurimo. Qui verò ad mulierem admittitur, poſito ſuper eius genibus argento, quãtum ſibi videtur, coit, longè ea à fano abducta. Id verò argentum Veneri ſacrum eſt. Sed & hoc pluribus proſequitur Herodotus lib. 1. Vna (inquit) iiſdem Babylonijs lex eſt, omnibus modis execranda. Nempe omnibus mulieribus indigenis cõe eſt, ſemel in vita ad Veneris tẽplum deſidentibus, cum externis viris conſuetudinem habere. Cæterũ cum plerumq; ſint diuitijs tumentes, quæ ſui copiam facere recuſant, hæ vehiculis cameratis ſubuectæ pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitij turba. Pleræq; ẽt hunc in modum faciunt, Ad templum Veneris ſedent nodis corolijsq; tempora reuinctæ, è quibus dum aliæ ſeorſum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula vndecunque ſic funiculis diſtincta aditum præbent externis ad mulierem illam, quam cuiq; libuerit deligendã. Porrò cùm ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quàm hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum iniecerit, & cũ eadem à fano ſeorſum abducta, rem habuerit. At vero pecuniam illam, quantulacunq; ſit, non eſt fas reijcere, ſiquidem in ſacrum vſum conuertitur. Neq; mulieri etiam permittitur hoſpitem repudiare, ſed quicunque is ſit, qui pecuniam obtulerit primùm, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremò vbi iam congreſſa fuerit cum externo mulier, Dea expiata, domum reuertitur. Subditq;, eas, quæ forma ſunt elegantiori, citius (vt par eſt) expediri: quæ vero deformes, diutius cogi deſidere pro templo, antequam legi faciant ſatis, fieriq; interdum, vt vno atque altero anno, aut etiam triennio atque diutius expectare miſeras oporteat. Et hinc, vt opinor, D. Hier. in quadam epiſtola, Babylonem *Babylõ purpurata meretrix. Roma Babylon dicta.* meretricem appellat: Cum (ait) apud Babylonem verſarer, eſſemq; purpuratę meretricis colonus, quod verbũ eſt ex Apocalypſi D. Ioannis, cap. 17. Et hinc fortè idem Hier. in Catalogo, vbi Marci meminit, ſcribit Romam à D. Petro in ſua epiſtola priore, c. 5. Babylonis nomine figuraliter intellectam, &c. Cuius etiam rei meminit & ipſe in Eſaiam, c. 14. & iterum c. 47. & ad Aglaſiam in 11. q. & Tertullianus in libro aduerſus Iudæos, & iterum li. aduerſus Marcionem 3. quamuis id ipſe alio referat. & Paula & Euſtochium, quæ id ab ipſo Hieronymo, vt reor, didicerant, in ea epiſtola, quam ad Marcellam ſcripſerunt, inter eiuſdem Hieronymi opera.

62 *Germanorum.* ¶ Germani ſoli propè Barbarorum (vt teſtatur Tacitus) ſingulis vxoribus contenti ſunt, præter admodum paucos, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. Vide tamen quid de illis ſcripſerim ſupra nu. 22. incip. nec ſoli. *Adyrmachidarum.* Adyrmachidæ, Africæ populi, virgines nupturas Regi exhibebant, qui eam deuirginabat, quæ ſibi formoſior videbatur: vt prodit Herodotus lib. 4. *Canariorũ.* Hodie quoque Canarij populi coniuges prius non accipiunt, quàm a principe deflorẽtur, idq; apud eos decus ducitur, autore Archangelo Madrignano in Itinerario Portugalenſi. *Volſinienſium.* Quin apud Volſinieſes, poſtquam ſerui tranſlata in ſe Republica, vrbi dominati ſunt, id lege ſanxerunt, ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatẽ non ante ex numero ipſorum ſeruorum aliquis delibaſſet: vt refert Valerius lib. 9. c. 1. *Sexum.* Apud Seres fas non erat cum vxore congredi poſt conceptum, vt D. Clemens retulit li. Recognitionum 8. c. 11. *Iaxamatarum.* apud Iaxamatas virgines matrimonio nunquam collocabantur, niſi quæ hoſtem prius intereniſſent: ex Pomponio Mela lib. 1. *Sauromatarum.* Et idem de Sauromatis tradit Nicolaus in libro de Moribus gentium, & ex eius autoritate Stobæus Sermo. 42. *Saracenorum.* Saraceni vxores mercenarias cõducunt ad tempus ex pacto, & vt ſit ſpecies matrimonij, dotis nomine futura coniunx haſtam, & tabernaculum offert marito, poſt ſtatum diem, ſi id elegiſſet, diſceſſura. teſtis Ammianus Marcellinus, libro 14. *Sacarum.* Apud Sacas ſi quis vxorem puellam ducere cuperet, pugnam cum ea ſuſcipiebat: & illa, ſi ſuperior eſſet, captiuum abducebat, atque imperium in eum tenebat: ſin inferior, ab eo regebatur. Author Ælianus de Varia hiſtoria libro 12. cap. 38. Mazuſij autem abſtinebant à mulierum congreſſu, niſi ſi quas bello cepiſſent, vt ait Zenodotus, in prouerbio, νόμος καὶ χώρα.

63 *Maſſilienſium.* Maſſilienſibus mos fuit, generum inter pocula eligere. Siquidem recumbentibus, qui eſſent ad nuptias inuitati, prodiens virgo iubebatur à patre aquam porrigere ei, quem virum affectaret. Quo argumento Peranus claſſis Phœnicum dux, repentè factus ex hoſpite gener Seuani regis Segregiorum, condendæ Maſſiliæ locum à ſocero accepit. Autor Iuſtinus lib. 43. Ante hunc Ariſtoteles in Rep. Maſſilienſium, & ex eo Athæneus lib. 13. cap. item 13. in princ. ſcribit, ipſos Maſſilienſes hoc pacto nuptias facere. Oportebat enim poſt cœnam ingredi, phialã miſcere, & cuicunque ex præſentibus procis mallet, porrigere. Cui ea porrexiſſet, is ſponſus erat. *Tibarenorum.* Tibareni poſt vxoris partum, ipſi perinde ac ſi peperiſſent, reuincto capite in lectuium recubant, illis curioſè vxoribus miniſtrãtibus. Autores Nymphodorus & Xonodorus in Collectaneis, & ante eos Apollonius Rhodius lib. 2. Argonauticon. *Corſicorũ. Hiſpanorum. Cantabrorum.* Id quod etiam Corſicam inſulam habitantes obſeruare, tradit Diodorus lib. 6. & Hiſpanos, Cælius lib. 18. c. 22. quod tamen alij Cantabris tantũ Hiſpaniæ quidem populis tribuunt. *Moſcoui.* Apud Moſcouitas vxores fœminę non in eo honore ſunt, vti apud cæteras gentes. Nam propè ancillarum loco habentur. Viri inſignes earum veſtigia mirum in modum obſeruant, & pudicitiæ diligentiſſimè cauent. Non enim adhibentur conuiuijs, neque ſacrorum cauſa remotiora templa petere, aut temerè in publicum egredi permittuntur. Cæterùm vel ab externis hominibus, & exiguo quidem pretio, ad Venerem omne vulgus fœminarum facilè pellicitur, adeò vt parum earum amoribus ſtudere, viri nobiles exiſtimentur. Autor Paulus Iouius in libello de Legatione Moſcouitarum. Et aliarum quoque gentium hac in re diximus ſupra in 4. l. connub. nu. 9. Sed & huiuſmodi.

64 *Alia alijs nationibus ſunt honeſta, aut turpia.* ¶ Dieſq; me deficeret, ſi omnium nationum mores circa rem vxoriam ſigillatim deſcribere conarer. Sed ſatis cõſtat ex ijs quæ & ſupra in hac l. & in d. l. 4. diximus, alios alijs mores in re vxoria fuiſſe priſcus temporib. Qđ autem ad noſtram ætatem pertinet, videmus & hodie peculiares eſſe cuiq; genti mores, apertamq; in oĩ vitæ ratione dĩam: vt quæ viuẽdi rõ Pictonibus placet, eandẽ Santones illis vicini deteſtent: quod laudi iſti aſsignant, illi cõtra vitio adſcribunt. Et vt non minus verè, q̃ elegãter, ſcribit Æmylius Probus, Non eadem oĩbus ſunt honeſta, atq; turpia, ſed oĩa maiorũ inſtitutis iudicanť. Nemoq; nihil rectum putat, niſi quod patriæ moribus cõuenit.

65 *Patriæ amor.* ¶ Id quod etiam efficit charitas patriæ, qua plerique omnes tenemur. Eſt ſua cuique patria chariſsima, atque gratiſsima. Naſo ad Rufinum:

*Eſt & amor patriæ ratione valentior omni.*

Et paulo poſt:

*Neſcio*



*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eße ſui.*

Euripides in Phœniſsis:

Ἡ πατρὶς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς,
Οὐδ᾽ ὀνομάσαι δύναιμ᾽ ἂν ὡς ἐστὶ φίλον,

*Patria, vt decet, chariſsima mortalibus:*
*Neque exprimere poßum, quàm chara.*

Et alibi apud Stobæum cap. 37.

Πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρείσσω πάτρα
Σώφρονι ναίειν, τὸ δὲ σύντροφον ἁδύ τι θνητοῖς ἐν βίῳ χωρεῖ

Quibus ſignificat, multo auro & opibus præſtare patriã ad habitandũ, viro prudenti. Nam quod naturæ cognatũ eſt, neſcio quam ſui dulcedinem mortalibus in vita præſtet. Sæpe autem Homerus patriã terram φίλην peculiari epitheto vocat, veluti dilectam, ſeu amicam: vt Iliad. 9.

φευγόμενοι σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Et rurſus eodem libro:

Εἰ δέ κεν οἴκαδ᾽ ἵκωμαι φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν.

66 *Patria dulciſsima.* ¶ Diodorus Siculus lib. 4. cum malignitatem quarundam regionum deſcripſiſſet, ex tẽplo ſubdit: Has tñ qui incolunt oras, tanta vitæ incõmoda nolunt effugere, ſed vltro eam potius deligunt vitam, quam alio cogantur more viuere. Ita patriæ amor quidam ingens natura ſingulis innatus eſt. Apud Scæuolam Iuriſconſultum, in l. qui habebat. ff. de leg. 3. Teſtator quiſpiã patriam ſuam dulciſſimã ſiue ſuauiſsimam vocat, his quidem verbis, τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς, & quæ ſequntur, quæ ſi quis ſcire velit, legat Alciatum libro Diſpunctionum 4. c. 18. Hincq; no. Accur. inibi, Suam cuiq; patriã eſſe dulciſsimam. Atq; ẽt Maria. Soc. Senior conſi. 35. circa prædictam col. 3. ver. 2. magis proximè. & per illum quoq; tex. dicit Ro. conſ. 408. in propoſita qõne, verſic. 4. ad idem, ꝙ ſua cuiq; patria cæteris dulcior eſt, & amabilior. Vbi & ad hoc alia iura citat. *Patriam ſuã quiſque laudat.* Itaq; natura ita comparatum eſt, vt patriam ſuam, qualiſcunq; eſt, quiſq; laudet, extollat, prædicet, ſicuti ẽt facit Vlpianus Iuriſconſultus in l. j. in prin. ff. de cenſi. vbi ſuam ipſius patriam mirandum in modum commendat, miriſq; laudibus effert. Quę omnia ad verbum præterea, quæ adiecimus in hac, & præcedenti editione, ſurripuit à noſtra prima editione, noſtro nomine ſuppreſſo, vt pleraque alia, *Chaſſenæi furtum.* Bartholemæus Chaſſenæus in ſuo Catalogo gloriæ mundi, in 12. parte, in 17. conſideratione. Si quos igitur mores patria noſtra receperit, illos ante cæteros omnes, ducti amore quodam patriæ, magni facimus, atq; pertinaciter ſectamur, cæteros præ noſtris parui ducimus, deteſtamur, exhorremus. Et vt ſcribit Rabbi Moyſes Ægyptius li. Perplexorũ 2. c. 41. Natura hominis trahitur poſt conſuetudinem ciuitatis.

67 *Sithonijs vxores dominantur. Bactris quoque. Et Suſijs. Et Sauromatis.* ¶ Et vt nonnihil loquar de dominatione atq; poteſtate maritali, quod eſt præcipuum huius loci propoſitum: quid eſt, ſi Dijs placet, ꝙ quis ſperare poſſit vxorem obedientem ſibi futuram, qui eam ſibi aſciuerit ex Sithonijs Thraciæ populis, aut ex Bactris, aut Suſijs, aut Sauromatis? apud quos fœminæ viris dominari ſolent: vt de illis autor eſt Tacitus in libello, quem elegantiſsimè, vt aliàs ſemper, de moribus Germaniæ conſcripſit: ſubdẽs, illos in ea re non modò a libertate, ſed ẽt à ſeruitute degenerare. De Bactris verò teſtis eſt Bardeſanes in ſuo dialogo, quem de fato ſciſcitantibus amicis compoſuiſſe ſe dicit: & repetit Euſebius lib. de Præparatione Euangelica 6. c. 8. Vbi & illud præterea dicunt, mulieres apud illos præſtãti ornatu & vnguentis vti, & ab ancillis, & ſeruis multò magis, quàm earum maritos, cultas ſingulari quadam põpa equitantes exire, auro & lapillis phaleris equorũ exornatis: nec eas caſtè viuere, ſed eas tam ſeruis quàm aduenis, commiſceri: nec à viris accuſari, cùm eis dominenť. De Suſijs quoque autor eſt D. Clemens lib. Recognitionum 9. c. 7. De Sauromatis Stobæus, Ser. 42. ex autoritate Nicolai in lib. περὶ ἐθῶν. Vbi eos dicit vxoribus, ceu dominis parere. Quin & in vniuerſa Aſia à Semiramide inſtitutus mos eſt, vt viris dominarentur vxores. *Aſiaticis item.* Quã conſuetudinem Alexandro res ibi gerente, ſeruatam etiamnum, certum eſt ex Hiſtoricorum monumentis.

68 *Cõtagio potentum in alios.* ¶ Interdum quoque vſu euenit, vt quæ vitia ſectati ſunt, qui dignitate, autoritateque inter cæteros pollent, iiſdem complures illorum exemplo, ac veluti contagione quadam ſeſe confeſtim dedunt.

—*Componitur orbis*
*Regis ad exemplum.*—

vt ille dicit. Idq; longè lateq; vagatur, ſerpitq; in omnes eiuſdem loci homines, præſertimq; adoleſcentes, & fœminas, vt ſunt cæteris faciliores, procliuioresq; in vitia. Propterea, ſiue eo, ſiue alio modo, ſi quæpiam ſe natio vitijs contaminarit, in ea certè rarenter comperies honeſtam, probamque mulierem, quæ non ſit peculiaribus ac proprijs ipſius patrię vitijs inquinata. *Abraham ſolicitus vt de ſancto gente vxor filio duceretur.* Abraham ille vir & ſapientia & ſanctimonia celebris, maxima ſolicitudine tenebatur, vt filio ſuo Iſaac, nõ ex Chananæis, inter quos habitabat, vbi certè ſummi alicuius, ac ditiſsimi filiam facilè obtinuiſſet, ſed vt de pia & ſancta gente vxor duceretur: vt patet ex Gen. c. 24. Nã vt grauiter pronuntiauit Iolaus Euripideus in Heraclidis, nullus eſt liberis honor pulchrior, q̃ patre forti bonoq; natum, vxores ducere à probis & bonis: qđ & nos alibi ſupra ex eo addiximus.

69 *Vxoris futuræ mores in primis ſpectandi.* Hæc cùm dicimus, ſatis apertè monere videmur, vt probitatem moresq; futuræ vxoris imprimis ſpectemus. In qua re non diutius immorabimur: tum quia per ſe ſatis perſpicua eſt, ideoq; nulla commendatione indiget, ſecundum ſententiam Iuriſconſulti, l. 1. ff. de reſtitu. in integr. tum etiam, quia ab omnibus, qui de re vxoria ſcripſerunt, amplè tractata. Vnum duntaxat aut alterum teſtem ex noſtris citabo, qui & hunc locum non prætermiſerũt: quorum prior eſt ipſe Io. Fab. in rubrica Inſtitut. de nupt. monẽs vt ſi poſsis, probes ante omnia mores eius mulieris, qua cum matrimonium velis contrahere. Alter eſt Antipater in libro de conuictu vxoris, apud Stobæũ Sermo. 67. qui omnia ferme ſuperiora capita velut in vnum concludit, Græcè quidem, ſed in hanc ſententiam: Vxor non temerè ambienda eſt, ſed omnino circumſpectè, nõ diuitiarum, non turgidæ nobilitatis, non voluptatis vllius non denique formæ gratia. Nam hæc quoque vt plurimum faſtum ac dominandi libidinem excitare ſolent. Primùm itaque de moribus & ingenio parẽtum percunctabuntur, an ciuilis ſit pater, nemini moleſtus, non ingratus, modeſtus iuſtus, & qui rebus vanis non oblectetur: & alia huiuſmodi. Deinde matrem quoque conſiderabimus, in cuius conuictu educata eſt nuptura, & moribus eius imbuta. Poſtea de ſponſa, an illam, vti par eſt, inſtituerint, neque officio ſuo defuerint, & amori in ipſam nimis indulgendo, vtilitatem eius neglexerint, omni ſtudio inquirendum eſt per ſeruos æque ac liberos, tum domeſticos, tum externos: nec non per vicinos, & filios, qui ad eos ingrediuntur, vt amici, ad conuiuia, & coquos, & opifices, & mulieres netrices, & alias.

*De eadẽ re. Concluſio.* ¶ Et vt ego tandem breuibus concludam, illud ſanè in matrimonijs obſeruandum cenſeo, quod in honoribus ſtatuit Iuriſconſultus in l. honor. §. de honoribus. ff. de mune. & hono. Imprimis (inquit) conſideranda perſona, ſecundò origo natalium, poſtremò facultates. Et id quidem, ne in illud incidamus, quod grauiter ac ſeuerè reprehendit Iuuenalis, de alia re loquens Satyr. 3.

—*De moribus vltima fiet*
*Quæſtio.*—

Cui concinens Plautus in Perſa:

*Quoiuſmodi hic cum mala fama facilè nubitur,*
*Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.*

Igitur hanc quoque legem alijs ſubnectemus;

*Septima Lex connub.* ***Futuræ vxoris parentes, patriam, mores inſpiciunto.***

IN

# IN OCTAVAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ Primæ,

## PARS OCTAVA.

1 *Epilogus præcedentium.*

EX IIS igitur, quæ ſupra tam ſparsè diffuſeq; ſcripſimus, illud ſtrictim, breuiter, ac ſummatim collegimus, quò facilius legentes menti memoriæq; demandent. Vt quiſquis voluerit habere vxorem ſui amantiorem, ſibique obſequentiorem, cui leges, quas velit (vt verbis Tullij vtar) imponat, præſcribat, iubeat, vetet, quod videbitur, quæ nihil imperanti negabit, nihil recuſare audebit: vxorem, moneo, ſibi ſumat æqualem, aut etiam inferiorem & genere, & opibus: atque eã quidem virginem, & tenera ætate, natam parentibus probis, & non elatis moribus, & ex natione, quæ caſtas, humiles & viris obedientes producere ſoleat, non item formoſam nimium, non viduam, non vetulam, nec quam adeo longa ætate præcedat, vt vires cupidineæ vxoris ætati nõ reſpondeant.

2 *Fœminæ ſua naturæ dominationis cupidæ.*

¶ Neque tamen propterea ſpondeo, neq; meam in id fidem obſtringo, eam quam ita legeris, vt nihil eorũ deeſſe videatur, futuram ſemper marito obedientem. Sunt enim non parum multæ, quæ tametſi ſunt maritis ipſis, in omnibus longè inferiores, ſiue ad nobilitatem reſpicias, ſiue ad diuitias, ſiue ad formam: nihilq; in illis excellat, quo ſuperbire vel tantillum debeant, ſintque alias probis moribus: conantur tamen (vt ſunt mulieres ſuapte natura ſuperbæ & dominationis cupidæ) imperium ſibi in viros vſurpare, eosq; in ſuam ipſarum poteſtatem inijcere, omnem Iuris Diuini, Naturalis & Ciuilis legem & ordinem inuertentes. Apud nos tex. eſt in authent. de nupt. §. iucundum. ancillam à domino in vxorem captam, interdum adeò efferri, & ſuperbè in maritum agere, vt vel ab eo diuertat. quẽ ad hoc annotat Lucas Penna. in l. quemadmodũ. in 201. præſumptione. C. de agri. & cen. lib. 11. Ad idq; referri poteſt antiquum Prouerbium Palladæ libro 1. Græcorum Epigrammatum memoratum:

*Ancilla à domino deſponſata, ab eo diuertit.*

*Prouerbiũ*

Μήποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο.

*Ancillam noſtrã non eſſe in vxorem ducẽdam.*

Quo ſignificatur ancillam, aut ſi mauis, ſeruam noſtram non eſſe in vxorem ducendam: quaſi & hæ plerunque ſoleant eſſe erga maritos inſolentiores.

3 *Catoni vxor humili loco nata ſuperbior.*

¶ Marcus ille Cato triumpho & Cenſura inſignis, magis tamen etiam num claritate literarum (vt interim verba Plinij vſurpem) vxorem habuit Actoriam Paulam, humili loco natam, violentam, mentis impotem, & quod nemo poſsit credere, Catoni ſuperbam: vt Diuus Hieronymus in Iouinianum lib. 1. elegãtiſsimè retulit, ne quis putet, (vt ille ſubdit) ſi pauperem duxerit, ſatis ſe concordiæ prouidiſſe. Hic autẽ ille eſt Cato, qui (vt Plutarchus tum in vita illius, tum in Romanorum Apophthegmatis ad Traianum, commemorat) cùm vxorum effrænatius petulantiusq; imperium aliquando reprehenderet, (expertus enim id ipſum fuerat) Omnes (inquit) homines vxoribus dominantur, nos vero cunctis hominibus, nobis autem vxores. Verum Themiſtocles Athenienſis lõgo ante interuallo ſimile quippiam dixerat, filium ſuum qui in matris delicijs eſſet, Græcis præſtare plurimum. Athenienſes enim Græcis imperare, ſeſe Athenienſibus, vxòrem ſibi, vxori autem filium. Quod idem Plutarchus retulit & in ipſo Catone, & in ipſo item Themiſtocle, atq; etiam in Græcorum Apophthegmatis. Idem uerò in libro de Educandis liberis, ſtatim poſt principium tradit filium ipſum Themiſtoclis, nomine Diophantum, dicere ſolitum, Quicquid ipſe peteret ab Athenienſibus, mox approbatum iri. Nam quæ ipſe vellet, velle & matrem: & quæ mater, eadem cupere Themiſtoclem: quæ verò Themiſtocles, eadem & vniuerſum populum Athenienſem.

*Catonis dictũ de vxorum imperio.*

*Themiſtoclis itẽ prope dictum. Themiſtocles vxorius.*

4 *Vxoribus quidã addicti ſunt fato vel aſtrorũ vi.*

¶ Mirum eſt autem, quod ab Ælio Spartiano traditũ eſt in Antonino Caracalla, à doctiſsimis quibuſq; memoriæ proditum fuiſſe, vt qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putauerit nuncupandam, is adductis vxoribus ſemper inſeruiat: qui verò marem Deum eſſe crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur inſidias. Vnde quamuis Græci vel Ægyptij eo genere, quo fœminam, etiam Lunam dicant, myſticè tamen Deum dicunt. Scribit Hermes Trimegiſtus, ſi is eſt, Aphoriſmo 61. quod ſi pars coniugij viri ceciderit in ſignis obedientibus, mulieres autem in imperantibus, mulier quidem imperabit uiro, vir autem obediet mulieri. Firmicus autem Maternus, elegantiſsimus Aſtronomiæ profeſſor, lib. 6. Matheſeos, capit. 10. Saturnus (inquit) ſi Veneri quadrata fuerit radiatione coniunctus, & Venus ſuperior effecta, & dextrum poſsidens latus, Saturnũ in inferiore loco cõſtitutũ quadrata radiatione inſpexerit: iſta coniunctio honeſtis ac pudicis moribus largitur vxores, ſed quæ in domo omnem dominandi vẽdicẽt poteſtatẽ, maritos tamen fido & incorrupto diligẽtes affectu. Et ĩferius, c. 21. Si Venus Lunã diametra radiatione reſpexerit, ita vt in contrarijs conſtituti locis, longa ſe inuicem radiorũ ſuorum poteſtate pulſauerint, infœlices nuptias ex iſta radiatione decernunt: ſed nec aliquo poterunt ſic poſiti fęlicitatis ordine ſubleuari: Aut enim nũquam filios habebunt, aut ſuſceptam ſobolẽ miſera morte proſternent, ſed & ipſi creba mala, & multas vxorum ſuarum pati coguntur iniurias, quæ maritis ſuis dominari cupientes, ſuperbo & elato ſpiritu in eos ſæpius inuehuntur. Guido verò Bonatus doctrina & eruditione, quã eloquentia, pręſtantior, in ſuo Aſtronomiæ lib. tract. 7. in quo differit de præcipuis iudicijs aſtrorum. c. 3. ſeptimæ domus, dicit: Si quæratur, vtrũ vir an mulier alteri dominabitur, inſpiciendam eſſe domum aſcendentis, & deinde ſeptimæ, quis eorum fuerit ponderoſior, vel fuerit in angulo: quia ille dominabitur, cuius ſignificator huiuſmodi fuerit, id eſt, ſi ſignificator viri fuerit in angulo uel ponderoſior, & ſignificator mulieris fuerit cadens ab angulo & leuior, dominabitur vir mulieri. Si uero ſignificator viri fuerit cadens & leuior, & iungatur ſignificatori mulieris, dominabitur & præerit mulier viro. Si verò nõ fuerit aliquis eorum in angulo, nec fuerit unus iũctus alteri: ille dominabitur, cuius ſignificator fuerit ponderoſior: & quicunque eorum fuerit petens coniunctionem alterius, vel fuerit cadens, & alter in angulo, vel in ſuccedenti angulum: ille erit ſubiectus alteri, ſiue ſit ſignificator viri, ſiue mulieris: ille debilior, niſi aliquis Planetarum abſcindat lumen eorum, vel prohibeat eorum coniunctionem. Hucuſque Guido, qui totum hunc locum accepit, licet ſubticeat, ab Haly Albenragel in lib. quem & ipſe de iudicijs aſtrorum compoſuit, parte ſecunda, c. 16. Vbi & hæc præterea ſcripſit: Si ſciueris natiuitates viri & vxoris, aſpice in eis, ſi inueneris in duodecima domo vnius eorum Lunam natiuitatis alterius: id eſt, vt ſit Luna in ſigno, in quo fuit in natiuitate vnius in duodecima domo natiuitatis alterius: iudica, quòd ille, cuius eſt Luna, victor erit alterius: alterq;, non ſecus ac ſeruus, ei obediet. Verbi gratia, ſi fuerit aſcendẽs in natiuitate mulieris Aries, duodecima eius erit Piſces. Et ſi fuerit in natiuitate viri Luna in Piſcibus, ſignificat quòd vir erit victor, & mulier obediet. Hæc ibi, quæ ille ipſe alibi breuius repetit, videlicet in ſeptima parte, c. 54. Quin & in quinta parte, cap. 6. Quando (ait) Venus fuerit Orientalis, ſignificat, quod mulier habebit poteſtatem ſupra virum, maximè ſi Iupiter aſpexerit eam.

¶ Ex



5 *Sapiens dominabitur aſtris.*

¶ Ex quibus conſtat, pleroſq; fato quodam & aſtrorum lege huic malo eſſe obnoxios, vt ſubſint vxoribus, nulla nobilitatis, opum, ætatis, ac deniq; nullius rei habita ratione. Sed quoniam ſapiens dominabitur aſtris, ſicut à Ptolemæo ſcriptum eſt in libro ſuæ magnæ conſtructionis quam Almageſtum vocant, & è noſtris affirmant Bal. in cap. 1. extra vt lite penden. nihil Inno. & conſi. 458. quòd dominus Arnaldus. colum. vlt. lib. 2. & Ioan. Ana. in cap. 2. col. pen. poſt Ioan. And. ante fin. exrra de ſortil. & Cepol. in tract. de Impera. mili. delig. char. antepen. Angel. Aret. in §. 1. in fi. Inſtit. de ca. di. A qua ſententia non longè diſsidet eiuſdem Ptolemæi, aut alterius eiuſdem nominis (vt alij contendunt) in octaua propoſitione Centiloquij: Anima ſapiens ita adiuuabit opus aſtrorum, ſicut agricola naturales terræ vires. Et alibi in eodem Centiloquio: Cœleſtia corpora non imponunt neceſsitatem, ſed inclinationem. Quod & ſenſit rerum omnium peritiſsimus Virgilius, cùm dicit lib. 2. Georgicorum:

*Cœleſtia corpora nõ neceſsitatem imponunt, ſed inclinationem.*

*Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,*
*Atque metus omneis & inexorabile fatum,*
*Subiecit pedibus.*— Et lib. 3. Æneidos:
*Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.*

*Religio fato dominatur.*

Vbi oſtendit, religionem dominari fato. Rurſumque libro ſexto, de aureo arboris ramo infernæ Iunoni conſecrato loquens:

*—Rite repertum*
*Carpe manu: namq; ipſe volens, facilisq; ſequetur,*
*Si te fata vocant: aliter non viribus vllis*
*Vincere nec duro poteris conuellere ferro.*

*Fatum arbitrum nõ tollit.*

Quibus verbis, Carpe manu, vna quidem cum fato, actionis quoque noſtræ arbitrium coniunxit. Sed id apertius oſtendit lib. 7. cùm dicit:

*Heu miſerande puer, ſi qua fata aſpera rumpas,*
*Tu Marcellus eris.*—

In quo loco non obſurè dicit, poſſe aliqua ratione fata diſrumpi, vt etiam illic ſcitiſsimè annotauit Seruius.

6 *Idem ex Homero.*

¶ Id quod etiam ex Homero deprehendere licet, qui & ipſe non omnia fato tribuit, ſed & voluntati & prudentiæ liberum quendam locum relinquit. Nec tamen illud excludit, quòd Græci ἠναγκασμένον, nos Latinè Coactũ dicere poſſumus: cùm ſcilicet quiſpiam agens quæ vult, in ea incidit, quæ non vult: vt cum lib. 1. Ilia. ſtatim poſt princ. ſtragem Heroum iræ Achillis imputat:

Πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἀϊδι προΐαψεν.
Ἡρώων.—

Subdit tamen paulo poſt:

—Διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή. Id eſt:

*Iouis autem proficiebatar conſilium ſiue decretum.*

Et alibi in Odyſſea, Vlyſsis ſocios ſua ipſorum culpa perijſſe tradit. Iterũq; alibi, multa illorum, quæ fato impendent, prudentia euitari prodidit: vt cùm ſcribit libro 5. eiuſdem Odyſſeæ:

Ἔνθα κ᾽ ἀπὸ ῥινούς τε δρύφθη σύν τ᾽ ὀστέ᾽ ἀράχθη,
Εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἀμφοτέρησι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης,
Τῆς ἔχετο στενάχων εἵως μέγα κῦμα παρῆλθε.

Hoc eſt,

*Hic & cutis lacerata fuiſset, ſimulq; oſſa fracta fuiſsẽt:*
*Niſi ei in animum induxiſſet cæſia Minerua.*
*Vtraque autem manu incitatus apprehendi ſaxum:*
*Cui hærebat ſuſpirans, donec magnus fluctus præterijt.*

Et paulo poſt.

Ἔνθα κε δὴ δύστηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ᾽ Ὀδυσσεύς,
Εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε γλαυκῶπις Ἀθήνη.

*Hic verò miſer præter fatum perijßet Vlyßes,*
*Niſi ſapientiam dedißet cæſia Minerua.*

Ἔνθα κ᾽ ἀπὸ ῥινούς τε δρύφθη σύν τ᾽ ὀστέ᾽ ἀράχθη,

7 *Viri vxores ſibi æquari non patiãtur.*

¶ Ideo ijs, qui huic conſtellationi obuiam ire volunt (poſſunt enim, ſi volunt, vt iam dictum, & comprobatum eſt) illud obſeruandum eſſe cenſeo, ne à principio ſibi æquari vxores patiantur. Alioquin (vt apud Liuium lib. ab vrbe condita, quarto & trigeſimo, in defeſione legis Oppiæ ellegantiſsimè diſſerit M. Porcius Cato, de quo ſupra locuti ſumus) eas ſibi intolerabiles futuras ſciant. Ex templò enim ſimul ac pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt. Proinde (vt ille paulò ante monuerat) date frænos impotenti naturæ, & indomito animali: deſperate ipſas modum licentię facturas, niſi vos facitatis. Omnium enim rerum libertatem, imò licentiam, ſi vera dicere volumus, deſiderant. Quod & è Liuio citat Lucas Penn. in l. 1. col. 1. in fi. C. de mulier. §. in quo loco. li. 10. Cui ſententiæ concinens Euripides apud Stobæũ c. 72.

*Mulier animal indomitum. Fœminæ rerum omnium libertatem deſiderãt.*

Οὐ γάρ ποτ᾽ ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
Δοῦναι χαλινούς, οὐδ᾽ ἀφέντ᾽ ἐᾶν κρατεῖν.

Quibus ſignificatur, nunquam oportere virum ſapientẽ vxori frænum remittere, neq; ſinere vt liberè imperet.

8 *Mariti maritos ſe præſtent non dominos. Nihil diuinum in domo coniugali.*

¶ Nec tamen propterea illis aſſentior, qui ſe in vxores non tam maritos agunt, quàm imperioſos dominos: cùm in maritali coniugio iucundiſsima vitæ ſocietas iniri debeat, vt Xenophon in Oeconomico non inutiliter diſſeruit, & à Columella repetitum eſt in Præfatione li. 12. atque ipſe copioſiſsimè alibi deſcripſimus. Nihil enim (vt ſubdit Colum. ipſe) in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpiciebatur, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in cõmune conſpirabatur ab vtroque. Autor eſt Plutarchus in Problematis, cap. 84. ex veteri Romanorum inſtituto vxores maritis, nec molere, nec coquinariã facere oportere, quæ miniſteria ancillaria prorſus ſunt & ſeruilia. Rurſum alibi in ijſdem quæſtionibus, c. 28. refert apud priſcos Romanos hunc morem fuiſſe, vt ſponſam intro ducentes, iuberent dicere, Vbi tu Caius, ego Caia. quaſi cum uiro paciſceretur, vt omnia communia eſſent, & pariter imperarent: nec aliud in his verbis oſtendi, niſi, Vti tu dominus ac domus compos, ſic ego domina atq; hera. Quod ſumptum videtur ex antiqua lege Romuli, quæ huiuſmodi erat: *Mulier viro legitimè coniuncta, fortunarum & ſacrorum ſocia illi eſto: utque domus ille dominus, ita hæc domina.* Cuius legis meminit Dionyſius Halicarnaſſeus libro 2. Romanarum Antiquitatum. Sed & idem Plutarchus (vt ad eum redeamus) in Lyſandro, teſtis eſt, Spartę pęnã ex legibus malo marito eſſe ĩdictã.

*Vxores maritis nec molere, nec coquinariã facere.*

*Romuli lex.*

9 *Virum inter & vxorem Ariſtocratia ſpecies eſt. Barbaris vxor famulæ loco. Numidæ vxoribus ut ſeruis vtuntur.*

¶ Ariſtoteles libro Ethicorum octauo, capite decimo, ſcribit, viro cum vxore id ius intercedere, quod & in ἀριστοκρατείᾳ, id eſt, optimatum gubernatione eſt. Nã pro dignitate vir in ijs rebus imperat, quæ dignæ ſunt viro: quæ autem fœminam decent, eas illi tribuit. Quòd ſi uir in omnibus dominetur in ὀλιγαρχίαν, id eſt, paucorũ potentiam fit mutatio: quoniam contra dignitatem facit, non quia ſit præſtantior. Idem Ariſtoteles lib. Politicorum primo, cap. 1. illud in Barbaris reprehendit, quod apud eos fœmina & ſeruus eodem gradu habeantur. Et ſanè Numidæ ob id malè ab Hiſtoricis audiunt, quòd vxoribus perinde ac ſeruis vtantur. Atque etiam Thraces qui idem faciunt, vt ſcribit Heraclides in Politic. Apud Apuleium lib. 5. Metam. Sorores Pſyches conqueruntur, quòd eſſent maritis, quaſi ancillæ, deditæ. Propterea L. Valerius in ea Oratione, quam apud Liuium, quo loco ſuprà citauimus, ſuper ipſius legis Oppiæ abrogatione habuit: Vos, inquit, in manu & tutela, non in ſeruitio debetis vxores habere: & malle patres aut uiros, quã dominos dici. Et poſt paululũ: Quò plus poteſtis, eò moderatiùs imperio vti debetis.

*Vxores in tutela uirorum, nõ in ſeruitio.*

10 *Vxores nec verberãda, nec aliàs malè tractandæ.*

¶ Itaque non admodum æſtimo, qui vxores aut uerberibus afficiendas, aut alioquin ſeuerius tractandas exiſtimant, vbi fortaſsis errauerint, aut quippiam fecerint, vel dixerint, quod ipſis diſpliceat: quoniã vt apud Virgilium libro 2. Æneidos, Æneas prudenter dicit:

*—Nullum memorabile nomen*
*Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.*

Quæ

Quæ ſententia cùm cõmuniter de mulieribus loquatur, tamen ad vxores maximè referenda eſt. M. Cato Cenſorius, quamuis (vt ſuprà diximus) vxorem fuit expertus moleſtam, impotentem, atque ſuperbam, quiſquis tamen vxori manus inferret, eum non aliter, quàm qui deorum ſimulachra temeraſſet, inſectandum & deteſtãdum eſſe, paſsim affirmabat: vt in eius vita teſtis eſt Plutarchus. D. Paulus ad Coloſſenſes, c. 3. Viri, inquit, diligite vxores veſtras, & nolite eſſe amari ad illas. Qua authoritate innixus Robertus Holcot, eximius inter Scholaſticos Theologus, in 54. lectione, quam conſcripſit in Sapientiam Salomonis, dicit regendam eſſe vxorem manſuete, non cũ tyrannica auſteritate: verbis, non verberibus: amore, nõ timore: dulcedine, non amaritudine. Ante hunc Diuus Chryſoſtomus in priorem Pauli ad Corinthios Epiſtolam, Homilia 26. Neque verberandam, ait, vxorem dico, abſit: vltima namque ignominia eſt, non eius qui verberatur, ſed qui verberat. Sed ſi caſu aliquo talem nacta eris maritum, noli ægrè ferre: ſed repoſitum tibi ex his præmium intellige, & in præſenti vita laudem. Et vos viros illud admoneo, nullum ſit tam magnum peccatum, quod ad verberandum vxorem vos compellat. Et quid vxorẽ dico? ne ſeruam quidem verberare, & manus in eam inijcere, viro libero eſt tolerandum. Quod ſi ſeruam verberare viro maximæ ignominiæ eſt, multò magis, contra liberam, dexteram extendere. Et hoc ab Gẽtium Legumlatoribus agnoſcere poſſumus, qui quæ vapularit, nõ amplius cum marito habitare cogunt, vtpotè qui indignus ſit, vt cùm ea amplius conſuetudinem habeat. Etenim ſumma iniuria eſt, vitæ ſociam, & in rebus neceſſarijs antea tibi coniunctam, tanquam mancipium ignominia afficere. Ideo huiuſmodi virum (ſiquidem vir appellandus eſt potius, quàm fera) & patricidæ, & matricidæ ſimilem eſſe dixeris. Nam ſi patrem & matrem vxoris gratia relinquere præcipimur, non vt iniuriam ei faciamus, ſed diuinam legem impleamus, & ipſis parentibus tam gratum hoc eſt, vt relicti gratiam habeant, & id multo ſtudio exequantur; quonam pacto non vltimæ dementiæ eſt, eam contumelia afficere, propterquam parentes Deus dimittendos præcepit? Nonne hoc tantum inſanias? Et paulo infra, Sed incitat, inquit, mulier, Verùm conſidera mulierem debile vas eſſe. Tu autem vir propterea princeps factus es, & capitis loco datus, vt ſubditæ feras imbecillitatem. Velis igitur tuum illuſtrare principatum: quod facies, ſi ſubditæ non inſultaueris: & quemadmodum Rex tantò clarior apparet, quãto præfectum ſuum clariorem oſtendit: quem ſi inhonoraret, & contumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, non paruam glorię ſuæ partem auferret. Itidem & tu, ſi illam, quæ ſecundum poſt te locum obtinet, contumelia afficis, non parum tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecum reputa, & modeſtus ſis, & cũ his illius noctis recordare, qua aduocato te ad ſe pater, tanquam depoſitum quoddam, filiã tibi tradidit: & omnibus relictis, matre, domo, & ſeipſo, omnem eius curam tuæ dextræ commiſit. Et ſtatim poſt Non vides agricolas, quanta diligentia, quæ ſemel ſemen acceperit, terram colunt, quamuis innumera habet vitia? vt exẽpli cauſa, quamuis arida ſit, quamuis malas herbas producat, quãuis humoris abundantia loci natura offendatur, colit tñ. Iterumq́: haud multò poſt, Quotieſcunq; aliquid moleſti domi contigerit, ſi quid vxor peccauerit, cõſolare, & noli mœrorem augere. Licèt enim oĩa proijcias, nihil moleſtius cõtinget, quàm non habere beneuolam domi vxorem: licèt quodcunque dixeris peccatum, nullum magis dolendum, quàm cum vxore ſeditionem habere. Quòd ſi inuicem onera ferenda ſunt, multò magis vxoris: & ſi pauper ſit, noli exprobare: & ſi ſtulta, noli ei inſultare: ſed eſto modeſtior. Etenim tuum membrum eſt, & caro vna facti eſtis. Sed ſtulta eſt, ebria, iracunda. Igitur dolendũ eſt, non iraſcendum, & Deo ſupplicandum, & ipſa admonenda, & adiuuãda conſilio: & omni conatu annitẽdũ, vt illis liberetur affectibus. Quod ſi verberaueris, exaſperabis morbum: aſperitas enim mãſuetudine, non alia aſperitate diſſoluitur. Præterea quam à Deo mercedem accepturus ſis, cõſidera. Nam cum eã verberare poſsis, neq: id Dei metu facias, ſed multa eius vitia equo animo pferas, leges veritus, quæ prohibẽt vxorem eijci, quocunque vitio laborauerit, maximam mercedem accipies, & ante mercedem multa lucraberis. Eã namq́ue obſequentiorem reddes, & tu ob eam manſuetior. Et alia multa, quæ in eam ſententiam inibi ſubijciuutur, quæ videre poteris.

11 *Iunonis ſacrificijs fel non adhibebatur.*

¶ Hoc & Ethnici veteres illi Theologi ſymbolicæ præcipiebant, ex quorum inſtitutis, qui Iunoni ſacrificabant, fel in ſacris non adhibebãt, ſed è victima exemptũ iuxta aram infodiebant. Qua re oſtendebatur, bilẽ, prorſus iramue, atq; odium & amaritudinem à coniugali iucunditate eſſe ſequeſtrandam. Iuno enim dea nuptialis erat, viriq́; ac mulieris coniunctã vitam ſignificabat. Cuius rei autor eſt Plutarchus Chæronẽſis in libro de Præceptis connubialibus. atq; iterum in eo, quem de Platæẽſi Dædala inſcripſit: & reaſſumpſit Euſebius lib. de Præparatione Euangelica 3. cap. 1. Pro in Pontifex Rom. in c. 1. extra de his quæ vi metu'ſue cauſa fiunt. quempiam tyrannum uocat, qui vxorem ſeuerius tractaret.

12 *Tyrannus eſt qui vxorem ſeuerius tractat.* *Pueri non verberib. ſed rationibu docẽdi.* *Serui verbis magis quàm uerberib. coercendi.* *Fœmina ex coſta uiri, non ex pede facta.*

¶ Plutarchus ipſe in eo libro, quem de Liberis educãdis ſcripſit, monet pueros ad honeſta exercitia, non plagis, non uerberibus, ſed monitis & rationibus adducendos: illa enim ſeruos magis decere, quàm liberos, qui durati rigeſcunt: liberalibus autem pueris maiorem commoditatem laudes afferunt, ac vituperia, quã verbera: illæ enim ad honeſta concitant, vituperia à turpitudine cohibent. Quin Mar. Varro lib. rei ruſticæ 1. cap. 20. ita dicit mancipijs imperandum eſſe ut uerbis coercantur potiùs, quàm uerberibus. Quòd ſi de liberis ille, hic de ſeruis illud moneat, quid de uxore dicendum? quæ una caro, vnum corpus, una anima cum viro eſt, ut alibi abũdè diximus, quæq́ue de coſta uiri facta eſt, non ex pede, ne eſſe uideretur ad ſeruiturẽ ſubijcienda, ut dicit Princeps Sententiarum Lombardus, lib. 2. diſt. 18. & ibi Dd. Theologi. & Hugò à S. Victore, in lib. de Sacramento. & Alex. Hales in 3. parte Summæ, q. 88. membro 2. & 3. & D. Thomas in 1. parte Summæ q. 92. art. 3. & in opuſculo de decem pręceptis. in ſexto præcepto. Nicol. Lyr. ſuper Geneſ. cap. 2. Anto. Flor. in 1. parte 3. partis principalis Summæ. tit. 1. c. 1. §. quantum ad primum certum eſt. & è noſtris gl. in c. vlt. 33. q. vlt. & Hoſti. in Summa, tit. de matrim. §. qualiter contrahatur. colum. 7. verſic. cira hanc materiam. & Card. Alexan. in c. gaudimus. §. quia uerò. colum. 1. de diuor. Quibus concinens D. Ambroſius, lib. Hexameron 5. ca. 7. Non es, inquit, Dominus, ſed maritus: non ancillam ſortius es, ſed vxorem gubernatorem: te Deus voluit eſſe ſexus inferioris, non præpotentem. Quin leges aſſerunt virum & uxorem ſocios eſſe diuinæ atque humanæ domus. l. aduerſus. C. de crim. expi. hær. & Plautus in Sticho, ſcribit vxores virorũ eſſe ſocias. Ita. n. inducit Pinaciũ de uiris loquentẽ:

*Vir maritus uxoris, non dominus.* *Vxor ſocia viri dicitur.*

*— Pudicitia eſt pater,*
*Eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi.*

Et ſtatim circa initia Bibliorum, nempe Geneſis cap. 3. Adam de uxore: Mulier, ait, quam dediſti mihi ſociam, &c. Quanquam in Hæbræo non ſic legitur, ſed hoc modo, Mulier quam dediſti mecum. quod ſecuti Septuaginta Interpretes, ita uerterunt, ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ.

13 *Vxor indigne uerberata virũ repudiat.*

¶ Imperatores Theodoſius & Valentinianus ſanxerunt, uxorem, quæ ſe probauerit à uiro uerberibus affectam, quæ ingenuis aliena ſunt, poſſe uirum repudiare, in l. conſenſu. C. de repud. per quam legem uidetur ſentire glo. in c. ſicut alterius. 7. q. 1. quòd licet maritus poſſit uxorem corrigere, non tamen intelligitur verberãdo, ſed



ſed alio modo. Quam in hoc ſequitur Alex. conſi. 15. viſo thematè ſupra ſcripto. poſt princ. lib. 4. Et quamuis illa Theodoſij & Valentiniani ſanctio fuerit à Iuſtiniano correcta in eo, quòd permitteret vxori huiuſmodi verberibus affectæ virum repudiare, eam tamen iniuriam non relinquit impunitam. Voluit enim virum, qui eo modo vxorem verberauerit, ex alia ſua ſubſtantia, conſtante matrimonio, tantùm vxori dare, quantum tertia pars faciat ante nuptias largitatis. in authent. ſed nouo iure. eo. tit. de repud. & in corpore vnde ſumitur, ſcilicet in authent. vt lic. matr. & auiæ. §. ſi quis autem propriam. Miror autem Bart. (ſi is eſt) in l. cum ſatis. col. 2. verſic. præterea vxor. C. de agric. & cenſit. ſcripſiſſe vxorem à viro flagellis verberatam, licitè poſſe ab eo diuertere, per §. quia verò plurimas. in authẽ. vt cùm de appellatione cognoſcitur. quo in loco nihil tale ſcriptum reperitur. Verùm illud dictũ ſecutus eſt Paris à Puteo in tract. Syndicatus. in ti. de exceſsibus Baronum num. 29.

*Vir quomodo punitur qui vxorẽ verberat.*

14 *Sapientes viri vxores nõ verberant.* *M. Antoninus Fauſtinæ vxoris adulteria diſsimulauit.*

¶ Cæterum nullos ferè ex his, qui probi ſapienteſq́ue habiti ſunt, legimus vxores ſuas, quantumcunque moleſtas & intolerabiles, verberaſſe, ſed potius earũ vitia aut diſsimulaſſe, aut molliter & blãdè correxiſſe. Scribit Iul. Capitolinus Marcum Antonium Philoſophum Imperatorem Romanum, qui ſanctitate vitæ (vt & ipſe dicit) omnibus Principibus antecelluit, Fauſtinæ vxoris adulteria diſsimulaſſe: tantumq́; abfuiſſe, vt de ea eiuſq́; adulteris ſupplicium ex lege ſumeret, vt illos ſibi nõ ignotos, præ cæteris ad varios honores & magiſtratus promoueret: & in his Tertullum, quem cum ea prandentem aliquando deprehenderat. Hic autem Marcus Antoninus ille eſt, quem leges noſtræ Conſultiſsimum Principem vocant, in l. hæreditas. & in l. vlt. C. de teſtam. manu. & alibi, Virum prouidentiſsimum atque religioſiſsimum. l. vnum ex familia. §. vlt. ff. de lega. 2. Rurſumq́; alibi, Prouidentiſsimum & philoſophiæ plenum. l. cum Syllanianum. C. de his quib. vt indig. Fauſtina quoque ea eſt, de qua fit mentio in l. ſi auguſtæ. ff. de legat. 2. Tertullus itẽ, vt opinor, ille eſt, ad quem Iuriſconſultus tradit ipſum Marcum Antoninum ſcripſiſſe in l. diuus. in princ. ff. de offic. præſid. & in l. apud hoſtes. ff. de capti. & poſtlim. reuer. Paulus item ille ſimplex Antonij ſanctiſsimi diſcipulus ſanctiſsimus, cùm haberet vxorem bona ſpecie, eamq́ue in ipſo facinore adulterij deprehendiſſet, nihil aliud quàm tacitè ſubriſit, iureq́ue iurando affirmauit, ſe nunquam cum ea concubiturum. Ad adulterum autem: Tibi, inquit, eam habeto, & cum dicto in eremum abijt. Author Socrates in Tripartita hiſtoria, libro 1. capite 2.

*Pauli Eremita ad vxorẽ adulteram dictum.*

15 *Socratis in vxorum patientia.*

¶ Sed & Socrates ille, quem Apollo omnium mortalium ſapientiſsimum iudicauiſſe dicitur, vxorum conuicia, iurgia, atque moleſtias modeſtè ſapienterq́ue tulit, qui cùm à Xantippe vxore poſt infinita conuicia ex ſuperiori loco aqua immunda profuſus fuiſſet, nihil amplius egit, quam ut capite deterſo diceret, Sciebam futurum, vt iſta tonitrua imber ſequeretur. quod cum plurimi referunt, tum è noſtris D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum. Et verſibus complexus eſt Bigus Neotericus quidẽ Poeta, ſed haud ſcio an multis etiam veterum melior:

*—Ferendum eſt*
*Socratis exemplo, quodcunq; peregerit vxor.*
*Xantippen ſi quidem conuitia multa mouentem;*
*Cùm blandè argueret, fœdatus deſuper vnda,*
*Nil niſi deterſò, poſt tanta tonitrua, dixit*
*Vertice, ſe pluuiam non ignorante ſecutam.*

Seneca autem lib. 2. eius operis, cui titulus eſt, Quomodo in ſapientem non cadit iniuria, ſcribit, Socratem ipſum riſiſſe, cum ab vxore Xanthippe immũda aqua perfunderetur. De eadem refert Laertius, quòd Alcibiadi illum increpanti, quòd modeſtius, quàm par eſſet, vxoris moleſtias pateretur, reſpondit: An verò tu non toleras clamore perſtrepentes anſeres? Illo dicẽte, At mihi oua pulloſq́; pariunt. Et mihi, ait, Xantippe filios. Aliter autẽ reſpondiſſe narrat Gel. lib. 1. c. 14. Xantippe, inquit, Socratis Philoſophi vxor moroſa admodum fuiſſe fertur, & iurgioſa irarumq́ue & moleſtiarum muliebrium per diem, perq́ue noctem ſcatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus, interrogauit Socratem, quænam ratio eſſet, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, cùm illam domi talem perpetior, inſueſco, & exerceor, vt cæterorum quoque foris petulantiam, & iniuriã facilius feram. Subiungit autem Gel. Varronis in Satyra Menippea, quam de Officio mariti inſcripſit, huiuſmodi ſententiam, quæ mirè huic noſtro propoſito cõuenit: Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum eſt. Qui tollit vitium, vxorem commodiorem præſtat: qui fert, ſeſe meliorem facit. Sed vt redeamus ad Socratem, Plutarchus in lib. de Vtilitate ab inimicis capienda, Socrates, inquit, Xantippen uxorẽ iracundam, ac moleſtam domi ferebat, ceu facilius cum alijs conſuetudinem acturus, ſi illam perpeti conſueuiſſet. Idem in libro de Cohibenda iracundia, Socrates, ait, cùm è palæſtra redeuntem Euthydemum caſu duxiſſet ad conuiuium, Xantippe cum irata ſurrexiſſet, dixiſſetq́; conuicia, tandem & menſam ſubuertiſſet, Euthydemus autem ſurgens abire cœpiſſet: dolore affectus Socrates, At domi tuæ nuper, inquit, nonne accidit, ut gallina quædam ſubuolans, idem hoc efficeret? nos tamen non indignabamur. Chryſoſtomus autem in dicta Homil. 26. Epiſtolæ 1. ad Corinth. poſt ea quæ ſupra ex eo citauimus, uerſic. ab hinc 5. eo Socratis, quem tamen non nominat, exemplo utitur, ut oſtendat uitia uxorum patienter toleranda, ut gymnaſium & palæſtram quandam Philoſophiæ habeamus.

16 *Mulieres contumaces, & in vetita proniores.*

¶ Adde, ꝙ contumax eſt muliebris natura, in eaq́; lõgè procliuior eſt, & magis nititur, quæ uetita ſunt, uel teſte D. Hieronymo (niſi alius ſit, quod magis puto) in regula ad Euſtochium, cap. 27. & Ouidio dicente, cùm de mulieribus loqueretur, lib. 3. Amor. Elegia 4.

*Deſine, crede mihi, vitia irritare vetando:*
*Obſequio vinces aptius ipſe tuo.*
*Vidi ego nuper equum contra ſua fræna tenacem*
*Ore reluctanti fulminis ire modo:*
*Conſtitit, vt primùm conceſſas ſenſit habenas,*
*Frænaq́; in effuſas laxa iacere iubas.*

Mox ſequitur.

*Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq́; negata.*

Quem poſtremum verſum citat è noſtris Hoſt. in c. 1. extra, de matr. contract. contra interd. eccle. & Io. Anan. in c. tua nos. extra, de homi. Ex eoq́; videtur ſummus Pontifex mutuatus fuiſſe principiũ c. clericis. de immu. eccl. li. 6. cùm dicitur: Nituntur in vetitũ. Cui conſonat tex. elegans in c. de viduis. l. 2. in fin. 27. q. 1. ibi, Quod plenius exponere præterimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quàm admoneri, videatur. Quæ ſententia de prompta quoque fuiſſe videri poteſt ex Cicerone in ea Oratione, quam pro domo ſua habuit. Huicq́; rei quadrat illud Terentianum in Eunucho:

*—Noui ingenium mulierum,*
*Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrà.*

Citat è noſtris Luc. Pen. in l. 1. colum. 1. in fin. C. de mulie. & in quo loco. libro 10. Et illud eiuſdem Terentij in Hecyra:

*Viris eſſe aduerſas, æquè ſtudiũ eſt, ſimilis eſt ptinacia.*

Et illud Item Iouis Homerici li. 6. Iliad. de Iunone vxore loquentis:

Ἥρῃ δ' ἔτι τόσον νεμεσίζομαι, ἐδὲ χολῶμαι.
Αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν, ὅττι νοήσω.

*Iunonem autem non adeò accuſo, neq; iraſcor.*
*Sẽper enim mihi conſueta eſt impedire quicqd intelligo.*

Vt tamen interim non omittam illud Ouidij lib. 1. de Arte amandi:

Quin-

*Quinetiam accendas vitia, irriteſq; vetando.*
Ex quibus intelligis, mulieres cùm aliàs ſemper in vetitū niti, tum verò maximè aduerſus maritos. Huc quoq; ſpectat illud Martialis lib. 2. ad Gallam. Epigrammate 25.
*Das nunquam, ſemper promittis, Galla, roganti.*
*Si ſemper fallis, iam rogo, Galla nega.*
Eſt .n. mulierum mos, vt ſemper contraria petitis agant.
17 *Vxoribus obſequijs reluctādū non verberibus.* Propterea non verberibus vxori reluctandum eſt, ſed (quod dicit Ouidius) obſequijs, tum ijs, quas diximus rationibus, tum etiam quòd ex vxorum verberibus amor coniugalis in odium exitiale vertitur. Ex quibus proficiſcitur tam immanis, atque acerbus vxorum in viros animus, vt plerunq; mortem eorum expetant, vt not. in gl. in l. pater Seuerinam. §. ſocrus. & ibi Bart. & Paul. Caſtr. ff. de cond. & demonſtr. & eam quoque ponderat Bal. l. vlt. col. 1. & ibi Paul. Caſtren. paulo ante fin. C. de inſtitut. & ſubſtit. & ex ea dicit Bal. quòd mariti hæreditas non ſemper eſt vxori luctuoſa. & idem Bal. in auth. cui relictum. col. 2. verſi. vlterius reuoco. C. de indic. vidui. & in c. accepimus. extra de pact. & in cap. 1. paulo ante med. & ibi Card. Alexandr. col. 3. tit. qualit. deb. iur. vaſ. domi. fide. & Luc. Pen. in l. quoties. col. 3. C. de priuileg. ſchol. libro 12. & Rom. in l. ſi quis hæres. ad fin. ff. de acquiren. hær. Et eſt gl. ſimilis à nemine(ꝙ meminerim) annotata, in l. vlt. in verbo, triſtitiæ ſuæ. C. de iur. dot. vbi Bal. in priori lect. priorem illam gl. hac tacita, in id citat. Et idem quoque dicit Alex. in l. 1. col. 15. verſi. contra intellectū. ff. de vulg. & pupil. & Bal. Nouel. in tract. dot. in 2. part. in fin.
18 *Fœmina appetētes vindictæ.* ¶ Ad hæc, vxores, vt maritos iſtos imperioſos vlciſcātur: ſunt enim vindictæ natura appetentiores. Nam vt dicit Iuuenal. Satyr. 13.
*— Vindicta*
*Nemo magis gaudet, quàm fœmina.* —
Quem citat Luc. Pen. in d. l. 1. C. de muli. & in quo loco. lib. 10. Idcircò mulier illa Apuleiana lib. 5. de Aſino aureo, dicit, ſe non eſſe mulierem, niſi vltionem à ſorore, cui erat infenſa, caperet. Nam & D. Chryſoſtomus in ea
*Mulier paſſa iniuriam inſanit.* Homilia, quam in decollationem D. Ioannis habuit, Mulier, inquit, ſi iniuriam patitur, inſanit. Vxores, inquam, quò de maritis ſumant vindictam, verendum eſt ne alienis viris ſe ſubſternant. Callidè quidem plerique rei Venereæ Scriptores admonent, vt id tempus alienas vxores interpellandi captetur, quo crunt viris ſubiratæ.
19 *Mulieres veneſicæ.* ¶ Ex verberibus ergo vxorum naſcuntur inimicitiæ, & adulteria, atque etiam cædes, inſidiæ, maleficia, veneficia in maritos patrantur. Nam cum fœminæ ſint alias ſuapte natura ad maleficium, veneficiumq; viris procliuiores, vt ex Fabio Quintiliano deprehendimus, qui libro 5. Oratoriarum Inſtitutionum, titulo de argumentis elegātiſsimè diſſerit, ſumi etiam argumentum à ſexu. Nam latrocinium, inquit, facilius in viro, veneficium in fœmina credam. Quod quàm verè dicat, liquidò ex eo apparet, ꝙ fœminæ, quàm mares, prius aconita inueniſſe dicuntur.
*Mulieres aconita prima inuenere.* Refert etiam Diodorus lib. 5. de Antiquorum geſtis, Hecatem fœminam omnium primam aconitum inueniſſe, & ad venena mortifera conficienda ſummum ſtudium, operamq; impendiſſe. Quin & apud Romanos fœminæ veneficijs primæ vſæ ſunt, vt teſtes ſunt veraciſsimi Liuius lib. 8. & Valerius lib. 2. tit. de inſtitutis antiquis: & nonnihil D. Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei 3. c. 17. Plinius autem Natural. hiſtor. lib. 25. ca. 2. ſcribit, ſcientiam
*Mulieres multæ veneficæ.* fœminarum in veneficijs præualere. Quid enim (vt ſubdit) non repleuere fabulis Colchis Medea, aliæq;, impriміſq; Italica Circe, dijs etiam adſcripta? Sed & præter iſtas, apud Horatium nunquam non videbis magas & veneficas mulieres memoratas, Gratidiam, quam & Canidiam appellat, Saganamq; & Veiam Neapolitanas, Foliā Ariminenſem, & alias: viros autem neutiquam. Quin & apud alios Scriptores & alias multas reperies, Mycalen ſcilicet, Erichtho, Dipſadem, Eriphiam, Guthrunem, Cygen illam Paryſatis matris Cyri famulam, Martinam quandam Cornelio Tacito memoratam, lib. 2. Annal. & Locuſtam apud eundem, ad finem propemodum libri 12. & alias propè infinitas.
20 ¶ Ex quo illud Euripidis in Ione:
Ο῎σας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων
Γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς.
*Quot cædes iam veneficiorum lethalium*
*Mulieres inuenerunt, viris perniciem adferentes.*
*De eadē re.* Et illud Hieronymi in Iouinianum, lib. 1. c. 28. Si aliquid tuo arbitrio ſeruaueris, fidem ſibi adhiberi non putabit, ſed in odium vertetur, ac iurgia: & niſi citò conſulueris, parabit venena. Sed & hoc literarum ſacrarum probatur authoritate. Nam cum lege Moſaica Exodi 22. ſtatutum eſſet, ne maleficæ viuerent, fœmina tantum eſt expreſſa. Hieronymus tamen hunc locum traducens, maſculum quoque expreſsit, inquiens: Maleficos non patieris viuere: quod & repetitur in §. hinc apparet. 23. q. 5. quaſi nō ſecus ſint in ea re puniendi mares, ac fœminæ. Sed ſcriptura Hebræa fœminarum tantum mentionem fecit, quoniam fœminæ multò ſint in hoc crimen, quàm maſculi, propenſiores, vt ſcienter annotauit Nicol. Lyrenſis, eum Exodi locum enarrans. Sed & hoc quoque aſſerit Iacobus Sprenger, in eo libro, cui titulum nuncupauit, Malleus maleficarum, parte 1. q. 6. vbi & multas eius rei adducit rationes. Et hæc quidem comprobat vetus illud
*Prouerbiū* prouerbium de mulierum veneficijs, Θεσσαλικὴ γυνή, id eſt, Theſſala mulier, Suidæ memoratum, quo ſcilicet vtimur in veneficas mulieres: quoniam ea gens, & præſertim fœminæ, præ cæteris hoc nomine ſunt notatæ, vt ex Apuleio, & alijs Scriptoribus videre licet. Seneca autem
*Venena fœminea.* Tragœdiographus in Hercule Oetæo, Venena fœminea proprio ac peculiari epitheto vocat:
*Aditum venenis palla fœmineis dedit.*
21 *Mulierū arma inſidia.* ¶ Et hoc quidem probabile eſt: Nam cùm fœminæ ſint natura debiles, vt latè ſupra probauimus, atque etiam timidæ, vt poſtea quoque oſtendemus: quod nō poſſunt, neque audēt aperto Marte aggredi, id inſidijs veneficijsque conficiunt, pellem videlicet vulpinam induentes, ex Lyſandri Apophtegmate, cum leonina deeſt: vt eſt natura debilium, atque timidorum. Et vt dicit Philo apud Anton. Monachum, Meliſſæ lib. 2. c. 86. Quibus vires deſunt, tyrannicæ naturæ homines, rem aſtu & inſidijs moliuntur, Οἷς, inquit, ἰσχὺς ὁ πρόσεστι τῶν τὰς φύσεις τυραννικῶν πανουργίαις τὰς ἐπιβουλὰς κατορθοῦσιν. Quam rationē clanculum intellexiſſe videtur Fabius Quintilianus (ſi is eſt) in ea Declamatione, cui titulus eſt, Cæcus in limine. Sūt & fœminis ad ſcelera vires, cùm habent cauſas virorū. Quinimò ſi interroges, facilius hęc pectora metus, odiū, ira corrumpunt: & quoniam non habent tantum roboris, vnde vitia mentium vincant, plerunque facinus infirmitate fecerunt. Sanè tamen illis tantum ſceleribus ſufficere non poſſunt, quæ diſcurſum, quæ laborem exigunt. Et propterea etiam Ariſt. lib. 9. Animal. fœminas viris eſſe inſidioſiores ſcribit. Quoniam videlicet fœminæ inſidijs, magis quàm robore, inimicos appetunt. Hucq; ſpectat illud Euripidis in Creſsis, apud Stobæum, cap. 70.
Γαμεῖτε νῦν ἢ γαμεῖτε, κατάθνῄσκετε
Ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικός, ἢ δόλοις.
*Nunc ducite vxores, ducite, inquam, & mortem obite*
*Mulierum, aut veneno, aut fraude.*
Ex quo fit, vt Artemidorus Daldianus lib. ὀνειροκριτικῶν, quaſi dixeris, de ſomniorum iudicijs, capit. 12. ſcripſerit vulpem in ſomnijs eadem, quæ lupos ſignificare: verum in hoc differre, quòd inimicos non palam adorientes, ſed clandeſtinè inſidiātes portendit: vt plurimum verò mulieres inſidiantes ſignificat.
22 *Adulteriū & veneficium proxima.* ¶ Cùm ergo, vt repetamus, mulieres ſint ad veneficia viris procliuiores, tum verò maximè adulteræ. Sūt enim adulterium & veneficiū proxima, & quaſi quadam cognatione



gnatione annexa: vt mulier quæ impudica eſt, eadē quoque ſit venefica. Ideo Cicero, aut quiſquis is fuit, qui libros Rhetoricorum ad Herēnium ſcripſit, lib. 4. Ratiocinationis huiuſmodi exemplum ſubtexuit: Maiores no-
*Mulier impudica eadem & venefica.* ſtri, quam impudicam iudicarant, eam veneficij quoque damnatā exiſtimabant. Quid ita? quia neceſſe eſt eā, quæ ſuum corpus addixerit turpiſsimę cupiditati, timere permultos. Quos? iſtos, virum, parentes, cæteroſq;, ad quos vides ſui dedecoris infamiam pertinere. Quid poſtea? quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt, vt quoquo modo poſsit, veneficio petat. Cur? quia nulla poteſt honeſta ratio eam retinere, quam magnitudo peccati facit timidā, intemperantia audacem, natura muliebris inconſideratam. Quid veneficij damnatam? quid? putabant impudicam quoque neceſſario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium cā, quam turpis amor, & intemperans libido cōmouere potuit. Et paulo infra, Quid in viris? idemne hoc ſeruabant? minimè, &c. Seneca quoq; lib. Controuerſiarum 4. hanc inter cæteras coniecturam ponit, vt cū ex duobus criminibus alterum probamus, vt id alterius fiat probatio: tanquam cum dicimus adulteram fuiſſe, vt credatur etiam propter hoc venefica. Marcus item Cato dicebat, vt ſcribit Fabius lib. 5. de exemplis, nullam adulteram non eandem eſſe veneficam. Cuius etiam promptiſsimum exemplum nobis tradit Auſonius:
*Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito.*
23 *De eadē re.* ¶ Nec longè abeſt, quod ſcribit Suidas, μοιχεία καὶ φαρμακεία, ταυτὸν ἐστὶν ἀμφότερα. λάθρα γὰρ γίνεται. λέγονται δὲ καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ ὅτε ἡ μοιχευομένη, ὅτε ἡ φαρμακεύουσα φιλεῖ τὸν ἄνδρα. Id eſt, adulterium & veneficium idem eſt vtrunq; clam enim fiunt. dicuntur aūt & inſidiæ: & neq; adultera, neq; venefica amat maritum ſuum. Id quod accepiſſe vī, licet ſupprimat, ab Artemidoro Daldiano, qui libro 4. eius operis, quod paulo ante citauimus, capit. 73. ἔδοξέ τις λέγειν αὐτῷ τὸν Πᾶνα, ἡ γυνή σοι φάρμακον δώσει διά τινος ὄντος γνωρίμου καὶ συνήθους. τοῦτο ἡ γυνὴ φάρμακον μὲν οὐκ ἔδωκεν ἐμοιχεύθη δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκείνου, δι᾽ ὃ ἔλεγε τὸ φάρμακον δώσειν. καὶ γὰρ ἡ φαρμακεία καὶ ἡ μοιχεία λάθρα γίνονται. καὶ ἀμφότερα ἐπιβουλαὶ λέγονται, καὶ ὅτε ἡ μοιχευομένη, ὅτε ἡ φαρμακον παρέχουσα φιλοῦσι τοὺς ἄνδρας. Id eſt, Vidit quidam in ſomnijs Pana ſibi dicere, vxor tibi venenum dabit, per quendam tibi notum & familiarē. Huius vxor venenum quidem non dedit, ſtuprum autem paſſa eſt ab illo ipſo, per quem dicebat venenum eſſe dandum. Etenim veneficium, & adulterium clam fiunt, & vtraque inſidiæ dicuntur. Et neque adultera, neque venefica viros diligunt.
24 *De eadē re.* ¶ Hucq; pertinet illud Quintiliani (aut qſquis is eſt) Declamat. 14. Veneficium, Iudices, tota vita meretricis eſt. Eſt aūt ſententia D. Chriſoſtomi in Matthæum, Hom. 49. mulieres adulteras ad maritorum cædem, quibus iniuriam afferre meditanť, paratas eſſe, & accinctas. Menander apud Lucianum, in eo lib. cui titulum ἔρωτες nuncupauit, cum à mulierum cōnubijs viros auertere, ac deterrere vellet, ſcribit, confeſtim quam quis vxorem duxerit, adulterum toro nuptiali ſubſidere: mox inſidias venenaq; oboriri. Verba eius hæc ſunt: καὶ γαμηθεὶς λέχει μοιχὸς ἐνσκηνῶν, εἶτ᾽ ἐπιβουλαὶ καὶ φαρμακεῖαι. Leges aūt nr̄æ mulieres adulteras & veneficas iungunt, veluti qu adā affinitate cōiunctas, in l. cōſenſ. §. vir quoq;. ibi, niſi adulterā, vel veneficam. C. de repud. & in §. mitiores. in auth. de nupt. Quæ omnia eo tendunt, ne quis vxorem aut verberet, aut aliàs malè tractet, ſi vel ſuæ ſaluti, nedum honeſtati conſulere volet. Ex quibus hanc quoque legem nō immeritò ſancimus.

*Octaua lex connubialis.* *Viri vxores ſibi æquari iam à principio ne ſinunto. Sed dicto audientes eſſe imprimis docento.*
*Nec tamen ſe tyrannos, nec dominos, ſed maritos præſtāto. Nec, ſi ſuæ saluti conſulere, & honeſtatem vndequaque ſectari velint, eas verberanto, aliaſue malè tractanto.*

# IN NONAM LEGEM CONNVBIALEM, Gloſſæ Primæ, PARS NONA.

1 VERVM qui huic noſtræ legi volet refragari, dicet, Leges & Canones viris in vxores verbera non immoderata permittunt, vt iam ſupra in 1. lege abundè dictum eſt. Id ergo nemo poteſt reprehendere: nam vt ſolent
*Qui peccat legis authoritate, non peccat. Quod licet, maleficium non eſt.* dicere noſtri recentiores I. C. Qui peccat legis autoritate, non peccat. Ad quod citant l. Gracchus. C. de adult. vbi quod legitimè factum eſt, pœnam non meretur, & c. qui peccat. 23. q. 4. Et quod licet, maleficium non eſt, vt dicit Bald. in l. decuriones. in fi. C. ex quib. cau. infam. irrog. & Petr. Anch. in repet. c. Canonum ſtatuta. in 14. q. princip. verſi. in hac eadem materia. extra, de conſt. & Io. Ana. in c. ſi perfodiens. col. 4. extra, de homi. & Ro. conſi. 214. venerabilis domine. col. 1. & Fely. in c. quæ in eccleſiarum. col. 6. de conſt. per tex. in l. is qui aggreſſorem. ibi, nullā calumniam metuendam. C. de ſicar. Idque eſt quod Seneca ait lib. 6. Declam. Obijci non poteſt, quod lege factum eſt. Et iterum lib. 9. Nō poſſum, inquit, ob id damnari, quod lege factum eſt. Et Cyrus ſententiam magiſtri referens apud Xenophont. lib. 1. Id eſt iuſtum, quod ex lege eſt: quod verò eſt contra legem, id violentum. Quę etiam eſt Ariſtotelis ſententia lib. Ethicor. 5. cap. 1. & iterum 2.
2 *Multa permittuntur quæ nō carent vitio.* ¶ Sed iſtis qui eo colore ſuum crimen depingunt, atq; tuentur, reſpondendū eſſe cenſeo, multa plerunq; à legibus & Canonibus permitti: quæ licèt impunè facias, non tā carent vitio & dedecore. Nā, vt dicit Chryſoſtomus, in c. hac ratione. 31. q. 1. quod permittimus, nolētes præcipimus: quia malas hoīum voluntates ad plenū prohibere non poſſumus. Et vt alibi dicit text. in c. neruū. 13. diſt. non ſine vitio eſt, qđ ignoſcitur, & non præcipiť. Et facit tex. in l. & ſi quis. §. D. aūt Marcus. ff. de relig. & ſum pt. funer. vbi ſcribiť, hæredē qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator legit, non rectè facere: pœnam tā in eum ſtatutā non eſſe. Quem tex. dicit ſing. Bal. conſi. 15. ad cuius dentiam præmitto, ante fi. lib. 1. vbi & per eum dicit, non eſſe nouum, vt quædam inhoneſtè fiant, vltionem tamen non habeant: quia non omne illicitum punitur, ſed id tātum quod ſtatuit lex eſſe delictum. Facit etiam l. militis. C. eod. tit. de ſumpt. fun. & l. 3. §. non perpetuæ. verſi. diuus. ff. de ſepult. viol. vbi idem propè tex. eſt, vt in d. §. diuus autem. & ibi concord. in gl. & l. hæres. ff. de vſufruc. leg. vbi & glo. no. nō omne illicitum puniri. & l. Imperator. ff. de his qui not. inf. vbi gl. & Bal. idem no. & l. 1. ff. de his qui. vt indig. vbi Bar. dicit eſſe ſingula. not. quòd illud quod pœnam non meretur, dicitur tamen offenſa: nam licèt multa poſsint fieri licitè, non tamen honeſtè, quod & idem fermè voluit Bal. in d. l. decuriones. C. de infa. & in l. 1. col. 4. C. ſi a non comp. iudic. & in c. 1. col. 2. extra de iudic. & Petr. Anchar. in d. c. Canonum. quo loco nuper allegauimus. Paul. Caſtr. conſi. 255. viſo ſupra ſcripto pūcto, poſt princ. lib. 1. & è Theologis ſcholaſticis D. Thomas 1. 2. quæſt. 96. artic. 2. & iterum 4. cap. artic. 2.
3 *De eadē re.* ¶ Cui conſimile eſt, quod no. ipſe Bal. in l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius voca. per illum text. in verbo, non deliquit. & in verbo, ſimili delicto. Nam cum text. uideatur ſibi ipſi aduerſari, ita interpretatur Bald. non deliquit iuris interpretatione, quia non punitur: tamen verè deliquit, quò ad bonos mores, & ideo dicitur ſimili delicto. Quod quidem inducit ad multas quæſtiones. Et qđ alibi ſcribit

ſcribit idem Bal.in proœ.Decr.col.3. in verbo,pudicos. quòd licèt nubens infra annũ luctus, ſit expers infamiæ, & alterius pœnæ iuris poſitiui,perdit tamen gloriam matrimonialis pudoris: vtpotè cum hic actus non ſit laudabilis,nec ſine rubore faciei detegentis maculam cordis. Et quod tradit Panorm.in c.magnæ.in 3.not.de voto, ꝙ licet filia poſsit licitè inconſulto patre matrimonium cõtrahere,cap.ſufficiat.22.quæſt.2.non tamen honeſtè poteſt,& decenter,per text.in cap.1.de deſpon.impuber.& quod item dicit idem Pan.in c.quia diuerſitatem. in antepen.not.de conceſ.præben. quòd licèt Papa poſsit cæteros collatores præuenire,per tex.ibi,non tamen honeſtum eſt vt id faciat,per tex.in c.vlt.99.diſt. & in c.peruenit.in fin.11.q.1.Cui fermè ſimile eſt quod dicit Bald.in ſuperſcriptione procem.Gregoriani,colum.3.in verbo, epiſcopus. quòd licèt Papa poſsit reuocare beneficium, non tamen eſt honeſtum & laudabile,per not.in c.quod dilecto.de conſang.& affin. & in c.peruenit.de immun. eccleſ.& per Hoſt.in c.cum veniſſet. extra de iudic.

4 *De eadẽ re.*

¶ Facit præterea quod voluit gl.in c.cùm venerabilis. de conſuet.& in c.non ſanè.de tempor.ord. & in c.denique.4.diſt. quòd licèt mala conſuetudo excuſet à pœna, non tamen à peccato. de quo alibi abundè diſſeruimus. & quod dicit glo.no.in c.inter hæc.33.q.2.quòd licèt viro permittatur nonnunquam occidere vxorem in adulterio deprehenſam, ſi tamen faciat, non excuſatur à culpa,vel peccato.quam ſequitur Archid. ibi, & Io.Fabr.in d.l.Gracchus.paulo ante ſin. C. de adult.Imo. & recentiores in l.quid ergo.§.1.ff.de leg.1. & Pan. in c.veniens. le 2.extra,de ſponſ.& in rep.c.cùm eſſes. col.5. de teſta. vbi dicit ſing.illam glo.& in c.ſi verò.le 2.col.pen.extra, de ſent.excom.& Ro. in l.ſi ab hoſtib. col.2.nu.14. ff.ſolu.matr.& Felin.in c.1.extra, de præſcript. & in c.ad noſtram.col.1.in ſi.extra, de probat. vbi eam dicit auream. Sed & eam faciunt ſing.Pan.Io.Ana.col.2.& Fel.in c.2. extra,de homi.& ipſe Fel.in c.quæ in eccleſiarum.col.5. extra,de conſtit.Ro.in rep.auth.ſimiliter. in 34. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates.C.ad leg. Falc. & Iaſ. in l.vt vim.col.5.verſi.redeo ad primam partem.ff.de iuſtit.& iur.& in l.ſi plagij.col.1.ff. de verb.oblig.& copioſiſsimè ſimul & elegantiſsimè Fortunius in libro quem ſcripſit de vltimo fine iurium,char.10.in 11.illatione.Et è Theologis idem volueruut D.Thomas,in 4.ſent.diſt. 37.q.2.artic.1. vbi etiam Richard. & plerique omnes,& Aſteſſa.lib.8.ſuæ Summæ, tit.20. art.4. & Robert.Holcot in Commeta.quos condidit in Sapientiam Salomonis,lect.42.& Ang.Claua.in verbo,homicidium.verſ.6. & iterum in verbo,vxor. verſi.4. & ad hoc optimè facit text.in d.c.inter hæc.& ante hos D.Aug.lib. 2. de Adult. coniug.c.14. & ſeq. Et ex externis Scriptoribus eam legem non probat Aphthonius ille Declamator, in libro Præexercita.ad calcem.Et idem quoq; in ſtatuto permittente occidere bannitum, vt videlicet propterea non excuſetur à peccato,qui id fecerit, vt dicũt multi ex ijs quos ſupra citauimus.& præterea Bal.in c.1.col.1.de iud.& in c.vlt.in 2.no.de præſcr.& Iaſ.in d.l.ſi plagij. col.1. ff.de verb.obl.vbi tamen poſt Alex. quoſdam allegat tenentes contrarium.

*Vir occidens vxorem in adulterio, non excuſatur a peccato.*

*Bannitũ occidens, non excuſatur à peccato.*

5 *De eadẽ re:* *Libellus repudij à Moſe conceſſus,non erat ſine crimine.*

¶ Quibus adde, ꝙ ex legib. Moſaicis,ſi quis duxiſſet vxorem,quæ ſibi deformis videretur,illi permittebat dare libellũ repudij,vt ſupra diximus,& ſcribitur Deu.24. id tamen non erat ſine crimine, vt eſt multorum ſententia,ea potiſsimum ratione,quòd alioquin illud in Iudæis Chriſtus non reprehendiſſet,ſicuti fecit Matth.5. & iterum 19.& Marc.10.& Luc.16.aſſerens cauſam permiſſionis Moyſis fuiſſe, propter duritiam cordis eorum. Ita annotauit magna pars Theologorum in 4.ſen.diſt.33.& Nic.Lyr.in d.c.24.Deut.& Alex.Hales in 3.par. Sum.q. 46.memb.2.art.1.& 2.& è noſtris gl.in c.cũ in l.23.q.4. & Arch.in d.c.qui peccat.23.q.4.& Hoſt.in cap.gaudemus.col.3.in verbo,qui autem.extra de diuort.& Bald.ſiue is fuit Io.à Montegra.inter ipſius Bald.conſil.428.inquiſitio prædicta.colum.2.lib.5.

6 *Vindicta permiſſa, nõ ſine peccato eſt.*

¶ Et nõ abſimiliter, licèt ex ijſdẽ legib. Moſaicis ſuã quiſq; iniuriam poſſet ſine iudice vindicare, vel vſque ad mortẽ, ſi crimẽ exigeret,vt ex autoritate Leuitici aſſeruit D.Greg.enarrans Matt.c.22.& in decr.can. in d.c.cũ in l.23.q.4.& eſt ẽt bonus tex.in c.ſi quis ꝑ vetus.vbi & no. gl.22.q.2.& in c.ſi audieris.& ibi quoq; gl.23.q.5. tñ peccabat,quiſquis id faciebat propria authoritate, licèt ex l. non puniret, vt expreſsè voluit Arch. in d.c.cum in leg. vbi tamen gl.diſtinguit,an cũ odio ſe vindicaret,an ſine odio.Cũ alijs collectis per gl.in c.omnis autẽ lex. 3.diſt.

7 *De eadẽ re.*

¶ Ex quibus palàm eſt, non oẽ quod permittitur honeſtũ eſſe,& ſine vitio:atq; vt dicit I. C.in l.non oẽ. ff.de reg.iu.non oẽ quod licet honeſtum eſt. Proinde alibi I. C.in l.ſemper.eo.tit.& in l.ſemper.ff.de ritu nupt.ſcribit ſemper in contractibus,non ſolum quod liceat conſiderandũ eſſe,ſed & quod honeſtum ſit. Vnde ſumpta occaſione Acc.in d.l.ſemper,primum alleg.dicit,ꝙ etſi liceat contrahentibus ſe inuicem circunſcribere, l.item ſi pretio.§.vlt.ff.loca.& in l.in cauſæ.§.idem Pomp.ff.de min. modò deceptio nõ excedat dimidiũ iuſti pretij.l.2.C.de reſc.vend.& c.pen.extra, de empt.& vend.Idipſum tñ facere non conuenit bono viro. Quã gl.facit ſing.Bal.in c. ſi proponente.ver.& no. ꝙ interdum.extra,de reſcrip.& Barb.in l.4.§.Cato.col.27.de verb.obl.& conſi.56.ſapiẽter ſcripſit Pſalmiſta,paulo poſt prin.lib.2.& cõſi.21.clementiſsimum Deũ,in prin.lib.4.vbi & col.2.eam dicit literis aureis notandam.Sed & ipſe alibi valde ſingul.dicit, ut in c.bonæ.le 2.col.6.uerſ.nota ibi honeſtius.de poſtu. prælat.& conſi.22.clementiſsimum Deum oro. col.4.li. item 4.& conſi.67.illud adferam in medium. col. 1. eod. lib.& inter conſ.Laur.Calc.conſi.27.clemẽtiſsimus Dei patris.col.ult. & iterum conſil.ſeq. illud adferam in medium.col.2.Et eã gl.alibi no.ipſe Bal.in auth.ad hæc.col. penult.uerſi.inſuper quæritur.C.de uſur.& in c.quanto. col.2.uerſi.item decipere.de iureiu. ubi eam uocat ſolennem.& conſi.332.conſiderato cõpromiſſo, poſt prin.li. 2.& iterum conſi.3.caſus talis eſt,quidè.lib.3.& Barbat. conſ.9.præclarè ſcribit apud Pſalmiſtam,col.antep.in ſi. lib.2.& conſi.11.illud adferam in mediũ.col.11.eo.li.2.

*Bono viro nõ licet alterum in contractu circũſcribere.*

8 *De eadẽ re.* *In foro cõſciẽtia nõ licet etiã intra dimidiũ decipere.*

¶ Et per eã gl.dicit no.Bal.in c.cum cã. in ſi.de teſti. ꝙ licet iura permittant deceptionem infra dimidium iuſti pretij,non tñ id licitum eſt in foro conſcienriæ.Et ob id ſubinfert Bal. quo ergo uadit anima mercatoris? Sed & hoc idem uoluit Inn.in c.in ciuitate. poſt prin.ubi etiã Ant.in uerſ.uenio ad gl.& Pan.& Io.Ana.col.4.uer.utrũ aũt poſsit.& Fel.extra,de uſur.Arc.in c.hoc ius.col.4.10. q.2.& in c.ſi cupis. 16.q.1.Car.& Pan.in c.1.de empt.& uend.Ant. in c.cũ dilecti. ubi ẽt Henr.col.pen. & in d.c. pe.eo.tit.Idem Ant.in c.quia pleriq;.col.antep.uer.quintus caſus.ubi ẽt Pan.in 9.q.de immu.eccl. & Feder.Sen. conſ.21.nunquid hæres.Sal.in d.auth.ad hæc.in 21.q.C. de uſur.& Pet.Ferrar.in forma libel.in cã uenditionis,in uerbo,pro pretio.col.1.& Cepol.in tract.de ſimulatione contractuum,in 2.præſumpt.col. 3. ubi ad hoc allegat d. glo.pro no.& Fr.Aret.conſi.92.uiſo legato.col.2.& Barba.in repet. c.Raynaldus. col.273. de teſta. & Iaſ. in l.ſi quis in conſcribendo.col.2.in ult.no. C.de pact.& in l.ſi quis cum aliter.col.pe.ff.de uerb.obl.& in § ſed iſtę.col. 20.uerſi.& aduerte.Inſt. de act. & nouiſsimè Phil.Dec. in c.1.col.7.uerſ.ſimiliter ex iſta.de conſt.& in 1.lect.& conſil.5.diuino implorato ſuffragio. col.2.uerſic.2. non obſtat.et nouiſsimè Iac.Omphal.de uſurp.leg.lib.2.c.9.

¶ Quod et è Theologis comprobant D.Tho. 2.2.q. 77.art.1.Scotus in 4.ſent.diſt.15.q. 2.art.2.cõcl.3.et è recentiorib.Gab.Biel.in eadem diſt.15.q. 10.art.2.cõcl.2. ubi alleg. Io.de Lig.et Ioã.Cald. idem tenentes,uti uere hoc tenent,in c.nauiganti.extra, de uſur.licet nõ alleget locum.



locum.Ant.Flor.in 2.part.princ.ſuę Sum.tit.1.c.16.ver. quãtum ad tertium principale.col.3. & iterum col.5. vbi reprehendit Durandum,qui in ſua Summa tenuit cõtrarium:quod nulli mirum videri debet: nam ob id tantùm animum ad ſcribendum appulit Durãdus, vt cęteris contradiceret, præſertim D. Thomæ. Idem quoque tenuit D.Bernard.in lib.de Euangelio æterno,Sermo.35.char. vlt.verſic.circa hoc autem nota.eſt. & iterum Serm.35. art.1.c.2.& nouiſsimè Adr.Floren.in ſuis in 4.ſent.q.vbi de reſtitutione diſſerit,in q.cuius initium eſt, conſequenter quæro,vtrum indiſtinctè tenetur. in ſolutione ipſius quæſt.Et omnium latiſsimè Conrad. in vbere tracta. de Contractibus,tum in ſummario. 57. q. tum in ea ipſa q. 57.quib.locis hanc rem erudite & copioſe diſputat,aſſeritq;,& hoc procedere, quantumcunq; modica ſit læſio.

10 *Qui cõtrarium tenent.*

¶ Quanquam & è noſtris contrarium ſimpliciter tenuit Io.Crotus.in rep.c.vt animarum.in prin.de conſtit. lib.6.hac ratione,ꝙ ius Cano.cuius eſt principalis intentio,vt conſulat ſaluti animarum, vt ibi eſt text. approbat huiuſmodi contractum,in quo interuenit deceptio infra dimidiam iuſti pretij. d.c.cum dilecti. & c.pen.de empt. & vend.Ergo contrahentes ſunt tuti in foro cõſcientiæ. aliàs ſequeretur, quòd quis deciperetur legis clypeo, qđ fieri non debet.l.1.in fin.C.de his qui ven.æta.imp. & c. de viduis. 27. q.2. Et ita etiam videtur voluiſſe Bald.ſibi contrarius,in d.c.ſi proponente.de reſcript.cum dicit,ꝙ ex quo lex permittit contrahenti,quòd faciat ſua facta,vt ipſe loquitur, quam melius poteſt, hoc debuit aduerſa pars cogitare, & ſi non cogitauit, ſibi imputet. Alioquin omnia mercimonia mundi deſtruerentur,& omnes mercatores irent ad inferos.Et licèt glo.in d.l.ſemper. dicat, quòd nunquam decipere cõtingit bono viro,tamen propterea non putat ipſe Bald. quòd alicui detur remedium fori etiam conſcientialis.Et ita quoque tenuit Petr.Anc. in c.peccatum. in 4.conclu.principali. de regul.iur.lib.6. vbi hanc rem per 4.concluſiones diſſerit.& Barb. in c.1. de empt.& vendit. & Fanc.Aret. in d. c.cum cauſam.de teſtib. & rurſum in l.ſi quis cum aliter. col.penult. ff. de verbor.obliga. Quem & tu latiſsimè omnium rem hanc tractantem videas in d.ca.cum cauſa. de teſtib.& Socin. conſi.49.viſo inſtrumento.col.2.ver. his tamen non obſtat. lib.4. & Philip. Dec.ſibi contrarium in d.l. ſemper. in ſi.ff.de regul.iur.Sed ita,vt non omittas gl.in d.c.ſi cupis.in verbo,non multum.16.q.1.quæ dicit,in contractibus decipere non eſſe peccatum,per c.innocens. 22.q.4.

11 *Eccleſia non debet rem pluris quam valeat, vendere.*

¶ Sed tamen ad prioris opinio.confirmationem, quæ communior eſt,& verior,adde & tu glo.no.in §.hoc ius. 10.q.2. quæ dicit,quòd licèt lex dicat, quòd contrahentes poſſunt ſe inuicem decipere, eccleſia tamen non debet vendere rem pluris, quam valeat. quam glo.ſequitur Archid.ibid.& eam commendat.& dicit ſingul.Roman. ſing.758.Tu ſcis,quòd res eccleſiæ, & Barbat.in repetit. d.c.Raynaldus,col.113.extra de teſt. & in l.2. §.vlt.col. 9.ff.de verbor.obligat. & d.conſil.77. colum.1. lib.4.& inter conſil.Calca.d.conſi.28. illud afferam in medium, col.2.& Iaſon in l.quoties,col.5.verſi.ſecundò principaliter.C.de rei vendic.& ſequitur è Theologis D.Bernardinus in d.ſermone 35.quo loco ſupra citauimus,& Cõradus locis etiam ſupra allegat. & è noſtris Cæpolla, vbi ſupra,& ante eum Hoſtien. Imol.& Panormit. in c.1.in princip.extra de empt.& vendit.Bald.in authent.hoc ius porrectum,col.4.verſi.vlterius quæritur. C.de ſacroſan. eccl.& in d.l.in cauſæ.§.idem Pomponius.ff. de minor. Angel.in §.hoc etiam,col.4.verſic.ſed tunc quæro, in authen.de ali.& emphyt.& Panorm.in c.per tuas,col.2.extra de don.in quibus locis ipſe Panor. eam gl.dicit no.& rurſum idem Panor.in d.c.quia pleriq;,in 9.q. de immu. eccl.vbi & eam dicit no.& in d.c.cum cauſa,de teſtib.& in d.c.in ciuitate,col.2.de vſur.& alibi ſæpè.& Frã.Aret. qui & illam dicit nó.in d.l.ſi quis cùm aliter,col.8.verſi. adde etiam.ff.de verborum obliga.& Bertha. in tract.de Gabellis,in ſecunda parte princip. in 8.q.in ſi.vbi & illã gloſſ.dicit ſing.Et idem quoque voluit Ant.in cap.continebatur,colum.1.extra de his quæ ſiunt a prælat.& in d. c.in ciuitate, de vſur.vbi & idem putat de perſonis eccleſiaſticis,& etiam de laicis,quò ad forum animæ.quod & voluit ipſe Anton.& etiam Imo.in d.capit. cum cauſa.

11 *De eadẽ re.* *Hermes Philoſoph. Ægyptius*

¶ Facit & ad prædicta,id quod dicit Bald.in l.cum ipſe,in princip.C.de contrahen.empt. quòd ad bonam ſidem pertinet,vt ſit iuſtũ pretium. Nam & Suidas author eſt Hermetem Philoſophum Ægyptium,qui ſub Adriano Imperatore floruit,ea iuſtitia fuiſſe, vt ſi a ſe quippiã empturo,minus iuſto pretio peteretur, ipſe nihilominus iuſtum promittebat. Quin & Cicero lib.3. Offic. conſimile quiddam feciſſe Q. Scæuolam Publij filium ſcribit. Cum enim poſtulaſſet,vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur,idque venditor ita feciſſet,dixit ſe pluris æſtimare,quam emerat,& addidit cẽtum millia. Subiungit autem Tul.Nemo eſt,qui viri boni hoc fuiſſe neget.Quæ poſtrema verba ideo hic adſcripſimus,quia admodum conueniunt cum glo.in d.l.ſemper.Sed & idem feciſſe quoque D. Auguſtinum in emptione cuiuſdam libri,refert D.Thomas loco ſupra allegato, verſi.ab hinc tertiò,& è noſtris Barbat.d.conſi.28. inter conſil.Calca.

*Q. Scæuola.*

*Auguſtin.*

13 *Quid ſi deceptio non ſit ex propoſito.*

¶ Illud tamen,quod diximus,videlicet non eſſe licitũ in foro conſcientiæ contrahentibus etiam infra mediam partem iuſti pretij ſeſe decipere, intelligit Calder.in repetit.d.cap.nauiganti,col.4.verſi.3.oppo. contra duos vlti.caſus,de vſur.quando ipſa deceptio proficiſcitur ex dolo contrahẽtis, quia ſcilicet dolus dedit cauſam contractui,ſiue deceptioni, vel etiam incidit in ipſum contractum,aut deceptionem,quòd ſi deceptio ſponte,& vt dicit,re ipſa veniat,ſine dolo contrahentis, ſecus eſt.Sequitur,& dicit nota Pan.ibi,colum.5. & etiam in d.c.in ciuitate,colum.2.& in d.cap.cum cauſa,colum.vlt.& ibi etiã Fel.in ſi.extra de teſtibus, & in cap.1. poſt princip. extra ne cleri.vel mona.& Salycet.in dicta authent. ad hæc.& Corn.in repetit.l.ſi paſcenda pecora,col.1. C.de pact.& Philip.Dec.in c.1.col.8. verſi.ſed tamen aduertendum, de conſt.Et multum ad hoc facit gl. in d.l.item ſi pretio. §.vlt.Nec ab hac diſtinctione multum abeſt alia Imo.diſtinctio,c.j.de empt.& vend.vtrum ſcilicet emptor ſciat verum pretium,& ſponte emat: an verò ignoret, vt primo caſu nullum ſit animæ periculum,ſecũdo ſecus. Sed ſuper hac re latiſsimè omnium diſtinguit Ant.Burg.in c. cum dilecti, extra de empt.& vend. quem tu oĩno vide.

14 *Concluſio.*

¶ Sed vt tandem ad præcipuũ ac principale noſtrum propoſitum reuertamur, idq; ipſum concludamus, licet iura permittant viris vxores verberare, non proinde ſequitur,id honeſtum eſſe, et minimè vitioſum,per ea quæ dicta ſunt. Ex quibus ſatis reſponſum eſt ad id, quod in noſtram legem obiectum fuit. Sed & reſponderi poteſt illud Auguſtini: Qui peccat legis autoritate,&c.intelligi de lege diuina, nõ autem humana, vt colligitur ex verbis ſubſequentibus,& etiam annotauit Adria.Flo.in eo ipſo opere,quod nuper citauimus in materia reſtitutionis.

15 *Mulieres malæ.*

¶ Sed confeſtim inſurgit iterum Euripidis imitator quiſpiam μισογυνὴς,id eſt, mulierum oſor, illud quoque in noſtram legem petulanter obijciens: Cum omnes homines natura admodum procliues in vitia finxerit (vt affatim alibi ſcripſimus) tum præſertim mulieres, quæ in mala omnia feruntur præcipites, adeo vt vllam vix bonã reperias. Accurſius noſter in lege ex his. ff. de legi.ex eo quod inibi ſcribit Iuriſconſultus, legem fieri non debere ex his,quæ rarò accidunt, facetè admodum ſubinfert, non eſſe propterea legem de bonis mulieribus faciendam,quoniam raræ ſunt.Alibi idem Accurſius in lege ſecunda.C.de his qui ve.æta. impe. dicit fœminas ob id celerius veniam ætatis, quàm mares impetrare, quoniam mala herba citò creſcit. Id quod etiam dicit ibi Odof.

qui ſubdit, in nulla muliere eſſe animi probitatē, niſi ſanctificetur. & Hoſt. in c. literas, extra de deſpon. impuber. vbi dicit hanc rationem Plac. eſſe. & Collect. in cap. puberes. eod. tit. & Panormit. in capit. vbi non eſt, eo quoq; tit. & Bald. in l. qua ætate. ff. de teſtam.

16 ¶ In quam ſententiam non parum multæ ſunt Heroicorum, Comicorum, Epicorum, Citharisticorum, ſiue Lyricorum (ijdem enim ſunt, teſte Iulio Polluce. qui lib. 4. c. 9. λυρῳδὸς, & κιθαρῳδὸς, & κιθαριστὰς idem ſignificare dicit: & verba inde deduci λυρίζειν, κιθαρίζειν, & βαρβατίζειν) Auleticorum, Dithyrambicorum, Aſmaticorum, ſiue (vt alij vocant) Aſmatographorum, Eliographorum, Iambicorum, Hymnographorum, Anathematicorum, aliorumq; Epigrammatographorum, Sillographorum, Mimographorum, Epithalamiographorum, Monodorum, Melicorum, Choriambicorum, Satyricorumque atque Tragicorum, & cæterorum Poetarum, aliorum quoque ſcriptorum ſententiæ, ex quibus aliquot ſubſtituemus. Homerus libro 11. Odyſſeæ, facit Agamemnonem hæc pronunciantem:

ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Id eſt:

*Nihil fœmina grauius, nihil peius.*

Cuius etiam ſententiæ meminit Dion in libello περὶ ἀπιστίας, id eſt, de Incredulitate Menādri Trimeter eſt, apud Græcos, vice prouerbij celebratus:

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή. Id eſt.

*Theſaurus eſt malorum mala mulier.*

Alter quoque:

Θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

*Ignis, & mare, & fœmina ſunt mala tria.*

Quam ſententiam diſticho expreſsit Ioannes Secundus:

*Quæ mala ſint hominum rebus tria maxima, ſcire*
*Quæris? habe paucis: fœmina, flamma, fretum.*

Idem quoq; Menander (vt ad eum reuertamur)

Ὅπου γυναῖκές εἰσι, πάντ᾽ ἐκεῖ κακά.

*Vbicunq; mulieres ſunt, ibidem mala ſunt omnia.*

Sed eſt & ille eiuſdem Trimeter:

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥάδιον. Id eſt:

*Mulierem bonam conſequi non facilè.*

Cui affinis eſt illa Diphili ſēſa apud Stobæum Serm. 10.

Γυναῖκα ἀγαθὴν ἐπιτυχεῖν οὐ ῥάδιον.

*In vxorem incidere bonam, non facilè.*

Euripides quoque in Iphigenia in Aulide ſcribit, rarò virum vxorem bonam nanciſci: malam verò, nō rarò. Verba ipſius hæc ſunt:

Σπάνιον δὲ θήρευμ᾽ ἀνδρὶ τοιαύτην λαβεῖν
Δάμαρτα, φλαύραν δ᾽ οὐκ σπάνις γυναῖκ᾽ ἔχειν.

Cæterum ipſe Menander, vt ad eum iterum redeamus, apud Stobæum Sermo. 70. tradit mulierem neceſſario malam eſſe:

Ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ᾽ εἶναι κακόν.

Sed & idem apud Lucianum in eo libro, cui ἔρωτες nomē indidit, ſcribit, non immerentem Prometheum pendere fixum Caucaſi de rupibus, quòd mulieres effinxerit, γένος μιαρὸν, id eſt, genus ſceleſtum, nocens, impurum, ac veluti dignum, quòd ab omnibus ſolum relinquatur. Hinc enim dictum μιαρὸν, nonnulli dictitant.

17 ¶ Ex Latinis vero Poetis Lucillius: *Facul.*

*Heu facul eſt homini inuentu bona fœmina nuſquam.*

Vbi, Facul, vt annotant Grammatici, pro facilè antiquè ponitur. Cui & proximum eſt illud Pacuuij:

*Haud facul fœmina inuentu bona.*

Quod & L. Afranius iiſdem verbis vſurpauit in Ixione, ſi verum dicit Nonius Marcellus. Plautus autem in Aulularia inducit Eunomiam, de mulieribus ita loquentem:

*Optima nulla poteſt eligi: alia alia peior.*

Quod & de Sardis (vt illud obiter dicam) ſcribit Tullius libro 7. Epiſtol. Familiarium ad Fabium Gallum in Epiſtola incip. Amores, alium ſcilicet alio nequiorem.

Idem Plautus in Milite:

*Quid peius muliere?*

Rurſumque in eadem fabula:

*Nam bona vxor ſi ea quidē deducta eſt vſquā gentiū,*
*Vbi ea poſſit inueniri?*

Et in Curculione:

*Antiquom Poetam audiui ſcripſiſſe in Tragœdia,*
*—Mulieres duas peiores eſſe, quam vnam.*

Quin & apud eundem in Mercatore, Lyſimachus dicit nullam mulierem bonam eſſe. Et in Truculento Phronesium mulier ita loquitur:

*Nimio minus p rhibemur*
*Malo, quàm ſumus, ingenio.—*

Laches quoque ille ſenex Terentianus in Hecyra:

*In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiā.*

Seneca Tragœdiographus in Hippolyto:

*Dum malorum fœmina, & ſcelerum artifex.*

18 ¶ Cui ſuccinit Græcus Menandri Senarius, vt rurſus Græcos autores repetamus:

Γυνὴ γυναικὸς πώποτ᾽ οὐδὲν διαφέρει.

Id eſt:

*A fœmina nihil fœmina vnquam diſcrepat.*

Eiuſdem, vt opinor, eſt ille verſiculus:

Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, οὐδὲ τῆς καλῆς.

Id eſt:

*Mulier nihil eſt peius, atque etiam bona.*

Nam vt ſcribit Plutarchus in libro de Tranquilitate animi: Mulier quantumuis proba, mulier tamen eſt. Philemonis Poetæ Comici ſententia eſt apud Stobæum, Sermone 66.

Ἀθάνατον ἐστὶ κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

Id eſt:

*Immortale eſt malum neceſſarium vxor.*

Cui ſimile eſt illud Menandri apud eundem Stobæum Sermone ſequenti:

Τὸ γαμεῖν ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μὲν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον κακόν.

*Vxorem ducere, ſi quis veritatem conſideret,*
*Malum quidem eſt, ſed neceſſarium malum.*

Quare autem dicatur malum neceſſarium dicemus poſtea numero 218. incip. quæ cum ita ſint. Medea item in Tragœdia ſui nominis:

Ἀλλ᾽ ἐσμὲν, οἷόν ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακὸν
Γυναῖκες, οὔκουν χρὴ σ᾽ ὁμοιοῦσθαι κακοῖς.

*Sed ſumus, vt ſumus, non dicam malum*
*Mulieres: non oportet te ſimilem fieri malis.*

Item in ea ipſa fabula:

Ἐπίστασαι δὲ πρὸς δ᾽ ἔφυμεν καὶ πεφύκαμεν
Γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ᾽ ἀμηχανώταται,
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

*Scis verò præterea, nos ſumus.*
*Mulieres ad bona conſilia ineptiſſimæ,*
*Malorum verò omnium artifices ſapientiſſimæ.*

Et in Hecuba ſub finem:

Εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκε κακῶς
Ἢ νῦν λέγων ἐστὶ τις, ἢ μέλλει λέγειν,
Ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.
Γένος γὰρ οὔτε πόντος, οὔτε γῆ τρέφει
Τοιόνδ᾽, ὁ δ᾽ αἰεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.

Id eſt, vt vertit Eraſmus:

*De fœminis ſi dixit ante hac quis malè,*
*Hodieve dicit, ſiue poſt dicturus eſt,*
*Cuncta hæc ego compendio dicam ſemel.*
*Neq; terra ſimile, nec fretum gignit genus,*
*Atq; illud ipſa diſcit experientia*
*Semper, cui cum illis negotium incidit.*

Idem facit Andromachen in fabula ſui nominis ita loquentem:

Οὐδ᾽ εἰ γυναῖκές ἐσμεν ἀτηρὸν κακὸν
Ἄνδρας γυναιξὶν ἐξομοιοῦσθαι φύσιν.

Neq;



*Neq; etſi nos mulieres ſumus inſuperabile malum,*
*Viros mulieribus aſsimulari natura.*

Hæc ille, vt nō immerito Euripides μισογύνης, id eſt, oſor mulierum fuerit vocatus à Gellio, libro 10. cap. 25. vt alibi diximus: atque etiam à Suida. Tametſi contra Athenæus (id enim obiter dicere voluimus) eum φιλογύνην vocarit, id eſt, mulieroſum, ſiue mulierum amatorem. Porrò (vt id quoque in tranſcurſu dicam) cum Sophocli quiſpiam dixiſſet, Euripidem mulierum eſſe oſorem, tradunt illi reſpondiſſe Sophoclem: In Dragœdijs quidem odit: quoniam in lecto vxores noſtræ non tales ſunt mulieres: quaſi diceret, Euripidem in Fabulis videri odiſſe mulieres, ſed in lecto minimè. Idque ab Hieronymo in Hiſtoricis Commentarijs proditum eſt. Nonnulli autem tradunt, ipſum Euripidem à mulieribus fuiſſe diſcerptum: cuius tamen contrarium alij affirmant.

19 ¶ Nec tamen propterea omnino reliquimus ipſum Euripidem, cuius ſunt & alia quoque in mulieres maledicta. Is nanque apud Planudem in vita Æſopi, & iterum in libro 1. Epigr. Græcorum, inter omnia mala principatum tribuit mulieri: *Iterum de malitia mulierum*

Πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων,
Πολλαὶ δὲ ποταμῶν, καὶ πυρὸς θερμὴ πνοαί.
Δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ᾽ ἄλλα μυρία:
Πλὴν οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή.

Id eſt:

*Furore multo ſæuit iratum mare,*
*Proniq; fluuij & ignis acris impetus:*
*Inopia acerba, acerba alia quàm plurima:*
*Sed militia acerbum & noxium, vt mulier mala.*

Et eandem ſententiam paucis immutatis ex Euripide quoque citat Stobæus Sermon. 71. Sed & apud eundem Euripidem in Hippolyto Coronato, eſt hæc mulierum deteſtatio:

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας,

Id eſt:

*O Iuppiter, cur obſecro fucatum hominibus malum,*
*Mulieres, ſub iubar Solis deduxiſti?*

20 ¶ Sed & Valerius quiſpiam in quadam Epiſtola ad Rufinum, qui inter Diui Hieronymi epiſtolas comperitur: Optima (inquit) fœmina rarior eſt Phœnicæ: malarum fœminarum tam copioſa ſunt examina, vt nullus ſit expers malignitatis earum. Lacon quidam apud Plutarchum, mulierem omnem malam lepidè ſignificauit. Nam cum vxorem duxiſſet puſillam, dicebat è malis, qđ minimum eſſet, eligendum. Verba ipſius ſunt: Τῶν κακῶν ἐκλογὴν ποιησάμενος, τὸ ἐλάχιστον ᾑρετισάμην. Sed id Antoninus Monachus, Sermo. libro 1. cap. 34. Democrito tribuit. Cui & ſimile eſt, quod apud Plautum in Sticho mulier Antiphonti quærenti, vtrā potius duceret in vxorem, virginemne, an viduam, reſpondit in hæc verba: *De eadē re.*

*Quanta mea ſapientia eſt,*
*E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum malum eſt.*
*Qui poteſt mulieres vitare, vitet, vt quotidie*
*Pridie caueat, ne faciet, quod pigeat poſtridie.*

Ouidius autem Meram. lib. 10.

*Viderat offenſas vitijs, quæ plurima menti.*
*Fœmineæ natura dedit.—*

21 ¶ Superiorum ſententias confirmat, & ille Græcorū verſiculus:

Θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή.

Id eſt:

*Feris omnibus immitior mulier mala.*

Et ille quoque:

Ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή.

Id eſt, ad verbum:

*Venenum naturaliter eſt aſpidis mala mulier.*

Nam & Diogenes ille Cynicus conſpicatus duas fœminas clam inter ſe conferentes ſermonem, protulit illum verſiculum è Comœdia quapiam antiqua depromptum:

Ἀσπὶς παρ᾽ ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται.

*Sumit venenum à vipera aſpis mutuò.*

Cuius rei teſtis eſt Antonius Monachus Meliſſæ libro 2. c. 34. & Maximus Philoſophus & Martyr, Locorum cōmunem, cap. 29. At Gregorius Nazianzenus in Sententijs Diſtichis, anteponit mulierum malitiam & venenū aſpidibus & draconibus:

Δεινὸν δράκοντες, καὶ κάκεργον ἀσπίδες,
Διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηρίοις.

Id eſt:

*Mala res eſt dracones, malefica res & aſpides:*
*Duplex mulieris malitia inter feras.*

Quam ſententiam & ipſe depromſiſſe videtur ex Theſauro Eccleſiaſtici, qui cap. 25. anteponit malitiam mulieris, colubri, & draconis. Imò breuis (inquit) omnis malitia ſuper malitiam mulieris, id eſt, Leuis eſt quælibet alia malitia, præ malitia mulieris. Sed & inibi multa alia de mulierum ſceleribus comperies, quæ veluti omnibus expoſita, prætermitto.

¶ Salomon autem Eccleſiaſtæ 7. virum vnum de mille bonum reperiſſe ſe dicit, mulierem autem nullā. Quo etiam in loco Diuus Hieronymus ſcribit, fœminam eſſe omnium malorum caput. Sed & ille doctiſsimus Rabbi David Kimhi in radice אנש & alijs locis ibi relatis, tradit fœminas apud Hebræos ab נשי dici, quòd fragiles ſint & ad omnia vitia procliues. Id quod nos didicimus à doctiſsimo, humaniſsimoque, atque omnibus numeris con ſummatiſsimo viro, Domino Iacobo Spiſamio, olim noſtræ Decuriæ Præſide digniſsimo, cum ſententiam diceret in graui quapiam controuerſia. Cæterum Diuus Hieronymus eodem in loco ſcribit, mulierem in ſacris literis iuxta intelligentiam ſpiritualem, aut omne generaliter peccatum, & iniquitatē nominari, quæ ſub ſpecie mulieris ſedet, apud Zachariam 5. c. ſuper plumbi talentum. Aut (inquit) diabolum τροπικῶς mulierem accipi oportet propter effœminatas vires, & idololatriam. 22 *De eadē re.*

¶ Sed & (vt ad Græcos redeamus) Philoxenus Poeta Lyricus interrogatus, διατί Σοφοκλῆς χρηστὰς περιεισάγει τὰς γυναῖκας, αὐτὸς δὲ φαύλας, id eſt, cur ſophoclus introduceret mulieres bonas, & frugi, ipſe autē malas ac peruerſas: reſpondit, ὅτι Σοφοκλῆς μὲν οἵας δεῖ εἶναι τὰς γυναῖκας λέγει, ἐγὼ δὲ οἷαί εἰσιν. Id eſt, Sophocles quidem mulieres carmines dicit, quales eas eſſe decet: ego autem quales verè ſunt, vt autor eſt Antonius ille Monachus, & Maximus Philoſophus, locis paulo ante citatis. Suſarion ille Megarenſis priſcæ Comœdiæ inuentor, cum prauæ mulieri coniunctus eſſet, ea abeunte in pompam Dionyſiorum, theatrum ingreſſus hæc carmina iambica cecinit:

Ἀκούετε λεῴ, Σουσαρίων λέγει τάδε.
Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι, κακόν.

*Audite populus. Suſarion hæc dicit:*
*Malum ſunt mulieres. Veruntamen ò populares,*
*Non eſt habitare domum ſine malo.*
*Nam & vxorem ducere, & non ducere, malum eſt.*

Quæ & ipſa relata ſunt à Strobæo Serm. 77. Ariſtophanes in Cerealibus ſcribit, nihil mulieribus eſſe peius ad omnia, præterquàm ipſas mulieres:

Ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ἔστιν τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν
Οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα, πλὴν ἄρ᾽ αἱ γυναῖκες.

Ariſtippus mulierem quandam paruam, ſed formoſam conſpicatus μικρὸν μὲν (inquit) καλὸν, μέγα δὲ κακόν. id eſt, Paruum quidem pulchrum, ſed magnum malum. Teſtis Antonius Monachus libro nuper citato, Sermo. 33. Protagoras interrogatus, cur inimico filiam nuptam dediſſet reſpondit: Οὐκ εἶχον γὰρ αὐτῷ δεδωκέναι χεῖρον. id eſt, nihil illi dare poteram deterius. Autor idem Antonius eiuſdē,

 lib.

lib.c.34. Nec tandem volui prætermittere non inelegans Epigramma hominis Latini, & noſtræ tempeſtatis, quo planè demonſtrat, mulieres ſemper malas eſſe:

*Vxor, amice, tibi eſt ſemper mala: cùm malè tractas,*
*Fit peior: ſed fit peſsima, quando benè.*
*Sed bona, ſi moriatur, erit: melior tamen, id te*
*Si faciat viuo: aſt optima, ſi properè.*

*Furtū ex hoc libro.*

Vides ergo, quam malè audiat apud antiquos ſcriptores mulierum genus. Quæ quidem, & hodiernis temporibus (vt Eraſmi verbis vtar) ſtrenuè dant operam, ne ſcriptores ipſi vaniloqui fuiſſe videantur. Ex quibus multa tranſcripſit, neſcio quis Carolus Degraſſalius Carcaſſonenſis lib. 1. Regalium Franciæ, char. 245.

24 *Crimen fraus, dolus, ſpecialiter ſunt opponēda.*

¶ Et quia forſitan non erit ſatis quibuſdam hæc dixiſſe in genere, niſi & ipſa ſpeciatim cōprobemus, propter ea, quæ in ſimilibus habentur in l. ſi quis in principio teſtamenti, in verbo, ſpecialiter. ff. de leg. 3. & l. 1. §. defenſionem. & ibi Bart. C. de adminiſtr. tutor. & in l. 1. C. de prædi. curi. lib. 10. in illis verbis, omnes cauſas ſigillatim, quibus ſtrangulatur, exponat. & in §. ſi verò expreſsim, & ibi Angel. in auth. de hæred. & Falc. & in Cle. conſtitutionem, de elect. & glo. in c. inquiſitionis, de hæret. & in Clem. 1. in verbo, ſpecialiter, de iudic. & Bart. in conſil. 65. Petrus Nicole, vbi dicit, non ſufficere allegare in genere, fraudem, aut ſimulationem in contractu interueniſſe, niſi ſpecies fraudis, aut ſimulationis allegetur, & probetur. Quem ſequitur Pau. Caſtren. in l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. & idem voluit Bald. in l. ab Anaſtaſio, col. vlt. C. mand. Et quod voluit Bart. in l. 1. ff. de vulgar. & pupil. & Bald. in rubr. C. ad legem Falcid. & quod dicimus non ſufficere, opponere contra teſtes, niſi opponatur ſpecialiter, vt eſt text. in c. præſentium. § teſtes, de teſtibus. libro 6. & ita voluit Bartol. in l. 1. in fi. C. de teſtibus, & ibi etiam Bald. in 2. quæſt. vbi & omnes fermè ſequuntur. & idem Bald. in l. ſi quis teſtibus, ad fin. C. eod. tit. & Roman. conſil. 209. in caſu propoſitæ conſultationis, colum. 1. & Philip. Dec. in cap. denique, in 2. nota. in fin. de except. cum multis ſimilibus latè collectis per Iaſon in l. Titiæ textores, in princip. de leg. 1.

25 *Septē mala capitalia.*

¶ Ideò vt omnibus ſatisfaciam, ad ſpecies vitiorum deſcendamus. Scriptores Eccleſiaſtici tradunt ſeptem eſſe mala capitalia, & veluti præcipua, quibus & vniuerſa vitiorum congeries ſubijcitur. Quæ ſacræ literæ in veteri teſtamento Septem gentes, in Nouo Septem dæmonia, vt Gregorius, & quidam alij exiſtimant, alijs tamen reclamantibus, vocant, vt de primo ſcribitur Deut. 7. capit. in princ. De ſecundo Marci c. 18. & Lucæ 8. in quibus locis hoc ipſum annotarunt Interpretes, ſeptem autem nequitias vocauit Salomon, niſi fallor, Prouerb. 26. Et de his, niſi etiam fallor, intelligit Amos Propheta, c. 2. Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor non cōuertam illum. Ea enim forma dicit: Tria & quatuor, qua Virgilius dicit, O terq; quaterq; beati. quod de numero ſeptenario intelligitur; vt videre licet ex Macrobio de Somnio Scipionis, lib. 1. c. 6. Ea autem ſunt Superbia, Auaritia, Luxuria, (ita vocant libidinem Veneream, tametſi aliud propriè ſignificat) Ira, Gula, Inuidia, Acedia (ſic enim vocanda eſt, vt non vulgò dicitur, accidia) eſt enim Græcum verbum, ἀκηδία, quo deſidia, pigritia, incuria ſignificatur. Quibus ſi mulieres abundè eſſe refertas oſtēdero, putabo me oībus ſatis feciſſe, vel mulierum amatoribus.

*Septem nequitia.*

*Acedia, non accidia. pro deſidia.*

26 *Fœminas ſuperbas. Prouerbiū*

¶ De ſuperbia, quæ primum locum obtinet, multis ſupra probauimus, in ſecunda Lege Connubiali, numero 1. quæ iterum hic repetenda non ducimus, ne planè fiat, quod Græci ex Pindaro in Nemeis hymno 7. & Ariſtophane in Ranis, & in Concionatricibus, & in Platone Euthydemo vice prouerbij celebrent, ὁ Διὸς Κόρινθος, id eſt, Iouis Corinthus, in eos qui eadem ſæpius repetunt. Quando etiam ex alio Græcorum prouerbio apud Suidam, δὶς κράμβη θάνατος, id eſt, bis crambe mors. Ideo legimus Euripidem apud Ariſtophanem Comicorum faceti ſsimum, Æſchylum inſectari, quod bis idem dixerit, videlicet ἥκω, & κατέρχομαι, vt etiā meminit Fauorinus apud Gellium libro 13. cap. 18. Battum quoq; inertiorem Poetam iudicatum, quod dum ſimulacra, & ſtatuas verſibus, & hymnis celebraret, eandem ſæpius cantilenam recineret, indeque huiuſmodi iterationis vitium, Battologiam, nuncupatum: & verbum βαττολογέω, id eſt, multa, & ea quidem inania, loquor, eademque ſæpius repeto: quod quidem verbum adeo fuit vulgò vſurpatum, vt D. Matth. eo ſit vſus, c. 6. vbi Chriſtus ita loquitur, Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. Orātes aūt, ne Battologizetis, ſicut ethnici. Et huc alludens Ouidius, lib. 2. Metamorph. Battum quempiam eadem facit iterantem: *Aeſchylus reprehenſus, quòd bis idē dixiſſet. Battologia. βαττολογέω.*

*——Sub illis*
*Montibus inquit, erant, & erant ſub montibus illis.*

Cuius βαττολογισμὸν ridiculè imitans Mercurius:

*——Et me mihi perfide prodis,*
*Me mihi prodis, ait.*

Quin, & ipſum Ouidium eodem vitio laboraſſe contendit, probatq; Scaurus apud Senecam Controuerſiarum, lib. 5. in 28. controuer. Quo etiam loco ſcribit Seneca ipſe, Montanum Votrenum declamatorem egregium hoc vitium habuiſſe, vt ſententias ſuas repetendo corrumperet, dum non eſſet contentus vnam rem ſemel benè dicere. Quanquam ſcio in his noſtris Commentationibus nonnulla bis à me fuiſſe conſcripta, quod non tam ex obliuione, quàm ex animi ſententia factitaui, ſcilicet, vt ſatisfacerem veteri prouerbio: Iterum ac tertiò, quod pulchrum eſt. quod Plato ſæpius, vt alibi diximus, eo volens oſtendere, quæ pulchra, quæque egregia ſunt, bis & ter, & ſæpius repeti poſſe, & oportere. Quando (vt idem ſcribit libro 6. de legibus.) non nocet bis dicere, quod benè dicitur. Et vt cecinit Horatius, Quæ per ſe pulchra ſunt, ea vel decies repetita placebunt. Diuus autem Paulus ad Philippenſ. 3. veluti ſe excuſans, quòd eandem rem iterū ſcriberet. Eadem, inquit, vobis ſcribere me quidem non piget, vobis autem tutum. Et Vlpianus in l. 1. §. ſed ſciendum, verſic. vitiumque. ff. de ædil. edict. putat ædiles tollendæ dubitationis gratia, bis κατὰ τὸ αὐτὸ idem dixiſſe, ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet. Id quod obiter eo hic conſilio dicere volui, vt me ab eiuſdem rei repetitione, ſi quando obtigerit, legentibus excuſarem. *Ouidius vitio repetitionis laborans. Repetitionis excuſatio. Prouerbiū*

¶ Adde, ꝙ inter ſuperbiæ ſpecies, ſiue, vt alij malunt appellare, filias, ſiue etiam gradus, nullæ ſint tetriores, qàm ingratitudo, & hypocriſis. Nam quod ad primam pertinet, Menandri eſt ſententia ab Auſonio traducta: *Ingratitudo teterrimum vitium. Hypocriſis quoque.*

*Ingrato homine terra peius nihil creat.*

Vt non immeritò apud Perſas ingrati ſeueriſsimè plectātur, vt prodit Xenophon in Pædia Cyri, lib. 1. De ſecunda illud eſt Hieronymi ad Celantiam. Multò illa deformior eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia, cum virtutum ſpecie celantur. Cui concinens Tull. lib. Offic. 1. Totius, inquit, iniuſtitiæ nulla capitalior, quam eorum, qui cùm maximè fallunt, id agūt, vt boni viri eſſe videantur. His tamen vitijs adeo fœdis, ac turpibus, fœmina ſexus natura admodum obnoxia eſt.

¶ Ingratitudinem enim mulierum apertè oſtēdit longiuſculum illud adagium à Diogeniano in prouerbiorū collectaneis commemoratum: μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κύνα τινός, μηδὲ λάλον κωπηλάτην. Id eſt, ne quid beneficij colloces, neque in ſenes, neque in mulierem, neque in puerum, neque in canem cuiuſpiam, neque in garrulum remigem. ſcilicet quòd perire omnino videatur, quod in iſtos inſumitur. Quod & hinc ſatis probatur, quòd mulieres maximè impudentes ſunt, vt oſtendimus infra num. 178. incip. denique vt redeamus. Ingratitudinis autem potiſsimum impudentia comes eſt, Xenophonti lib. 2. Pædiæ Cyri: 28 *Fœmina ingrata. Prouerbiū*

Ἔπεσθαι



Ἔπεσθαι δὲ δοκεῖ τῇ μάλιστα ἀχαριστίᾳ ἀναισχυντία.

29 *Fœmina hypocrita.*

¶ Mulieres quoq; natura eſſe hypocritas, fucatas, ſuorumq; vitiorum ac malorum diſsimulatrices, contraque virtutum ſimulatrices fraudulentiſsimas, palàm etiam comprobat Mimus ille non Senecæ quidē, vt vulgus exiſtimat, ſed Publij Syri, vt docti viri arbitrantur:

*Apertè cùm eſt mala mulier, dum demum eſt bona.*

Cui ſuffragatur illud Plauti in Trinummo, de muliere loquentis:

*——Nota res mala optuma'ſt.*

Ex quo & illud Ouidij lib. 1. de Arte amandi:

*Vir malè diſſimulat, tectius illa cupit.*

Hincque Ariſtophanes in Cerealibus ex Euripide, mulieres vocat μυχότροπους, id eſt, tectorum ſiue abditorum morum. Hucq; ſpectat illud ipſius Euripidis in Hippolyto coronato:

Μισῶ γυναῖκας ἐν πασῶν δὲ σε πλέων,
Ἥτις πονηρὰ τὰ ἔργ' ἔχουσα, εὖ λέγεις,

*Odi mulieres, te verò præcipuè,*
*Quæ cum malè egeris, blande loqueris.*

Quaſi ſcilicet aliud loquantur, aliud faciant, & quod malè egerint, verbis adumbrare, ac veluti obuelare, atq; obnubilare conentur. Quibus concinit, quod idem Euripides (vt ſupra diximus) vocat mulieres κίβδηλον κακόν, id eſt, fucatum malum. Et quod Socrates dicit apud Antonium Monachum Meliſſæ, lib. 2. cap. 34. ὅταν ποθεῖν σε καὶ στέργειν λέγει γυνή, φοβοῦ πάρ αὐτῆς πλέον ὧν λέγει κακά. Cùm te appetere atque amare ſe dicit mulier, ab ea magis tibi metuendum eſt, quàm cùm maledicit. Et adſtipulatur idem text. in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. vocans mulierem fictas adulationes.

30 *Superſtitio comes hypocriſis. Mulieres ſuperſtitioſa.*

¶ Et quoniam ſuperſtitio etiam proximè accedit ad hypocryſim: (vnde & Socrates apud Stobæum Sermo. 20. eam dicit morigeram eſſe ſuperbiæ, tanquam parenti, ἡ δεισιδαιμονία, καθάπερ πατρὶ, τῷ τύφῳ πείθεται videmus quoque mulieres inſigniter eſſe ſuperſtitioſas. Ideoque Plutarchus in libro de Euthymia, id eſt, tranquillitate animi, inter muliebris animi ægritudines præcipuas ſuperſtitionem reponit. Strabo quoque Geographiæ lib. 1. huc reſpiciens, Non turbæ, ait, fœminarum Philoſophiæ rationes induci poſſunt, nec ad religionem ſanctitatemque, ac fidem facilè inuitari, verum numinū timore opus eſt. Id autem non ſine fabularum ac miraculorum figmētis agitur. Pręſertim verò anus huic ſuperſtitioni ſunt deditæ: quod vel ex hoc apparet, quòd Cicero pro domo ſua anilem ſuperſtitionem vocat. Vti etiam facit lib. 1. de Diuinatione, vbi hæc ſcribit: Eſt enim periculum, ne aut neglectis ijs impia fraude, aut anili ſuperſtitione obligemur. Vnde & illud eiuſdem lib. 2. eius operis: Anile ſanè & plenum ſuperſtitionis fati nomen ipſum. Seruius autem in 8. lib. Æneid. in eum locum:

*Vana ſuperſtitio.*

*Artibus magicis dedita.*

Dictam, ait, ſuperſtitionē ab aniculis, quæ multis ſuperſtites per ætatē delirant, & ſtultæ ſunt. Et hinc quoq; magicis artibus ſunt ipſæ mulieres deditæ. nā & has familiares fęminarum artes appellat Apuleius lib. 9. Aſini aurei.

31 *Fœminæ ad nouas religiones promptæ. Hieronymi locus.*

Ex quo fonte videmus fœminas promptiores eſſe, & procliuiores ad recipiendas nouas damnataſque religiones, quæ & ipſæ ſuperſtitionum ſunt veluti germanæ ſorores. Vixque reperias hæreſim quampiam aut introductam, aut protectam, ſine fœminarum ope, & opera. De qua re ſatis erit proferre Diui Hieronymi teſtimonium ad Cteſiphontem contra Pelagianos: Simon, inquit, Magus hæreſim condidit Helenæ meretricis (quam tamen Diuus Auguſtinus Selenem vocat, in Catalog. Hęreſeon in princip.) adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor aut (vt fortè legendum eſt) reparator, choros duxit fœmineos. Marcion Romā præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenam ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas eccleſias per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arrhius vt orbem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Africam vt infęlices quoſque fętentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſsimum, & ex Mago epiſcopū, cui iuncta Galla non gente, ſed nomine, germanam huc illucque currentem, alterius, & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem. Hæc ille. Iſychius autem ille Gregorij Nazianzeni diſcipulus libro quinto. Commentariorum in Leuiticum, ſcribit in ſacris literis, quæcunque cultui idolorū impenduntur, figuram mulieris inſinuaſſe. Hucq; refert, quod ſcribitur Leuitici 15. de muliere, quæ patitur fluxum ſanguinis, & quod idem traditur Matth. 5. de ea muliere, quæ & ipſa fluxum ſanguinis diutiſsimè paſſa fuit, & in medicos omnem ſuam ſubſtantiam impendit. Quibus & illud addere potes, ſuperbiam matrem omnium hæreticorum dici à Diuo Auguſtino in eo libro quem edidit contra Epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamentum, cap. 6. vt minus mirum videri debeat, ſi mulieres natura ſuperbæ facilè labantur in hæreſes. *Superbia hæreticorum mater.*

¶ Sed vt redeamus ad ſimulationem, diſsimulationēque, germanas hypocriſis ſorores, cum hæ ſpecies ſint proditionis, & inſidiarum: ſunt & mulieres in hæc facinora propenſiſsimæ. De inſidijs ſatis ſupra diximus ad finem præcedentis legis Connubialis. Proditrices autem eas peculiari epitheto προδότιδας, vocat Ariſtophanes ἐν θεσμοφοριαζούσαις, in ea ſententia, quam citabimus infrà, cum de mulierum bibacitate, & temulentia loquemur, ſcilicet num. 201. incip. quòd autem ſint. 32 *Fœminæ ſimulatrices. Proditrices.*

¶ Sunt & inter ſuperbiæ ſpecies, Loquacitas, Curioſitas, Ambitio, Inanis gloria, Iactantia, Petinacia, Contentio, Libertatis amor, Impatientia, quibus etiamnum mulieres addictas, mancipataſq; nemo non videt, qui vel horulam cum illis verſatus fuerit, vt iam teſtimonium non exigat. Sed ſi quis fortè deſideret de loquacitate, dicemus poſtea abundantiſsimè in 12. Lege Connub. nu. 9. incip. quamuis ergo, & multis ſeq. 33 *Fœminæ loquaces.*

¶ Ex quo & curioſitatem mulierum ſatis probatam putabit, qui intelliget huiuſmodi vitia, videlicet loquacitatem & curioſitatem inter ſe quoque germanas eſſe, ac veluti quadam cognatione coniunctas, ſi credimus Horatio canenti: 34 *Fœminæ curioſæ.*

*Percunctatorem fugito: nam garrulus idem eſt.*

Nam & Plutarchus in lib. cui titulus eſt, de Vitanda curioſitate: Eſt, inquit, curioſitas paralyſis, ac tabes, renudatioque rerum non efferendarum. Itaq; id fieri, vt multa cognoſcendi ſtudium, comitetur garrulitatis vitium. Et Paulus 1. ad Timotheum 5. has in mulieribus iungit, cum dicit, verboſæ, ac curioſæ, loquentes quæ non oportet. Quem locum enarrans Chryſoſtomus, aſſerit curioſitatem impudentiæ ſingularis potiſsimum eſſe argumentum. Poſtea autem in luxuria oſtendemus mulieres eſſe admodum, ac præ maribus impudentes. Ex quo etiam illud conſentaneum eſt, eas eſſe non modicum curioſas. Cui etiam adſtipulatur, quod ipſe Plutarchus in eodem libro de curioſitate ſcribit, Adulterium eſſe curioſitatem alienæ voluptatis. *Curioſitas quid ſit.*

¶ Porrò huius muliebris curioſitatis exemplum memorabile nobis reliquit Dyna Iacob ac Lyæ filia, Gen. c. 34. Sed multò memorabilius, atq; pernicioſius, Eua illa prima parens, quam curioſitas ipſa, vt multis placet, eò duxit, vt præceptum Dei O.M. tranſgrederetur, Gen. 3. c. Et vt de ethnicis hiſtorijs aliquid etiam depromamus, Io Inachi Argiuorum regis filia, cum nimia curioſitate iuiſſet cū alijs multis fęminis ſpeculatum naues Phęnicū mercimonijs onuſtas, quinto quam appuliſſent die, ipſa *Eua quoq;*

Io rapta ab illis fuit,& in Ægyptum delata. De quo Herodotus ſtatim circa initia lib. 1. Muſarũ. Ad hanc quoq; mulierũ curioſitatẽ alludit illud Theorici in Syraciſijs:

Πάντα γυναῖκες ἴσασι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην.

Id eſt ad verbum:

*Omnia mulieres norunt, & quando Iuppiter duxit Iunonem.*

Ita autem vertit Eraſmus:

*Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud,*
*Iunonem quo pacto duxit Iuppiter olim.*

Nam & hæc ſimilia dici ſolebant in curioſos, omnia inueſtigare ſolitos. Plautus in Trinumo:

*Sciunt id, quod in aurem Rex dixerit reginæ: ſciunt quod Iuno fabulata fuit cum Ioue, &c.*

Plutarchus autem in Numa Pompilio tradit, eum curioſitatem illam à mulieribus remouiſſe.

36 *Fœminæ ambitioſæ. Lycurgus.* ¶ Adeo autem ambitioſæ ſunt, & dominationis, imperijque cupidæ, vt nec proprijs quidem liberis parcant, modò imperent. Cùm Polydectes Lycurgi frater natu grandior, Spartanorum Rex deceſsiſſet, relicta vxore prægnante, Lycurgus illius frater, qui id ignorabat, regnare cœpit: ſed poſtea quam reſciuit, regnum declarauit eſſe pueri, ſi mas foret. At mulier clanculũ Lycurgũ accerſit, verbaque de puero perdendo, quò illi Spartæ imperanti nuberet, facit: id tamen non admiſit Lycurgus, ſed cautè ac prudenter prouidit, ne id fieret. Autor Plutarchus in Lycurgo. Vt iam quis non miretur, ſi Seuerus Cecinna apud Tacitum lib. 3. pronunciauit, ambitioſum eſſe, atque poteſtatis auidum genus mulierum: quod & nos alibi retulimus. Liuius libr. 4. ſecundi belli Punici tradit, quòd cùm Hiero Syracuſanus inſpectis moribus Hieronimi, ſui nepotis, & ſucceſſoris in regno, voluiſſet liberas Syracuſas relinquere, ne ſub domi natu puerili per ludibrium bonis artibus partum formatumque regnum interiret: huic conſilio ſumma ope obſtitere filiæ, nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes ſe, viroſque ſuos Andromodorũ, & Zoilum. Plutarchus autem illo libro de Tranquillitate animi, ſcribit, ambitionem plerunq; Gynæceum mulierum irripere.

37 *Fœminæ vana gloria ſtudioſa.* ¶ Et idem quoq; de inani gloria dicit ipſe Plutarchus in eodem loco. Sed & de ea priuatim loquens D. Chryſoſtomus: Vanè (ait) glorioſum omne genus hominũ eſt, vt ita dicam, maximè autẽ muliebre. Ibi enim loquitur de vana, & inani gloria, ut ex præcedentibus intelligi facilè poteſt. Sed & idem alibi, uidelicet in Epiſtolam Pauli ad Epheſios, Homelia 13. Habent, inquit, mulieres in ſe quoddam vanæ gloriæ ſtudium.

38 *Fœmina iactabunda. Prouerbiũ* ¶ Iactantiam autem mulierum quis ignorat? cùm & iam à multis ſeculis ceſſerit in prouerbiũ, σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γυνή, id eſt, Te ipſam laudas, perinde ac Aſtydamas, mulier. Eſt enim mulieribus peculiare ac genuinum, ſeſe impendiò atq; inceſſanter laudare, iactareq;: ex quo id adagium ortum ſcribit Euſtathius Interpres Homeri, cuius etiam meminit Zenodotus in Prouerbiorum collectaneis, & Athenæus lib. Dipnoſophiſtarũ 1. c. 30. eodemq; vlt. Quãquã ſunt q id aliò referãt.

39 *Fœminæ pertinaces.* ¶ Nec minùs nota eſt mulierum pertinacia, ijs potiſſimum qui vxores experti ſunt, quibus ſunt eius rei domeſtica quotidianaque propè exempla: ut non iam opus ſit Pogij hiſtoriam recenſere, de muliere, quæ cũ virum aliquando pediculoſum vocaſſet, nec quibuſcunq; uerberibus, ut eam contumeliam retractaret adduci potuiſſet, quoniam quò magis cædebatur, eo vocaliùs pertinaciuſque pediculoſum uocaret: vir tandẽ uerberando laſſus, uxorẽ in puteũ demiſit, immerſurũ ſuffocaturumq; ſe illam minitans, niſi huiuſmodi verbis abſtineret. At illa inſtantius perſtabat, etiam ad mentum uſque immerſa. Cuius rei indignitate motus vir, in puteum illam aduſque uerticem coniecit. Verum illa cum loqui non poſſet, aqua præpediente, manibus ſupra caput ſublatis, vnguliſq; vtriuſque pollicis inuicem coniunctis, tãquam pediculos interimeret, quod verbis non poterat, ſigno geſtuq; pediculos marito obijciebat. Tanta eſt mulierum pertinacia, vt mori malint, quàm ex ſententia decedere. Vt nõ admodũ mirandum ſit, ſi Iuſtinus lib. 20. contumaces fœminarum animos eſſe ſcripſit. *Contumaces animi mulierũ.* Quò ẽt ſpectat illud Euripidis in Oedipo, apud Stobęum Serm. 71.

Ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.

*Aliarũ porrò rerũ oĩum inexpugnabiliſsima eſt mulier.*

Cui conſentiens Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

Οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον.

*Nulla eſt fera muliere inexpugnabilior,*

Id quod ad robur pertinere non poteſt: quando quidem mulieri non tantum robur ineſt, vt viro: ſed ad pertinaciam illam mulierum verè inexpugnabilem.

¶ De contentione autem mulierum, habemus Homeri teſtimonium, qui in contentionis cuiuſpiam maximę propriam imaginem ac ſimilitudinem, mulieres protulit in medium lib. 20. Iliad. 40 *Fœminæ contentioſæ.*

Ἀλλὰ τίη ἔριδας καὶ νείκεα νῶιν ἀνάγκη
Νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὥστε γυναῖκας,
Αἵ τε χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο
Νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι μέσην ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι
Πόλλ' ἐτεά τε, καὶ οὐκί· χόλος δέ τε καὶ κελεύει.

Id eſt, ad verbum:

*Sed cur lites ac contentiones nobis neceſsitas*
*Contendere nobis contra, ſicut mulieres,*
*Quæ iratæ ira valdè animi voratrice*
*Contendunt inuicem, mediam in viam euntes.*
*Multa veraq;, & non. Ira autem & hæc dicere iubet.*

Nec abſimiliter Quintus Cincinnatus apud Liuium lib. 3. Sedemus (inquit) deſides domi mulierum ritu altercantes inter nos. Sed & huc referri poteſt illud Terent. in Eunucho, à nobis alio in loco citatum:

*Noui ingenium mulierum,*
*Nolunt, vbi velis: vbi non velis, cupiunt vltrò.*

¶ Porrò nulla penè alia re magis gaudent mulieres, quàm libertate, & vt grauiter pronunciauit Porcius ille Cato Cenſorius apud Liuium libro 34. Omnium rerum libertatem, imò licentiam (ſi vera dicere volumus) deſiderant. 41 *Fœminæ libertatis cupidæ.* Quod & è noſtris vſurpauit Lucas Pen. in l. 1. colum. 1. in fi. C. de mulie. & in quo loco, libro 10. Sed & D. Chryſoſtom. in 3. lib. de Sacerdotio, aſſerit viduas tũ paupertatis, tum ætatis, tum ſexus nomine immodicam ſibi libertatem vſurpare.

¶ Impatientiſsimas quoq; omnium rerum eſſe fœminas vel ſuapte natura, docet Seruius Honoratus, qui interpretans illud Virgilij lib. 9. Æneid. 42 *Fœminæ impatientiſsimæ.*

*Euolat infelix, & fœmineo vlulatu*
*Sciſſa comam muros amens, atque agmina curſu*
*Prima petit.*——

Exponit illud fœmineo, id eſt, impatienti, in id quoq; referens illud eiuſdem Virgil. lib. 11. Æneid.

*Fœmineo, prædæ, & ſpoliorum ardebat amore.*

¶ Quod ad Auaritiam verò, quæ in ſecundum locum adſciſcitur, pertinet, nemo vnquam non exploratiſsimũ habuit, huic malo mulieres eſſe, veluti ſexus vitio, deditiſsimas. 42 *Fœminæ auaritiæ deditiſsimæ.* Mulierum genus, ait Cicero libro 1. de Inuentione, auarum. Accurſius autem auariſsimum dicit, quaſi non ſatis eſſet dicere auarum, idque non ſemel, ſed ſæpius, videlicet in lege Neſennius, in verbo, ex contrario. ff. de negot. geſt. & in l. ſed ſi ego, in glo. vltima. ff. ad S.C. Velleia. & in gloſſ. vlt. C. eodem titu. & in l. quæ dotis, in glo. 1. in princ. & ibi Bart. in prima oppo. ff. ſolu. matr. & in l. 2. in verbo, ætatis. C. de his qui ven. æta. impe. & in l. ſi à ſponſo. C. de don. ante nupt. vbi Cyn. ſolus omnium reclamat. Bal. verò cum gl. ſentiẽs, dicit vice miraculi haberi, cùm mulier donat. *Mulierem donare, vice miraculi eſt.* Et ipſum Accurſiũ ſecutus Bar. cõſi. 124. punctus qõnis talis eſt, Domina P. & cõſi. 127. quidam fratres, ante fi. & in diſputat. incip. mulier habens

amplum



amplum matrimonium, colum. 2. verſi. quintò probo. & Bald. aut, quod magis puto, alius inter conſi. illius conſi. 366. ad euidentiam, colum. 2. lib. 2. & ipſe Bal. cõſ. 263. factum ſic proponitur, domina Bartholina, colum. ult. libro 3. Pet. Anch. in c. indemnitatibus, in prin. in 4. nota. de elect. lib. 6. & conſi. 339. pro maiori intelligentia, colum. 3. verſi. tertio, quia ſimile eſt, & conſi. 434. ex narratis, colum. 2. Rom. in l. vlt. colum. 10. verſic. nec obſtat. l. Titia. C. de pact. & conſi. 102. ſuper eo quod primo quęritur, ad fi. Pau. Caſtr. conſi. 385. ſiue dicamus, colum. 2. lib. 1. & conſi. 377. ad primum videtur dicendum, colũ. vlt. lib. 2. & Fulg. conſi. 79. quidam nomine Britinus, colum. vlt. & inter conſi. Franc. Curt. Senioris, conſi. 34. tenor conſuetudinis, lib. 4. Alex. conſi. 42. ſuper præmiſſa, colum. 1. lib. 1. Corn. conſi. 282. circa primum, colum. 4 in litera O, lib. 1. & conſi. 139 ad euidentiam, colum. penul. lib. 4. Bened. Cap. conſi. 81. punctus Domina Bleſia, colum. vlt: Soc. conſi. 214. in cauſa Onofrij, colum. vlt. lib. 2. & conſi. 75. difficultatem, colum. 3. lib. 3. & cõſi. 28. in cauſa vertente, col. 7. verſi. ſecunda præſumptione, li. 4. ubi & hoc dicit, monſtroſum eſſe, mulierẽ velle donare. & Card. Ale. in §. fœmina, ti. per quos fiat inueſ. & Docto. vbique.

44 *De eadẽ re.* ¶ Quibus ſuccinit tex. in d. l. ſed ſi ego, in fi. & in d. l. ſi a ſponſo, vbi ſcribitur, raro accidere, vt mulier donet. & in l. ſi ſtipulata. ff. de don. inter ui. & ux. ubi item traditur, contra ſexus naturam eſſe, vt mulier largiatur. & in §. quoniam, & ibi glo. in verbo, maxime, in auth. de nup. Et quod ab Anto. proditum eſt conſi. 45. Domina Orabilis, colum. 1. liberalitatem repugnare naturæ mulierũ, easque præſumi ſeductas, atque circumuentas, ſi quicquam largiantur. quod & ſequitur Soc. conſ. 10. in facto præſupponitur, colum. 4. verſi. confirmatur, li. 3. Et Frã. Purpu. in l. cum quid, colum. 18. verſi. ſecundò limitetis. ff. ſi cer. pe. Licet, ait, multæ ſint coniecturæ donationis, illic a Bar. & alijs deſcriptæ, tamen non procedũt in muliere, quæ ſuapte natura auara eſt, nec facile donat. quæ præſumptio tollit alias coniecturas, per l. diuus. ff. de in int. reſtit. & idem ante eum voluit Barb. conſi. 16. clemẽtiſſimi, colum. vlt. lib. 1. & Steph. Bertran. conſ. 14. Chriſti, & c. uiſo caſu, in 1. dub. lib. 1. *Cur Rom. magiſtratus in ſuas prouincias ſine uxoribus proficiſci iubentur.* Et hac fortaſſis ratione ſancitum eſt noſtris legibus, ſatius eſſe magiſtratus Romanos in ſuas prouincias proficiſci ſine uxoribus. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſ. ne videlicet vxores ipſæ ſua immodica rapacitate, & auaritia prouinciales diſpolient. Cuius tamen rei originem ſi quis ſcire deſideret, legat Corn. Tac. lib. 3.

45 ¶ Nec hinc abhorret, quod apud Platonem lib. 1. de republica monet Socrates, ne victores mortuos ſpoliẽt, præter arma. Nam cogitationis, inquit, auaræ, muliebris, ac vilis eſſe videtur, cadauer expoliare. Ex quo & illud Virg. ſup. a nobis relatum, li. 11. Aen.

*Fœmineo prædæ, & ſpoliorum ardebat amore.*

Ariſtoteles quoque Stagiritanus, qui arcana naturæ reſerauit, exq; eius promptuarijs rerum cauſas deprompſit, ſcribit, auaritiam in ſenibus, ſexuq; fœmineo peculiariter, & domeſtice debacchari, & inualeſcere, cuiusq; rei rationem reddit. Sed & Seneca libro 2. Declamationũ, Muliebrium, ait, vitiorum fundamentum auaritia eſt. Diuus quoque Baſilius in diuites auaros, ſermone 2. nullus, inquit, concupiſcentiæ muliebri ſatis theſaurus, non ſi fluminibus fluxerit. Alter D. Auguſtinus de Sermone Domini in monte, tradit, fœminas uiris pecuniarum eſſe auidiores.

46 *De eadẽ re.* ¶ Donatus doctiſſimus Terentij interpres, illud ipſius Ter. in Eun. Accede ad ignem hunc, ad auaritiã mulierum, præſertim meretricum, refert, quæ auidæ ſunt, & auaræ, vt ignis alimentorum. Et quanquam ſcio, ignẽ nõ inepte ad auaritiam referri poſſe, cum & is ueluti peculiari epitheto auarus dicatur a Proper. li. 2. eleg. 29.

*Et quæcunque erat in numero Romana puella,*
*Occidit: has omnes ignis auarus habet.*

Et Auidus, Oui. li. 2. Metam.

*Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem*
*Excutit.*——

Iterumq; in epiſt. Phædræ ad Hippolytum:

*Adſit, & vt noſtras auido fouet igne medullas,*
*Figat ſic animos in mea vota tuos.*

Tamen non mihi perſuadere poſſum, Terentium ad auaritiam reſpexiſſe, ſed ad libidinem, cum mox uerbis illis, Accede ad ignem hunc, ea ſubijciat, iam caleſces plus ſatis. Sed ut redeamus, Artemidorus Daldianus de ſomniorum interpretatione, li. 4. c. 5. tradit fœminas, vti ornatus ita, & diuitiarum eſſe admodũ ſtudioſas: vt & nos alibi diximus. Nec in ea re deſunt recentiorum ſcriptorum teſtimonia. Mantuanus. n. Ecl. 4. mores mulierũ graphice deſcribens ita habet:

*Improba, auara, rapax.*——

Fauſt. quoq; Foroliuienſis in li. Elegiarum:

*Fœmina ſi neſcis, ſolos petit improba nummos,*
*Fœmina per cunctum ſurgit auara nefas.*

¶ Hinc fit, vt inter cæteras auaritiæ filias D. Gregorius, & qui eum ſequuntur recentiores Theologi, fraudem, fallaciam, perfidiam, periurium reponunt. addit Iſidorus, & mendacium. 47 *Mulieres fraudulentæ, fallaces, doloſæ* Ideo mulieres, quas huiuſmodi filiarum parenti auaritiæ obnoxias eſſe iã liquet, ipſas quoque filias, ne a matre deſciuiſſe videantur, miro complectuntur amore, ac ne latum quidem vnguem ab eis diſcedunt. Nam, ut de primis prius loquamur, Quis neſcit fęminas dolos, decipulas, fraudes, fallacias ſuo veluti iure ſibi vendicare? Quas ideo Apuleius libro 9. Meta. appellat familiares fœminarum artes. Refert Ioſephus in lib. antiq. 5. c. 17. cum Samſonis vxor Philiſtęis reſeraſſet ænigma illud de Leone, & apum mellificatione, quod illis Sampſon propoſuerat interpretandum, exclamaſſe Sanſonem, Nihil eſt doloſius fœmina. Proper. li. 2. ad amicã ita in hanc ſententiam ſcribit:

*Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes,*
*Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.*

Et Oui. li. 2. de remedio amoris:

*At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)*
*Crede, nec æternos pondus habere Deos.*

Plau. in Milite, inter mores mulierem perfidiam reponit & fraudulentiam. Sen. quoq; in Agamem.

*Tecum ipſa nunc euolue fœmineos dolos.*

Et in Octauia:

*Mulier, dedit natura cui pronum malo*
*Animum, ad nocendum pectus inſtruit dolis.*

Et in Hippolyto:

*Inſtruitur omnis fraude fœminea dolus.*

Quam ſententiam citat è noſtris Barb. in repe. l. cum acutiſſimi, colum. 52. uerſi. tu pondera. C. de fideicom. & conſi. 54. illud afferam in medium, col. 9. uerſicu. uenio nunc ad uxorem, li. 1. & iterum conſi. 8. illud afferam in medium, col. 5. li. 4. & inter conſi. Franc. Cur. Sen. conſi. 65. ſapienter optimus, col. 4.

48 *De eadẽ re.* ¶ Alter Poeta, ſed Græcus, Euripides, in Danae, apud Stob. Serm. 71.

Ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
Μέλουσι, λόγχῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι.
Εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
Ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

*Sic enim dici ſolet, mulieribus artes*
*Curæ eſſe, uiros autem iaculandi peritiores.*
*Nam ſi dolis victoriam nanciſci liceret,*
*Nos ſanè viris imperaremus.*

Et in Andromache:

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ.

*Multas inuenire queas fraudes, mulier enim es.*

Idem in Hippolyto ita facit loquentem mulierem quampiam.

Εἰτ'

Ε'ιτ' ἀράγ' ὀψέγ' ἄνδρες ἐυξεύροιεν ἄν,
Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.
*Profectò vtiq; viri serò inuenirent,*
*Niſi mulieres fraudes inueniremus.*
Et in Iphigenia in Tauris:
Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας,
*Ingenioſæ enim mulieres ad inueniendum fraudes.*
Alter Poeta Græcus Ariſtophanes, in Comœdia, cui ti-
tulus eſt, ἐκκλησιάζουσαι, ideſt, Concionantes, de ipſis fę
minis loquens:
Αὐταὶ γὰρ εἰσιν ἐξαπατᾶν εἰθισμέναι.
*Ipſæ enim ſunt decipere conſuetæ.*
¶ Aeſchynes Socraticus, Poeta Satyricus, Ionicas o-
49 mnes fœminas uocabat κερδαλέας, ideſt, vulpinas, ſiue
fraudulentas, vt vulpes. Codrus & Orator, & Poeta La
tinus inter recentiores feſtiuisſimus, hoc nobis Epigrã-
ma reliquit:
*Sydera non tot habet cœlum, nec flumina piſces,*
*Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos.*
Et alter eiuſdem temporis Poeta, Fauſt. in diſtichis:
*Cuncta ſub Aſtrigero regnantia crimina cœlo*
*Nutrit in æternos fœmina nata dolos.*
Ex rerum autem naturæ ſcriptoribus, Auicenna in ipſo
ſtatim ingreſſu libri noni de animalibus, ca. 1. & ex eius
authoritate Albertus Magnus, lib. eiuſdem titu. 8. c. 1. re
ſcripſerunt fœminas eſſe fraudulentas, fraudiſq; capaces
magis, quàm maſculos. Salomon autem Prouerb. 5. Ne
intenderis (ait) fallaciæ mulieris.
50 *Mulier ib non fidendum.* ¶ Propterea non abs re ſcribit Heſiodus in eo opere,
cui eſt titulus: Opera & dies:
Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι.
Ideſt:
*Qui mulieri confidit, confidit & is deceptoribus.*
Ideo & Euripides in Supplicibus:
—Πιστεύειν δὲ χρὴ
Γυναικὶ μηδεὶς, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.
*—Credere autem debet.*
*Mulieri nunquam, quiſquis bene ſapit mortalium.*
Alibi .n. ipſe Heſiodus ſcribit, Frondibus hærere, qui cõ
fidit mulieri. Tibullus quoque Elegiacorum Poetarum
facile princeps:
*At crudele genus, nec fidum fœmina nomen.*
Hinc Græcus eſt Menandri verſiculus:
Ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεσ ἰδεῖν.
Ideſt:
*In fœminis fidem videre non eſt.*
Et alter eiuſdem:
Ἔργον γυναικὸς ἐκ λόγου πίστιν λαβεῖν.
*Difficile, mulieris ex ſermone fidem accipere.*
Sed & ille:
Γυναικὶ μὴ πίστευε τὸν σ' αὐτοῦ βίον.
*Mulieri ne crede tui ipſius vitam.*
Cui accedit illud Eccl. 33. Mulieri ne des poteſtatem ſu
per te in vita tua.
Alius quoq; ipſius Menandri:
Ὡς ἔστ' ἄπιστος ἡ γυναικεία φύσις.
Ideſt:
*Quàm eſt infida muliebris natura?*
Ille autem apud Diogenianum:
Γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθάνῃ.
*Ne fidem habeas, nec emorienti fœminæ.*
Et Pylades apud Euripidem in Oreſte:
Σίγα νῦν, ὡς γυναιξὶ πιστεύω βραχύ.
Ideſt, ad verbum:
*Tace modo, nam mulieribus fide parum.*
Et idem autor in Iphigenia in Tauris:
Ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος.
*Videte, vt perfidum muliebre genus.*
Ioſephus item libro antiquitatum 17. c. vlt. refert, Alexã
*Prouerbiũ* drum Herodis filium iam defunctum Glaphyræ uxoris
ſuæ in ſomnis apparuiſſe, illiq; huiuſmodi prouerbium
obieciſſe, Fidem mulieribus non habẽdam. Sed & apud
Saxonem cognomento Grammaticum lib. 7. hiſtoriæ
Danicæ, Signe fœmina dubitat, an vllus ſit apud fœmi-
nam fidei locus. Ait enim:
*Nullum puto votum futurum certius,*
*Si quid fœminea vox fidei gerit.*
¶ Itaque neſcio, an verum dixerit Accurſius in l. vbi. 51 *Dolus, an in mulieribus præſumatur, & quomodo.*
ff. de eden. quòd dolus non præſumitur, ac ne lata quidẽ
culpa in muliere, quam glo. tamen ſequuntur omnes Do
cto. ibi. & Bal. in l. vlt. in prin. in 3. q. C. de iure delibe. &
in l. precibus, colum. 5. verſi. quid ergo ſi petijt. C. de im
pub. & alijs ſubſt. vbi per eam dicit, quòd in muliere nõ
præſumitur dolus, ſed potius bona fides: quia naturalis
ratio, & ſexus imbecillitas hanc opinionem, ſiue conie-
cturam inducit, & idem Bal. in l. quicũque, colum. 4. uer
ſicu. & in ſumma. C. de ſeru. fug. vbi per eam dicit, quòd
ſi ſtatutum punit dolum præſumptum, mitius agitur cũ
fœmina. Dicit tamen, quòd ſi ſtatutum punit abuſionẽ,
punitur ſicut maſculus: quia in fœmina ſemper eſt abu-
ſio maior. Et rurſus idem Bal. in l. omnia. §. item ſolent.
ff. de off. præf. vrb. in 1. lect. & in c. cum contingat, in 9.
membro, extra de iureiur. & Franc. Are. in l. quod uxor,
circa medium. ff. de acquir. poſſ. Phil. Dec. conſi. 203. ut
uera reſolutio, colum. 2. Cui concinit, & quod idẽ dicit
Bald. in rubr. C. de rerum permu. ſimplicitatem præſu-
mi in muliere, & in l. cum allegas, colum. 2. uerſi. ſed hic
dubitatur. C. de uſur. quòd in mulieribus non præſumi-
tur fraudis conſilium, per glo. ibi, quæ illud dicit de igno
rantibus ius. Ex quo potes intelligere, hoc tantum proce
dere, cum quæritur, an quicquam ſit factum in fraudem
legum. Nam cum mulier leges ignoret, non poteſt vide-
ri feciſſe in fraudem earum, niſi alia ſuadeant. In cæteris
verò crediderim plus fraudis, doliue ineſſe mulieribus,
quàm maſculis, vt ex ijs conſtat, quæ diximus. Et huic
noſtræ ſententiæ ſuccinit Statius, qui dolos fęmineos pe
culiari epitheto appellat li. 1. Achilleidos:
*Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum*
*Fœmineis, Nerei, dolis?—*
¶ Nec minus perſpicuum eſt, quod de mendacio, & 52 *Mulieres mendaces*
periurio diximus. Ariſtoteles teſtis eſt, & eius ſimia Aui
cenna, uterq; li. 6. animalium, c. 1. & Albertus lib. 8. de a-
nimalibus, c. item 1. mulieres ſuapte natura eſſe menda-
ces, multo magis, quàm viros. Et hoc quoque e noſtris
affirmat Barb. in d. conſ. 54. colum. 11. verſi. capio nunc
non mulierem, lib. 1. dicitque ex hoc, quòd id quod dici
mus, ſtandum eſſe dicto boni viri, vt voluit gl. in l. Titio
fundus. ff. de cond. & demonſ. & alia quæ allegat, intelli-
gendum eſt, certè in viris, non etiam in fœminis. Qui-
bus etiam concinit, quod ſcribit Ouid. lib. Eleg. 2. inui-
tans amicam, ut ad rura ſua ueniat:
*Verba puellarum folijs leuiora caducis,*
*Irritaq;, vt viſum eſt, ventus, & aura ferunt.*
Ideo Euripid. in Hippolyto:
Θησεῦ παραινῶ δὲ τὸ λῶστον φρονεῖν
Γυναικὶ πείθου μηδὲ τ' ἀληθῆ κλύων.
Ideſt, ex uerſione Conradi Geſneri:
*Conſilium tibi, Theſeis, optimum do,*
*Mulieri ne credas, quamuis vera audiens.*
Et Menander:
Οὐ πάνυ εἴωθ' ἀληθὲς οὐδὲ ἓν λέγειν γυνή.
*Non admodum ſolet quicquam veri dicere mulier.*
¶ Quam rem quoque comprobat Ægyptiaca fabula. 53 *De eadẽ re.*
Mulier quæpiam cum filio iuxta Nili ripam ambulabat:
ei crocodilus filium abſtulit, redditurum ſe dicens ſi ue-
rum mulier diceret (ſunt enim ferme mulieres uanidi-
cæ, & mendaciloquæ) tum illa negauit fore, ut uerum di
ceret: atque ob id æquum aiebat reddi, cum uera dixiſ-
ſet. Authores Lucianus in Dialogo, cui titulum fecit, vi
tarum venditiones, & Doxapater Aphthonij Græcus
enar-



enarrator. Idque nonnihil attigit Quinti. li. 1. c. 15. cum
de crocodilide loquitur. Anton. Codrus Vrſeus, quẽ nu
per citauimus, in eo ſermone, quem de mendaci homi-
num vita lepidisſime, ut cætera conſcripſit, ut mulieres
etiam ruſticas mendaces eſſe comprobaret, hiſtoriã nar
rat ſane tam ridiculam, vt vel Heraclitum ridere cõpel-
lat. Eam ſi quis ſcire cupiat, locum habet iam notum.
54 *Mulieres iuriſiurandi contemptrices.* ¶ De periurio autem ſatis conſtat ex eo, quod Scele-
drus Plautinus, cum Philocomaſium mulier, quod iura
uerat, facere recuſaſſet (ait) muliebri feciſti fide. Et apud
eundem Amphitryo:
*Mulier es, audacter iuras.*
Et quod ſcribit Proper. lib. 2.
*Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas:*
*Quicquid iurarunt, ventus, & vnda rapit.*
In hanc ſententiam Græcorum eſt Senarius:
Τὸν γὰρ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω.
Ideſt:
*Mulieris iuſiurandum in vino ſcribo.*
Quem ita quoq; extulit Xenarchus in Pentathlo, apud
Athenæum lib. 10.
Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω.
Antiqui .n. res prorſus irritas, futiles, euanidas in uino, &
aqua ſcriptas, ſcribendaſve dicebant: quod plane inſi-
nuat ille Senarius:
Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
Ideſt;
*Hominum improborum inſcribe iuramentum aquæ.*
Et illud Catulli:
*—Mulier cupido quod dicit amanti,*
*In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.*
Huius autem moris, natura inſiti fęminis, plane cõſcia le
na Ouid. ita puellam monet, lib. 1. Amorum, eleg. 8.
*Nec ſi quem fallas, tu periurare timeto.*
Idem Naſ. li. 3. eiuſdem operis:
*Scilicet æterni falſum iurare puellis*
*Dij quoq; concedunt.—*
*Prouerbiũ* Eſt apud Græcos prouerbialis uerſus, quo ſignificatur
nihil eſſe ſtultius mulierum iuramento:
Γυναικὸς ὀμνυούσης, γελᾷ οὐρανός.
Ideſt:
*Muliere iurante, ridet cœlum*
¶ Nec id muliebre vitium latuit Imperatorem no-
55 *Mulierib. iuſiurãdũ non eſſe exigendum* ſtrum, in auth. de nup. §. quæ verò nunc ſequitur, vbi di
cit, ꝙ in mulieribus omnino periurium ſit promptum.
Ideoque illic Iuliam Miſcellam legem abrogat, quæ a
mulieribus quoddam iuramentum in eo caſu exigebat.
Sed & in eandem rem eſt tex. in auth. vt ſine prohi. mat.
§. quia verò multam. vbi, quoniam compertam habebat
Imperator, mulieres penè toties peierare, quoties iureiu
rando quicquam aſſerunt, aut pollicentur, vt periurij tol
latur occaſio, aliam quandam ueterem conſtitutionẽ ab
rogat, quæ & a mulieribus quoque iuſiurandũ exigebat.
Idq; optimo iure: quia cum eſt ueriſimilis præſumptio,
aliquem peieraturum, nunquam eſt ei deferendum iura-
mentum etiam oneris, vt eſt tex. no. in c. clericos, ext. de
cohab. cle. ſecundum Pan. in c. quæſtioni, & ibi etiã Phi
lip. Franc. in fi. ext. de appel.
56 *Mulieres in plerisq; caſibus nõ ſunt teſtes idonea.* ¶ Itaq; cum mulieres ſint eiuſmodi, nullaq; res ma-
gis repugnet fidei, quàm mendacium, dolus, periurium,
& cætera id genus: ideo noſtri iuriſconſulti (ſiue iura Cę
ſarea reſpicias, ſiue Pontificia) non ſatis confiſi de mu-
lierum fide, minus eis credi uoluerunt, quàm maribus.
Nam quamuis iſtis ſemper credatur, & quidem plene,
niſi aliud ſit quippiam, quod eorum fidem, aut minuat,
aut etiam tollat: fœminis tamen plerunque omnino non
creditur, ob id duntaxat, quòd ſint fœminæ. Id quod vi-
*Vt in teſtamento.* dere licet ex eo primum, quòd in teſtamento nõ admit
tuntur in teſtes. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. &
Inſtitu. eod. titu. §. teſtes, vbi Accurſius dicit, huiuſce rei
rationem depromi ex l. vlt. C. de fideicom. Nempe prõ-
pter ſuſpicionem falſitatis, quaſi minus ſit fidei in fœmi
na, quàm in viro: vt etiam annotat ex ea glo. Card. Ale-
xand. in cap. 1. §. & quia, colum. 11. verſicu. & pro hoc
facit, titu. de his qui feu. dare poſſ. Et ut ſcribit Antiphõ
apud Stobæum, Ser. 25.
Ὁ δ' ἰδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ, μαίνεται.
Τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί.
Ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις, αὐτὸς εὐθέως
Ὁ δοὺς τὸν ὅρκον, ἐγένετ' ἐμβρόντητος,
Οἴμαι δικαίως, ὅτι πεπίστηκέ τινι.
*Qui exigit iuſiurandum a ſcelerato, inſanit.*
*E diuerſo enim nunc faciunt Dij:*
*Nam ſi peierauerit quis, ipſe confeſtim*
*Qui exigit iuſiurandum, fit attonitus.*
*Nimirum iuſte, quoniam credidit peruerſo.*
¶ Idque etiam obtinet de iure canonico, vt late per 57 *Etiam de iure canonico.*
Alex. conſi. 70. viſo conſilio, colum. 5. verſi. uenio ad il-
lud, li. 2. & iterum conſi. 84. uiſo themate, colum. 2. eo. li
bro 2. & quos mox ſubijciemus. Nam ſunt plurimi, qui
dicunt id procedere etiam in legatis ad pias cauſas, & in
his Specul. titu. de teſtam. §. 1. uerſic. item quòd eſt mu- *At non in legatis quidẽ ad pias cauſas.*
lier, iuncto uerſi. ſeq. & Collect. in c. cum eſſes, de teſta.
Fede. Senen. conſi. 217. factum eſt tale, quidam nomine
P. in fi. & Ro. qui unum hunc citat, in rep. auth. ſimiliter
in 16. ſpeciali ultimarum uoluntatum. C. ad legem falci.
per tex. in c. relatum, ibi, teſtibus legitimis, extra de teſt.
& alijs quibuſdam rationibus. Bened. Cap. conſi. 75. pũ-
ctus, Iacobus, colum. 5. uerſi. ad idem, lib. 3. Barb. in d. c.
relatum, & conſi. 58. clementisſimi, colum. antepe. libro
1. & conſi. 38. difficile eſt, colum. 8. lib. 3. & Soc. qui ta-
men dubitat, conſi. 92. in cauſa Domini Antonij, colum.
2. verſi. quinimo diſputatur, lib. 3. Quam opi. confirmat,
quod tradit Bal. conſi. 264. ad euidentiam, in fi. li. 5. ꝙ li
cèt in teſtamentis ſufficiant duo teſtes, debent tamẽ eſſe
omni exceptione maiores, ac ne leui quidem macula a-
ſperſi. At mulieres non eſſe huiuſmodi, tenent nonnulli,
quos videbis infra nu. 73. incip. non temere.
¶ Sunt tamen & alij, qui contrarium tenuerunt, ſcili- 58 *Qui cõtrariũ tenent*
cet mulieres eſſe teſtes idoneas in hiſce teſtamentis ad
pias cauſas, & ij quidem maiore numero, ne authoritate
dicam, videlicet Bal. in l. 1. ante fi. in lect. & iterum in re
pe. colum. 14. uerſic. oſtenſo de principalibus perſonis.
C. de ſacroſ. eccle. & conſi. 196. licet regulariter, libr. 5.
& conſi. 230. teſtamentum, eo. li. 5. ubi tamen dicit, id eſ
ſe dubium. Ang. conſi. 233. in cauſa prædicta, colum. 1.
Petr. Anch. in d. c. cum eſſes. in 4. no. & ibi etiam Pan. co
lum. 1. & iterum ult. de teſta. idem Pan. in d. c. relatũ, co-
lum. 1. ext. eod. titu. Pet. Belluga in Specu. principũ, rub.
17. uerſi. uideamus, colum. pen. ubi tamen not. Pau. Caſ.
conſi. 327. dubium facit, lib. 1. & conſi. 456. uiſis, & exa-
minatis, eo. lib. 1. Alex. conſ. 177. viſo themate, colum.
2. uerſi. & licet dominus, lib. 2. & conſi. 150. viſo ac dili
genter, colum. 4. uerſi. ſecundò reſpondeo, lib. 4. & con-
ſi. 102. ſuper primo, colum. 2. verſi. circa ſecundum, lib.
7. Corne. conſi. 261. in hac conſultatione, colum. 1. li. 1.
& conſi. 268. in præſenti, colum. 3. lib. 3. & conſil. 215.
uidetur prima facie, colum. 3. uerſi. nec obſtat ſi dicatur,
eo. lib. 2. & Soc. ſi is eſt, ſibi contrarius, in tract. fallentia
rum, reg. 330. in 49. priuil. Lanfran. Oria. in rep. cap. quo
niam contra falſam, in uerbo, teſtes, uerſi. & primo quæ
ritur, ibi, inter liberos, & ibi quoque Fel. & Phil. Dec. ex
tra, de prob. Calc. conſi. 13. pro parte negatiua, colum.
3. uer. undecimò quia mulier. Iaſ. in l. hac conſultisſima,
in prin. colum. ult. C. de teſtam. Fel. in c. quoniam, quod
eſt 3. colum. 3. uerſ. quid autem in teſtamento. & ibi etiã
Philip. Dec. colum. 2. uerſi. retenta communi, de teſtib.
& idem Philip. Dec. in d. l. fœminæ, char. 4: in paruis, ver
ſicu. ſimiliter. ff. de reg. iu.
¶ Illud autem inter omnes conuenit, mulieres ipſas 59
eſſe teſtes idoneas in teſtamentis inter liberos, ut placuiſ

ſe video glo.in §.& quod ſæpe,in auth.de trien.& ſemi.& in l.vlt.C.fam.erc.& in auth.quod ſine.& ibi Bal. qui eius rei rationem reddit.C.de teſtam.& Bar.& alij in d.l.hac conſultisſima.§.ex imperfecto.C. de teſta.Imo.in d.l.qui teſtamento.§.mulier.ff.eo.ti.& in d.c.cum eſſes, col.6.ver.extra gl.quærit,ext.eo.ti.Fran.Are.& Fely.qui alios concordantes affert in d.c.quoniam,quod eſt 3.extra de teſtib. vt ibi videre poteris,;ne fruſtra tempus teram in re non controuerſa.

60 *Qui cōtra riū tenēt.*

¶Sed nec in codicillis,nedum in teſtamentis,mulier eſt teſtis idonea,ſi credere volumus Phil.Dec.id ipſum audenter, atq; intrepide tenenti, contra omnes vbique Scrib.in d.l.fœminæ,char.4.verſ.decimoquarto.ff.de regu.iu.atq; iterum in d.c.quoniam,colū. 2.verſ.tertiò reſtringitur,de teſtib.aduerſantibus ( quod iam diximus) omnibus ſcribentibus,vt videre licet ex gl.& omnibꝰ in d.l qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſt.& in d.l.ult.C. de codicil.& Bal.conſi.8.licet mulieres, li.5.

61 *An in criminalibus de iure canonico.*

¶Neque in criminalibus,de iure canonico,per c.forus.& ibi expreſſe gl.& Pan.de verb.ſig.& in c.mulierē 33.q.6.ubi eſt glo.not.quòd teſtimonium mulieris,& infamis in criminalibus comparantur.& gloſſ. in c. ex eo. 15.q 3.& glo.Doct.in d.c.quoniam,de teſtib.glo.in ca.tam literis,in uerbo,fœmina,eod.ti.Hoſt. in ſumma,de teſtib.§.quis teſtis eſſe posſit.Specu.ti.de procur.§.i.verſicu.7.in criminali teſtificatione.Alb.in d.l.qui teſtamēto.§.mulier.colum.1.ff.de teſtamē.Flor.in l.ex eo. ff.de teſti.Ioan.Plat.& Ang.Are.in §.teſtes autem,Inſt.de teſtam.Alex.conſi.64.viſo themate,poſt prin.lib.1. quod errore impreſſorum iterum repetitur in conſi. 176. lib. 2.& idem Alexan.conſi.24.animaduerſis his,col. 1.uer. 4.quia non videtur,lib.2.& alijs locis, de quibus eū paulo infra citabimus. Et hoc quidem ſemper indubitatum fuit,& nemo aduerſatus eſt,ante Phil.Dec.qui in d.l.fœminæ,colum.5.uer.16.& in d.c.quoniam,colum. vlt.de teſti ſentit contrarium,videlicet quòd etiam de iure canonico mulier ſit in cauſis criminalibus teſtis idonea. Quibus autem rationibus ad id æſtimandum trahatur,illic omnibus videre licet.

62 *Quid de iure ciuili*

¶Sed neque etiam de iure ciuili, ſecundum aliorum opin.admittitur in cauſa capitali propter magnitudinem præiudicij,vt dicebat Iac.Are.in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſtam.quem refert Ioan.And.in addi. Spe.tit. de teſt.§.1.uerſi.item quod mulier.& Alb.Gand.qui illum ſequitur in tract.malefi.titu.de furibus,col.4. uerſi. pone quæſtionem de facto.& Oldr.conſi.145.quæritur ſi teſtes.& Ioan.Fab.in d.§.teſtes,de teſtam. & Alexan. conſi.11.circa primum dubium,colum.pen.uer.reſpondi ſupra,lib.1.& conſi.99.in cauſa inquiſitionis,colum. pen.verſi.ſecundus teſtis,eo.lib.1.& Cæpo.conſi. cauſarum criminalium 32.quidam ruſtici.colum.3. & Hipp. Marſ.in repe.l.ult.C.de prob.char.8.& conſi.18.protector,colum.8.uerſi.unum tamen dico.& conſi.22.gratia domini,colum.4.& conſi.59.diuino præſidio, colū. 2.verſicu.ex iſtis ergo:eod.lib.1.& conſi.101. illumina quæſo,colum.1.& conſi.130.conditor orbis, colum.6. uerſi.item etiam ultra præmiſſa.Cui tamen opi. tota Legiſtarum cohors reclamat in d.§.mulier.atque etiam Cano.ut uidere licet ex Pan.Fran.Aret.& Fely.in d.c.quoniam,de teſtibus.

63

¶Quare autem aliud ſit in teſtamētis, & aliud in cauſis criminalibus,ſi quis ſcire deſiderat,uideat Ægid. Bellam.in c.dilecti,colum.8.uerſi.tertiò quæritur,ext.de arbit.Sed id tamen,ut illud vnum non omittam, quod forte non ſine magna ratione ſcribit Matth.affli.in c.1.colum.ult.num.36.tit.qui teſtes ſint neceſſ.quòd licet mulier non posſit eſſe teſtis in cauſa criminali:tamen honeſtæ matronæ, & bonæ famæ teſtimonium in huiuſmodi cauſa prefertur teſtimonio maſculi malæ famæ. Idque dicit voluiſſe Bartol.in l.in multis. ff. de ſtatu homi. ubi tamen nihil tale comperi.Fely.& Philip.Dec.in d.c.quoniam,de teſtibus.

64 *An in cauſis matrimonialib.*

¶Ex eo autem,ꝙ mulier haud dubie in foro eccleſiaſtico repellitur a teſtimonio in cauſis criminalib. poſſet videri,eam quoque repelli debere in cauſis matrimonialibus,quæ criminalibus æquiparantur,ut no.in c.mulieri,extra de iureiu.Et uoluit Alexan.conſi. 143.quoniam abunde, circa medium,lib.2.& Mar.Soc.Sen.conſi. 17. ſupra dicta,ſæpe in eo.conſi.& Phil.Dec. conſi. 133.uiſo proceſſu,colum.2.uer.ita etiam dicendum. Nam, & hæ cauſæ matrimoniales graues,& arduæ ſunt, ut nota. Specu.ti.de reſcrip.præſen.§.ratione formæ,col. 10.verſicu.nunc igitur ad inſtructionem,& Bal.conſi.122.qui unus teſtis,lib.2.& Pan.poſt alios in c.ſi pro debilitate, in ult.no.& ibi Phil.Dec.qui concor.adfert,ext. de offi.deleg.& idem Dec.conſi.133.uiſo proceſſu,colum.i.in fi.& conſi.163.in cauſa matrimoniali,colum.5. verſic octauò opponitur,& conſi.310.uiſis, colum.1.Ideoque non eſt locus delationi iuramenti ad ſupplementū probationis,vt uoluerunt glo.Hoſt.Ioan.And.Imo.& Pan. in d.c.mulieri, de iureiu.Bal.in l.in bonæfidei,col.2. uerſi.item in cauſis criminalibus.C.de iureiu.Anto.in c.viti.ext.eodem ti.Pau.Caſt.& Alex.in l.3.in princ.ff.eodē quoque tit.idem Alexā.d.conſi. 143. quoniam abunde, colum.2.uerſi.ſecundò non eſt,lib.2.ubi ex hoc infert, eaſdem probationes in huiuſmodi cauſa matrimoniali requiri,quas & in cauſa criminali. Verum, ne heſites, tex.eſt in contrarium apertisſimus,ſcilicet teſtimonium muliebre in hiſce cauſis matrimonialibus admitti,in ca. ſuper eo.vbi id not.Hoſt.in uerbo,teſtimonium,& Pan. in 3.not.de teſtibus,& uoluit etiam Henric. Boh. in ca. quoniam,colum.1.eod.ti.Phil. Dec.d.conſi.163.col.penul.uerſi.decimoſextò obſtare uidetur,& conſi. 342.in cauſa partus,colum.1.& Maria.Soc.Iun.conſi.29.circa prædicta,colum.2.uerſi.ſecundò opponitur,libro 2.ubi eam dicit eſſe communem opinionem, & eam quotidie ſeruari,& conſi.31.themate prædicto, colum.5.uerſ. his tamen non obſtantibus,eo.li. 2. Et uide quæ dicam inf. nu.74.inci.ex quo et illud.

65 *An in cauſis feudalibus.*

¶Neque item in cauſa feudali mulier eſt teſtis idonea.Tex.eſt in c.1.in fi.et ibi Iac.Bel.And.Iſer.Bald.Alua.Marti Laud.et Card.Alex.et Matth.Afflict.colum.j. num.1.titu.qui teſtes ſunt neceſſ.ad prob.inue. et uoluit etiam Rom.in repet.l.admonendi,colum.41. quæ eſt in pen.char.uerſi.et ex hoc infero.ff.de iureiu.ubi illum facit ſing.et Io.Bap.Caccialup.in repet.c.1.in 2.concordātia,ut ipſe appellat,iuris ciuilis,et feudalis,ti.de feu.cog. et Iaſ.in d.l.hac conſultisſima,in prin.colum.2.C.de te. et in l.ſi quis agere,ad fi.C.de codicil.Bene. qui illū tex. dicit ſing.in repet.c.Raynutius,in uerbo, duas habens filias,nume.3.et Phil Dec.in d.l.fœminæ,colum.6. uerſi. 17.et in d.c.quoniam,colum.ult.uerſi. tertiò limitatur, de teſtib.et Hipp.Marſ.ſing.611.adduxi tibi. et Matthæ. Affl.in c.1.col.2.uerſ.quæ tamen reg.ti.de conten. inter dom.et uaſal.de inue.feud.

66 *An ad probandū tenorem inſtrumenti Teſtes probantes tenorem inſtrumenti, debēt eſſe periti.*

¶Sed nec admittitur fœmina ad probandum tenorē inſtrumenti deperditi,ex ſententia Bart.in l.1. ff.ſi cert. pet.Cui tamen non accedit Fran.Rip.ibi.colum.14.nu. 82.Modo(inquit)ea ſit perita,per tex.in l.ex eo.ff. de teſtibus,atque ex his,quæ ſcribit Iaſ.in d.l.1.ff. de legib.et Dec.in d.l fœminæ.Illud autem receptum eſt, nec uiros quidem probare tenorem inſtrumenti,niſi ſi periti ſint, et literati,per tex.in c.cum olim, el.1.et ibi Ant. col.i.et Pan.in gl.vlt.de priuil.Cy.in auth.ſi quis in aliquo. quā legit cum l.procurator.in 4.q.et ibi Bar.colum.2. Albe. colum.4.et Ang.col.ult.C. de edendo, cum alijs multis concordantijs a me late congeſtis in noſtris retractibus ti.2.§.1.glo.7.in verbo,*ſeront preferez*,nu.5.nec tamen omiſerim,et ſequenti. Ideo ſi qua mulier adeo docta eſſet,et perita in hiſce rebus, ut certo poſſet teſtari de tenore,



nore,& ſolennitate inſtrumenti: nibil video quod eam impediret, niſi vt ei minor fides adhibeatur, vt ſtatim dicemus.

67 *An in ſcriptura priuata.*

¶Neque etiam admittitur fœmina in ſcriptura priuata,vt no.dicit Bal.in l.ſcripturas,colum.2.verſi.nota optimum,per tex.ibi,in verbo,virorum.C.qui potio. hab. quod dictum pro ſing.commendat,& ſequitur Franciſ. Crem.notabili 144.quamquam mulier. & Soc.ſi is eſt, in tract.fall.reg.429.teſtis mulier,in prin. & ſimpliciter allegat Iaſ.in l.ſi quis id quod,colum.4.verſi. decimò limito.ff. de iuriſd.omnium iud.& Franc.Cur.Sen.qui id dicit ſing.in repet.l.ſi quis maior,colum. 2. nu.9.C.de tranſ.& Phil.Dec.in c.quoniam contra,col.5.& in 8.nota.ext.de prob.ubi & per hoc dicit no. quòd in cauſa illius c.non eſſent mulieres idoneæ.& Fel.in c.ita quorundam,col. 1.ext.de iudeis.& late tradit idem Fely. in d. c. quoniam,uerſi.fallit tertiò, de teſtibus vbi tamen dicit, poſſe ſuper hoc dubitari, quia nulla eſt huius rei rō ſpecialis, niſi quòd a communiter accidentibus ſolent potius interuenire maſculi,quàm fœminæ.& alibi clanculum reprobat idem Fel.in c.licet vniuerſis,poſt prin.eodem titu.de teſti.& in c.ſcripta,colum.1.verſi. ſecunda declaratio,ext.de fid.inſtr.& etiam Iaſ.in d.l.hac cōſultisſima,in prin.colum.2.ad fin.C. de teſtam. & in d. l.ſi quis agere,in fi.C.de codicil.& in repet.d.l.admonendi colum.44.verſi.item adde inquantum.ff. de iureiurand. & in l.1.colum.3.verſi.ſecundò fallit.ff.de legib.& Bernard.Land.in addit.Bar.conſi.10.uiſo ſtatuto,in fin. & Barb.in Clem.1.char.9.in paruis,uer.ſed quid ſi lex,de elect.& Phil.Dec.in c.2.colum.20.uerſi.tertiò quòd ſit officium,de iud.dum primum allegat Bal.ubi ſupra, & poſtea reſpondet.Et palam reprobat Alexan.in addi.ad Bar.in d.l.ſcripturas,in prin.& in l.1.ff.de uerb.ſignific. Franciſ.Purpu.in l.1.colum.13.uerſi.tertiò declaretis.ff. ſi cer.pe.Tamen Catellianus, vir doctus ſimul & diſertus,in memor.incip.mulier,regulariter poteſt eſſe teſtis, dicit,ſubdubius tamen,huius dicti Bald.hanc eſſe rationem,quòd cum in his ſcripturis priuatis deſint aliæ ſolēnitates,quæ in publicis ſolent facere fidem, ideo in hoc caſu lex magis confidit de maſculis, quàm de fœminis, iuxta tex.in d.c.forus. Sed & hoc dictum Bal.palàm atque aperte comprobat Dec.in d.l.fœminæ,col.5. uerſi. 15.& iterum col.12.uerſi.& idem ſi dicatur de uiris. ff. de reg.iu.& in d.c.ſcripta,col.2.verſi.& notandum eſt, de fi.inſtr.ubi dicit hanc partem communiter approbari.& in d.c.quoniam,col.2.uerſi.ſecunda concluſio, de teſti.& Hipp.Marſ.d.ſingu. 611. Sed hic omnino uide, quæ dicam ſtatim,nu.ab hinc.2.

68 *An in denunciationibus,quæ fiūt ſuſpectis de adulterio uxoris.*

¶Ego & alium caſum poſſum addere, a nemine tamen,quantum memoria ſuggerit,annotatum, ex §.his quoque etiam,in auth.vt liceat matri,& auiæ,ibi,conteſtationes ei ex ſcripto tres deſtinauerit,habētes teſtimonia trium uirorum fide dignorum. Et ne quis cauſetur hunc locum male fuiſſe traductum.Verba Conſtitutionis Græcæ hæc ſunt: *ἐχούσας μαρτυρίας ἀνδρῶν ἀξιοπίστων.* nam dictio,*ἀνήρ*,cuius genitiuus pluralis *ἀνδρῶν*,eſt quo ea Conſtitutio vtitur,ad ſexum refertur,& marem ſignificat, vt intelligas ea appellatione fœminam non contineri.Idque etiam fit,vt credo,ſi verum eſt, propter maximum in eo caſu præiudicium, cum de morte alterius agitur. Nam ſenſus illius Conſtitutionis is eſt:Quòd ſi quis ſuſpicetur aliquem velle caſtitati uxoris ſuæ illudere,& tres illi denunciationes ex ſcripto deſtinauerit, habentes teſtimonia uirorum fide dignorum,ipſumq; poſtea deprehendat cum uxore in ſuis ædibus, vel ipſius uxoris,vel adulteri,vel in popinis,uel in ſuburbanis habere commercium,poteſt illum proprijs manibus interimere,nullum inde periculum formidaturus. In quo illud animaduertendum eſt,in noſtris vulgatis tranſlationibus nuncupatim mentionem fieri trium uirorum fide dignorum,quamuis græca conſtitutio ſimpliciter dicat, virorum fide dignorum, tamquam duo in id ſufficerēt.Quiſquis autem fuit qui authen. illas in noſtro Cod. ex illis conſtitutionibus aſſuit, ſcripſit trium teſtiū fide dignorum nulla uirorum mentione facta, in authent. ſi quis ei. C. de adulter. quod hic obiter admonere lectores voluimus.

69 *De ueritate duorū precedentiū caſuū.*

¶Sed hic parumper attende,Lector: nam videtur in his poſtremis duobus caſibus non ſatis probari fœminam eſſe reijciendam, ex illis tex. loquentibus nuncupatim de virorum teſtimonio,per tex.in d.c.licet vniuerſis,extra de teſtibus, quo cauetur, ne in qualibet cauſa minus,quàm duorum, vel trium virorum teſtimonium admittatur,iuxta illud Dominicum:In ore duorum,vel trium ſtat omne verbum. Vides enim ibi ad probādum id,quod prius dixerat de teſtimonio duorum, vel trium virorum,adductam illam Chriſti authoritatem, In ore, etc.quæ et de fœminis quoque intelligitur. Quod ſentiens Bal.ibi.Et licet (inquit)dicat,quòd debēt eſſe uiri, vir tamen concipit mulierem:licet videatur uocabulum præciſe ſignificationis.l.qui teſtamento. §. mulier.ff. de teſtam.et l.tres fratres.ff.de pact.et l.Lucius.§. quæſitū. ff.de legat.3. id quod poſt eum repetit Fely. in eodem c. licet vniuerſis.et Phil.Dec.in d.cap.quoniam, colum.ulti.uerſi.non obſtat.

70 *Mulieri teſti minus creditur,quàm uiro.*

¶Illud autem minime dubium eſt, in quibus caſibus admittitur mulier ad teſtimonium, minus tamen fidei ei adhiberi,quàm uiro:huiusque teſtimonium illius dicto præponderare,ut optime probat tex.ſi ſolerter inſpiciatur,in l.quæſtionibus.ff.ad legem Iul.maie. et expreſſe voluit Specu.titu.de teſte.§.poſtquam,uerſi.porrò.et Iaco.Butr.in l.in bonæfidei.C.de iureiuran.Bald.et Sal. in l.ult.per illum tex.ff.de fid.inſtr.idem Bal.conſi.455 quis melius,in duobus locis,lib.5.Alb.et Fulgoſ.in l. 1. ff.de ſenat.et Pan.in d.c.forus,per illum textum,de verbo.ſig.& conſi.52.quidam in ægritudine,colum.1.uerſicu.item quòd fœmina,lib.1.Rom.in rub.de arb. colū. 8.uer.item præferuntur duo teſtes maſculi.Alex.conſi. 236.perſpectis atteſtationibus,colum.1.lib.6.Barb.conſi.64.illud in medium,colum.10.verſi.et ſi quiſpiam opponat,libro 3.Franc. Aret.Fel.et Phil.Dec.in d.c. quoniam omnes,ad fi.de teſti. Fel.in c.in noſtra, colum.pe. eod.titu.Lanfran.in repet. c. quoniam contra falſam,in materia teſtium,verſi.et primo quæritur, nunquid mulier,de prob.Franc.Cur.Senior in tractatu teſtium,conclu.18.Phil.Dec.in d.l.fœminæ,char.5.in 16.caſu,verſi.et generaliter in omnibus,et iterum colum.7.uerſicu. 26.ff.de uerb.ſig.Hippo.Marſ.d.ſingu.611.adduxi tibi, & conſi.2.altisſimum,colum.2.uerſi.pro quibus, lib.1. & conſi.65.in nomine matris,colum.6.num.45.eodem libro 1.& Anto.Corſe.in ſuis ſing.in uerbo,teſtis,ſing. incip.duo teſtes.Io.Lupus in rep.c.per ueſtras.§.43. circa medium.de don inter ui.& uxo.& Petr.Geral.a Petra,ſing.11.his caſibus,& Oldendor.lib.2. uariarum lectionum iuris,ti.de teſtibus.& Mar.Mant.conſ.69. quoniam in proceſſu,col.2.nu.7.

¶Sed id tamen intellige (neque enim id prætermittēdum ducimus) duobus modis:primò quidem,cæteris ꝑ omnia paribus,per ea,quæ diximus ſupra num.63.inci. quare autem aliud,& quæ dicam numero ſequē.Secūdò vt procedat,niſi mulieres ad fauorem, & innocentiā rei ſine cauſa accuſati, teſtimonium dicerent, viri contra pro accuſatione. Tunc enim magis ſtādum eſſet mulierum teſtimonijs,quàm virorum:vt nūcupatim voluerūt Belen.& Sebaſt.Sapia.vterq; in add.Pan.in d. ca.forus. de verborum ſignificatio.& Hippolyt.Marſil.in l. vnius facinoris.§.in ea cauſa,colum. 2. uerſicu. & facit, quod uoluit.ff.de quæſtio. & omnes per gloſſ.illam ſingul. in cap.clerici.81.diſt.cum alijs multis ſimilibus, adductis ab ipſo Hippol.

¶Ex

72 *Vir potius, quàm fœmina deferendum eſſe iuſiurandum in ſupplementum.*

¶ Ex illis autem, quæ ſupra diximus, illud fit, ut ſi à iudice deferendum ſit iuſiurandum alteri partium, ex l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eo. ti. cæteris paribus potius deferendum ſit maſculo, quàm fœminæ, vt nuncupatim, & conſulto ſcripſerunt Franc. Curt. Senior, & Ioan. Bap. Caccialup. ſcriptores laudatiſſimi, uterque in repet. l. admonendi. ille quidem non ſemel, uidelicet primum, colum. 3. iterumque char. pen. uerſi. ſexta concluſio. hic autem colum. antepen. verſi. quidam dicunt. Idque dicunt voluiſſe Iac. But. in d. l. in bonæ fidei. Nec abs re dictum eſt, cæteris paribus, quia ſi mulieri magis comperta eſſet rei controuerſæ ueritas, illi potius eſſet deferendum, per glo. in c. uidua, de regu. & expreſſim uoluit ipſe Cur. ubi ſupra, & nonnihil facit, quod diximus ſupra num. 63.

73 *Mulier an ſit teſtis omni exceptione maior.*

¶ Non temere igitur ex pluribus concludit Bart. Cæpolla, conſi. cauſarum criminalium 32. cuius id caput ē, quidam ruſtici, colum. 2. verſi. primò fuerunt examinatæ, quòd in quibus caſibus mulier ad teſtimoniū admittitur, non tamen eſt teſtis omni exceptione maior. Et ſequitur Phil. Dec. in d. l. fœminæ, ubi ſup. uerſicu. & caſu quo. vbi & in id citat Alexan. in duobus conſi. qui tamē id non dicit, ſed alia quædam a nobis ſupra adducta. Sequitur item Hippo. Marſi. conſi. 5. in cauſa Ioannis, col. 5. uerſicu. uenio modo, lib. 1. & Aymo Crauet. conſi. 99 Ioannes filius, colum. 2. num. 5. ſed & id nuncupatim voluit Alexan. alio, ab illis non citato, conſi. 70. viſo conſilio, colum. 9. uerſicu. bene facit alia, libr. 2. Vide tamen, quæ dicam in 2. ſeq. uerſi.

74 *Mulieri vnius teſtimonio an deferatur iuſiurandū in ſupplementū.*

¶ Ex quo & illud confeſtim conſequens videtur, non eſſe in caſu d. l. in bonæ fidei, & d. l. admonendi deferendum iuſiurandum ex teſtimonio unius mulieris. Neque enim id fieri debet, niſi teſtis ſit omni exceptione maior, ut no. ab omnibus prope in illis ipſis: & præterea a Bal. in rub. ti. de controuer. inue. poſt prin. Quamquam huius, quòd diximus de muliere, contrarium tenet Pan. in c. ex inſinuatione, colum. 2. uerſi. & quod dictū vnius teſtis, de procur. quem ſequitur Bapt. Caccial. qui id ſingu. dicit in rep. d. l. admonendi, colum. 62. uerſi. hic inferri poteſt quæſtio, & ibi quoque Fran. Ripa, nullam illorum mentionem faciens, num. 176. hoc argu. quòd duæ mulieres plenè probant matrimonium, c. ſuper eo. de teſti. Ergo ſequitur vnam facere ſemiplenam probationē, quam non faceret, niſi eſſet integra teſtis, maxime in cā matrimoniali, in qua teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, ut eſt tex. expreſſus c. 1. extra de conſang. & affi. vbi id notat Anto. in 8. no. & Pan. in 3. no. & Alex. d. conſi. 143. quoniam abundè, colum. 2. uerſic. propterea etiam, lib. 2. Barb. conſi. 45. ſcribitur, colum. 1. li. 1. & cō ſi. 54. illud adferam, colum. 3. verſ. tertiò præmitto, eod. lib. 1. Carol. Ruy. conſi. 150. gratiſſimum, colum. 5. nu. 11. & ſeq. lib. 5. Et Phil. Deci. conſi. 163. in cauſa matrimoniali, colum. 5. verſi. octauò opponitur. Ex quo aperte conficitur, mulierem eſſe omni exceptione maiorem, cum in huiuſmodi cauſis ſit teſtis idonea, ut diximus ſupra num. 64. incipien. ex eo autem. Quod & ex eo quoque probatur, quòd ea quoque admittitur teſtis in codicillis, ſecundum communem omnium, præter Dec. vt ſupra diximus, ſententiam. At in codicillis teſtis debent eſſe omni exceptione maiores, ut tradit Ange. conſi. 128. in facto proponitur, per d. l. ult. C. de codicillis. & ſequitur ipſe Dec. conſi. 342. in cauſa partus, col. 1. uerſic. poſtremo conſiderandnm eſt. Sed hæc ratio ex eo pendet, an mulier ſit teſtis idonea in codicillis.

75 *De eadē re.*

¶ Priori tamen opi. quæ dicit mulierem non eſſe omni exceptione maiorem, adſtipulatur quod à Lud. Goz. reſponſum eſt, conſi. 74. vt ordinariè, colum. 2. nume. 6. poſt Alex. vt ipſe citat, conſi. 24. colum. 3. lib. 4. ſtatutum diſponēs teſtes domeſticos eſſe idoneos in rebus domeſticis, ita intelligi debere, vt etiam mulieres domeſticæ admittantur, vt id ſtatutum aliquid addat ad ius commune, quod idem diſpoſuit. l. conſenſu. C. de repud. Vides igitur eorum eſſe ſententiam, ut ſi tale ſtatutum non eſſet, mulieres quoque non eſſent teſtes idoneæ in rebus domeſticis, quaſi alias imminutum ſit earum teſtimonium. Sed & illud Alex. conſi. à Ludoui. Gozad. citatū, reperire non potui.

76 *Legib. Plato. an fœmina teſtimoniū dicerent. An Moſaicis.*

¶ Ex legibus autem Platonis, mulieri ferre teſtimonium non licebat, niſi cum 40. annos exceſſerat, ut ſcriptum eſt eiuſdem libro de legibus. 2. non longe a fine. At ex legibus Moſaicis, quas maxima ex parte ſecutus eſt ipſe Plato, mulierum teſtimonium nequaquam recipiebatur, propter leuitatem, & procacitatem, ſiue mauis audaciam, ſiue etiam temeritatem generis earum, ut refert Ioſephus li. antiq. 4. c. 5. aut ex aliorum ſectione, 8. aut etiam 11. Huius enim in eam rem hæc uerba ſunt: *Γυναικῶν δὲ μὴ ἔστω μαρτυρία διὰ κουφότητα καὶ θράσος τοῦ γένους αὐτῶν.* Quanquam (ne hoc tacitus omittam) id non reperitur in libris Moſis, quos habemus.

77 *An Rom. antiquis.*

¶ Sed nec ex uetuſtis Romanorum legib. ius erat fœminis ferendi teſtimonij, quod ſatis ex eo patet, qđ ſcribit Aulus Gell. li. 6. c. 7. lege Horatia, Caię Tarratiæ Virgini Veſtali id ius dicendi teſtimonij tributum, teſtabiliſque una omnium fœminarum, ut eſſet, datum. Plutarchus autem in Publicola ſcribit, Tarquiniam ſacram virginem unam ex Veſtalibus maximos honores conſecutam fuiſſe, in quibus is fuit, vt ex omnibus fœminis eius ſolius teſtimonium reciperetur. Sed his nonnihil conſonat ea lex antiqua, vt opinor, a Conſtantino Hermanopulo relata, libro 1. capitu. 6. eius operis, cui *πρόχειρον νόμων* titulum fecit, id eſt, promptuarium legum: *Καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ οἱ ἄνηβοι, ἀπείργονται μαρτυρεῖν. Αἱ δὲ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βίος ἀπείργεται.* Id eſt, mulieres, & pupilli arcentur à teſtimonio. Mulieres tamen teſtimonium poſſunt dicere, vbi virorum cōuerſatio prohibetur. Rurſumque eiuſdem libri capit. 3. *Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ, ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται.* Id eſt, mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt: in alijs autem poteſt, in quibus viri non vocantur, ſiue adhibentur. De qua re ipſe Hermanopolus in primis Scholijs loci poſterioris ſic inqt, de mulieribus ipſis loquens: *Οὔτε δὲ μαρτυρήσουσιν, ἢ ἐπιτροπεύσουσιν.* Id eſt, Neque vero teſtimonium dicent, neque tutelam adminiſtrabunt. Quod paulò poſt declarans ſubdit: *Σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι ἔστιν ὅτε καὶ μαρτυροῦσι γυναῖκες ποτὲ δὲ ἄκουσον. Ἐὰν ἐν βαλανείῳ λουομένων γυναικῶν, τύχῃ τις γυνή, καὶ ἴδε ὑβριζομένην γυναῖκα τινὰ παρ' ἑτέρας, τότε δύναται μαρτυρεῖν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῷ τότε ἐκεῖ παρατυχεῖν, καὶ ἰδεῖν τὰ γινόμενα.* Tu autem diſpice, aliquando mulieri ius eſſe dicendi teſtimonij, vt ſi quando mulieres lauant in balneo, unam viderint ab altera affici iniuria, tum teſtimonium ferent, ꝙ uiris non liceat per id tempus illic adeſſe, & quæ fiunt, conſpicere. Hæc ibi.

78 *Mulieres furaces.*

¶ Sed vt ad alia tranſeamus, quæ ad auaritiam muliebrem pertinent, quis neſcit, furtum auaritiæ comes eſſe? At furta tam propria mulierum ſunt, & peculiaria, vt Heſiod. lib. 1. eius operis, cui titulus eſt, *ἔργα καὶ ἡμέραι*, tradiderit, Mercurium illum deum furum, furtorumq; præſidem, iuſſu Iouis, Pandoræ (ſub qua intelligi voluit naturam mulicbrem) furaces mores impoſuiſſe.

*Ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον, καὶ ἐπίκλοπον ἦθος,*
*Ἑρμείην ὤωγε.*

Nam & alio loco eiuſdem libri, paulò ante finem, illud ſcribit:

*Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι.*

Ideſt:

*Qui autem mulieri confidit, confidit is quidem furibus.*

Quamquam, & ea vox *φιλήτῃσι* pro deceptoribus quoq; poteſt accipi, vt etiam alibi diximus.

79 Hactenus de auaritia, & comitibus dictum eſt: nunc tertia



tertia ſe offert Luxuria (ita appellant Theologi libidinē Veneream, quod ſupra diximus) cui non minus (& neſcio an non etiam magis) ſe mulieres dedunt, quàm auaritiæ. Propertius morum muliebrium conſcius, libro ſecundo, ita canit:

*Tu prius, & fluctus poteris ſiccare marinos,*
*Altaq; mortali deligere aſtra manu:*
*Quàm facere, vt noſtræ nolint peccare puellæ:*
*Is mos Saturno regna tenente fuit,*
*Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,*
*Et poſt antiquas Deucalionis aquas.*
*Dic mihi, quis potuit lectum ſeruare pudicum?*
*Quæ Dea cum ſolo viuere ſola Deo?*

Et libro 3.

*Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella eſt:*
*Nec fida Euadne, nec pia Penelope.*

Et in eodem libro:

*Obijcitur toties a te mihi noſtra libido:*
*Crede mihi, vobis imperat iſta magis.*
*Vos vbi contempti rupiſtis fræna pudoris,*
*Neſcitis captæ mentis habere modum.*
*Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas,*
*Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput,*
*Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis*
*Præbeat hoſpitio ſæua Malęa ſuo:*
*Quàm poſſit veſtros quiſquam deprehendere curſus,*
*Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.*

Cui rei multa mox multis verſibus exempla adducit Ouid. quoque alter animorum morumq; muliebrium cōſiliarius, lib. 1. Eleg.

*—Caſta eſt, quam nemo rogauit.*

Quam ſententiam citat è noſtris Hoſtien. in c. veniens. el 2. extra, de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. & Panor. in cap. 2. col. vlt. extra, de bigam. Sed & idem Ouid. li. 1. de arte amandi:

*Prima tuę menti veniat fiducia, cunctas*
*Poſſe capi: capies, tu modo tende plagas.*
*Vere prius volucres taceant, æſtate cicadæ,*
*Menalius lepori det ſua terga canis:*
*Fœmina quàm iuueni blande tentata repugnet.*
*Hæc quoque quam poteris credere nolle, volet.*

Et paulo poſt:

*Mollibus in pratis admugit fœmina tauro:*
*Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.*
*Parcior in nobis, nec tam furioſa libido eſt:*
*Legitimum finem flamma virilis habet.*

Cuius item rei plurima etiam exempla Proper. ſecutus, adfert: poſt quæ, & illud ſubdit:

*Omnia fœminea ſunt iſta libidine nota:*
*Acrior eſt noſtra, plusq; furoris habet.*

Et mox ita concludit:

*Ergo age, ne dubita cunctas ſuperare puellas:*
*Vixerit è multis, quæ neget vna tibi.*

Apud eundem, Helena ad Paridem fatetur impudicum eſſe genus fœminarum, inquiens:

*—Matronaq; rara pudica eſt.*

In qua etiam ſententia fuit Iun. Iuuen. Sat. 6.

*—Auratam Iunoni cæde iuuencam.*
*Si tibi contigerit capitis matrona pudici.*
*Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.*

Neque enim id fieri licebat, niſi a pudicis, teſte Oui. lib. 4. Faſtor.

*Et ſi thura aberunt, vnctas accendite tædas.*
*Parua bonæ Cereri, ſint modo caſta, placent.*

Valerius quoque Mart. li. 4. ad Sophronium:

*Quæro diu totam Sophroni Rufe per vrbem,*
*Si qua puella neget, nulla puella negat.*
*Tanquam fas non ſit, tanquam ſit turpe negare,*
*Tanquam non liceat, nulla puella negat.*
*Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille: quid ergo*
*Caſta facit? non dat, non tamen illa negat.*

Quod epigramma cum legiſſet Fabulla, Poetæ infenſa, illi coitum negauit: vnde ille aliud ſcripſit Epigr.

*Epigramma noſtrum cum Fabulla legiſſet,*
*Negare nullam quo queror puellarum, &c.*

80 *De eadē re.*

¶ Idem lib. 10. huiuſmodi Epitaphium matronę cuipiam inſcripſit:

*Contigit, & Thalami mihi gloria rara: fuitq;*
*Vna pudicitiæ mentula nota meæ.*

*Pheron vnam tātū mulierem vni uiro cognitā inuenit.*

In quam ſententiam refert Diod. lib. 2. & ante eum Herodot. libro item 2. quòd cum Pheron Seſoſtris filius, Rex Ægyptiorum oculis captus fuiſſet, ideoque ad Deorum auxilium confugiens, peractis multis varijsq; ſacris ei reſponſum fuiſſet, vt placato Deo, qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inſpiceret, quæ nullum, niſi proprium virum, nouiſſet: ab uxore propria incipiens, multas expertus eſt, nullam tamen reperit incorruptam, præter hortulani cuiuſdam, quam reſtituto viſu vxorem cepit: reliquas omnes viuas combuſſit. Ioſephus li. belli iudac. 2. c. 7. ſcribit Eſſenos, Eſſeos alij vocāt, alij Eſſenos,

*Eſſei quare uxores nō ducant*

Iudæorum philoſophos vxores non ducere: nō quia matrimonia contemnant, ſed quoniam cauendum eſſe putant fœminarum intemperantiam, nullam earum vni viro fidem ſeruare credentes. Quamquam & ipſe aliā eius rei rationem reddit, lib. antiq. iudaicarum 18. c. 2. Hipp. in quadam ad Dionyſium epiſt. ſcribit, fœminam ſemper egere alterius, ſeſe in continentia, & pudicitia continentis. Suapte namq; natura libidines uenereas inſitas habere, quas niſi quis indies comprimat, tamquam arbores, in materiæ multæ effuſionem exuberant. Cæterū Æſchines Socraticus, Poeta Satyricus, omnes fęminas Ionicas *μοιχάδας*: i. adulteras, appellare auſus eſt.

*Hippocrates de mulierum impudicitia.*

81 *Fœmina unde dicta.*

¶ Fœminas plerique dictas a fœmore, aut femine exiſtimant, quoniam in Venerem ſint magis pronæ, cuius ſedes in femoribus ponitur. Hinc illud Iuuen. Sat. 6.

*Callidus, & criſtæ digitos impreſſit aliptes,*
*Ac ſummum dominæ femur exclamare coegit.*

*Femur ſedes libidinis.*

Eſt. n. vuluæ cum femoribus, coxis & inguinibus quædā cognatio, ſcribente Celſo lib. Medicinæ 5. c. 26. Cū vulua percuſſa eſt, dolor inguinibus, coxis & femoribus eſt. Ante eum aūt Hipp. lib. 6. Epidim. par. 1. Aphoriſ. 1. ſatis oſtendit, connexum quēdam habere uterum cum coxa, cum ſcribit, vteri mala ob idipſum in coxendicem finiri. Et Gal. quoque de loc. affect. c. 5. tradit dolorem vteri quibuſdam mulieribus in coxam trāſire, ac crus ipſum, quod e regione eſt, per inceſſum claudicare. Eſt autem coxa, quæ Græcis *ἰσχίον* dicitur: hoc eſt, id os, quod continet ſinus, in quos femorum capita inſeruntur, vt ſcribit ipſe Gal. li. de oſſibus, c. 20. ut hinc quoque planius intelligas illam, quam diximus, cognationem femorum, coxarum, & inguinum.

82 *Femur pro opere nuptiarum.*

¶ Sed & in ſacris literis Femur pro opere nuptiarum poni aſſerit, & probat D. Hieronymus in explanatione Pſal. 44. quam ad Principiam virginem ſcripſit. Iſychius autem, qui & eodem ferè tempore floruit, lib. 1. in Leuiticum, tradit per Femora in ſacris literis deriuationem, ſiue deſcenſionem ſeminis ſignificari. Hincq; illud Geneſ. 49. Non deerit ſceptrum de iuda, nec dux de femoribus eius. Et Exod. 1. Erant igitur omnes animæ eorū, qui egreſſi erant de femore Iacob, ſeptuagintaquinque. Quæ ita a Septuaginta Interpretibus traducta ſunt: *Ἦσαν πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα:* Erant autem omnes animæ, quæ ex Iacob natæ ſunt, ſeptuagintaquinque. Caſtalio autem ita vertit: Fuitq; omnium, Iacobi ſanguine procreatorum, numerus capitū ſeptuagintaquinque. Ex quo Diodorus in Gen. c. 24. enarrans illud, Pone manum tuam ſuper femur, ſcribit quoſdam tradidiſſe, ſcripturam Syram, & Hebræam nō habere, Super femur, ſed ſuper ipſum genitale membrū eo quòd per ipſum fiat procreatio. Itemque illud Iud. 8.

Habuit-

*Fœminalia caſtitatem ſignificare. Interfemineum.*

Habuitq; ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore eius. Ideoque, & per feminalia, quibus præcipiuntur verenda ſacerdotum operiri, Leuit. 16. caſtitatem ſignificari tradit idem Iſychius li. 5. in Leui. eum locum enarrãs. Ex quo Apuleius Interfemineum non ineleganti uocabulo vocat muliebre genitale.

83 ¶Et huic etymologiæ fœminarum a femine, ſiue femore (ne id ſubticeamus) reclamat, quòd fœmina cum diphthongo ſcribitur, ideoque prima eius producitur: at Femora & femina, ſine diphthongo debent ſcribi, cũ vtriuſque prima corripiatur: ut de Femore probat ille verſus Iuuenalis loco ſupra citato. Et ille quoque Virgi. libro 10. Æneid.

*—Magniq; femur perſtrinxit Achatæ.*

Et rurſus eodem libro:

*—Attollit in ægrum*
*Se femur, & quanquam, &c.*

Item illud Catulli in Ruſum:

*Noli admirari, quare tibi fœmina nulla,*
*Ruſe, velit tenerum ſuppoſuiſſe femur.*

Item illud Tibulli lib. 1. Eleg. 8.

*Sed corpus tetigiſſe nocet, ſed longa dediſſe*
*Oſcula, ſed femori conſeruiſſe femur.*

Itemq; illud Oui. lib. 3. amor.

*Nec femori impoſitum ſuſtinuiſſe femur.*

Et rurſum lib. 10. Metam.

*Et conata femur mœrenti plangere dextra.*

De femine autem eſt illud Virg. li. 10. Aen.

*Eripit à femine, & trepidanti feruidus inſtat.*

Ita enim legunt ibi Seruius, Soſipater, & Pierius, qui ita dicit legi in codice Mediceo, & antiquis alijs exemplaribus. Quanquam ſunt, qui ibi legant femore. Item illud Lucretij lib. 4.

*—Ideò faſtigia* (aut ut alij legunt, ueſtigia) *poſſe*
*Suarum ac feminum pedibus fundata plicari.*

*Femora, & femina quid ſint.*

Illud autem inter femora, & femina intereſſe conſtat, vt id in tranſcurſu dicam, quòd femora exteriorem, ſiue poſteriorem coxarum partem ſignificant, femina interiorem, ſiue anteriorem, ſi Vallæ credimus, libro Elegant. 4. capitu. 57. Quod & probare videtur illud Tibulli (quiſquis is fuit) a Iul. Rom. Soſipatro, & Pierio Valeriano in Virg. loco paulo ante adducto citatum:

*Implicuitq; femur femini.——*

Nam in concubitu exterior pars femoris viri interiori mulieris implicatur, & iungitur. Vtrumque autem cõfudit Oui. li. 1. Amor. eleg. 4.

*Nec femori committe femur.——*

Et alibi:

*—Et femori conſeruiſſe femur.*

Et lib. etiam amor 3. eleg. 7.

*Laſciuum fœmori ſuppoſuitq; femur.*

Priori autem ſententiæ adſtipulatur Pli. li. 28. Femina atteri aduriq; equitatu notum eſt.

84 *De eadẽ re. Prouerbiũ.*

¶De mulierum quoque impudicitia (ut ad principale noſtrum inſtitutum redeamus) uetus eſt prouerbium memoratum a Plutarcho in præceptis connubialibus, & Apoſtolio Byzantio in Adagiorũ collectaneis, a muliere quadam, quæ a Philippo inuita trahebatur, primũ vt dicitur prolatum, λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα ἡ αὐτή: id eſt, Lucerna ſublata, mulier omnis eadem. quo ſignificatur, omnes mulieres indiſcriminatim eſſe impudicas, modo detur facultas peccandi ſine arbitris. Et hac fortaſſis ratione amor a pleriſq; fœmineus appellatur, quoniã uidelicet fœminis ſit veluti peculiaris, illumq; magis ſectetur feminæ, quàm uiri: tametſi ad aliud quoq; referri poteſt. Oui. lib. Eleg. 3.

*Amor fœmineus.*

*Captaq; fœmineus viſcera torret amor.*

Et Silius Italicus, li. 15.

*Fœmineo ſocium violauit fœdus amore.*

85 ¶Quid, quòd inter omnia animantia ſola mulier, & equa poſt conceptum, Venerem appetunt, & patiuntur, vt ſcribit Ariſt. libro de hiſtoria animalium 7. c. 4. & iterum de generatione animalium 4. c. 5. Et de equa etiam tradit Ælianus libro animalium 4. vbi dicit, inde mulieres libidinoſas equas vocari ſolere, ab ijs qui grauius illis vitium facere ſtudent. Vnde & ipſum equire ab hoc vno animali trahitur, dici ſolitum, in libidinoſas mulieres, quod & depromptum eſt ex Ariſtotele libro de hiſtoria animalium 6. c. 8. Addit Plinius & ſuem, li. 10. c. 63. nonnulli etiam lyncem, & leporem. Et ideo idẽ Pli. lib. 7. c. 11. Præter mulierem, inquit, pauca animalia coitum nouere grauida. De quo & aliquid memorat Plutarchus in libello, quo docet bruta animalia ratione vti. Et Lactantius in libro de vero cultu, ca. 23. ubi & huius rei duas rationes reddit, has ſcilicet, primum ne fœminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent. Ad quam rationẽ adde, quæ dicam inferius in 15. lege connubiali, numer. 163. incip. illud etiam affirmare. Deinde (vt ad Lactant. reuertamur) quod mulier virtutem pudicitiæ non caperet, ſi peccare non poſſet. Nam quis mutum animal pudicum eſſe dixerit, qꝫ ſuſcepto fœtu mari repugnat? Et paulo poſt: Nulla laus eſt non facere, quod non poſſis facere. Ideo autem pudicitia in homine laudatur, quia nõ naturalis eſt, ſed voluntaria.

*Fœmina, & equa ſola animãtium poſt conceptũ Venerẽ appetunt. Equæ dicitur feminæ libidinoſæ. Equire.*

¶Sed & e noſtris, idem quod ſupra diximus, ex Ariſtotele, & alijs, voluit Fort. Gartia. in l. 1. §. ius naturale. col. 7. verſi. quare autem mulier. ff. de iuſtit. & iu. & probat etiam tex. Hier. in c. origo. 32. q. 4. Cuius hæc uerba ſunt: Qui dicunt ſe cauſa Reipub. & generis humani uxoribus coniungi, & filios procreare, imitentur ſaltẽ pecudes, & poſtquam venter vxori intumuerit, non perdant filios, nec amatores ſe vxoribus præbeant, ſed maritos. Et iterum in c. non ſolum. 32. q. 7. Pecora cum conceperunt, vltra non indulgent maribus copiam ſui. Ex quo illud, quòd Populia miranti, quid eſſet, quapropter mulieres marem ſemper deſiderarent, aliæ autem beſtiæ nunquam, niſi cum prægnantes fieri vellent: reſpondit, Beſtiæ. n. ſunt. Authore Macr. Saturn. li. 2. c. 5. 86

*Populiæ dictum facetum.*

¶Et de hac quoque re loquẽs Nemeſius Philoſoph°, de nat. hom. c. 24. In vnoquoque, inquit, genere animalium fœmina marem admittit, cum ad fœtum faciendum idonea eſt. Ideo quæ fœtificare ſemper poſſunt, coitum ſemper admittunt. Mulieres verò, ſicuti in cæteris, habent liberum arbitrium, ita & in coitu, poſteaquã cõceperint. Nam rationis expertia non a ſe, ſed naturæ regula gubernantur, & modum, & opportunitatẽ præſcriptam, atque definitam ſuſcipiunt. Hæc ille. 87

¶Porrò una omnium prope fœminarũ Zenobia Palmyrenorum regina (ut Iulio Capitolino placuit) ſpecioſiſſima, eius caſtitatis fuiſſe dicitur, vt ne uirum quidem ſuum admitteret, niſi tentatis conceptionibus: nam cũ ſemel concubuiſſet, expectatis menſtruis, continebat ſe ſi pregnans eſſet: ſin minus, poteſtatem quærendis liberis dabat. Teſtis Trebellius Pollio. Tradit Ariſt. li. hiſt. ani. 5. c. 14. ad fi. iterumq; li. 9. c. 46. elephantos tantũ valere ſenſu, & reliqua ingenij ſagacitate, vt quam grauidã coitu reddiderint, eandem rurſus non tangant. Quod & repetit Æl. de ani. li. 8. c. 17. 88

*Zenobiæ laus. Elephantes grauidam non tangit.*

¶Hanc etiam mulierum libidinem norũt ſcriptores eccleſiaſtici, inter quos D. Chryſoſtomus, Propria, inquit, paſſio mulieris eſt luxuria. Quem etiam locum ex eodem citat Henr. Boh. in c. quemadmodum. colum. 2. de iureiu. & alibi quoque Chryſoſtomus, videlicet in 2. par. homiliarum in Matthæum, homil. 40. in enarratione illius loci eiuſdem D. Matth. c. 21. Amen dico uobis, qꝫ publicani, & meretrices præcedent uos in regno. Hæc ferme ſcribit, Ex perſona omnium mulierum peccantium meretrices ponuntur: quoniam quamuis ſint multa peccata in mulieribus, tamen in illis præcipue fornicatio abundat. 89

*Mulieris propria paſſio luxuria. Libido propria, & peculiaris fœminarũ.*



*Eius rei rationes.*

Cuius rei rationem poſt pauca tradit, quia videlicet hoc vitium facilè ex otio naſcitur. Nam qui ſollicitudinibus animum habet occupatum, non facilè fornicationi operam dat. Nam definitio amoris hæc eſt, animi cura vacantis paſſio. Aliam verò rationem adducit famigerabilis noſtra tempeſtate Prædicator (ita enim vulgò concionatorem vocant) Bonifacius à Ceua, in eo libro, quem de vitijs edidit, ita ſcribens. Ardentius eſt in fœminis, quàm in viris deſiderium. Perficitur enim quodã modo fœmina maris coniunctione, vir autem ex ſe, abſque additamento ſeminæ eſt perfectus, eò quòd nihil habeat vniuerſo in corpore, quod repleri appetat, ſicuti fœmina, quæ partem vacuam cupit adimpleri, abhorrente natura vacuum. Hinc eſt, quòd facilius ſe proſtituant feminæ, quàm decidant viri. Hæc ille.

90 *Luxuriæ in fœmine, an in viris ſit grauior.*

¶Et hac inter alias ratione multi Theologorum fuerunt in ea opinione, vt dicerent fornicationem eſſe ſemper in muliere leuiorem, quàm in viris, & adulterium quoque in viro eſſe grauius. hoc videlicet reſpectu (vt ita loquar) quoniam mulieres ſuapte natura in libidinẽ ſint procliuiores. Quamuis alijs conſiderationibus ſit leuius, vt ſcribit Aſteſſanus in 8. lib. ſuæ Summæ, titu. 11. articu. 3. verſi. quis grauius peccat. & ſentit diuus Thomas in libello de decem Præceptis, in ſexto præcepto, vbi & de hac re loquens: hanc ſententiam (Chryſoſtomum, vt reor, imitatus) extulit: Propria paſſio mulieris eſt cõcupiſcentia. De qua re affatim diſſeritur per Theologos lib. 4. Sententiarum 31. & à me alibi latius ſcribitur. Ex quo illud poſſet videri factum, quòd quamuis vir adulter morte puniatur, l. quamuis adulterij. C. de adulter. non tamen mulier adultera, ſed tantum verberibus cæſa in monaſterium detruditur. auth. hodie. eod. titu. & dicemus poſtea latius.

*Adultera minus punitur adultero.*

91 *Viro luxurioſo nõ datur curator vt fœminæ.*

¶Sed & noſtri Interpretes hanc indomitam mulierum intemperantiam non ignorant. Specul. enim tit. de actore. verſi. ſed vtrum maſculo. & poſt eum Panor. in c. paſtoralis. colum. 2. extrà, de iudic. aſſerunt ſtimulum carnis magis ardere in feminis, quàm in viris. Quamobrem licet mulieri luxurioſæ ſit dandus curator, l. & mulieri. ff. de cur. furio. non tamen viro luxurioſo, de quo late per Felyn. in dicto c. paſtoralis. col. 3. & Barba. in l. is cui bonis. col. 2. & 3. ff. de verb. oblig. & Ioan. Lup. Hiſpan. in repet. c. per veſtras. §. 21. col. pen. verſi. adde etiã quòd iſte leges. extrà, de donatione inter virum & vxorem. & Ferd. Loaz. in repe. titu. de iuſtitia & iure. col. 7. & ante eos Salyc. in l. 1. colum. 1. verſi. quærit gloſ. quid de luxurioſo. C. de cur. fur. Quanquam ille textus in d. l. & mulieri. fortè de hac noſtra luxuria non intelligitur.

92 *De eadẽ re.*

¶Quin & Ioan. Fab. & poſt eum Ioan. Plat. in §. maſculi. Inſtit. de nupt. aſſerunt mulierem citius faciliuſq; labi in Venerem, quàm maſculum. Cui conſonat quod dicit Bald. in rubr. extrà, de cohab. cler. & mulier. quòd mulier appetit virum, ſicut materia formam, & magnes ferrum. Cuius dicti primam partem plerique omnes erranter citant ex Ariſtotele lib. 1. Phyſicorum, ad finem, decepti, vt opinor, antiqua huius libri tranſlatione. Neq; enim eo loco id intellexit Philoſophus, ad quod eum aduocant, verùm eius ſententia eſt eiuſmodi, ſi rectè traducatur: Materia appetit rerum formas, ut fœmina eſſe virum, turpe, honeſtum. Alber. autem in l. ſed ſi ego. ff. ad S.C. Velleianum. affirmat præſumi mulieres eſſe luxurioſas, per l. vlt. circa medium C. de repud. & §. optimum. in auth. de non eligen. ſecun. nub.

*Mulier appetit virũ ſicut materia formam.*

93 *De eadẽ re. Ex Medicis.*

¶Cæterum ex Medicis Cælius Aurelianus ſcriptor antiquus, vt qui Plinium, & Galenum præceſſerit, libro Chronicõn 4. cap. 9. quo de mollibus, ſiue ſubactis, aut fœminatis diſſerit, quos Græci μαλθακὲς vocant, tradit fęminas validius Venerem poſcere, cauſamque eius rei tradit: Omnia, inquit, vexantia, validos effectus dabunt, firmitate oppoſita ſubiacentium materiarum, quæ cum in ſenibus deficit, paſſio quoque minuitur, vt fortitudo. Sola autem ſuprà dicta, quæ ſubactos, ſeu molles efficit viros, ſeneſcẽte corpore grauius inualeſcit, & infanda magis libidine mouet, non quidem ſine ratione. In aliis enim ætatibus adhuc valido corpore & naturalia vetris officia celebrante, gemina luxuriæ libido diuiditur, animo nunc faciendo, nunc patiendo iactato. In ijs verò, q ſenectute defecti, virili Veneris officio caruerint, omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam, & propterea fęmina validius Venerem poſcit. Hinc denique coniiciunt plurimi, etiam pueros hac paſſione iactari, qui ſimiliter ſenibus virili indigent officio, quod in ipſis nondum emerſit, & illos deſeruit. Hæc ille.

94 *De eadẽ re. Mulieres in coitu inſatiabiles.*

¶Omnium autem maximè hoc mulierum vitium adſtruunt tres ſummæ autoritatis ſcriptores, Solomon, Ieſus filius Syrach, & Ariſtoteles. Ille enim Prouer. capit. 30. inter inſaturabilia os vuluæ annumerat. Alter in ſuo Oecon. c. 36. Omnem, inquit, maſculum excipiet mulier. Hic lib. Probl. encycl. 4. c. 27. ſcribit mulieres eſſe inſatiabiles. Cuius rei infinita ſunt propè exempla, & tot penè dixerim, quot ſunt feminæ. Sed quod omnium eſt memorabiliſſimum, Meſſalina Claudij Cæſaris vxor, Lyciſcæ proſtitutæ mulieris nomen atque titulum mentita, ſæpe lupanar ſub noctem adijt, ſuam portentoſam libidinem ad ſatietatem expletura, & quod omnium fœdiſſimè fecit, cum famoſiſſimis meretricij quæſtus ſcortis coitu certauit, ex re fędiſſima palmam ſibi quærens, quam cũm pluries reportaſſet, tamen ſemel ex prouocatione nobiliſſimam è proſtitutis ancillam die ac nocte quinto ac viceſimo concubitu egregiè ſuperauit, ut teſtis eſt locupletiſſimus Plinius lib. 10. c. 63. & Sex. Aurelius in Claudio Cæſare. De eadem re eſt illud Satyrographi celebratum præconium, Satyr. 6.

*Meſſalinæ portentoſa libido.*

*Intrauit calidum veteri centone lupanar,*
*Et cellam vacuam, atq; ſuam, tunc nuda papillis.*
*Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ,*
*Oſtenditq; tuum, generoſe Britannice ventrem.*
*Excepit blanda intrantes, atq; æra popoſcit,*
*Mox lenone ſuas iam dimittente puellas*
*Triſtis abijt, ſed quod potuit, tamen vltima cellam*
*Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine vuluę.*
*Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.*

95 *De eadẽ re.*

Quid ſi & eæ, quæ ab ethnicis Scriptoribus præ cæteris mulieribus caſtæ fuiſſe dicuntur, atque in exemplum miræ rareq́ue pudicitiæ vbique proferuntur, non ſatis pudicę fuerunt? vt id magis ad gratiam mulierum, quàm ad rei ipſius veritatem dictum ſcriptumq́ue fuiſſe videatur. Nonne omnium maxime Penelope, ac Lucretia caſtitatis nomine vulgò paſſimq́ue ad cęlum vſque laudibus euehuntur? Duris autem Samius in libro de Agathocle, & Lyſander Hiſtoricus ſcribunt, Penelopen per Vlyſſis abſentiam procis omnibus ſui corporis copiam feciſſe, quorum promiſcuo concubitu Pan natus ſit, cui & inde manſit nomen. Nam πᾶν Græcis totum, ſiue omne dicitur. Idemque propemodum ſcribit Lycophron Poeta Gręcus, in Alexandro, vbi eã appellabat βασσάραν κασωρεύουσαν, ideſt (vt interpretatur Iſaacius Tzetzes, Ioãnis illius Grammatici frater doctiſſimus, Lycophronis ipſius Interpres) πορνεύουσαν, quaſi dicat ſcortantem verſus Lycophronis ſunt.

*Penelope impudica. Pan Penelopes filius ex procorũ concubitu.*

Ὄψεται δὲ πᾶν.
Μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάστατο.
Μύκλοις γυναικοκλώψιν. ἡ δὲ βασσάρα
Σεμνῶς κασωρεύουσα κοιλανεῖ δόμους
Θοίναισιν ὄλβον ἐκχέουσα τλήμονος.

Addit autem Lycophron, Vlyſſem, cum id poſt ſuum reditum reſciuiſſet, ſtatim abijſſe in inſulam Gortynam ibique obijſſe. Interpres autem ipſius ex authoritate Theopompi ſcribit, Vlyſſem offenſum domeſti-

ca turpitudine,redijſſe ad Circen, & à Telemacho filio fuiſſe necatum. A quibus non admodum diſſidet,quod tradit Pauſanias lib.8.quo Arcadia deſcribit,Græcè quidem,ſed in hunc ſenſum: Aiunt Vlyſſem à Troia reuerſum,ob procos admiſſos, cum Penelope diuortium feciſſe,ipſamque ſtatim ſe Lacedæmona recepiſſe,deinde Mantineam migraſſe,ibique vitam finijſſe. Hucq; reſpexiſſe videtur diuus Gregorius Nazianzenus,dum deſcribit in prima Oratione aduerſum Iulianum Imperatorem,Pana ex omnibus procis vnum Deum nomen ſortitum ex iniuria,vt dignum erat.Probus autem(ſiue is eſt Cornutus Grammaticus, vt nonnullis placet) enarrans illud Virgilianum Ecloga 4. Pan etiam Arcadia, ſcribit ipſum Pana fuiſſe filium Mercurij,& Penelopes.Et ante illum Tullius lib.3. de Natura Deorum, & Iulius Hyginus Fabularum c.224. & ante hos omnes Herodotus lib.2.vt hinc quoque intelligas,Penelopen non vni Vlyſſi copiam ſui præbuiſſe. Sed quod mulò fędius eſt, ferunt ipſum Mercurium in hircum mutatum,adamatum fuiſſe à Penelope:cui & Pana peperit, qui inde hircipes fuit: id eſt, hircinis pedibus,vti apud Lucianum videre licet in Deorum Dialogis, & nonnihil apud Dionem

*Iuriſcõſulti locus.*

Pruſenſem. Hucque trahi poſſet, quod in antiquis codicibus ſcribitur,in l.antiqui.ff.ſi pars hæred.petat.non leues authores tradidiſſe, quinquies quaternos enixam Penelopen,ſi vera eſt lectio, quam probat Accurſius, qui eam Penelopen fuiſſe dicit.Sed eo in loco legendum eſſe exiſtimo (vt viri quidam docti emendarunt) non quidem Penelopen,ſed Peloponnèſiam,ſiue in Peloponneſo,ex Plinio li.7.c.3. Cęterùm Acron in 2.Horatij Epiſtol.illud interpretans,Sponſi Penelopes,tradit Penelopen ipſam Vlyſsis vxorem meretricem fuiſſe, quæ amatores ſuos ſua pulchritudine luxurioſos reddebat.Ad idque alludens Plinius lib.35.c.9.Fecit,inquit,Penelopen in qua amores pinxiſſe videtur.Quanquam ſunt, qui ibi Mores,pro Amores,ſubſtituerunt:fortè putantes,id caſtitati Penelopes minimè conuenire.Sed & Virgilius, ſiue is fuit Ouidius,vt nonnulli putant, ſiue alius, in obſcęno carmine hęc.de Penelope ſcribit, ijs quę dicta ſunt de ea,admodum conuenientia.

*Quæ ſic caſta manes,vt iam conuiuia viſas,*
*Vtq; fututorum ſit tua plena domus.*
*E quibus vt ſcires,quicunque valentior eßet,*
*Hæc es ad arrectos verba locuta procos:*
*Nemo meo meliùs neruum tendebat Vlyße.*
*Siue illi laterum,ſeu fuit artis opus.*
*Qui quoniam perijt,modò vos intendite,qualem.*
*Eſſe virum ſciero,vir ſit vt ille meus.*

Hæc ille de ea,cui tanta paratur ſcena pudicitiæ, ut ſcribit Claudianus in Laude Serenæ. Quæ autor ille Priapeiorum ex Homero lib.Odyſ.21.vt alia pleraque,miro artificio in rem ſuam detorſit.Et huc quoque alluſiſſe videtur Ouid.lib.1.Amor.Eleg.8.

*Penelope vires iuuenum tendebat in arcu.*
*Qui latus argueret.*

Nam quod de lateribus vterque loquitur, ad concubitũ pertinet,quo latera ipſa maximè exercentur,ut latiùs dicemus infrà in 15.lege connubiali, nu.42.incip.eadem quoque ratione. Sed eodem reſpexiſſe videri poteſt idē Ouid.lib.1.de Arte amandi.

*Penelopen ipſam,perſtes modò tempore vinces.*

Et Aulus Sabinus, eiuſdem temporis Poeta,in Epiſtola reſponſoria Vlyſsis ad Penelopen,qua Vlyſſes non obſcurè oſtendit,ſe de Penelope pudicitia diffidere:

*Certè ego,cùm Antinoum,Polybumque Medontaque legi,*
*Heu toto ſanguis corpore nullus erat.*
*Tot iuuenes inter tot vina liquentia ſemper,*
*Hei mihi quid credam? pignore caſta manes.*
*Cùr ne placent vlli ſi ſint,in fletibus,ora?*
*Deperit,& lacrymis non decor iſte tibi?*

Et Horat.lib.2.Serm.Satyr.5.introducens Tireſiam,& Vlyſſem,ſic inter ſe colloquentes:

*——TIR. Scortator erit:caue te roget vltrò,*
*Penelopen facilis potiori trade. VLY. Putàſne,*
*Perduci poterit,tam frugi,tanque pudica.*
*Quam nequière proci recto deducere curſu?*
*TIR. Venit enim magnum donandi parca iuuentus,*
*Nec tantùm Veneris,quantùm ſtudioſa culinæ,*
*Sic tibi Penelope frugi eſt, quæ ſi ſemel vno*
*De ſene guſtarit, tecum partita lucellum,*
*Vt canis, à corio nunquam abſterrebitur vncto.*

Et huc nonnihil reſpexiſſe videtur Plinius Secundus, aut quiſquis eſt,de viris illuſtribus,c. 9. vbi de Tarquinio Collatino,In cubiculum, inquit, Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnans.Hoc quoque argumento doceri poteſt,eam non ſatis pudicam fuiſſe,quòd munera à procis acceperit,vel teſte ipſo Homero li.18. Odyſ.Doleo autem nobis excidiſſe librum illum,quem Laertius tradit Antiſthenem Athenienſem de Penelope,& alterum de Vlyſſe,& Penelope ſcripſiſſe, in quibus non dubito huiuſce rei veritatem fuiſſe detectam. Cæterum Iulius Hyginus Fabul.cap.127.tradit Penelopen,Vlyſſe interfecto à Telegono,ut ſuprà diximus,ipſimet Telegono,& priuigno,& viri interfectori nupſiſſe, vnde natus eſt Italus,qui de nomine ſuo Italiam denominauit.

¶ Sed nec Lucretiam ipſam, alterum illud caſtitatis exemplum,prorſus ab impudicitia vindicat diuus Auguſtinus libro de Ciuitate Dei 1.cap.19.tanquam ſcilicet iuueni,quamuis violenter irruenti,etiam ſua libidine illecta conſenſerit,idque in ſe puniēs,ita doluerit,vt morte putaret expiandum.Quem tamen locum perperam intellexit Panormit.noſter,poſt gl.neſcio quam.conſil.4. facti contingentia lib.1.Ouidius verò de hac ipſa re loquens libro Faſtorum 2.illud ſcripſit. 96

*96 Lucretia non ſatis caſta.*

*Succubuit famæ victa pupilla metu.*

Tanquam ſcilicet Leucretia ipſa famam,& opinionem vulgi,pudicitiæ antepoſuerit. Quod ex Liuio quoque ad fin.1.lib.videre licet. Nam & Ouidius paulò poſt illud addit ex eodem.

*Eloquar infelix dedecus ipſe meum.*

Veluti ſcilicet non omnino expers eſſet cuiuſpiam culpę. Nam ſi non omnino caſta eſt, quæ metu caſtitatem ſeruat,dicente Tibullio lib.1.Eleg.6.

*Nec ſæuo ſis caſta metu,ſed mente fideli.*

Multò minus,quæ ipſo metu caſtitatem labefactat. Plinius autem,ſiue is fuit Suetonius,ſiue Cornel. Tacitus, in illo li.de Viris illuſtribus ita de ea re loquitur,de Tarquinio ſcilicet Collatino loquens:In cubiculum Lucretię irrumpit,pudicitiam expugnat. Sed nec Valerio Martiali ſatis caſta viſa eſt ipſa Lucretia,hæc de ea ſcribenti lib.11.ad Lectores.

*Erubuit,poſuitq; meum Lucretia librum:*
*Sed coram Bruto,Brute recede,leget.*

Quaſi ſcilicet non caſtitatē coleret ipſius caſtitatis amore, ſed potiùs timore ac reuerentia Bruti. Nam nec ab adulterij nota eam vindicat gl.in §.Lucretiam.in verbo adulteras.& ſeq.32.& 45.Tametſi illā Romanę pudicitiæ ducē appellat Val.Max.lib.6.c.1.ſtatim poſt princ.

¶ Quid ergo referā Cyrenen illam? cui(vt refert Suidas)factum cognomentum eſt δωδεκαμηχάνου,tanquam dicas machinamentorum duodecim,quoniam in Venereo vſu duodecim excogitaſſet figuras, quò inſcenſori iucũdius redderetur libidinis profluuiū, vt ſcriptis prodidit ipſius Ariſtophanis Interpres,atq; ēt Suidas. Quid Elephantidem? quæ & ipſa verſibus deſcripſit modos, figuras,formas, id eſt, vt vno verbo Græco hæc omnia complectar,ſchemata concubituum,nam eius libri titulus eſt, περὶ τῶν σχημάτων συνουσιαστικῶν. quorum meminit Virg.ſi is eſt,in Obſcœno carmine ad Lalagen. 97

*97 Cyrene figurarū in concubitu inuentrix*

*Elephātis modos,et figuras cõcubituū ſcripſit.*

Obſcœ-



*Obſcœnas rigido Deo tabellas*
*Ducens ex Elephantidos libellis.*

Et Martial.lib.12.in Sabellum:

*Facundos mihi de libidinoſis*
*Legiſti nimiùm,Sabelle,verſus:*
*Quales nec Didymi ſciunt puellæ,*
*Nec molles Elephantidos libelli.*
*Sunt illic Veneris nouæ figuræ.*

*Tiberius. Philænis. Aſtyanaſſa.*

Quin & Suetonius tradit Tiberium cubicula plurifariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſsimarum picturarum,& figurarum adornauiſſe,librisque Elephantidis inſtruxiſſe.Idem quoque Phylænis, & Aſtyanaſſa ex Helenæ famulis,& hæc omnium prima,vt tradit Suidas,feciſſe dicuntur. Quanquam ſunt, qui vtramque confundunt.Porrò Athenæus lib.8.tradit Æſchrionem dixiſſe, eum librum,qui Philænidis eſſe dicitur, cõpoſitum fuiſſe à Polycrate,aut, vt alij vocant, Philocrate Sophiſta,titulo ipſius Philænidis,vt eam honeſtæ vitæ mulierem caluminaretur. Additque Epitaphium eiuſdem Philænidis,quo idem confirmat. Et rurſus ex Chryſippo hos Philænidis libros,& Archeſtrati Gaſtronomiam,vulgò ediſci teſtatur.Sed quicquid id ſit,de ijs videri poteſt intellexiſſe Ouid.cùm ſcribit lib. Triſt.1.

*Et quæ concubitus non tacuère ſuos:*

Et lib.eiuſdem operis 2.

*Sic quæ concubitus varios variasque figuras.*
*Exprimit,eſt aliquo parua tabella loco.*

Quibus poſtremis verbis videtur ad id reſpexiſſe quod ſuprà ex Suetonio diximus de Tiberio:Quanquam Ouidius in illo loco non de illis libris loqui quibuſdam videatur.Sed eo, ni fallor, reſpicit idem Ouidius, cùm ſcribit lib.1.de Arte amandi:

*Vtq; velis,Venerem iungunt per mille figuras.*
*Inuenit plures nulla tabella modos.*

98 ¶ Quid etiam Quartillam illam? quæ apud Petronium ita loquitur: Iunonem meam iratam habeam, ſi me vnquam meminerim virginem fuiſſe. nam infans cū paribus inquinta ſum, & ſubinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicaui, donec ad hanc ætatem perueni. Quid præterea duas Iulias matrem & filiam? hanc Auguſto genitam,alteram Marco Agrippa, ex illa priori,ambas tam notæ impudicitię,vt nihil æquè parentum fœlicitati obfuiſſe credatur. De quibus ſcribit Suetonius,ipſum Auguſtum eas omnibus probris contaminatas relegaſſe,vetuiſſeque,ſi quid his accidiſſet, ſuo ſepulchro inferri,ad omnemque earum mentionem ingemiſcens,illud Hectoris Homerici ad Paridem,libro 3. Iliados proclamare ſolebat:

*98 Quartilla nunquā ſe virginem fuiſſe meminit. Iulia duæ libidinoſiſſimæ.*

Αἴθ' ὄφελες τ' ἄγονος τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.

Quo ſignificabat,cupere ſe ſine prole, & cęlibem mortuum fuiſſe.Quid duas Fauſtinas, matrē item & filiam? hanc Antonini Pij,alteram Marci Antonini vxorem,pari & ipſas infamia notatas ex Iulio Capitolino,& alijs.

*Fauſtinæ item duæ.*

99 ¶ Quid denique duas Ioannas Neapolitanarum reginas, quarum poſterior patrum memoria tam effrenatæ libidinis erat,vt cùm ſciebat,aut videbat viros benè naſatos,neceſſe erat vt eos haberet in complexibus. Experta enim fuerat,id verum eſſe quod vulgò dici ſolet,Naſi magnitudine mutonis quoque quantitatem concipi. Ex quo verſus,non admodum elegans quidem ille, ſed quē tamen Codrus id referens, adſcribit. Ad formam naſi, & quæ ſequuntur.Cui ſubſcribit & illud philelphi nonę Decados Hecatoſticha tertia, ad Iuriſconſultum illum celebratisſimum Catonem Saccum

*99 Ioāna duæ quoque.*

*Naſati bellè mutoniati.*

*Nam menſura Cato pendentis plurima naſi*
*Creditur ingentem vulgò promittere caudam.*

Et huc quoque reſpicit illud Martialis libro ſecundo illo diſticho.

*Mentula tam magna eſt,tantus tibi Papile naſus,*
*Vt poſsis,quoties arrigis olfacere.*

Et propterea olim naſati (vt ex Lampridio in Heliogabalo, aut, vt nonnulli legunt, Aliogabalo depræhendimus)dicebantur viriliores ac bellè mutoniati. Scribit.n. illum emiſſarios habuiſſe, qui ei hos benè naſatos perquirerent,eosque ad aulam perducerent,vt eorum conditionibus frueretur. Nam(vt paulò antè dixerat) is per cuncta caua corporis libidinem recipiebat. Ex quo ēt, eo in loco(vt illud obiter dicam) Taſatos legi poſſet, quę lectio placet Alciato noſtro,in id Virgilij, aut quiſquis is fuit,in Priapeijs;

*Lampridij locus.*

*Grandia Dulichij vaſa tuliſſe viri.*

¶ Nec tamen prætermittendas cenſuimus, quæ infandisſimo amore patres,filios,fratres, priuignos, generos proſequutæ ſunt.Et vt ordine rem exequar, & à patrib. incipiam,Myrrha,aut(vt alij vocant)Smyrna: Cinyram aut(vt alij appellant) Cinaram patrem turpiter amauit, vt ſcripſit Ouid.lib.10. Metam.& li.1. de Arte amandi. 100

*100 Quæ patres ſuos fœdè amarunt. Myrrha.*

*Myrrha patrem,ſed non,vt filia debet,amauit.*

Theodorus in lib.Metamorp.& ex eius authoritate Plutarchus in Parallelis, c.44.& Stobæus Serm.62.& Hyginus Fabularum c.242. vbi ſcribit ipſum Cyniram ob id ſibi mortem intuliſſe.Et idem c.128.vbi tradit illam patrem ſuum inebriaſſe,& ſic cum eo concubuiſſe,vt poſſit videri imitata filias Loth,quæ idem fecerunt,vt ſcribitur Geneſ.19.c.& in Decretis canonicis, in c.inebriarunt.15.q.1.Pelopeia Thyeſten,Harpalyce Clymenum regem Arcadię,Hippodamia Oenomaum,Procris Erichtheum,vnde natus eſt Aglaurus,Nyctimene Epopeū aut(vt alij appellant)Nycteum,Regem Lesbiorum,filię patres fœdè amarunt,& cum eis concubuerunt, vt horum teſtis eſt ipſe Hyginus,Fabularum,cap.253. qui & ipſe eiuſdem operis,cap. 242. tradit ipſum Clymenum ſeſe ob id interfeciſſe. Et præterea de ipſa Myrrha, Pelopeia, & Nyctimene meminit Ouidius in Ibin his verſibus.

*Filia Loth. Pelopeia. Harpalyce Hippodamia. Procris. Nyctimene.*

*Filia ſi fuerit,ſi quod Pelopeia Thyeſtæ,*
*Myrrha ſuo patri, Nyctimeneque ſuo.*

Et de eadem Nyctimene traditum eſt ab eodem Ouidio libro Metam.2.quòd dijs tantum flagitium auerſantibus,in noctuam fuerit conuerſa. Nyctæa patrem Nyctæum regem Æthiopum,vt tradit Lactantius Grammaticus Interpres Statij,enarrans illud eiuſdem lib.3. Thebaid. *auis vnca Mineruæ.* Valeriam item Tuſculanariā, tradit Plutarch.in Parallel.cap.45.ex authoritate Ariſtidis Mileſij lib.Rerum Ital.capit. 3. tradit Valerio patri, quem deperibat, fraude ancillæ concubuiſſe, quod vbi pater reſciuit,ſibi mortem conſciuit. Vt minùs mireris de his,quę & cum ſoceris concubuerunt: de quibus Iuuenal.Satyr.1.

*Valeria Tuſculanária.*

*Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ.*

Tametſi ſocer parentis locum, vt ſcribit Iuriſc. noſter in l.quia parentis.ff.ſol.mat.

¶ Quę item filios adamarint,fuerunt plurimæ. Semiramis illa Aſſyriorum Regina, alioqui multis nominib. commendabilis,filij Nini concubitum impudentisſimè expetiuit,& poſtulauit; ob idque ab eo, rei indignitate moto,interempta eſt:vt ſcribit Iuſtin.lib.1.& D.Auguſtinus de Ciuitate Dei,libro 18.c.2. & Agathius de Bello Gothorum lib. 2. Vbi & idem contigiſſe tradit Pariſatidi erga Darium ſuum & Artaxerxis filium. Paulus autem Oroſius lib.Hiſtor.1.c.4.in fine,id aliter retulit, nēpè illam inceſtum cum filio perpetraſſe, & vt priuatam ignominiam publico ſcelere obtegeret, præcepiſſe, ut inter parentes,& filios,& filias,nulla naturæ reuerentia, de coniugijs appetendis,quod cuique libitum eſſet,licitum fieret. Nereis quoque cum Magnete, ſuo & Gelonis filio, rem habere voluit, quod cum ab eo impetrare non poſſet, cantharidum veneno eum ſuſtulit: vt vetuſtisſimus interpres ſcripſit, & poſt eum Zarettus, in id trahens illud Ouidij in Ibin. 101

*101 Quæ filios adamarīt Semiramis.*

*Pariſatis.*

*Nereis.*

*Vtque nepos dicti noſtro modò carmine Regis,*
*Cantharidum ſuccos dante parente bibas.*

*Agrippina* Sed, & Agrippinam quoque plerunque ad inceſtum cõptam paratamque filio ſuo Neroni ſe obtuliſſe prodidit Corne. Tacitus circa initium lib. 1. Hiſtor. Auguſtę. *Cratea.* Crateam quoque filium ſuum Periandrum, ex ſeptem Græciæ ſapientibus vnum deperiſſe, ſcripſit Parthenius Nicęſis Eroticorum c. 17. Ariſtippus lib. 1. de Antiquis delitijs, & poſt eum Laertius in vita eiuſdem Periandri. *Ammiani mater.* Ammiani quoque mater apud Martia. lib. 2. Epigram. 4.

*O quàm blandus es Ammiane matri.*
*Quàm blanda eſt tibi mater Ammiane.*

& cætera quæ ſequuntur.

102 *Quæ fratres adamarint. Byblis.* ¶ Quæ fratres item adamarunt, plurimæ extiterunt. Biblys Caunum fratrem miſerè deperiit, vt tradit Parthenius Poeta Græcus, Eroticorum c. 11. & graphicè deſcripſit Ouid. lib. 9. Metamorph. & meminit, veluti tranſeunter, lib. 1. de Arte amandi.

*Biblyda quid referam? vetito quæ fratris amore.*
*Arſit.* —

Hyginus item Fabularum c. 243. Stephanus in lib. de Vrbibus, vbi de Cauno Cariæ vrbe loquitur, & pręter hos Heſychius, & Suidas. *Prouerbiũ* Vnde & Καύνιος ἔρως, Caunius amor, prouerbio celebratus, pro infami & improbo amore, apud Ariſtotelem libro 2. Rhetor. ad Theodecten, & Stephanum, vbi ſuprà, Diogenianum in Collectaneis, & Euſtathium in Commentarijs in Dionyſium. *Canulia.* Canulia Papyrium Romanum fratrem ſuum, vt ex Chryſippo lib. 1. Rerum Italicarum, tradit Plutarchus in Parallel. c. 53. *Canace.* Canace Machareum fratrem: vt videre licet ex Epiſtola ipſius Canaces ad ipſum Machareum, apud Ouid. atque ex illo carmine eiuſdem Ouid. lib. 3. Triſt. ad Auguſtum:

*Nobilis eſt Canace fratris amore ſui.*

*Cydonis ſoror.* Cydonis item ſoror (nomen eius non reperi) fratrem ipſum Cydonem, ex Statio lib. 9. Thebaid.

*Et malè dilectum miſeræ Cydona ſorori.*

¶ Quæ item priuignos deperierunt, nõ paucæ fuerũt.
103 *Quæ priuignos ſuos adamauerint.* Arſinoe Lyſimachi vxor Agathoclem priuignum, de ſtupro appellauit, vt ex aliorum authoritate tradit Pauſanias lib. 1. qui de Atticis eſt. Demeneta Gnemonem Ariſtippi viri ſui filium impudicè adamauit, apud Heliodorum li. 1. Hiſtor. Æthiop. *Phædra.* Phædræ amores inſani in Hippolytum priuignum, ab omnibus celebrantur, & inter cęteros ab Hygino libro Fabularum, ca. 47. Ouidio lib. 1. de Arte amandi. Plutarcho in Parallelis, cap. 64. Seruio in lib. 6. Æneid. in enarratione illius loci.

*His Phædram Procrinq; locis, mæſtamq: Eriphylen.*

Extatque Epiſtola ipſius Phędræ ad Hippolytum apud ipſum Ouid. qua excuſare nititur hunc nefandiſſimum amorem. Eſtque etiam Tragędia Euripidis Hippolyti nomine ea de re conſcripta. Eſt & ille ipſius Ouidij verſus lib. 2. Triſt.

*Nam quid in Hippolyto eſt, ſęuæ niſi flamma nouercę?*

*Gidica.* Gidica ſimiliter Comminium priuignum deperditè adamauit, ab eoque reiecta, ſibi ſpiritum intercepit, vt ex Doſitheo lib. 3. Rerum Italicarum, tradit Plutarchus in Parallelis, c. 65. *Philonome.* Philonome Cycni vxor, quæ & Tennẽ priuignum de ſtupro ſollicitauit, vt tradit Pauſanias in Phocicis, qui eſt liber 10. *Timaſionis nouerca.* Et ea quę Timaſionem priuignum, qui ſibi commiſceri denegarat, apud patrem accuſauit, quòd amatoribus magis, quàm mulieribus, gauderet, vt ſcribit Philoſtratus in vita Apollonij lib. 6. Et Caſperia Rhęti Marrubiorum regis vxor cum priuigno ſuo concubuit, vt Abieni autoritate tradit Seruius in 10. Æneid. in eum locum:

*— Et Rhæti de gente vetuſta.*

*Alia.* Alia quoque, quæ apud Apul. libro 10. Aſini aurei, priuignum ſuum adamauit, eumque quòd ſibi concubitum denegaſſet, veneno appetiuit, & tandem inceſtus, & parricidij accuſauit.

104 *Quæ generos adamauerint.* ¶ Quę generos ſuos adamarint, non paucæ quoque fuerunt. Nam Cicero in Oratione pro Aulo Cluentio Habito, ſcribit Saſſiam matrem ipſius Habiti amore captam fuiſſe Melini adoleſcentis generi ſui, animumque illius ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi deliniriq; poſſet, pellexiſſe, eique tandem nupſiſſe. Subiungitq;. O' mulieris ſcelus incredibile, & pręter hanc vnam in omni vita inauditum. Quod intelligere debes quantum ad nuptias. Nam quantum ad concubitum ſępius antè id contigerat, vt paulò poſt dicemus. Suetonius in Tiberio c. 35. tradit ipſum Tiberium cuidam Equiti Romano iuriſiurandi gratiam feciſſe, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturũ antè iurauerat. Et Ammianus Marcellinus circa initia li. 14. prodidit mulierẽ neſcio, q̃(neq; eam nominat) Clematiũ Alexandrinũ generum ſuum, cui commiſceri cupiebat, eius amore non impetrato, mortem illi machinatam fuiſſe. Iuſtinus li. 7. tradit Eurydicem vxorẽ Amyntæ poſterioris Macedonum Regis, cum genero ſuo, quẽ non nominat, adulterium commiſiſſe, & ei nuptias pactam occiſo marito: idq; effeciſſet, niſi res prodita fuiſſet. Idem quoq; ad finem lib. 26. ſcribit Arſinoen (ſiue illa fuit, de qua locuti ſumus in præcedenti verſ. ſiue alia) conſuetudinem habuiſſe cum Demetrio genero ſuo.

105 *Quæ fratres maritorum.* ¶ Vt interim eas prætermittam, quæ & in fratres maritorum ſuorum turpiter exarſerunt. Nam Hypermneſtra Locrenſis, cum fratris viri ſui concubitum appeteret, clàm nocturno tẽpore voti cõpos eſt effecta. Manè verò pudore affecta, vt ſcelus ſuum diſſimularet, ancillã necauit, quaſi eam in concubitu deprehendiſſet. Ex quo eſt illud Ouid. in Ibin.

*Quæq; ſui Venerem iunxit cum fratre mariti.*
*Locris, in ancillæ diſſimulata necem.*

106 *Aſtrorum iniurij.* ¶ At ſunt (inquit quiſpiam) excuſandę mulieres, quãdo vi atque potentia aſtrorum his obſcœniſſimis, & infandiſſimis concubitibus patrum, filiorum, fratrum, priuignorum, generorum, & aliorum huiuſcemodi ſunt obnoxię, vt videre licet ex Iul. Firmico lib. Aſtronom. 3. c. 7. in duodecimo loco. & li. 4. c. 1. in applicat. Lunę ad Venerem. & li. 6. c. 26. in coniunctione Iouis, & Veneris. & iterum c. 31. non ſemel. Sed qui hęc ita excuſabunt, poterunt & alia ſcelera ſimiliter excuſare, quod quàm ridiculum ſit, nemo non videt. Præſertim cùm aſtra neceſſitatem non imponant, vt ſatis diximus ſuprà in 7. lege cõnubiali, num. 5. ex quibus conſtat. & ſeq. Imò veriùs nec nec habeãt quicquam roboris, vt & nos diximus in trac. Nobilitatis, c. 11. nu. 3. & dicemus alibi latiùs.

107 *Quæ maſculam libidinem exercuerunt. Megilla.* ¶ Illud autem præterire non poſſumus, mulieres adeo eſſe prærabida præferinaq; libidine, ac efferato prurituadeoq; natura in coitum præcipites, & tam prurigine concitatas, & (vt ille dicit in Priapeijs) ſine fine prurientes, vt ſint quę & maſculam libidinem exerceant, ideſt, quæ, vt viri, cum fœminis concumbant, quod & de Megilla quadam Lesbia tradit Lucianus in Dialogis meretricijs, dialog. 5. in quo colloquuntur Clonarium, & Lęęna: *Baſſa.* & de Baſſa Martialis lib. 1. Epigram. 58.

*Quod nunquam maribus iunctam te, Baſſa, videbam,*
*Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat:*
*Omnis & officium circa te ſemper obibat.*
*Turba tui ſexus, non adeunte viro:*
*Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis:*
*At tu, proh facinus, Baſſa fututor eras.*
*Inter ſe geminos audes committere cunnos:*
*Mentiturque virum prodigioſa Venus.*
*Commenta es dignum Thebano ænigmate monſtrum,*
*Hic, vbi vir non eſt, vt ſit adulterium.*

*Philænis.* Et Philęnis, non ea quidem de qua locuti ſumus ſuprà. nu. 97. ſed alia multò poſterior apud eundem Martial. lib. 7. Epigr. 66.

Pædi-



*Pædicat pueros tribas Philænis,*
*Et tentigine ſæuior mariti*
*Vndenas vorat in die puellas.*

*Tribades quæ dictæ.* Ex quo, atque etiam ex titulo ſuperioris Epigrammatis, qui talis eſt, Ad Baſſam tribadem, vides huiuſcemodi fęminas tribades dici. Quod & apertiùs oſtendit idem ille author, eodem lib. 7. in eam ipſam Philænin, Epigr. 69.

*Ipſarum tribadum tribas Philæni,*
*Rectè, quàm futuis, vocas amicam.*

*Sappho tribas.* Et de hac quoque Philæni tribade, & alijs huiuſcemodi fœminis loquitur Lucianus in lib. cui tit. eſt, Ἔρωτες. Ferturque etiam Sapphò ancillas habuiſſe Amythonen, Teleſippam, Megaram, Atthin, & Cydnò, Girinnam, Anactoriam Andromedam, Polianactidam, quibus ad libidinem abutebatur. Eas enim ſubagitare ſolebat, & viciſſim ab eis pati. In idque referunt illud ipſius Sapphus in ſua Epiſtola ad Phaonem apud Ouidium.

*Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno:*
*Non oculis grata eſt Atthis, vt antè, meis.*

Et de cæteris quoque nonnihil videbis apud Maximum Tyrium Platonicum, Serm. 8. In has autem Tribadas inuehitur Iuuenal. Satyr. 6. his verſibus.

*Lenonum ancillas poſita Laufella corona*
*Prouocat, & tollit pendentis præmia coxæ.*
*Ipſa Medullina frictum criſſantis adorat,*

108 *Mulieres brutorum animaliũ amores ſectatæ. Paſiphae.* ¶ Sunt & quæ cum beluis, & iumentis concumbere deſideranter velint, & cupiant. Veteres perhibent, Paſiphaen Minois Regis vxorem, tauro ſe ſuppoſuiſſe, & Minotaurum genuiſſe, Veneris (vt cum Virgilio libro 6. Aeneid. loquar) monumenta nefandæ. Vnde eſt & illud eiuſdem Virgil. Eclog. 6.

*Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,*
*Paſiphaen, niuei ſolatur amore iuuenci.*
*Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?*
*Prœtides implerunt falſis mugitibus agros:*
*At non tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta*
*Concubitus.* —

Et illud Propert. lib. 2. ad Cynthiam.

*Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,*
*Corrupit torui candida forma bouis.*

Et libro 3.

*Teſtis Cretæi faſtus quæ paſſa iuuenci*
*Induit abigenæ cornua falſa bouis.*

Idem quoque relatum eſt ab Ouid. lib. 1. de Arte amandi, illis verſibus.

*Fortè ſub vmbroſis nemoroſæ vallibus Idæ.*
*Candidus, armenti gloria, taurus erat.*

& qui ſequuntur. Et rurſus in Epiſtola Phædræ ad Hippolytum.

*Paſiphae mater decepto ſubdita tauro.*

Quamuis ſint (ne id omittam) qui dicunt Iouem Paſiphaes amore captum, tauri formam ſumpſiſſe, vt tradit Porphyrius lib. 3. de Abſtinentia carnium. Lucianus autem in lib. de Aſtrologia, id quoque aliò trahit. nempe, quòd audiens à Dedalo de tauro cœleſti, in amorem Aſtrologiæ deuoluta eſt. *Semiramis.* Semiramis, de qua ſuprà locuti ſumus, equum vſque ad coitum adamauit, vt author eſt certiſſimus, qui poſteris prodendum putauit, Iuba, ſtudiorum claritudine, quàm regno memorabilior, & ex eius authoritate Plin. lib. 8. c. 52. & præterea Hyginus Fabular. c. 243. in fin. *Puella ex cane peperit.* Sed & puella quædam in Hetruria, ſub Pio tertio, canem impudicè adamauit, ex eoque facta grauida, ſemicanem peperit: hoc eſt, manibus, pedibus, & auriculis caninis, cætera hominis, vt ſcribit Volaterranus in Philologia, lib. 32. c. 5. ad fi. *Alia.* Quin multo antè tempore Glauca cithariſtria fertur canem quoq; adamaſſe, vt retulit Ælianus lib. 10. Variæ hiſtor. *Mulier elephantũ peperit.* Plinius autem lib. 7. c. 3. tradit Alcippen elephantum peperiſſe. Et idem de Glaucippe tradit Tatianus in Oratione contra gentes, niſi eadem fuerit, vt hinc intelligas, eas cum elephanto concubuiſſe. *Mulieres cum hircis coeuntes.* Cæterùm in Ægypto inſula eſt Mẽdes vocata, in qua mulieres paſsim cum hircis coeunt, ſicuti tradit Herodotus lib. 2. & Strabo lib. 17. ex authoritate Pindari. & Lucianus in Dialogo, περὶ τȣ͂ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.

109 *De eadem re.* ¶ Nimirum ob hanc infandam inſanamque libidinẽ mulierum, ſcribitur in Leuitico, ca. 18. Mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei. Et infrà ca. 20. Mulier quæ ſuccubuerit iumẽto, ſimul interficietur cum eo. Cuius rei etiam fit mentio in Decretis Canonicis, in c. mulier 15. q. 1. Ex quo facilè colligi poteſt, illis quoque ſanctis temporibus fuiſſe fœminas obſcęna illa impudicitia pollutas, ferinique coitus præ nimia libidinis vredine appetentes. Vt verum videri poſſit, matronam Summatem ſitienter appetiuiſſe concubitum cum Luciano Syro in aſinam deformato, ſicuti ipſe ad finem ſui Aſini feſtiuiter deſcribit, poſtque eum Apuleius, qui hoc totum ad ſe ipſum tranſtulit, li. 10. Metamorph. Hincq; illud Satyrici non abs re ſcriptum videtur, in monſtrificam fœminarum Venerem.

*— Mora nulla per ipſam,*
*Quo minus impoſito clunem ſubmittat aſello.*

110 *Mulieres, quædam viros petũt potius, quàm petantur.* ¶ Quid igitur opus eſt, poſt has tantas, tam fœdas, tã ſpurcas, infandas libidines, memorare fœminas, quæ ea impudicitia, ea impudentia ſunt, vt potiùs viros petant, quàm ab eis petantur: quæque mercedem libidinis potius offerant, tradantque viris, quàm ab eis accipiant? *Sẽpronia.* Priorum extat memorabile exemplum apud Salluſtium de Sempronia illa literis, & Gręcis, & Latinis, docta forma & genere ſatis fortunata. Hæc tamen, vt ille ait, pecunię, an famæ, minus parceret, haud facilè diſcerneres: libidine ſic accenſa, vt ſæpiùs peteret viros, quàm peteretur. Eſt & aliud exemplum recentius Thermionillæ apud Iouianum Pontanum lib. 2. Tumulorum.

*Hanc multi petière, & multos ipſa petiuit,*
*Auſa dare & cunctis, auſa rogare prior.*

Et ſanè huiuſmodi eſſent cæteræ mulieres, niſi ruſticitas vetaret, aut ſi inter mares conueniret, ne ipſi fœminas peterent, ſi credimus Ouidio, cui probè animi muliebres erant cogniti, vt alibi diximus. Is enim libro primo Elegiarum.

*Aut ſi ruſticitas nou vetet, ipſa rogat.*

Et lib. 1. de Arte amandi.

*Conueniat maribus, ne quam nos antè rogemus,*
*Fœmina iam partes victa rogantis aget.*

111 *Quæ uiris libidinis mercedẽ afferunt.* ¶ De poſterioribus illa eſt quærimonia Ezechiel. ca. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti cunctis amatoribus tuis: & dona donabas eis, ut intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum, & alibi ſæpe in eod. c. Et Oſeæ 4. Ephraim munera dederunt amatoribus ſuis. Harumque ſunt alia multa exempla apud Martialem. nam lib. 1. in Chloen.

*Donaſti tenero, Chloe, Luperco*
*Hiſpanas, Tyriasque, coccinasque,*
*Indos ſardonychas, Scythas ſmaragdos.*
*Et lotam tepido togam Galeſo,*
*Et centum dominos nouę monetæ.*
*Et quicquid petit, vſque & vſque donas.*
*Væ glabraria, væ tibi, miſella,*
*Nudam te ſtatuet tuus Lupercus.*

Et lib. 2. in Gallam.

*Cùm placeat Phileros, tota tibi dote redemptus,*
*Tres pateris natos, Galla, perire fame, &c.*

Et lib. 9. in eandem.

*Promittis ſexcenta tamen, ſed mentula ſurda eſt:*
*Et ſit luſca licèt, te tamen illa videt.*

Et lib. 11. de Lesbia.

*Lesbia ſe iurat gratis nunquam eſſe fututam.*
*Verum eſt, cum futui vult, numerare ſolet.*

Idq; potisſimum faciunt deformes,& anus,uel teſtimonio Ariſtophan.in Theſmophor.

*Ἠ δῶρά τις δίδωσιν μοιχῷ γραῦς γυνή.*

112 *Quæ viros rapuerint.*

¶Sed iſtis facile parcere debemus,videntes alias multas,ſuis precibus,& muneribus non contentas, vim quoque adhibuiſſe in eos,quos miſere amabant, cum nullis precibus, aut muneribus concubitum ab illis impetrare potuiſſent. Et inter alias plurimas vxorem Putifaris Ægyptij: Phædram,de qua ſupra locuti ſumus: Anthiam, ſiue Atheiam,ſiue etiam Sthenobæam, Iobatis filiam,& Prœtim Argiuorum Regis uxorem : Gidicam, de qua etiam ſup.locuti ſumus : Auroram, Cephalum, de qua Pauſa.li.1.Heſiodi teſtimonio in carmine, quod de mulieribus compoſuit. Et item Pauſanias li.3.& Oui.li. 7. Met.& de arte amandi.

*Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ.*

Et Athenæus libro 13.capite 7.vbi eandem dicit rapuiſſe Clithum,& Tithonem. Et Homerum libro decimo quinto Odyſs.vbi eam dicit rapuiſſe Clitum pulchritudinis gratia :

*Ἀλλ' ἤτοι κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν ἠώς.*
*κάλλεος εἵνεκα οἷο.*

Et aliam,de qua Angel. noſter in l.1. C. de raptor.virg. De quibus,& nos quoque locuti ſumus in tractatu Retractuum.tit.1.§.20.gl.1.nu.5.inc. ſecundũ quã ſñĩarũ.

*Quæ nec liberis, nec parentib. nec patriæ pepercerunt.*

¶Omitto eas,quæ vt ſuæ libidini indulgerent,nec liberis,nec parentibus,nec patriæ pepercerunt , rebus ſacratisſimis.Nam inſidijs Eurydices illius,vxoris Amyntæ Regis Macedoniæ,aui Alexandri Magni,Alexander, & Perdiccas eiuſdem filij ob ipſum appetiti occubuerunt. Quam rem deſcribens Iuſtinus lib.7. ita in eam exclamat: Indignum prorſus, libidinis cauſa liberos à matre vita priuatos . Scitum autem eſt in eandem ſententiam illud Martial.lib.2.Epig. in Gallam: cuius initium iam à nobis ſuprà eſt relatum.

*Cùm placeat Phileros tota tibi dote redemptus,*
*Tres pateris natos,Galla,perire fame.*
*Præſtatur cano tanta'n'reuerentia cunno.*
*Quem nec caſta poteſt iam decuiße Venus?*
*Perpetuam dij te faciant Philerotis amicam,*
*O mater,qua nec Pontia deterior.*

Nam & Pontiæ Iuuenalis mẽtionem facit Satyra 6.quæ duos ſuos filios veneno ſuſtulit,vt adultero nuberet.

*——Sed clamat Pontia, feci,*
*Confiteor,puerisq; meis aconita paraui,*
*Quæ deprenſa patent:facinus tamen ipſa peregi,*
*Tùne duos vnà,ſæuiſſima vipera,cœna?*
*Tùne duos? &c.*

*Callirhoe.*

¶Callirrhoe filia Lyci Regis Lyciæ capta amore Diomedis Troia redeuntis,patrem prodidit, vti Iubas rerũ Africarum li.3.tradidit,& ex eius autoritate Plutarchus in Parall.c.46. Similiterque Byſaltia filia Regis Maſſylorum, *Byſalthia* Calpurnium Craſſum iuuenem adamatum,patris à ſe proditi victorem fecit,vti Heſianax lib.3.Rerũ Lybicarum ſcripſit, eiusque autoritate Plutarchus in eo opere ſuprà citato,c.47. *Scylla.* Scylla.Niſi Megarenſium Regis filia,Minois amore capta,crines patris purpureos,& fatales abſcidit, atque ita & patrem, & patriam perdidit. Hinc enim Niſus à Minoe victus & interemptus eſt, ut tradit Pauſan.lib.1.quo Attica deſcribit. Et Seruius in Virgilium libro 6.Æneidos,in eum locum:

*Quid loquar,aut Scyllam.*

Et in Eglog.6.eiuſdem,& alij plurimi.Ex quo illud Propertij lib.3.

*Tuq; o Minoa uenundata Scylla figura,*
*Tondens purpurea regna paterna coma.*
*Hanc igitur dotem uirgo deſponderat hoſti.*
*Niſe tuas portas fraude recluſit amor.*

Et Ouid.de Arte amandi.lib.

*Filia purpureos Niſo furata capillos, &c.*

Et lib.2.Triſt.ad Auguſtum:

*Impia nec tragicos tetigiſſet Scylla cothurnos,*
*Ni patrium crinem deſecuiſſet amor.*

Et fuſius li.8.Metam.in prin.vbi integram rei eius hiſtoriam recẽſet. Sed & Simonides Poeta tradit, Tarpeiam Gallis Capitolium prodidiſſe,cùm illorum Regis amore capta eſſet. *Tarpeia.* Quod & ex eo retulit Plutarchus in Romulo, vbi & illius carmen de ea re adſcribit. Et Seruius enarrans illud Virgil.lib.8.Aeneid.

*Hinc ad Tarpeiam ſedem,& Capitolia ducit,*
*Aurea nunc,olim ſylueſtribus horrida dumis.*

Licèt eam hiſtoriam aliter habere tradat, vt inibi videre poteris,& nos alibi quoq: retulimus,ſ.ſupra in 3.leg. connub.nu.25.in c.huius autem.& 27.in Pſellio.Sed,& Propertius quoq. aliter li.4.in Fabula Tarpeię.Nec abſimiliter Piſidice filia Regis Methymnæ,Achilli,qui vrbẽ Methymnam obſederat,amore illius capta , vrbẽ ipſam prodidit,vt teſtis eſt Parthenius Nicenſis Eroticorum, c.21.Vti,& Nanide Creuſi filia, Cyro Perſarum regi, illius quoq; amore capta, Sardiorum arcẽ prodidit, apud Licinium Chyum Lyricum Poetam,& Hermeſianactẽ & ex his ipſum Parthenium eiuſdem operis cap.22.

115 *Fœminis maior voluptas in concubitu quàm viris.*

¶Nec mirum videri debet, ſi ſe mulieres libidinum Veneris fęditatibus,magis quàm mares,adobruant,cum vt ſcribit Auicenna li.9.de Animal.& iterum in 21.tertii,c.2.& Haly Abbas in 6.Theoricæ,extenſiue duplicata eſt in fęmina concubitus voluptas, quia præter ſeminis motum,& orificij vuluæ(vt trãslatis verbis vtamur) in ſugendo quoque naſcitur oblectatio,vulua ipſa diuermodè mota.Quod & Galen.inſinuat,li.4.de Morbis,& ſympt.& vt vulgò dicitur,de Accidenti,& morbo, cum ſcribit,partes genitales proprio quodam, & eximio ſenſu voluptatis affici, in idq; validisſima eſſe præditas facultate, expultrice quidẽ genitalis ſeminis in maſculis tantum,in fęminis verò & hac ipſa in teſticulis,& ſeminarijs vaſis,& præterea attractrice per totum vterũ. *Tireſiæ iudicium.* Tireſias,qui vtrunque ſexum expertus erat, arbiter electus à Ioue ac Iunone, de voluptatis in concubitu quantitate contendentibus,tres voluptatis vncias in viro,nouem in fęmina pronuntiauit,vt ſcribit Fulgẽt.li.2.Mythologic.Et eam rem graphicè deſcripſit Ouid.li.3.Metamoph.& nonnihil etiam eius rei meminit Lucianus,in Dialogo Menippi,& Tireſię,& in alio, cui titulus eſt ἔρωτος vbi tradit Tireſiam iudicaſſe mulieris delectationem toto gradu virilem præcedere. Et Apollodorus aliorum autoritate,de Deorum origine li.3.vbi dicit, illũ de nouem ac decem, quæ inter coeũdum voluptatis partes capiũtur,nouem mares,at mulieres decem ſentire iudicaſſe, eſſeque, vt ille ſubdit, qui illum Ioui ac Iunoni ita verſibus reſpondiſſe ferant.

*μίην μὲν μοίρην δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ,*
*Τὰς δὲ δέκ' ἐμπίμπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα,*

*Parte vna è denis mas partibus oblectatur:*
*At mulier ſolitum coitus capit ipſa decuncem.*

Meminit item Iul.Hyginus Fab.c.75.Inter Iouem, inquit,& Iunonẽ fuit iocoſa altercatio,vter maiorem ex re venerea voluptatem caperet,maſculus,an fœmina. De qua re iudicẽ Tireſiam ſumpſerunt,qui vtrunq; erat expertus.Is cùm ſecundũ Iouẽ iudicaſſet, Iuno irata,manu auerſa eũ excæcauit.At Iouis ( ita.n. loquitur) ob id fecit,vt ſeptẽ ætates viueret, vatesq; prætercæteros mortales eſſet.Hæc ille. Cui concinens Ouid.in Ibin.

*Qualis erat,poſtquam eſt iudex de lite iocoſa*
*Sumptus,Apollinea clarus in arte ſenex.*

Ex quibus & Iuuenal. Satyra 6. Illud conſtanter affirmauit :

*Vir nollet fieri:nam quantula noſtra voluptas?*

Et rurſum Satyra.11.

*——Maior tamen iſta voluptas*
*Alterius ſexus.*

Et



Et id quoque , quod diximus e Medicis, præter eos, quos citauimus in prin.huius verſi.aſſerit Petrus Aponẽſis in Conciliatore,differ.34.& in comment. problematon Ariſt.libro 4.c.15.

116 *Qui cõtra tenuerũt.*

¶Quamquam Hippocrates , aut , ut placet Galeno, Polybius in lib.περὶ γονῆς,ideſt,de genitura,contra aſſerit virum ſcilicet in coitu maiore uoluptate affici. Semen enim viro concuſſu vehementiore , quàm fœminæ, ab humore repentè ſecerni, ob eamq; cauſam virum impẽſius delectari.At Gorræus Pariſ.Medicus, impenſe doctus,qui eum librum eleganter , & fideliter in Latinum traduxit,in annotationibus eiuſdem , Tametſi, inquit, maribus ſemen calidius,acrius, copioſiusque ineſt, motuque ipſi maiore,quàm fœminæ,in coitu concutiũtur, plusque multo caloris,& ſpiritus obtinent,quamobrem ex his maior eſſe maris, quàm fœminæ voluptas uideri posſit:tamen in fœmina alia priuatim conſiderare oportet,quæ inter præcipuas, & potisſimas uoluptatis venereæ cauſas eſſe poſſunt. Siquidem eius uterus magno uirilis ſeminis deſiderio tenetur,ipſumq; mirum in modũ appetit,& attrahendo,ſugendo,concipiendoq; impẽſisſime delectatur.Eſt enim ea in re vterus uentriculo ſimilis.Sicut enim iſte ſuauibus cibis,potibusq; gaudet, eosque auidisſimè amplectitur,ita ille ſemen amat, habetque gratisſimum.

117 *Virgines maxime ĩ Venerem pronæ, dũ dulcius eſſe putant, quod neſciunt.*

¶Maxime autem virgines feruntur pronæ eſſe in Venerem, vtpote quæ magis expetant eam uoluptatem experiri,cuius hactenus fuerunt expertes,ut ſcribit Diuus Thomas in 4.ſenten.& Anto.Flo.in 2.par.ſum.ti.5.prout retulit è noſtris Matth.Aff.in conſt.Siciliæ, cuius initium eſt,ſi quis rapere. colum.2.uerſi.ſed quæro quę eſt ratio.Et ante hos Hieronymus in libello, de uitando ſuſpecto contubernio : Libido,inquit, in uirginibus maiorem famem patitur, dum dulcius eſſe putant, quod neſciunt.Quem loco non deſignato citat,& ſequitur gl.in c.viduas.el 1.in verbo,uſæ ſunt.27.q.1.ubi & text. hoc clanculum innuit.Et in eam ſententiam Hieron.ipſe ad Gaudentium,de Pacatulæ infantulæ educatione,ſcribit eos facilius libidine carere, qui aliquando experti ſunt corporis uoluptatem,quàm eos,qui a pueritia libidinem neſciunt.Ab alijs enim nota calcari,ab alijs ignota appeti.Illos vitare pœnitendæ ſuauitatis inſidias : hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandientes , dum mella putant,venena noxia reperire. Et huc pertinere poteſt,quod ſcribit Matth.Afflict.in cap.1.§. item ſi fidelis.colum.2.uerſi.ſcias tamen.tit.quib.mo. feu.amitt. magis peccare viduam ſtuprando,quàm uirginem,uelutì minus ſolicitetur uidua , quàm uirgo : ideoque magis peccat,iuxta ea,quæ diximus ſupra in leg.connu.2.nume.28.incip.ſed quid tantùm.licet ipſe Matthę.alijs rationibus moueatur.

118 *Alij ediuerſo corruptas memores priſtinæ uoluptatis.*

¶Verum idem Hieronymus ipſe,non ſemel contrarium non obſcure ſcripſit. Nam ad Gerontiam de Monogamia,Certè,inquit,multò laborioſius eſt,eo nõ frui quòd habeas,quàm deſiderare quod amiſeris : unde & uirginitas in eo facilior eſt , quòd carnis incentiua non norit,& viduitas in eo ſolicitior(aut,vt alij legunt , felicior)quòd præteritas animo recolit uoluptates . Et iterum lib.1.contra Iouinianum loquens etiam de uiduis: Quantoque eſt maior difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere,tanto maius eſt præmium. Rurſumque ad Celantiam de Inſtitutione matrisfami. loquens de vidua quadam pudica:Magni,inquit, hoc animi ſignum,& perfectæ virtutis indicium eſt,renũtiare expertæ uoluptati , fugere notas carnis illecebras , & calentis adhuc ætatis flammas,fidei amore reſtinguere. Et ante Hieronymum Tertullianus lib.1.eorum , quos ad uxorem ſcripſit;Quanti,inquit,eſt vidua ipſa, cuius aſſertor Dominus diſputauit: Non tantum uirginib. datum opinor,licèt in illis integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo uiſura ſit faciem Dei.Tamen uidua habet aliquid operoſius, quia facile eſt non appetere quod neſcias,& auerſari quod deſideraueris nunquam. Glorioſior continentia,quæ ius ſuum ſentit, quæ quid uideri,nouit.Poterit uirgo fęlicior haberi,at uidua laborioſior:illa,quòd bonum ſemper habuit:iſta,quòd bonum ſibi inuenit.In illa gratia,in iſta uirtus coronatur.Et huius quoque ſententiæ fuiſſe uidetur diuus Ambroſi⁹, ſtatim in initio libri de uiduis,ſcribens uiduas,cum uiro caſtum cubile cuſtodiunt,documento virginibus eſſe integritatem Deo eſſe ſeruandam.Et propemodum,inquit, nòn inferioris virtutis eſt,ab eo abſtinere coniugio, qđ aliquando delectauerit, quàm coniugij oblectamenta neſcire. Et Timotheus epiſcopus libro primo,eorum, quos ad eccleſiam catholicam ſcripſit,loquens de coniugibus continentiam profesſis: Quomodo,inquit,ad ſe pertinentia alijs addicant, qui ſeipſos ſibi denegant ? Tam noua enim uirtute præditi,conceſſasque, & quod maius eſt, expertas corporum uoluptates admirabilis continentiæ authoritate calcantes, &c. Et è noſtris gl. in capit.ſecundo,in uerbo,facilius, de pœniten. diſtinc. tertia,cum dicit,eſſe facilius ſeruare uirginitatem,quàm poſt corrruptionem, carnis ſeruare continentiam . Et hoc quoque multis probat,& confirmat Ioan.Gerſon, non omnino malus author, in libro de Cœlibatu uirgi. cap.tertio.Et hanc item partem fulcit Ariſtot.lib. 7. de hiſtor.animal.cap.primo.Voluptatis,ait, qua olim geſtirent,memores , deſiderio mouentur præteritæ contrectationis.Et Andr.Alcia.in l.malum.§.uiduam.in fin.ff. de uerbo.ſignificat.Nam difficilius,inquit, his eſt, quæ illicium Veneris expertæ ſunt.Et huc quoque reſpicit, illud Virg.lib.3.Georg.

*Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas*
*Sollicitat.——*

¶ Sed utcunque ſit, illud certe minime dubium eſt, puellas recenter ſtupratas,coitus eſſe appetentiores , qa nondum per ætatem in ijs eſt multum humoris ſpermatici.Ideoque nihil,aut certè minimum , ex eo emittunt in concubitu. Hinc fit,vt quanto magis coeunt, tanto quoque magis appetant : nempe quia per Venerem his humor attrahitur,ſed non emittitur. Cum autem attrahitur,calor ſimul, & uentoſitas generatur : quę res maxime coitum ſtimulant.Item cum earum meatus ſint adhuc anguſti, is humor quantuluſcunque in eis eſt , non facile labitur. Ideoque titillatione illa uenerea admodũ oblectantur,quo posſint huiuſmodi humorem expellere, vt ſcienter diſſeruit Petrus Aponenſis, maximus ſua tempeſtate philoſophus,in commen.in Ariſtotelis problema.libro quarto,capitu.26.monens propterea parentes,ut filias eo tempore diligenter cuſtodiant : & alias quoque eius rei adfert rationes, quas illic uidere omnibus promptum eſt.At ipſe Ariſtoteles,libro 7.de hiſtoria anima.capit.primo,ſuadet etiam puellas, tum maxime cuſtodiendas eſſe,cum menſes habere incipiunt:tũc enim pręcipue ad uſum rei venereę incitari.Sed & illud ibi ſubiungit,eas,quę admodum puellę concumbunt, libidinoſiores per totam ætatem euadere: meatus enim laxari: reddique eò corpus lubricum. Quod & ipſum tradit Galen.ad fi.lib.6.de locis affect.Et idem prope dixerat idem Ariſto.libro Politic.7.cap.16.dum ſcribit, ad continentiam utile eſſe,nuptias fieri ſeriores : intemperantiores enim eſſe uidentur, cum puellę Veneri aſſueſcunt:quod & nos alibi retulimus.Huic autem,quod de cuſtodia huiuſmodi puellarum illi ſcribunt, concinit illud Eccleſ.43.cap. Filia patris abſcondita eſt uigilia , & ſolicitudo eius aufert ſomnum,ne fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur . Et paulò poſt , Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam , ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis.Ex quo eſt,& illud Alciati noſtri Emblem.

119 *Puellas recenter ſtupratas coitu appetentiores.*

*Puellæ tũc cuſtodiendæ, cũ mẽſes ĩcipiũt*

*Libidinoſiores euadere, quæ puellæ concumbunt.*

*Vera hæc effigies innupta eſt Palladis: eius*
*Hic draco, qui dominæ conſtitit ante pedes.*
*Cur diuæ comes hoc animal? cuſtodia rerum*
*Huic data, ſic lucos templaq; ſacra colit.*
*Innuptas opus eſt cura aſſeruare puellas*
*Peruigili, laqueos vndiq; tendit amor.*

120 *Fœminas grauidas concubitũ maxime appetere. An tamẽ illud uerũ ſit.*

¶ At potiſſimum mulieres grauidæ, cuiuſcunque ætatis ſint, concubitum appetunt magis, & magis quidem, quàm quæ ventrem non ferunt. Tunc enim conceptum ſemen neruos mouet, & inde confricationis ardor inaſcitur, vt Alberto Magno in libro de animalibus, & alijs pleriſque placere video. Sed his aperte repugnat Ariſtoteles maximus rerum naturæ profeſſor, libro problematon 10. cap. 47. quo in loco, Quæ, inquit, grauidæ eſſe cœperunt, minus auidæ Veneris euadunt, menſtruæ purgationes nullæ præterea veniunt. Vnde & ipſe Aponenſis illi ſubſcribit, dicitque id potiſſimum obtinere, ſi mulier marem vtero gerat. Idem quoque tradit Ætius Tetrabib. 4. Sermone 4. cap. 8. Cæterum Matthæus à Gradibus, Medicus, & Philoſophus non pœnitendus, conſil. Rei medicæ 80. cuius caput eſt, Clariſſime Doctor, refert quandam nobilem mulierem, cum prægnans non erat, in furias magna coeundi cupiditate rapi ſolitã: poſtquam verò concepiſſet, ab ea paſſione liberari. Hucque accedit, quod ſcribit Plutarchus in libro de tuenda bona valetudine, mulieres grauidas veneficijs vti, quibus abortum faciant, fœtumque perdant, vt rurſum impleãtur, ampliusque voluptuentur. Ego verò, ut hos in concordiam reducam, puto utraſque, & prægnantes, & uacuas, huius eſſe auidiſſimas, vt vix dignoſci queat vtrę auidiores ſint.

121 *Fœminas ſteriles maxime libidinoſas eſſe.*

¶ Conſtat autem mulieres ſteriles, præ cæteris eſſe libidinoſiſſimas: quia cum non ſatis expurgentur, plurimo illas ſpermate abundare neceſſe eſt. Hoc enim, vti in maribus non excretum, vehemens coeundi deſideriũ excitat, ita in fœminis idipſum efficere natum eſt. Nec id quidem abs re fieri. Menſtruas enim fluxiones excrementorum ſpermatis cuiuſdam eſſe egreſſionem, cum aliud nihil, quàm non bene coctum ſemen, ſint hæ menſtruæ ſuperfluitates. Ideo quæ multipara animalia ſunt, cum crebro fœtu excernant id ſuperfluum, atq; eo modo abundè copioſeq; expurgentur, continentiora nõ immeritò exiſtimãtur. Quod à Nicolao Leonico Thomęo rerum naturaliũ doctiſſimo Interprete, quæſtionũ quoque naturalium ca. 60. proditum eſt. Sed quod accepiſſe videtur ex Ariſtotele, libro 4. de generatione animaliũ, cap. 5. licet ſubticeat.

122 *Militum uxores.*

¶ Sed quod ad ordinem, ſiue ſtatutum pertinet, ſatis conſtat, vxores eorum, qui militiam, ac bella ſequuntur, maxime impudicas eſſe. quod & noſtris legibus proditũ eſt. l. ſi quondam. & l. quamuis. C. de adulte. Nam & legimus, Clytemneſtram, Agamemnonis vxorem, Aegialã, aut, vt alij vocant, Aegialiam, Diomedis illius Aetoliæ Regis uxorem. Et aliam Cimonis illius Miltiadis filij vxorem, Metellam Syllæ, Pompeiam Tertiam Cæſaris, Mutiam Pompeij, Clodiam & Seruiliam uxores Luculli, alteram Clodiam Metelli, Apuleiam, ni fallor, Lepidi Iuliam adulterijs famoſam Septimij Seueri Imperatoris Romani, ſummorum bellatorum, aliorũ ſe libidinibus ſœde polluiſſe. Agamemnonis vxori teſtimoniũ omnes perhibent, ſuntque in eam rem multæ Tragœdiæ, & Latinæ, & Græcæ. Diomedis Lycophronem, & eius authoritate Interpretem Homeri libro quinto Iliados, vbi & idipſum ſatis declarat idem Homerus. Seruius in lib. 8. Aeneidos, ſtatim poſt principium, & iterum in libro 11. Aeneidos, eo loco:

*Inuidiſſe Deos.*

Syllæ, Cæſaris, Pompeij, Luculli, Diuus Hieronymus in Iouinianum libro primo, cap. 39. & præterea Syllę, & Pompeij Plutarchus in vita eorum, itemque ipſius Cæſaris. Aſconius Pedianus, & Suetonius in uita illius, capit. 6. & ante hos Cicero libro primo, epiſto. 9. Rurſumque ipſius Pompeij Suetonius in uita Cæſaris, cap. 50. & Aſconius Pedianus in Argumento Orationis Ciceronis pro M. Scauro. Et Luculli ipſe Cicero libro primo, epiſto. 15. & Plutarchus in uita illius. Et iterum in uita Catonis Vticenſis. Tum item ipſius Pompeij ipſe Pedianus, & Suetonius in uita Cæſaris, & nonnihil Tullius, ubi ſupra Q. Metelli ipſe Tullius in Oratione pro Cœlio, in qua illam Clodiam, Pub. Clodij ſororem miris impudicitiæ contumelijs aſperſit. Ea autem eiuſdem Metelli vxor fuit, vt patet ex eodem Tullio, epiſt. famil. libro 5. epiſtola 2. & Quadrantaria dicta fuit ex hiſtoria quæ illam maxime impudicam fuiſſe oſtendit: quam eleganter narrauit Plutarchus in uita Ciceronis. Et denique Lepidi Plutarchus in vita Pompeij: vbi & illud ſcribit, quòd poſtquam ipſe Lepidus Italiam ſubegit, & Sardiniam occupauit: morbo interijt, mœſtior quòd in literulam quandam incidit, ex qua adulteram uxorem cognouit. Septimij Seueri, Aelius Spartianus in vita illius.

123 *Abſentia maritorũ uxores impudicas facit.*

¶ Siue id facit longa maritorum, tantiſper dũm in bellis peregrè occupantur, abſentia: ſiue etiam ipſorum uirorum in alienas mulieres, per uxorum abſentiam, impudicitia. Nam de primo illud eſt Propertii, libro tertio, Elegia 11.

*Quantum oculis animo, tam procul ibit amor.*

Ex quo Oui. li. 2. de arte amandi illud monet:

*Sit mora tuta breuis, lenteſcunt tempore curæ.*
*Vaneſcitq; abſens, & nouus intrat amor.*

Quod confeſtim exemplo probat:

*Dum Menelaus abeſt, Helene, ne ſola iaceret,*
*Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.*

*Amicitias abſẽtia ſolui, aut minui.*

Ariſtoteles enim libro octauo, Ethic. ad Nicomachum, capit. 5. tradit, obliuionem amicitiæ ex diuturniore abſentia induci. Nam propemodum ita ſcribit: Ἐὰν δὲ χρόνιος ἡ ἀπουσία γένηται, καὶ τῆς φιλίας δοκεῖ ἡ ἀπουσία λήθην ποιεῖν, ὅθεν εἴρηται πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν· idest, Quòd ſi diuturna fuerit abſentia, videtur, & amicitiæ obliuionem adferre: unde dictum eſt illud, Multas amicitias ſilentium diremit. Cæterum omnibus nota eſt Scytharum hiſtoria ab Herodoto relata, libro quarto, in princip. qui cum bello Cimmerios perſecuti fuiſſent, eoque bello, octo & viginti annos peregrè abfuiſſent, eorum interim uxores eorum ſeruis ſeſe commiſcuerunt: ex quorum concubitu progeniti liberi Scythas reuertentes abigere conati ſunt. *Prouerb.* Hucque etiam ſpectat illud Poetæ cuiuſpiam innominati, relatum ab Athenæo, libro 5. capit. primo.

*Οὐ χρὴ συμποσίοισι φίλευς ἀπέχεσθαι ἑταίροις*
*Δηρὸν, ἀνάμνησις δὲ πόλει χάρις αὐτῇ.*
*Non diu, &c.*

Vide Eraſmi Chil. 2. Cent. 1. c. 26.

124 *Milites uenerei.*

¶ Quod autem ad ſecundum pertinet, idem Ariſtoteles, libro Politic. 2. capitu. 7. tradit, eos qui primi fabulati ſunt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxiſſe. Nam omnes huiuſmodi homines proni ſunt ad mulierum, uel ẽt mariũ concubitus. Eius enim hęc uerba ſũt: Ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. Ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν φαίνονται κατακώχιμοι οἱ τοιοῦται. Hincque eſt etiam illud Arnobij libro tertio, aduerſus gentes: Etiamne militaris Venus caſtrenſibus flagitijs præſidet? Eorum igitur uxores ob id infenſæ (quod de ipſa Clytemneſtra Agamemnonis dicemus poſtea in 13. leg. connub. numero 35. incipien. caueant) aliorum quoque uirorum concubitus ſectantur. Nihil enim eſt omnium rerum, quod eas magis impudicas faciat, quàm ipſorum maritorum impudicitia, ut & inibi, & numer. ſequen. oſtendemus.

¶ Verum



125 *Fœminas æſtate, viros hyeme coitus appetẽtiores.*

¶ Verũm (quod apud omnes in rem iudicatam tranſijt) omnes fęminas, cuiuſcunq; ætatis, ſiue virgines ſint, ſiue mulieres, ſiue utero gerant, ſiue non gerant, ęſtate potiſsimum Veneris auidiores eſſe conſtat, viros cõtra hyeme, ſicuti ab Heſiodo lib. 2. eius operis, cui eſt titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι, ſcriptum eſt illis verſibus:

—— *Θέρεος καματώδεος ὥρῃ*
*Μαχλόταται δὲ γυναῖκες ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες*
*Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.*
—— *Flagranti temporis æſtu*
*Fœmineo Venus eſt vſu magis effera ſexu,*
*Mitior illa viris, & ſæpe accita relanguet.*

Quod & repetit Ariſtot. lib. Problem. 4. c. 26. & iterum, cap. 29. rurſumque lib. de Hiſtor. animal. 5. cap. 8. Et Pli. lib. 10. c. 63. Huiusque rei reddit rationem Ariſtoteles illo priore loco, quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æſtiui temporis æſtuant, collabunturque: frigidæ verò refouentur, & vigent. Eſt autem vir calidus & ſiccus, mulier frigida humidaque: ergo virorum tunc vires infirmantur, mulierum verò corroborantur: & vigent per cõpenſationem qualitatis contrariæ. Poſteriori quoque loco idem fermè ſcribit, quia videlicet viris calidior natura eſt, & ſiccior: mulieribus contra frigidior & humidior. Ideoque illis humor & calor ſatis cupiditatem Veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus ex rebus ſemen oriri certum eſt. Mulieribus autem & calor minor, & humor concretus propter caloris inopiam tũc eſt. At per æſtatem, mulieribus ipſis calor modicus, viris largior, quàm ſatis eſt. Nimius aũt vires frangit atque diſſoluit. Quod hinc videre licet, ꝙ pueri per ęſtatẽ tenuiores redduntur, nimirum quia ignis igni additur. Sed & eandem rationem adfert Ioan. Grammaticus in enarratione illius loci Heſiodi, niſi quòd eam dilucidius adſcribit, Græcè quidem, ſed in hunc ſenſum: Nam mulieres æſtate, cum ſint humecta natura, & multò frigidiores, quam viri, Solis vi & æſtus ad temperiem rediguntur, eliquato ſcilicet ac digeſto, quod ex humectatione profluebat. Viris autem innata ſiccitas æſtate plurimum augeſcit. At hyeme contraria omnia fiunt. Nam viri humectatione ad temperiem rediguntur, mulieribus in diuerſam affectionem abeuntibus.

126 *Fœminas florẽte ſcolymo Veneris auidiſſimas, viros contra*

¶ At illud certè mirum eſt, modò verum ſit, quod Plinius lib. 22. cap. item 22. ex Heſiodi & Alcæi, & veterum Poetarum teſtimonio ſcribit, florente ſcolymo herba (alij Limonium appellant, eſtque ſpecies cardui) mulieres libidinis auidiſsimas eſſe, viros autem contra in coitu pigerrimos, veluti prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valentiſsimo, vt ille tradit. Ego verò naturam accuſare nec auſim, nec velim: ſed fortè conſultius prouidiſſet, ſi & æquales ignis ſtimulos, vireſq; in Venerem vtrique ſexui eodem tempore tribuiſſet, vt alter alterius ope commodius ſubleuaretur.

127 *Feles fœmina ſalaces.*

¶ Cæterum vt hoc caput de mulierum libidine finiã, illud poſſum dicere de omnibus fœminis, quod Ariſtoteles lib. 5. de Natura animalium, c. 2. de felibus tradit, ſcilicet fœminas eius generis natura libidinoſas eſſe & ſalaces: mareſque ad coitum ipſas frequenter allicere, inuitare, cogere: punire etiam, niſi lubenter pareant. Quod item de muribus nonnulli tradunt, & in his Ælianus in Hiſtor. animal lib. 12. cap. 10. murem fœminam ait maiore Veneris rabie flagrare, ideoque Epicratem Ambraciotem, mediæ Comœdiæ Poetam, in Poemate, quod Chorus inſcribitur, ita ceciniſſe:

*Mus fœmina libidinoſiſſima.*

*Poſtremò ſubijt deteſtabilis lena,*
*Deierans per Dianam eſſe vitulam,*
*Eſſe virginem, eſſe puellam nondum domitam.*
*At illa murina erat.*

*Et vacca.* Qua hyperbole ſalaciſsimam fuiſſe ſignificat. Et de vacca idem Ælianus eiuſdem operis lib. 10. cap. 27. quo tradit Ægyptios vaccam ideò venerari, quòd affinitatem cũ Venere habere exiſtimetur. Nam id animal tanto impetu in Venerem incitatur, vt cum maris vocem audit, ad coitum vehementiſsimè inflammetur.

128 *Mulieres præcipites.*

¶ Satis ergo probatũ eſt, mulieres eſſe admodum luxurioſas. Ex quo & illud proficiſcitur, quòd cum præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, & deſperatio ſint ex numero filiarum luxuriæ, ſicuti a Gregorio quoque, & Neotericis Theologis ſcriptum eſt, idcircò & mulieres his maximè vitijs vltro ſunt quodammodo obligatæ. Eas enim eſſe maiorem in modum præcipites, teſtimonio eſt Seneca in Hippolyto inquiens:

*Quid ſinat inauſum fœminæ præceps furor.*

Et apertius Valerius ad Rufinum inter epiſtolas Diui Hieronymi: Inſani capitis & præcipitis eſt fœmina, indeliberata ſemper volũtate, præcipuum arbitratur, quod vult, & quod non expedit. Et Iuuenal. Satyr. 6.

—— *Et rabie iecur incendente feruntur*
*Præcipites.* ——

129 *Mulieres inconſtantes, variæ, leues.*

¶ Item inconſtantes, varias, leues, vagas, mobiles, inſtabiles, mutabiles eſſe mulieres (quod non admodum diſtat à præcedenti) probat illud Virgilianum libro 4. Æneid.

—— *Varium & mutabile ſemper*
*Fœmina.* ——

Quod vſurpauit Summus Pontifex in c. forus. ad fin. extra, de verb. ſign. vbi glo. verſus quoſdam vulgares in eã ipſam adducit ſententiam. Et ad id optimè facit text. in l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſtam. ibi, nec ex momentarijs voluntatibus matris, & ibi Dd. qui eum tex. ad id no. ſicuti & Ioan. Fab. in l. vlt. C. de iuris & fact. ignor. Ea autem lex loquitur de matre quapiam, quæ filiam nuptui tradiderat genero a ſe delecto, moxque eius matrimonij 8
nulla iuſta cauſa pœnituerat, ſolicitabatque filiam de faciendo diuortio, ita vt filia ex momentarijs voluntatibus matris cogeretur eſſe nupta ſimul & vidua. Cuius rei ſimile exemplum habes apud Terentium in Hecyr. vbi Laches alloquitur Soſtratam vxorem:

*Tuos eſſe illi mores, morbum magis, quam vllam aliam rem arbitror:*
*Et merito adeo: nam veſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit*
*Ducere vxorem: & quæ vobis placita eſt conditio datur.*
*Vbi duxere impulſu veſtro, veſtro impulſu eaſdem exigunt.*

Ex quibus etiam intelligis, id perpetuum eſſe omnibus mulieribus. Sed & huc ſpectat alius tex. in c. de viduis. le 2. 27. q. 1. in illis verbis, ſexus fragilis atque inſtabilis.

130 *De eadẽ re.*

¶ Propterea Elegorum facilè princeps Tibullus lib. 3. ſic ſcribit, cum de muliere loqueretur:

*Sed flecti poterit, mens eſt mutabilis illis.*

Et Terent. in Phormione: Mulieres, inquit, ſunt fermè vt pueri, leui ſententia T. Liuius quoque ſcribit, animum mulierum eſſe paruis rebus mobilem: cuius hæc verba ſunt ex lib. ab Vrbe condita 6. Cæterum is riſus ſtimulos paruis mobili rebus animo muliebri ſubdidit. Et alibi, videlicet lib. 4. Belli Maced. Virorum, inquit, hoc animos vulnerare poſſet, quid muliercularum cenſetis? quas etiã parua mouent. Proper. item lib. 1. ad Gallum:

*Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis.*

Et lib. 2. ad Mecœnatem:

*Si memini, ſolet illa leues culpare puellas.*

Et alibi animos fœminarum anteponit mobilitati Syrtiũ ventis agitatarum, & leuitati foliorum:

*Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,*
*Nec folia hyberno tam tremefacta Noto:*
*Quam citò fœminea non conſtat fœdus in ira:*
*Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis.*

Sed & Horat. lib. Carm. 1. Ode 5. Mulierum inſtabilitatem auram vocauit:

Ne-

— *Neſcius auræ*
*Fallatis, &c.*

Nec defuit huic ſententiæ Ouidius, qui libro 2. de Arte amandi, Parua (ait) leues capiunt animos, ſcilicet mulierum, de quibus loquitur. Et alibi lib. 2. Eleg.

*Verba puellarum folijs leuiora caducis,*
*Irritaq; vt viſum eſt, ventus & aura ferunt.*

Et Iul. Titus Calphurnius Siculus in Bucolico Carmine, Ecloga 3.

*Mobilior ventis, o fœmina.*

Modeſtius verò Salomon, qui non mobiliorem ventis fęminam dicit, ſed eam illis omnino ſimilem facit, ſcribens Prouerb. 27. Qui tenet eam, quaſi qui ventum teneat. Seneca grauiſsimus autor, ad Gallionem de Remedijs fortuitorum: Nihil, inquit, tam mobile, quam fœminarum voluntas, nihil tam vagum. Apuleius quoque lib. 1. Metamor. ſcribit leuitatem eſſe genuinam mulieribus. De qua re quoque Æſopus feſtiuiſsimus Apologorum ſcriptor, apud Planudem κοῦφον, inquit, τὸ μὲν γυναικῶν ἐστὶ φῦλον, id eſt, Leue fœminarum eſt genus. Quin & D. Hieron. ſi is eſt (vt Scriptores eccleſiaſticos non prætermittamus) in epiſtol. ad Demetriadem: Quantò magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuanſque ſententia, ſi ſuo arbitrio relinquatur, citò ad deteriora delabitur. Hinc exijt vetus Prouerbiū illud apud Feſtum prouerbium, Nec mulieri, nec gremio credi oportere: quòd & illa incerti, & leuis animi ſit: & plerumque in gremio poſita, cum in obliuionem venerunt, exurgentibus procidunt.

131 *Mulieribus leuitatis exemplū memorabile.* ¶ Sed vis interim audire exemplum memorabile leuitatis, ſimulque impudicitiæ muliebris? Id certè nobis ſuppeditabit Petronius Arbiter: Matrona, inquit, Epheſi tam notæ erat pudicitiæ, vt vicinarum quoque gentium fœminas ad ſpectaculum ſui euocaret. Hæc cum virum extuliſſet, non contenta vulgari more funus ſparſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam proſecuta eſt defunctū, poſitumque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus diebuſque cœpit. Sic afflictantem ſe, ac mortem inedia proſequentem, non parentes potuerunt abducere, non propinqui: magiſtratus vltimò repulſi abierunt: comploratáque ſingularis exempli fœmina ab omni quintum iam diem ſe alimento ſubtrahebat. Aſsidebat ægræ ancilla, lacrymas commendabat lugenti, & poſitum in monumento lumen reuocabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat, ſolum videlicet affluxiſſe verum pudicitiæ amoriſque exemplum, vt omnes omnis ordinis confitebantur: cum interim Imperator prouinciæ latrones iuſſit crucibus affigi, ſecundum illam caſulam, in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte, cum miles, qui crucem ſeruabat, ne quis ad ſepulturam corpus detraheret, notaſſet ibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audiſſet, vitio gentis humanæ concupijt ſcire, quis aut quid faceret. Deſcendit igitur in conditorium, viſaque pulcherrima muliere, primo quaſi quodam monſtro, infernisq; imaginibus turbatus, ſubſtitit; deinde vt corpus iacentis conſpexit, & lachrymas conſiderauit, faciemque vnguibus ſectam, ratus ſcilicet id quod erat, deſiderium extincti non poſſe fœminam pati, attulit in monumentum cœnulam ſuam: cœpit hortari lugentem, ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret. Omnium eundem eſſe exitum, ſed & idem domicilium, & cætera, quibus exulceratæ mentes ad ſanitatem reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa, lacerauit vehementius pectus, ruptoſque crines ſuper pectus iacentis impoſuit. Non receſsit tamen miles, ſed eadem exhortatione tentauit dare mulierculæ cibum: donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta, primū porrexit ad humanitatem inuitantis victam manum: deinde refecta potione & cibo, expugnare cœpit dominæ pertinaciam. Et quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuam ſepelieris? ſi antequam fata poſcant, indemnatum ſpiritum effuderis? id cineres aut manes ſepultos credis ſentire? Vis tu reuiuiſcere? vis tu diſcuſſo muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui? ipſum te iacentis corpus commouere debet, vt viuas. Nemo inuitus audit, cum cogitur, aut cibum ſumere, aut viuere. Itaque mulier, aliquot dierum abſtinentia ſicca, paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam, nec minus auidè ſe repleuit cibo, quam ancilla quæ prior victa eſt. Cæterum ſcitis, quòd plerunq; ſoleat tentare humanam mentem ſatietas: quibus blanditijs impetrauit miles, vt matrona vellet viuere, ijſdem etiam pudicitiam eius eſt aggreſſus. Nec deformis aut infacundus iuuenis caſtæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac ſubinde dicente:

— *Placidone etiam pugnabis amori?*
*Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?*

Quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier cōtinuit, victorque miles vtrumque perſuaſit. Iacuerunt ergo vna, non tantum illa nocte, qua nuptias fecerūt, ſed poſtero etiam ac tertio die, præcluſis videlicet conditorij foribus, vt ſi quis ex agnatis cognatiſque ad monumentum veniſſet, putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri pudiciſsimam vxorem. Cæterum delectatus miles & forma & ſecreto, quicquid boni per facultates poterat, coemebat, & prima ſtatim nocte in monumentum ferebat. Itaque cruciati vnius parentes, vt viderunt laxatam cuſtodiam, detraxere nocte pendentem, ſupremoq; mādauerūt officio. At miles circumſcriptus, dum reſidet, vt poſtero die vidit vnam ſine cadauere crucē, veritus ſupplicium, mulieri, quod accidiſſet, exponit: nec ſe expectaturum iudicis ſententiam, ſed gladio ius dicturū ignauiæ ſuæ. Commonet ergo, vt illa perituro, locum & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus miſericors, quam pudica, Nec iſtud Dij (inquit) ſinant, vt eodē tempore duorum mihi chariſsimorum hominum duo funera ſpectem: malo mortuum impendere, quam viuum occidere. Secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti ſui tolli, & illi cruci, quæ vacabat, affigi. Vſus eſt miles ingenio prudentiſsimæ fœminæ, poſteroque die populus miratus eſt, qua ratione mortuus iſſet ad crucem. Hactenus Petronius.

132 *Iterū de fœminarū mobilitate. Mulier à feudo repellitur ob inconſtantiam.* ¶ Quin (vt ad noſtros redeamus) Accurſius in l. 1. C. de confirm. tut. dicit mutabile eſſe mulierum conſilium. Bald. autem in l. vlt. col. 3. verſi. & dic quòd mulier. C. de ſuis & legit. inter cæteras cauſas, propter quas mulier repellitur à ſucceſsione feudi, ponit & lubricitatem voti. quia (inquit) ter mutatur in hora. & ſequitur Iacob. à S. Georgio in tractatu feudorum, col. 6. verſic. item quæro, Marchio. Et hanc quoque rationem adfert Nicol. Neap. & poſt eum Iac. Aluar. in §. & quia, colum. vlt. tit. de his qui feud. da. poſſ. Nam Vaſallus (inquiunt) debet eſſe cōſtans, per c. 1. tit. de no. for. fid. Id quod mulier præſtare non poteſt. Glo. quoque in cap. indemnitatibus. §. ſi autē nulla, in verbo, diuertant, de elect. lib. 6. rationē reddens, cur moniales eligentes publicato ſcrutinio, ſi diuerterint ad actus extraneos, non iam poſſunt ad illam accedere, quæ maiorem partem conuentus numero habet, vt ibi cauetur, licèt ſecus ſit in electione Papæ. Quoniam maior (inquit) conſtantia eſt in viro, quam in muliere, quod poſtremum etiam affirmat Alberic. in lege in multis. ff. ſtatu hominum.

133 *Voluntas non præſumitur repentè mutata. Niſi in fœmina.* ¶ In quam etiam ſententiam Philip. Dec. conſil. 163. in cauſa matrimoniali, colum. penult. verſic. 19. non obſtat, pulchrè dicit, quòd licèt aliquis non præſumatur repentè voluntatem mutare. l. non ad ea. ff. de cond. & demonſtr. & c. maiores, extra de baptiſ. ideoque ſuſpectus eſt teſtis, qui deponit de ſubita volūtatis mutatione: quoniam in teſtibus reſpicitur, quod veriſimile eſt, c. quia veriſimile. vbi Panorm. de præſumpt. cum ſim. iſtud tamen ceſſaret, ſi deponeret de repentina volūtatis mulieris mutatione, per tex. in d. c. forus. quod no. quia fortè alibi nō legiſti. Quanquam Carol. Rui. in eadem facti ſpecie conſultus, & reſpondens conſil. Decij, vt planum eſt ex vtroque, licet eum non nominet, conſi. 151. gratiſsimum, fol. 3. verſi. tertio fuit dictum, lib. 5. ex diametro tenet cōtrarium. Nam licet (inquit) mulier ſit viro mutabilior, non tamen ſequitur, quin in ea habeant locum leges dicētes, non præſumi mutationem repentinam voluntatis. Ego verò id arbitrio boni viri relinquo, inſpecta qualitate negotij, perſonarum, & alijs veriſimilibus.



134 *Fœminæ prius torquendæ quam mares.* ¶ Dyn. quoque in tract. de quæſtionib. verſ. quo ordine ſit habenda, ſcribit, quòd cum ij primum ſint quæſtioni ſubijciendi, à quibus veritas facilius eruitur. l. 1. iuncta l. vnius, in princip. ff. de quæſtio. ideo prius ſunt fœminæ, quam mares, torquendæ, vt quæ celerius fatebūtur, cum habeant cor momentaneum, & inſtabile. Allegat d. l. filia. C. de inoffic. teſtam. & idem eadem ratione ſcribit Guido Suza in tract. de quæſtio. colum. 4. verſic. quo ordine. & ibi Ludoui. Bolog. in addit. & Albert. Gan. in tract. de malef. in rub. de quæſtio. & tormentis, col. 2. verſ. nunc videndum eſt. Ang. etiam in tract. malef. in verbo, fama publica, colum. 34. verſic. nunc videamus de tortura, in paruis, & Paris de Pute. in tract. de Sindicatu, in verbo, fortuna §. viſo de iudicijs, circa medium. & Phil. Dec. in l. fœminæ, col. 6. verſi. 23. ff. de reg. iur. Franc. Brunus in tracta. de indic. & tormentis, char. 12. col. 3. & Hippo. Marſ. in l. 1. in princ. col. pen. ff. de quæſtionibus.

135 *Mulierū in tormentis conſtātia. Leænæ meretricis cōſtantia.* ¶ Quorum tamen ſententia fortaſsis quibuſdam poterit videri non vera, ob iam ſæpius perſpectam comper tamque mulierum in tormentis conſtantiam. Commendatur enim hiſtoricorum monumentis Leæna meretrix, quæ vſque ad mortem cruciata à tyrannis, non prodidit conſilia Harmodij, & Ariſtogitonis de tyrannicidio. Quamobrem Athenienſes eam honorare volentes, ne tamen ſcortum celebraſſe viderentur, animal eius nominis fecere: atque vt intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice vetuerunt. Refert Plinius lib. 7. c. 23. & lib. 34. c. 8. & meminit Pauſanias lib. 1. in quo res Atticas tractat: & Athenæus lib. 13. c. 24. ad fi. & Polyenus Stratagematon lib. 8. Et de hac re haud dubiè intelligit Tertullianus in Apologetico, c. 49. eodēq; vlt. ſcribens: Attica meretrix carnifice iam fatigato, poſtremo linguam ſuam comeſtam in faciē tyranni ſæuientis expuit, vt expueret, & vocem, ne coniuratores confiteri poſſet, ſi etiam victa voluiſſet. Et in libello ad martyres: Ceſsit (inquit) carnifici meretrix Athenienſis, quæ conſcia coniurationis, cum propterea torqueretur à tyranno, & nō prodidit coniuratos, & nouiſsimè linguā ſuam comeſtam in faciem tyranni expuit. Ex quibus planè intelligitur, non ob eam cauſam, quam Plinius aſſerit, linguam Leænæ additam non fuiſſe, quòd videlicet, vt ipſe autumat, non prodidiſſet conſilium coniurationis, tanquam linguam non habuiſſet: ſed quia ipſa ſibi linguam amputauit. *Plinius lapſus.* Et ne dubites hāc eandem fuiſſe, de qua Tertullianus loquitur, audi Chronographum Euſebium ita dicentem: Harmodius, & Ariſtogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt. Leæna meretrix amica eorum, cū tormentis cogeretur, vt ſocios proderet, linguam ſuam amputauit. De hac quoque Lactantius loquitur lib. 1. ca. 20. his verbis: Leæna cum tyrannum occidiſſet, quia nefas erat ſimulacrum conſtitui meretricis in templo, animalis effigiem poſuerunt, cuius nomen gerebat. *Virginis cuiuſdam Pythagoreæ.* Sed & virgo quædam Pythagorea idem feciſſe legitur. Nam cū a tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſsionem, vel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe fertur, atque in tyranni faciem deſpuiſſe: vt qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quam interrogaret: vt retulit Diuus Ambroſius libro de Virginibus primo. Epicharis quoque libertina in coniuratione aduerſus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nulliſque tormentis peruinci potuit, vt coniuratos proderet: *Epicharis conſtātior in tormentis, quam viri.* tantaque fuit fœminæ conſtantia, vt illam, nō verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a fœmina ſpernerentur, peruicerit, quin obiecta denegaret priuſque ſpiritum expreſsit, quam vocem ad detegendā coniurationem. At (quod dolendum eſt) quotquot viri eius coniurationis conſcij, ſunt tormentis adiudicati, cōfeſtim vel non expectatis tormentis, coniurationem detexerunt, multoſque, & conſanguineos, & amicos prodiderunt: inter quos & Lucanus Poeta clariſsimus hoc ipſum factitauit. Autor Cornelius Tacitus libro Hiſtoriæ *Taciti lapſus.* Auguſtæ 18. & è noſtris meminit Bernar. Land. in addit. ad Albert. Gand. & Angel. vbi ſupra. & nonnihil quoq; retulit Polyenus in eo. lib. 8. Stratagematon. Idem Tacitus lib. 18. prodit, quod cum Othonis milites in municipium Albintemelium graſſarentur, & mulier quædā Liguſtica filium abdidiſſet, *Liguſtica mulier.* crederentque milites ſimul pecuniam occultari, ob idque per cruciatus eam interrogarent, vbi filium occuleret, vterū oſtendens, latere reſpondit: nec vllis deinde tortoribus, niſi malis legere terroribus, aut morte cōſtantiam vocis egregiæ mutauit. Quintilia quoque fœmina ob pulchritudinem amabilis, amicaq; multarum, *Quintilia lecus.* iuſſu Caij Caligulæ torta cruciataque, vt vi tormentorum coacta confiteretur conſcios coniurationis eius, quæ dicebatur in ipſum Caligulam parata fuiſſe cum ad tormenta duceretur, vnius ex conſcijs pedem calce premens, ſignificauit eos confidere debere, & nihil de tormentis eius penitus timere: & quid ſignificauerat, euentu comprobauit: vt quæ tormentis tam deformata, etiam ab amatoribus ſine voluptate conſpiceretur, nihil omnino manifeſtauit. Ideoqoe eam Caius liberatam abſolutamque dimiſit, pecuniarumque dono munerauit: vt teſtis eſt Ioſephus lib. Antiquitatum 19. c. 1. Neſcio verò an de hac, an verò de altera loquatur Suetonius, cum ſcribit, Caligulam mulieri libertinæ octoginta (alij octingena legunt) donaſſe, quòd excruciata grauiſsimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet. Quam potius alterā crediderim, quoniam Suetonius id in principio imperij Caligulæ refert contigiſſe: illud verò in fine accidiſſe ſcribit Ioſephus. Diuus Hieronymus ad Innocentiū, de muliere ſepties icta, refert, iuuenem quēdam imparem tormentis, mentitum fuiſſe adulterium ſe commiſiſſe, & ita morte mulctatum: mulierem verò conſtanter tormenta grauiſsima tuliſſe, & ea quoque ita omnino viciſſe, vt nihil confeſſa fuerit. Et totum hoc caput, exceptis ijs, quæ in hac poſtrema & præcedenti editione adiecimus, ſibi impudenter vſurpauit Chaſſenæus in ſuo Catalogo, parte ſecunda, conſid. 27. *Chaſſenæi furtum.*

136 *Reſponſio ad ea quæ dicta ſunt in præcedēti verſ.* ¶ Sed profectò hæc exempla conſtantiæ fœminarum in tormentis, non tanti ſunt apud me, vt propterea diſcedam ab opinione tam clarorum doctorumque virorum. Nemo enim vnquam mihi perſuadebit, tantam eſſe mulierum in tormentis conſtantiam atque patiētiam, quam virorum: vtpote cum ea natura finxit præcipites, imbecilles, infirmas, debiles, varias & mutabiles, vt latè cōprobatum eſt. Item linguaces, largiloquas, & arcanorum, vel citra tormenta, minimè tenaces, vt poſtea quoque diſſeremus. Fuiſſe tamen nonnullas, quæ ſupra ſexus naturam, vt & in alijs interdū, in hoc quoque conſtātes ſeſe præſtitere, quæ a ſcriptoribus ob id celebratę ſunt. Sed hęc eſt.

*Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno.*

Niſi quis dicat, mulieres hæc tormenta, vt & vulnera facilius pati, nec tam ex illis lædi, quam viros, per l. intereſt & ibi glo. ff. de adulterijs. & dicemus plenius in hac eadē lege, nu. 225. incip. ſed video. Vel etiā dicat, mulieres ex ſexus natura faciles ad loquendum detegendumque ſpōte, quæ non licet loqui, aut prodere. At ſi vim adhibeas, ab inuitiſque extorquere nitaris, fruſtra quidem coneris: eas enim contra omnibus neruis & viribus contendere, ne quod

ne quod cupias, detegant. Nam ea eſt mulierum natura, vt velint, cum nolis: & nolint, cum velis, teſte Terentio, nitanturq; ſemper in vetitum: vt alibi plenius dicemus.

137 *Mulieres credulæ.*

¶ Et ex hac quidem mulierum inconſtantia, & leuitate, illud fit, vt & eæ quoque ſint nimium credulę, vt etiam dicit Alber. in l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſt. per tex. in l. nimia. C. de act. & obl. vbi ita ſcribitur ad fœminam quampiam: Nimia credulitate circumuenta es, quia &c. Et huc alludit illud Propertij ad Cynthiam lib. 2.

*— Tu nimium credula ſola iaces.*

Et paulo inferius:

*At nimium faciles aurem præbere, puellæ.*

Et apertius Fauſtus, non omnino contemnendus Poeta, in Liuia:

*Scilicet iſta fuit veterum natura virorum,*
*Fallere fœmineum, credula corda, genus.*

Et Cornelius Tacitus lib. 14. de Agrippina loquens, Acciperet (ait) Agrippinam facili fœminarum credulitate ad gaudia veniētem. & Caius pro Lucilla, apud Stobæū, Sermone 71. εὐάγωγον γάρ ἐςὶν εἰς πίςιν, καὶ μάλιςα ὅταν τὸ ἀτυχεῖν πράσσῃ. quibus ſignificatur, mulierem ad credendum facilem eſſe, præſertim in calamitatibus. Ex quo fit, quod ſcripſimus in prima Lege Connubia. fœminas facilè decipi. Nam, vt ſcribit Fulgentius, Credulitas deceptionum mater eſt.

138 *Credulitas deceptionis mater. Mulieres ſui amantiores. Et nimiū ſibi placēt.*

¶ Sed in his certè diutius immoramur, quam opus ſit. Omnibus enim ſunt manifeſta. Ideo ad cæteras, quas diximus, luxuriæ filias (amorem ſui dico, & deſperationē) pergamus. Mulieres igitur eſſe ſui amātiores, teſtis eſt Philo grauis autor, qui apud Euſebium Cæſarienſem libro Euangelicæ præparationis 8. cap. 4. & Antonium Monachum Ægyptium, Meliſſæ parte 2. Serm. 34. Mulier (ait) ſeipſam amat. Et ante hunc Plautus in Pœnulo ſcribit, ex multis mulierum vitijs hoc eſſe maximum, quod ſibi nimis placent.

139 *Mulieres zelotypæ.*

¶ Et cum zelotypia hinc prodeat, quòd noſmetipſos nimium amamus, nimiumq; nobis placemus (id vitium Græcis φιλαυτία dicitur) conſequens illud eſt, vt mulieres maximè zelotypia vexentur. Nam & Philo ipſe in eo loco, quem nuper citauimus, ad illud, qđ ex eo diximus, Mulier nimium ſeipſam amat, continuo & id ſubiungit: Et zelotypia maximè mordetur. Et Plutarchus in libro de Tranquillitate animi, inter mulierum proprias & peculiares animi perturbationes, zelotypiam reponit. In quam ſententiam eſt & Græcus ille verſiculus:

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.

Id eſt:

*Incendit omnem fœminæ zelus domum.*

Galenus autem, ſi is eſt, in Definitionibus medicis, ſcribit zelotypiam in prægnantibus maximè debacchari.

140 *Maximè pragnātes. Mulieres deſperantes.*

¶ Deſperantes quoque & ipſas mulieres magis eſſe, quam viros, tradunt Ariſtoteles Stagiritanus, & Albertus Magnus, ambo fideliſsimi naturæ conſiliarij, ille quidem in fronte propemodum libri 9. de Hiſtoria animaliū hic quoq; ſtatim in ingreſſu lib. 8. de Animalibus, quē magna ex parte ex illo nono lib. Ariſtotelis deprompſit.

141 *Cōtra ea, quæ dicta ſunt de impudicitia mulierum. Luxuria comes perpetua prodigalitas. Contraria ſe non patiuntur. Luxuria & auaritia cōtrariæ.*

¶ Quod ſi refractarius, & pertinax quiſpiam nobis argutè occurrat, & dicat: Odio ſanè mulierum plus quam potes, eas criminaris. Quomodo enim mulieres & auaræ eſſe poſſunt (vt iam ſupra dixiſti) & luxurioſæ, vt nunc quoque contendis? Eſt enim luxuriæ, præſertim muliebris, prodigalitas comes perpetua: vt quæ luxurioſa eſt, eadem quoque ſit neceſſario prodiga: vſque adeo etiā, vt non admittatur probatio in contrarium, vt voluit Fel. in c. paſtoralis, col. 3. de iudic. per tex. in l. & mulieri. ff. de cura. fu. quæ ſuper hoc ſtatuit præſumptionem. & ibi ēt no. gl. & Doct. Quæ autem prodiga eſt, eadem auara eſſe non poteſt: Malum enim: vt Ariſtoteli placuit, ſe ipſum corrumpit: quod ſi integrum vndequaque ſit, intolerabile eſt. Nec vnquam in eodem prodigalitas & auaritia, aut audacia & timiditas conueniunt: eodemque modo, nec alia vlla vitiorum extrema, cum penitus oppoſita ſint, inuicem connectuntur. Et vt noſtri dicunt poſt Dialecticos, contraria ſeſe inuicem non patiuntur in eodem ſubiecto: ad poſitionemq; vnius, ſequitur remotio alterius. Ad quod allegant. l. ſed & ſi. §. item ſi plures. & ibi glo. & Doct. ff. de inſtito. & l. Pomponius. §. ſed & ſi is, in fi. ff. de procur. & l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verb. ſign. & l. ſi inter me & te. ff. de except. rei iudi. & l. ſi ancillam. ff. pro ſuo. & l. non codicillum. C. de teſtamen. & l. 1. C. de furt. & §. neque autem, in auth. de mandat. princip. & no. Cyn. in proœ. ff. col. 3. verſic. nono ſic, & Doct. vbiq;. Vnde & illud eſt Horatij:

*Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt.*

Ex quo perſpicuum eſt, vt tandem concludam, quòd ſi mulieres ſunt auarę, non item luxurioſæ poſſunt eſſe, nec è contrario. Nam & Salluſtius in Catilinario, luxuriam, & auaritiam tanquàm ſibi oppoſitas poſuit, cum ſcribit: Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores, quos peſſima, ac diuerſa inter ſe mala, luxuria, atque auaritia vexabant. Et Cato Cenſorius apud Liuium 4. Decad. lib. 34. in oratione quā habuit pro tuenda lege Oppia, Sæpè me (inquit) quærentem audiſtis, diuerſis duobus vitijs auaritia & luxuria ciuitates labare.

142 *Mulieres viris frigidiores.*

¶ Præterea non rectè ſentiunt, qui mulieres luxurioſas præ maribus opinantur. Primum ſanè, quia ſunt viris frigidiores, vt ſcribit Hippocrates περὶ διαίτης, id eſt, de Diæta, lib. 1. affirmans, mares omnium generum eſſe calidiores, fœminas frigidiores: & Ariſtoteles lib. 4. de Generatione animalium, c. 6. & in lib. de Breuitate & longitudine vitæ, & libro Orbicularium quæſtionum 4. c. 25. & iterum c. 28. & rurſus libro 10. c. 8. & alibi ſæpè: & eius diſcipulus Theophraſtus de Cauſis plantarum, lib. 1. c. 27. Galenus cùm multis locis, tum in libro 3. de Cauſis pulſuum, ſtatim poſt princ. vbi probat non ſolum mares eſſe fœminis ſimpliciter calidiores, ſed multo calidiores: hincque fieri, vt viri fœminis pulſum habeant & maiorē, & vehementiorem. Et in Cōmentarijs Aphoriſmo. Hippocr. lib. 5. c. 42. & 62. & iterum c. 69. vbi hinc dicit rigores citius fieri mulieribus. Et lib. de Vſu partium 7. & iterum 14. & alias ſæpè, quod iam diximus. & latè Symmachus in Cœnis Macrobianis, lib. 7. c. item 7. & Auicenna lib. 1. Fen. 1. doctrina 3. c. item 3. & Canticorum parte 1. commento 36. Albertus lib. 25. de Animalibus, tractatu 2. c. 6. & Philaretus in libro pulſuum, illud quoque ſcribens, ob id virorum pulſum eſſe velociorem, quam fœminarum, & Ioannitius in Iſagogis c. 16. Iſaac, Diætarū Vniuerſalium c. 14. & rurſus in particularibus. Arnaldus à Villa noua, in libro de Regimine ſanitatis, c. 3. & redundanter Petrus Aponenſis, cui cognomentum ex re Conciliatori factū, differentia 28. & è noſtris Pet. à Bel. Pert. & Io. Fab. in §. maſculi. Inſtitut. de nupt. vbi dicunt frigidiorem virum totius orbis, eſſe calidiorem calidiſsima muliere. Hoſt. & Ioan. Andr. in cap. literas, extra de deſp. impub. & Collect. in c. puberes, eod. tit. Cardi. Alexand. in d. c. ad eius, col. 1. diſt. 6.

*Viris eſt pulſus vehementior quam fœminis. Mulierib. citius fiēt rigores. Viris pulſus velocior. Vir omniū frigidiſsimus calidior calidiſsima omnium fœminarum.*

143 *Mulierū inferna craſsiora, virorū ſuperna.*

¶ Hinc fit (vt arbitrantur rerum naturalium indagatores ſolertiſsimi) vt inferna mulierum magna ex parte ſint craſsiora, in viris autem ſuperna. Id enim & Ariſtoteles perſpexit libro de Generatione animalium 4. ca. 1. ad fin. Nam frigidiore muliebri natura alimenti, vnde augeſcit corpus, minima portio ſurrigitur, quod efficere calor poteſt: reſidens verò in imo, id corpulentius efficit & auctius. In maribus autem contrarium euenit. Siquidem caloris copia delata ſurſum, nutrimenti magna pars ibi effectum oſtendit ampliorem. Quod & expendit Rabbi Salomon & illius autoritate Nicolaus Lyrenſis in 2. caput Geneſ. & Ludouic. Cælius Rodig. libro 4. Lect. antiq. cap. 22.

144 *Mulieres citius caneſcunt.*

¶ Sed & hinc quoque fit, vt mulieres celerius quam viri,



viri, caneſcant, vt quæ propter frigiditatem cogunt complures ſuperfluitates, vt tradit Alexander ille Aphrodiſeus, quem plerique ob multifariam eruditionem Polyhiſtorem vocant, libro Problem. 1. capit. 4. Quanquam alij alterius eſſe cum librum malunt: ſed cuiuſcunque ſit: eſt certè liber doctiſsimus, & digniſsimus, qui a doctiſſimis viris legatur.

145 *Muliebre corpus nōn ita vt virile pilis obſideatur.*

¶ Ex hac item caloris fœminei inopia & illud fit, vt muliebre corpus, ſicuti & virile, pilis non obſideatur. Nā mulieres, vtpote frigidæ, denſa habent corporis ſpiramēta: frigus enim compeſcit, & adſtringit, vt ſcitiſsimè tradit ille ipſe Aphrodiſeus eodem lib. 1. cap. 5. & ante eum Hippocrates in libro περὶ φύσιος παιδίου, id eſt, de natura pueri. Item calor eſt, qui pilos creat, ideo & Eunuchis deſunt, quòd eorum natura frigidior eſt. Sed & in corpore humano illę potiſsimum partes exteriores pilis veſtiūtur, quibus maior innata eſt caliditas. Leue quoq; eſt mulierum corpus, veluti innato conſtipatum algore, quando algorem comitatur denſitas, leuitas denſitatem, vt a Macrobio ſciēter ſcriptum eſt lib. 7. Saturnalium, c. item 7. vbi & hanc mulierum frigiditatem alijs quoque rationibus, & argumentis adſtruit.

146 *Mares corpore maiores, quam fœminæ.*

¶ Ex eo quoque proficiſcitur, vt mares corpore maiori ex toto penè ſint, quam fœminæ: quoniam videlicet mares ſint fœminis calidiores: quæ res vim agendi obtinet, vt ſcribit Ariſtoteles libro Problematon 10. ca. item 10. & Theophilus Protoſpatharius, de Fabrica humani corporis, lib. 5. c. 25. Quod an verum ſit in alijs animalibus, quam in hominibus, & in quibus, videbis apud eundem Ariſtotelem libro de Hiſtoria animalium 4. cap. 11. eoque vlt. & lib. ſeq. c. 5. & lib. de Generatione animaliū 1. c. 16. Illud conſtat in omnibus inſectis mares eſſe fœminis minores, vt ſcribit Plinius libro 11. Natur. Hiſtor. c. 29. in fi. Sed & in arboribus (ne illud omittamus) omnis mas breuior, contortior atque difficilior operi: fœmina procerior, facilior, mollior, vt prodidit Theophraſtus, libro de Hiſtor. Plantarum 7. cap. 10.

147 *Mares in dextris, fœminas in ſiniſtris fieri. Mares ex dextris teſticulis, fœminas ex ſiniſtris*

¶ Hinc item illud manat, quod voluerunt Anaxagoras, & Parmenides, vt retulit Plutarchus libro 5. de Placitis Philoſophorum, Fœtus mares in dextris, fœminas verò in ſiniſtris magis fieri, quod & adſtruit Ariſtoteles 4. de Generatione animalium, c. 1. & lib. 7. Hiſt. animaliū, c. 3. Anaxagoras apud Laertium in vita ipſius, & Varro libro de Re ruſtic. 2. c. 13. & Columella lib. 6. c. 24. & Plinius lib. 7. c. 4. Serapio Breuiarij tracta. 5. capit. 34. Rabbi Moyſes, Aphoriſmorum parte 16. Theophilus Protoſpatharius eodem illo 5. lib. c. 29. & ante hos Hippocrates, aut vt nonnullis placet, Theſſalus illius filius, libro Epidemiorum ſecundo, & quod minime dubium eſt, idem Hippocr. libro Aphoriſmo. 5. c. 48. Quo loco Galenus Interpres rationem addit, quoniam propter temperaturam, quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur, calidior verò temperatura fœtibus aduenit propter locum, qui eſt dextera vteri pars, quæ quidem calidior exiſtit, propter hepatis vicinitatem. Quod etiā ſcribit idem Galenus dicto lib. 14. de vſu partium, & lib. 2. de Semine, vbi tamen dicit, aliquando aliter fieri, ſed rarenter. & in Commentarijs Hippocratis dicto lib. 2. Epidemion, & in Aphoriſmos ipſius Hippocratis, lib. 5. c. 38. Ex quo & ipſe Hippocrates lib. 6. Epidemion, particulæ 2. cap. 30. tradit eos fętus, qui in dextris ſunt, ideo nigros eſſe, & biliſiores, illorumq; venas extra magis apparere. Id quod ex caliditate fit. Nemo enim neſcit, nigredinem à calore, vti albedinē à frigiditate procreari. Bilem quoq; caliditatem oſtendere, vt pituitam frigiditatem, teſtis eſt Galenus lib. 2. de Temperamentis. Sed & venarum inflationem & latitudinem, caloris eſſe indicium, teſtis eſt idē Galenus eo libro. Addit autem Hippocrates paulò poſt, videlicet c. 32. eodemque vltimo, propterea marem eſſe robuſtiorem atq; ſanguinolentiorem, quia locus ille animalium, in quo concipitur, calidior eſt. Sed & mares ex dextris virorum teſticulis, fœminas ex ſiniſtris profluere, diſſerit Democritus, & illius autoritate Columella, libro Rei ruſticæ 6 cap. 28. qui ideo monet, vt cum progenerari pullum marem velimus, ſiniſtrum teſticulum admiſſarij lineo funiculo, aliove quolibet, obligemus: cum fœminam, dextrum. Idemque aſſerit Galenus in Definitionibus medicis Sed de vtroque vide ſententiam Ariſtotelis, libro 4. de Generatione animalium, c. 1. Porrò Africanus, apud autorem Geoponicon, libro 17. c. 6. & Didymus apud eundem lib. 18. c. 3. & Galenus, quo loco nuper citauimus, referunt ex aliorum ſententia, mares aut fœminas gigni vel propter caliditatem, aut frigiditatem. Calidius enim ſemen marem progignere: frigidius autem fœminam: quod & adſtruit fœminarum præ maribus frigiditatem.

*Mas ex ſemine calidiore, fœmina ex frigidiore.*

148 *Mulieres viris pinguiores.*

¶ Hinc deniq; & illud eſt, quòd mulieres viris ſunt vt plurimum pinguiores, ob maiorem videlicet frigiditatem, cuius id proprium eſt, vt impinguet: vti è diuerſo caliditatis, vt emaciet: vti inter cæteros multos voluit ipſe Galenus, qui nihil rerum naturalium ignorauit, lib. 2. de Temperamentis, & lib. 2. de Simpli. medicam. faculta. c. 20. Suntque & alia multa, quæ hanc mulierum frigiditatem, marium contra caliditatem adſtruunt, quæ Lectoribus vbique obuia ſunt.

149 *Viri ab igne dicti apud Hebræos.*

¶ Igitur cum viri ſint mulieribus calidiores, ob id certè apud Hebræos, qui in nominum apta impoſitione facilè omnes ſuperarunt, vir איש, id eſt, iſſ vocatur: quod quidem vocabulum ab אש id eſt, eſſe, quod ignem ſignificat, deducitur: vt natura virilis, ignea, & calida vno verbo exprimatur. Nec eo quidē nomine fœmina apud eos appellatur, tanquam non ſit adeo calida, ſed אשה dicitur, quoniam à viro ſumpta, ſicuti commemorauit Euſebius in illo diuino opere, quod de Præparatione Euangelica compoſuit, libro 11. c. 4.

150 *Calor libidinoſos efficit. Vulcanus cur Veneris maritus.*

¶ At calor eſt, qui libidinoſos maximè efficit, hoc prę ſertim argumento, quòd cholerici, vt ſunt cæteris calidiores, ita etiam coitus appetentiores, vt autumant omnes rerum naturæ ſcriptores, & experientia propè quotidiana comprobatur. Et hac quidem ratione Vulcanus à Poetis rerum naturalium peritiſsimis fingitur maritus Veneris, quòd videlicet venereum officium non niſi calore conſtat: ſuntque frigidi in Venerem ſegniores, vt annotat Diuus Auguſtinus in libro 20. aduerſus Fauſtum Manichæum, c. 9. atque etiam Maurus, in id referens illud Virgilij de Vulcano loquentis, lib. 8. Æneid.

*Accepit ſolitam flammam, notusq; medullas*
*Intrauit calor, & labefacta per oſſa cucurrit.*

Vbi & ipſe Seruius eiuſdem Virgilij lib. 1. γεωργικῶν citat.

*Frigidus in Venerem ſenior.—*

Et his conſentiens Phornutus, in libro de Nat. deor. ſcribit, Vulcano Venerem iunctam fuiſſe dici, ad ſignificandum, magnam caloris vim adeſſe in ipſo coitus impetu. Et huc quoque ſpectat illud Terentij in Eunucho, Sine Cerere, & Libero friget Venus. Nam, vt ibi annotat Donatus Interpres, omnis eiuſmodi voluptas in calore ſanguinis conſtituta eſt, qui his rebus alitur. & diximus etiā ſupra in 6. Lege Connub. num. 5. porro autem.

151 *De eadē re.*

¶ Et hinc libido ignis dicitur, & flamma. Et Cupido libidinis Deus feruidus, flagrans, vt abundè dicemus poſtea, decimaquinta Lege Connubiali, nu. 58. incip. quadrat huic rei. Et hanc quoque rationem adiuuat, quòd calida omnia Venerem prouocant, ſtimulant, & ſemen excitant. Contra vero frigida coercent, atque inhibent, vt videre licet apud omnes Medicos, & rerum naturaliū ſcriptores, & è noſtris intellexit gl. in c. quicquid. 32. q 2. Ex quo perſpicuum eſt, fœminas, quo ſunt viris frigidiores, eo quoque in Venerem minus eſſe procliues.

152 ¶ Item mulieres ipſæ viris ſunt verecundiores, vel teſtimonio viri omnium eruditiſsimi Diui Hieronymi,

cuius

cuius hæc verba ſunt ex epiſtola ad virgines Deo dicatas, cuius hoc caput eſt. Quanquam in cœleſtibus: Nam ſi iuxta Apoſtoli doctrinam ſeruum Dei litigare nō decet, quanto magis ancillam Dei non expedit? cuius quò verecundior eſt ſexus, eo animus debet eſſe modeſtior. Et Thomas Aquinas libro de Regimine principum 4. c.6. ſcribit, quòd natura fœminis multa fræna impoſuit, inter quæ verecundiam annumerat. Cuius etiam ſententiæ eſt Ægidius Roman. in libro eiuſdem tit. 2. parte prima, & eius autoritate Lucas Pen. in l. 1. col. 1. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. Quibus concinit tex. in l. optimam. C. de contr. & commit. ſtip. qui naturalem pudorē aſsignat mulieribus. Et l. in coniunctione, in illis verbis, & ſi puella cultu verecundiæ, &c. C. de nupt. vbi no. Bal. quòd naturale eſt mulieri, propter verecundiam tacere.

*Mulieres viris verecundiores. Videt tamen infra nu. 178.*

*Verecundia puellarum, cum tractatur de nuptijs earum.* Et ea quidem l. loquitur de puella, quæ præ verecundia de nuptijs ſuis interrogata ſubticet. Quam & puellarum naturam mirè expreſsit Homerus, libro Odyſ. 6. loquens de Nauſicaa Alcinoi Phæacum regis filia:

——Αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι.

Id eſt:

*Verecundata eſt nouas nuptias nominare.*

Et Euripides in Iphigenia in Aulide, loquens de puellis:

Πᾶσι τόδ' ἐμπέφυκεν αἰδεῖσθε φίλως
Καινὺς ὁρῶσι, καὶ γάμυ μεμνημένοις.

*Omnibus hoc inſitum eſt, vt pudore capiantur, amicos Nouos videntes, & nuptiarum recordantes.*

153 ¶ Quos ſecutus Virgilius, paulo poſt principium lib. 12. Æneid. Latinum, & Amatam vxorem cum Turno colloquentes facit de coniugio ipſius cum Lauinia eorū filia: at Lauiniam ipſam interim loquentem non facit, ſed tantum dat ei lacrymas & pudorem:

*Accepit vocem lacrymis Lauinia matris*
*Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem*
*Subiecit rubor, &c.*

Quo in loco Chriſtophorus Landinus Interpres, id non inſcitè annotauit. Auguſtinus autem de Verbis Domini, Sermone 46. Vxorem (inquit) refrænat infirmitatis ſexus ipſa verecundia. In quam etiam ſententiam eſt text. in c. honorantur, ibi, non eſt virginalis pudoris, quærere maritum. 32. q. 2. vbi citatur ipſius Euripidis in Andromache ſententia, huic rei admodum concinens, de Hermione, quæ ab Oreſte ad nuptias petebatur.

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει, κὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

*Sponſalium quidem meorum pater meus*
*Curam ſubibit: meum non eſt hæc diſquirere.*

*Decretorum locus.* Sed Græci illi verſus detracti ſunt à Gratiano, aut librarijs. Fuit autem inter picturas Echionis noua nupta verecundia notabilis, apud Plinium libro 35. capite decimo.

154 *Verecundia pudicitiæ domas et cuſtos.* ¶ Pudor autem & verecundia comes eſt ſemper, & cuſtos pudicitiæ: quorum primum affirmat D. Ambroſius lib. 1. Officiorum: ſecundum Accurſ. in l. ita nobis, in princ. C. de adulte. Ideoque Ouidius in Epiſtola Sapphus ad Phaonem:

*Non veniunt in idem pudor, atq; amor.——*

Et lib. 1. Metamorph.

*Quid faciat? credule ſuos addicere amores:*
*Non dare, ſuſpectum: pudor eſt, qui ſuadeat illud,*
*Hinc diſſuadet amor.*

Et lib. 1. Elegiarum, de Triumpho Cupidinis loquens:

*Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis,*
*Et pudor, & caſtris quicquid Amoris obeſt.*

*Pudori nō parcere.* Hinc mulier, quæ in corpus peccat, dicitur ſuo pudori non parcere, vt eſt tex. in l. palam, in princip. ff. de ritu nu pt. Cui ſuccinit illud Virgil. de Didone loquentis, lib. 4. Æneid.

*Spemq; dedit menti dubia, ſoluitq; pudorem.*

*Pudorem ſoluere.* Ex quo loco facilè intelligis, quid ſit ſoluere pudorem nempe clauſtra pudicitiæ effringere, diſrumpere, ſoluere. In qua etiam ſignificatione ponitur à D. Ambroſio in libro de Patriarchis. & in c. nemo. 32. q. 4. in illis verbis, coniugij iura temerantur, & vxoris pudor ſoluitur. Et illud quoque eiuſdem Virgil. in eod. lib.

*——Te propter eundem*
*Extinctus pudor.——*

Et Parmeno Terentianus in Hecyra, amorem, & pudorem, veluti aduerſos, & pugnantes facit, cum dicit:

*Fecit animi, vt incertus foret, pudor ne, an amori obſequeretur magis.*

Et Dauus eiuſdem in Andria, veluti ironicè:

*Mirum verò, impudenter mulier ſi facit meretrix.*

*Pudor caſtus.* Ex quo & Ouidius pudorem caſtum vocat, libro primo de Arte amandi:

*Ille locus caſti damna pudoris habet.*

155 ¶ Hinc quoque illud Hieremiæ. 3. cap. frons mulieris meretricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere. Quaſi ſit potiſsimum impudicitiæ ſignum, inuerecundia. Palam eſt enim, non erubeſcere, indicium eſſe manifeſtarium impudicitiæ, ſicut è diuerſo erubeſcere, pudoris & verecundiæ, vel teſtimonio Ariſtotelis libro. Ethicorum 4. c. vlt.

*Pudor purpureus.* Hinc purpureus pudor, Ouidio dictus in Elegijs:

*Nudaq; ſimplicitas, purpureusq; pudor.*

Et lib. 4. Triſtium:

*Purpureus molli fiat in ore pudor.*

*Robur verecundum.* Et è diuerſo Robur verecundus, eidem in Epiſt. Phædræ ad Hippolytum:

*Flaua verecundus temperat ora rubor.*

*Heliogabale oratio ad meretrices.* Et vt vtrunque tandem complectar, Heliogabalus ille Imperator omnium impudiciſsimus in ea oratione, quā ferunt habuiſſe ad meretrices, de his loquens: Sed cum multa ſint, inquit, quæ meretriciam frugalitatem impedire queant, & laudi ac nomini veſtro officere, duo tamen velut capita, & fundamenta malorum omnium à vobis diligentiſsimè fugienda eſſe cenſeo: & omni ratione pro uidendum, vt frigiditatem ex cordibus, & pudorem ex mentibus veſtris penitus extirpetis. Hæc enim duo, cum ipſi, cuius ductu auſpicioque militatis, maximè omnium inimica ſunt, tum per ſeipſa valdè inepta, &c. Ex noſtris autem Abb. Anton. & Ioan. Andr. in c. ex parte, de conſuetud. pudorem pro caſtitate, & impudentiam pro libidine poni aſſerunt. Ex quibus illud rectè cōcluditur, mulieres, quò ſunt viris frigidiores atque verecundiores, eo quoque eſſe pudiciores.

156 *Reſponſio ad ſuperiora. Luxuria & auaritia an ſibi aduerſentur. Auaritia omnium malorum arx & radix.* ¶ Sed quod huic muliebris honoris propugnatori reſpondeamus, eſt in promptu. Et primum ad id quod de auaritia, & luxuria, ſiue prodigalitate diſſeruit, quas hic coire non poſſe putat. Illud in primis fateor, quòd hæc vitia, ſi contraria ſint, quod tamen non prorſus recipio, propter id qđ Tullius ſcribit in Oratione pro Roſcio Amerino: Ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt. & in 4. in Verr. Act. vbi luxuriam & auaritiam in eodem Verre notat. & lib. 1. veteris Rhetoricæ, Genus eſt omnium nimirum libidinum cupiditas. Cui concinens Apoſtolus 1. ad Timotheum vlt. c. omnium malorum radicem cupiditatem eſſe dicit. Diogenes verò Sinopæus cupiditatem ipſam eſſe arcem omnium malorum aſſerebat, vt à Laertio ſcriptum eſt. Et Marcus Cato apud Gellium lib. 11. cap. 11. Auaritiam omnia vitia habere exiſtimat. Et Ariſtoteles lib. Politicon 2. c. 7. tradit, omnia peccata voluntaria ab auaritia & ambitione procedere. Quæ quidem ſententiæ facilè indicant, auaritiam, & libidinem, cæteraque in vniuerſum vitia coire in eodem homine poſſe.

157 *Diuerſa & cōtraria diuerſis reſpectibus coeūt.* ¶ Verum ſi concedamus, inquam, huiuſmodi vitia eſſe prorſus contraria, nec ideo inuicem congregari poſſe in eodem vt ſic loquar, ſubiecto: id vtiq; obtinebit, ſi ad eundem ſcopum reſpicias. Quòd ſi illa diuerſo fine metiaris, poſſunt certè in eodem animo inſidere, & adeſſe, per id quod voluit Pan. in c. cum in tua. in duobus locis, extra de dec. quòd vna eademque res poteſt ex diuerſis rationibus,



rationibus, & vt vulgo dicimus, reſpectibus, diuerſo contrarioq; iure cenſeri, licèt alias ſecus, vt ibi eſt tex. & in l. 1. ff. de rerum permuta. cum concord. alibi à me traditis, ſcilicet in tract. Nobilitatis, c. 28. nu. 12. incip. illi mox reſpondebo, cum 4. ſequen. & quæ dicam infra nu. 162. & alias ſæpè. Ideoque mulieres, licet alias ſemper ſint auaræ, ſunt tamen in turpibus deſiderijs ſumptuoſiſsimæ, in cultu corporis profuſiſsimæ: dum pigmenta veſteſque, & mundum muliebrem coemunt: dum nulli rei parcūt, vt adultero placeant, poſsintque ſuis voluptatibus inſeruire. Imo plerunque prurìtu libidinis ſtimulatæ, tota patrimonia in delicias congerunt Et tunc

*Meretrices ſunt et prodigæ et auaræ.*

*Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.*

Vt inquit Iuuenalis Sat. 7. Ideoq; Lucius Apuleius Madaurenſis lib. 9. Metam. vtrunque vitium in eadem complectens, In rapinis (ait) turpibus auara, in ſumptibus fœdis profuſa. Et ante hunc Salluſtius de Catilina loquens, Alieni, inquit, appetens, ſui profuſus.

158 *Fœminæ viris timidiores.* ¶ Quemadmodum etiam non abſimiliter dicimus, q̄ licet alias fœminæ ſint viris meticuloſiores, minuſq; quā illi audentes, vt tradit Plato lib. 7. de Legibus, & eius cōtemporaneus Xenophon in Oeconomico, Ariſtoteles libro eiuſdem tit. 1. c. 3. & lib. 9. de Natura animalium, c. 1. Columella in Præfatione lib. vlt. de Re ruſtica, Velleius Paterculus, qui libro poſteriore Romanæ hiſtoriæ ſcribit, Cleopatram expertem muliebris metus morſu aſpidis ſpiritum reddidiſſe. Et Iuſtinus lib. 1. de Sardanapalo loquens, Quo ille (inquit) audito, non vt vir regnum defenſurus, ſed vt metu mortis mulieres ſolent, primò latebras circunſpicit. & lib. 2. de Xerxe & Artemeſia loquēs, In viro (inquit) muliebrem timorem, in muliere virilem audaciam cerneres. Et Liuius, qui primo libro ab Vrbe condita, vocat Muliebrem pauorem. Auicena libro 9. de Animalibus, c. 1. Raſis ad Almanſorem, tract. 2. c. 56. Albertus Magnus lib. 8. de Animalibus, tract. 1. c. item 1. & iterum c. 3. Et apud nos tex. eſt in l. quiſquis. & ibi glo. & Doct. C. ad leg. Iul. Maie. & voluit Io. And. in addit. Spe. tit. de procu. §. 1. verſic. ſeptimus in bonorum condemnati. & Bal. in l. quicunque, col. 3. verſic. ſed pone, ſtatuto cauetur, quòd filij bannitorum. C. de ſeruis. fugit. Vbi ex hoc pulchrè dicit, quod ſi ſtatuto cautum ſit expellēdos bannitorum filios, non propterea ſunt expellendæ filiæ, quibus non eſt tanta audacia, ſicut maſculis: ideo ceſſante ratione, maſculinum hoc caſu non concipit fœmininum: Pan. in c. ex literis, de deſponſ. impub. & Franciſc. Curt. Senior conſi. 9. incip. Ticinenſi ſtatuto, col. 5. verſi. 2. me mouet. Et Philip. Dec. in l. fœminæ, char. 19. verſi. 3. etiam dici poteſt. ff. de reg. iu. Et è Theologis D. Tho. in lib. de Regimine principum 4. c. vlt. Id quod etiam videre licet in brutis. Nam ſcribit Plinius libro 8. ca. 8. Elephantum fœminas eſſe multo pauidiores maribus. Et in vniuerſum conſentiunt omnes ſcriptores, mares eſſe fœminis animoſiores, præterquam in pantheris, & vrſis, vt ſupra diximus, in prima Lege Connubiali.

*Pauor muliebris.*

*Etiam in brutis.*

159 *Fœminæ pauidæ.* ¶ Et his alludens Virgilius lib. 2. Æneid.

*——Pueri & pauidæ longo ordine matres*
*Stant circum.——*

Nam illic vides, Matres pro fœminis in vniuerſum accipi, & ſexum ipſum fœmineum ſignificare. Vti etiam in eo loco lib. 6. eiuſdem operis:

*Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant.*

Et lib. 8. eiuſdem quoq; operis:

*Stant pauidæ in muris matres.——*

Et Liuius lib. 10. 3. decadis Carthaginenſibus mœnia pa ...iæ, dij pœnates, ſepulchra maiorum, liberi cum parentibus, coniugeſque pauidæ.

*Trepidæ.* Et ipſe Virg. alibi, lib. ſcilicet 7. Trepidas matres, eodem ſignificatu appellat: ſicuti etiam Ouidius in Epiſt. Penelopes ad Vlyſſem, puellas quoque trepidas vocat:

*Mirantur iuſtiq; ſenes, trepidæq; puellæ.*

Et libro primo, de Remedio amoris, Timidas quoque eas vocat:

*Fac coeant furtim iuuenes, timidæq; puellæ.*

Et lib. 1. Amorum, Eleg. 7.

*Nonne ſatis fuerat, timidæ inclamaſſe puellæ?*

Et iterum lib. 2. Eleg. 6.

*Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ?*

Rurſumque lib. 3. Eleg. 13.

*Qua ventura Dea eſt, iuuenes, timidæq; puellæ,*
*Præbuerant latas veſte iacente vias.*

Sed his poſtremis locis non tantum ſexus, ſed & ætas expenditur. Sed quod ad ſexum tantum pertinet, eſt illud Varronis Conſulis apud Silium Italicum, libro 9.

*Ille ardens animo, ferte hæc, ait, omnia Paulo.*
*Nanq; illum, cui fœmineo ſtant corde timores,*
*Mouerit iſta manus.——*

Seneca autem Tragœdiographus in Octauia, rationem reddens, cur ſexum hunc timidiorem natura finxerit, poſtquam hoc de ijs ſcripſit, quod alibi retulimus:

*Mulier, dedit natura cui pronum malo*
*Animum, ad nocendum pectus inſtruit dolis.*

Mox ſubdit:

*Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis*
*Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor.*

¶ Propterea dicit gl. in c. cum locum, extra de ſponſa. & matrimon. quòd minor metus excuſat fœminam quā maſculum, quam ſequuntur Anton. & Panorm. qui eam multum notandam dicit: & Card. Alexandr. ibi, & eam facit ſing. idem Pan. in c. cum dilectis, col. 3. in gl. pe. extra quod met. cau. & Rom. ſing. 228. tu ſcis quòd contractus. & Franc. Aret. conſi. 24. quatuor dubia, col. 2. & Socin. conſi. 263. capio primum, col. 4. verſi. ad prædicta etiam, lib. 2. Et eam quoque ſequitur Hoſt. in ca. veniens, ante fi. extra de ſponſa. & in Summa tit. de matr. § quali ter, verſi. ſi verò. & Cald. conſilio 1. verſic. 3. quod maior metus, tit. quod metus cau. & Panorm. in c. conſultationi, in 3. not. extra de ſponſal. vbi eam facit notabilem. & ibi etiam Cardin. Alexand. in vlt. no. & idem Pan. in cap. cauſa matrimonij, in 2. not. extra de offic. delegat. vbi & monet eſſe menti tenendam, & ibi poſt eum Phil. Dec. in 2. quoque no. qui & eam dicit not. & idem Pan. conſil. 4. quædam mulier, poſt medium, lib. 1. vbi & eam dicit no. Nicol. Mil. in ſuo repert. in verbo, metus minor. & Barb. conſil. 30. benè etenim cuncta, colum. 1. vbi etiam ſolennem vocat. & conſi. 41. immortalem, col. 5. verſi. & ſi mihi dicatur, lib. 4. Iaſon in l. interpoſitas, col. 1. C. de tranſact. & Steph. Bertran. conſil. 64. explorato, colum. 2. nu. 10. lib. 1. & conſi. 336. quemadmodum, num. 13. eod. lib. 1. & Phil. Dec. qui eam quoque pro not. allegat in c. vlt. poſt princ. extra de appel. & in c. quia quæſitum, in 2. no. verſi. & notandum eſt, extra de offic. deleg. & l. in omnibus cauſis, col. 1. ff. de reg. iur. & Carolus Ruin. conſi. 98. viſa renunciatione, col. antepen. num. 24. lib. 1. & conſil. 170. de tribus, colum. 5. num. 16. eod. lib. 1. vbi eam quoque glo. dicit eſſe ſingul. & conſi. 60. de re quidem, col. 6. nu. 18. lib. 3. vbi eam dicit notabilem. & Alber. Brunus, conſil. 712. ſuper difficultate, col. 2. 160 *Mulieres minor metus excuſat.*

¶ Licèt ergo ſemper aliàs (vt repetamus) minus audeant fœminæ, quam mares: tamen in turpibus, obſcœniſq;, atque venereis actibus ſunt audaciuſculæ, vt tradūt Cyn. Alber. & Salyc. in d. l. quiſquis. & è recentioribus Matth. Afflict. in Conſtitutione Siciliæ, incip. ſi quis rapere, col. 2. Quod & adſtruit Iuuenalis, quem Cyn. & ipſe, & Alber. citant, inquiens Saty. 6. 161 *Mulieres in obſcœnis & venereis audaciuſculæ.*

*Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter audent.*

Et rurſum:

*——Nihil eſt audacius illis*
*Deprenſis, iram atque animos à crimine ſumunt.*

Quod etiam citat Lucas Pen. in dicta l. 1. colum. 1. C. de mulierib. & in quo loco, libro decimo. Et huc reſpicit Plautus

Plautus in Milite, mulierum mores mirè exprimens:

*Os habet linguam, perfidiam, malitiam, atq; audaciam,*
*Confidentiam, &c.*

Et alibi in eadem Fabula:

*Quid ergo nūc faciam? cuſtodem me illi miles tradidit:*
*Nunc ſi indicium faciam, interij: ſi taceo, ſic tamen*
*Hoc palam fuerit, quid peius muliere, atq; audacius?*

Rurſum quoque inibi:

*Neque eques, neque pedes præfectus quiſquam tanta audacia eſt,*
*Qui æquè faciat confidenter, quam mulieres faciunt.*

Huc quoque referri poteſt illud Senecæ à nobis ſuprà citatum:

*Quid ſinat inauſum fœminæ præceps furor?*

Loquitur enim de furore Venereo atque Cupidineo.

162 *Audacia meretricū propria.*
¶ Porrò audaciam meretricum, & impudicarum mulierum eſſe propriam ac peculiarem, non obſcurè oſtendit illud Terentij in Eunucho:

*Audaciam meretricum.*——

Quod in id expendit Donatus in Andriam eiuſdem, enarrans eum locum:

*Audireq; eorum eſt operæ pretium audaciam.*

Et ad hæc quoq; vide, quæ de his dicam ex Ariſtophane infra nu. 174. quæ rationes. & ex Chryſoſtomo etiam infra nu. 180. & quæ dixi ſupra de impudentia huiuſmodi meretricum, num. 154. hinc quoq; illud. nam audacia & impudentia ſunt quodam modo inuicem coniunctæ ac connexæ.

163 *Contraria vitia diuerſis reſpectibus cohærētia.*
¶ Et alias ſæpè legimus, diuerſa contrariaque vitia in ijſdem hominibus inſediſſe, diuerſis reſpectibus. Nam Porcius Latro de Catilina loquens, ad finem Declamationis ſuæ, Vigent (ait) in illa clade res diuerſiſsimæ pariter, continentia, & libido. Nihil illo perſæpè affixius ad tollenda bonorum conſortia, nihil ſolertius ad illis inſidiandum: nihil illius munificentia inſignius, nihil auidius rapacitate: nihil acutius conſilio, nihil temeritate contemptibilius. Et alibi in eadem Declamatione, de eodem loquens: Summum pecuniæ deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatē. quę ſunt duo illa vitia, de quibus priuatim loquimur. Et his concinens Tullius in Oratione pro M. Cælio, de illo ipſo Catilina loquens: Quis in rapacitate auarior? Quis in largitione effuſior? Nam & antè dixerat: Neque ego vnquam fuiſſe tale monſtrum in terris vllū puto, tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnātibus naturæ ſtudijs cupiditatibuſq; cōflatum. Salluſtius autem in vniuerſum de Romanis loquens: Incitabant, ait, præterea corrupti ciuitatis mores, quos peſsima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atq; auaritia, vexabāt.

164 ¶ Illud verò, quod dictum eſt de frigiditate mulierū, & caliditate virorum, non difficulter dilui poteſt: non enim neceſſario ex eo infertur, viros eſſe libidinoſiores, quod ſint libidinis appetentiores: quoniam non ſunt beluis per omnia ſimiles, vt ſuos paſsim ſequantur appetitus. Eſt nimirū in eis ratio, iſtis beluinis affectibus facilè ſuperior.

*Mulieres ſuorum affectuum ſequaces.*
Fœminæ verò (quod ſuprà diximus) brutis propius accedunt, vtpotè rationis fermè expertes: ideoque ſuis appetitibus, quantumcunque leuibus, plerunque obediunt, indulgent, obſequuntur. Eſt (inquit Eleazarus) apud Ariſteam, mulierum genus ſuorum affectuum ſequax, atque in lapſum procliue, propter imprudentiam, & eius naturam imbecillem. Et vt ait Ægidius, quo loco ſupra citauimus, Mulieres ſunt plurimum intemperatæ, & paſsionum inſecutrices: ita enim loquitur. Cuius ſententiam affert, in eamque pedibus vadit Lucas Pen. quo etiam loco nuper adnotauimus.

165 *Mulieres libidinis appetentiores ob motū humidi*
¶ Sed illud reſponderi poteſt, quod dicebat Empedocles rerū naturæ indagator ſolertiſsimus, quòd licet mulieres ſint viris frigidiores, ſunt tamen petulantiores, id eſt, libidinis appetētiores, propter motum humidi, quod in ipſis eſt, quo facile ad omnem formantur petulantiæ cauſam. Id quod etiam ſecutus videtur ille, quem ſæpe citauimus, Albertus non minus nomine, quam doctrina Magnus, lib. 12. de Animalibus, ca. 3.

*Mulieres viris humectiores.*
Quam ſententiam adiuuat, quòd omnium cōſenſu ex humecta natura (qualis in fœminis eſt magis, quam in maribus, vel teſte Hippocrate lib. 1. de Victus ratione, & lib. de Natura pueri, & Plutarcho libro Sympoſiacon tertio cap. quoque 3. & Macrobio libro 7. Saturnalium) conſurgit coeundi auiditas.

*Coeundi auiditas ex humecta natura conſurgit.*
Vnde & Græci ὑγρὲς, id eſt, humidos pro laſciuis nonnunquam intelligunt, quod probat illud Epigramma apud Delphos poſitum.

Ὑγρᾶς καὶ τρυφερᾶς βασιλεὺς Ἆγίς μ' ἀνέθηκεν.

Id eſt:

*Laſciuæ & delicatæ rex Agis me dedicauit.*

Nam Agidis Lacedæmoniorum regis Timæam vxorem vitiaſſe ferebatur Alcibiades, vt à Plutarcho ſcriptum eſt in ipſo Alcibiade, & in Lyſandro, & in Ageſilao, & in libro de Euthymia, id eſt, tranquillitate & ſecuritate animi, vbi & huius epigrammatis meminit.

166 *Venus cur ex mari cōcepta dicatur.*
¶ Et hinc quoque occaſio data Venerem confingendi ex mari conceptam, vt interpres Heſiodi ſcribit. Vnde & Seneca Tragœdiographus in Hippolyto:

*Diua non miti generata Ponto,*
*Quam vocat matrem geminus Cupido.*

Et Auſonius in deſcriptione illius ex Lucretio:

*Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cœlo,*
*Aeneadum genitrix, hic habito alma Venus.*

Et Ouidius in Epiſtola Paridis ad Helenam, de eadem Venere loquens:

*In mare, nil mirum, ius habet orta mari.*

Et in Epiſtola Didus ad Æneam:

——*Quia mater amorum*
*Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.*

Et in Epiſtola Erus ad Leandrum:

*Quod timeas non eſt: auſo Venus ipſa fauebit:*
*Sternet & æquoreas æquore nata vias.*

Et in Epiſtola Sapphus ad Phaonem:

*Solue ratem, Venus orta mari, mare præſtet eunti.*

Et libro quarto Metamorph. ipſam Venerem ita loquentem facit:

——*Aliqua & mihi gratia Ponto eſt,*
*Si tamen in medio quondam concreta profundo*
*Spuma fui, Graiumque manet mihi nomen ab illa.*

Et ante eum Virgilius lib. 5. Æneidos hæc faciens Neptunum loquentem ad Venerem:

*Fas omnes eſt Cythera meis te fidere regnis,*
*Vnde genus ducis.*

Et his prior Muſæus in Leandro:

Ἀγνώσσεις, ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης,
Καὶ κρατέει πόντοιο.——

*Ignoras, quòd Venus nata eſt ex mari.*
*Et dominatur Ponto?*

167 *Venus marina.*
¶ Ex quo Horatius marinam quoque eam vocat, lib. 3. Carminum, Ode 26.

*Læuum marina qui Veneris latus*
*Cuſtodit.*——

Et lib. 4. Ode 11.

*Qui dies menſem Veneris marinæ*
*Findit Aprilem.*

Quod epitheton ab Euripide accepit, qui in Hippolyto ita facit Phædram loquentem:

Αἲ πῶς ποτ' ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι.

167 *Venus Aphrodite cur dicta.*
¶ Nam & hinc Græci Venerem ipſam Ἀφροδίτην appellant, quam ſic dictam διὰ τὴν ἐξ ἀφροῦ γένεσιν tradit his verſibus Heſiodus in Theogonia;

——Τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογενέα τε θεὰν, καὶ ἐυστέφανον Κυθέρειαν,
Κικλήσκουσι θεοί τε, καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη.——

Cuius etiam ſentētiæ fuit Plato in Cratylo, Ouidius vbi ſupra



ſupra proximo loco, Macrobius lib. j. Satur. & Seruius in illum locum libro 5. Æneidos Virgilij ſupra citatum, & Acron in illum priorem locum Horatij. quoniam ſcilicet ex maris ſpuma, quam ἀφρὸν vocant, ſit edita. Nam & ipſe Virgilius lib. 6. undam maris ſpumoſam vocat:

*Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.*

Ex quo eſt & illud eiuſdem libro ſecūdo, eiuſdem quoque operis:

*Fit ſonitus ſpumante ſalo.*—— Et libro 3.
*Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes.*

Et rurſum:

*Tendunt vela Noti: fugimus ſpumantibus vndis.*

Et libro 8.

*Vna omnes ruere, ac totum ſpumare reductis,*
*Conuulſum remis roſtris ſtridentibus æquor.*

Et libro 9.

——*Secant ſpumantem pectore pontum.*

Et libro 10.

——*Spumant vada marmore verſo.*

Et paulò pòſt:

*Spumanteſq; rates aruis inferre Latinis.*

Et libro 11.

*Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,*
*Nunc ruit ad terras, ſcopuloſq; ſuperiacit vndem*
*Spumeus.*

Illud quoq; Tragœdiographi Senecæ in Octauia:

——*Talis emerſam freto*
*Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.*

Vnde & illud Ouidij lib. 4. Faſtorum, loquentis de Aprili menſe Veneri dicato:

*Sed Veneris menſem Graio ſermone notatum*
*Auguror: à ſpumis eſt Dea dicta maris.*

169 *Spermatis natura ſpumoſa.*
¶ Quamuis Cornutus, ſiue Phornutum appellare mauis, in libro περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, id eſt, de Natura deorum: & ante eum Ariſtoteles libro de Generatione animalium 2. c. item 2. ad fin. huiuſce rei rationem eſſe dicat, quòd ſpermatis natura ſit ἀφρώδης, id eſt, ſpumoſa: quod & ex eo repetit Galenus libro de Semine 1. vbi tamen id probare non videtur.

*Sperma ſpuma ſanguinis.*
Sed ei concinere videtur Hippocrates, aut, vt ipſe Galenus maluit, Polybius, libro περὶ γονῆς, id eſt, de genitura, ſtatim poſt princip. cum ſcribit, genituram ἀφρέειν, id eſt, ſpumare. At Diogenes Apolloniates, qui & ipſe à ſpuma Venerem ita vocatam credidit, non ſpumam maris intellexit, ſed ſemen, ex quo animantes gignuntur: quod id ſit ſpuma ſanguinis, vt ſcribit Clemens Alexandrinus libro primo. παιδαγωγοῦ, cap. 6. Nam & Pythagoras apud Plutarchum libro 5. cap. 3. de Placitis Philoſophorum, ſcribit, σπέρμα εἶναι ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος, id eſt, ſemen optimi ſanguinis eſſe ſpumam. Porrò Euſebius præparationis Euangelicæ lib. 3. c. item 3. Nata (inquit) Venus è mari perhibetur, quod elementum calidum & humidū eſt, & motu crebro ſpumas eijcit: quæ res eſt ſpermatis ſymbolum.

170 *Venus inſipiētia princeps.*
¶ Euripides autem, loquente Hecuba, Venerem ita vocari dicit, quòd ἀφροσύνης ἀρχὴ θεὰ, id eſt, inſipientiæ, ſiue mauis amentiæ, princeps Dea ſit:

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς.
Καὶ τ' οὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.

Nam & ἀφραίνειν deſipere eſt. Id quod etiam tradit Heraclides Ponticus in Allegorijs Homericis, non ſemel: & ex ipſo Euripide repetijt Ariſtoteles lib. 2. Rhetoricorū ad Theodecten. cap. 23.

171 *Sperma ſalſum. Et ſudores Et vrina.*
¶ Phyſici verò, & Seruius, vbi ſuprà citauimus, id ideo dicunt fuiſſe fictum, vt Venus è mari nata, & Aphrodite diceretur, quoniam is humor, quem coitus elicit, ſit ſalſus, vti & de ſudoribus & vrinis tradit Ariſtoteles in Problematis lib. 2. cap. 13. & iterum lib. 4. c. 13. rurſumque lib. 32. cap. 4. Et de ſudoribus Galenus libro 10. Simpl. medicam. cap. 13. quo de ſudore tractat. Ex quo eſt, & illud Virgilij lib. 2. Æneid.

——*Salſuſq; per artus*
*It ſudor.*——

*Et lacryma.*
Et de lachrymis etiam ipſe Ariſtoteles eiuſdē illius operis lib. 5. cap. 35. & Lucretius lib. 2. de Rer. nat.

*Et lacrymis ſalſis humectant ora, genaſq;*

Et ante hos Homerus lib. 2. Iliad.

Ὃς ἄρ' ἔφη, σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον, ἠδὲ καὶ ὤμω
Πλῆξεν. ὁ δ' ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Et iterum lib. 12. Odyſſeæ, ſtatim poſt principium:

Θάπτομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.

172 *Alia huius appellationis cauſa.*
¶ Suntq; & aliæ appellationis huius cauſę, ut alijs placuit. Didymus enim ita putat eam dictam παρὰ τὸ τῆς διαίτης, id eſt, à vitæ mollitiæ. β enim litera cognata eſſe videtur literæ φ. Nam quidam Philippum vocant Βίλιππον, ſicuti Phrygas Brygas. Fulgentius Placiades libro ſecundo. Mythologicarum, ita eā dicit vocari, quòd ſicut ſpuma, ita & libido, momentaliter (vt ipſe loquitur) ſurgat, & in nihilum veniat.

*Venus Saligena. Sal genituram, & libidinē prouocat.*
Sunt & qui à Poetis ideo fictum putent, Venerem è mari eſſe natam, & ἁλιγενῆ, id eſt, Saligenam fuiſſe cognominatam, quòd ſal ad genituram & fœcunditatem non parum conducere putatur. Quod & Plutarchus tradit Problematῶn Sympoſiacorum Decad. 5. capitulo 10. vbi & ob eam cauſam dicit Aegyptios ſacerdotes à ſalis vſu abſtinere, vt caſtitatem inoffenſam ſeruent. Denique aliam huius appellationis Veneris cauſam alij tradunt, vt videbis infrà in 15. lege Connubiali, nu. 23. incip. ex his fortè.

173 *De eadem re.*
¶ Ex his fortè deſcribitur in Apocalypſi, c. 17. magna meretrix, ſedens ſuper aquas multas, vt ſcilicet illius intelligeretur æſtuans libido. Nam non calido tantum concubitus conſtat, ſed & humido ſimul, ut ex his patet, quæ diximus ſuprà numero 164. atque etiam autor eſt Ariſtoteles, libro Problematῶn quartò, capitulo 5. & libro 5. capitulo 31. vbi ſcribit, omnino incontinentes eſſe, qui natura calida, & humida conſtant: ſemen enim tale natura eſſe: & libro 10. cap. 26. Nam vt ibi dicit, calor excernit, humor excernitur, & alibi plenius dicemus. Porrò Dantes Florentinus in tract. inferni, capitu. 19. cuius initium eſt, Diuina, tradit in fœmina magis inualeſcere ardorem libidinis, quàm in maſculo. & ex eo repetit, & ſequitur è noſtris Alberic. in l. quæritur, circa medium. ff. de ſtatu hominum.

174 *Fœminas in Venerē facilius labi, quia otioſæ ſunt. Otium parens libidinis.*
¶ Et huius quoque rei alia poteſt eſſe ratio, vt ſcilicet, quamuis maſculi ſint fœminis calidiores, vt eo reſpectu, vt ita loquar, ſint proniores in libidinem: tamen quia mulierum vita eſt ſedentaria, & omnibus modis otioſa, vt dicemus infrà in hac eadem lege, numero 215. incip. deſidioſas verò, ideo & hæ in Venerem ocyus faciliusque labuntur, nempe cuius otium parens eſt. Ezechiel. cap. 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius. Ouidius lib. 1. de Remedio amoris:

*Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,*
*Contemptaq; iacent, & ſine luce faces.*
*Quàm Platanus riuo gaudet, quàm populus vnda,*
*Et quàm limoſa canna paluſtris humo,*
*Tam Venus otia amat, &c.*

Et rurſum in eodem libro:

*Quæritur, Aegiſthus quare ſit factus adulter:*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*

Quos poſteriores verſus citat gl. in cap. nunquam, in verbo, omnis otioſus, de conſecrat. diſtin. 5. hinc occaſione ſumpta, quod text. ibi dicit, quod in deſiderijs eſt omnis otioſus. Et inſtar ipſius Aegiſthi. Dauid cum miſiſſet Ioab ſuum principem militiæ, omnemque exercitum Iſrael cum eo debellatum filios Ammon, manſiſſetque otioſus in Hieruſalem, lapſus eſt in cōcupiſcentiam Berſabeę, cumq; ea adulterium perpetrauit, cum antea nunquam aliquid tale commiſiſſet, vt ſcribitur ſecundò Regum 11. c. Nam Diogenes ille Sinopæus, apud alterum

Diogenem Laertium, dicebat amorẽ vacantium, id eſt, otioſorum eſſe occupationem. Et Menedemus Terentianus in Heauton. filio ſuo amorem ex nimio otio natam eſſe exprobrat. Et hinc Canachus Sicyonius ſtatuarius Venerem effinxit ſedentem, vt tradit Pauſanias lib. 2. qui de Corinthiacis eſt, non ob aliam, vt opinor, cauſam, niſi quòd vita illa ſedentaria, & nimium otium, velut alat luxum atque libidinem. Vt non abs re Menandro apud Stobæum Serm. 62. Ἔρως, id eſt, Amor, ἀργὸς dictus ſit, id eſt, otioſus. Nam & (vt ibi ſcribitur) Theophraſtus interrogatus, quid eſſet amor, reſpõdit, πάθος ψυχῆς σχολαζούσης, id eſt, affectus animæ otioſæ.

*Amor otioſorum occupatio. Amor otioſus dictus. Amor affectus animæ otioſæ.*

175 *Qui fœminas eſſe calidiores viris dixerunt.*

¶ Quas rationes cum non animaduerterent Parmenides, & Hippocrates, ſecũ in ea re pugnans, ſi is eſt, Raſis, Accurſius, & Ioan. Plat. viderent tamen mulieres rei venereæ magis obnoxias, pluſque ſanguinis habere, quã viros: illas quidem iſtis calidiores, contra omnium fermè ſententiam eſſe voluerunt: vt de Parmenide ſcribit Ariſtoteles, libro 2. de Partibus animalium, cap. 2. & ſcriptum reliquit ipſe Hippocrates lib. j. de Morbis muliebribus: & Raſis ad Almanſorem, tract. 2. cap. 39. Accurſius & Io. Plat. in d. §. maſculi. Inſtitut. de nupt. & alij, quorũ meminit Plutarchus libro. Sympoſiacῶn 3. c. 4. vbi & huius ſententiæ multa argumenta congerit, quæ ſuppreſſo ipſius nomine, repetit Macrobius libro Satur. 7. c. quoq; 7. Quibus concinens Ariſtophanes in Cerealibus, mulieres calidiſſimas appellat:

Ὦ θερμόταται γυναῖκες.

Niſi malis id ad audaciam referre. Nam θερμὸν, præter vulgatam calidi ſignificationem, audacem quoque ſignificat: vt cum dicimus, θερμὸν ἔργον, hoc eſt, calidum facinus, pro audaci. In qua etiam ſignificatione Plautus in Moſtellaria, Calidum mendacium appellauit, pro audaci vel impudenti. Quanquam nonnulli ibi legunt, Callidũ. Supra autem oſtendimus, mulieres meretrices eſſe audaciſſimas ſimul & impudentiſſimas, & diximus quoque verſic. abhinc tertio, & ſequent.

176 *De eadẽ re. Mulieres viris callidiores.*

¶ Niſi, vt redeamus potius ad Raſim (de cæteris enim nihil eſt quod dubitemus) callidiores ſcribendum ſit, nõ calidiores: quod magis puto. Sunt enim verè omnium iudicio (vt id in tranſcurſu dicam) mulieres viris callidiores, verſutiores, vafriores, ſagaciores, teſtimonio ipſius Accurſij in l. omnes. C. de his, qui ven. æta. impe. & in l. ſi à ſponſo, in glo. vlt. in fi. C. de donat. ante nupt. Pet. à Bella Pertica, in dicto §. maſculi. Inſtitut. de nupt. vbi aſſerit, viros eſſe calidiores, fœminas autem callidiores, vt hinc diſcrimen facilè agnoſcas. Hoſtien. & Ioan. Andr. in dicto capitulo literas. extra de deſponſ. impuber. Hoſtien. in Summa. eodem titulo. §. primo, circa medium. Collect. in dicto cap. puberes. eodem quoque tit. Panormitan. in cap. vbi non eſt, eodem item titulo, & Io. Fab. in l. vlt. C. de iuris & facti ignoran. & ſatis in id facit text. in l. ſi ſine. C. ad Senatuſconſ. Velleianum, & ex externis quoque ſcriptoribus voluit Plato libro 6. de legibus. & Ariſtoteles lib. 9 animalium, capit. 1. & Lucianus, qui in Prometheo, ſiue Caucaſo, inducit Mercurium hæc de Prometheo quærentem, quòd homines effinxerit animãtum genus callidiſſimum, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας, & quidem maximè omnium mulieres. Et Auſonius, qui priuatim ac peculiariter fœminam callidam vocat:

*Callida ſed mediæ Veneris mihi vindicet artem*
*Fœmina.* ——

Apud Ariſtophanem Lyſiſtrata fœmina, quæ illi fabulæ nomen dedit, ſtatim circa initium illius, hæc dicit:

Καὶ πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι,
Ὅτι ἡ παρὰ μὲν ἀνδράσιν νενομίσμεθα
Εἶναι πανοῦργοι.

Id eſt, ad verbum:

*Et multum pro nobis mulieribus diſcrutior.*
*Quòd apud quidem viros cenſemur*
*Eſſe panurgæ.* ——

Id eſt, vafræ, verſutæ, callidæ. Id enim ea vox Græca ſignificat. Cui Calonicæ altera mulier, illud mox reſpondet:

Καὶ γάρ ἐσμεν νὴ Δία.

*Etenim ſumus per Iouem.*

Cæterùm Actius in Ægiſto, Meliùs, ait, quam viri callent mulieres, vti illum refert Nonius Marcellus in verbo, callet.

¶ Quamquam Diuus Cyrillus Theologus & ſanctiſſimus, & doctiſſimus, in Euangelium Diui Ioannis, libro ſecundò, capitulo 87. interpretans illud, Dixit ei Ieſus, Vade, & voca virum tuum: Probè (ait) atque ueraciter dici poteſt, fœmineam eſſe fœminarum omnium mentẽ. Mollis enim ac tardus eſt earum intellectus. Docilior autem virorum natura eſt, atque callidior. Et hac de cauſa, vt arbitror, virum vocare ſuum mulier iubetur. Ita & quaſi rudis mulier increpatur. Et huic opinioni adſtipulantur noſtræ leges, quæ non tam grauiter mulieres puniunt, quàm viros, illiſque facilius parcunt, condonantque ſcelera, tanquam ſcilicet ſimplicitate magis ducantur, quàm calliditate: vti & Baldo placuit in rubrica. C. de rerum permutatio. verſiculo item quare donatio, & alijs multis à me congeſtis ſuprà in eadem, l. numero 51. itaque neſcio. & in tractatu Retractuum, tit. 2. in præfatione, numero 35. idque ſatis. 177 *Contra viri callidiores.*

¶ Denique (vt redeamus) non verum eſt, quod hic noſter aduerſarius obiecit de verecundia mulierum. Sũt enim fœminæ viris multò inuerecundiores, atque impudentiores, id atteſtantibus peritiſſimis rerum naturæ ſcriptoribus, Ariſtotele ſcilicet, ad cuius autoritatem veluti ad anchoram, aut aſylum, in hiſce rebus confugiunt eruditi, quo loco nuper citauimus, & Galeno lib. 11. de vtilitate partium, & Auicenna, qui recentiorum quorundam opinione, nemini Phyſicorum medicorumque cedit, circa initia libro 9. de Animalibus: Raſi quoque, eo quem ſupra ſæpius citauimus, tractatu 2. cap. 56. Alberto item Magno libro Animalium 8. capit. 1. Quorum ſententiam confirmat Iuriſconſultus in l. 1. §. ſexum. in verbo, inuerecundè poſtulans. ff. de poſtu. Quo in loco Interpretes afferunt hiſtoriam muliebris impudẽtiæ, quam nullus vnquam vir attentaſſe legitur. Sed & hanc mulierum impudentiam fatetur mulier quæpiam apud Alexidem: 178 *Mulieres viris impudentiores.*

Οὐκ ἔστ' ἀναισχυντότερον θηρίον
Γυναικὸς, ἀπ' ἐμαυτῆς ἐγὼ τεκμαίρομαι.

*Non eſt impudentius vllum animal*
*Muliere: ex me ipſa ego coniecturam facio.*

Quæ etiam ſententia fuit Ariſtophanis in Lyſiſtrata:

Οὐδὲν γὰρ ὧδε θρέμμ' ἀναιδές ἐστιν, ὡς γυναῖκες.

*Nullum enim ita pecus* (ſiue malis iumentum) *impudens eſt, vt mulieres.*

Sed & idem in Cerealibus ſcribit, impudentes eſſe natura mulieres:

Ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν,
Οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα,

¶ Quibus ſanè in ea re potius ego crediderim, non dicam, quàm Hieronymo, nec enim opus eſt: cum illam epiſtolam, quàm ſuprà citauimus, eius non eſſe, teſtimonio eſt & ſtylus, & Romana editio, in qua erat adſcriptũ, Dicitur, ſed non eſt Beati Hieronymi: & aſſerit Eraſmus vir in hiſce rebus emunctiſſimæ naris. Illis igitur (vt repetam) magis ego crediderim, quàm Thomæ, & Ægidio, quibus etiam refragatur experientia. Quanquam, ne in re tam aperta videantur erraſſe tanti viri, poſſumus dicere eos, cum ſcripſerunt, mulierem eſſe verecundiorem, non tam intellexiſſe, vt re ipſa ſit verecundior, quam vt eſſe debeat. Quemadmodum etiam intelligitur text. in l. 1. §. conſequens. ff. de ſuſpect. tutor. in illis verbis, non ſexus verecundiam egredientis, & in l. maritus. C. de procurat. & in l. ſecunda. C. de his qui ve. 179 *De eadẽ re.*





æta. impet. cum dicitur propter pudorem & verecundiã mulierum. & in §. conſequens. Inſtitu. de ſuſpect. tut. ibi, non ſexus verecundiam egredientis. & in c. indemnitatibus. §. ſed cum eas. de elect. lib. 6. & in c. 1. in princip. de ſtat. reg. eod. lib. 6. & in c. nec illud. 30. q. 5.

180 *De eadẽ re. Mulieres in primis decet verecundia.*

¶ Siquidem verecundia quam maximè decet, ornatque mulieres. Quod vt probem, ſatis eſſet vnius teſtimonium, qui mihi ſemper fuit inſtar omnium. Is eſt Virgilius, quem eruditi omnes tanti ſemper æſtimarunt, quanti alium neminem. Nam cum Didonem, ante Aeneæ aduentum, veluti omnibus fœmineis virtutibus claram depinxiſſet, tum verò verecundia adornauit, hoc verſu:

*Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.*

Cui quidem & alios teſtes, & eos quidem integerrimos adiunxerim, ne tritum illud obijciatur, Vox vnius, vox nullius. Nam Ieſus Syrach filius Eccleſiaſtici 7. Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quam ſortitus es in timore Domini. Gratia autem verecundiæ illius ſuper aurum. Et iterum cap. 26. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata. Et D. Paulus 1. ad Timotheum, c. 2. iubet mulierem cum verecundia ornari. Homerus autem ſemper & vbiq;, cum mulieres aut etiam Deas ipſas vult laudare, eo præconio maximè celebrat, quòd verecundas eas appellat: vt lib. 3. Odyſſeæ:

Θυγατέρες τε, νυοί τε, καὶ αἰδοίη παράκοιτις.

Et lib. 4. eiuſdem operis:

Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα.

Qui verſus & lib. 17. eiuſdem operis non ſemel inculcantur. Itemq; lib. 10.

——Νύκτας δ' αὖτε παρ' αἰδοίης ἀλόχοισι.

Et lib. 18.

Ἔρχεσθε πρὸς δώμαθ' ἵν' αἰδοίη βασίλεια.

Et lib. 6. bis terque:

Ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδου Ὀδυσῆος.

Et libro 6. Iliados:

——Ἔνθα δὲ γαμβροὶ
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρ' αἰδοίης ἀλόχοισιν.

Et libro 21.

Οὐδὲ μεθ' ἡμέων
Πειρᾷ, ὅς κεν Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται
Πρόχνυ κακῶς σὺν παισὶ καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν.

Et rurſus in eodem, de Iunone loquens:

Ἀλλὰ χολωσαμένη Διὸς αἰδοίη παράκοιτις.

Et in Hymno Apollinis:

Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίης ἀλόχοισι.

Et in Hymno Veneris:

Οὐδὲ μὲν αἰδοίῃ κούρῃ ἅδεν ἔργ' Ἀφροδίτης
Ἱστίῃ.—— Et paulo poſt:
Αἰδοίην ἄλοχον ποιήσατο κέδν' εἰδυῖαν.

Et in ſecundo Hymno Veſtæ.

Ἵλαος ὢν ἐπάρηγε σὺν αἰδοίῃ τε φίλῃ τε
Ἑστίη.——

Et in 2. Mercurij Hymno, de Maia eius matre:

Ἄτλαντος θυγάτηρ, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα,
Αἰδοίη.——

Et Ouidius in Ibin, Dianam, quam caſtiſſimam fuiſſe perhibent, & in quam Homerus ipſe in Hymno quopiam negat Cupidini ius vllum fuiſſe, verecundam quoque vocat:

*Quiq; verecundæ ſpeculantem membra Dianæ, &c.*

Nam & Demades apud Stobæum Serm. 72. dicere ſolebat, τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι, Id eſt, Pudorem in muliere pulchritudinis arcem eſſe.

181 *Pudorẽ in muliere pulchritudinis arcẽ eſſe.*

¶ Sed & d. l. in coniunctione. C. de nupt. & aliæ loquẽtes de pudore, & verecundia muliebri, non aſſerunt mulieres viris eſſe verecundiores, ſed tantùm probant illas eſſe interdum verecundas: quod nec ego inficior, præſertim virgines puellas adoleſcentes, quæ nondum frontem perfricuerunt: de quibus nuncupatim loquitur, d. l. in coniunctione. Eſt enim illarum (vt verum fatear) propè peculiaris pudor: ſicuti & apud Lucianum Samoſatenſem in Deorum iudicio, teſtis eſt Iupiter, dicens Palladi, proprium eſſe virginibus erubeſcere. Ideoque Tullius in Oratione pro P. Quinto, Plinius Iunior lib. Epiſtolarum 5. ad Marcellinum, Apuleius lib. Aſini aurei, 1. & non multũ ante finem: & Hieronymus ad Euſtoch. de acceptis ab ea munuſculis, eleganti epitheto verecundiam virginalem vocant. Et D. Ambroſius in c. honorantur. 32. q. 2. pudorem quoq; virginalẽ appellat. Et Tibullus nõ diſſimiliter pudorem virgineũ vocat, lib. Eleg. 4.

*Puellarũ peculiaris pudor. Virginalis verecũdia. Virginalis ſiue virgineus pudor. Virgineus rubor.*

*Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.*

Vti & Statius lib. 12.

*Olim hic virginei cuſtos monitorq; pudoris.*

Et Valerius Flaccus lib. Argonauticῶn quinto:

*Audit virginei cuſtos grandæua pudoris.*

Et Apollonius Rhodius lib. 3. Argonauticῶn, αἰδὼς παρθενίη. Virgilius autem libro primo. Georgicῶn, virgineum ruborem dicit:

*At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, &c.*

Hincq; Homero lib. 2. Iliados Aſtyoche παρθένος αἰδοίη dicitur, id eſt, virgo verecunda: vti & Diana, de qua nuper locuti ſumus, in 2. eiuſdem Hymno: & Pallas in 2. quoque ipſius hymno. Et Ouid. lib. 1. Elegia. puellam verecundam peculiari quoque epitheto vocat: *Puellæ verecundæ.*

*Forma verecundæ nocuit mihi viſa puellæ.*

Veluti id epitheton maximè virginibus & puellis conueniat. Nam (vt ſcribit Ambroſius) de inſtitutione virginis, capitulo 1. Virginitatis dos quædam eſt verecundia, quæ commendatur ſilentio. Chryſoſtomus autem ad populum Antiochenum, Homilia 30. pronuntiat meretrices impudentes eſſe, virgines verè verecundas, huiuſque rationem reddit.

*Virginitatis dos verecundia. Mulieres impudentes.*

¶ Porrò id quod de meretricibus dicit, apertè probãt quę latius ſupra diximus num. 153. incip. pudor autem & ſeq. Et inter cætera illud Hiere. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et illud præterea Oſeæ ſecundò, vbi introducit meretricem hæc dicentẽ, Vadam poſt amatores meos. Id quod Diuus Hieronymus ibi trahit ad impudentiam meretricum, quę vt ille dicit, gloriantur in ſuo ſcelere. Nec interim aſſentior Bal. notanti ex d. l. in coniunctione, naturale eſſe mulieri propter verecundiam tacere, ſi intelligat fœminas eſſe huiuſmodi naturæ, vt ſint taciturnæ ex verecundia, cum ſint mulieres & inuerecundæ, vt iam diximus, & admodum loquaces, quod poſtea dicemus. Ideo Alberic. in lege generalis. ff. de adoptio. aliud notat ex d. l. in coniunctione. videlicet mulieres ex verecundia loqui non debere: quod & nos facile recipimus. 182

¶ Sed & hanc mulierum impudentiam adſtruit, quod infra dicemus, cum de inuidia fœminarum diſſeremus, mulieres canibus à multis comparatas, quia eo animali nihil eſt impudentius: vt quod in propatulo & vbique coeat, vt & nos alibi dicemus, ſcilicet infra l. 15. nu. 157. incip. Plutarchus. Nam & hinc (vt opinor) impudens & inuerecundus Græcis κύνειος vocatur κυνικὸς, & κυνώπης. Et κυνάμυιαν pro magno conuicio Mars bile percitus Mineruam nihil tale merentem vocat, libro ſecundo. Iliad. Et apud Latinos quoque Canis appellatione impudentibus conuicium fieri ſolet, vt ſcribit Donatus in Eunuchũ Terentij, interpretans illud: Ain verò canis. Nam & ſecundo Regum. capitulo 16. Abiſai, qui tam impudenter Dauidi maledicebat, canem appellauit. Quare maledicit (inquit) canis hic domino meo Regi? Et apud Homerum quoque libr. 17. Odyſſeæ, Vlyſſes à Melantho κύνεον, id eſt, canis vocatur: vti & libro 18. & ſequenti. Melanthius ab Vlyſſe. Et libro 22. Vlyſſes hoc quoque titulo procos confixit. Et apertiſſimè id ad impudentiam refert idem Homerus libro 1. Iliad. Nam cum primum Achilles Agamemnonem impudentem vocaſſet: 183 *De eadẽ re. Mulieres canibus cõparatæ. Impudentes canes vocantur.*

σ' μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε.
Paulò poſt eundem vocat virum canino aſpectu;

Τῷ μω ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε κυνῶπα.

Et apertius quoque lib. 9. Iliad.

Αἰὲν ἀναιδείην ἐπιειμένος, οὐδ' ἂν ἔμοιγε
Τέλμαιν κύνεός περ ἐὼν, εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

*Semper impudentiam indutus, neque mihi*
*Tolerabit, caninus quamuis exiſtens, vultum aſpicere.*

Et apud eundem lib. Odyſſeæ 4. Helena ſeſe κυνώπιδα, id eſt, impendentem vt canem vocat, quòd Paridem ſecuta fuiſſet;

Ὡς δ' ὁ δ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἱὲ ἔοικε
Τηλεμάχῳ, τὸν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ οἴκῳ
Κεῖνος ἀνήρ, ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκ' Ἀχαιοὶ
Ἤλθεθ' ὑπὸ Τροίην, πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες.

Et hanc Homeri appellationem ad impudentiam refert ex dictis locis quædam citans Pollux Onomaſt. lib. 5. c. 11. Et alia quoque multa de canum impudentia, videbis apud Conrardum Geſnerum Hiſtor. animal. libro primo, vbi de cane agit, in litera H. Nam & Eſaias ſcriptor ſanctiſsimus, capitulo 56. canes impudentiſsimos appellat. Et Oppianus quoque de venatione libro 5. canum impudentiam notauit. Moſes autem Geneſ. 23. meretricem & canem copulauit. Non offeres (inquit) mercedem meretricis, neque pretium canis in domo Dei tui. De qua re loquens Diuus Hieronymus in Eſaiam, capitulo 66. Pulchrè (ait) canis & meretrix copulantur, quia vtrunque animal pronum eſt ad libidinem.

184 *Mulieres iracundæ.*
¶ Hactenus, quæ de impudicitia mulierum dicenda videbantur. Nunc res ipſa monet, vt deinceps ad irã, cui quartus locus aſsignatur, tranſeamus. Et ſanè mulieres ſunt iracundæ, ad iram procliues, iræ impatientes. Iracundia enim præcipites feruntur in ferrum, in necem tam ſuam, quam ſuorum. Iuuenalis in calce Satyræ 6. de mulieribus loquens:

*Quoties facit ira nocentem*
*Hunc ſexum, & rabie iecur incendente feruntur*
*Præcipites, vt ſaxa iugis abrupta, quibus mons*
*Subtrahitur, cliuoq́; latus pendente recedit.*

Propertius lib. 3. ad Cynthiam:

— *Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.*

*Iracũdia vitiũ muliebre.*
Seneca lib. 1. de Clementia, muliebre dicit, in ira furere. Cui ſimile eſt, quod dicit Chryſoſtomus in Homilia de decollatione Diui Ioannis: Mulier ſi iniuriam patitur, inſanit. Idem autem Seneca lib. 1. de Ira, ſcribit iram eſſe vitium muliebre. In quo ſecutus fuiſſe videtur Platonem, qui lib. 5. de Legibus, iracundiam muliebrẽ vocat, tanquam videlicet ſit proprium peculiareque mulierum vitium. Terentius autem in Hecyra docet, fœminas leuiſsima quaque occaſione in iram prorumpere, cum dicit, Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Sed & ipſe Chryſoſtomus in epiſtolam ad Epheſios, Homilia 13. tradit, mulieres plerunque iracundas eſſe. Et Raſis vbi ſuprà, dicit mulieres celerius iraſci, quam mares. Et Rabbi Moyſes Ægyptius, in libro Perplexorũ 3. cap. 49. idem dicit idque tribuit debilitati ſenſus muliebris. Idemque propemodum tradit Plutarchus in lib. περὶ ἀοργησίας, id eſt, de cohibenda ira. Sicuti (ait) tumor accidit ex magna plaga in carne, ita in molliſsimis animis, ſi quis ſe præbeat dolori, hoc ipſo quòd maior eſt imbecillitas, maiorem elicit iracundiam: hacque de cauſa mulieres iracundiores ſunt viris, ægroti ſanis, ſenes iuuenibus, infelices fœlicib. Abdicatus item ille Medicus, apud Lucianum in Dialogo, cui & ipſe titulum fecit, aſſerit facilius fœminas, quàm viros in inſaniã prolabi, difficiliuſque huius morbi curationem recipere, ea potiſsimum ratione, quòd multum habeant iracundiæ, ac leuitatis, facileq́; commoueantur, ſintq́; illis vires corporis exiguæ. Eccleſiaſticus c. 25. ſcribit, non eſſe iram ſuper iram mulieris. Quod & è noſtris vſurpauit Bald. in l. ſi apud C. de reuoc. donat. in id trahens tex. ibi. Et huc quoque reſpicit, quod Chilo ille Lacedæmonius apud Laertium dicebat, Minari alteri, eſſe muliebre. Nam id ex ira procedit.

185 *De eadẽ re. Mulier ira ipſa ẽ.*
¶ Nemo autem exactius hoc mulierum vitium expreſſit, quam Palladas, aut, vt alij malunt, Telemachus, qui libro 2. Epigrammatũ, ſcribit mulierem eſſe iram ipſam. Huius in eam rem hoc diſtichon eſt:

Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστὶν, ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας,
Τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

Et huc alludit illud Virgilianum lib. 7. Æneidos:

*Quam ſuper aduentus Teucrum, Turniq́; hymenæis*
*Fœmineæ ardentem curæq́; iræq́; coquebant.*

Nam, Fœmineæ, non otioſè dixit, quoniam (vt etiam annotat inibi interpres) fœmineus ſexus propter imbecillitatem impatiẽtior eſt iræ. Hinc paulo poſt, vt rabiem vehementiorem oſtendat, canes fœmineo genere ponit, cum dicit:

*Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli*
*Commouere canes.* —

Quo etiam in loco Interpres ipſe dicit, ob id Virgilium dixiſſe, Rabidæ canes, quia fœminæ facilius in furorem concitantur. Et Virgilium ſecutus Columella. lib. 6. cap. 12. Eodem, inquit, remedio curatur rabioſæ canis, vel lupi morſus. Et Apuleius lib. 9. Aſini aurei, Annuntiat (inquit) canem rabidam paulò antè per poſticum impetu miro ſeſe direxiſſe, ardentiq́; prorſus furore venaticos canes inuaſiſſe. Quo tamen in loco interpres, alioqui oculatiſsimus, id minimè vidit. Æſopus autem apud Planudẽ dicit, magnam rem eſſe placare fœminam, μέγα τι χρῆμα πραΰνει γυναῖκα. Quorſum igitur Eccleſiaſticus, cap. 10. hæc ſcribit? Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum, &c.

186 *Mulieres prægnãtes præ cæteris iracũdæ.*
¶ Tum verò maximè (ne id omittam) mulieres in hoc iracundiæ vitium procliuiores ſunt, cum ferunt vterum, præſertim ex fœmellis, vt magna autoritate affirmat Petrus ille Aponenſis & Philoſophus & Medicus celeberrimus, in Cõmmẽtarijs, quos doctius quidem, quam elegantius edidit in Proble. Ariſtotelis, lib. 20. c. 35. vbi & huius rei rationem reddit, quam qui volet in eo loco videre poterit: neq; enim conſtitui omnia omnium ſcriptorum loca huc transferre, ne in immẽſum hic liber abeat.

187 *Et anus. Prouerbiũ*
¶ Et quod veriſsimum eſt, id vitium anus præ cæteris vexat, præcipitesque agit, vel teſtimonio veteris illius prouerbij, quod ex Menandro refertur:

Πολὺ χεῖρον ἐστὶν ἐρεθίσαι γραῦν, ἢ κύνα.

*Plus eſt periculi, anum laceſſere, quàm canem.*

Quod ipſum enarrans Eraſmus Chiliadis 4. Centur. 8. cap. 28. Hebræorum (inquit) ſententiæ negant vllam irã atrociorem eſſe ira muliebri. Irritabile enim & vindex mulierum genus, partim ob orationis inopiã, partim ob animi humilitatem. Nam veræ magnitudinis eſt, quaſdã iniurias negligere, nec quoſuis homines dignari ira ſua. Quod Lucan. (vt id addas) ſatis adſtruit:

— *Non eſt dignus Cæſaris ira.*

Eſt autem (vt ad Eraſmum redeamus) formidabile animal mulier, cum ad ſexus vitium accedit ſenectus. Canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet. At aniculæ præter linguæ venenum, interdum inſtructæ ſunt malis artibus, veneficijs, & incantamentis. Itaque nonnulli ingenti ſuo malo experti ſunt eſſe veriſsimum, quod dixit Menander. Hæc ille.

188 *Ira libido vindictæ.*
¶ Et quoniam clamor, rixa, contumelia, ſunt iræ filiæ, ſiue comites, vt eſt recentium Theologorum, & Diui Gregorij ſententia, & de rixa probatur Prouerbiorum vigeſimonono, Vir iracundus prouocat rixas. Sed & crudelitas quoque, etiam ſi Theologi prætermittant, hinc prodiſſe videtur, atque etiam vindicta, cum ira ſit quædam libido vindictæ, vt ex Platonis autoritate ſcribit Plutarchus in libro de Virtute morum. Proinde ſunt mulieres clamoſæ, & rixoſæ, & contumelioſæ,



*Mulieres clamoſæ.*
lioſæ, & crudeles, & vindictæ appetentiſsimæ. Clamoſas eſſe videmus quotidie, viditq́; Plato, qui li. 6. de Legibus ſcribit, eam eſſe naturam mulierum, vt orationem rectè dicentis ſine ingenti clamore audire nõ poſsint. Et apud Plautum in Pœnulo, cum Pœnus dixiſſet Agorathocli:

*Tace, atque parce muliebri ſupellectili:*

Interrogaſſetq́; Agorathocles, quæ ea eſſet ſupellex: Reſpondit Pœnus:

*Clarus clamor ſine modo.* —

Et Alius Comicus Terentius in Prologo Hecyræ:

*Comitum conuentus, ſtrepitus, clamor mulierum.*

*Fœmineꝰ clamor.*
Hincq́; Ouid. lib. 12. Metam. Fœmineum clamorem, proprio epitheto vocat:

*Fœmineo clamore ſonat domus.* —

Et Silius Italicus lib. 5.

*Fœmineo clamore Draeen extrema rogantem, &c.*

Et ante hos Virgilius lib. 11. Æneidos:

*Fœmineum clamorem ad cœli ſydera tollunt.*

Quod & huc trahit Seruius in eum locum.

189 ¶ Valerius autem Flaccus lib. 4. Argonauticon, peculiari quoque epitheto fœmineos vlulatus appellat, veluti fœminarum proprios. Similiter Silius Italicus lib. 3.

*Fœmineum tenues vlulatum fundere in auras.*

Quod & ante eos fecerat Virgilius lib. 4. Æneid.

*Lamentis gemituq́; & fœmineo vlulatu*
*Tecta fremunt.*

Quo loco Seruius id dicit eſſe proprium fœminarum. Et lib. 9. eiuſdem operis:

*Euolat infelix & fœmineo vlulatu.*

Ex quo & idem lib. 2. eiuſdem operis:

— *Penituſq́; cauæ clamoribus ædes*
*Fœmineis vlulant.* —

Et lib. 7. eiuſdem quoque operis:

*Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent.*

Et Ouidius lib. 4. Faſtorum:

*Vt clamata ſilet, montes vlulatibus implent.*

Et in Epiſtola Oenones ad Paridem:

*Impleuiq́; ſacram querulis vlulatibus Idam.*

Et in Epiſtola Didus ad Æneam:

*Audieram voces. Nymphas vlulaſſe putaui.*

Et in Epiſtola Hermiones ad Oreſtem:

*Mox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem*
*Condidit.* —

Et lib. 4. Metamorph.

*Sicut erant, viſo nudæ ſua pectora nymphæ*
*Percuſſere viro, ſubitiſq́; vlulatibus omne*
*Impleuere nemus.* —

Et Plinius Iunior lib. 6. Epiſtolarum, ad Tacitum: Audires (inquit) vlulatus fœminarum, infantium quiritatus. Et ipſe Tacitus Hiſtoriæ Auguſtæ, libro 20. Vt vlulatus fœminarum, & vagitus infantium. Et ante hos Homerus libro 6. Iliados:

Αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.

*Hæ autem vlulatu omnes Mineruæ manus eleuauerũt.*

Et in Hymno Apollinis:

— Θεαὶ δ' ὀλόλυξαν ἅπασαι.

*Deæ autem vlularunt omnes.*

Et rurſus in eodem Hymno:

— Αἱ δ' ὀλόλυξαν
— Κρισσαγῶν ἄλοχοι. —
— *Vlularunt autem*
*Craſſigorum mulieres.*

190 *Muliebris eiulatus. Fœminei plangores. Mulieres querulæ.*
¶ At lib. 15. Tacitum muliebrem eiulatum appellat: quòd non longè ab illo differt. Hincque eſt illud Virgilij 2. Aeneid. à nobis nuper ex parte citatum:

*At domus interior gemitu miſeroq́; tumultu*
*Miſcetur, penituſq́; cauæ languoribus ædes*
*Fœmineis vlulant: ferit aurea ſydera clamor.*

Claudianus quoque de victoria Stiliconis contra Alaricum, Querelas muliebres vocat:

— *Durate parumper,*
*Inquit, & excuſſis mulieribus ore querelis,*
*Fatorum toleremus onus.* —

*Iterum de clamore mulierum*
Aiax apud Philoſtratum in Heroicis, muliebre eſſe dicit clamare. Iuuenalis autem, de veluti tinnientibus mulierũ clamoribus loquens, Satyr. 6.

*Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas*
*Pulſari.* —

Nam & paulò ante dixerat tantum eſſe mulierum clamorem, vt vinceret omnium clamoſiſsimos: ſcilicet, Grammaticos, Rhetores, Cauſidicos & Præcones, dicens:

*Cedunt Grammatici, vincuntur rhetores, omnis*
*Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquitur.*

E noſtris Accurſius in l. aſsiduis in princip. C. qui potio. in pign. hab. ſcribit, mulieres ſemper clamare: & allegat tex. optimum, in l. 1. §. ſexum. ff. de poſt ul. Et huc alludẽs Hebræus ille παροιμιογράφος. capitulo 9. Mulier (ait) ſtulta & clamoſa, plenaq́; illecebris & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus ſuis.

191 *Mulieres rixoſæ, & litigioſæ.*
¶ Sunt item rixoſæ, litigioſæ, iurgioſæ, vt aſſerit Albertus Magnus in libro iam ſupra ſæpius citato. Quod vel ſatis ex illo Homeri teſtimonio comprobatur ſupra citato, cum de Contentione, ſpecie ſuperbiæ diſſereremus. Cui ſubſcribens Menander Poeta Græcus:

Χειμὼν κατ' οἴκους ἐστὶν ἀνδράσιν γυνή.

*Tempeſtas in domibus eſt viris mulier.*

Et Ouidius de Arte amandi, lib. 2.

— *Dos eſt* (inquit) *vxoria lites.*

Iuuenalis quoque Saty. 6.

*Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina litem*
*Mouerit.* —

Et poſt Pauca:

*Semper habet lites, alternaq́; iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*

Et alibi eadem Satyr. ad hoc alludens:

*Puſio, qui noctu non litigat.* —

*Prouerbiũ Salomonis*
Diuus Hieronimus in Iouinianum libro 1. citat illud ex Vario Gemino, nobili Declamatore: Qui non litigat, cælebs eſt. Quibus conuenit illud Xyſti Pythagorici in Enchiridio: Nubere, & filios procreare poſſum: ſcias vtrũque. Sin autem tanquam prælium ſciens, tamen pugnare vis, & vxorem duc, & filios procrea. Is autem eſt, quem citat Hieronymus ex eodem libro in cap. origo. 32. q. 4. Huc quoque accedit illud Salomonis Prouerb. 21. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi. Quod & repetitur iiſdem ferè verbis in cap. 25. Sequitur autem paulo poſt, in d. cap. 21. Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda. Et cap. 19. Tecta iugiter perſtillantia, litigioſa mulier. Cui conſimile eſt, quod eiuſdem operis capit. 27. ſcribitur Tecta perſtillantia, in die furoris, aut (vt alij melius, meo quidem iudicio legunt) frigoris, & litigioſa mulier comparantur.

192 *De eadẽ re.*
¶ Quibus concinit vetus illa monumenti inſcriptio, quæ Romæ in via Tiburtina hodie conſpicitur, tribus his quadratis catalectis:

*Heus viator, miraculum, hic vir & vxor non litigant.*
*Qui ſumus non dico. At ipſa dicam: Hic Bæbius earius*
*Ebriam me nuncupat. Hei vxor, etiam mortua litigas?*

Refert Iouinianus Pontanus in lib. quem de obedientia ſcripſit, & Raphael Volaterranus in Philologia, & è noſtris Catellianus, paulo ante finem ſuorum Memorabilium, & Andreas Alciatus, libro παρέργων ſecundo, capit. 13. Nec minus eſt lepidum Auſonij Epigrãma, quod dicunt, perperam, meo iudicio, ex Græco traductum, huic loco accommodatiſsimum, de Grammatici cuiuſdam infauſto matrimonio:

*Arma virumq́; docens, atq; arma virumq́; peritus,*
*Non duxi vxorem, ſed magis arma, domum.*
*Namq́; dies totos, totaſq́; ex ordine noctes*

*Litibus oppugnat meq;, meumq; larem.*
*Atq; vt perpetuis dotata à Marte duellis,*
*Arma in me tollit, nec datur vlla quies.*
*Iamq; repugnanti dedam me, vt denique victum*
*Iurget ob hoc ſolum, iurgia quòd fugiam.*

Aut ut alij legunt:

*——Vt denique vitem*
*Iurgia ob hoc ſolum.*

Aliudque Palladæ de Grammatico quoque feſtiuum Epigramma:

Μῆνιν τ' οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκα,
Καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος.
Ὤ μοι ἐγὼ πολύμηνις ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην,
Τέχνης γραμματικῆς, καὶ γαμετῆς μαχίμης.

Id eſt, ex Othomari Luſcinij verſione:

*Grammatico ducta eſt vxor mihi peſtifer ira:*
*Artis & infelix ira mihi auſpicium.*
*Heu miſer, en gemina fatis modò comprimor ira,*
*Artis Grammatices, fœmineaq; domi.*

Aliud item eiuſdem & de alio Grammatico:

Οὐ δύναμαι γαμετῆς, καὶ Γραμματικῆς ἀνέχεσθαι,
Γραμματικῆς ἀπόρου, καὶ γαμετῆς μαχίμου.
Ἀμφοτέρων τὰ πάθη, θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκτε,
Τὴν ἐν Γραμματικὴν καὶ μόλις ἐξέφυγον.
Οὐ δύναμαι δ' ἀλόχου τῆς Ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν,
Εἴργει χάρτη γάρ, καὶ νόμος Αὐσόνιος.

Id eſt, ferè ad verbum:

*Non poſſum vxorem, & Grammaticen ſuſtinere,*
*Grammaticam indignam, & vxorem pugnacem.*
*Ex vtriſq; paſsiones, mors & infortunium parantur.*
*Ipſam Grammaticen vix datur euadere.*
*Non poſſum autem ab vxore Andromache diuertere,*
*Probibet enim charta, & lex Auſonia.*

Et huc quoq; ſpectat, quod ſuprà, in Superbia, de contentione mulierum ſcripſimus.

193 *Mulieres Gallicæ maximè iurgioſæ.* ¶ Quod cum aliàs ſemper ac in omnibus omniũ nationum mulieribus verum ſit, præſertim verò in noſtris Gallicis, ſi verum dicit Ammianus Marcellinus lib. Rerum geſtarum 15. quo loco mores Gallorum deſcribit, vbi aſſerit, Gallos ipſos auidos iurgiorũ & ſublatius inſoleſcentes, ſubditq; hæc verba: Nec enim eorum quempiam, adhibita vxore, multò fortior & grauior peregrinorum ferre poterit globus. Quorum verborum obſcurorum quidem, vt ſunt cætera eiuſdem autoris, hic propemodum ſenſus eſt: Si Gallo viro rixanti acceſſerit vxor, eos quidem rixando ſuperaturos multo plures ac fortiores alterius nationis homines.

194 *Mulieres cõtumelioſæ, & iniuriarum abundãtes.* ¶ Fœminas quoque eſſe contumelioſas, iniurijſque abundè refertas, nemo it inficias propter authoritatem Chyſoſtomi, qui in acta Apoſtolica cap. 5. ſcribit, muliebre eſſe contumelia afficere: & Platonis qui lib. 11. de Legibus muliebres haberi dicit, qui ſibi inuicem verbis turpibus maledicunt. Cui ſubſcribẽs eius diſcipulus Ariſtoteles, in eo loco, quem ſupra toties citauimus, ſcilicet lib. 9. Hiſto. animal. in princ. eas ſcribit, viris eſſe maledicentiores atque mordaciores: fœmineæ enim naturæ proprium eſſe τὸ φιλολοίδορον, καὶ μεμψίμοιρον, id eſt, conuiciandi cupiditatem, & querulam naturam. Id quod etiã quotidie experiuntur, quibus eſt cum mulieribus certamen linguarum. Æſopus, teſte Planude, aſſerebat mulierem minima quaque recula offenſam conuiciari: γυνὴ (inquit) ἐπ' ἐλαχίστῳ ἀλγήσασα, λοιδορεῖται. Ex noſtris Io. Andr. & Domi. in c. indemnitatibus. §. vt autem, de ele. lib. 6. tradunt ob id inter cæteras cauſas illic ſtatui, ne in electionibus monialium fiat collatio zeli ad zelum, & meriti ad meritum, vt fit in electionibus virorum, quoniam ſi ita fieret, infinita ſibi conuicia inuicem ingererent. Inſigne autem exemplum muliebris maledicentiæ

*Iambe. ἰαμβίζειν* fuit Iambe, à qua ἰαμβίζειν, priſci dixerunt pro conuiciari & maledicere, vt ſcribunt Suidas, & Heſychius, & Hephæſtion. Atqui Euripides in Phœniſsis ſcribit, mulierũ genus eſſe φιλόψογον, tanquam dicas, obtrectatorium, obiurgatorium, cauilatorium, vituperatorium, ſi ita loqui nobis permittitur, illic enim dicit:

φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος.

Et hinc fortaſſe ortum eſt, quòd mulieres canibus quandoque legimus comparatas: vt diximus ſupra num. 182. ſed & hanc. Nam & maledicos canes appellare ſolemus, propter perpetuum illum & naturalem latratum canum. Hinc Horatius in Epod. Caſsium Seuerum, quòd eſſet Poeta maledicus, ignauum canem appellat, vt & ibidem tradit Acron.

¶ Crudeles autem fœminas eſſe, ſcribit Alber. in l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſta. niſi mendum ſit, in quibuſdam codicibus. Alber. vt ſupra alibi docuimus. Sed id ſatis probat Græcus ille Menandri verſiculus: 195. *Mulieres crudeles.*

Ἴσον λεαίνης, καὶ γυναικὸς ὠμότης.
*Aequalis leæna, & mulieris crudelitas.*

Et ille, quem in alio loco adduximus.

Θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα γυνή.
*Ferarum omnium immitior fœmina.*

Cui ſuccinens Tibullus ita cecinit.

*Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen.*

Propterea & Virgilius 4. Æneid. inducit Didonem hæc crudeliſsimè dicentem:

*Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis*
*Spargere, non ſocios, non ipſum abſumere ferro*
*Aſcanium: patrijſq; epulandum ponere menſis?*

Et Horatius Europam lib. 3. Carminum, Ode 27.

*Si quis infamem mihi nunc iuuencum*
*Dedat iratæ, lacerare ferro, &*
*Frangere enitar modò multum amati*
*Cornua Tauri.*

Et Terentius Pythiam, in Eunucho:

*——Qui nunc ſi detur mihi,*
*Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem veneficõ.*

Et Thaidem in eadem fabula: *——Sine vt*
*Veniat: at qui ſi illam digito attigerit vno, oculi illico*
*Effodientur.——*

At Seuerus Cecinna apud Tacitum lib. 3. affirmat muliebrem ſexum, ſi licentia adſit, ſæuum eſſe, quod nos alibi retulimus.

¶ Præcæteris autem nouercæ ſunt in priuignos crudeles, diræ, immanes, ſæuæ, immites, truces, funeſtæ, terribiles, & magis quidem, quam vitrici, vt non abs re huiuſmodi epitheta illis ſint peculiariter attributa. Ceſtius Pius apud Suetonium libro quarto. Controuerſiarum, Sed adhuc (inquit) crudelis & pertinax nouerca, poſt omnia deuicta nihilominus ſæuit. Ouidius in Epiſtola Medeæ ad Iaſonem: 196 *Præſertim nouercæ i priuignos crudeles.*

*Sæuiet in partus dira nouerca meos?*

Et Claudianus de Raptu Proſerpinæ lib. 3. *Diræ.*

*In diræ ſubito mores tranſiſſe nouercæ.*

Et Virgilius lib. 2. Georgicõn.

*Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.* *Sæuæ.*

Et Ouidius lib. 2. Triſtium:

*Nam quid in Hippolito eſt, niſi ſæuæ flamma nouercę?*

Et Seneca Tragœdiographus in Octauia:

*Tulimus ſæuæ iuſſa nouercæ*
*Hoſtilem animum vultuſq; truces.*

Rurſumq;:

*Sæua cui lachrymas dedit*
*Etiam nouerca.——*

Iterumq; in Hippolyto:

*Vincit ſæuas cura nouercas.*

Et Statius libro 2. Syluarum, in Epicedio in Glauciam Melioris:

*——Cui ſibila ſerpens*
*Poneret, & ſæuæ vellent ſeruire nouercæ.*

Et Valerius Flaccus lib. Argonauticõn 1.

*——Heu ſæuæ ne quicquam erepta nouercæ.*





Et iterum libro 5.

*——Heu ſæuæ formido nota nouercæ.*

Nam & è noſtris gl. in capit. paſtoralis, ſuper verbo, principia, de re iudic. Solent (ait) nouercæ in priuignos ſæuire. Sed vt ad alia epitheta tranſeamus, Ouid. libro primo. Metamorph.

*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*

Menander.

Δεινότερον οὐδὲν ἄλλο μητρυιᾶς κακόν.
*Terribiles* *Terribilius non aliud nouerca malum,*

Euripides in Alceſtide:

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις.
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.
*Hoſtis enim conſequens nouerca liberis*
*Prius genitis, vipera nihilo mitior.*

Et Seneca in Hippolito:

*Audite Athenæ, tuq; funeſta pater*
*Funeſta.* *Peior nouerca.——*

Quis autem neſcit, Arſinoen Lyſimachi Macedoniæ Regis vxorem, Agathoclem vitricum in regni ſucceſsionẽ deſtinatum, veneno necaſſe? id atteſtante Iuſtino circa princ. lib. 17. Sed nos de hac nouercarum crudelitate, & ſæuitia abundantius dicemus in alijs noſtris Commentarijs Conſuetudinum Picta tit. 28. Vt interim tamen non prætermittam tex. in l. 1. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. tempor. præſcript. & in l. non eſt, quæ eſt quarta. ff. de inoffic. teſtam. Et quod ſcribit Hyginus fabularum c. 19. Phineũ Agenoris filium, filios, quos ex Cleopatra ſuſceperat, nouercæ crimine excæcaſſe.

197 *Fœminæ viris miſericordiores.* ¶ Quanquam aduerſus hæc facere videtur, quod ſcribunt Ariſtoteles & Auicenna, vterq; lib. 9. Animalium, c. 1. mulieres viris eſſe miſericordiores, ac magis pias: quod & placuit noſtro Io. Fabr. in l. vlt. poſt princ. C. de iuris & fact. igno. Hincque illud Hypermneſtræ Ouidianæ ad Linum:

*Fœmina ſum, & virgo, natura mittis, & annis.*

Quaſi dicat fœminas viris ſuapte natura eſſe mitiores, & iuniores ſenioribus. Et huc quoque alludit illud Plautinum in Rudente:

*Miſericordior nulla eſt me fœminarum.*

Quinetiam D. Cyrillus, Muliebre, ait, genus quodammodo lacrymarum amans eſt, & animo ad miſericordiam facili præditum. Græcè ſic legitur: φιλοδάκρυτόν πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρεπτον ἔχον. Id qđ & ex eo repetit Antonius Monachus lib. Meliſſæ 2. Ser. 33.

198 *Nouercæ interdum priuignos, vt filios diligunt.* ¶ Sed nec id quod de nouercis dictum eſt, perpetuò verum eſt (id enim obiter dicere voluimus) quando legamus & Nouercas quaſdam priuignos filiorum loco dilexiſſe. Ex quibus prima occurrit Theano Antenoris vxor quę Pedæum priuignum non aliter educauit, quàm ſi unus ex illius liberi fuiſſet: vt ſcribit Homerus lib. Iliad. 5. Deinde Eribœa, Martis nouerca, cuius precibus Mercurius furtim & ipſum Martem priuignũ, à vinculis, quibus eum Otus & Ephialtes filij Aloei alligarant, liberauit: vt ſcribit idem Homerus eo. lib. Ilia. 5. Et longo poſt tempore nouerca Cornelij Syllæ, eum perinde ac filium diligebat: ab eaq;, cum è vita excederet, proximis omnibus neglectis, hæres relictus eſt: vt eſt teſtis Plutarchus in vita illius. Et haud multo poſt Octauia illa Auguſti ſoror, & Marc. Antonij vxor, quanquam reſciuiſſet Antonium maritum miſerrimè Cleopatram deperire: tamen ipſius domum neque deſeruit, neque filiorum eius curam remiſit: ſed eos diligenter excoluit, nec ſolum communes, ſed etiam priuignos, ex Fuluia priore vxore ſuſceptos. Atque etiam poſt mortem, Antonij filium eiuſdem ex eadem Fuluia genitum, ita magnum apud Auguſtum fratrem fecit, vt poſt Agrippam, & Liuiæ filios primas obtineret, vt & idem Plutarchus in vita ipſius Antonij memoriæ prodidit.

199 Et vt aliquid ex noſtris afferamus, Vlpia. in l. ſi mulier. ff. de Caſtr. pecul. ſcribit, ea Caſtrenſi peculio annumerari, quæ miles ex ea pecunia comparat, quam illi nouerca ad id ipſum reliquerit. quod nunquam dixiſſet, niſi aut ſcilicet aliquando factum, aut aliquando futurum exiſtimaſſet. Et id quidem factum fuiſſe teſtatur Scæuola, apud quem in l. filio. §. Seia. ff. de adit. leg. nouerca legauit priuigno ſuo auri pondo quinque. Nam & quod plus eſt, in l. etſi ſine. C. ad Senatuſconſul. Trebel. mulier quæpiam priuignum ſuum hæredem inſtituit. Et in l. mulierem. C. de adopt. alia mulier impetrauit à principe, vt ſibi liceret priuignum adoptare. Ex noſtris interpretibus Benedict. Capr. conſ. 132. punctus quidam Ser. Patrenianus, tradit fœminam quampiam priuignum ſuum, non ſecus ac filium, dilexiſſe: ex hocque in pulchro caſu conſuluit, vt ibi videre licet. *De eadẽ re.*

¶ Poſtremò mulieres eſſe appetentiores vindictæ, apertiſsimè probat illud Iuuenalis Saty. 13. 200 *Fœminæ vindictæ appetẽtes.*

*——Vindicta*
*Nemo magis gaudet, quam fœmina.——*

Quam ſententiam citat approbatque è noſtris Luc. Pen. in l. 1. C. de muli. & in quo loco, libro 10. Ex quo mulier quæpiam Apuleiana lib. 5. de Aſino aureo, indignanter illud pronunciat, ſe non mulierem eſſe, niſi vltionem caperet à ſorore, cui ea infenſa erat. Nec ſim, inquit, mulier, niſi eã peſſum de tantis opibus deiecero. quod & nos alibi, ni fallor, adſcripſimus. Et hæc quoq; pertinet, qđ ſcribit Horus Apollo, in lib. cui titulus eſt ἱερογλυφικά, veluti dicas, ſacræ Ægyptiorum notæ, apud ipſos Ægyptios maſculi animantis cornu depictũ opus ſignificare: fœminę aũt, vltionem. Et hæc quidem de ira & eius comitibus.

¶ Quòd autem ſint gulæ intemperantioris fœminæ (vt iam ad quintum vitium tranſeamus) ex hoc vno facile poſſumus intelligere, quod antiquus ille dæmon Euã viro prætermiſſo, inter cætera hoc teli genere impetiuit, & facilè ſuperauit. Sciebat enim ſexum muliebrem in hoc vitium eſſe propenſiorem, celeriuſque & minore negotio obtemperaturam ſibi fœminam, quàm virum. Itaque Mantuanus in ea Ecloga 4. in qua mulieres infinitis propè epithetis confixit, eas inter alia bibaces, voraces, ganeæ ſtudioſas, palatum doctas, vocat. At multis ante ſeculis Ariſtophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις (ſi tamen is eſt: nam ſunt qui dubitant) de fœminis hæc ex Euripide, & alijs ſuperioribus. Poetis adſcripſit: 201 *Fœminæ gulæ intẽperãtioris.* *Vinoſæ.*

Τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλας,
Τὰς οὐδὲν ὑγιές, τὰς μέγ' ἀνδράσιν κακόν.
*Vini bibaces, proditrices, garrulas,*
*Nihilq; ſanum, magnum viris malum.*

Et alibi in eadem fabula, de illis quoque loquens:

——Ὦ ποτίσατε
Καὶ πάντως ὑμεῖς μηχανώμεναι πιεῖν.
Ὦ μέγα καπήλοις ἀγαθόν, ἡμῖν δ' αὖ κακόν
*——O bibaciſſimæ,*
*Et omni arte machinantes bibere.*
*O magnum cauponibus bonũ, nobis aũt contra malum.*

¶ Xenarchus in Pentathlo, apud Athenæum libro 10. capit. 13. in prin. ad indicandam mulierum vini appetentiam, inducit fœminam non inuenuſtè ita filię loquentẽ: Ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον ἐλεύθερον, πίνουσαν οἶνον ἀποθανεῖν. Sit mihi te viuente, ò filia, liberum, vt bibens vinũ inteream. Sed & inibi addit. Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω. Quaſi innuere velit, tum maximum eſſe mulierũ iuſiurandum, cum per vinum iurant. Alexis autem, de Græcis mulieribus ſic ſcribit:

Γυναιξὶν ἀρκεῖ πάντ', ἐὰν οἶνος παρῇ.
*Mulieribus omnia ſuppetunt, ſi vinum adſit.*

Quæ & ipſe recenſuit Athenæus, d. c. 13. Ælianus autem lib. 2. de varia hiſtoria tradit, Cleto fœminam multipotã non ſolum cum fœminis, ſed etiam cum viris potando certare auſam, omnes ſuperaſſe. Verùm, ait, hanc victoriã adipiſci, turpiſsimum ei fuit. *De eadẽ re.*

203 ¶ Sed audi etiam huius rei teſtimoniũ ex noſtris Comicis. Apud Plautum in Curculione mulier quæpiam profuſi vini odorem ſentiens, hæc verba profert, quibus apertè oſtendit omnem ſe fœlicitatem in vino collocare.

*Flos veteris vini meis naribus obiectus eſt,*
*Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.*
*Vbi vbi eſt, prope me eſt: euax habeo: ſalue anime mi,*
*Liberi lepos, vt veteris vetuſti cupida ſum?*
*Nam omnium odor vnguentorum, præ tuo nauſea eſt:*
*Tu ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſſia es,*
*Tu petalium: nam vbi tu profuſus, ibi ego me*
*Peruelim ſepultam.* ——

Hactenus Plautus. Sed quis audiuit virum hæc aut ſimilia pronunciantem, ſiue apud Comicum, ſiue apud alium ſcriptorem? Sed & audi aliud exemplũ de Cleone quadam muliere adeo bibace, vt nullus eam vincere aut tentauerit, aut potuerit, vt indicat illud Epigramma Phalæci apud Athenæum lib. 10. cap. 12. in fine:

Χρυσωτὸν κροκόεντα περίζωσασα χιτῶνα
Τῶδε Διοννύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ,
Οὕνεκα συμποσίοισι, μετέπρεπεν, ἴσα δὲ πίνειν,
Οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν, ὁ δ' ἀμάπω.

Quod ita vertit Natalis de Comitibus, ipſius Athenæi interpres:

*Auratam veſtem & croceam ſuccincta Lyæo*
*Iſta dedit patri munera magna Cleo.*
*Sympoſiis quoniam præſtabat: quam libere aque*
*Nullus tentauit vincere, vel potuit.*

Vt non ſine cauſa D. Pau. 1. ad Timo. 2. mulieres ſobrias eſſe præceperit. Et ad Titum capit. 2. ne anus multo vino ſeruiant. Quem locum interpretans D. Chryſoſtomus, Idem (ait) mulierum & ſenectutis vitium eſt: nam quod ætate frigeſcant, magno potationis inſeruiunt ſtudio. Quocirca eas hinc maximè admonet, vt omnibus ex partibus ebrietatis vitium amputent, eas ab hoc morbo remotiſsimas eſſe cupiens, atque irriſionem, quæ hinc exurgit, effugere: ſciens ſcilicet, eas huic vitio eſſe addictiſsimas. Huc ſpectat quod in feſto Bacchi fœmina potius quam vir populo liba ſuppeditabat, quoniam fœminarũ greges, quas Mænadas vocabant, Bacchum ipſum ſequebantur, veluti vinoſiores quam viri, & anus præſertim. Ex quo Ouidius lib. 3. Faſtorum ait:

*Fœmina cur præſtet, non eſt rationis operta:*
*Fœmineos thyrſo concitat ille choros.*
*Cur anus hæc faciat, quæris? vinoſior ætas*
*Hæc erat, & grauidæ munera vitis amans.*

204 ¶ Iuuenalis autem Satyr. 6. de muliebri vini bibacitate ita ſcribit:

——*Tanquam alta in dolia longus*
*Deciderit ſerpens, bibit & euomuit.* ——

*Serpentes vini appetentes.*

Nam & Plinius lib. 10. c. 72. & iterum lib. 22. c. 23. tradit, ſerpẽtes præcipuè vinum appetere. Tanquam .ſ. illud inuideant ſerpentes mulieribus, earum hoſtes perpetui, a Deo O.M. Gen. c. 3. deſtinati, ne ſcilicet in ea re ab illis vincerent. Nam & in ſimili tradit ipſe Pli. li. 14. c. 22. M. Ciceronem Tullij Oratoris filium, binos vini congios haurire ſolitum, nimirum cupientem hãc gloriam auferre interfectori patris ſui, Marc. Antonio, viro omnium vinoſiſsimo. Niſi potius dicas, non id tam ex ſimilitudine eſſe, quàm ex identitate, ſi ita fari liceat: quoniam eadẽ dictio, ſcilicet Eua, ſine aſpiratione apud Hebræos mulierem ſignificat, cum aſpiratione ſerpentem: vt ſcribit Diuus Epiphanius lib. 30. contra hæreſes. Cæterum Eccleſiaſticus c. 25. comparat mulierem colubro: Non eſt (inquit) caput nequius ſuper caput colubri: & nõ eſt ira ſuper iram mulieris. Quod & nos alibi retulimus. Legimus autẽ mulieres aliquando ſerpentes peperiſſe, apud Plinium lib. 7. c. 3. faciuntq; & alia aliorum ſcriptorum loca ſupra citata nu. 21. incip. ſuperiorum ſententias.

*Eua Hebrais mulierem ſignificat. Heua ſerpentem.*

205 ¶ Et hinc, vt opinor, quod videlicet mulieres ſint huic bibacitatis vitio ex more, & ſexus natura admodum obnoxiæ, Accurſius noſter leuem exiſtimauit quotidianam ebrietatem in muliere, in l. 1. §. taceat, in verbo, mores. C. de rei vxor. actio. & iterum in l. vlt. in glo. item vlt. C. de repud. Nec is quidem ſolus, quoniam Græcis omnium peccatorum minimũ id eſſe videbatur, vt teſtis eſt Dionyſius Halicarnaſſeus, libro 2. Nam ſi tollas hunc excuſationis prætextum, nihil video, quod ſit magis abhorrendum, deteſtandumque in fœmina. Nam & Diuus Chryſoſtomus, tum in Matthæum, Homilia 16. tum earum, quæ ſunt ad populum Antiochenum de rebus diuerſis, Homilia 71. grauiter pronũciauit, nihil eſſe turpius ebrioſa muliere. Et in Acta Apoſtolorum, Homilia 28. Nihil (ait) fœdius muliere ebria: obſcuratur ei viſus, turbatur ſerenitas & puritas oculorum, quaſi nube quadam radijs ſolaribus ſuccedente. Opus illiberale & ſeruile, & omni ignobilitate plenum. Quam inſuauis eſt mulier vinũ ſpirans, quod olet & corruptum eſt. Et paulo poſt: Da formoſam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricẽ ebriam & ſumptuoſam, nonne quauis re fœda ac turpi deformior eſt? Et Hieronymus, aut quiſquis eſt in Regula ſanctimonialium ad Euſtochium, capitulo 36. aſſerit ſacrilegium eſſe ebrietatem in fœmina. Et Ouidius libro tertio, de Arte amandi:

*Ebrietas in fœmina an ſit leue peccatum.*

*Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo.*

Et ſcribitur Eccleſiaſtici capitulo 26. Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia, & turpitudo eius non tegetur. ¶ Quem locum Clemens Alexandrinus Pædagog. libro ſecundo, capitulo item ſecundò, affert, vt oſtendat ebrietatem in muliere admodum eſſe turpem.

¶ Ex hoc bibacitatis vitio fortè prodijt, vt olim apud multos populos vſus vini eſſet interdictus fœminis, vt quas viderent illius quidem vſu eſſe intemperantiores: ideoq; ſatius eſſe, vt omnino abſtinerent, ſicuti obſeruatum fuiſſe comperimus apud Romanos, cæteroſque vniuerſim Latinos, & Italos Mileſios, Maſsilienſes: Vt de Romanis tradit Dionyſius Halicarnaſſeus. libro 2. Polybius lib. 6. & ex eo Athenæus lib. 10. c. 13. poſt princ. M. Cato in oratione de dote, Tullius lib. 3. de Natura Deorum, & li. 3. de Republica, vt citatur à Nonio Marcello, in verbo, Temetum, Valerius Maximus de inſtitut. antiquis Seruius in lib. 1. Æne. enarrans eum locum: 206

*Vini vſus apud multos fœminis interdictus. Romanos.*

*Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.*

Plinius lib. 14. cap. 13. in principio: vbi de hac re multa: Inuenimus (inquit) inter exempla, Egnatij Mecẽnij vxorem, quòd vinum bibiſſet è dolio, interfectam fuſte à marito, eumque cædis à Romulo abſolutum. Fabius Pictor in Annalibus ſuis ſcripſit, matronam, quod loculos, in quibus erãt claues vinariæ cellæ, reſignaſſet, à ſuis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare voluit, vt ſcirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde temulentia appellata. Cneus Domitius pronũciauit, mulierem q̃ plus vini bibiſſet, quã valetudinis cauſa, viro inſciente, dote mulctandũ. Hæc Plinius. Sed non omiſerim Valerium Maximum, lib. 6. c. 3. eum quem Plinius Egnatium Mecennium vocat, Egnatium Metellum appellare: idque factum eius non accuſatione tantum, ſed & reprehenſione caruiſſe. Sed & de his etiam Plutarchus in Problematis Ro. c. 6. Arnobius, lib. 2. aduerſus gentes, Tertullianus in Apolog. ca. 6. Diuus Ambroſius in Epiſt. Pauli ad Colloſ. cap. 3. & Aulus Gellius lib. 10. c. 23. vbi & in Latio id obſeruatum fuiſſe tradit. Et Seruius enarrans illud Virgilij lib. 1. Æneid.

*Latinos.*

*Primaq; libato, &c.*

Et verecundiam (inquit) reginæ & morem Romanum tangit. Nam apud antiquos fœminæ non vtebantur vino, niſi ſacrorum cauſa certis diebus. Quibus aſſentitur Sextus Clodius, in libro ſexto, de Dijs, quem Græcè ſcripſit. Nam illic prodit, Fatuam à Fauno marito rege Latij virgis myrteis vſque ad mortem fuiſſe cæſam, quia contra



tra morem clàm vini ollam, aut (vt alij interpretantur) ſeriam (eſt enim id vas vinarium) meri plenam ebiberat, vt etiam retulit ipſe Arnobius li. 5. aduerſus gentes. Vbi dicit, hanc dictam fuiſſe bonam Deam. Et eius diſcipulus Lactantius lib. 1. c. 22. Blondus autem libro Triumphantis Romæ quinto, ſcribit ſe inſtrumentum dotale legiſſe, ante annos plus minus 300. confectum, quo patri puellæ ſponſus promittebat, quoties illa peperiſſet, vinũ illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendum dare, & pariter de conſilio Medici, quam diu ægrotaſſet. Inſuper omni feſto ſolemni die, potu illam vnico oblectaret. Ex quo vides Romanos id diutiſsimè obſeruaſſe. Eiusque rei lex poſita fuit ab ipſo Romulo in hæc verba: Si vinum biberit domi, vti adulteram puniunto. Quibus verbis oſtenditur, mulierem vinoſam, & adulteram, eiuſdem criminis reas eſſe, veluti alterum ex altero prodeat. Et hæc quidem de Rom. & alijs Latinis.

207 ¶ De Italis quoque teſtis eſt Alcinus Siculus in Italica hiſtoria apud Athenæũ d. li. 10. c. 13. vbi & huius rei cauſam deſcribit. Sed & de Mileſijs, atq; etiam de Maſsilienſibus (de quibus & nos ſupra locuti ſumus) autor eſt Theopraſtus, qui & id tempeſtate ſua Mileti obſeruatũ fuiſſe tradit, & eius autoritate Athenæus lib. 10. c. 9. Ælianus de varia hiſto. lib. 2. vbi & idem dicit de Maſſaliothicis fœminis, & Cælius è recentioribus, vir antiquitatis peritiſsimis, lib. antiquarum lectionum 15. c. 6. qui tamen, vt alias ſemper, tacet nomẽ autorum à quibus id habuit. Quin id propè perpetuum eſt apud omnes gentes, ut mulieres, aut omnino vini expertes ſint, aut eo aquatiſsimo uti velint, vt ſcribit Xenophõ ſtatim circa initia Reipublicæ Lacedæmoniorum. Miror autem Balduinum virum doctum, & amicum meum, hæc omnia, quæ dixi in hoc & præcedenti verſi. in ſuum librum tranſcripſiſſe, cui titulum fecit ad Leges Romuli. c. 16. in 2. editione, veluti ſua ipſius propria, nec niſi accepta retuliſſe. Vide priorem editionem, an hæc ipſe poſuerit.

*Mileſios. Maſsilienſes. Et alios plurimos.*

208 ¶ Quanquam & hoc fuiſſe inſtitutum videri poteſt, propter naturalem illam, de qua ſupra diximus, mulierũ libidinem, ne videlicet mulieres ipſæ vinum bibentes, libidinem libidini adderent. Quandoquidem (vt à Valerio huiuſmodi inſtitutum recenſente ſcriptum eſt) proximus eſt locus à Libero Baccho ad inconceſſam Venerem. Ideoque Diuus Paulus ad Epheſios c. 5. Nolite (inquit) inebriari vino, in quo eſt luxuria. Quod & citat noſter Accuſius in l. quæ adulterium, in verbo, intemperãtiæ. C. de adul. in id referens eum tex. Et Salom. Prouer. 20. Luxurioſa res eſt vinum. De qua re affatim in Decretis canonicis, diſt. 25. & in c. à crapul. de vita & hone. cler. Ariſtoteles autem in lib. Probl ematũ 10. c. 1. ſcribit vinum cudiditatem Veneris imprimis accẽdere poſſe. Ideoque non ineptè Venerem Baccho iunctam pleroſque exiſtimare. Orpheus autem in Hymno ipſius Veneris, eam vocat Bacchi ſociam, & dapibus gaudentem.

*Vinum Veneris incitamentũ.*

——Σεμνὴ Βάκχοιο πάρεδρε
Τερπομένη θαλίαισι——

Ex quo eſt & illud Terentij in Eunucho.

——*Sine cerere & baccho friget Venus.*

Nam & Priapum fabulantur antiqui, Dionyſij, qui & ipſe Bacchus eſt, ac Veneris filium fuiſſe, quòd qui vino indulgent, ſint ad Venerem proniores, vt tradit Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces. Cui accedens Pauſanias li. 9. quo Bœotica deſcribit, autor eſt, Lampaſcenos dicere, Priapum ipſum Dionyſij ac Veneris eſſe filium. quod & Stephanus, & Apollonij Interpretes in libro 1. Argonauticon tradiderunt. Euſtathius autem tradit, Priapum & Silenos Bacchi comites ideo dici, quòd ebrij ſalaces ſunt. At Silius lib. 5. Punicorum, ſcribit ebrietatem Veneris eſſe comitem. Nam Venerem alloquens.

*Priapus Bacchi & Veneris filius.*

*Priapus Bacchi comes.*

*Ebrietas (ait) tibi fida comes.* ——

Et vt ſcribit Ouidius lib. 1. de Arte amandi:

*Vina parant animos faciuntque coloribus aptos.*
*Cura fugit, multo diluiturque mero.*

Et paulò poſt.

*Et venus in vinis ignis in igne fuit.*

Atque iterum lib. 2. de remedio amoris:

*Vina parant animos Veneri.* ——

Et lib. 1. de Arte amandi:

*Ecce ſuum vatem Liber vocat. hoc quoque amantes*
*Adiuuat, & flammę, qua caret ipſe, fauet.*

Et rurſum lib. 3.

*Cum Veneris puero non malè, Bacche, facis.*

Et Euripides in Bacchis:

Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις.
*Vino autem ſublato, non eſt Venus.*

Athenæus lib. 10. Deipnoſophiſtῶn, cap. 15. ſcribit Ariſtophanem vocaſſe vinum Ἀφροδίτης γάλα, ideſt, Lac Veneris, quod ipſius vſus ſit Veneris incitamentum. Super quo vide Plutarchum proble. 19. & Macrobium lib. 1. Satur. c. 12. Apuleius li. 2. Aſini aurei, tradit, Liberum eſſe hortatorem, & Armigerum Veneris. Horatius autẽ lib. 3. Carminum, ode 18. craterem vini ſodalem Veneris appellat. Denique Diuus Chryſoſtomus, aut quiſquis eſt, enarrans illud Mathæi 1. c. Cum eſſet deſponſata mater eius Maria, &c. Omnis (inquit) mulier, quæ vinolẽta, & commeſſatrix eſt, eadem quoque meretrix eſt. Et hęc quidem veriſsima ſunt, licet Euripides ſecum pugnans, in Pentheo, apud Stobæum c. 3. & iterum capite ſeptuageſimo primo ſcribat, non eſſe Bacchum, qui ad intemperantiam adigat mulieres circa Venerem, ſed in ipſa natura temperantiæ vim ſemper ineſſe.

*Vinũ lac Veneris.*

*Fœmina vinolenta, eadem meretrix.*

Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσῃ
Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Et vide hic quæ dicam infra in l. 16. nu. 46. incip. Octauum vt ſobriè, & ſeq.

209 ¶ Hoc autem vinolentiæ, & voracitatis muliebris vitium, maximum Medicorum Hippocratem mendacem fieri coegit. Is enim lib. 6. Aphoriſm. c. 29. ſcribit mulieres nunquam podagra laborare, niſi menſtrua deficiant & ratione quidem optima, quoniam, vt inibi, & in Aphoriſmo præcedenti tradit Galenus, niſi humores admodum ſuperabundauerint, ex ſola partium imbecillitate podagra fieri non poteſt. Ideo vacuationis ratione mulieres podagrę ſunt immunes. Et id quidem tempore Hippocratis verum fuit. Sed poſtea tamen mulieres ſua ingluuie, uoracitate, bibacitate, victus intemperantia, huiuſmodi naturæ beneficium perdiderunt, cum multas videamus podagrę obnoxias, antequam menſtrua deficiãt vtpote humorum exuperantia, quos id vitium producit. Quod & ſcitiſsimè annotauit Seneca ad Lucilium, Epiſtola 95. cuius hæc verba ſunt: Maximus ille Medicorũ, & huiuſmodi ſcientię conditor, fœminis, nec capillum defluere dicit, nec pedes laborare, Atqui etiam capillis deſtituuntur, & pedibus ægrę ſunt. Non mutata fœminarum natura, ſed victa eſt. Et paulò infrà: Non minùs potant, & oleo, & mero viros prouocant, atque inuitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt. Et paucis interiectis: Quid ergo mirandum eſt, maximum Medicorum ac naturæ peritiſsimum in mendacio pręhendi? cùm tot fœminæ podagricæ, caluæque ſint, quæ beneficium ſexus ſuis vitijs perdiderunt. Quã etiam ſententiam approbat Petrus Aponenſis, & Philoſophus, & Medicus celeberrimus in Conciliatore, differentia 9. & iterum in Commentarijs Problematum Ariſtotelis lib. 10. c. 37. Exemplum autem voracitatis muliebris celeberrimum nobis reliquit Charybdis fœmina voraciſsima, quæ cum rapuiſſet ac voraſſet boues Herculis, à Ioue fulmine tacta, & in mare præcipitata dicitur: vbi naturam priſtinam ſeruans, vorat, ſorbetque uniuerſa.

*Iterum de mulierum vinolentia.*

*Mulieres tẽpore Hippocratis podagra non laborabãt At ſua ingluuie naturæ beneficium perdiderunt.*

*Charybdis vorax cauſam dedit fabulæ.*

uerſa.Hinc enim cauſam fabulæ traxerunt Poetæ. De qua re Seruius enarrans illud Virgilij libro tertio. Æneid.

*Dextrum Scylla latus, lęuum implacata Charybdis. Obſidet.*

¶Quòd ſi quiſpiam obijciat,non rectè mulieres ve-
210 *Fœmina rarò inebriantur. Et quare* luti peculiariter,& domeſticè bibaces appellatas,quoniã viros crebrò,fęminas rarò inebriari conſpicimus,vt etiã autor eſt Ariſtoteles in libr.quem de ebrietate compoſuit,& quiſquis is fuit, qui libros illos Geoponicωn edidit,lib.eiuſdem operis 7. c. 34.Sciat is id non propterea vſu euenire ſolitum, quòd magis ſobriæ minusque vini hauriant fœminæ, ſed quoniam ſint humectiſsimo corpore:id quod docet leuitas cutis, & ſplendor,& aſsiduæ purgationes ſuperfluo exonerantes corpus humore. Cũ ergo potum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim ſuam perdit, & fit dilutius:nec facilè cerebri ſedem ferit,fortitudine eius extincta. Sed hæc ratio iuuat ſententiæ ueritatem, quod muliebre corpus crebris purgationibus eſt deputatum: pluribus præſertim foraminibus, vt pateat in meatus & vias præbeat humori in egeſtionis exitum confluenti.Per hæc foramina vapor vini celeriter euaneſcit.Præterea nimio frigore, quod in earum eſt corpore,frigeſcit hauſtum vinum, & ita debilitatur,vt vis eius,quæ elanguit,nullum calorem poſsit,de quo naſcitur ebrietas,excitare.Quarum rationum autor eſt reconditiſsimę ſcientię Plutarchus lib. Sympoſiacωn
*Mulier δειπνολόχη vituperatur.* 3.c.item 3.& poſt eum Aurelius Theodoſius lib.Satur. 7.c.6. qui tamen Plutarchi non meminit, licet totum illum locum ex eo ſumpſerit. Nec illud denique prætermittemus. Heſiodum lib.2. ἔργων καὶ ἡμέρων, vituperare mulierem δειπνολόχην,id eſt,comeſſatricem,& quę paſſim conuiuia frequentat.

212 *Mulieres, vt vinum odio hēant* ¶Cæterùm quiſquis mulierem vinoſam habebit,humorem illum tenuem, qui de ſarmentis poſt cæſuram defluit,colligito,& ignoranti inter pocula exhibeto: & vini deſiderium in ea ceſſabit, & extinguetur: vt & ille autor Geoponicωn tradit lib.illo 7.c.32.autoritate Democriti. Plinius autem li.30.c.5.Ebrioſis,inquit,oua noctuę per triduum data in vino, eius tędium adducere. Quod & ipſum,aliter tamen,tradit Philoſtratus ex Iarcha Bragmanarum principe,in vita Apollonij, libro 3. vt ibi quodque quiſque videre poterit. Idem Plinius li. 32.c.10.ſcribit,mullum in vino necatum,vel piſcem rubellionem,vel anguillas duas, itemque vuam marinam in vino putrefactam,is qui inde biberit, tędium vini afferre.Albertus Magnus lib.22.de Animalibus,teſtis eſt, eos vinũ abhorrere,qui ſtercus leonis in vino potarint. At iam illud eſt,quod à plurimis proditũ eſt, eos qui ex aqua fontis Clitorij Arcadiæ biberint,abſtemios fieri. Nam huius rei teſtes ſunt Vitruuius li.8. c.4. Ouidius li. 15.Metam.illis verſibus.Hinc quod,vt indignæ memorant,&c.& rurſus eo.lib.illis verſibus. Clitori quicunq; ſitim,&c.Plin.ipſe li.31.c.2.& Vibius Sequeſter.Sed & Eudoxus apud Stephanum ſcribit, in Azania Arcadię, fontem eſſe, cuius aquam guſtantibus adeò vini tædium veniat,vt eius quidem odorem non ferant. Porrò Anacharſis Scytha interrogatus, quo pacto quis abſtemius, ſiue inuinius fieret.Si ebrioſorum(inquit)motus ſibi ob oculos ponat.Id quod ei ſimile eſt,quod de iratorũ vultu conſiderando iracundis ſuadet Cicero.

212 *Mulieres inuidæ.* ¶Sed & inuidias(quod & ſextum vitium)eas appellat Mantuanus in eadem illa Ecloga,ſecutus Ariſtotelẽ, & Auicennam,& Albertum, qui in locis iam ſuprà toties citatis, mulieres inuidas magis eſſe, quàm viros, & adſtruit Plinius Cęcilius in Panegirico ad Traianum, cuius hæc verba ſunt.Nihil eſt tam pronum ad ſimultates,quàm æmulatio,in fęminis præſertim.Ea porrò maximè naſcitur ex coniunctione,alitur æqualitate, exardeſcit inuidia, cuius finis eſt odium. Et hoc confirmat Græcus ille verſiculus à nobis alibi in aliam rem citatus:

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.

Id eſt,ad verbum:

*Liuor fęminæ omnem incendit domum.*

At Menander apud Lucianum in libro cui titulus eſt, Ἔρωτες, tradit,inuidiam rem omnium moleſtiſsimam, perpetuam eſſe mulierum comitem,hęc enim ſunt illius verba:

Χαλεπώτατος φθόνος, μεθ' ἧς ἢ πάντα τὸν βίον γονή.

Sed & Euripides in Andromache ita ſcribit:

*De eadē re.*

Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλείων ἔφυ,
Καὶ συγγάμοισι δυσμενὲς μάλισ' ἀεί.

Id eſt,

*Mulieribus mens inuidioſa res eſt,*
*Et maximè infenſa maritis ſemper.*

¶Et hinc fortaſsis Simonides, quem & ipſum ſuprà 213 *Canis aial inuidum.*
citauimus,dicit vxorem eſſe canem ornatam. Eſt enim canis animal inuidum, qui etſi ipſe non veſcitur hordeo,aut fęno, tamen non ſinit equum famelicum, qui poſſet edere,id facere. Vnde apud Lucianum in eo. lib. quem aduerſus indoctum ſcripſit,& iterum in Timone μισανθρώπῳ, id eſt, oſore hominum, rurſumque in eo *Prouerbiũ*
Dialogo, cui titulus.Virtus dea, adagium eſt, Canis in præſepi,in eos qui nec ipſi fruuntur re quapiam, nec alios vti ſinunt. Natum,vt opinor,ex eiuſmodi apologo *Aeſopi apologus.*
Æſopico. Canis pręſepe fœni plenum inſcendit, venit bos vt comedat, prohibet canis, cui ille, Dij tecum tua iſthac inuidentia perdant, inquit, qui nec fœno veſceris, nec eo me veſci ſinis. Ideoque lex Fuſia, quæ quodammodo inuida erat, ut dicit tex. in §. 1. Inſtitu. de leg.Fuſi.cani.tol.ob id, vt plerique autumnat, Canina dicebatur, vt & inibi annotauit Accurſius, qui loco hordei,& fœni de palea loquitur, quàm nec ſibi poteſt habere canis, nec alijs permittit accipere. Sed & hinc canum inuidentia perſpici poteſt, quòd canariam herbam ab his inuentam,qua faſtidium deducunt,in noſtro conſpectu mandunt, ſed ita vt nunquam intelligatur quæ ſit:quodq; percuſsi à ſerpente, alia herba mederi ſibi dicuntur: ſed illam homine inſpectante non decerpunt,vt prodit Plin.lib.25.c.8. qui hinc dicit malignitatem huius animalis eſſe notatam.

¶Et huc quoq; referri poteſt illud Homeri lib.11. 214
Odyſſeæ,alibi à nobis citatum,

Ὣς οὐκ αἰνότερον, καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Id eſt,ad verbum:

*Vt non grauius ſiue peius, & caninius aliud muliere.*

Nam & illud propter Clytęmneſtram dicit,quam paulò ante κυνῶπιν vocauerat,id eſt,caninos oculos habentem, ſiue caninè intuentẽ. Heſiodus autem lib.2.eius operis, *Pandora mente canina.*
cui titulus eſt,opera & dies, deſcribens Pandoram,quã repræſentare vult naturam fęmineam, ſcribit Mercuriũ iuſſu Iouis illi caninam mentem impoſuiſſe:

Ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον, καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείην ἤνωγε.

Licèt ſint, qui ad impudentiam hæc referant, ut etiam ſuprà diximus. Sed & huc referri poteſt, quod ſuprà de Zelotypia diximus, cum de libidine locuti ſumus. Nam plerique Zelotypiam inuidentiæ, partem eſſe contendunt.

¶Deſidioſas verò (vt de ultimo vitio diſſeramus(ſegnesque,atque pigras eſſe fœminas,aſſerunt Ariſtoteles, *Mulieres deſidioſa.*
Auicenna, Albertus, adijciens naturalem rationem,& Mantuanus,vbi ſuprà. Et idem Ariſtoteles lib. de Generatione animalium 4. ca.6.vbi ſcribit,mulieres vitam quandam otioſam,& ſellulariam degere. Quod & ſigni *Prouerbiũ*
ficat vetus Græcorum prouerbium,γυναικὸς πυγή, id eſt, mulieris nates,quod in deſidioſos, & ignauos,vt ſcribit Suidas, dicebatur. Ignauum enim,ut cum Eraſmo loquamur,eſt animal mulier, & quo minus mentis habet, hoc



hoc inhoneſtis voluptatibus eſt addictius. Amat otium, & quemadmodum inquit Heſiodus, virorum laboribus quæſita ſibi inſumit. Alex.Aphrodiſeus,& Philoſophus, & Medicus præſtantiſsimus,ſi tamen is Alexan. eſt problematῶn lib. 1.c.4.Cur mulieres,inquit,celeriter caneſcunt? Quoniam natura frigidę, etiam ab otio complures cogunt ſuperfluitates, menſtruis præſertim deficientibus. Sed & idem libro ſecundo,capitulo 103. Cur, inquit, mulierum menſtrua colliguntur? Quoniam per vitam,quàm otioſiorem degunt, amplius materia ſuperuacua redundat.Plutarchus in lib. de Euthymia, id eſt,tranquillitate animi,non multò poſt prin.ſcribit,mulieres domi plerunque excubare ſeſsitantes ſolere,ſellularijs in officijs occupatas. Adamantius ſtatim in veſtibulo ſuorum in Numeros Commentariorum, poſteaquam non omnes diuinis numeris dignos eſſe tradidit, cum ex præcepto Dei neque mulieres, neque pueri ad numerum deducantur,illud tamen ſpiritualiter interpretatus,ait, Donec autem ineſt alicui noſtrum,vel puerilis
*Mulier typus ſegnities & ignauiæ.* & lubricus ſenſus, vel fęminea,& reſoluta ſegnities, haberi apud Deum in ſancto, & conſecrato numero non meremur.Ex quibus conſtat mulierem ſymbolum eſſe,
216 & typum ſegnitiei,& ignauiæ.

*De eadē re.* ¶Hinc apud Perſas inſignis eſt admodum contumelia,audire,ſe eſſe muliere ignauiorem, vt retulit Herodotus lib.9.Muſarum. Quibus concinens Hippoc. in li. περὶ παρθενίων, id eſt,de natura,ſiue morbis virginũ,ſcribit muliebrem naturam eſſe ignauiorem: ob idq; plures fœminas,quàm viros,incidere in terrores illos imaginoſos,qui tam vehementer territant homines, vt deſipiant, ſibique ſpectare laruas quaſdam infenſas,dæmonasque videntur,quo multæ ſe ſuſpendũt.Quamuis id nonnulli Interpretes,& fortè meliùs ad animum mulierum deiectum atque imminutum referant.Idemque libro 1. περὶ διαίτης, id eſt,de ratione victus,ſcribit mulieres deſidioſo vitæ genere vti,ob idque eſſe humidiores.Et rurſum eodem libro ſcibit eas ſectari vitam vmbratilem. Idem in li.de Glandulis,tradit pectora,& mammas,reliquumque corpus,fœminis rariora frigidiora,molliora, minusque valida eſſe,quàm viris,propter deſidiam.Hinc quoque Galenus lib.2.Temperamentorum, aut vt vulgò dicunt,Complexionum, non ſemel ſcribit mulieres viris pinguiores,quia ſunt vitæ magis deſidioſæ.

217 *Fœminæ tardè, & cunctatrices.* ¶Et cum tarditas cunctatioque ſit comes acediæ, hinc fœminas admodum tardas, & cunctatrices eſſe videmus & teſtatur Pleuſides Plautinus in Milite:

*Mulier profectò nata eſt ex ipſa mora.*
*Nam quæuis alia,quæ mora eſt,æquè mora*
*Minor ea uidetur,quàm quæ propter mulierem eſt.*

Et alia plurima,quæ nos in eandem ſententiam ſcripſimus in 3.Lege Connubiali,nu.33. cuius initium eſt, ex tot autem,vbi videre poteris. Et per hoc ſatis abundè, aut potius ſuperfluenter probauimus euidentiſsimis rationibus,exemplis & authoritatibus, mulieres omni vitiorum generi eſſe addictiſsimas.

218 *Fœminarum mala plurima à multis in vnum congeſta.* ¶Quæ cum ita ſint, ideò viri ſanctitate, & doctrina inſignes, fęminas multis probris, & conuitijs inſectati ſunt.Tertullianus in libro de habitu muliebri,poſt prin. de muliere loquens:Tu es,ait,Diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinę legis deſertrix, tu es, quæ ei perſuaſiſti, quem Diabolus aggredi non valuit. Origenes in ea Homil. quam in Euangelium Cananææ conſcripſit:Mulier(inquit)caput peccati, arma Diaboli,expulſio Paradiſi,delicti mater,corruptio legis. Item in 2.tractatu ſuorum Commentariorum in Iob, dum enarrat illud,Plurimo autem tempore interpoſito, dixit ad eum uxor eius,&c.Et iterum in ingreſſu ſtatim tertij tractatus,non inuenuſtè quidem multa mulierum vitia deſcribit,ſicut etiam facit Diuus Cyprianus in lib. de Singularitate fœminarum.Diuus quoq; Chryſoſtomus in Matthæum,c.19.Homilia 32. in enarratione illius loci,Non expedit nubere.Quid,ait,aliud eſt mulier,quàm amicitiæ inimica,ineffugabilis pœna,neceſſarium malũ, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum,aut vt alij legunt, deteſtabile, mali natura,boni colore depicta? Quod & idem propemodum repetit ex varijs in ipſum Matthæũ locis Homilia 26.eademque vltim. Secundus item Philoſophus interrogatus quid eſſet mulier, reſpondit, Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεσιώμενον θηρίον. συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν. ideſt. Viri naufragium, domus tempeſtas,quietis impedimentum, vitę captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna. ſumptuoſum bellum,conuiua fera,ſolicitudo conſidens, lęena complectens, exornata ſcylla, animal malitioſum, neceſſarium malum. Quæ & ipſa ex eo repetit Maximus Philoſophus, & Martyr. Locor.commun. capitulo 39. Sunt tamen, qui id ad Simonidem referant.

¶Quod autem & Chryſoſtomus,& Secundus fœmi 219 *Neceſſariũ malũ cur mulier dicatur.*
nam dicunt eſſe malum neceſſarium, vti etiam Philemõ Poeta Comicus,& Menander, vt diximus ſupra ea.l. nu. 16.& 18. (ne id prætermittam)ex veteri Gręcorum pro *Prouerbiũ*
uerbio eſt, ἀναγκαῖον κακὸν quod de his dicitur, quæ & ipſa verè mala ſunt,ſed quæ tamen reijcere non poſsis.Nã quod ad vxores pertinet, ſcitum eſt illud Metelli Numidici in Oratione, quàm Cenſor dixit ad populum de ducendis vxoribus,apud Gellium lib.1.c.6.Si ſine vxore poſſemus, Quirites, eſſe, oẽs ea moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit,vt nec cum illis ſatis cõmodè,nec ſine illis viui poſsit, ſaluti perpetuæ potiùs, quàm breui voluptati,conſulendum. Hæc ille. Quibus & ſimile eſt,quod de vxoribus quoque tradit Ariſtophanes in Lyſiſtrata,apud Suidam:

Κἄσ' ἐκεῖνο τῶν ὀρθῶς καὶ οὐ κακῶς εἰρημένον.
Οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων.

Id eſt, *Prouerbiũ*

*Iſtud haud malè, imo rectè proditum eſt prouerbium.*
*Nec ſimul cum peſtibus: nec rurſum abſque peſtibus.*

Quod & alicubi ex eo repetit Suidas.Quibus item cõcinunt & hi verſus Suſarionis Megarenſis,ab eodem Suida citati.

Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

*Malum quidem vxores,attamen ciues,ſine hoc*
*Nulli licet parare familiam malo.*

Alexander autem Seuerus Imperator Romanus, ut ſcribit Ælius Lampridius,malum neceſſarium vocabat rationales,ideſt, procuratores ſuos,vt idem autor paulò antè declarauerat,& apertè quoque oſtendit l.2. C. de modo multa.tanquam ſcilicet id muneris malum eſſet, & odioſum,ſed tamen neceſſarium.Denique Strabo lib.14.refert Hybicam in quadam concione appellaſſe Euthydamum malum neceſſarium.Nam nec tecum(inquit)viuere poſſumus,nec ſine te.

¶Vt autem redeamus, idem Chryſoſtomus in ea Homilia,quam in Decollationem Ioannis edidit, ſexcenta maledicta in mulieres aggregauit. Diuus item Epiphanius illius contemporaneus, ſermonem habuit ad populum,omnium fęminarum vituperatione plenum, vt tradit Socrates in Hiſtoria tripartita lib.10.c.63.Idem contra Collyridianos,libro aduerſus hęreſes 3.tom.2. hæreſi.79.multa quoque mulierum vitia deſcribit. Diuus itẽ Hieronymus in quadam ad Cteſiphontem epiſtola contra Pelagianos,ita de mulieribus loquitur, vt omnes ferè contrà noſtram religionem hæreſes, aut à mulieribus ortas,

ortas, aut ſaltem alitas videri velit, vt alibi quoque diximus. Et quiſquis eſt, qui titulo ipſius Hieronymi ſcripſit ad Oceantum, de Vita clericorum: Ianua (inquit) Diaboli via iniquitatis, ſcorpionis percuſsio, nociuumque genus eſt fœmina. Lucianus, aut quiſquis is fuit, in Palinuro: Quantas (inquit) ſecum vxores in maritos fraudes gerunt? quot ſimulationes? quot proditiones? quantam hypocriſim? quot aliorum obſcænos amores? quot pollutiones? quot ſuppoſitos partus? quot mentitas nutritiones? quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes?

221 ¶Multa item in mulieres ſcripſit Dom. Antiochus Pandectes, Homilia 17. & ſeq. Ioannes Haresbarienſis non omnino malus autor, lib. 8. de Nugis curialium, ca. 11. Sed & Anto. Flor. in prima parte tertiæ partis principalis ſuæ Summæ, tit. 1. ca. 25. per literarum ordinem mulierum vitia deſcribit. Et Petrarcha in eo. lib. quem de Remedijs proſperæ fortunæ deſcribit, in Dialogo, illis reſpondet, qui gratam eſſe ſibi vxorem gloriantur, & rurſus in lib. de Vita ſolitaria, & eius autoritate diſcipulus eiuſdem Bocatius libro de Genealogia Deorum 4. cap. 44. Aluarus Pelagius lib. 2. de Planctu eccleſiæ, artic. 45. vbi tria, & centum muliebria vitia commemorat Robertus HolKot in Sapientiam Solomonis, lectione 108. & Bernardinus, quem de Buſtis vocant, libro Roſarij 2. Sermone 28. in tertia, par. in princ. & Iaco. Sprēger in lib. cui eſt titulus, Malleus maleficarum, parte 1. queſt. 6. plurima item fęminarum mala prodiderunt, & nouisſimè Cælius Antiquar. Lect. libro 14. ca. item 14. poſterioris editionis, & Bonifacius ſodalis Franciſcanus in viaticis diſcurſionibus, quo loco de falſitatibus hominum diſſerit.

222 ¶Sed & è noſtris quoque infinita propè in vnum veluti corpus congeſsit Alberic. in ſuo fertili Dictionario in dictione, Mulier, & in l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſtamen. vbi poſt congeſta multa mulierum vitia, ſubdit & alia eſſe multa, quæ numerare eſſet difficile. & rurſum in l. 4. C. de ſponſalib. & in l. ſed ſi ego. ff. ad S. C. Velleia. & Cœpolla in l. quæritur. num. 6. & 7. ff. de ædili. edic. Quæ loca maxima ex parte ex nobis congeſsit Carolus Degraſſalius Carcaſſomenſis in libro 1. Regalium Franciæ, char. 245. Et certè neſcio quo fato hic, & nonnulli non abſimiles ſcriptores, librum hunc noſtrum tam impudenter compilarunt. Illud autem indignum eſt, quod huc afferatur, Seuertanos, Archonticosque hæręſiarchas adeò mulieres exhorruiſſe, vt eas opus Satanæ eſſe dicerent, vt tradit Diuus ipſe Epiphanius Eleuteropolites, libro Hæreſeon 1. tomo 2. ſectio. 45.

*Fur quiſpiã huius operis.*

*Fœminas opus Satanæ ab Hæreſiarchis dictas.*

223 ¶Dies iam me deficiet, ſi quęcunque in eam rem à ſanctis viris, alijsq; ſcripta ſunt, coner exprimere. Ideo finem facio. Illud autem concludo: Quum fœminæ ſua pte natura ſint tam ſceleratæ, & vicijs deditæ, vt totæ ex illis compactæ videri posſint, atque conglutinatæ, omniaque prorſus flagitia in earum animum, vt in quandã cęnoſam fœculentamque, ac teterrimam ſentinam confluxiſſe videantur, vt (inquam) immenſa aliqua vorago, aut gurges vitiorum, turpitudinumque omnium fęmina dici queat (vt tandem vſurpem verba Tullij in 5. in Verręm Actione) vtque, ex his vitia omnia, aut ipſæ ex vitijs ortæ videantur (vt etiam vtar illa Lycurgi formula, apud P. Rutilium Lupum ex Gorgia libro priore de figuris ſententiarum, in ea figura quę μέρισμος dicitur) quem tandem modum, aut finem perpetrandis tot tantisque facinoribus facient, ſi in illis veluti impunè relinquantur? Quæ, inquam, ſpes iam ſupereſt, eas emendatiores futuras? Quod item ſupereſt pharmacum? ſi quo ſolo morbus depelli poteſt, id abſit: id eſt correctio, cuius acceſsione, & præſentia aufertur peccandi autoritas, diſceſsione autem, & abſentia affertur, vt omnibus perſpicuum eſt & latè probatur 23. q. 4. & etiam 5. fermè per totum.

*Epilogus vitiorum muliebriũ.*

*Correctione peccata emẽdantur.*

224 ¶Propterea cum Plato in Gorgia, & Auguſtinus in Ciuitatis Dei libro 19. cap. 16. puniendis peccatis duas cauſas eſſe ſcripſerint Taurus Philoſophus in principio Commentariorum, quos in eum librum Platonis compoſuit, & Seneca libro 1. de Clementia, & alij plerique treș aſsignauerint, omnes tamen hanc primo loco poſuerunt, vt ſcilicet is, qui deliquit, attentior fiat, & correctior, ut eleganter quoque diſſerit Gellius lib. Noctium Atticarum 6. cap. 14. Quam etiam rationem ſenſit Paulus Iuriſconſultus, cum ſcribit in l. ſi Pęna. ff. de pęnis. Pęna conſtituitur in emendationem, &c. Et facit optimè c. de his 33. q. 2. cum dicitur, Vt hac ſaltem diſtrictione correcti, ipſi in ſe ſua errata caſtigent. Et quod ſcribitur in c. qui ea, 38. diſt. Qui ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pęna: Cui omnino ſimile eſt vetus prouerbiũ Platonis in Sympoſio, Stulti poſt malum acceptum, erratum cognoſcunt. Sumptum fortaſſe ab illa Heſiodi ſententia in libro qui inſcribitur, Opera & dies:

*Puniendorũ peccatorum tres cauſæ.*

*Prouerbiũ*

Δίκη δ' ὑπερῦθριον ἴχρει

Ε'ις τέλος ἐξελθῦσα, παθῶν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Id eſt, ut traduxit Eraſmus:

*Tandem ſua pęna nocentem.*

*Conſequitur, paſſusque ſapit tum denique ſtultus.*

Noſter autem Bal. conſ. 176. incip. Cæcilia receſsit à Franciſco, lib. 1. ſcribit, quòd vir ſapiens poteſt, imò verò debet, vt dicit, dietim malos vxori mores corrigere, ne tranſeant in conſuetudinem delinquendi. Vix enim tollitur vitium, quod conſuetudine radicatur. Vnde ſcribitur apud Ouidium:

*Vxoris mali mores corrigendi*

*Conſuetudine cõfirmata peccata, incorrigibilia.*

*Principijs obſta: ſerò medicina paratur,*

*Cum mala per longas inualuere moras.*

Et paulò ante dixerat Bal. id quidem rarò corrigi, quod venit in conſuetudinem, ad quod allegat l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili.

¶ Sed video quid ſibi velit iſte γυναικοκρατούμενος, id eſt, vxoris imperio addictus, & vt Latini vocant, vxorius. Veretur fortè, ne dum verberat vxorem, illã interimat. Sunt enim mulieres, vt putat, tam imbecillo, & debili corpore, vt vel leui ictu intereant. Quod & indulgẽtiores parentes in filiis timent. Ex quo Solomon Prouerbio. c. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim eum virga percuſſeris, non morietur. At neſcitis fęminas multò grauiores ictus, quàm viros citra vitæ periculum ſuſtinere, teſte Iureconſulto, Accurſioque noſtro, hoc ipſum annotante in l. nihil intereſt. ff. de adul. & Sign. conſil. 63. Titius calce percusſit, colum. 2. verſ. intentio mariti: & Ludo. Bolog. in addi. ad Guid. Suza. in tracta. de tormentis, col. 3. & Hipp. Marſ. in rep. rubr. C. de proc. col. 83. ver. ſed ego incidenter, vbi illam gloſ. dicit. not & menti tenendam, & in l. à vobis, in materia incertitudinis, circa fi. ff. de annu. lega. & in l. 1. in princ. col. vlt. de quæſt. vbi & illam glo. dicit notabilem. Non ergo timento, verum intrepidè percutiunto, verberanto pulſanto, feriunto, manuum, pugnorum, baculorum, funiũ, fuſtiũ ictibus, tãta & tot immania earum flagitia depellunto. Nam & D. Chryſoſtomus ex varijs in D. Matthęum locis, Homilia 26. eademque vltim. docet tribus modis vxorem malè moratam caſtigare. Primum docendo ſecundum Deum. Si autem timorem Dei non ſentit improperando, vel vt homines erubeſcat. Si nec pudorẽ ſentit frequenter confuſa, faciat quod pręcipit Salomõ, Duram baculo percute. Ergo primùm admone, quia multum proficit doctrina iuſtitiæ. Deinde confunde, quia frequenter pudor fręnum eſt vitiorum. Tertium iuſtum eſt, vt caſtigetur, quaſi ancilla, quæ erubeſcere neſcit, ut libera. Hæc ille. Superius autem in prima Lege connubiali, nu. 22. ex hac autem, multorum autoritate docuimus, licere nobis vxores verberare.

*Fœminæ grauiores ictus, quã viri ſuſtinent.*

*Concluſio oſoris fœminarum de ijs verberandis.*

*Vxor trib. modis caſtiganda.*

¶ Hactenus hic noſter mulierum oſor, qui totam ſuam rationem coloribus vitiorum, muliebrium depinxit. Quem & ſuo ipſius (quemadmodum dicitur) gladio primũm, ac deinde noſtro cõficiam. Primùm enim, ſi pœna ob id fuit introducta, ut qui deliquerunt, correctiores fiant, & emendatiores, quemadmodũ noſter hic aduerſarius aſſerit: ex hoc effici neceſſe eſt: ſi modo ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſicuti proculdubio ceſſat, ꝙ ſi nulla ſpes eſt emendari eum poſſe, qui deliquit, nulla certè pœna imponenda eſt, quantum ad eam cauſam pertinet: ut etiam tradit Gellius in eo ipſo loco, quem citauit aduerſarius, & approbant Decreta Canonica in ca. prodeſt. ad. fi. 23. q. 5. vbi eccleſia abſtinet à cenſuris, quando videt ſe nullatenus proficere. & cap. allegant. 26. q. 7. vbi non imponitur pœnitentia ei, qui futurus eſt deterior. Et ideò dicunt Io. And. Domi. & Phil. Franc. in ca. 1. de ſent. excom. lib. 6. quòd ſi excommunicatus ex diuturno tempore efficitur deterior, debet iudex excommunicationem ex officio relaxare. Et idem uoluit Paul. Liaz in commento c. ult. col. 4. de poſtul. præla. & Imo. in Cle. 1. circa prin. de pœni. & remiſ. Ant. & Pan. in c. ab excommunicato. ille col. 13. uerſi. nunquid autem poſſit: hic col. pen. ſed nota ultimò. & ibi quoque alij, de reſcript. & idem Pan. in c. ad reprimendam. col. 2. extrà. de offic. ordi. & in c. nouit. col. 13. uerſ. Arch. qui hanc quęſtionem, extrà de iudi. ubi idem de monitione ſiue correctione fraterna: vt & nos ſtatim dicemus & in c. clericos. col. ult. de cohabi. cleri. & mulie. & in c. quoniam frequenter. §. ult. col. 31. uer. item facit, vt lite non conte. & in c. ſignificaſti. in fi. de eo qui duxit in matr. & in ca. ſacro. in prin. de ſent. exc. & Io. Ana. in c. 1. col. 16. de maled. & è Theologis, D. Thomas, quem multi ex Doctorib. ſuprà dictis nuncupatim citant, in 4. ſent. diſt. 18. in vlt. q. art. ult. in reſpon. 2. arti. primi dubij. Proinde Io. An. in c. Romana. §. ſed nec. de ſen. excom. lib. 6. & idẽ Io. An. & Ped. An. & Pet. Anc. in c. cõſtitutionem. in fi. eo. tit. & lib. & vtrobique Domi. & ante eos Hoſt. in c. 1. in uerbo, cognoueris, & ibi quoque Ant. col. pe. & Imo. in fin. de offi. deleg. monent prælatos, ut diligenter animaduertant, ne ferant ſententiam excommunicationis, vbi eam futuram prænident inutilem, contemptibilem. Et bene facit, quod ſcribit Archi. in c. ſi peccauerit. col. 3. 1. q. 1. quòd licet prima correctio fraterna, ſit præcepti, tamen fallit, ubi timor eſt, ne monitus fiat deterior, quia tunc meritoriè, ut ipſe loquitur, omittitur. Et in eam rem multa collegit Feli. in capit. ſcribam. in princ. extra de præſum. & Iaſon in leg. quod iuſsit. colum. 10. verſ. ultra Bar. ff. de re iudi.





*Autoris reſponſio.*

*Pœna non irrogãda, ſi de ſit ſpes emendationis.*

*Excõmunicatio relaxanda, ſi excommunicatus ſit deterior.*

227 ¶ Sed iam ſuprà late probauimus fœminas non modò non emendatiores, ſi uerberentur, ſed & multò deteriores futuras: vnde ortũ eſt illud, vel pueris decantatiſsimum, & vice prouerbij celebratũ, licet inelegãs, & rude:

*Mulier uerberata fit deterior.*

*Ille lauat laterem, qui caſtigat mulierem.*

Quod è noſtris adnotat Card. Flor. poſt Lau. in Cle. ex eo, in 10. oppo. de ſent. excom. Propterea & Bernardus, ſiue is fuit Diuus ille Clareuallẽſis abbas, ſiue alius eiuſdem nominis, ut alij exiſtimant, monet maritum, ne ſi uxoris adulterium reſciuerit, eam corrigat, ne deterior efficiatur. Refert & ſequitur è noſtris Feli. in c. 2. col. 3. in 5. fal. extrà. de calũ. Ex quo & illud Ouidij li. 2. de Arte amandi, loquentis de adulterio Martis, & Veneris:

*Hoc tibi profecit, Vulcane, quod ante tegebant,*

*Liberiùs faciunt, & pudor omnis abeſt.*

Quaſi uidelicet ſatius ſit uxoris adulterium diſsimulare, ſicuti Antoninum Philoſophum feciſſe ſuprà diximus, quàm eam non dicam uerberare tantum, ſed & repræhendere, cùm hinc deterior efficiatur; & ita argumẽtum aduerſaij, tanquam puluis in eum ipſum refunditur, qui excitauit.

228 ¶ Prætereà non omnino aſſentior huic muliebris honoris oppugnatori, dum hunc ſexum uſque adeò depreſsit, totque ac tantis uitijs onerauit, ut mulier non homo eſſe uideatur. Quin ſi huius cauſæ defenſionem ſuſceperim, illud auſim profiteri, facturum me, ut Palinodiam canens laudem vel inuitus, quod ille priùs vituperauit. Idq; fecerim euidentiſsimis rationibus, ex imis naturæ viſceribus depromptis, non autem teſtimonio & autoritate virorum vſus, ſicuti ille virorum autoritate magis, quàm ratione, omnibus neruis contendit fœminas vituperare, &, quod indignius eſt, paucarum crimina in omnes transferre: quod olim Euripides mulierum alioqui oſor, in Menalippe conqueſtus eſt apud Stobæum Serm. 67.

*Paucarũ mulierum crimina in omnes transferre indignum*

Α'λγηςόν ἐςι θῆλυ μισηθὸν γένος.

Αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν ὐκ ἐσφαλμέναις

Αἶχος γυναιξὶ, καὶ κεκοινωνται ψόγον

Ταῖς ὐκακαῖσιν αἱ κακαί.

*Miſerrimum eſt muliebre genus ſemel inuiſum:*

*Nam quæ peccarunt, etiam immeritis*

*Dedecori ſunt mulieribus: & communicant vituperium*

*Malæ non malis. ——*

At idem in Ione Creuſam facit hæc loquentem:

Τὰ γὰρ γυναικῶν, δυχερῆ πρὸς ἄρσενας,

Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἱ γαθαὶ μεμιγμέναι

Μισόμεθ' ὕτω δυσυχεῖς πεφύκαμεν.

*Conditio enim mulierum difficilis eſt erga maritos:*

*Et inter malas nos bonæ miſtæ*

*Odio habemur: adeò miſeræ ſumus.*

Sed & apud Terẽtium in Hecyra Soſtrata hæc loquitur:

*Aedepol næ nos mulieres ſumus iniquè oẽs inuiſæ viris,*

*Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videantur malo.*

Et apud eundem Thais in Eunucho:

*Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habet fidem,*

*Atque ex aliarum ingenio nunc me iudicet.*

Et apud Senecam Tragœdiographum in Hippolyto, cum ipſe Hippolytus hæc dixiſſet:

*Sileantur aliæ: ſola coniux Aegei*

*Medea reddit fœminas dirum genus*

Mox ſubdit nutrix Phædræ:

*Cur omnium ſit culpa paucarum ſcelus?*

Ex quibus & illud eſt Ouidij li. 3. de Arte amandi, haud multo poſt princip.

*Parcite paucarum diffundere crimen in omnes.*

*Spectetur meritis quæq; puella ſuis.*

¶ Sed quia res, de qua agimus, non exigit, vereorque ne mihi uiri ſuccenſeant, idq; aſcribant uitio, ſi fecerim, tanquam patrocinio mulierum gratiam & amorem aucupari contendam, idcirco nunc ego tacere malo. Quanquam non defuerunt, qui de laudib. fœminarum affatim ſcripſerunt, in quibus Plutarchus autor excellentiſsimus, qui librum huic rei nuncupatim dedicauit, cui titulus eſt γυναικῶν ἀρέται, id eſt, mulierum uirtutes: & longo ante tempore Heſiodus, qui librum eiuſdem argumẽti ſcripſit, in quo mulieres Heroides, ut Dion Chryſoſtomus ex Alexandri ſententia, & Lucianus tradunt. Alter quoque Chryſoſtomus in illa ipſa Homilia Decollationis Diui Ioannis, & Diuus Hieronymus in enarratione Pſalmi 44. ad Principiam: et iterum in Procemio in Sophoniam, et in lib. 1. in Iouinianum, multa in earum laudem congeſſerunt. Multa item Gregorius Giraldus, aut quiſquis is fuit, qui ad illius Syntagma de Muſis, parergon ſiue corrolarium addidit. Plura uero Hiſpanus quiſpiam non indoctus, qui uulgari Hiſpanorum lingua in eam rem librum conſcripſit, titulumque illi nuncupauit, Honor dominarum, quem poſtea Gallus quidam in noſtram linguam traduxit: ſed omnium plurima Chriſtina quædam Piſana mulier egregiè docta, quæ et de ea re librum iuſtæ magnitudinis elegantiſsimè compoſuit, quo ea omnib. aduerſariorum rationibus, et argumentis ſcitiſsimè reſpondit, atque omnia crimina, quæ paſsim mulieribus aſsignantur, et rationibus, et exemplis optimè di-

*Qui de laudibus mulierum ſcripſerũt.*

mè diluit. & Cælius libro Lectionum Antiquarum 13. cap. 33.poſterioris editionis,& lib. 14.cap. 1.eiuſdẽ editionis.& Albertus Eyb.in eo.lib.quem Margaritam Poeticam inſcripſit,2.parte, tract.2. oratione 17.quam peculiariter de ea re conſcripſit: & Gulfridus Chancerus Anglus duobus libris, quorum vnius titulus eſt,Laudes bonarum mulierum, alterius, Fœminarum encomion. Et ex recentioribus Prædicatoribus, quos vocant, vt & Prædicatores habeant à quibus hoc accipere poſsint, ſi fortè nullos alios libros legerint, Robertus Carazolus, in eo ſermonum lib. quem de laudibus ſanctorum conſcripſit,ſermone 7.c.1. & Bernardinus, quem de Buſtis vocant,in 2.parte ſui Roſarij,ſermone 28.in 3.parte. Et Ioannes Grieſch(vt infimæ notæ viros appellem)in ſuo quadrageſimali,ſermone 37. Et nouiſsimè Ioãnes Textor, qui & librum de Claris mulieribus edidit,omnium copioſiſsimum. Quorũ dicta,ne ſim longior,huc aſcribere ſuperſedi,cùm etiam ſine illis reſponſum eſſe puto huic noſtro aduerſario. Et certè aliquando,niſi quid aliud intercipiat, proprium peculiaremq; librum de Laudibus mulierum conſcribam.

230 *Mulieres exẽplo potius quàm verberibus corrigẽdæ.*

Denique vt ad inſtitutum redeam, illud tantũ admonui,ne verberentur vxores,non etiam ne omnino corrigantur;ſunt enim præter verbera, alia quoque correctionis genera,vt no.45.diſt. fermè per totum, quibus poſſunt vitia, ſi qua ſunt in mulieribus, emendari : & certè multò ſatius quàm verberibus, ſi tamen comparatione vti liceat,cum verberibus,quod iam diximus, id fieri nõ debeat.Quando & Pacati ad Theodoſium veriſsima ſit ſententia,Imperatam correctionem exaſperare, blandiſſimè àutem iuberi exemplo. Vxores ergo,vt tandẽ concludamus,non verberibus, ſed potius exemplis corrigamus:& à vitijs, ſi qua ſint, ad virtutum ſtudia prouocemus,ſecundum tex.in §.neceſſe eſt.47.diſt.& facit c.indigantur.in fi.32.q.6.pudiceque viuentes vxoribus bonos mores colendi autores ſimus, iuxta Iuriſcõſulti ſententiam in l.ſi vxor.§.iudex.ff.de adul.Virorum enim dicta factaque ſunt vxorib.veluti ſpeculum,ad cuius intuitum ſuos ipſæ mores formant atque componunt. Nam cum ſemper aliàs exempla ſint magni momenti ad corrigenda,vel deprauanda hominum ingenia,vt alibi abundè diſſeruimus:tum ea maximè, quæ à domeſticis proficiſcuntur, vt probat tex.in l.1.C. de emen.prop.& illud Satyrographi Poetæ.Saty.14.

*—Velocius & citius nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica,magnis*
*Cùm ſubeant animos autoribus.—*

231 *Vir vxori dux laſciuia.*

Hinc perſæpe vxori dux, atq; exemplum laſciuię vir fuit,ut ait Petrarcha,de Remedijs aduerſæ fortunę, Dialo.21.Nam,ut uir ille in omni genere doctrinę conſummatiſsimus Plutarchus in Præceptis connubialibus inquit,cap.17. Ἀνὴρ φιλοσώματος καλλωπιστρίαν γυναῖκα ποιεῖ: φιλήδονος ἐρωτικὴν καὶ ἀκόλαστον: φιλάγαθος, καὶ φιλόκαλος σώφρονα καὶ κοσμίαν. Vir corporis ſtudioſus vxorem reddit laſciuiori cultui deditam:uoluptuoſus amatoriam,& libidinoſam:boni honeſtique amator, modeſtam & honeſtam.Et rurſum ferè in umbilico eiuſdem operis: Ne putes (ait) à ſuperfluis profuſisque ſumptibus vxorem temperaturam,ſi te hæc minimè contemnentẽm conſpiciat:quin potius auratis poculis, pictisque cubiculis,mularum & equorum phaleris gaudentem videat.Nõ enim fieri poteſt, vt à mulieribus luxus remoueatur, quo uiri circunfluunt. Propterea & D. Auguſtinus in cap.ſi dicturi.32.q.6. nos monet, vt quales volumus uxores noſtras inuenire, tales & ipſæ nos inueniant:& ſi intactam quærimus, intacti ſimus:ſi puram,puri. Non enim illa poſſet,quod nos non poſſumus.Et idem alibi in libro de decem chordis : Si caput (inquit) eſt vir, melius debet viuere, & præcedere in omnibus factis ſuis vxorem, ut illa imitetur virũ.Quod & repetitur,ultimis uerbis prætermiſsis,in cap non mœchaberis,in fi.ijſdem quæſt. & cauſa. Quibus ſuccinit & Seneca, ſcribens ad Lucilium, epiſtola 94. Improbus eſt qui ab vxore pudicitiam exigit,ipſe alienarum corruptor vxorum. Sed & Lactãtius de vero cultu,cap.23. Exemplo, inquit continentiæ docenda vxor,vt ſe caſtè gerat:iniquum eſt enim, ut id exigas,quod ipſe præſtare non poſsis. Quæ iniquitas id efficit profectò ut eſſent adulteria, fœminis ægrè ferentibus præſtare ſe fidem,non exhibentibus mutuam charitatẽ. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ nõ hanc cauſam vitiis ſuis prætendat,iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre. Quod & optimè Quintilianus expreſsit,Homo,inquit,nec alieni matrimonij abſtinẽs, neque ſui cuſtos,quæ inter ſe natura connexa ſunt. Nã neq; maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus,poteſt uacare domeſticæ ſanctitati. Et uxor cũ in tale incidit matrimonium, exemplo ipſo incitata, aut imitari ſe putat,aut uindicari.De quo & nos quoq; dicemus infra in 13.lege connubiali,num.36.incip. caueant igitur,& ſequent.

232 *Viri ex vxorũ adulterio ĩ quibuſdã partib puniuntur.*

¶Cùm ergo plerunq; mariti vxoribus præbeant exẽplum,& occaſionem libidinis, ex hoc ortum videri poteſt,quod Guil.de monte Lau.in Cle. cum ex eo, & ibi poſt eũ Card.Flo.in 1.oppo.de ſen.excom.aſſerit,quòd in quibuſdam partibus uiri ex adulterio uxorum puniũtur,ueluti ipſius criminis autores.In Catalonia enim, & alijs multis partibus, uir per uxorem cucuruitatus (ita enim illum uocant,cuius uxor eſt impudica) licet inuitus & ignorans hoc ipſum paſſus fuerit,ſoluit tamen 40. ſolidos domino uxoris.Et Pariſijs ducitur vir per totam vrbem aſino inſidens, facie uerſa ad caudam, uxore aſinum trahente,& præcone ante eos proclamante,Qui ſic faciet, ſic accipiet. Hæc illi:quæ & poſt eos quoque recenſet Benedic.in c.Raynaldus,in uerbo,cuidam Petro tradiderunt,nu.62. de teſta. Et illorum fortè temporib. iſtud obſeruabatur. Sed quod de Pariſiis dicunt,iampridem in deſuetudinem abijt. Ambroſius autem in priorem Epiſtolam Pauli ad Corinthios, cap.65. tradit fœminas inuerecundiores,eſſe uiris opprobrium:in mulierum enim inſolentia uiros notari:tanquam diceret, uxores imitari uitia uirorum,ideoque ex uitiis uxorum, uirorum quoque uitia depræhendi.

233 *Mulieres item blanditijs corrigendæ,& riſu potius quam baculo.*

Item corrigendæ ſunt uxores, non (inquã) uerberib. (quod ſæpe dictum eſt,dicendum eſt tamen ſæpius)ſed blanditijs,mollibusque uerbis,atque maritali ſermone, vt utar uerbis Iuriſconſulti in l.ulti.ff. ſi quis aliqu.teſta. prohi.Nam ut dicit Bernardus Syluester,quem plerique Diuum Bernardum autumant, in ea Epiſtola,quam de re familiari ad Raymundum quendam conſcripſit, Malam uxorem potius riſu,quàm baculo,caſtigabis.Et Plutarchus in illis,quæ ſæpius citauimus, Præceptis connubialibus,ſtatim poſt principium,Veteres,inquit,Mercurium iuxta Venerem collocabant:quòd uoluptas nuptialis ratione, aptoq; ſermone maximè indigere uideatur.

*Mercurius, curiux ta Venerẽ collocetur.*

Et alibi in eodem opere, c.34. Præeſſe maritũ uxori par eſt,non ut dominum pecoribus, ſed ut animam corpori conſpiratione quadam naturali per beneuolẽtiam cum ipſo cõiunctam.Quemadmodum igitur procurare corpus conuenit, non ipſius ſeruiendo uoluptatibus, atque cupiditatibus:ita uxori præeſſe demulcendo,gratificandoq́ oportet. Quibus nimirum adſtipulatur,quod dicit Gregorius Nazianzenus,in Admonitorio, quod Heroico carmine conſcripſit:

*Maritus vxori præeſt, non vt pecoribus, ſed ut anima corpori.*

Οὐδὲ λεοντοκόμος θηρὸς μένος ἤνασεν ἀλκῇ·
Ἄσθμασι βρυχαλέοισι χολούμενον, ἀλλὰ δαμάζει.
Χερσὶ καταψύχων, καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν.

*Neque leonis altor feræ vim domuit robore,*
*Anhelitibus rugientibus iratam, ſed domat*
*Manibus demulcens,& blandis ſermonibus.*

Quanquam non me latet, Cleobulum Lyndium unum quidem



quidem ex ſeptem illis ſapientibus,illud inter cætera ipſius pręcepta monuiſſe,ut cũ uxore nihil blanditijs agamus : vtque præſentibus extraneis,eam nunquam obiurgemus:illud enim vecordiæ eſſe, alterum veſaniæ,ſicuti à Demetrio Phalereo, & Diogene Laertio, & Ioanne Stobęo, relatum eſt. Cui, quantum ad ſecundum pertinet,ſatis conuenit cum Solone, cuius ea eſt apud Auſonium ſententia :

*Vxor nunquam præſentib. extraneis obiurganda.*

*Clam coarguas propinquum, ſed palàm laudaueris.*

*Amici clã monendi, palam laudandi.*

Cui omnino ſimilis eſt ille Mimus, ſiue Senecæ, ſiue alterius :

*Secretò admone amicos, palàm lauda.*

Quibus omnino addes quod à Plutarcho ſcriptum eſt in lib. quo docet quo pacto poſsis adulatorem ab amico dignoſcere.Inſuper,inquit,cauendum eſt & illud,ne coram pluribus obiurgemus amicum:ac Platonis illud habere conuenit in animo. Nam cum Socrates acrius obiurgaret familiarem quempiam, in conuiuio cum eo diſceptans. Nonne ſatius fuerat,inquit Plato,hæc illi ſeorſim dixiſſe? Et Socrates, At tu ſanè nonne ſatius feciſſes, ſi ſeorſim iſta mihi dixiſſes? Porrò cum Pythagoras in familiarem quempiam aſperius coram pluribus fuiſſet inuectus, adoleſcentem gladio pręfocaſſe guttur aiunt: Ex eo tempore nunquam Pythagoram quenquam alio præſente repræhendiſſe. Si quidem ut morbi parum honeſti, ſic & peccati reprehenſionem ſecretã eſſe conuenit: non vt ceu ludi ſolennes uniuerſo populo exhibeatur, nec ut oſtentetur, & ſpectatores ac teſtes accerſat. Neque enim amicum eſt, ſed ſophiſticum, ex aliis erratis ſibi parare gloriam,& apud eos qui adſunt ſeſe iactare,quemadmodum ſolent medici,quos Chirurgos uocant:in theatris oſtentantes quos morbos curandos ſuſceperint. Iam uerò pręter contumeliam, quam ab omni prorſus curatione abeſſe cauendũ erit & illud, ne quod eſt vitioſum, in admonendo contentioſi ſimus & contumaces. Neque enim ſimpliciter amor obiurgatus magis premit iuxta ſententiam Euripidis: verùm ita ſi quis obiurget coram multis,nihil parcens amico,is oẽ malum & omnem morbum uertit ad impudentiã.Sicut igitur Plato cenſet, ut ſenes qui ſtudent verecundiã inſerere adoleſcentibus, ipſi primùm reuereantur adoleſcẽtes:ita cum verecundè reprehendit amicos,id potiſsimũ gignit in eo uerecundiam : cumque prudenter paulatim aggreditur ac caſtigat peccãtem, ſuperat & conficit amici uitium, quem totum occupauit pudor pudeſcentis,& reuerentia reuerentis. Vt interim prętermittam quid de ea re monuerit Chriſtus D.O.M.quidve Paulus.

234 *Leones nec verberib. cædendos, nec blanditijs leniendos.*

¶Verum quantum ad id, quod de blanditijs monuit Cleobulus,illud obſeruandum cenſeo, quod apud Philoſtratum lib.7.Apollonius Tyanæus ex Pharaetis ſententia dicit,leones, quos manſueſcere uolunt homines, verberibus non cædendos.Nam recrudeſcere illos verberibus : nec rurſus blanditiis nimium leniendos, quaſi ſic nimium ſuperbi euaderent. Itaque blanditias minis permixtas facilius ad mores illos optatos poſſe deducere. Quæ etſi de leonibus, & feris animalibus dicta ſunt, non incommodè tamen ad fęminas referemus, quas (vt ſuprà diximus) Cato Cenſorius animalia indomita appellat.Id autem eſt,quod, etſi alijs verbis, eodem tamen ſenſu eleganter diſſerit Diuus Gregorius lib.Moralium 20.parte 4.cap. 11. & tranſumptiuè in Decretis Canonicis in c.diſciplina. 45 diſt. Miſcendam eſſe lenitatem cum ſeueritate,faciendumque quoddam ex utroq; temperamentum : ut neque multa aſperitate exulcerentur, quos corripimus : neque nimia benignitate ſoluantur. Quod nimirum illa arca tabernaculi ſignificat, in qua cum tabulis uirga ſimul,& manna eſt.Id,inquam,eſt qđ apud Liuium lib.8.ab urbe condita, ſenſit fecitque Papirius,ſcilicet ſeueritatem iungendam comitati. Porrò Homerus ille parens omnis uirtutis (ſic enim libet eum ſæpius poſt Iuſtinianum appellare) id nos apertius, & in ſpecie de qua loquimur, docuit. Nam apud eum li.1. Iliados, Iupiter Iunonem uxorem leniter primùm monuit,ne ex ſe tentaret reſcire, quæ ueluti ultrà crepidas (vt interim ad vetus prouerbium alludam) uxorias eſſent. Deinde uerò cum ea nihilo ſecius paulò contumacius perſtaret, minas adiecit : nempe iratas ſe in eam manus iniecturum,niſi continuò obmuteſceret. Verſus Homeri hi ſunt

*Lenitas cum ſeueritate miſcenda. Arca tabernaculi.*

Ἀλλ᾽ ἀκέουσα κάθησο, ἐμῷ δ᾽ ἐπιπείθεο μύθῳ,
Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν ὅσοι θεοί εἰσ᾽ ἐν Ὀλύμπῳ,
Ἆσσον ἰόνθ᾽, ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.

*Blanditijs mina regaliter addenda.*

Blanditias igitur non omnes viris amplectendas cenſeo ſed tantum ſeueras (ut ſic appellem) & cum maieſtate quadam coniunctas:non etiam molliculas,humiles,demiſſas,quibus uiri erga uxorem autoritas,imperiumque emolliatur,minuaturue: ſed & ita ut blanditiis precibuſque minas regaliter addat, ut interim uſurpẽ uerba Ouidij, li.2.Metamorphoſeos. Idcirco hanc quoque legem præcedenti ſubijciemus.

*Nona lex connubialis.*

*Suis viri exemplis, atque blanditijs cum ſeueritate coniunctis, vxores corrigunto.*
*Sed & minas interdum, ſi res exegerit,admiſcento.*
*Verum non palam, aut præſentibus extraneis, eas obiurganto.*

# IN DECIMAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS DECIMA.

*Vir rebus forenſibus præſit, vxor domeſticis.*

I LLVD autem hoc loco non prætermittendum,quòd licet vir ſit caput mulieris,illique præſit, & dominetur, uxori tamen debemus ultro relinquere domus principatum, ita videlicet, vt maritus foris, ſub dio, in agro, in foro, in Rep. omnia ſuo arbitrio conficiat, diuitiasque comparet, quæ tectis recundantur:vxor verò domi reb. domeſticis conſeruandis,& præparandis pręſit,& tectis illatas diuitias cuſtodiat,ut tradit Antiphõ Ramnuſius, qui ab orationis dulcedine Neſtor dictus eſt,atque etiam Xenophon in Oeconomico. Ariſtoteles quoque lib. 2. Politicõn, ca. 3.& iterum lib. 3.cap. item 3. & Oeconomic.lib. 1.cap. 3. Et Columella in Pręfatione libri duodecimi Rei ruſticæ. Ipſius autem Xenophontis locum Gręcè quidem ſcriptum ſed in noſtrum ſermonẽ conuerſum ſubijciemus, ne fraudem legentes iudicio maximi autoris: Mihi (ait) profectò Dij videntur omnia quidem ſapientiſsimè feciſſe, ſed hoc præſertim coniugium, quod mas & fęmina vocatur:primùm quidem, ne animãtium genera deficerent : deinde ut haberemus à quibus noſtra ſenectus aleretur.Cumque mortalium vita,non vt cęterorum animalium,ſub dio,ſed ſub tecto ducatur: oportet ſub dio procurare,quorum adminiculo futurorum hominum vſui ſub tecto conſulatur.Huiuſmodi ſunt noualia, arbores,ſementes,paſcua. Ex his neceſſaria uictui proueniunt,quib. in domum illatis, cuſtodem adhibere opus eſt,qui maximè is fuerit, quem ſub tecto res agere decet. Tecto indigent,infantium nutritio, fructuum ſegetes,ueſtiumque è lana contextus. Quoniam verò vtraq; hæc,& extra & intra domum diligentiam expetunt:mihi videtur Deus naturam mulieris ad curam intus ſuſcipiendam in lucem protuliſſe, mollioreque corpore, vt intra

intra parietes officium obiret. At viri corpus animumque frigora, æſtus, itinera, militiam facilè tolerare conſtituiſſe. Quapropter illi foris res agendas delegaſſe. Rurſus illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate, tum ad cuſtodienda quæ à viris parta eſſent, metu vehementiore, qui rebus aſſeruandis vtilis foret, præditas eſſe voluit. Viro inſuper, cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnanti reſiſtere, maiorem addidit audaciam. Memoriam verò ac diligentiam parem, atque in medio poſuit, qua pro ſuo vterque officio tum dando, tum accipiendo, vſurus eſſet. Et poſt pauca: Deus item vxorem pulchriorem condidit, vt formam cum pudicitia ſe domi continendo tueretur. Virum toroſiorem, ut extrà magis ageret, edidit. Si quis autem huius ordines aduerſus ierit, aut viri partes uxor, ſeu vir vxoris peregerit, vltorem ſe ſentiet habiturum Deum.

2 *De eadem re.*

Quibus & accedit, quod ſcribit Demoſthenes aduerſus Neæram, aut quiſquis eſt, qui eam Orationem ſcripſit: nam id dubitatur: τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας, τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. Id eſt, Meretrices enim voluptatis cauſa habemus: concubinas autem famulitij cauſa, & curæ quotidianæ corporis: vxores verò, vt legitimos filios tollamus, & habeamus rei domeſticæ fidam cuſtodem.

*Mulieres rerum domeſticarū cuſtodes.*

Quam tamen orationem aliqui Democratis eſſe cēſent. Plato in Memnone, dicit eſſe vxoriam virtutem, domū rectè gubernare, dum cuſtodit domeſtica, viroque obedit. Quod & idem ſenſerunt è noſtris Ioan. And. & Panor. in c. literas. extrà de reſti. ſpol. ſcribentes vxoris eſſe proprium cuſtodire res mariti. In qua etiam fuit ſententia Gabriel Biel, pſtantiſsimus inter ſcholaſticos Theologus in 4. ſententiarum diſt. 17. q. 3. art. item 3. dubio 2.

*Vir ignoret quæ intra ædes fiunt.*

Neque aliud ſibi vult, quod Ariſtoteles lib. Oeconomi. 2. c. 1. Probam, ait, mulierem omnibus quæ ſunt intus, dominari oportet. Et ſi quid intus accidat, ipſi notum ſit ſoli. Et rurſum inferius: Viro quidem indecens videtur ea ſcire, quæ intra ædes fiunt: in cæteris verò omnib. parere mulier viro contendat. Atque iterum, Turpe eſt viro quicquam eorum quæ domi ſunt, facere.

3 *De eadem re.*

¶ Cuius item ſententiæ aſſertor eſt, ſed primus omnium, Homerus ille, qui introducit Hectorem vxorem ita alloquentem in 6. Iliad. Rhapſodia, uti nos & alibi citauimus:

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.
Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι, πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

Id eſt, ad verbum:

*Sed domum iens, tuiipſius opera cura,*
*Telamque, columque, & ancillis iube*
*Opus adire: bellum autem viris curæ erit.*

Quos eoſdem verſus repetijt cum in primo Odyſſeæ, tum in 21. eiuſdem operis, niſi quòd in vlti. verſu pro πόλεμος, i. bellum, ſcribitur μῦθος, i. ſermo, oratio: vtrobique eos pronuntiantem Telemachum faciens, monentē Penelopen matrem ſui officij. Clytæmneſtra apud Euripidem, ita Agamemnonem maritum alloquitur:

Ἐλθὼν δὲ τἄξω πρᾶσσε, κἀν δόμοις δ' ἐγώ.

Id eſt, ſicuti transfert Eraſmus:

*Quin tu, foris quæ ſunt, agas negotia:*
*Curas ego tractabo domeſticas.*

Naumachius quoque Poeta Chriſtianus, ita mulierem monet apud Stobæum cap. 71.

Λεῖπε δὲ οἱ τὰ θύρηφι, τὰ καὶ δύναται πονέεσθαι.
Σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω, μέλαθρόν τε φυλάσσειν.

*Externa negotia, quæ conficere poteſt, ipſi relinquas.*
*Tibi verò cura rei familiaris ſit, & cuſtodia domus.*

Porrò apud Plutarchum in Romulo, Romanorum vxores profitētur adminiſtrationem domus ſibi à viris permiſſam.

4 *De eadem re.*

¶ Ex ſanctis quoque ſcriptoribus Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagog. ca. 11. grauiter pronuntiauit, rem pulcherrimam eſſe mulierem domus cuſtodem. Et eius diſcipulus Origenes Adamantius in Cōmentarijs, quos propè diuinitus in Epiſtolam Pauli ad Roman. conſcripſit, illud vltimi capitis enarrans, Saluta Mariā, quæ multum laborauit in nobis: inter officia mulierum illud repoſuit, domum bene regere. Huius autem ſub hoc propemodum intellectu verba ſunt: Docet & in hoc debere etiam fęminas laborare pro eccleſijs Dei. Nam & laborant, cum docent adoleſcentes ſobrias eſſe, diligere viros, filios enutrire, pudicas eſſe & caſtas, domum bene regentes, benignas, ſubditas viris ſuis, hoſpitio recipere, ſanctorū pedes lauare, & cætera omnia, quę de officijs mulierum ſcripta referuntur in omni genere caſtitatis. Legerat Origenes Raguelem uirum illum ſanctū, eiuſque vxorem, dum à ſe Saram filiam ad Thobiam maritum dimitterent, inter cętera pręcepta, quę illi dederūt, hoc illam admonuiſſe, regeret familiam, ac domum mariti gubernaret, ut ſcribitur Thobiæ 10. capit. tanquam domus gubernatio ad mulierem peculiariter ſpectaret. Id quod etiam inſinuat D. Paulus ad Titum cap. 2. monens fęminas, ut domus curam habeant. Secundū quam ſententiam, Lacęna quædam captiua facta, cum interrogaretur, quid facere ſciret, domum, inquit, benè gubernare, vt eſt autor Plutarchus ad finem Apophthegmatū Laconicorum: veluti id officium præcipuè deceat mulieres. Sed & Chryſoſtomus in ſermone, Quòd regulares fœminæ viris cohabitent, Ciuilibus, ait, negotijs à viro ſuſceptis, mulier ſortita eſt domeſticam adminiſtrationem, & curam. Idem in Epiſtolam Pauli ad Corinth. Homilia 13. Deus viro vniuerſa non commiſit, nec mulieri: ſed pulchrè officia digeſſit, huic domum, illi forū tradens: & huic nutrire (agricolatur enim) huic amicire (tela enim & colus mulieris eſt) & texendi ſapientiam commiſit.

5 *Calæci, qui Portugalenſes, & Luſitani.*

¶ Apud Calæcos Hiſpaniæ populos fœminæ res domeſticas adminiſtrant, vt teſtis eſt Trogus, & deinde Iuſtinus lib. 44. eodemque vltimo. Hi autem ſunt (ſi quis id fortè deſideret) quos olim Luſitanos vocabant, autore Strabonæ lib. 3. quos item Portugalenſes vocamus. Quāuis ſint, qui Luſitanos, & Calæcos diuerſos faciant. Sed vt ad rem redeamus, ſimiliter apud Germanos vxor domus officia exequitur, vt ſcribit Tacitus.

*Lex Ægyptiorum.*

Et in hanc ſententiam lex apud Ægyptios ab Iſide lata dicitur, autore Diodoro lib. 1. vt viri pollicerentur ſe omnia intra penetralia vxorum arbitrio relicturos.

*Ægyptiorū viri domeſtica negotia, fœminæ extranea exercent.*

Quanquam ab Herodoto ſcriptum eſt in Euterpe (quod an legi Iſidis repugnet, alij videant) Ægyptios, quemadmodum & cælo, & flumine diuerſa ſunt ab alijs natura: ita pleraque omnia à cæteris omnibus diuerſa conſtituiſſe inſtituta, & iura. Apud eos enim fœminæ negotiantur, cauponanturque, & inſtitorijs operis vacant. Viri autem domi ſe continent texentes, aliaque munera muliebria tractantes. Onera item capitibus geſtant, fœminæ humeris: viri ſedentes mingunt, fœminæ ſtantes. Quod & de ijſdē tradit Mela lib. 1. in hæc verba; Forum ac negotia fœminæ, viri penſa ac domus curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Ex Herodoti autem ſententia apud ſolos Ægyptios illud obſeruatum videri poſſet.

*Gelonorū quoque.*

Legimus tamen & apud Gelos, ſiue mauis Gelonos, eum quoq; morem fuiſſe, vt agri à fœminis colerentur, domus ędificarentur, ceteraq; virilia officia exercerentur: à viris autē muliebria: quo nomine malè audierūt ab hiſtoricis ſcriptoribus. Et hoc inter cæteros retulit Clemens lib. Recognitionum 9.

*Gorgonum item.*

Sed & apud Gorgones ſolę mulieres publica munera obeunt: viri autem rei domeſticę curam gerunt, tum obtemperantes fœminis, tum militię principatusque ac omnis Reipub. expertes, ut ſcribit Diodorus lib. Bibliotheces 4.

*Serum.*

Quinetiam apud Seras viri crines

impli-



implicant, domi deſident vnguentis delibuti, & prorſus effęminati. Mulieres cōtra, capillū capitis tōdēt, virili cingulo ſe cingūt, & in agro oīa opera pficiunt: qđ ab Epiphanio Cyprio admodū vituperatur, li. Hæreſeōn 3. c. 6.

6

¶ Cæterū apud Græcos, & mox apud Romanos, tandēq; apud Gallos, cęterosq; oēs ferè populos lege naturę viuentes, domeſticus labor matronalis fuit, & domeſtica negotia mulieri tradita ſunt. Quemadmodū. n. à natura, cōparata eſt viri opera ad exercitationē forenſem, ita & muliebris ad domeſticā diligentiā.

*Vxores dominæ domus vocātur.*

Ex quo pfectū videri pōt, qđ ſcribit Bar. in l. Titia cū teſtō. §. vlt. col. 2. ver. q̄ro quid ſi dixerit teſtator. iuncto ver. ſeq. ff. de leg. 2. ꝙ vxores noſtras, dominas domus vocare ſolemus, pp prēeminentiam, quam illis domi relinquimus. Ad quam ſententiam illud reuocatur, quod ſupra diximus de viris qui ſuas ipſorum vxores dominas appellant.

7 *Vxor relicta domina, alimēta tātum habet, cū præeminētia domus*

¶ Ex quo fieri dicunt, vt ſi teſtator quiſpiā hn̄s liberos, vxorē ſuā dominā ſuorū bonorū relinquat, nō propterea vr̄ illi relinquere dn̄ium, ſed alimenta tm̄, cū ea præminentia in domo, quā & ante mortē teſtatoris habuerat. De quo ēt per ipsū Bar. Bal. & alios in auth. hoc locū. C. ſi ſec. nup. muli. & eundē Bal. in vlt. col. 2. verſic. quid ſi teſtator. C. de indi. vidui. vbi & illud dicit, ꝙ illa verba, Relinquo vxorē meā dominā, exponuntur iuxta vulgare Italicū, i. donna, quaſi caput regiminis in domo, ſicut erat viuente marito. Et hoc (inquit paulò poſt) colligitur ex cōi vſu loquēdi, quia vxores noſtras dominas appellamus: & in c. vlt. col. 4. ver. cōſuetudo interpretat̄, ext. de conſue. Et Fran. Cur. Senior, conſ. 11. ſtatuto Parmenſi. col. 2. ver. tertiò facit. & conſ. 14. nobilis teſtator, p totū. & cōſ. ſeq. ſæpe cōſului, ēt per totū Io. Corſet. & Aufr. in deci. Tholo. q. 462. itē fuit q̄ſitū quid operētur. Iaſ. in l. cū hi. §. ſi in ſing. ann. poſt mediū, de trāſa. Phil. Dec. cōſ. 278. nō leuis, col. 2. ver. vn̄ poſtremò. & conſi. 454. iuridicas, ī 1. dub. & cōſ. 476. cōcluſionē, ppè p totū. & Maria. Soc. Iun. cōſ. 99. ppoſita q. col. 2. n. 12. li. 1.

8

¶ Vxorū igitur (vt tandē hoc concludā) peculiare genuinūq; offm̄ eſt, domeſtica negotia curare: & quas maritus ſub dio & magnis ſæpe laborib. cōparauit, domiq; locauit diuitias, ſedula ac fideli cura cuſtodire. Alioquin cōtinuò deſperire, qđ multò tpe, & negotio vir ipſe q̄ſiuit, palā oñdit Polygnoti, aut vt Pli. placuit, lib. 35. c. 11.

*Polygnoti pictura.*

Socratis pictura, in qua Ocnus funiculū cōtexit, adſtāte aſella, q̄ qđ contextū fuerit, aſsiduè abrodat. Hūc Ocnū,

*Ocni funiculum torquere.*

vt ſcribit Pauſanias li. 10. quo de Photicis tractat, hoīem dn̄t fuiſſe induſtriū, ac laborioſū, ſed vxorē habuiſſe negligentē rerū domeſticarū, ſūptuoſā, ac pdigā, & q̄ quicquid ſuo labore coegiſſet, prorſus abſumeret. Hincq; ab Ionib. dici ſolitū, ſi quē cōſpexiſſent in re quapiā elaborātē, q̄ nihil afferret emolumenti, Hic hō funiculū Ocni contorquet. Sed & de hmōi Ocno ita ſcribit Propertius lib. 4. Elegiar. in Epiſtola Arethuſę ad Lycotam:

*Dignior obliquum funem qui torqueat Ocno,*
*Aeternumque tuam paſcat aſelle famem.*

Hanc Ocni effigiem Andreas Alciatus in ſuis Emblematis poſuit cum his verſibus:

*Impiger haud ceſſat funem contexere ſparto,*
*Humidaque artifici iungere fila manu.*
*Sed quantum multis vix torquet ſtrenuus horis.*
*Protinus ignaui ventris aſella vorat,*
*Fœmina iners animal facili congeſta marito*
*Lucra rapit, mundum prodigit inque ſuum.*

Plutarchus in lib. περὶ τῆς εὐθυμίας, i. de tranquillitate animi, tradit eam effigiem fuiſſe depictam in æde Platonis.

9 *Ancillæ domeſtica negotia deputanda, ſi vxor deſit.*

¶ Cęterū illud ptermittendū non duximus, Homerū illū ingeniorū fontē, ita. n. eum uocat Pli. li. 17. c. 5. adeò mulierib. domeſtica negotia, rerūq; domeſticarū curā, atq; cuſtodiā deputaſſe, vt ēt prouinciā hanc ancillis demandauerit, ſi vxor deſit. Nam lib. Odyſſeæ 15. circa initia inducit Mineruam ita Telemachum alloquentem:

Ἀλλὰ σύ γ' ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἕκαστα.
Δμωάων, ἥτις τοι ἀρίστη φαίνεται εἶδε,
Εἰσόκε τοι φήνωσι θεοὶ κυδρὴν παράκοιτιν.

Vt ſ. domū cū is pueniſſet, oīa ancillæ, quæ ei optima videret̄, cōmitteret, quoad Dij ei pudicā vxorē dediſſent.

10 *Fœmina optima, de cuius nomine ſermo non habetur.*

¶ Ideò cū fœminę domi tm̄ & reb. domeſticis pſint, non improbanda vr̄ Thucydidis ſn̄ia, qui optimā eſſe fęminā cēſet, de cuius laude, aut vituperatione q̄ minimus apud exteros foriſq; ſermo hēatur: exiſtimās probę mulieris nomen, itidē atq; corpus, domeſticis parietib. contineri oportere. Quanquā huic ſn̄iæ refragat̄ Plutarchus in ipſo ſtatim ingreſſu illius libri, quē ſcripſit de Claris mulierib. dicēs ſibi probabilius dixiſſe videri Leontinū Gorgiā, qui putat mulieris non formā ſolū, ſed & egregiū nomē, atq; famā dēre apud q̄ plurimos eſſe vulgatā.

*Mulieres tantum à vicinis cognoſcendæ*

Sed Thucydidis ſn̄iæ accedit, quod Dn̄s noſter, Exodi c. 3. & iterum c. 11. monet viros Hebræos: ut ab amicis, mulieres aūt, à vicinis & hoſpitib. ijſdemq; mulierib. poſtulent vaſa aurea, & argentea: quaſi videlicet mulieres à vicinis & hoſpitibus, ijſdēq; mulierib. duntaxat ſint cognoſcendæ, nulliq; illis amici, præter vicinos, ſint cōparandi: nec earum fama longius, quàm ad eos deferri debeat. Quod & inibi ſub obſcurè annotauit Nic. Lyr. & palàm affirmauit Greg. Nazianzenus in Documētis virginib. conſcriptis, & rurſum in Monitorio, inquiens:

Αἰνῶ θηλυτεράων τὰς ἄρσενες οὐδὲ ἴσασι.

*Laudo ex fœminis, quas mares minimè norunt.*

11 *Arigeus.*

¶ Ideoq; Arigeus Lacedęmonius quibuſdā laudātib. non ſuas, ſed quaſdā ex vxorib. alienis: Per deos, inquit, de vxorib. aliorū nihil temerè dicendū eſt, ipſas. n. prorſus ignorari decet, quales ſint, præterq̄ ab ijs, quibuſcū viuunt: ut tradit Plutarchus in Apophtegmatis Laconicis.

*Euboidas.*

Sed & Euboidas, vir quidā Lacedęmonius quoſdā audiēs vxorē alienā laudātes, nō approbabat, ꝙ diceret, nullū oīno verbū de muliebri ingenio ab externis eſſe faciēdū: vt teſtis eſt idē Plutarchus: tanq̄. ſ. fœminā ab aliis agnoſci, q̄ à maritis, & parentib. gradū aliquē faceret ad impudicitiā: aut parū pudica videret̄, de qua viri vel cū laude loquerent̄: ſed ea demū ſūma matronalis pudicitię laus hēret̄, ſi mulier adeò domi cōcluſa viueret, vt nullus eſſet, q̄ de ea vel bn̄ loq̄ poſſet. Nā & q̄ laudat alienā vxorē, vr̄ hr̄e cognitā, cuius ipſe laudes prædicat: qđ quidē detrahit pudori fęmineo.

*Parthi fœminis conſpectū interdicunt. Itali quoque.*

Parthi, ut ſcribit Iuſtin. li. 14. fęminis nō cōuiuia tm̄, verū ēt cōſpectū virorū interdn̄t. Qđ & nr̄a tēpeſtate Itali maxima ex pte obſeruāt.

*Auguſtus filias et neptes cœtu extraneorum prohibuit.*

Aug. Cęſar filiā, & neptes extraneorū cętu adeò phibuit, vt Lucio Tucinio claro iuueni ſcripſerit, parū modeſtè feciſſe, eū, ꝙ filiā ſuā Baias ſalutatū veniſſet. Autor Trāq̄l.

12 *Fœminæ domi ſe cōtinere debent.*

¶ Sed vtcunq; ſit de fama & nomine (nec. n. hoc loco meam interpono ſn̄iam) de corpore tn̄ inter oēs conuenit: vt domi contineri, non etiam foris euagari debeat. Vnde diuinus ille poeta, Ode 127. Vxor, inquit, tua in laterib. domus tuæ. Et D. Pau. 1. ad Timoth. 5. non facit ius mulierib. præſertim viduis, circumeundi domos. Et Nazianzenus in illis ipſis documentis virginum:

Μηδὲ δόμοις ξείνοισι παρίζεο, μηδὲ τραπέζαις.

*Neque domibus externis aſſideas, neque menſis,*

Et alibi eò carmine, quod Elegis verſib. contra mulieres ornatas Græcè compoſuit, in eam quoque ſententiam:

Ὁ τρόπος ἐστὶ γυναιξὶ, τὸ τίμιον, οἴκαδε μίμνειν
Πλείονα, καὶ θείοις προσλαλέειν λογίοις,
Ἱστῷ τ' ἠλακάτῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν,
Δμωαῖς, ἔργα νέμειν δμῶας ἀλευέμεναι.
Χείλεσι δεσμὰ φέρειν, καὶ ὄμμασιν, ἠδὲ παρειαῖς,
Μηδὲ πόδα προθύρων πολλάκις ἐκτὸς ἔχειν.

Id eſt ad uerbum:

*Mos eſt mulieribus (res pretioſa) domi manere*
*Plurimùm, & diuinis alloqui ſermonibus.*
*Telaque fuſoque (hoc enim munus eſt mulierum)*
*Ancillis opera diſtribuere, ſeruos vitare,*
*Labijs vincula ferre, & oculis atque genis:*
*Neque pedem extra veſtibula ſæpe habere.*

Et rurſus in ſuo illo Monitorio mulierem alloquens:

Μὴ πολὺν ἐκ προθύρων πέμπειν πόδα, μηδ᾽ ἐπὶ τέρψιν,
Πάνδημον, καὶ ἄκοσμον ὁμήγυριν· ἡ γὰρ ἔρευθος
Αἰροῖ καὶ δαινησι, τὰ δ᾽ ὄμματα ὄμμασι μίσγει,
Αἰδὼς δ᾽ οἰχομένη, πάντων γενέτειρα κακίστων. Ideſt.

*Non multum extra veſtibula mitte pedem, neq; ad delectationem.*
*Popularem, & immodeſtam turbam: hæc enim pudorē*
*Aufert & prudentibus, oculos verò oculis miſcet:*
*Pudor enim abiens, omnium genitor malorum eſt.*

Et poſt pauca:

Οἶκός σοι πόλις ἐστὶ, καὶ ἄλσεα, μὴ δ᾽ ὁράασθαι
Ἄλλοις ἢ πηοῖσι σαώφροσιν, ἢ δ᾽ ἱερῆι.

*Domus tibi vrbs eſt, & nemora, non videaris*
*Ab alijs, quàm affinibus temperantib. atq; ſacerdote.*

¶ Alius Poeta, ſed ethnicus, Menander apud Stobęū in Præceptis nuptialibus:

Τὰς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις γυναὶ
Διὰ τὴν αὐλὰν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμισ᾽ οἰκίας.
Τὸ δ᾽ ἐπιδιώκειν, εἴς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν
Ἔτι λοιδορουμένην, κυνὸς ἐστ᾽ ἔργον, Ῥόδη

Id eſt, ex traductione Conradi Geſneri:

*Excedis, ò mulier, limites vxoris*
*Per atrium. Nam veſtibuli fores, vltra*
*Domum eſſe ab ingenua matrona exiſtimantur.*
*Vlterius autem perſequi, & in viam currere,*
*Canis eſt opus, idque conuitiis affecti, ò Rhode.*

Sed & idem in eodem loco:

Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ᾽ εἶσε χρεὼν
Ἐσθλήν, θύραζε δ᾽ ἄξιον τοῦ μηδενός.

*Intus manere mulierem oportet*
*Bonam: egredientes autem foras, nullius prætii ſunt.*

Ante hos Homerus in Hymno Veneris, tradit Palladem docuiſſe pulchra opera in domibus.

Ἣ δέ τε παρθενικὰς ἁπαλόχροας ἐν μεγάροισιν
Ἀγλαὰ ἔργ᾽ ἐδίδαξεν.--

Et Achilles Euripideus in Iphigenia in Aulide, de fęmina loquens:

*Maneat* (inquit) *domi: pudicam enim decet pudor.*

Ita enim ſcribit:

Μενέτω κατ᾽ οἴκους, σεμνὰ γὰρ σεμνύνεται.

Et Macaria apud eūdē ī Heraclidis, poſt eaq̄ illud dixit:

Γυναικὶ γὰρ σιγή τε, καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον.-- (quod nos alibi ad aliud citauimus) continuò illud ſubiungit:
--Εἴσω δ᾽ ἥσυχον μένειν δόμων.

*Mulieri enim ſilentium eſt modeſtia*
*Pulcherrimum: intus verò tacitam manere domi.*

Et eſt Senarius Græcus in eam ſententiam:

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐστὶ σώζειν οἰκίαν.

14 *Aedes ſuas ſeruaße, vxoris eſt bonæ.*

*Fœminæ in facie pilos non deſiderant.*

*Mulieris eſt domi philoſophari.*

¶ Galenus lib. 11. de Vſu partium, ſcribit fęmininum genus non poſtulaſſe pilos in facie ſibi aduerſus frigora auxiliaturos, ꝙ ſub tecto maximam vitę partem exigere debeat. Et Chryſoſtomus in Epiſtolam Pauli ad Timotheum, Homilia 10. monet matres, vt curent ſolicitè, vt filiæ domi ſint iugiter. Et in 60. in Ioannem Homilia ſcribit mulieris eſſe, domi philoſophari, aut vt alij vertunt, domi tanquam in quodam philoſophiæ gymnaſio ſedere. Et lib. de Sacerdotio 3. Virginem (inquit) oportet vndecunque tanquam muro circunſeptam eſſe, ac toto anno perrarò domo egredi: idque demùm cùm inexcuſabiles ac neceſſariæ cauſæ vrgebunt. Et paulò ante: Virginem non conuenit, neq; frequentes, neque ſuperuacuas inambulationes agere. Ac rurſus: Neque ei licet frequenter in forum deſcendere: neq; ſi quando eo deſcenderit, occurrentium oculis conſpicua eſſe cogitur. Diuus quoque Ambroſius in Lucam lib. 2. Diſcite (ait) virgines non circuncurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Quam ſententiam citat è noſtris Matthæus Affli. in Cōſtitutione Sicilię incip. mulieres. Idem Ambroſius lib. 2. de Virginibus, loquens de Virgine Maria: Prodire (inquit) domo neſcia, niſi cùm ad eccleſiam conueniret: & hoc ipſum cum parentibus aut propinquis. Sed & idem lib. epiſt. 8. epiſtol. 64. expendit ex ſacris literis, Mariam ipſam fuiſſe domi repertam, cùm ad eam Gabriel venit. Et hoc quoque idem annotat in alio loco, quem poſtea citabimus cùm de Gynæceo loquemur. Quin & ipſe quoque in lib. de Arca Noe, c. 13. ſcribit, diem ad virum referri, noctem ad mulierem. Quoniā ille (inquit) actu publico ſit clarior, iſta obſcurior, tanquam domeſticis clauſa parietibus. Diuus item Hieronymus ad Euſtochiam, de Cuſtodia virginitatis, eam monet, ne domum exeat, in idque torquet illud Canticorum, Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus.

*Dies ad virū, nox ad fœminam refertur.*

¶ Ad quod etiam referendum eſt, quod ſacræ literæ perhibent Eſau à Patre, Iacob uerò à matre dilectum: per hanc dilectionis amborum, ac fratrum differentiā, vnius videlicet à patre, alterius à matre, actiuā ac contēplatiuā vitā inſinuari. Nā etſi vir muliere p̄ſtantior eſt, vt latè ſup. diximus, & cōprobauimus, actiua tn̄ vita ꝑ viri, contēplatiua verò per mulieris proprietatē quodā modo intelligitur. Eſt quippe viri offm̄ extera quædā negotiatio, ſimilis practico & actiuo intellectui, qualis fuit ipſius Eſau, qui, vt eadē ſcriptura recenſet, venator erat, & agricola, i. vt interpretatur gloſſa, quā interlinearē vocāt exercēs exteras actiones. Mulieris aūt propriū eſt ad inſtar memoriæ, vt intus immota ſedeat, ſicut Iacob, qui fuit vir ſimplex, habitans in tabernaculis, & ob id Iſrael, ideſt videns Deū dictus: qualis certè contēplatiui hominis mens, atq; intellectus eſt, vt ēt annotauit Euſebius li. Præparationis Euangelicæ 11. c. 4. Dilectio igitur Eſau à patre, vitā actiuā: dilectio verò Iacob à matre, contemplatiuā refert, qđ & ſcitiſsimè quidē, & elegantiſsimè, vt cętera oīa ſcribit Carolus Bouillus in q̄onib. Theologicis, li. 6. Sed & Diuus Thomas Aquinas in opuſculo de Sacr̄o altaris, c. 7. poſteaquam traxit ad figurā ſacr̄i altaris, illud quod ſcribitur Geneſis 27. c. de benedictione Iacob, in qua decepti ſunt ſenſus Iſaac, putantis ſentire Eſau, dū ſentit ſimilitudinē eius, qui velatus erat Iacob, hæc ferme ſubdit: Sciendū ꝙ in illa figura Dn̄ici corporis quatuor erant ꝑſonę, Iſaac, & Rebecca, & Iacob, & Eſau: quaſi maſculus, & fœmina ſignificent duas naturas in nobis, ſ. corpus, & animā: maſculus qui magis ſolet eſſe manifeſtus, & exteriorib. plus intendit, ſignificat hominem exteriorem, i. corpus cum ſuis ſenſibus: fœmina quæ domi reſidet, & familiam regit, hominem interiorem, id eſt, animam, quæ ſalutis ſuæ, & aliorum gerit curam, & cætera quæ ſequuntur. 15

*Eſau curà patre, Iacob à matre dilectus.*

*Vir actiuā vitam, mulier contēplatiuā repræſentat.*

¶ Et ut iſtud rursū autoritate externorū, ethnicorūq; hominū cōprobemus. Non aliud exprimere voluit Phidias illuſtris ille pictor, qui Elienſib. Venerē, teſtudinē calcantē pinxit: eo ſymbolo, veluti tacita ambage, indicans mulierū eſſe munus, οἰκουρίαν, καὶ σιωπὴν, i. ædium cuſtodiam, & ſilentiū. Autor Plutarchus in Præceptis connubialib. c. 33. & in lib. de Iſide & Oſiride, & meminit Stobæus, Ser. 72. & Pauſanias lib. 6. Et id quoq; attigiſſe videtur Tibullus lib. 3. Elegia item 3. illo verſu: 16

*Venus teſtudinem calcans.*

*Et faueas concha Cypria vecta tua.*

Id quod tamen prętermiſit interpres. Et Papinius li. Syluarum 1. in Epithalamio Stellę & Violentillæ:

*Tibulli locus animaduerſus.*

*Hæc & cæruleis mecum conſurgere digna*
*Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha.*

Quo in loco Domitius id aliò transfert. Et iterum li. 3. eiuſdem operis in Coma Earini:

*Statij locus animaduerſus.*

*Ite, dabit curſus mitis Cytherea ſecundos,*
*Placabitque Notos fors & de pube timenda*
*Transferet, inque ſua ducet ſuper æquora concha.*

Et hinc Martialis lib. 2. in Gallū vocat conchas Cytheriacas, ideſt, Venereas:

*Martialis locus animaduerſus.*

*Læuior à conchis Galle Cytheriacis.*

Vbi & hoc ſilenter præterierunt Interpretes, aliàs oculatiſsimi. Sed & Propertius concham Erycinam appellat.

*Et venit è rubro concha Erycina mari.*

Et



*Plauti locus animaduerſus.*

Et ante hos omnes Plautus in Rudente, de ipſa Venere loquutus:

*Te ex concha natam eſſe autumant.*

Vbi & quatuor Interpretes huius rei non meminerunt. Et aliquid à Plinio, veluti tranſeunter, lib. 9. c. 25. traditur, qui tamen locus mendoſus eſt. De ea autem Phidiæ pictura Alciatus noſter in Emblematis hoc quoque repoſuit:

*Alma Venus, quænam hæc facies? quid denotat illa*
*Teſtudo, molli quam pede Diua premis?*
*Me ſic effinxit Phidias, ſexumque referri*
*Fœmineum noſtra iuſſit ab effigie.*
*Quodque manere domi, & tacitas decet eße puellas,*
*Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.*

Quanquam ſcio, Placiadem aliam eius rei rationem afferre lib. Mythologiarum 2. ex autoritate Iubæ in Phyſiolo. nempe quòd teſtudo toto corpore ſimul aperto in coitu miſceatur.

¶ Sed & Plutarchus (vt ad eum reuertamur) paulò
17 antè ſcripſerat, Ægyptijs mulierib. non vti calciamentis, patrium morem fuiſſe, vt ſe domi continerent. Subditq; mox. Ac pleræque fœminæ, ſi auratos calceos, & armillas, & fœmoralia adimas, purpuramq;, & margaritas, domi manerent. Macrobius lib. Sat. 7. c. 1. tradit, Parthos ſolere cum concubinis, non cum coniugibus inire conuiuia, tanquam has & in vulgus prodire & laſciuire quoq;, illas non niſi domi abditas tueri deceat tectum pudorē. Cui concinit & Iuſtinus, quo loco ſuprà citauimus, nume. 11. ne id repetamus. Sed vt iterum Plutarchum reſumamus, is ſanè Problematῶn Rom. cap. 100. teſtis eſt, Romanos maribus nono die, fœminis octauo nomina imponere conſueuiſſe. Cuius rei cùm multas cauſas ſubijciat, hanc quoq; inter alias eſſe dicit, ꝙ in numeris nouenarius primus eſt tetragonus ab impari & ꝑfecto ternario. Octonarius autem primus cubus à binario numero, quem parem eſſe conſtat. Oportet autem quadrangulum eſſe & imparem & perfectum: Vxorē autem, ſicut cubum ſtabilem, & domum ſeruantem, & immobilem. Hæc ibi. Seneca in laudem ſuæ materteræ, ſcribit eā per 16. annos, quibus maritus ipſius Ægyptum obtinuit, nunquam in publico fuiſſe conſpectam, neminem prouincialium in domum ſuam admiſiſſe. Itaque loquax (inquit) & ingenioſa in contumelias Præfectorum prouincia, in qua etiam vitauerunt quidam culpam, non effugerūt infamiam, veluti vnicum ſanctitatis exemplum ſuſpexit.

*Ægyptiæ mulieres calceamētis non vtū tur.*

*Parthi cū cōcubinis, non cū uxoribus conuiuia ineunt.*

*Maribus 9 die fœminis oct. noīa imponebantur.*

18 ¶ Theognidis quoque ſententia eſt in eam rem:

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον. Id eſt:

*Odi verò mulierem circuncurſantem, & virum ignauum.*

Et Epicharmi apud Stobæum, Sermone 67.

Εἰ δὲ καὶ φιλέξοδόν τε καὶ λάλον, καὶ δαψιλῆ,
Ο'η γυναῖχ᾽ ἕξεις, διὰ δ᾽ ἀτυχίαν κοσμουμέναν.

Quibus ſignificatur, quòd ſi vxorem duxeris frequenter domo exeuntem, loquacem, & ſumptuoſam: non vxorē te habiturum, ſed inſtructum per vitam infortunium. Et Sceledrus Plautinus in Milite:

*—Te alloquor (ait) viti probrique plena.*
*Quæ circum vicinos vages—*

*Virum in fœminam mutari in sōnis quid ſignificet.*

*Minerua in ſomnis uiſa.*

Artemidorus autem Daldianus lib. de Interpretatione ſomniorum 1. c. 52. Si quis, inquit, ſe in mulierem tranſmutari ſomniet, diuiti malum eſt, & maximè Rempub. adminiſtranti. Nam vt plurimum mulieres ſunt domus cuſtodes, & intra tectum ſeruantes, ideoq; id ſomnium, omni magiſtratu eum exuit, qui id videt. Et lib. 2. c. 35. Minerua, ait, in ſomnis viſa bona eſt vxorem ducere uolentibus: pudicam enim, & domus cuſtodientem, vxorē futuram eſſe pręſagit. Pauſanias lib. 5. tradit Olympiæ olim latam legem fuiſſe, ne mulieres ad Olympica certamina, ſpectandi gratia accederent. Hanc autem pęnam, pręuaricantibus eam, conſtitutā fuiſſe, vt è Typeo monte prærupto pręcipitarentur. Et huc alludens Papinius lib. 1. Thebaidos ita cecinit:

*—Excluſæque expectant præmia matres.*

Quo in loco Lactantius Firmianus, ſiue alius (quod magis credo) interpres quidem doctiſsimus, hoc quoq; ipſum annotauit. Sed & eius meminerunt Menander Rhetor, & Valerius Maximus lib. 8. c. 16. eodemq; vlt. in fi. & nos alibi mentionem quoq; huius rei fecimus, videlicet leg. 4. connub. nu. 37. incip. ſed quod de certaminibus.

¶ Et ſanè illud certum eſt, Romanas quondam mulieres velut patrio inſtituto ſeſe domi continere ſolitas. 19 Quod vel hinc facilè coniectari eſt, ꝙ C. Sulpitius Gallus vxorem dimiſerit, quoniam eam capite aperto foris verſatam cognouerat. Et Q. Antiſtius idcirco repudiaſſe vxorem dicitur, ꝙ illam in publico, cum quadā libertina vulgari loquentem viderat. Publius quoque Sēpronius Sophus, coniugem repudij nota affecit, quoniam ſe ignorante ludos ſpectaſſet. Quorum teſtis eſt Valerius lib. 6. Rerum memorabilium, ca. 3. Et præterea Sulpitij ac Sempronij, Plutarchus in Problematis, ca. 13. Sed & hoc apertè oſtendit Cornelius Tacitus & Hiſtoricus, & Orator clariſsimus, in eo lib. quem de Claris Oratorib. ſcriptum reliquit, cum de priſcis Romanis loquens, Iā pridem, ait, ſuus cuique filius ex caſta parente natus, non in cella emptæ nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis. Hæc Tacitus.

*Mulieres Ro. domi ſe continere ſolita.*

¶ Ex quibus & illud factum videri poteſt, quod apud Tullium lib. 3. de Oratore, L. Craſſus Orator ita dicit: 20 equidem cùm audio ſocrum meam Lęliam (faciliùs. n. mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, ꝙ multorum ſermonis expertes ea tenent ſemper, quæ prima didicerunt) ſed eam ſic audio, vt Plautum mihi, Nęuiū videar audire. A quo non admodum diſtat, quod ſcribit Plinius Iunior lib. Epiſt. 1. ad Euritium, de epiſtolis vxoris Pompeij Saturnini, Legit (inquit) mihi nuper epiſtolas, quas vxoris eſſe dicebat, Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi. Hanc autem mulierum Romanarum conſuetudinem Conſtantinum Auguſtū unà cum colonia ex vrbe Roma Conſtantinopolim tranſtuliſſe putat Philelphus in ea epiſtola, quam eleganter ſcripſit ad Laurentium Medicem de differentia ſermonis Latini, & literalis: Quoniam nobiles illæ Conſtantinopolitanæ mulieres, vt ille ipſe refert, pro vetere quodam more ſemper ſe domi continerent, neque interdiu vnquam egrederentur.

*Mulieres in corruptam ſermonis antiquitatē retinent.*

¶ Quanquam dici poteſt, Conſtantinopolitanos non 21 à Romanis hunc morem mutuaſſe: ſed à ſuis maiorib. illis videlicet veteribus Græcis (ſita enim eſt in Græcia Conſtantinopolis, olim Byzantium dicta) veluti iure hęreditario per manus accepiſſe. Apud illos enim negat Cicero in tertia in Verrem actione, moris fuiſſe, ut in conuiuio virorum mulieres accumberent. Et, vt tradit Æmilius Probus in prooemio ſui operis, apud eoſdem fœmina neque in conuiuium adhibebatur, niſi propinquorū: neque ſedebat, niſi in inferiore parte ædium, quę γυναικωνῖτις appellabatur: quò nemo accedebat, niſi propinqua cognatione coniunctus. Eſt igitur Gynæconitis (vt obiter illud dixerim) atque etiam Gynæcium, ſiue Gynæceum, locus ædium ſecretior, in quo ſolæ mulieres hābitabant: dictus & ab ipſis mulieribus, quas Græci γυναῖκας appellant. Vnde Panthędas Spartanus, cùm in Aſiā obiret legationem, oſtentantibus quibuſdam murū valde munitum, latum ac ſublimem, fertur dixiſſe, Νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ ξένοι, καλὴ ἡ γυναικωνῖτις. Id eſt, Per deos, ò hoſpites, pulchra Gynæconitis, i. domus mulierum. Autor Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Qui & ipſe idem propè dixiſſe Agidem Archidami filium refert, itē Ageſilaum illum Magnum Lacedęmoniorum regem. De Gynęceo autem Plautus in Moſtellaria:

*Græcorum mulieres in conuiujs uirorū non accūbunt.*

*Gynæciū.*

*Pāthædæ dictum de muro munitiſsimo.*

*Dare vult vxorem filio, quantum poteſt:*
*Ad eam rem facere vult nouum Gynæceum.*

Sed & Terentius in Phormione:

*Vbi in Gynæceum ire occipio, &c.*

22 *Iterum de Gynæceis.* ¶De huiuſmodi autem Gynęceis, atque Gynæciarijs fit mentio in l. vnuſquiſq;. in princ. C. ad leg. Iul. repe. & in Rubri. & iterum in l. 2. 3. 5. & l. ſi quis ex corpore. C. de mulie. & Gynæc. lib. 11. & l. 1. tit. ſeq. de veſti. holo. & in l. vlt. C. de mili. veſt. lib. 12. In quib. locis Gynæciũ etiam capitur pro loco ſecretiore, in quo opera textoria & iſta muliebria conficiuntur: & *Gynæciarij.* Gynæciarij pro ijs, qui ea muliebria opera conficiunt. Sed & Gynæconitidis mentionem fecit Procopius in bello Vandalico, li. 3. vbi ſatis declarat locum eſſe ſecretiorem. Vitruuius autem lib. Architecturæ 6. c. 10. deſcribit Gynęconitidem, atq; *Andronitis.* etiam Andronitidem, quæ eſt ea domus pars, in qua viri ſine interpellationibus mulierum verſantur. Vnde & ea faceta reſponſio Diogenis Cynici apud Laertium, qui cùm ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus, vnde & quò veniret, ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος (inquit) εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. Id eſt, ex domo, ſiue habitatione virorum, in domum mulierum. Aut vt per μετωνυμίαν. Ambroſius vertit, à viris ad fœminas.

23 *Ambroſii locus emẽdatus.* ¶Hic autem obiter corrige mendum, quod obrepſit in Diuum Ambroſium, in loco huic rei de qua tractamus, accommodatiſsimo. Is eſt in Adhortatione ad virgines: Nullus, ait, ſit tunc ſine matre progreſſus, quæ ſit anxia cuſtos pudoris. Ipſa quoque ad eccleſiam progreſsio rarior ſit adoleſcentulis. Conſidera, quanta fuerit Maria, & tamen nuſquam alibi, niſi in cubiculo reperitur, cùm quæritur. illa te doceat, quid ſequaris. Angelum vidit, & pauebat in corde, peregrinabatur in aſpectu: vnde dicit ad eam Angelus, Ne timeas Maria. Decet ſolitudo verecundiam, & gymnaſium pudoris ſecretum eſt. Expunge verbum illud, gymnaſium, & repone, Gynæcium: neque enim aliter ſententia conſtat. Sed imperitus quiſpiam non intelligens quid eſſet Gynæciũ, corrupit textum Ambroſij. Illud autem ſciendum eſt, Latinos id vocare *Conclaue.* Conclaue, quod Gręcis Gynæcium dicitur. Terentius in Eunucho:

*Virgo in conclaui ſedet.*

Nam & antè illud dixerat:

*In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola.*

Vt hinc facilè intelligas, ipſum Gynæcium, quod in interiore parte domus erat, conclaue quoque dici. Sed & idem in Heautontimorumeno:

*Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam in interioribus tectis.*

*Donati locus.* Quibus in locis Donatus, & Calphurnius interpretes, ille in priore loco, ille in poſteriore, Eſt, inquiunt, conclaue locus in interiorib. tectis ſeparatior, aut vt alij legunt, ſuperior, quod magis placet.

24 *Gynæcia in loco domus editiſſimo apud Græcos.* ¶Id quod conuenit multis Homeris lòcis, quib. oſtẽditur Gynæcia fuiſſe in loco domus editiſsimo, & acceſſu difficillimo. Nam lib. Odyſſeæ primo de Penelope;

Ἐς δ᾽ ὑπερῷ᾽ ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶν
Κλαῖεν.--

Id eſt, ad verbum,

*In tabulatum* (aut ſi mauis, in ſuperiorem partem domus) *aſcendens cum ancillis fœminis*
*Flebat.*——

Quod & ad verbum propè bis repetitur lib. 4. eiuſdem operis, vbi & ipſe Poeta & Penelope quoque loquitur. Sed & rurſum paulò poſt:

Ἡ δ᾽ ὑπερωΐῳ αὖθι περίφρων Πηνελόπεια
Κεῖτ᾽ ἄρ᾽ ἄσιτος.--

*Hæc autem in loco edito illic prudens Penelope*
*Iacebat abſtinens.*

Et lib. 15.

- Ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ὑπερωΐῳ ἱστὸν ὑφαίνει.
*Sed ab his in loco edito telam texit.*

Et lib. 16.

Ἡ μὲν ἄρ᾽ εἰσαναβᾶσ᾽ ὑπερώϊα σιγαλόεντα
Κλαῖεν.

*Hæc autem aſcendens in ſuperiora ſplendida*
*Flebat.*--

Et lib. ſeq. & iterum lib. 19.

Ἤτοι ἐγὼν ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα
Λέξομαι εἰς εὐνήν.-- Ideſt,

*Certè ego in ſuperiora aſcendens*
*Dormiam in lectum.*

Verba ſunt eiuſdem Penelope. Et libro quoque 18. eandem fecit deſcendentem ex ſuperioribus, poſteaque in eadem aſcendentem. Nam primùm:

Ὣς φαμένη κατέβαιν᾽ ὑπερώϊα σιγαλόεντα.

Et paulò poſt:

Ἡ μὲν ἔπειτ᾽ ἀνέβαιν᾽ ὑπερώϊα δῖα γυναικῶν.

Et lib. 19.

Ὣς εἰποῦσ᾽, ἀνέβαιν᾽ ὑπερώϊα σιγαλόεντα,
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι.
Ἐς δ᾽ ὑπερῷ᾽ ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶν.

Id eſt, ad verbum:

*Sic dicens, aſcendit ſuperiora ſplendida*
*Non ſola: cum ea, & famulæ ibant aliæ,*
*In autem ſuperiora aſcendens cum ancillis mulieribus.*

Quem poſtremum verſum repetit lib. quoque 23. Et libro Iliados 2. in Catalogo:

Παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα.

*Virgo verecunda ſuperiora aſcendens.*

Et lib. 22. de Andromache loquens:

Ἀλλ᾽ ἥγ᾽ ἱστὸν ὕφαινε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο.

*Sed telam texebat in conclaui domus altæ.*

*Et apud Hebræos.* Idq; obſeruatum fuiſſe video apud Hebræos, ex cap. 3. Thobiæ, de Sara filia Raguelis: Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ. Et Iudith 8. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur.

26 *De eadem re Dioſcuri.* ¶Sed vt ad rem redeamus, quod dictum eſt de Lacedæmonijs, ex eo quoq; probatur, qđ à Pauſania li. 3. quo Laconica deſcribit, traditũ eſt, Dioſcuros, quos Caſtores Latini vocàt, ad Phormionẽ quendã Lacedæmoniũ hoſpitum effigie acceſsiſſe, qui ſe ex Cyrenaica regione venire dicerent: eumq; oraſſe, vt in conclaui quodã, ędiũ parte remota & abdita ſibi locum quo diuerterent, dare vellet: Nam eã domus partẽ ſibi gratã fuiſſe, ẽt dũ inter hoĩes degerent, affirmabant. Quib. Phormio ſe quidem libenter reliquam domum illis conceſſurum eſſe reſpondit: conclaue aũt illud nequaquã illis exhibere poſſe, in quo filia virgo, quã unicã ſummo aſſeruabat ſtudio, habitaret. Sub hæc diſceſsiſſe Dioſcuros: verùm poſtridie eius diei virginẽ illam, & oẽm ipſius cultum, atq; vniuerſum famulitium euanuiſſe: in medio aũt conclaui Dioſcurorum imagines repertas fuiſſe. Quibus ẽt concinit quod ſcribit Antigonus autor Gręcus apud Euripidem, *Parthenõ.* Virgines in ędium ſeceſſu verſari ſolitas in Parthenone, qui locus ab earum ſtatione ſic dictus eſt: nec inde matris aut cuſtodis iniuſſu pedem uirgini efferre licebat. In quem ſenſum Ianus Parrhaſius interpres doctiſsimus, refert illud Claudiani de Proſerpina loquentis:

*Florebat tranquilla domus, nec limina virgo*
*Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus,*
*Præceptis obſtricta tuis, telæ labor illi.*

26 *Bona Dea nunquam extra Gyna. egreſſa.* ¶Et huc quoque pertinet, quod apud Græcos Bona Dea θεὸς γυναικεία dicebatur, quam Varro Faunij Aboriginum regis filiam tradidit, adeò pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν nunquam ſit egreſſa: nemoq; illã, dum vixit, præter virum ſuum, mas viderit, nec nomen eius audierit. nec marem ipſa vnquam eam viderit, præter ipſum *Maritis non licet templum Bonæ Deæ intrare.* maritũ ob idq; illi in operto ſacrificabãt, ut ẽt refert Lactãtius, li. 1. c. 22. & nonnihil meminit Macrobius in Satur. li. 1. c. 12. vbi & hinc ꝓdijſſe dicit, ꝙ nõ liceat viris, eius templũ intrare. Ex quo & illud Tibulli lib. 1. Eleg. 6.

*Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.*

Et



Et Ouidij lib. 5. Faſtorum:

*Templa patres illi oculos exoſa viriles,*
*Leuiter accliui conſtituere loco:*

Et lib. 3. de Arte amandi:

*Cùm fugat à templis oculos Bona Diua virorum.*

Item illud Propertij lib. 4. de Hercule:

*Fœmineæ loca clauſa Deæ fonteſque perennes*
*Impunè, & nullis ſacra retecta viris.*

Vnde & Seneca 16. Epiſtolarum libro ad Luciliũ, ſcribit, viros omnes à conſpectu religionis Bonæ Deæ ſic arceri, vt picturæ quoque maſculorum animalium contegantur. Ex quo & illud Iuuenalis Saty. 6.

*——Vbi velari pictura iubetur,*
*Quæcunque alterius ſexus imitata figuram eſt.*

De qua re etiam & Tullius in Oratione de Auruſpicum reſponſis.

27 *De eadem re. Epitaphiũ antiquum memorabile.* ¶His autem, quæ de Romanis diximus, adſtipulatur elegantiſsimum cuiuſdam Claudiæ Epitaphium, Rom. inter cætera vetera monumenta repertum, in regione Tranſtiberina, in capite pontis Diui Barptolomæi, in quo quidem inter alia pleraque, quę ad laudem ipſius Claudiæ dicuntur, illud adiectum eſt, quòd domum ſeruauerit, veluti cætera parui momenti & ponderis eſſent, niſi & hoc fuiſſet. Epitaphium ipſum antiquitatis ergo hic adſcripſimus:

*Hoſpes, quod deico paululum eſt, adſta, & pellege.*
*Heic eſt ſepulchrum haud pulchrum pulchrai fœminai*
*Nomen, parentes nominarunt Claudiam.*
*Suum maritum corde dilexit ſuo.*
*Gnatos duos creauit: horum alterum*
*In terra linquit, alium ſub terra locat.*
*Sermone lepido, tum autem inceſſu commodo.*
*Domum ſeruauit, lanam fecit, dixi, abei.*

28 ¶Sed & huc vergit illud Propertij lib. 2. Elegiarum, Elegia 6.

*Fælix Admeti coniunx, & lectus Vlyſſis.*
*Et quæcunque viri fœmina limen amat.*

*Limen pro domo.* Inibi enim limen pro domo accipitur, ut alibi apud eundem, ad Gallum:

*Ah mea contemptus quoties ad limina curres?*

Et in eo loco, quem ex Claudiano nuper adduximus. Et alibi ſæpe apud bonos autores. Liuius ſecundi belli Punici lib. 2. Matronas è publico arceant, contineriq́ue intra ſuum limen quamque cogant. Et ſtatim in princip. lib. 4. Belli Macedonici: Matronæ nulla nec autoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant. Ouid. lib. 4. Faſtorum:

*Limen vt intrauit, luctus videt omnia plena.*

*Iuriſconſulti locus ab interprete perperam acceptus.* Et Plin. Iunior ad Quadratum lib. 9. Epiſtolarum: Rogo vt veniat, quia me recens adhuc luctus limine continet. Et Vlp. noſter in l. illicitas. §. illicita. ff. de offi. præſi. ibi, limine vnico. vbi tamen Accurſius non intelligens, quid illic limẽ eſſet, legit lumine pro lucerna vel oculo.

29 *De eadẽ re. Villicæ officia.* ¶Cæterùm, vt à ſemita in viam redeamus, Cato ille Cenſorius omnium bonarum artium magiſter, in eo libro, quem de Re ruſtica & doctiſsimè & elegantiſsimè ſi ad illud ſeculum reſpiciamus, conſcripſit, inter cætera multa villicæ officia, quæ tanquam leges quaſdam ei præſcripſit, capite eius operis 143. Vicinis (ait) alijſq́ue mulieribus quàm minimũ vtatur, neve ad eas domum eat, neve ad ſeſe recipiat ad cœnam, ne quò eat, neque ambulatrix ſiet. Tantùm abeſt, vt illi ius faciat viros alienos conueniendi, vt etiam conſuetudinem aliarum fœminarum eis interdicat. Quod & ante illum Euripides fecerat in Andromache, de omnibus tamen mulieribus nedum de villicis loquens:

Ἀλλ᾽ οὔποτ᾽ (οὐ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ)
Χρὴ τοὺς γ᾽ ἔχοντας οἷς ἐστιν γυνή
Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν
Γυναῖκας: αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.

*Sed nunquam, nunquam (neque enim ſemel dicam)*
*Oportet prudentes, quibus eſt vxor,*
*Ad vxorem in domibus accedere ſinere*
*Mulieres: ipſæ enim præceptores ſunt malorum.*

¶Neque in eam rem deeſt nobis legum teſtimoniũ, videlicet l. 1. C. de offi. diuer. iud. in illis verbis, quæ intra domum conſiderato ſexu ſemet contineat. & in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas, vbi inter paucas cauſas repudiandi uxorem hæc vna eſt. quando vxor nolente uiro, extra domum manſerit. Quod & cauetur in Nouellis, eo. tit. §. anteriores quidem conſtitutiones, uerſi. item ſi nolenti marito, & in Auth. de nup. §. mitiores, vbi etiam addit, ſi inuito marito in circenſibus, & ſpectaculis, theatriſq́ue adfuerit. Idq́ue eſt, quod Plautus, quem ſuprà poſt principium alicubi citauimus, longo antè tempore dixerat: 30 *De eadem re. Legum teſtimonia.*

*Vxor viro ſi clàm domo egreſſa eſt foras,*
*Viro ſit cauſa, exigitur matrimonio.*

Cui legi fortè initium dederunt & originem, Sulpitius, Antiſtius, & Sempronius, quorum nuper meminimus.

¶Igitur non temerè ſcribit Spec. tit. qui filij ſunt leg. §. 1. ver. quid ſi viro abſente, ꝙ vir põt cogere vxorẽ, ut ſe domi contineat, per tex. in l. 2. ff. de lib. exhi. qui tamẽ mihi videtur nihil ad hoc facere, ſed eius ſententiã comprobat tex. ſup. allegatus: & ꝙ l. 3. C. de condi. in ſer. vxorem focariam appellat, nulla alia ratione, ut opinor, quã ꝙ ea priuatim focum viri ſeruare debeat. Et facit nõ minimum l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. vbi ait, fœminas cętui publico ſeſe demonſtrare non debere. Quod & repetitur in c. indemnitatib. §. porrò. verſi. ſed cũ eas, de elec. lib. 6. Ex quo eſt illud Senecæ in Agamemnone: 31 *Focaria uxor dicta.*

*Quo more cœtus publicos virgo petis?*

Et eſt ferè ſimile, quod ſcribitur in c. mulieres, quod eſt 2. in prin. de iudi. lib. 6. Mulieres vagari non conuenit, nec virorum cœtibus immiſceri, in cuius loci commentarijs nouiſsimè editis à D. Ludouico Gomes, plurima ex his quę in hoc capite ſcripſeramus in priore noſtra editione, illic tranſcripta ſunt. Illud autem, quod adſcriptum eſt in illo c. 2. ſumptum eſt, vt ẽt dixeramus, & repetit ibi Gomes ex l. maritus. C. de procur. cuius verba ſunt: Nec fœminæ perſequendæ litis obtentu conuenit virorum cętibus immiſceri. Quod ſumptum videtur ex l. maritus. C. de procu. cum ſcribitur, ne fœminæ perſequendæ litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, nec conuentib. virorum, vel iudicijs intereſſe cogantur. Vnde Tullius in Oratione pro M. Cęlio, taxat Clodiam, quæ mente neſcio qua effrænata atq: præcipiti in forum deferri, iudiciumq; voluiſſet. *Furtũ ex hoc libro.*

¶Vt non abs re noſtris legib. prohibitum ſit fęminis poſtulare, ne contra pudicitiã ſexui congruentẽ alienis cauſis ſe immiſceant, vt ſcribitur in l. 1. §. ſexũ. ff. de poſtul. vbi & illud ſubiungitur, originẽ huius introductam eſſe à Calphurnia improbiſsima fœmina: ſed niſi me cõiectura fallit, legendũ eſt C. Afrania, ex Valerio li. 8. c. 3. Hæc. n. (ut is ibi ſcribit) inuſitatis fori latratib. aſsiduè tribunalia exercendo, ad muliebris calumniæ notiſsimũ exemplũ euaſit: adeò vt pro crimine improbis fęminarũ morib. C. Afraniæ nomen obijceretur. Nã, vt opinor, ex C. Afrania quiſpiã Calphurniã fecit. Plutarchus in cõparatione Lycurgi & Numæ Pompilij tradit, ꝙ cum mulier aliquando propriam cauſam in foro dixiſſet, miſiſſe Senatum deos conſultum, quidnam ciuitati ea res portẽderet. Hincq́ue (vt redeamus) eſt illud Iuuenalis Sat. 6. 32 *Locus Iuriſconſulti correctus.*

*Sed cantet potius, quàm totam peruolet vrbem*
*Audax, & cœtus poſſit quam ferre virorum.*

Quam ſententiam quoque exprimit Helena Euripidea in Oreſte, cùm dicit:

Εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.

*In turbam progredi virgines, haud honeſtum.*

Et facit etiam tex. in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. ubi naturalis pudor non permittit mulieres

ſeſe omnib.paſsim manifeſtare:& tex.notabilis in c.mulier.23.diſt.in hæc verba: Mulier quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat. Quod quidem eſt ex Concilio Carthaginenſi 4. c.110. In quibus potiſsimùm notandum illud verbum (ſancta) ad id videlicet, vt ne ſanctimonia quidem vllum huic ſententiæ afferat præiudicium, quin obſeruanda ſit.

33 *Mulierib. nõ opus eſt adire pontificem ad abſolutionem.*

¶Facit item c.mulieres.&c. de monialib.& c.quamuis.extrà de ſent.excom.vbi ſi mulieres inciderint in Canonem, ſi quis ſuadente, poſſunt de Epiſcopo abſolui: nec opus eſt vt adeant Summum Pontificem, ſicuti viri: quoniam, vt dicunt Hoſt.Ioan.And.Panor. & cæteri in d.c.mulieres. periculoſum eſt mulieres peregrè proficiſci, & ſe virorum cętibus immiſcere. Et ex hoc ſtatutum eſt, ne mulieres vel ferendi teſtimonij, vel alterius rei cã cogantur perſonaliter, vt loquimur, in iudicium venire, d.c.mulieres. de iudic. Propterea etiam ad illas, cum iurare debent, domum mitti oportet: vt voluit gloſ.in l.ad egregias. & ibi Doct.ff.de iureiur. Quod tamen recens inſtitutum videri poteſt, ex eo quod ſcribit Cornelius Tacitus, lib.Hiſtoriarum: Vrgulaniæ potentia adeò nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſa quadam, quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignaretur: miſſus eſt Prętor, qui domi interrogaret: cùm Virgines Veſtales in foro, & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. Cicero autem in 3.in Verrem Act. Cur ſodalis (ait) vxorem, ſodalis ſocrum, domum denique totam ſodalis mortui, contra te teſtimonium dicere cogis? Cur pudentiſsimas lectiſsimasque fœminas in tantum virorum conuentum inſolitas inuitasque prodire cogis? Atqui in corpore legum à Theodoſio Imperatore congeſtarum, niſi commentitius ſit libri titulus, lex eſt in tit.de offi.iud.om. qua cautum eſt, ne vidua pro vllius rei debito, ad aliam prouinciam ire cogatur.

*Mulieres ferendi teſtimonij cauſa non tenẽtur in iudicium venire.*

*Veſtales in iudiciũ ueniebant ferendi teſtimonij cauſa.*

34 *Meretrix eſſe præſumitur quæ huc & illuc uagatur.*

¶Sed vt redeamus, à ſuperioribus non longè abeſt, quod verè dicit Ang.in l.ſi qua illuſtris.C.ad S C.Orph. quòd ea meretrix præſumitur, quę alienas domos, nunc hanc, nunc aliam intrare conſueuit. Cuius dictum confirmat, quod Solomon de impudica muliere ait Prouer. 5. Vagi ſunt greſſus eius. Et iterum c.7. Garrula (inquit) & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis: nunc foris, nunc in plateis. Et quod Epigrammaticus Poeta de Leuina ſcribit, quæ cum antea caſtiſsima eſſet, domo tamen non cõtenta, ſed nunc Lucrinum, nunc Auernum profecta, nunc Baias, meretrix facta eſt: relictoque viro adoleſcentem ſecuta eſt. Valerij carmen huiuſmodi eſt, lib.1.

*Mulier caſta vagando meretrix facta eſt.*

*Caſta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,*
*Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro,*
*Dummodò Lucrino, modò ſe permittit Auerno,*
*Et dum Balanis ſæpe fouetur aquis:*
*Incidit in flammas, iuuenemque ſecuta, relicto*
*Coniuge, Penelope venit, abijt Helena.*

35 *Peregrina malè audiunt de pudicitia.*

¶Ex hoc fit, ut plerunque malè audiant, velut parum pudicæ, mulieres peregrinæ, quæ videlicet domum relinquentes & patriam, peregrè proficiſcuntur: vſque adeò vt meretrices, Peregrinæ à poetis vocentur. Terentius in Andria: Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam? vbi & hoc annotat Donatus. Et alibi in eadem fabula, Adeon' eſt demens ex peregrina? in quo etiam loco interpretatur Donatus, ex meretrice, ſubdens: Mulieres enim peregrinæ, inhoneſtę & meretrices habebãtur. Et in Eunucho Parmeno, cùm Thais dixiſſet matrem ſuam Samiam fuiſſe, & habitaſſe Rhodi, tacere ſe poſſe reſpondit, quoniam uidelicet veriſimile eſſet, poſſe meretricem naſci ex peregrina & ipſa meretrice. Dixerat enim prius Parmeno, taciturum ſe, quæ vera à Thaide dicerentur. Vbi item Ælius ipſe eum locum in hunc ſenſum detorquet. Qui & ipſe enarrans illud eiuſdem Terentij in Phormione, An ut ne quid ciuis turpe in ſe admitteret, Idoneum.inquit, teſtimonium eſt bonorũ eſſe natalium, ciuem dixiſſe. Nam apud veteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebantur: citatque duo poſteriora loca. Quibus concinens Horat.Cli.3.arminum, Ode item 3.

*Peregrinæ pro meretricibus.*

*—Ilion, Ilion*
*Fatalis, inceſtusque iudex,*
*Et mulier peregrina vertit*
*In puluerem—* Vbi & hoc Lambinus annotauit.

¶Hinc & apud Euripidem Medea, in Tragœdia, cui ipſa nomen dedit, ſeſe Corinthijs fœminis excuſat, quòd abeſſet à patria, vt ſuſpicionem impudicitię veluti à ſe amoliretur: 36

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ᾽, οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις. οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδός,
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

Id eſt, propè ad verbum:

*Corinthiæ fœminæ, egreſſa ſum domos,*
*Ne mihi quippiam crimini vertatis. noui enim multos mortalium*
*Honeſtos, ſanctos illos quidem procul ab oculis,*
*Hos verò in externis. alios verò ab otioſo pede*
*Infamiam ſibi contraxiſſe, & ignauiam.*

Quem locum imitatus fuiſſe videtur Ennius in eiuſdem tituli Tragędia: ex quo putat Politianus Tullium in Epiſtola ad Trebatium li.7. Epiſtolarum Familiarium hoc deprompſiſſe: Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quã ignouerunt Medeę, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ, opulentæ, optimates, quibus illa manibus gypſatiſsimis, perſuaſit, ne ſibi uitio illę verterent, quòd abeſſet à patria.

*Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam, patria procul.*
*Multi q domi ætatẽ agerent, propterea ſunt improbati.*

Hæc Cicero. Iuuenalis autem Satyra 6. eas fœminas vituperat quæ nouerunt:

*—Quid toto fiat in orbe,*
*Quid Seres, quid Thraces agant, &c.*

¶Mulieres igitur moneo, ne alienas domos circumeant, ne foris temere euagentur, neue peregrè proficiſcãtur: ſed domi maneant, domeſtica negotia adminiſtrẽt: & in his domum, eiusque ſupellectilem curent, ac hortum eiuſdem non indiligenter colant: cuius non eſt modicus ad rem familiarem prouentus. Nam & hanc curã matribus familias demandauit antiquitas, ut locupletiſſimus teſtis eſt Plinius libro 19. Natu. Hiſto.c.4. vbi de hortis loquens ſic ait: Hinc primũm agricolæ ęſtimabãtur priſci, & ſic ſtatim faciebant iudicium, nequam eſſe matremfamiljas (etenim hæc cura fœminę dicebatur, aut, ut ego lego, dicabatur) ubi indiligens eſſet hortus.

*Mulieres lanam, linum, telã, fuſum, domi exercent.*

¶Sed & præterea mulieres domi colum, lanam, linum, telam, fuſum, vt Hector Homer.& Greg.Nazan. quibus locis ſuprà citauimus, præcipiunt, exerceant: quę matronis pudicis conueniunt, eaſq; ſi quid aliud, quàm maximè decent. Solomon in Prou.cap.31. eodemq; vlt. de muliere forti, & pudica loquens, Quæſiuit, inquit, lanam & linũ, & operata eſt conſilio manuũ ſuarum. Et haud multò poſt, Manũ ſuã miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderũt fuſum. Et iterũ: Stragulatã veſtem fecit ſibi. Laudatur Anna vxor Thobiæ, quæ ibat quotidie ad opus textorium, Thob.2.c. Hieronymus inſtituens virginem Demetriadẽ, Habeto, ait, lanã ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſi uertantur. Et alibi ad Lætam de inſtitutione filiæ: Diſcat & lanã facere, tenere colum, ponere in gremio calathũ, rotare fuſum, ſtamina pollice ducere. Ex veteri Romanorũ more Talaſij nomen in nuptijs crebrò iactabatur, ut uidelicet hac nuptiali voce prouocarentur nouæ nuptæ, exhortarenturque ad opus & la-

*Talaſij nomen nuptijs iactatum.*



& lanificium, quod Gręci ταλασίαν dicunt, vt Varro, & Iuba, & Plutarchus tum in Romulo, tum in qõnibus, cap.29.& Feſtus Pompeius tradiderunt. Sed & ſponſæ (quod ſcribit Varro ipſe, & Plutarchus poſtremò à me citato loco, & Plin.lib.8.c.48.) colum ſecum inferebãt, & fuſum, virorumq; ianuam lana coronabant, ac cingebant: hac quoque ceremonia nuptiali indicantes, lanificium à nuptijs in domo maritali exercendum eſſe. Item apud eoſdem Romanos in pelle lanata noua nupta conſidere ſolebat, quod teſtaretur lanificij officium ſe præſtaturam viro, vt refert ipſe Pompeius. Quin ipſi Romani apud Caiæ Cæciliæ ſtatuam æream, in templo M. Anci ſitam, colum, lanam, & fuſum cõfixerunt, pudicitię & induſtriæ eius certa monumenta. Autores M. Varro, & Plinius vbi ſuprà, & Plutarchus in Problemat.d.cap.29. ea eſt autem, vt ſcribit idem Pompeius, quæ antè quàm Romam veniſſet, Tanaquil uocabatur, vxor Tarquinij Priſci Romanorum regis, quæ tantę probitatis fuit: vt id Caiæ nomen boni hominis cauſa frequentarent nubentes, quam ſummam aſſeuerant fuiſſe lanificam. Cuius etiam rei meminit Caius Titius Probus in Epitome 10.lib. Valerij Maximi, ſi non titulus eius libri fallax ſit: vbi & illud prætereà dicit, ideo inſtitutum fuiſſe, vt noua nupta ante ianuam mariti interrogata quæ nam vocaretur, Caiam eſſe ſe diceret.

*Sponſæ virorum ianuam lana coronabant.*
*Noua nupta in pelle lanata cõſidebat.*
*Caiæ Cæciliæ ſtatua.*
*Tanaquil.*

¶Non multo poſt tempore Lucretiam nocte ſera lanæ deditam, inter lucubrantes ancillas, in medio ædium ſedentem Collatinus maritus, iuueneſq; Tarquinij inueniunt: quod pro ſigno probitatis accipi voluit Liuius paulò ante fin.lib.1.ab vrbe condita: & Plinius, aut quiſquis eſt, in lib. de Viris illuſt. quo loco de Tarquinio Collatino loquitur. Et Seruius in eum locum Virgil. lib.8. Æneid.

39 *Lucretia inuẽta nocte ſera lanæ dedita*

*Nec non Tarquinium eiectum.*

Sed & eandem hiſtoriam recenſens Naſo lib.Faſtorum ſecundo, ait:

*Inde cito paſſu petitur Lucretia: cuius*
*Ante torum calathi lanaque mollis erat.*
*Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant. &c.*

Huius etiam Tanaquillis, de qua nuper locuti ſumus, & Lucretiæ & aliarum exemplo, monet vxorem Pontanus, lib.1.de Amore coniugali, ut filias in ea re inſtruat:

*Tum colere antiquas artes, maternaque iuſſa,*
*Atque agili diſcant carpere penſa manu.*
*In digitis acus, ante pedes intexta quaſilli*
*Viminaque, & fuſo ſtamina torta leui.*
*Hoc Tanaquil opus, hos mores Lucretia monſtrat,*
*Phylacidæ hos coniunx, Telemachique parens.*

Nam & aliàs laudantur priſcæ illæ Romanæ, quòd lanificio exercerentur. Iuuenalis Satyr. 6.

*Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas*
*Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebant,*
*Tecta labor, ſomnique breues, & vellere Thuſco*
*Vexatæ duræque manus.—*

Et ante illũ Ouidius in Libello de Medicamine faciei:

*Cùm matrona premens altum rubicunda ſedilæ,*
*Aſſiduum duro pollice nebat opus.*

40 *Theano quam potiſsimum vxorẽ commẽdauit.*

¶Theano Pithagorica Brotini Crotoniatæ (vt Plotino placuit) aut ipſius Pythagorę (vt Theocritus maluit) vxor interrogata quam potiſsimè vxorem commendaret, reſpondit illud Homericum lib.1. Iliad.

Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Id eſt, Telam texentem, & meum (id eſt, viri: nam Agamenon eſt qui loquitur) lectum inſtruentem. Id quod ſcribit Atheneus Naucratita, & Stobæus Serm.72. Apud eundem Homerum lib.4. tum Odyſſeæ, tum Iliados, Helena lanificium exercet. Et lib.5. eiuſdem Odyſſeæ Mercurius Calypſo nympham Atlantis filiam texentẽ reperit.

*Helena lanificiũ exercens*
*Calypſo nympha texens reperta.*

Ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ᾽ ὕφαινεν.

Et li.6. Areten Alcinoi regis vxorem, in foco ſedentem cum ancillis & penſa purpurea torquẽtem inuenit Nauſicaa ipſius filia:

*Arete vxor Alcinoi regis.*

Ἡ μὲν ἐπ᾽ ἐσχάρῃ ἧστο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.
Ἠλάκατα στρωφῶσ᾽ ἁλιπόρφυρα

Eadem Arete lib.ſeq. videt Vlyſſem indutum palliũ atque tunicam, quæ ipſa cum ancillis ſuis confecerat, quibus Vlyſſes donatus fuerat à Nauſicaa filia.

Ἔγνω γὰρ φᾶρός τε χιτῶνά τε εἵματ᾽ ἰδοῦσα,
Καλὰ τά ῥ᾽ αὐτὴ τεῦξε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.

Et libro eiuſdẽ operis 10. Vlyſſes Circen cõperit ἱστὸν ἐποιχομένην μέγαν. Ex quo eſt & illud Virgilij de eadem, lib.7 Æneidos, ſtatim in initio:

*Circe texens inuẽta.*

*Arguto tenues percurrens pectine telas.*

Et apud eundem Homerum, lib.15. ipſius Odyſſeæ, Helena, de qua nuper ex eodem locuti ſumus, veſtes in arcis habebat, quas κάμεν αὐτή, id eſt, confecerat, & fabricarat ipſa. Et paulò poſt, eadem peplum obtulit Telemacho, μνῆμ᾽ Ἑλένης χειρῶν, i. memoriam Helenes manuum. Et in eodem lib. idem ſcribit Penelopen nõ frequenter procis in domo apparere, ſed in ædium ὑπερώῳ, i. conclaui telam texere. Sed & eadem lib.17. eius operis inducitur λεπτ᾽ ἠλάκατα στρωφῶσα, i. tenues lanas vertens: & libro 18. telam magnam interdiu texens: quã noctu detexebat, ut procos falleret. Ex quib. illud Ouidij in Epiſtola ipſius Penelopes ad Vlyſſem:

*Helena iterum.*
*Penelope*

*Nec mihi quærenti ſpacioſam fallere noctem,*
*Laſſaret uiduas pendula tela manus.* Et deinde:
*Forſan & narras, quàm ſit tibi ruſtica coniunx,*
*Quæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.*

Hincque illud Iuuenalis Satyr.2.

*—Vos tenui prægnantem ſtamine fuſum*
*Penelope melius, melius torquetis Arachne.*

Suntque qui Penelopen à lanificio nomen traxiſſe putent. Nam πηνίον fuſus eſt, quo ſubtegmen inuoluitur. Sed vt ad Homerum redeamus, idem lib.5. rurſumque 8. Iliados, ſcribit, Mineruam ſuper pauimentum Iouis depoſuiſſe peplum, quo velata erat, quodque ſuis ipſa manibus fecerat:

*Penelope à lanificio dicta.*

Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ᾽ οὔδει,
Ποικίλον, ὅν ῥ᾽ αὐτὴ ποιήσατο, καὶ κάμε χερσίν,

Et lib.14. ſcribit eandem Mineruam Iunoni veſtem elaboraſſe. Et lib. 6. facit Hectorem Andromachæ vxori hæc dicentem:

*Minerua.*

Καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις.

*Et in Argo exiſtens ante alias telam texes.*

Eadem quoque Andromache lib. 22. eiuſdem Iliados, telam orditur, dum lamenta eiulatusque è turri ob mortem mariti audit:

*Andromache.*

Ἀλλ᾽ ἥγ᾽ ἱστὸν ὕφαινε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο.

¶Quin eadem apud Virgilium, qui per omnia Homeri veſtigia incedit, li.3. Æneidos donat Aſcanio Phrygiam chlamydem: 41

*Iterum de Andromache.*

*—Manuum monimenta ſuarum.*

Sed & apud eundem Virgilium, lib.8. eiuſdem operis, proba caſtaque fœmina:

*Rurſum de mulierum lanificio.*

*Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua*
*Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,*
*Noctem addens operi famulaſque ad lumina longo*
*Exercet penſo, caſtum vt ſeruare cubile*
*Coniugis, & poſſit paruos educere natos.*

Quæ & ipſa imitatio eſt Homeri, cuius paulò ante calcẽ, lib.12. Iliados verſus ſunt, Ἀλλ᾽ ἔχον ὥς τε τάλαντα ... — as printed: Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς ἐδύναντο φόβον, & quæ ſeq. Idem Virgil. lib. 9. inducit Euryali matrem hæc loquentem:

*Veſte tegens, tibi quàm noctes feſtina, dieſque*
*Vrgebam, & tela curas ſolabar inanes.*

Et lib.10. de matre Lauſi.

*Tranſilit & parmam mucro, leuia arma minacis.*
*Et tunicam, molli mater quam neuerat auro.*

Et lib.1. Georgicon:

*Interea longum cantu ſolata laborem.*
*Arguto coniunx percurrit pectine telas.*

Quem poſtremum & ipſe repetit lib. 7. Æneidos, vt ſup. diximus. Et rurſum eo. lib. 1. Georg.

*Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ*
*Neſciuere Hyemem.*

Et lib. 5. Æneidos:

*Olli ſeruabatur, operum haud ignora Mineruæ,*
*Creſſa genus Pholoe.*

Quibus oſtendit, quanti faciat lanificium in muliere. Et Seneca in Hercule Oetæo de Dianira vxore Herculis:

*Cape hos amictus, noſtra quos neuit manus.*

[42 *Ameſtris vxor Xerxis lanificio dedita*]

¶ Herodotus autem in Calliope, tradit Xerxem regem regum, ab Ameſtri uxore donatum amiculo, quod ipſa texuerat. Curtius quoque lib. 5. memoriæ prodidit, Alexandrum veſtes Macedonicas ad ſe ex Macedonia miſſas, cum his qui eas confecerant, tradi Siſigambi matri Darij iuſsiſſe, eamque admoneri præcepiſſe, vt ſi cordi quoque veſtes eſſent, eis neptes aſſueſaceret. Ad quã vocem cum lachrymæ obortæ prodidiſſent animũ aſpernantis id munus (quippe cum non aliam contumeliam magis Perſarum fœminæ accipiant, quàm admouere lanæ manus) Alexander ea re cognita, ad eam peruenit, & Mater, inquit, hanc veſtem, qua indutus ſum, ſororum non ſolum donum, ſed etiam opus vides. noſtri decepere me mores. Caue obſecro, ne in contumeliam accipias ignorantiam meam. Apud Terentium in Andria, Simonis ſenis ad Soſiam libertum hæc verba ſunt:

*Primùm hæc pudicè vitam parce ac duriter*
*Agebat, lana ac tela victum quæritans.*

Rurſumque in Heautontimorumeno:

*Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit,*
*Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri,*
*(Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam*
*Quotidianæ vitæ conſuetudinem,*
*Quæ cuiuſque ingenium vt ſit, declarat maximè.)*
*Texentem telam ſtudioſè ipſum offendimus.*

Ero Ouidiana ad Leandrum hanc artem peculiari epitheto fœmineam uocat, illique ſe operam dare, veluti propriæ, teſtatur:

*Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo,*
*Fœminea tardas fallimus arte moras.*

Græcus eſt verſiculus:

Ἱστοὶ γυναικῶν ἔργα κ' οὐκ ἐκκλησίαι.

Id eſt, ad verbum:

[*Telæ fœminarum officia.*]

Telæ fœminarum officia, & non conciones, ſiue mauis, cętus aut concilia.

[43 *Principes fœminæ lanificij exercitio laudantur. Leda mater Caſtoris & Pollucis. Dido.*]

¶ Ex quibus facilè perſpici poteſt apud alios quoq;, nedum apud Romanos, lanificiũ matronis, & ipſis principibus, & illuſtriori loco natis, decorum fuiſſe, & honeſtum. Vnde etiam Valerius Flaccus, lib. Argonautic. 1. de Leda matre Caſtoris & Pollucis loquens:

*Illis Tænario pariter tremit ignea fuco*
*Purpura: quod gemina mater ſpectabile tela*
*Duxit opus: bis Taygeton, ſyluaſque comantes*
*Struxerat: Eurotam molli bis fuderat auro,*

Virgilius quoque de Didone, quæ Æneę veſtem donauerat, lib. Aeneid. 4.

*—Tyrioque ardebat murice lana*
*Demiſſa ex humeris, diues quæ munera Dido*
*Fecerat, & tenui lanas diſcreuerat auro.*

Et rurſum lib. 11.

*Tum geminas veſtes, oſtroque auroque rigentes.*
*Extulit Aeneas, quas illi læta laborum*
*Ipſa ſuis manibus quondam Sidonia Dido*
*Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.*

[*Leucothoe*]

Sed & apud Ouidium lib. 11. Meta. Sol reperit Leucothoen filiam Orchami Perſarum regis inter duodecim famulas:

*Leuia verſato ducentem ſtamina fuſo.*

Et Seneca Tragœdiographus in Hippolyto, inducit Phædriam Theſei Athenienſium regis vxorem, hæc de ſe dicentem:

*—Palladis telæ vacant:*
*Et inter ipſas penſa labuntur manus.*

[*Serena Regina.*]

Et Claudianus in eo Epigrammate, quod de equo Honorij Imperatoris edidit, loquens de Serena regina, vxore Stiliconis:

*Et medium te zona liget variata colorum*
*Floribus, & caſtæ manibus ſudata Serenæ.*

[44 *Vxor. filiæ, neptes Auguſti. Caroli magni filiæ.*]

¶ Tranquillus memorat, Auguſtum Cæſarem ita filiã & neptes inſtituiſſe, vt lanificio ſe aſſueſacerent. Idemque feciſſe Carolum illum Magnum, ſcribit Eginhartus illius Cancellarius, in vita ipſius. Alibi item teſtatur ipſe Plutarchus, Auguſtũ ipſum nõ temerè alia veſte, quàm domeſtica, vſum eſſe, ab vxore & ſorore & filia & neptibus confecta. Plutarchus teſtimonio Bibuli, aſſeuerat Brutum ad bellum exiturum, Porciam vxorem interpellantem, ad colum & telam remiſiſſe, vſum verſib. quos Homerus Hectori Andromachen alloquenti aſsignat: quos ipſi ſuprà adſcripſimus. Claudianus Alexandrinus in eo opere, quod de Raptu Proſerpinæ ſcriptum reliquit, ita, de Proſerpina ſcribit, lib. 1.

[*Proſerpina.*]

*Ipſa domum mulcens tenero Proſerpina cantu,*
*Irrita texebat reditura munera matri.*

[*Thetis.*]

Et alibi in Epigram. de Thetide matre Achillis:

*Ipſe manu chlamydes oſtro texebat, & auro.*

Silius Italicus, lib. 7. poſt principium, inducit matronas Romanas in hęc verba Iunonem precantes:

*Huc ades, ô regina Deum, gens caſta precamur?*
*En ferimus digno quæcunque eſt nomine turba*
*Auſonidum, pulchrumque & acu ſub tegmine fuluo,*
*Quod noſtræ neuere manus, venerabile donum.*

[*Mulierũ proprium ſuere & texere.*]

Accurſius in l. ſi paterno. in uerbo, magiſtris. C. de neg. geſt. ſcribit proprium eſſe mulierum ſuere, vel texere. Alibi quoque in l. cum quæritur. §. lana. in verb. in lana. ff. de lega. 3 dicit mulieres lanam & linum appetere, natura ad id eas prouocante, quod maximè deceat. Sed uereor. ne hæc nauſeoſa & moleſta ſint legentibus. Ideoq; remis in portum, quod ad hanc rem attinet, feſtinanter accurro: hancque legem cæteris adijcio:

[*Lex Decima Connubialis.*]

*Viri forenſia & extranea curanto.*
*Vxores domeſtica adminiſtranto, domique ſe ob id continento.*
*Et hortos, atque lanificium non impigrè excolunto.*
*Nec peregre paſſim, ac temere proficiſcunctor.*

# IN VNDECIMAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS VNDECIMA.

[*Ab vxoribus ſumendum conſilium. Menon et Ninus vxoriũ conſilio vſus.*]

ENIMVERO in his etiam, quæ ad curam virorum ſpectant ſumendum eſſe & ab vxoribus conſilium, Menon ſub Nino, Syriæ præfectus, Numa Pompilius, ſecundus ille Romanorum Rex, Cyrus Darij Perſarum Regis & Paraſatidis filius, Auguſtus & Iuſtinianus Imperatores ſuo nos exemplo docuerunt. De illo enim tradit Diodorus d. lib. 3. cap. 2. nihil eum ſine Semiramidis vxoris conſilio agere ſolitum, quam poſteà Ninus ipſe uxorem duxit. De Numa eſt illud Ouidij lib. 3. Faſtorum:

Illa



*Illa Numa coniunx, conſiliumq; fuit.*

[*Et Numa. Et Cyrus. Et Auguſtus.*]

Cyrus autem Aſpaſiam vxorem de rebus incumbẽtibus in conſilium adhibuit, & quoties eius ſententiam ſecutus eſt, nunquam pœnituit: vt tradit Aelianus de Varia hiſtoria lib. 12. Auguſtus autem, vt à Seneca traditũ eſt, in primo libro quem ad Neronem de Clementia ſcripſit capite nono, vt à nonnullis diuiditur, Liuiæ vxoris conſilio vſus eſt, vel in magnis rebus: atque eius opera innatam quandam ſeueritatem exutus, clementiam induit. Id quod etiam à Dione Niceo in ipſo Auguſto graphicè deſcriptum eſt: vbi etiam inſerta eſt eiuſdem Liuiæ in eam rem Oratio elegantiſsima.

[2 *Iuſtinian.*]

¶ Iuſtinianus quoque in arduis etiam negotijs, & ad ſummam rerum pertinentibus, vxorem conſilij participẽ faciebat, vt ille ipſe ingenuè profeſſus eſt, in Authent. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. in princip. verſic. neque ſufficiemus. Quem locum enarrans Accurſius in verbo, reuerendiſsimam, annotat ſumendum eſſe ab vxore conſilium: & illum tex. ad hoc etiam ponderauit Hoſtien. in Summa tit. de matrimon. §. 1. col. 2. verſic. ſed & in eo habet. Oldr. conſi. 95. ex forma iſtius, colum. penult. & ipſius diſcipulus Ioan. And. in cap. qui prior. colum. penult. de regul. iur. lib. 6. in Merc. Albericus in l. Aduerſus. C. de Crimin. expil. hæredit. Fulg. & Iaſon l. 1. ff. de legibus, & Frã Curt. Senior in repetit. l. ſi quis maior. colum. 3. num. 10. C. de tranſact. & Paris Pute. in tract. Syndic. in Rubr. de offic. Sindic. §. dicitur autem, num. 5. vbi dicit eum text. ſingul. ad limitationem eorum quæ dicit Barto. in l. 1. ff. de legit. Sed eſt & alius tex. in l. bene à Zenone, ſub ſinẽ, C. de quad. pręſcript. vbi Iuſtinianus ipſe loquens de ſua ipſius vxore, qui enim (ait) ſuis conſilijs ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam? Quem text. ad hoc annotat Barb. in Rubr. de conſuetud. col. 5. ver. tu limita hoc, & in clem. 1. char. 6. in paruis, de elect.

3 ¶ Cui & ego ſententiæ ea potiſsimum ratione aſſentior, quòd etſi, vt ſupra diximus, inualidum ſit plerunque mulieris conſilium, fragileq; & infirmum, ſintque mulieres ipſæ fragiles, imbecilles, infirmæ, & fermè rationis (vt eſt multorum ſententia) & ingenij expertes: tamen quẽadmodum nemo eſt adeò malus atque improbus, quin interdum boni quippiam faciat: vt eſt textus expreſſus, in cap. quid ergo turbamur, de pœnitentia, diſt. 3. & teſtis eſt Marcialis, libro 7. Epigr. ad Seuerum:

[*Nemo tã mal⁹ quin aliquid boni faciat.*]

*Quo poſſit fieri modo, Seuere,*
*Vt vir peſsimus omnium Charinus,*
*Vnam rem bene fecerit, requiris.*
*Dicam, ſed citò. Quid Nerone peius?*
*Quid thermis melius Neronianis?*

[*Nemo tã ſtult⁹, qui aliquid laudandũ dicat.*]

Et vt ait Plinius in Panegyrico ad Traianum, laudabilia multa etiam mali faciunt. Sic etiam nemo tam infirmi cõſilij, tam obtuſi abiectique & hebetati ingenij, tam infimæ ſortis & notæ, quin interdum dicat quippiam ad rem vehementer accommodatum, & non itaquam aſpernandũ etiam ſummis viris. Nemo inquam (vt vtar verbis Gellij, lib. 2. cap. 6. & Macrobij libro Saturnalium 6. cap. 7.) quiſquam tam effetis, aut vt alij legunt, effœtis moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. In quam ſententiam citant Græcum verſiculum, quem dicunt uice prouerbij fuiſſe olim celebratum:

Πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Id eſt,

*Sæpe etiam eſt holitor valde oportuna locutus.*

Quem & è noſtris citat Rochus Curtius in c. vlt. col. 18. verſic. 6. nota, extrà de conſuetud. In quo tamẽ Eraſmus Roterodamus ſubeſſe mendum cenſuit, atque prodictione, κηπουρὸς, id eſt, holitor, aliam, ſcilicet μωρὸς, id eſt, ſtultus, reponendam. Se enim alicubi ita legiſſe verſum hunc ex Aeſchyli Tragœdia, cui titulus Phryges, citatum:

[*Prouerbiũ*]

Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Id eſt,

*Sæpe etiam ſtultus fuit oportuna locutus.*

Sed vtcunque rei veritas ſe habeat, vtrunque huic noſtro propoſito mirè congruit. Neque longè hinc diſſidet illud Cæcilianum apud Ciceronem, libro 3. Tuſculanarum quæſtionum, Sæpè eſt etiam ſub pallio ſordido ſapientia. Eſtque finitimum illud Plautinum in ea fabula, quæ inſcribitur, Captiui:

*Vt ſumma ſæpe ingenia in occulto latent.*

Illud quoque Senecæ, Epiſtola ad Lucilium 67. Poteſt ingenium fortiſsimum ac beatiſsimum ſub qualibet cute latere. Idque probat exemplo cuiuſdam Clarani.

¶ Sed propius accedit tex. elegans in l. 1. §. ſed neque. C. de vete. iure enucl. ibi, cum poſsit vnius forſitan & deterioris ſententia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare, quem tex. dicit aureum Franc. Curt. Senior conſ. 57. ſuper eo quod ab ordine, col. 4. Et ante eum dixerat illum tex. aureis literis ſcribendum Barb. conſil. 1. col. 19. & lib. 3. & facit ſingul. Panorm. in c. 1. col. vlt. extrà de cõſtit. & ipſe Barb. in l. ſi dari ſtipul. col. 11. ff. de verb. oblig. & conſi. 15. Deum inuocent, col. 7. lib. 3. & conſi. 40. à Ioue principium, col. 5. eo. lib. 3. & conſi. 63. illud referam in medium, col. 5. libro item 3. & in repet. Rubr. C. qui admit. ad bon. poſſ. col. 8. & in clem. ne Romani. col. 2. de elect. & alibi dicit eſſe valde notabilem. Pan. in c. capellanus. col. 2. extra de ferijs. & ponderat idem Panor. conſi. 1. in fi. lib. 1. vbi etiam dicit not. & iterum conſil. 85. in præſenti quæſtione, ſtatim in princ. libro 1. & alibi ſæpe, & Rom. in repet. l. ſi verò. §. de viro. in 53. fallen. ff. ſoluto matr. & Barb. conſil. 9. præclarè ſcribitur, col. vlt. lib. 2. & conſi. 34. præclarè optimus Pſalmiſta, col. 13. eo. lib. 2. Et ex Theologis ſcholaſticis, Conradus in tract. de contractibus, c. 4. in prima concluſione. Quam ſententiã apertè comprobat illud Dei Optimi Maximi, Matthæi, 11. & iterum Luc. 10. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Sed vt hęc quoq; Medicorum autoritate confirmemus, Petrus Aponenſis in additione ad librum Meſuę, c. de indigeſtione ſtomachi, vidiſſe teſtatur graues magnaſque ægritudines, quibus ſanandis multi periti fruſtra elaborauerant, tandem nullo negotio curatas fuiſſe ab imperitis quibuſdam, atque etiã à mulieribus, idque Deo tribuit, à quo monet Medicos non recedere, ſine cuius influentia deficit omnis ars, omniſque motus naturæ. 4

[*Minimi interdũ ſententia optimã dicunt.*]

¶ Non temerè igitur dicit gl. in c. ad noſtram, extra de conſuet. non eſſe inconueniẽs ab inſipientibus conſiliũ petere: quia interdum reuelatur minori, quod maior neſcit. l. potiores. C. de offic. rect. prouin. & cap. eſto ſubiectus, ante fi. 95. diſt. & c. ſi habes. 24. q. 3. Quam gl. ad hoc notant ibi omnes Scribẽtes, referũtq; fermè omnes poſt Io. And. hiſtoriam huic ſententiæ optimè conuenientem de fatuo quodam Pariſienſi, qui miro modo compoſuit controuerſiam egeni eiuſdam, & tabernarij Nam cum tabernarius pecuniam peteret ab egeno, quoniam panem veluti ſuauius comederat ad culinæ ſuæ fumum & nidorem, iudicauit fatuus tabernarro ſoluendum ex ſono denarij. Quam quidem quæſtionem non potuiſſet Cato, aut Gratianus, vt dicunt Ioan. Andr. & Panorm. iuſtius decidere. Hanc quoq; hiſtoriam poſt illos recenſet Barb. in l. 1. col. 7. verſi. pone quod furioſus. ff. de verb. obl. & conſi. 58. clementiſsimi, colum. 2 lib. 1. & conſi. 59. illud in medium afferam, colum. 4. lib. 2. & Iaſon conſil. 178. in cauſa matrimoniali, colum. 2. verſ. confirmatur per illud, lib. 2. & Rochus Curt. in cap. vlt. loco ſuprà citato, extrà de conſuetud. Subiungit autem Panorm. in d. c. ad noſtram, audiuiſſe ſe à ſuo ipſius præceptore (is Card. Flor. fuit) cùm illum locum legeret, Bartol. ſæpius in quibus cauſis ab eo petebatur conſilium, cum mercatoribus conferre ſolitum. Et per no. in d. cap. eſto ſubiectus, monet Spe. in tit. de aduocat. §. nunc tractemus. verſi. facto autem intellecto,

[5 *Inſipientiũ quoq; conſilium petendum.*]

[*Fatui Pariſienſis prudens iudicium.*]

[*Bart. ſæpe cum mercatoribus cõſilia ſua communicauit.*]

lecto,ante fi.vt etiam minus peritos cōſulamus, cum quibus conferre aliquando profuit. Nam & Q. Scæuola ille Augur,homo iuris peritiſsimus,cum de iure prædiatorio conſuleretur, ſuos conſultores nonnunquam ad Furium & Caſellium prædiatores reijciebat, vt tradit Tullius in Oratione pro Corne.Balbo,vbi & ipſe ſubdit,ſe de aqua ſua Thuſcalana,M.Tugionem potius, quam C.Aquiliū, conſulere ſolitum.

*Scæuola dere prædiatoria conſultus, ad prædiatores reijciebat.*

6 ¶ Cuius item ſententiæ extat exemplum memorabile apud Aulum Gellium,lib.18.c.3.ex Æſchine,in Oratione,qua Timarchum accuſauit: vbi cum populus Lacedæmonius,de Summa Reipubl.quidnam eſſet vtile & honeſtum, deliberaret: & vir quiſpiam improbatiſsimus, & turpitudine priſtinæ vitæ diffamatiſsimus,conſiliū dediſſet probatiſsimum: turpi autore mutato conſilium tamen ſecutus eſt. Quam rem etiam retulit Plutarchus, tum in Apophthegmatis Laconicis,tum quoque in libro de Ciuili inſtitutione, vbi hunc diffamatiſsimum Demoſthenem dicit fuiſſe vocatum.

*Improbatiſsimi viri probatiſſima ſententia.*

7 ¶ Quin & Tuditanus ciuis Romanus, notæ vir inſaniæ,vtpote qui populo nūmos de roſtris ſparſerit,vt tradit Tullius Philip. 3. togamq; velut tragicam veſtem in foro trahens,cum maximo omnium riſu conſpectus fuerit,multaque alia furoris teſtimonia dederit: fecit tamen teſtamentum legibus tam conſentaneum,vt à Centum viris comprobatum ſit. Tametſi T.Lōgus ei ſanguine proximus illud ſubuertere conatus eſt quoniam ex Rom.legibus furioſo & inſano teſtari non liceret. Magis enim (vt ſcribit Valerius) Centumuiri,quod ſcriptum eſſet in tabulis, quàm quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimauerunt. Quod & poſt Valerium narrant è noſtris Io. And.in c.vlt.in fi.de ſucceſ.ab inteſt.& Bal.in c.1. col.2. in verb.ſed iuſta,tit.per quos fiat inueſtit. Roma. Alex. Corn.& Iaſ.in l furioſum. C.qui teſtam.facere poſ.Barb. in d.l.1.col.7. ff.de verb.oblig. & in l.is cui bonis. col. 2. eod.tit.& conſi.58.col.2.lib.1.Corne.conſi.69.viſis nōnullis actis,colum.antepeuult. verſi.& quod ex qualitate, lib.1.& iterum conſi.73.viſis & diligenter inſpectis,col. 1.verſic.inſuper dicit eod.libro 1. & conſil.216.in cauſa vertente,colum.vlt.libro 3.Angel.Are. in §.prætarea teſtium. Inſtitut.quibus non eſt permiſ.facere teſt. & Soc. conſi.98.alias conſului,colum.4.lib.3. & Philip.Dec.in l.in negotijs.in princ.ff.de reg.iur.& Iaſ.conſil.178.col. 2.verſi.3.quòd magis. lib.2.

*Tuditanus notæ inſaniæ fecit teſtamentum legib. conſentaneum.*

8 ¶ Et vt ſpecialiter de fœminis quoq; loquar,quæ huic noſtræ diſſertationi cauſam præbuerunt,non deſunt etiā fœminarum exempla, quarum conſilijs & monitionibus vſi mariti,melius res ſuas adminiſtrarunt,melioresque effecti ſunt,atque prudentiores. Imprimis Abraham ille,pater multarum gentium, quo cum tanta fuit Deo familiaritas,cum durè excepiſſet conſilium Saræ vxoris,monentis,vt Agar ancillam & filium eius eijceret,ſtatim audiuit à Domino,Omnia quæ tibi dixit Sara, audi vocem eius, Gen.vigeſimoprimo cap.

*Abrahā iuſſus ſequi vxoris ſententiā.*

9 ¶ Seſoſtris Ægyptiorum rex,qui cæteros omnes gloria & rerum magnitudine exceſsit, vxoris conſilio vſus, ſe vxoremque ſuam & liberos maxima ex parte grauiſsimo inopinatiſsimoque periculo exemit. Nam cum illū frater,à quo nihil tale metuebat, inuitatum excepiſſet,domumque ſicca exterius materia circunſtipaſſet:re intellecta,ex templo cum vxore deliberauit (nam & vxorem ſecum duxerat) eaque ſuadente,vt duos ex ſex liberis,ſuper ardentem pyram extendens pontem faceret, ſuper quem ipſi tranſeuntes euaderent: ita fecit,& duobus modò filijs ita incenſis,cæteri cum patre matreque fuere ſeruati. Teſtis Herodotus in Euterpe, & meminit etiam hiſtoriæ Diodorus libro ſecundo, nihil tamen de vxoris conſilio locutus.

*Seſoſtris vxoris conſilio vſus.*

10 ¶ Plutarchus in eo libello, cui titulum fecit γυναικῶν ἀρεταὶ id eſt, mulierum virtutes,narrat hiſtoriam luculentam de vxore Pythei,vt ipſe appellat, ſiue Pythij,vt Plin. lib.33.cap.10. vocat, qui Xerxis temporibus claruit. Ea viro omnium id temporis ditiſsimo, auro ſemper inhianti, & auri fodinas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum eſſet reuerſus,& cænam parari poſtulaſſet,auream menſam apponi iuſsit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obſonia: ac primo quidem aſpectu gauiſus eſt Pytheus,mira arte ſingula elaborata conſpiciens. Inde aſpectu iam abundè ſaciatus, præcepit cibum afferri. Verum mulier cuncta quæ poſtulaſſet, ex auro concinnata afferri iuſsit. Cumque ille iracundia percitus (fames nanque & bilis naſum conciunt) eſurire ſe vociferatur, neque ſe aurum id temporis expoſcere: ſapienter,inquit vxor, Tu nullius rei,præter hanc vnam,habendæ,facultatem præbes. Omnis enim virorum cura, omniſq; ars,tuo iuſſu in auro fodiendo occupata eſt: vt nemo iam agros colat,nemo fruges ſerat,nemo arbores plantet. Qua vxoria caſtigatione permotus Pytheus negotium haud quaquam penitus omittens, quintam duntaxat ciuium partē in opere continuit: reliquos tum agriculturæ,tum cæteris artibus operam dare præcepit.

*Pythei hiſtoria luculenta.*

*Pythei vxoris prudētia admirabilis.*

¶ Aurelius Victor quo loco Iuliani Imperatoris vitā deſcribit, Fœminarum (inquit) præcepta ſæpe maritos iuuant. Namque (vt cæteras omittam) Pompeia Plotina, incredibile dictu quantum auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores, cum prouincias calumnijs agitarent, adeò,vt vnus ex his diceretur locupletiſsimum quenque ita conuenire, quæ habes? vnde habes? tertium, pone quod habes. Illa coniugem corripuit, atque increpans,ꝙ laudis ſuæ eſſet incurioſus,talem reddidit, vt poſtea exactiones improbas deteſtans,fiſcum lienem vocaret,ꝙ eo creſcente artus reliqui tabeſcunt. Ex quo & illud Eutropij de eodem lib.8.Geſtorum Roma. Nihil iniuſtum ad augendum fiſcum agens. Ex eo autem quod dictum eſt, Vnde habes? fortè exijt decretum Seueri Imperatoris, nullo modo exigēdum quempiam probare, vnde habeat circa delationes fiſcales, ſed delatorem probare debere ea,quæ intendit,l.extat. ff.de iure fiſci.nam vt etiam ſcribit Iuuenalis:

11 *Fœminarum præcepta maritos iuuare. Pompeia Plotina Traianū maritum prudenter corripuit. Fiſcus lié.*

*Vnde habes,reijciēdum.*

*Vnde habeas,quærit nemo.*——

¶ Ataulphus Gotthorum rex in animo habuit Romā à ſe receptam funditus euertere,diuerſoque urbem loco ſtatuere, Gotthiamque pro Roma nominare, ac Cæſarū Auguſtorumq; memoria prorſus abolita, Ataulphi appellationem in poſteros tranſmittere. Verum Placidę,aut,vt alij vocant,Placidiæ coniugis ſuaſu, adeò eſt mutatus,vt breui non hoſtis, ſed amicus vrbis, non euerſor, ſed inſtaurator ſit vocatus. Cuius rei etiam meminerunt Paul. Diac. de Geſtis Ro. lib.13. & Paulus Oroſius libro Hiſtoriarum ad D. Auguſtinum 7. c.29. eodemque vltim.

12 *Ataulphus Gotthorū rex. Placida illius vxoris prudēs monitio.*

¶ Theodoritus quoq; apud Caſsiodorum in Tripartita hiſtoria,lib.9.cap.31. autor eſt ad Theodoſij Imperatoris ſanctitatem multum contuliſſe vxorem, quæ virū ſæpius diuinarum legum admonebat, eiq; frequenter dicebat: Oportet te ſemper, marite, cogitare quid dudum fuiſſe,quid modò ſis: hæc ſi ſemper cogitaueris,ingratus benefactori non eris,ſed imperium quod ſuſcepiſti, legaliter gubernabis,& harum rerum placabis autorem.

13 *Theodoſij vxoris ſancta ad virum monitio.*

¶ Saxo cognomine Grammaticus,elegantior quidem hiſtoricus: quàm ætas illius pateretur, in Hiſtoriæ Danicæ lib.9.tradit, Regnerum Danorum regem ſexageſimū ſecundum, Vnithſerici filij mortem adeo moleſtè tuliſſe, vt obſtinato ad moriendum luctu corpus lectulo per ſummam animi ægritudinem affixerit. Quem vxor virilē ſupergreſſa fiduciam,imbecillitatis increpatum,virili adhortatione firmauit,reuocatumque à mœrore animum, arma impenſius tractare perdocuit, affirmans fortiſsimū patrem cruentos filij cineres iuſtius armis quàm lachrymis expiaturum. Ad cuius monitum Regnerus diſcuſſo mœſtitiæ habitū depoſitiſque doloris inſignibus,iacentē reuocauit audaciam, breuique hoſtem, qui filium interemerat,comprehendit. Adeò, inquit Saxo, interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia.

14 *Regneri vxoris prudens conſilium.*



15 ¶ Ad hæc Theodelinda Longobardorum regina, ad quam Diuus Gregorius dialogū de moribus edidit, ſua opera & pia ſuaſione Eutharim priorem maritum multo mitiorem feciſſe ſcribitur, & ad veram pietatem amplexandam longè proniorem. Sed & Agilalphum maritum poſteriorem, praferocem alioquin virum, dextrè monendo, veritatiſq; lucem oculis admouendo, eo traxit,vt omnibus ſuæ gentis autor fuerit à malorum dæmonum cultu,deteſtandaque hæreſi ſeſe vindicandi.

*Theodelinda vtrunque maritum ad religionē conuertit.*

16 ¶ Quo etiam tempore Brunechildis pari ſtudio Childebertum Francorum regem ipſius virum eo quoq; impulit,vt Thaſsilonem Bauariæ Regem, ea lege conſtitueret,vt à Sclauorum gente bello inſectanda non prius deſiſteret,quàm ad Chriſti fidem amplectendam ſubegiſſet.

*Brunechildis.*

¶ Sed longis ante temporibus,apud Aegeſippum,lib. 1. Herodes de Alexandro filio Gladhyraque eius vxore dicit,quod non mediocri ex parte vxor viri ſui reprimeret errores: quæ ſi ab eo diuelleretur,nullum remedium viro futurum,quin præceps in omne rueret nefas. Vt interim omittam,pleroſq; viros ab vxoribus ad fidem & religionem Chriſtianam fuiſſe cōuerſos, vt à Domitia Flauum Clementem è propinquis Domitiani Imperatoris: à Clothilde Cledouæum Francorum regem: à Iugulde Hermogillum Gothorum regem. Vtque etiam prætermittam & alias, quæ viros ad veritatis humanitatiſq; viā, vtilia ſuadentes,reduxerunt: cuiuſmodi fuit vxor Maximiani,de qua Ammianus Marcellinus,lib.13.

17 *Glaphyra viri errores repreſſit.*

*Maximiani vxor eū ad humanitatē reduxit.*

18 ¶ Quid plura? Cœlius ad Ciceronem ſcribens,libro Epiſt.octauo Epiſt.3.in princ.de Dolabellæ & Tulliæ filiæ ſuæ nuptijs loquens, Gratulor,inquit, tibi affinitate viri, medius fidius optimi. Nam ego hoc de illo exiſtimo. Cætera porrò,quibus adhuc ille ſibi parum vtilis fuit, & ætate iam ſint decurſa,& cōſuetudine & authoritate tua, & pudore filiæ, ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri. Cui reſpondens Tullius libro 2.epiſtol.decimaquinta, cuius initium eſt, non potuit accuratius agi, ſic ait: Dolobellam à te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. Nam ea quæ ſperas Tulliæ meæ prudentia tēperari poſſe,ſcio cui epiſtolæ meæ reſpondeant.

*Tulliæ prudētia marito Dolobellæ profuit.*

19 ¶ Ex quibus facile colligi poteſt,vxorum prudentiam multum adijcere roboris,& momenti,ad maritorum virtutes,eorumque vitijs maiorem in modum mederi. Idcirco Paulus,vas electionis,tuba Euangelij, & ſanctarū ſcripturarum armarium,prioris ad Corinthios, ſeptimo capite, Sanctificatus eſt (ait) vir infidelis per mulierem fidelem. Quod repetitur 28.quæſt.1. in Summa, & in §.ex his omnibus,ver.item Apoſtolus, & in c.iam nunc illud. Cui planè conſonat text.in l.cum qui,in fi. C. de epiſ. & cler.vbi vxores interdū viros meliores efficiūt. Inibi not. Bal. quòd bona mulier facit bonum virum. Proinde & Chryſoſtomus in Ioannem,Homilia 60.Nihil,ait,potentius muliere bona ad inſtruendum & informandum virum,quodcunque voluerit:neq; tam leuiter amicos,neq; magiſtros,neque principes patietur,vt coniugem admonentem,atq; conſulentem. Habet enim voluptatem quandam admonitio vxoria,cùm plurimùm amet,cui cōſulit. Multos poſſum afferre viros aſperos & immites, per uxorem mites redditos & manſuetos:ipſa enim menſa, lecto filiorum communicatione, dicendis, tacendis, ingreſſu, auditu,exitu, & alijs pluribus cum marito communicās, & vt corpus capiti,coniuncta,ſi prudens erit, & diligens, omnes vincet. Hæc ille. Quibus concinit Euripides apud Stobæum,Sermone 65.

*Vir ſanctificatus per mulierem*

*Bona mulier facit bonum virum.*

Οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ
Ἐσθλὴ παραζευχθεῖσα, καὶ σώζει δόμους.

*Domiperdam enim virum prohibet vxor*
*Bona,ei coniuncta,& ſeruat domum.*

20 ¶ Quæ cū ita ſint,rectè Lacedemonij illi, qui Græcorum prudentiſsimi,& in omni vitæ officio conſultiſsimi, ab omnibus ſemper habiti ſunt, non minus publica, quā priuata conſilia cum mulieribus communicabāt,vt apud Plutarchum legimus,tum in comparatione Numę & Lycurgi,tum in vita Agidis. Et vt ſcribit Ariſtoteles,lib.Politicῶn 2.ca. 7. Multa in Lacedæmoniorum principatu à mulieribus adminiſtrabantur.

*Lacedæmonij priuata, & publica conſilia vxoribus cōmunicabant.*

21 ¶ Apud priſcos quoque Athenienſes, non minùs famigerabilem Græcorum gentem,mulieres publicis conſultationibus intereſſe, ſuffragiaq; ferte ſolitas, teſtis eſt Varro,quo loco deſcribit contentionem Mineruæ & Neptuni inter ſe certantium, vter eorum Athenis imponendi nominis autor eſſet:& repetit Aurelius Auguſtinus, li. de Ciuitate Dei 18. ca.9. Et de eo quoque certamine (vt id obiter dicam) nonnihil attingit Plinius libro 16.capit. 48.eodemq; vlti.

*Athenienſes mulieres publicis conſultationibus intererāt.*

22 ¶ Germani item ineſſe ſanctum aliquid & prouidum fœminis putant: nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt:vt à Cornelio Tacito eleganter ſcriptum eſt in lib.de Moribus Germaniæ. Vbi ſubdit, vidiſſe ſe ſub Veſpaſiano,Valledam Bructeram diu apud pleroſq; numinis loco habitam. Cuius etiam meminit libro 20.Hiſtoriæ Auguſtæ. Et ex hoc idem Tacitus ad finem libri vigeſimiprimi, recenſet Batauos, qui Romanarum partes ſequi malebant, proclamaſſe honeſtius principes Romanorum,quam Germanorum fœminas,tolerari. Et (ne quis putet id ex mollitie animi,aut corporis Germanorum proficiſci)hi ſunt qui Carbonem,Caſſium Scaurum, Aurelium Seruilium, Cæpiones,M. Manlium,fuſis ſimul quinq; conſularibus exercitibus Populi Romani, attriuerunt.

*Germani fœminarū conſilia nō negligunt.*

23 ¶ Quin & apud Gallos (ne gentem noſtram per incuriam prætereamus) olim conſuetudo fuit, vt quoties de bello eſſet eis, aut pace conſultandum, mulieres quoque eiuſmodi cōſultationibus adhiberentur. Præterea ſi qua aduerſus ſocios incideret controuerſia, eam ex mulierū ſententia componere conſueuerant. Itaq; inter conditiones quas cum Annibale pepigerunt,hoc etiam ſcriptum, atq; ijſdem ferè verſibus fuit: Si quis Gallorum iniuria ſe à Cathaginenſium aliquo affectum quereretur, eius rei Cathaginenſium magiſtratus,aut Imperatores,qui in Hiſpania fuerint,iudices ſunto. Sin Cathaginenſium aliquis, ab vllo Gallorum iniuſti quippiam paſſus fuerit, Gallorum mulieres de ea re iudicium faciunto. Ita refert Plutar. in eo lib. quem de virtutibus mulierum poſteris ſcriptum reliquit,ca. 6. Nonnihil etiam meminit Polyenus li.7.Stratagematῶn,in fi.

*Gallicæ mulieres conſultationibus belli & pacis adhibebātur.*

24 ¶ Quid quod Socrates Deus Philoſophorum, ſæpe in lib.de Republica Platonis maximè autem lib. 5.& idē ipſe Plato ſapientiæ antiſtes,in ſuis legibus,non omnino arcet mulierum genus ab adminiſtranda Repub. ſi qua modo reperiatur idonea. Quia præcepit, nō magiſtratus tantùm,ſed omnia priuata & publica tum pacis, tum belli ſtudia, mulieribus cum uiris communia fieri. Quāquā in ea re illum Lactantius reprehendit libro Diuinarum Inſtitutionum 3.c.22.

*Mulieres non arcenda ab adminiſtranda Rep.*

25 Adde,quòd mulieres nonnihil interdum iudicij habent & diſcretionis,ut ſatis inſinuat tex.in l.cum prætor. ff.de iudi.& in §.tria.4.q.7. Atque etiam ſapientiæ & prudentiæ, vt probat illud Solomonis, alioqui muliebrium vitiorum cenſoris acerrimi. Prouer. 14. Sapiens mulier ædificauit domum ſuam. Et Prouer.19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens. Quod vltimum adnotat è noſtris Io. Faber, in rubrica, Inſti.de nuptijs.& Luc.Penn.in l.2. col. pen. C. quando & qui.quar.pars.li.10. Alibi quoque,videlicet 2. Reg.14.fit mentio cuiuſdam Thecuitæ,ſapientis mulieris. Et facit tex.loquēs de mulieribus in c.viduas,ibi, maturioris ſapientiæ,& conſilij exiſtunt.27.q.1.& in cap. ſi ali-

*Mulieres iudicium habent et diſcretionē & prudentiam.*

aliquid, 22.q.4. vbi prudentis quoq; fęminæ ſit mentio.

26 *Mulieres ſalubre dare conſiliũ.* ¶ Ex quibus perſpicuum videri poteſt, fœminas non omnino expertes eſſe ſapientiæ, conſilij, prudentiæ. Propterea poſſunt ſalubre nonnunquam dare conſilium, vel teſtimonio Iuriſconſulti, in l. quidã decedens. §. Papinianus. ff. de admin. tut. Ideoq; non inſcitè dicit Petrus Phil. Corn. conſ. 316. cuius eſt initium, quoad primum conſultationis articulum, col. 7. verſi. & conſtat quòd illud ſtatutum, lib. 3. quod non ſemper ſpernitur mulieris conſilium. Nam & (vt hoc illi addas) ſententia eſt Theſei apud Euripidem in Supplicibus:

Ὡς πολλάγ᾽ ἐςὶ κἀπὸ θηλείων σοφά.

*Quoniam multa ſunt etiam à fœminis dicta ſapienter.*

Tametſi apud eundem in Helena de hoc dubitarit ipſa Helena Menelaum alloquens.

Ἄκουσον, ἢν γὰρ εἴχομεν γυναὶ λέξαι σοφόν.

*Audi. ſi quid & mulier dicere queat ſapiens.*

27 *Ioan. An. multa ab vxore didicit. Io. Calde. quoque.* ¶ Nec prætereundum viſum eſt, quod dicit Io. And. in c. cùm ſecundum Apoſtolum, col. 1. de præb. ab vxore Milancia ſe didiciſſe, quòd ſi nomina, vt pleraq; alia in foro venditarentur, pulchra quidem parentibus eſſe magno pretio emenda, vt filijs imponerent. Eandemque vt doctam, ſe aliquando conſuluiſſe aſſerit in c. qui prior. col. pen. de reg. iur. li. 6. in Merc. Et quod refert Io. Cald. in c. vlt. de renun. & poſt eum Ægid. Bellame. in c. quidã. col. 3. ver. tertio quæro. eo. tit. & Pan. in c. cùm inter vniuerſas, in fi. de elect. ipſum Cald. conſuluiſſe ſuam vxorem, an conuiuator teneatur hora prandij mittere ad cõuiuas, vt veniant: quæ ſatis aquè reſpondit, ad fœminas & extraneos eſſe mittendum, qui ſe facilè non ingerunt: non etiam ad alios, niſi eſſent graues perſonæ, de quo ẽt per Collect. in c. à crapula. extra de vita & hone. cler. & Bal. in proœ. Greg. col. 5. ver. quæro quidam Scholaris.

28 *Mulier nõ prohibetur in camera conſulere.* ¶ Et aliud recentis viri, & quidẽ doctiſſimi, recens dictum, Phil. Dec. intelligo, qui dicit in l. fœminę, col. 2. verſ. 3. poſtulare. ff. de reg. iur. quòd licet mulier prohibeatur poſtulare, vt ibi cauetur, & in l. 1. §. ſexum. ff. de poſtu. poteſt tamen in camera conſulere, per id quod in ſimili de Do. dicunt Bal. & Ang. in d. l. 1. §. poſtulare, per illum tex. de poſtul. Exiſtimauit ergo Deci. fœminas nõ eſſe alienas à conſilio, & eruditione. Et hęc quidem omnia ab initio huius legis, vt erant in præcedente editione, ad verbum tranſpoſuit Chaſſenæus in ſuo Catalogo Gloriæ mundi, parte 2. conſideratione 10. vt alia pleraq; quæ de laudibus mulierum congeſſit: quanquam me eo in loco nominat, ſed ita vt neſcias, an omnia mea ſint, vt ſæpè aliàs facit. Et ſi id planè aſſereret: quid tamẽ rationis eſt, vt totas paginas, imò & planè librum hunc integrum in ſuum traducat, niſi vt libros de libris faciat?

*Chaſſenæi furtũ clandeſtinum.*

29 *Diotima.* *Socrates à mulierib⁹ edoctus.* ¶ Sed vt inſtitutum noſtrũ ſequamur, Socrates in Platonis Sympoſio, multa ſe à Diotima muliere didiciſſe aſſerit. Cuius quoque meminit ipſe Plato in Sympoſio, & Lucianus in Eunucho, & in Imaginibus. Sed & is Aſpaſiam Mileſiam Axiochi filiam perdiu frequentauit, non indignum Philoſopho ducens, & à mulieribus doceri, ſicuti & à Theodorito Cyrenenſi ſcriptum eſt circa initia lib. 1. de Curatione Gentilium affectionum: & meminit ipſe Plato in Menexemo: ubi & illud præterea dicit, eandem Aſpaſiam fuiſſe magiſtram Periclis illius maximi & Oratoris & Imperatoris. Meminit item illius Plutarchus in Pericle, Lucianus in locis ſuprà citatis, & Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatῶn. Meminit præterea Aſpaſiæ Ariſtophanes in ea fabula, quę inſcribitur, ἀχαρνῆς, ipſe Lucianus in libr. de Saltatione, & in Amoribus Athenæus, Herodicus Cratetius, Harpocration, ex Lyſię Oratione, quæ in Aeſchinem Socraticum eſt edita, & Suidas.

*Aſpaſia Periclis magiſtra.*

30 ¶ Nec has tantum nuncupatim adduximus, quòd eas ſolas eruditas fuiſſe nouerimus: Quis enim eas omnes ſigillatim recenſere poſſet, quę viros ipſos doctrina, vel vicerunt, vel ęquarunt? Quis finis, modusue huic rei futurus ſit, ſi proferantur veluti per ordinem Alphabeti?

## A

ACca, à Macrobio lib. 3. Saturnaliorum cap. 18. citata, ex lib. de Supplicatione.

Accurſij, nobilis illius legum interpretis, filia, cuius nomen ignoramus, quàm Alber. in l. qui filium, in fi. ff. vbi pupil. edu. deb. tradit leges publicè docuiſſe Bononiæ.

Aedeſia, Alexandrina, Syriaci Philoſophi propinqua.

Aegle, Aeſculapij filia de qua ſatis diximus in noſtro tractatu Nobilitatis, quo loco de Medicina tractauimus, videlicet c. 31. num. 316. vbi videre poteris.

Afrania, Licinij Bructionis vxor, Valerio Maximo lib. 8. c. 3. memorata.

Africana, de qua diximus in illo Tractatu Medicinæ, numero 336.

Agacle, inter Poetrias adſcripta à Gregorio Gyraldo in Hiſtor. Poetarum.

Agallis, Corcyræa, illuſtris arte Grammatica, apud Athenæum Dipnoſophiſtarum lib. 1. c. 8.

Agameda, de qua in dicto tractatu Medicinę, num. 324.

Aganice, Hegoteris Theſſali filia, Aſtronomię peritiſſima, apud Plutarchum in pręceptis connubialib. ca. 49.

Alconora, Anglorum Règina, Ioannis Regis mater, quæ epiſtolas eruditas ſcripſit ad Cœleſtinum Papam tertium, & ad ipſum Ioannem filium, circa annum 196. vt tradit Balæus Sudouolca, in Scriptoribus Britãniæ.

Alexandra, Priami filia, vide infrà in Caſſandra Priami filia.

Alexandra Scala, quam miris laudibus extollit Politianus, multis Gręcis Epigrammatis, quib. & ipſa Græcè reſpondit.

Alpaides, virgo ſacra, cuius libri etiamnum extant.

Amalaſuinta, aut, vt alij vocant, Amalaſuentha, Regina, vxor Eutharici, Athalarici mater, quam Caſſiodorus libro Variarum lectionum 12. epiſt. 2. tradit Græcis Latiniſque literis egregiè imbutam fuiſſe, de eadem, ni fallor, loquens.

Amalthea, Politiano inter vates celebrata, in Nutrit. Hãc multi inter Sibyllas reponunt. De hac Tibullus libro 2. Eleg. 6.

*Quicquid Amalthea, quicquid Marſepia dixit.*

Ameſia, cuius meminit Valerius Maximus libro 8. cap. 3.

Amphiclea, Ariſtonis filia, & vxor filij Iamblichi, Plotini diſcipula, cuius meminit Porphyrius in vita ipſius Plotini.

Anaſtaſia, Chryſogoni Martyris diſcipula, vxor Publij Romani, de quo illa in epiſtolis ad ipſum Chryſogonum præceptorem conqueritur, quòd ſuas facultates abſumeret.

Anagora, aut, vt alij appellant, Apagora Mileſia, Sapphus prioris diſcipula, Suidæ memorata.

Anaxandra, Nealcis filia, artis pictoriæ peritiſſima, ex Didymo in Sympoſiacis, & Clemente Alexandrino lib. Stromatῶn.

Angela Nugarola, Veronenſis, Antonij Nugarolę filia, quæ nonnullas Eclogas miro artificio ſcripſit.

Anguitia illa Medeę ſoror, de qua in d. tractatu Medicinæ, c. 314.

Anna Aſtreuue, Angla, cuius eſt liber Examinationum priorum, & alter de vltimo ſuo conflictu, à Ioanne Balæo poſtea Scholijs illuſtrati.

Antiochis, de qua & nos diximus in d. tractatu, numero 325.

Anyta, Epidaurea, cuius & hodie extãt Poemata in aues quaſdam & Themiſtoclem mirificè ſcripta: extantq; etiam 17 Epigrammata in libris Epigrammat. Græcorum. Eiuſdem meminit & Tatianus li. aduerſus gẽtes.

Apa-



Apagora, vide ſuprà Anagora.

Arethaphila, Cyrenæa, Pedimi primùm, deinde Nicoſtrati Cyrenarum tyranni vxor, cùm magnis virtutibus & rerum geſtarum gloria, tum ciuili facundia atq; eloquentia admodum dotata: à Plutarcho in Claris mulieribus cap. 19. celebrata.

Arete, & ipſa Cyrenaica, filia ac diſcipula Ariſtippi Senioris, mater ac magiſtra Ariſtippi Iunioris, cui ob id cognomentum fuit μητροδίδακτος, id eſt, à matre edoctus, vt ſcribit Strabo libro. Geographiæ poſtremo, & Laertius in Ariſtippo, & Clemens Alexandrinus lib. 4 Stromatῶn.

Argentaria Polla, Lucani primum, deinde Statij vxor, quæ maritorum ſtudia non mediocriter iuuiſſe dicitur. De ea eſt illud Sidonij Apollinaris.

*Quid quòd duplicibus iugata tedis*
*Argentaria Polla dat Poetas.*

Huius etiam meminit ipſe Statius tum lib. 2. Sylua. 7. tum in Epiſtola ad Meliorem, tum in Genethliaco Lucani, & Martialis alicubi, ni fallor, & Fulgoſius lib. 8. Rerum memorabilium cap. 3.

Arginete, quæ ſcripſit res geſtas Dionyſij, apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromatῶn.

Arrhia, cuius meminit Galenus in lib. de Theriaca.

Artemiſia, Carię regina, de qua diximus in d. tractatu Medicinæ, nu. 309. quamuis ſint.

Artemiſia altera, Diodori, cui cognomen Saturnus fuit, filia, Dialectica, apud Philonem Dialecticum in Menexeno commemorata, & ab eo apud Clemẽtem Alexandrinum lib. 4. Stromatῶn.

Aſpaſia Mileſia: de qua diximus num. præcedenti.

Aſpaſia, altera, vt puto, de qua in dicto noſtro tractatu Medicinæ, num. 322. Aſpaſiam quoque.

Aſtyanaſa, quæ à multis Elephantis dicta eſt (niſi duæ fuerint: ſed poſterior, id eſt, Elephantis, vt ſcribit Suidas, alteram ſecuta eſt) quæ libros conſcripſit; περὶ τῶν σχημάτων συνουσιαστικῶν: à Virgilio quoque (ſi is eſt) in Priapeijs commemorata, & à Martiale lib. 12. vt ſuprà diximus in 9. lege cõnub. nu. 97. incip. quid ergo referam, & præterea à Suida, & Tatiano Aſſyrio in libro aduerſus gentes.

Atoſſa, quæ Perſis imperauit, epiſtolarum conſcriptionẽ docuit: ut ex Hellanico tradit idẽ Tatianus in ea Oratione, quam elegãter πρὸς Ἕλληνας ſcripſit, ſtatim poſt initium. & Clemens Alexandrinus lib. Stromatῶn 1. Ea autem fuit Cyri filia, & Darij vxor, vt ſcribit Herodotus, niſi hęc altera fuerit.

Athyrtia, filia Seſoſtris Ægyptiorum Regis, diuinationis peritiſſima, futura cæleſtibus ſignis nouiſſe fertur, & quæ futuram patri monarchiam prædixit, apud Diodorum Siculum lib. 2.

Auge, Tegeatis, ex Tegea ſcilicet Meliorum, Poetria, Stephano memorata.

Aureliani Imperatoris mater, cuius nomen ignoratur, diuinationis perita fuit, vt tradit Callicrates Tyrius, & ex eius autoritate Flauius Vopiſcus in vita ipſius Aureliani.

Aurinia, vates, apud Cornelium Tacitum de morib. Germanorum.

Autonoe Grynea, Phœbas, apud Silium Italicum libro 3 Punicorum.

Axiothea, Phliaſia, Platonis diſcipula, vt à Dicæarcho Plutarcho, & Athenæo ſcriptum eſt, & præterea Laertio in Platone & Speuſippo, & ab Apuleio in libro de Dogmate Platonis, vbi ſcribit, multos auditorum Platonis, vtriuſque ſexus in Philoſophia floruiſſe, & inter cæteras hanc noſtram Axiotheam: de qua & nos aliquid diximus in 3. lege connub. nu. 69. incip. idem Hyginus.

## B

BAcis, cuius meminit Ioannes Tzetzes Hiſtor. Chiliad. 9. c. 288.

Bagoes Nimpha, quæ Thuſcis ſcripſit de arte Fulguritarum, vt tradit Seruius enarrans illud Virgilij libro 6. AEneidos.

*Hic ego namque tuas ſortes.*

Baptiſta, Alexandri Sphortiæ, & Conſtantiæ vxoris eius filia.

Baptiſta altera, prima Galeatij Malateſtæ Piſaurienſis principis filia, & Guidonis Montefeltrenſis Vrbinatium Comitis vxor, libros de humana fragilitate, & de vera religione cõſcripſit, & cum doctiſſimis viris magna ſui admiratione diſputauit.

Barſine, aut vt alij vocant, Barſene, aut vt Iuſtinus lib. 11 appellat, Marſine, Alexandri magni vxor, & ab eo ob eruditionem ducta, vt tradit Plutarchus in vita ipſius Alexandri. Huius eſt Hymnus in Neptunum.

Begone, Nympha, quæ artem Fulguritarum apud Thuſcos ſcripſit: vt retulit Seruius in libro 6. AEnei. enarrans eum locum.

*Hic ego nanque tuas ſortes &c.*

Blæſilla, Hieronymo ſapiùs eruditionis nomine commendata.

Bœo, Delphorum indigena, quæ Oracula & Hymnos apud eos compoſuit, vt ſcribit Pauſanias libro 10. vbi quædam eius carmina retulit.

Botrys, de qua vide infrà in Salpe altera.

Brela Croa, cuius meminimus in d. noſtro tractatu artis Medicinæ, numero 338.

Brigida, quæ & Brigitta, dicta eſt, Laginẽſis, natione Sueta, cuius libri Reuelationum etiam nunc extant. Ea Diuorum numero adſcripta eſt.

Bructera, vates, Cornelio Tacito in Moribus Germanorum memorata.

Bundiuica, bellatrix Britannica, quæ ad vrbium & prouinciarum principes pro excutiendo Romanorum iugo ſcripſit plurimas doctiſſimas epiſtolas, circa annũ Domini 70.

## C

CAecilia, aut, (vt alij vocant) Cæcila Mantuana, Marchionis Mantuæ filia, literarum peritiſſima.

Caia Afrania, vide ſuprà Afrania.

Calliſtrate Lesbia, apud Xenophõtem ἀπομνημονευμάτων, id eſt, memorabilium, & ab eo Athenæus lib. 5. c. 14.

Calphurnia, vxor Plinii Iunioris, ad quam eſt Epiſtola eiuſdem Plinij libro 6. Epiſt. 7. Nec deſunt, qui illam ſtudiorum mariti miniſtram fuiſſe teſtantur.

Cambra formoſa, Belinij Britannorum Regis filia, quæ librum legum Sicambricarum compoſuit circa annum 373. ante Chriſtum natum.

Carmenta, ſiue Carmentis, vide infrà Nicoſtrata.

Caſſandra, Priami filia, qua & Alexandra dicta eſt, de qua extat nobile Lycophronis poema: quam & inter Augures poſuit Iulius Hyginus Fabularum cap. 122. & de ea Cicero li. 1. & 2. de Diuinatione, non ſemel, vt de vaticinatrice loquitur: & Virgilius lib. 2. Aeneid.

*Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris.*
*Ora——*

Et rurſus lib. 3. eiuſdem operis:

*Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.*

Et libro 5.

*Nam mihi Caßandræ per ſomnum vatis imago*
*Ardentes dare viſa faces.——*

Et propertius libro 3. & alii.

Caſſandra altera, cognomento Fidelis, Veneta, Politiano non vulgariter laudata.

Catharina

Catharina Alexandrina inter diuos relata, cuius illuſtris doctrina & eruditio in diſputatione, quam habuit aduerſus Doctores ethnicos, apparuit.

Catharina altera, Senenſis, & ea quoque Diuis adſcripta, cuius extant plurimæ epiſtolæ ad Gregorium vndecimum, doctæ quidem & religioſæ, & non indocti in Theologia Commentarij.

Catharina item alia, Anglorum Regina, Henrici ſcilicet Octaui vxor, cuius eſt lib. Meditationum in Pſalmos, & alter de Lamentatione peccatoris.

Catiha, vaticinatrix apud Suetonium in Vitellio, cap. 14.

Celæno, Harpyiarum vna, inter vates ponitur à Virgilio. 3. Æneid.

*Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno,*
*Infęlix vates.*——

Ceſennia, Getulici vxor.

Chriclea, à Maximo Abbate Aphoriſmorum capite 3. citata.

Charixena, Crinnatis, Poetria, Ariſtophani Comico, Euſtathio lib. 2. Iliad. celebrata. Quam tamen Suidas fatuam & meretricem eſſe ſcribit.

Chriſtina Piſana, quæ de laudibus fęminarum iuſtum & elegans volumen ſcripſit: de qua nos ēt alibi diximus.

Circe illa celebratiſſima, de cuius arte & doctrina multa diximus in noſtro tractatu de Nobilitate, capit. 31. numero 313.

Claudij, Statij Papinij vxor, quæ mariti ſtudia iuuiſſe creditur.

Claudia Rufina, vtraque lingua erudita, Martiali celebrata lib. 11. Epigram. 54. ſcripſit autem Epigrammata, & Elegiam in mariti obitum.

Claudia illa, cuius, vt doctæ, meminit Plutarchus ad finē præceptorum connubialium, eamq́ue antiquam appellat: vt hinc intelligas eam non fuiſſe ex præcedentibus duabus, quę nō multò antè præceſſerunt Plutarchum.

Cleobulina Lyndia, ex Rhodo, Cleobuli vnius ex ſeptē Sapientibus filia, alio nomine Eumetis dicta, de patris autē nomine Cleobule & Cleobulina appellata. Huius opera multa celebrantur, vt ſcribunt Suidas & Athenęus, qui lib. 10. cap. 17. eam citat ex libro Aenigmatum. Eiusq́ue etiam meminit Cratinus in eiuſdem nominis poemate: & ex eius autoritate Laertius in Cleobulo, & D. Hieronymus ad fi. lib. 1. aduerſus Iouinianum: & Plutarchus etiam ad fin. Præceptorum connubialium, itemq́ue in conuiuio ſeptem Sapientum.

Cleopatra, de qua diximus in d. tractatu Nobilitatis, c. 31 numero 326. & ſequent.

Clitagora Lacædemonia, aut, ut alij dicunt, Athenienſis, aut item, vt alij, Theſſalica, poetria, cuius Ariſtophanes meminit, in Veſpis, & Cratinus in quadam Comędia κλειταγόρας ἄδειν.

Clito, Poetria, memorata Tatiano in li. aduerſus gentes.

Congyla Cleophonia, Suidæ memorata.

Conſtantia, Alexandri Sfortię vxor, de qua iam diximus in Baptiſta.

Corinna Thebana, aut, vt alij cōtendunt, Tanagręa, aut, vt alij pntāt, Treia, Achelodori & Procratiæ filia, Myrtus, de qua poſtea dicemus, diſcipula, quæ Pindarum illum omnium Lyricorum Principem quinquies ſuperaſſe dicitur, ob idq́; picta fuiſſe in Tanagræorum gymnaſio, vincta caput tænia victoriæ cauſa, vt à Pauſania proditum eſt in Bœoticis. Superaſſe autem Pindarum putat linguæ proprietate, quoniam non lingua Dorica vſa eſt, vt Pindarus, ſed Aeolica, & quod inter mulieres tunc forma fuit præſtantiſſima, ſi quā ex ſtatua facienda eſt coniectura. De qua re etiam Aelianus de Varia Hiſt. lib. 13. & Plutarchus in lib. cui titulus eſt, Vtrum bello, an ſapientia Athenienſes pręſtiterint. & in li. de Muſica: & eius quædam Poemata citat Athenæus lib. 4. cap. 24. & libro 7. capite 6. vbi tamen dubitat an eius ſint ea poemata. Vide in ſeq. verſic.

Corinna altera, Theſpia, Pauſaniæ quoque celebrata, quam alij Corithiam credere malunt. De altera iſtarum Propertius lib. 2.

*Et ſua cum antiqua committit ſcripta Corinnæ.*

Et Statius lib. 5. Syluarum.

*Sophoronaq́ue implicitū, tenuisq́ue, arcana Corinnæ.*

Et de alterutra meminerunt Hephæſtion in Enchiridio, Euſtathius & Suidas.

Corinna denique tertia, quæ Ouidij tempore floruit, de qua eſt illud Marti. lib. 5. Epigramma. 10. ad Regulū.

*Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.*

Niſi tamen Ouidius amicam eo nomine falsò nuncuparit, quod Sidonius & alij multi opinantur.

Cornelia, Gracchorum mater, quam & filiorum eloquentiæ multum contuliſſe, ſcribit Fabius lib. 1. cap. item 1. & D. Hieronymus ad Lætam de inſtitutione filię. Eiusq́; epiſtolas dicit Tullius in Bruto, ſe legiſſe, in quibus apparebat filios, non tam in gremio, quàm in ſermone matris educatos.

Cornelia altera, Metelli Scipionis filia, & Pompeij vxor, Philoſophiæ & aliarum bonarum literarum peritiſſima, cuius meminit Plutarchus in ipſo Pompeio.

Cornelia item alia. Vetonenſis quidem illa, ſed multò inferior tempore.

Cornificia, Cornificij Poetæ ſoror, cuius inſignia poemata fuiſſe ſuo tempore, ſcribit Hieronymus.

Corona Peruſina.

Craco Bohema, filia Libyſſæ, rerum futurarum perita, apud Volaterranum in Geographia.

Criſtina Piſana, cuius librum vidimus elegantiſſimum de laudibus mulierum, vt & alibi diximus.

Cybele, de qua in d. noſtro tractatu Medicinæ, numero 319.

D

Dame, aut, ut alij vocāt, Damo, Pythagoræ filia, cui pater ipſe ſuos ipſius Commentarios legauit, vt retulit Lyſis in Epiſtola ad Hipparchum, & ex eo Laertius in Pythagora.

Damiſella Triuultia Mediolanenſis, filia Ioannis viri ſenatorij, & Angelę literarum non expertis, de qua multa videbis apud Textorem in Officina.

Damocharis, cuius adhuc extant aliquot Epigrammata.

Damophyla, Pamphili vxor, Sapphus filia, quam Philoſtratus lib. 1. De vita Apollonij dicit æquales ſibi virgines congregaſſe, & poemata compoſuiſſe partim amatoria, partim Dianæ laudes continentia.

Daphne, Tireſiæ filia, quæ plurima ſcripſit varij generis reſponſa: ex eiusq́ue verſibus ferunt Homerum multa ad ſui poematis ornatum tranſtuliſſe, vt tradit etiam Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces c. 16. Meminitq́ue eiuſdem Pauſanias lib. 1.

Debbora, ſiue Debora, aut vt etiam nonnulli vocant, Delbora, ſacris literis celebrata, libro Iudic. quarto & quinto.

Deiphobe, Glauci filia, de qua Politianus in Nutrit.

Deme, celebrata Politiano in Nutrit. & ante eum Pauſaniæ libro decimo qui de rebus Phocenſium eſt. Vide Damo.

Democharis, vide Damocharis.

Deobulina, memorata Euſebio in Chronicis Olymp. 82.

Diana, de qua diximus in tractatu Medicinę, qui eſt noſtræ Nobilitatis c. 31. num. 308.

Diotima, Socratis magiſtra, de qua diximus in præcedenti verſiculo.





E

Ecyrrhina, quam Iſaacus Lycophronis Interpres inter Lyricos Poetas ponit: niſi fortè in illius Gręco codice perperam pro Corinna Ecyrrhina legatur, vt ſcribit Lilius Gregorius Gyraldus in Hiſtoria Poetarum libro 1. iterumq́ue lib. 9. Nam & Hephæſtion Corinnam dupliciter enuntiare videtur.

Eianica, aut vt alij vocant, Euneea, aut item, vt alij, Eunoea Salaminia, Suidæ memorata.

Elizabetha, Scomangiæ Abbas, cuius libros & nunc quoque habemus, ſcilicet Orationes ad ſorores ſui cōuentus, & Opus de vijs, quibus itur ad Deum.

Elephantis, de qua ſupra in Aſtyanaſſa, & præterea in noſtro tract. artis Medicinæ, num. 333.

Elpis, à quibuſdam Helpe dicta, vxor Boetij.

Erinna Teia, aut, vt alij malunt, Lesbia, aut etiam Telia, aut item Rhodia, quæ licet ætate nouem tantùm & decem annorum mortua fuerit: tamen tantùm valuit carmine, vt Homericam maieſtatem conſecuta fuiſſe dicatur. Huius carmina citat. Plinius libro trigeſimoquarto, cap. octauo, & Stobæus capite ſeptimo. Eamq́; Hexametrorū ænigmatum vatem appellat Laertius in Cleobulo. De ea quoque Propertius lib. 2. Eleg. 3.

*Carminaq́; Erinnes non putat æqua ſuis.*

Huius etiam meminit Euſebius Chronographus, qui eam dicit fuiſſe temporibus Alexandri Magni & Tatianus in lib. aduerſus gentes & Suidas, & Loenides, qui Græco Epigrammate eam νέαν ἀοιδὸν, id eſt, iuniorē vatem appellat, quòd adeò iuuenis deceſſiſſet, Huius, aut alterius eiuſdem nominis, extat Epigramma lib. 4. Epigra. Græcorum, ſectione 5. & alterum li. ſequ. Eſtq́ue in eius ſtatuam Epigramma Chriſtodori, & aliud Myrus, lib. 6. eiuſdem operis c. 1.

Erophila, Troiana, Marmenſi filia, vna ex duabus Sibyllis, apud Martianum Capellam lib. 2.

Eudochia, Theodoſij iunioris filia, quæ Heroico carmine multa poemata ſcripſit, vt tradit Socrates Hiſtoriæ tripartitæ lib. 11. cap. 17. Huiusq́ue eſſe dicuntur Homerocentones, qui circumferuntur. Ad eam ex Aegypto ſcripſit Orion Thebanus Collectanea ſententiarum, ſiue Florilegium. Huiusq́; etiam meminit Nicephorus hiſtoricus. Alij eam Eudociam vocant, alij item Eudoxiam. Tzetzes autem eam (niſi hæc altera ſit) Hiſtoriarum Chiliade 10. capit. 306. vocat Magni Leonis omniſciam filiam.

Eugenia, Philippi Romani filia, omnibus liberalibus artibus erudita.

Eumetis Lyndia, vide ſuprà Cleobulina.

Eumonia, Nazarii Rhetoris filia, patri eloquētia ſimilis, apud D. Hieronymum in adiectione ad Chronic. Euſebij non longè à princip.

Euneca, vide ſuprà Eianica.

Eunœa, vide etiam ibid.

Eurydice Hieropolitana, de qua Plutarchus ad fin. libri de pueris educandis.

Eurydice altera, ab eodem quoque celebrata, ad fin. Præcep. connub.

Euſtochium, quam miris modis vbiq́; extollit Hieronymus. Eſtq́; eius, & Paulæ matris ipſius elegans & docta epiſtola ad Marcellum, quæ eſt inter eiuſdem Hieronymi epiſtolas.

F

Fabiola quoque eidem Hieronymo multis nominibus, præcipuè verò ſanctitatis & doctrinæ celebrata.

G

Geminę duę, mater & filia, Plotini diſcipulę, memoratæ Porphyrio in vita ipſius Plotini.

Genebria Veronenſis Brunori Gambarę Brixiani vxor, quæ doctas epiſtolas ſcripſit.

Gilberta Anglica, quam nonnulli exiſtimant eam fuiſſe, quæ ſexum mentia virilem, adeò in literis, præſertim diuinis, profecit, tantamq́ue opinionem de ſe omnib. prębuit, vt Leone quarto Pontifice mortuo, digna viſa ſit, quæ omnibus poſthabitis in eius locum ſufficeretur, Ioannis Octaui, vt ſcribunt Platina & Boccatius, aut Ioannis Septimi, vt mauult Sabellicus, nomine aſſumpto. Quod niſi à bonis autoribus, & illius quidem temporis traditum fuiſſet, vix credibile foret. Nonnulli autem tradunt, hanc fuiſſe ex Moguntia, non ex Anglia. Hæc librum de Necromātia ſcripſiſſe dicitur.

Gorgon, Leonidæ vxor, cuius, vt doctę, meminit Plutarchus haud multò ante finem Præceptorum connubialium. Huius inter doctas meminit D. Hieronymus ad fi. lib. 1. in Iouinianum: vbi tamen eam Gorguntem vocat. Quo in loco Eraſmus in ſuis Scholijs de ea nihil adhuc compertum ſe legiſſe dicit.

H

Hedibia, ad quam ſcribit Hieronymus: ex cuius epiſtolis ſatis intelliges, eam non indoctam fuiſſe.

Hedyle, mater Hedylogi Poetæ Samij, aut vt alij dicunt, Athenienſis, quæ librum ſcripſit, cui eſt Titulus Scylla, in quo Glaucum inducit Scillæ amore captum, in illius antrum deſcendiſſe: vt ex Græcis quibuſdā Grammaticis tradit Athenæus, libro ſeptimo capite decimo ſexto ad finem: & meminit etiam Pauſanias libro nono, quod de Bœoticis ſcribit.

Helenam illam Menelai vxorem, augurandi peritam fuiſſe, palàm indicat Homerus lib. 15. Iliad.

Helena Flauia Auguſta, Cœlii Britannorum Regis filia, cuius eſt liber de Pronidentia, alter de Immortalitate animæ, alius de rectè viuendi norma: alius item, cui titulum fecit, Monita pietatis. Suntque eius Carmina Gręca & epiſtola. Obiit Romæ anno Domini 337.

Helpe, vide ſuprà Elpis.

Hepione, de qua diximus in d. tracta. Nobilitatis, ca. 31. numero 320.

Heſtię, Alexandrina, quæ in Iliadem Homeri ſcripſit, apud Strabonem lib. 13. ex Demetrio.

Hilda Herenica Angla, quæ ſcripſit aduerſus Agilberrum Pariſienſem vi Saxonum Epiſcopum libro 1. & Meditationes pias. Vixit anno Domini 684.

Hildegardis virgo Moguntinēſis, cuius libros plurimos habemus, & ad quam, vt doctam, ſæpe ſcripſit D. Bernardus: & nos quoque de ea diximus in d. noſtro Tractatu Medicinæ, nu. 339. Sed præter libros illic memoratos ſcripſit in Regulam quintam Benedicti, lib. 1. Triginta quæſtionum lib. 1. Vitam S. Diſiobodi, li 1. Homilias 58. in Euangelia lib. 1. De Sacramento altaris, lib. 1. Scinias lib. 1. Vitas maritorum lib. 3. Diuinorum operum lib. 1. Ad Colonienſes lib. 1. Ad Treuirenſes lib. 1. Exhortationum ſecularium libr. 1. Ad ſorores ſuas li. 1. Ad Monachos Griſeos lib. 1. Carminum diuerſorum lib. 1.

Gildegardis altera de Pingua, cuius ſunt Phyſicorum lib. 4. de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbuſtorū, piſcium, uolatilium. & animantium terræ, naturis, & operationibus.

Hipparchia, quam Crates Philoſophus Thebanus vxorem duxit, de qua multa Laertius, & Clemens Alexādrinus lib. 4. Stromatῶn, vbi ſcribit, propter eam celebrata fuiſſe Pœcile Cynogamia: & nos aliquid diximus ſtatim poſt princ. lib. 4. connub.

Hippias, Lycurgi Lacedæmoniorum Legiſlatoris hoſpita, de qua Plutarchus in vita ipſius Lycurgi.

Hippo, Centauri Chironis filia, quæ Æolum docuit naturæ contemplationem, apud Clementem Alexandrinum libro primo Stromatῶn. Et de ea eſt illud Euripidis:

Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προυμαντεύσατο
Χρησμοῖσιν. ἤδ' ἀστέρων ἐπαντολάς.

*Diuina quæ primum quidem præſagijt*
*Oraculis, atque per ortus ſiderum.*

Homelœa, vates, Eunexi filia, cuius meminit Ariſtophanes Thebaicorum 2. & Suidas.

Hortenſia illa, digna parte Hortenſio filia, cuius eloquētia à Valerio Maximo libro 8. capit. tertio, & Fabio Quintiliano lib. 1. cap. item 1. & Appiano lib. Bellorum ciuilium 4. celebratur.

Hydra, fœmina doctiſsima fuiſſe perhibetur, aduerſus quam Hercules certare non valuit, vt cui propter ſapientiam, vt Plato refert, pro vno capite ſermone amputato, multa repullulabant.

Hygia, ſiue Hygæa, ſiue Hygæa Aeſculapij filia, de qua multa diximus in tract. Nobilitatis, capite 31. nu. 316

Hypathia, aut, vt alij vocant, Hyparchia, Alexandrina, Iſidori Philoſophi vxor, cuius ſunt Commentaria Aſtronomica.

Hyptachia, aut, vt alij vocant Hypatia, altera (niſi tamen eadem fuerit) & ipſa Alexandrina, Theonis Philoſophi & Geometrę filia: quæ ſuper omnes Philoſophos eminens, Plotino in Schola Platonica ſucceſsit: vt tradit Socrates in Hiſtor. tripartita li. 11. cap. 12. Scripſit in Ariſtonomiam, & profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, imperante Arcadio, vt tradit Suidas.

I

Iambe, Echus & Panos filia, eademque ancilla Metameæ vxoris Hippothoontis, quæ prima verſus Iambicos excogitauit, quibus Cererē mœrentem ob raptā Proſerpinam filiam exhilarauit. Vnde nomen inditum huiuſmodi verſibus quidam voluerunt: vt eſt videre apud Scholiaſten Græcum Nicandri in Alexipharmacis. Quanquam ſunt qui aliunde hos verſus dictos eſſe putent, de quo vide Gyraldum in Poetica Hiſtoria libro 1.

Iaſo, filia Aeſculapij, de qua & nos diximus in tract. Nobilitatis, cap. 31. numer. 16.

Ioanna Papa, vide ſuprà Gilberta Anglica.

Irene Cratini filia, artis pictorię doctiſsima, ex Didymo in Sympoſiacis, & Clemēte Alexādr. li. 4. Stromatῶn.

Iſabella Malateſta.

Iſis, Ægypti regina, de qua diximus in tract. Nobilitatis. cap. 31 num. 311.

Iſota Nouarella Veronenſis, cuius Epiſtolæ ſunt ad Nicolaum Quintum, & Pium Secundum, Romanos Pontifices, & ad Guarinum Veronenſem, & alios doctos viros: & Dialogus quo diſputat, vter grauiùs peccarit, Adam, an Eua.

Iſtrina, Scytharum regina, Aporithis Regis vxor, quæ Sylem filium Græcis literis inſtituit. De hac Herodotus in Melpomene.

L

Labiſſa, vide Libyſſa.

Lælia, C. Gracchi filia, Tullio in Bruto de Claris Oratoribus celebrata.

Lælia altera, Lælij filia, quæ vt ſcribit Quintilianus lib. 1. reddidiſſe in loquendo paternam eloquentiam elegantiorem dicitur.

Lais, Plinio citata, lib. 28. c. 7. & lib. 32. c. 6. & alibi ſæpe. De qua etiam nonnihil diximus in tractatu Nobilitatis capitulo. 31. numero. 334. incip. Sotira.

Laſtinea, Mantinea, Arcadica, Platonis diſcipula, memorata Dicæarcho, Plutarcho, Athenæo, & Apuleio in lib. de Dogmate Platonis, & Laertio tum in Platone, tum in Seuſippo: de qua etiam diximus in 3. leg. connub. num. 69. incipiente, Idem Hyginus.

Latona, de qua in noſtro Tract. Nobilitatis, c. 31. nume. 324. incip. Ex illo.

Lauinia, Selonij Regis Deliorū filia fatidica, apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. 1.

Laura, Nicolai Throni vxor ſoror Genebriæ Veronenſis, de qua ſuprà locuti ſumus.

Laura altera, Brixiana, quæ elegātes epiſtolas ſcripſit ad Hieronymum Sauonarolam Ferrarienſem.

Learchis Poetria, Tatiano memorata in libr. aduerſus gentes.

Leontium, amica Epicuri, quæ in Theophraſtum ſcripſit, vt tradit Tullius li. 1. de Natura Deorum. Ex quo prouerbium natum, Suſpendio arborem eligendam, ſcribit Plinius in Procœmio Naturalis Hiſtoriæ. Eius quoque meminit Athenęus lib. 13. cap. 20. in princ. dicitque eam, ne tum quidem quæſtum reliquiſſe meritorium, cùm cœpit Philoſophari.

Leoparda, cuius meminimus in noſtro Tractatu Nobilitatis, cap. 31. numero 447. incip. Leoparda.

Libyſſa Bohema, Croci Regis Bohemiæ filia fatidica, apud Volaterraneum in Geographia. Hanc nonnulli Labyſſam vocant.

Liciniæ duæ, neptes Læliæ, de qua ſuprà, Tullio in illo libro de Claris Oratoribus memoratæ.

M

Manto, Thireſiæ filia, Rachij Inſulæ Clari Regis vxor, quam Iulius Hyginus Fabularū c. 128. inter Augures annumerauit: Huiuſque meminit Virgi. lib. 10. eam Fatidicam appellans: & Ouid. lib. 6. Metā. Venturi præſciam: & Seneca Tragœdiographus in Agamemnone, illam quoque Futurorum præſciam: Statius lib. 10. Prouidam reſponſis.

Marcella, D. Hieronymo ſæpe memorata, & commendata multis epiſtolis ad eam conſcriptis, & operib. illi dicatis.

Margarita, Ioannis Feruſini Iuriſperiti vxor, Mediolanenſis, Græcè & Latinè eruditiſsima.

Margarita altera, cuius meminimus in noſtro Trac. Medicinæ, numero 340.

Margarita alia, Franciſci nuper Frācorum Regis ſoror, & Nauarræ Regis vxor, omnibus bonis literis inſtructiſsima præſertim verò ſacris, in quibus ſuperiores omnes fœminas facilè ſuperauit: ut apertè oſtendunt eius opera, tam ſancta, tam pia, tam denique docta, ut vix credas à muliere facta.

Maria, quę cum fratre ſuo Moyſe prima omnium carmē hexametrum, quod heroicum dicitur, modulata fuiſſe fertur.

Marſepia, à Politiano inter doctas & vates fœminas poſita in Nutrit. Et de hac eſt illud Tibulli libro ſcđo.

*Quicquid Amalthea, quicquid Marſepia dixit.*

Marſine, vide ſuprà Barſine.

Martha Syra fatidica, apud Plutarchum in Mario.

Martia, Hortenſij vxor, quæ & mariti ſtudia iuuiſſe dr̄.

Marta Proba, Britannorum Regina, omnibus propemodum artibus liberalibus doctiſsima, quę condidit & ſcripſit leges patrias, quas Martianas vocarunt, eaſq; Alphredus in Saxonicam linguam trāſtulit. Vixit ante Chriſtum natum, ann. 348.

Medea, de qua in noſtro Tract. Medicinæ, nu. 312.

Megaloſtrata, quam Poetriam fuiſſe, planè oſtendit Archytas Harmoniacus, & Chamęleon, quam Alcman & ipſe



& ipſe Poeta Lyricus, impatienter adamauit, vt videre licet ex ipſius verſibus ab Atheneo memoratis.

Menexene, Diodori, cui cognomen Saturnus fuit, filia, Dialectica, vt tradit Philo & ipſe Dialecticus in Menexeno, & ab eo Clemens Alexandrinus libro 4. Stromatῶn.

Meneſarchis, Epheſia Poetria, Tatiano memorata in li. aduerſus gentes.

Mœro Byzantia, quæ hymnum eloquentiſsimum in Neptunum edidit. Et huius meminit Athenæus lib. 11. Diphnoſoph. cap. 13. eamque citat ex Mnemoſyne: vbi eam dicit Poematum Homeri rectè ſententiam percepiſſe.

Moſchina Attica, Iamborum Poetria, mater Hedyles, de qua uprà diximus. Huius meminit Athenęus lib. 7. c. 16. ad fin.

Muſcæ duæ, id eſt, Græcè μύαι (id enim earum nomē fuit) vtraque Poetria Lyrica, quarum vna Theſpiaca fuit, cuius meminit Lucianus in Muſca: altera Spartiatis, quæ hymnos in Apollinem, & Dianam conſcripſit.

Muſæ tres, vt Ephoro placuit, aut quatuor, vt Mnaſeæ, aut ſeptem, vt Myrtilo, aut octo, vt Crateri, aut nouē, vt Heſiodo: quos omnes memorat Arnobius aduerſus gentes lib. 3. atque etiam Diodoro Siculo, qui ipſe lib. 1. iterumque quinto Bibliothecæ, cap. 2. puellas fuiſſe prodidit, quæ modulandi artem cæteraſque diſciplinas probè callerent, eaſque Apollinem docuiſſent. Hæ ſunt Clio, ita dicta propter gloriam, quæ ex Poetarum eruditione percipitur. κλέιω enim laudo ſignificat, & celebro. Euterpe, propter voluptatem, quę ab audientibus ex honeſti eruditione percipitur, ab εὖ, id eſt, bene, & τέρπω, delecto, Thalia, ꝙ in longum tempus Poetarum laus parta vireſcat. θάλλω enim floreo & vireſco eſt: quamuis Proclus aliunde deducat. Melpomene, à melodia, qua audientes demulcentur: à μέλπομαι, quod modulor & cano ſignificat, & μέλος cantus; vnde & μελωδία, dulcis, ſiue mellius cantus, & μελωδέω dulce cano. Terpſichore, eò quod audientes oblectet, propter bona, quæ ex doctrina proueniunt, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χόρους, id eſt, à delectandis choris: aut, vt ſcribit Phornutus διὰ τὸ τέρπεσθαι καὶ χαίρειν αὐτῇ τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ βίου, id eſt, ꝙ maxima vitæ pars ea delectetur, & gaudeat. Eratò, ꝙ docti homines ab omnibus amentur: Ἔρως enim amor eſt, & ἐρῶ amo, vnde illud Ouidij ſtatim poſt principium li. 1. de Arte amandi:

*Nunc Eratò: nam tu nomen amoris habes.*

Polymnia, aut, vt alij malunt, Polyhymnia, quoniam cātus ſuauitate Poetas reddit gloria immortales: πολὺ enim multum ſignificat, & ὑμνῶ cano laudo, & propriè ad Deos refertur: vnde & ὕμνος laus Deorum. Vrania, ꝙ viros eruditos ad cœlum tollat, οὐρανὸς enim cœlum dicitur, quaſi ὁρανὸς, vt dicit D. Ambroſius in Hexaëmero, ab ὁράω, video, ꝙ ſit viſui peruium, & minimè denſum. Gloria enim (vt redeamus) ac ſapiētia, eleuat animos ad cœleſtium contemplationem. Calliope, quòd cantus ſuauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æſtimetur: veluti dicas, pulchræ vocis: κάλλος enim pulchritudo dicitur, & ὄψ, ὀπὸς vox. Cæterum Herodotus ſuis nouem libris totidem Muſarum nomina impoſuit. Eſt & Epigramma, quod dicitur Virgilij, quo & ſingularum officia deſcribit. Eſt & in id Epigramma Græcum, in Anthologio, quod Latinum reddidit Lilius Gregorius Gyraldus, libro de Dijs Gentium 7. vbi & alia multa videbis de Muſis, atque etiam in eo opere, quod priuatim Muſarum ſyntagma vocauit.

Mutię, duę filiæ Lęlię illius C. Gracchi filiæ, de qua ſupra, Tullio in Bruto de Claris Orato. celebratæ.

Mycale, Centaura, quæ Theſſalas mulieres amoris remedium docuit, autore Seneca.

Myia, Theanus filia, Philoſopha Pythagorea, memorata Clementi Alexandrino lib. 4. Stromatῶn.

Myrina, cuius adhuc ſunt quædam Epigrāmmata, in Anthologio Planudis.

Nyro Byzantia, à Politiano in Nutrit. inter Poetrias connumerata. Huius adhuc eſt Tetraſtichon lib. 3. Anthologij Planudis, ſectione ſexta, & hexaſticon lib. 6. Eamque Antipater Theſſalus lib. 1. eiuſdem operis inter nouem Lyricos reponit. Eiuſque cum honore meminit Athenęus lib. 2. vbi eam dicit ſcripſiſſe Mnemoſynem, niſi hæc altera ſit. Traditque Tatianus in lib. aduerſus gentes, ſtatuam ipſius fuiſſe factam à Cephiſſodoto, egregio eius artis opifice. Ea carmine Elegiaco ſcripſit, vt tradit Pauſanias lib. 9. qui eſt de Bœoticis. Hancq; nonnulli tradunt fuiſſe matrem Homeri Byzantini: & ob Hymnum Neptuni ab ea editum fuiſſe in magna gloria. De eo quoque meminit Chriſtodorus lib. 5. Florilegij.

Myrtis Anthedonia, alijs Myrtò dicta Poetria Lyrica, Pindari (vt ſcribit Suidas) magiſtra, & vt nonnulli dicunt, mater. Eamq; ex Lyricis cantibus citat Plutarchus Problematῶn Græcorum c. 153. Huiuſq; item meminit Tatianus lib. ſæpius citato, & Antipater lib. 1. illius Florilegij.

N

Nicarete, Meretrix Megarenſis, Stilponis Philoſophi diſcipula, apud Athenæum libro 13. cap. 24. qui eam dicit dignam vt amaretur, & ex genere, & ex diſciplina.

Nicaula, Aethiopiſſa, Saba quoque vocata, Regina Auſtri, de qua & 3. lib. Regum, cap. 10. & lib. 2. Paralipomenon, c. 9. & Diui Matthæi c. 12. & Diui Lucæ, cap. 11. fit mentio: & apud Pauſaniam li. 10. quo res Phocenſium deſcribit: vbi illam dicit fuiſſe Beroſi, & Erymanthes filiam.

Nico, Samia memorata Xenophonti lib. 2. ἀπομνημονευμάτων, id eſt, memorabilium, & ex eod. Atheneo lib. 5. cap. 14.

Nicobule citata Athenæo li. 10. & li. 12.

Nicoſtrata Arcadica, Ionij Arcadum regis filia, Euandri ex Mercurio mater, quæ & Carmenta, ſiue Carmentis appellata eſt, ab effuſo per vaticinia carmine, vt ſcribit Martianus Capella li. 2. aut (quod idem eſt) ꝙ carmine reſponſa ederet, vt tradit Plutarchus in Vita Romuli. Et Seruius in 8. li. Æneid. non multò poſt princ. De hac Virgilius li 8. Æneid.

*—— Matriſq; egere tremenda*
*Carmentis Nymphæ monita. ——*

Et Liuius lib. 1. ab vrbe cond. & Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. Eamque doctam vocat Ouidius libr. 1. Faſtorum:

*Iamq; ratem doctæ monitu Carmentis ad amnem*
*Egerat. ——*

Et ante hos Heſiodus in Theogonia; vbi eam vocat αἰδοίην, i. pudibundam. Et eam eſſe eandem cū Themide (de qua poſtea dicemus) contendit Plutarchus Problematum Romanorum c. 56.

Noſſis Lyrica, inter Poetrias quoque repoſita à Politiano in Nutrit. huiuſque ſunt quędam Epigrammata in Florilegio.

Nyſis, memorata Lilio Gyraldo inter Poetrias.

O

Ocyroe, Chironis & Carietæ filia, de qua multa diximus in Tract. Nobilitatis, ca. 31. nume. 315. ex quibus intelliges, eam fuiſſe artis Medicæ, & Medicinæ peritam.

Oenone, Nympha, de qua etiam diximus in d. Tract. ca. 31. nu. 317.

Olda, ſiue Holda, vates ſacris literis celebrata, 4. Reg. 22. c. & 2. Paral. c. 34.

Olympias Thebana, de qua diximus in illo Tract. Nobilitatis. Huius, aut alterius eiuſdem nominis, verſus citantur a Stobeo Sermo. 9. Citatur & epiſtola à Polluce lib. 4. c. 9. & libellus de condemnatorum auferendis muneribus, lib. 10. c. 1.

Olympia Morata, Peregrinij Morati Mantuani filia, & Gruntheri vxor, Græcis & Latinis literis apprimè erudita, vt ſcribit Gregorius Gyraldus lib. 2. de Poetis noſtri temporis.

P

Pallas, De qua diximus in d. Tract. Medicinæ, numero 321.

Pamphila, Laertio in Socrate, & Platone, & Periandro, & Theophraſto, & Gellio cùm alibi ſæpe, tum li. 15. c. 17. & 23. & alijs ex libris Commentariorum. Eam Epidauriam, & Soteridæ filiam fuiſſe tradit Suidas, qui eius libros recenſet.

Panacea, Æſculapij filia, de qua etiam diximus in noſtro illo Tractatu Nobilitatis, cap. trigeſimoprimo, num. 316.

Pantaclea, Diodori Saturni filia, Dialectica, Philoni Dialectico in Menexeno, & Clementi Alexandrino lib. 4. Stromaton.

Parthenium, quæcunque ea fuit, memorata Martiali li. 7. Epigram. 68.

*Non tua Parthenium nimium ſe præferat illi,*
*Quamuis Pierio ſit bene nota choro.*

Alibi autem idem Martialis, libro ſcilicet 5. Epigr. 6. meminit Parthenij viri Muſarum ſtudioſi:

*Muſæ, Parthenium rogate veſtrum.*

Niſi fortè ibi veſtram legendum ſit. At lib. 11. Epigr. 1. de mare haud dubiè locutus eſt:

*Nunquid Parthenium videre tentas?*
*Vadas, & redeas irreuolutus.*
*Libros non legit ille, ſed libellos.*

Et lib. 12. Epigram. 11.

*Parthenio dic Muſa tuo, noſtroq; ſalutem.*

Et alterius, vt puto, Parthenij item Poetæ, Plutarchus in Parallelis c. 42.

Paula, mater Euſtochij, de qua ſuprà diximus, ſæpe D. Hieronymo memorata.

Paulina, vide infrà Pompeia.

Perictyone Pythagorica, quam Stobæus cap. 1. citat ex lib. de Sapientia, & cap. 83. ex lib. περὶ γυναικὸς ἁρμονίας, id eſt, de mulieris concinnitate, ſiue compoſitione.

Perialla vates, apud Herodotum lib. 6.

Perilla, Ouidij tertia, poſtremaque vxor, vt Crinitus putat, aut, vt alij malunt, filia, aut, vt Conſtantius Fanenſis putat, priuigna ex vxore tertia admodum docta, atque Poetria in primis excellens, vt facile oſtendit Elegia ipſius Ouidij 7. lib. 3. Triſtium, quam ad illam ſcripſit.

Phænnis, Epirotis, filia Regis Chaonum, Tzetzæ Hiſtoriarum Chiliade 9. c. 288. & Politiano in Nutrit. inter vates commemorata, & ante hos Pauſaniæ li. 10. quo deſcribit Phocenſia.

Phanothea, Icari vxor, quam ferunt inueniſſe heroicum hexametrum, vt tradit Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton.

Phemonoe, aut (vt alij appellant) Phemenoe, Neſsi (vt dicit Iſaacius) filia, Apollinis Promantis, quam primam heroicum carmen ceciniſſe, hymnumque Delphis compoſuiſſe, tradit Pauſanias dicto li. 10. Huius tanquam peritæ interpretamentorum ſomniorum, meminit Syneſius Platonicus, in li. de Somnijs. Sed & illius eſſe illud γνῶθι σεαυτόν, i. Noſce teipsũ, tradit Antiſthenes in Succeſsionib. idq; ſibi Chilonẽ vſurpaſſe vt ſcribit Laertius in Thalete. Hãcq; citat Pli. ſcribitque Apollinis dictã filiã lib. Natur. hiſt. 10. c. 2. Strabo aũt li. Geographiæ 9. tradit eã fuiſſe primã diuinantẽ Pythiã. Huius quoq; meminerũt Euſebius Chronographus, qui eam quinque & viginti annis ante Linũ & Orpheum Acriſio oracula ceciniſſe ſcribit: & Tatianus contra gentes. De hac & Lucan. li. 5.

*Phemonoen errore vagam, curiſq; vacantem*
*Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi.*

Et iterum:

*—Sic plena laborat*
*Phemonoe Phœbo.—*

Et Statius lib. 2. Syluarum, in Surrentino Poll.

*—Reſeretq; arcana pudicos*
*Phemonoe fontes.—*

Huius præterea meminerũt & Suidas, & Porphyrion in Artem Poeticam Horatij, enarrans illud:

*—Et dictæ per carmina ſortes.*

Philænis, Leucadia laſciuiſsimorum carminũ Poetria, vt diximus ſuprà in 9. leg. connub. nu. 97. quid ergo referam, vbi omnino vide. Ea autem Xenophonti lib. 2. Apomnemoneumaton, i. memorabilium, Luciano in Pſeuthologia, & iterum in Amoribus, Thenæo item li. 5. c. 14. & Suidæ commemorata fuit.

Phintys, Callicratis filia, dogmatum Pythagoræ ſtudioſa, quam ex lib. περὶ γυναικὸς σωφροσύνης, i. de temperantia mulieris, citat Stobæus c. 72.

Phygo, a Sachoniato Berytio celebrata apud Euſebium Præparationis Euangelicæ lib. 1. c. 7. vbi dicit, eã fuiſſe Ponti filiam, hymnorumq; inuentricem. Sunt tamẽ qui eo in loco non, Phygo, legẽdum putent, ſed Sido: de qua & nos infrà dicemus. Phygonem autem poſuit inter vates Politianus in nutrit.

Plotiana illa, quæcunq; fuerit, cuius mentio fit in l. Plotiana. ff. de iure dot. ex qua potes intelligere, eam nõ fuiſſe iuris ciuilis imperitam: ideoque nec Celſum grauiſſimum in Iure authorem eam reſponſione dignatum fuiſſe.

Polla, vide ſuprà in Argentaria.

Polydamia, de qua in dicto Tractatu Nobilitatis ca. 31. nu. 318.

Polixo, vates, apud Vale. Flacc. li. 1. Argonauticon:

*Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.*

Pompeia Paulina, Senecæ vxor, quæ nõ mediocrẽ opem viri ſtudijs attuliſſe fertur.

Pompeij Saturnini vxor, quęcunq; ea fuerit, de cuius doctis epiſtolis Plautum aut Terentium repręſentantibus, loquitur Pli. ſecundus lib. Epiſt. 1. ad Euricium, Epiſt. 16. cuius initium eſt, amabam.

Praxilla Sicyonia, cuius Polemon apud Zenodotum, aut (vt alij vocant) Zenobium in Collectaneis meminit, quo loco enarrat illud Adagium ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος, Stolidior Praxillæ Adonide. Pauſanias in Laconicis, Tatianus in lib. aduer. gen. Euſebius Chronographus, in Olympiade 82. Hephæſtion, qui ab illa metrum Praxillum deductum fuiſſe dicit. Antipater Theſſalonicenſis, qui eam primam inter nouẽ Lyricos ponit, Epigrammate in eam rem compoſito libro 1. Epigrammaton Græcorum, & pręter hos Heſychius, & Suidas meminerunt. Atque etiã Athenæus li. 13. c. 27. & iterum lib. 15. c. 21. vbi dicit, illam fuiſſe admirabilem in poeſi conuiuialium carminũ. Sed & cuius etiamnum extat carmen ad Calaim puerũ de amoris mutatione.

Proba Falconia, Adelphi Romani, viri Proconſularis vxor, cuius Centones, opus ſanè mirandum, è Virgilio habemus. Suntq; qui idem ex Homero eã feciſſe exiſtiment, cum tamen Eudochia id fecerit, vt ſuprà in Eudochia diximus. Hos autem D. Hierony. ad Paulinam ſe legiſſe affirmat.

Ptole-



Ptolemais Cyrenenſis.

Pudentilla, Apuleij vxor.

R

Rhoſuita, aut, vt alij vocant, Rhoſoita, monialis è Saxonia, cuius plurimos libros etiamnunc habemus, carmina & proſa oratione conſcriptos.

Rufina, vide ſuprà Claudia Rufina.

Ruſticiana, Symmachi vxor, quæ non modicum viri ſtudijs præbuit adiumentum.

Ruth, ſacrarum literarum commendatione nobilis, lib. ipſius nominis titulo nuncupatim inſignito.

S

Saba, vide ſuprà in Nicaula.

Sabina Ateſtina, Atrei Clementis vxor, quæ Martiali, veluti docta, commemoratur.

Sabina altera, eademq; poſterior, tot Epigrammatis Auſonio laudata.

Salpe, Medica, à nobis memorata in Tractatu Nobilitatis c. 31. num. 329.

Salpe, altera (niſi eadẽ ſit, quod minimè reor) Lesbia, quæ παίγνια monumentis tradidit, teſte Nymphodoro Syracuſano, apud Athenæum, & Alcimo, qui & hanc Botryn cognominatam fuiſſe dicit, inuẽtricem τῶν παιγνίων.

Sappho, Lesbia, ex Ereſſo oppido, huius diſcipulæ fuerunt Apagora, Congyla, & Eunoea, de quibus ſigillatim ſuprà diximus.

Sappho altera, & ea quidem Lesbia, ſed ex Mytilene oppido, cuius cum maxima laude meminit Herodotus, & Ariſto. lib. 2. Rhetor. ad Theodecten, & Strabo libro 13. Geographiæ, vbi ei ſimilem aliam, ne in minima quidem Poetices parte, fuiſſe negat: & Euſtathius in Comment. in Dionyſium, item Hephæſtion, Terentianus, Attilius, Statius li. 5. Syluarum, Plinius, Plutarchus in Muſica, & in vita Demetrij, Diomedes, Demetrius Phaleræus, Hermogenes, & Didymus Chalcenterus. Eſtque in laudem illius Epigramma Plat. lib. 1. Florilegij.

Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως·
Ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

*Muſas eſſe nouem referunt: ſed prorſus aberrant.*
*Lesbia nam Sappho Pieris eſt decima.*

Item aliud Antipatri Sidonij:

*Dulcia Mnemoſyne demirans carmina Sapphus.*
*Quæſiuit, decima Pieris vnde foret.*

Et illud Auſonij:

*Lesbia Pierijs Sapphò ſoror addita Muſis.*
Εἴμ' αὐτὴ λυρικῶν Ἀονίδων δεκάτη.

Hanc autem, aut aliam eiuſdem nominis pulchram vocat Plato in Phædro. Eique tale elogium dedit Galen. in lib. cui titulus eſt, ꝙ animi mores corporis temperaturam ſequuntur, quòd cum Poetriam ſimpliciter dicimus, Sapphò intelligamus, vt cum Poetam, Homerum. Suidas ſcribit Sapphò Lesbiam edidiſſe libros Lyricos: nouem Epigrammata præterea, Nænias, Monodias, Elegias, Iambos, & Epithalamium Æolica lingua. Hancque primam pectida inſtrumentum Muſicum inueniſſe, tradit Menęhmus Siconius, apud Athenæum. Ab ea quoque carmen Sapphicum nomen accepiſſe, dicunt Hephæſtion, Terentianus, Attilius, & Diomedes. Extatque etiam nunc eius Diſtichon lib. Florilegij Epigrammatum Græcorum 3. ſect. 4. & Tetraſtichon eiuſdem libri ſect. 12. Aelianus autem Variæ Hiſtoriæ lib. duodecimo, cap. decimonono, ſcribit Sapphò Poetriam filiam Scamandronymi, in doctis & ſapientibus annumeraſſe Platonem Ariſtonis filium. Aliam autem in Lesbo fuiſſe meretricem non Poetriam. Cæterùm Pauſanias lib. 9. tradit Sapphò Lesbiam multa de cupidine ceciniſſe. Conſtat autem Poetriam ipſam Phaonem ardentiſſime deperijſſe; quod vel ex epiſtola Sapphus ad Phaonem conſtat apud Ouid. & ex Plinio, qui huius amoris cauſam reddit lib. 20. cap. 8. quamuis ibi nõn declaret, quænam Sapphò ea fuerit. Denique quare Horat. lib. Epiſto. 1. Sapphò maſculam vocet (quod & alibi ex eo annotauimus) diſces ex Porphyrione, eius Interprete, & Lilio Gregorio Gyraldo Hiſtor. Poet. Dialogo 9.

Sempronia, apud Salluſt. in Catil. Gręcis, atque Latinis literis docta quidem, ſed parum caſta.

Sentia, Elea, de qua diximus in noſtro Tractatu artis Medicæ, nu. 335.

Sera, filia Azer, Prophetiſſa, apud D. Hierony. in 1. lib. Paralipomenon.

Sibyllæ, a multis deſcriptæ, & nominatæ: ex quibus nonnulli duas tantum fuiſſe ſcribunt, vt Martianus Capella lib. 2. Alij tres tantùm, vt Solinus cap. 8. Alij quatuor, vt Aelianus in Varia Hiſtoria libro duodecimo. Alij decem, vt Varro in lib. Rerum diuinarum, quos ad C. Cæſarem Pontificem Maximum ſcripſit, & Lactantius lib. primo, cap. 6. & D. Hieronymus in Iouinianum lib. 1. & ferè cæteri, quos aliter ſigillatim recenſendos non duximus, ad illos lectorem remittere contenti, & præterea ad D. Auguſt. de Ciui. Dei lib. decimooctauo, cap. 23. & ad illius eodem in loco Interpretem Ludouicum Viuem, item ad Hyginum Fabularum cap. 128. ad Pauſaniam lib. 10. qui de rebus Phocidis eſt: & poſtremò ad Lilium Gregorium Gyraldum Hiſtor. Poet. Dialog. 2. & Mantuanum, Poetam noſtri temporis non contemnendũ in D. Maria.

Sido, Ponti filia, cuius ab ore ſonora, & ſuauiſsima vox profluebat, quęq; prima hymnos carminibus compoſuiſſe dicitur, vt ex authoritate Philonis Biblij Sachoniati Interpretis, tradit Euſebius libr. Præparationis Euangelicę 1. c. 7. vide ſuprà Phygo.

Soſipatra, Lyda, vxor Aedoſij Sophiſtæ, multis diſciplinis cumulatiſsima, & futurorum præſaga, ideoque a numinibus quibuſdam fuiſſe educata, vt tradit Eunapius.

Sotira, de qua diximus in Tractatu Medicinæ, qui eſt Nobilitatis noſtræ c. 31. nu. 329.

Steſichori, Poetę Lyrici filiæ, quarũ nomina mihi ignota ſunt, quę in modulandis numeris, & carminibus pangendis ſuo patre non indignæ exiſtimatæ ſunt, nullique, pręterquam patri ipſi, cedere dicebantur. Ad has extat epiſtola Phalaridis, qua eas conſolatur de morte patris.

Sulpitia Romana, Martiali celebrata lib. 10. Epigram. 35. Ea virum habuit Calenum, cum quo annos quindecim ſuauiſsimè vixit, vt conſtat eodem Epigram. 38. eiuſdem lib. & amborum meminit Sidonius Apollinaris:

*Non quòd Sulpitiæ iocos Thaliæ,*
*Scripſit blandiloquos ſuo Caleno.*

Erat etiamnum carmen ipſius elegantiſsimum, quo queritur de ſtatu Reipublicę, & temporibus Domitiani, quod poſitum eſt inter opera Auſonij.

Suſanna, virgo, Rufini Alexandriæ Pręfecti ſoror.

Symmachia, Hipponenſis filia, vna ex Sibyllis, quæ Erythris progenita, etiam Cumis eſt vaticinata, apud Martianum Capellam lib. ſecundo de nuptijs Philologiæ.

T

Talarchis Argiua, inter Poetrias relata a Tatiano in lib. contra gentes.

Tanaquil, illa Romanorum Regina, cœleſtium prodigiorum perita, vt ſatis conſtat ex Liuio li. primo ab vrb. cond. & Claudiano in laude Serenæ vxoris Stiliconis, & Dionyſio Halicarnaſſeo, qui lib. 3. Origi-

num Rom. eam tradit fuiſſe ſapientem, & quæ in diuinatione nulli Hetrūſcorum cederet.

Targelia, aut vt alij malunt, Thargelia, Mileſia, à Politiano in Nutr. inter Poetrias relata. Sed & eius, tanquam Philoſophæ, meminit Plutarchus in Pericle, & Lucianus in Eunucho, ſiue Pamphilo. Hippias Sophiſta, & ex eius authoritate Atheneus, li. 13. cap. 32. tradunt, eam fortisſimam & ſapientisſimam fuiſſe, viriſque quatuordecim nupſiſſe.

Terba, Croci Regis Bohemiæ filia, & Libyſſæ, de qua ſupra locuti ſumus ſoror, auguriorum ſortiumq; peritisſima, apud Æneam Syluium de bello Bohemico.

Terentia, primum Tullij vxor, deinde Salluſtij, & poſtremò Meſſalæ Coruini, eſt quaſi per quoſdã gradus eloquentiæ deuoluta, vt refert D. Hieron. lib. 1. in Iouinianum. Hæc vixit annos 117. vt retulit Pli. lib. 7. c. 48. Vbi tamen alij legunt 103. nam & Valerius Maxi. lib. 8. c. 14. dicit 103. Eam doctam fuiſſe ferũt. Quod vel ex eo probabile eſt, ꝙ tribus viris eloquentisſimis & doctisſimis nupſiſſet.

Thargelia, vide ſuprà Targelia.

Theano Metapontina, Brontini Crotoniatæ filia, Pythagoræ vxor, vt Theodorito Cyrenenſi, & Luciano in imaginib. & Laertio in Pythagora, & Polluci li. 10. c. 3. in fi. placuit: aut verò ipſius Brontini vxor, & Pythagoræ diſcipula, quod Plotinus maluit. Ea ſcripſit Cõmentarios Philoſophicos de virtute, Poemata, & Apophthegmata Pythagoræ, vt tradit ipſe Laertius. Et defuncto ipſo Pythagora, ſcholas vnà cum Telange, & Neſarcho filijs regendas ſuſcepit, vt prodidit Theodoritus. Hanc Didymus in li. de Philoſophia Pythagorica tradit, primam ex mulieribus eſſe Philoſophatam, & ſcripſiſſe Poemata: quod & ex eo recẽſet Clemens Alexandrinus li. 1. Stromatῶn. Eamq; citat Pollux. vbi ſupra, ex epiſtola ad Timaretam.

Theano altera, Locrenſis, & ipſa Poetria, quæ Hymnos & Cantica Lyrica, & μέλη ſcripſiſſe fertur.

Theano item alia, Thuria, Lycophronis filia, Pythagorica. Nam & has diuerſas facit Suidas, quamuis alij vnam eandemq; eſſe exiſtiment. Laertius nihil certi affert. Extat autem etiamnunc alterius ex his epiſtola de liberorum educatione ad Eubulam, & altera ad Nicoſtratam Zelotypam conſolatoria: & alia quoque admonitoria ad Calliſto, quemadmodum multis præeſſe debeat: quarum bonam partem videbis apud Stobæum. Porrò aliam memorat Homerus Mineruæ ſacerdotem.

Theleſilla Argiua, Pauſaniæ in Corinthiacis, atque ẽt in Argolicis, Suidæ, Hephæſtioni, Luciano in Amorib. Apollodoro de Deorum origine lib. 3. Athenæo lib. 11. c. 5. & Antipatro Theſſalonicenſi lib. 1. Florilegij Græcorum Epigrammatῶn, Clementi Alexandrino li. 4. Stromatῶn, & Euſebio Chronographo in Olympiade 82. & præter hos Plutarcho in Claris mulierib. vbi dicit, ꝙ ſuprà cæteras fœminas in Poetica facultate excelluit, cum domi illuſtris eſſet; & alia multa inibi de ea ſcribit, vt videre poteris.

Themides duæ, prior quidẽ, quam Orpheus in Hymnis tradit poſt hoĩum memoriam, primã mortalib. oraculum demonſtraſſe, atq; ex oraculo Delphico vaticinari ſolitam, ex eaq; Apollinem didiciſſe vaticinationẽ. A quo non longè abeſt, quod ſcribit Diodorus lib. 6. Bibliotheces, c. 15. eam tradidiſſe artem diuinandi, ſacraq; ac Deorum cultus inueniſſe, eaq; quæ ad bene viuendum, & pacem pertinent, oſtendiſſe. Altera Euãdri mater, Carmentis dicta, de qua & nos quædam diximus in Nicoſtrata. Quibus addes, Plutarchũ in Politicis dixiſſe, hanc conſultisſimam fuiſſe, quęq; actionem agere, cœtuſq; dimittere noſſet. Eius etiam meminit Pauſanias lib. 10.

Themis, fortè altera vna ex Titanidibus, quam nõnulli dicunt inueniſſe Heroicorum hexametrum, vt ſcribit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatῶn.

Themiſta, memorata Lactantio lib. 3. c. 25. & Clementi Alexandrino li. 4. Stromatῶn: vbi hanc dicit fuiſſe filiam Zoili: & D. Hierony. in Prologo in Sophoniam, & Diogeni Laertio in Epicuro, vbi hanc dicit fuiſſe vxorem Leontei Lampſaceni Philoſophi.

Themiſtoclea, aut (vt alij appellant) Theoclea, Pythagoræ ſoror, & magiſtra, vt tradit ipſe Laertius in vita ipſius Pythagorę: qui & ipſe ex authoritate Hieronymi & Ariſtoxeni ſcribit, dogmata quæ Pythagoras Delphis adſcripſit, ab ea accepiſſe.

Theoclea, vide in pręcedenti verſi.

Theogenis, filia Diodori, cui agnomentum fuit Saturnus Dialecticæ perita, ex Philone Dialectico in Menexeno, & ex eo Clementi Alexandrino lib. 4. Stromaton.

Theone, Protei Aegyptiorum Regis filia, quæ (vt ſcribit Euripides ſtatim in initio Tragœdię, cui Helenę titulus eſt) diuina omnia, & p̃ſentia, & futura callebat:

-- Τὰ θεῖα γὰρ
Τά τ᾽ ὄντα, καὶ μέλλοντα πάντα ἠπίσατο.

Theophila, Canio Poetę Gaditano adamata, & Martiali celebrata, li. 7. Epigram. 68.

Theoris vatidica, quam Demoſthenes accuſauit, apud Plutarchum in vita illius.

Theoſebia, cuius etiamnum extat Tetraſtichon li. 3. Anthologij, id eſt, Florilegij Planudis, Sect. 15.

Timaris, Regina quęcũq; ea fuit, cuius carmen non inelegãs de Gemma, quæ Paneros dicitur, Veneri dicata adſcripſit Metrodorus, apud Plin. li. 37. c. 10.

Timoclea, Thebana, Theagenis ſoror, cuius, ut doctæ meminit Plutarchus ad finem præcep. connub. & D. Hierony. ad fi. libri primi in Iouinianum.

Triuultia Mediolanenſis, vide ſuprà in Damiſella.

Trota, quam alij Trotulam vocant, cuius etiamnum extant libri de curandis ægritudinibus mulierum ante, in, & poſt partum, impreſsi Argentinæ: de qua etiam diximus in Tract. Medicinæ, nu. 337.

Trotula, vide in præcedenti verſic.

V

VAri, aut, vt alij vocant, Varij vxor, (nomen illius aliter non dicitur) quam vt doctisſimam, adamaſſe Virgilium ferunt, illique Tragœdiam à ſe compoſitã dono dediſſe: illam verò, tanquam à ſe ſcriptam, viro obtuliſſe, & virum pro ſua edidiſſe. Quam rẽ nonnulli tradunt Virgiliũ allegoricè intellexiſſe 3. Eclog. illo carmine.

*Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum.*

Caper enim Tragœdiæ præmium eſt. Sed id Seruius eo in loco non admittit.

Velleda, ſiue Veleda, vaticinatrix, Cornel. Tacit. in li. de Moribus Germanorum memorata, & Papinio lib. 1. Syluarum, pro Rutilio Gallico:

*Captiuæque preces Veledæ.*

Veronice Gambara, Corrigienſis princeps, & Poetria admodum laudata Gregorio Gyraldo de Poetis nõſtri temporis, lib. 2.

Victoria Columna, & ipſa quoque Piſcariæ princeps, & Poetria ipſi Gyraldo eodem loco memorata, atq; etiã Pierio Valeriano in epiſt. liminari lib. 22. Hieroglopycorum.

Vrſula Cynoſura, Britanna, Dionæthi Cornubienſium principis filia, quæ ſcripſit de Arcanis viſionib. lib. 1. & alterum, cui, Documenta Fidei, titulus eſt, & epiſtolas plurimas.

X

XEnoclea, vates Delphica, apud Pauſaniam libr. 10. qui de rebus Phocenſium eſt.

Zenobia,



Z

ZEnobia, Palmyrenorum Regina, de qua ſæpius locuti ſumus in hoc opere. Ea fuit Græci & Ægyptij ſermonis peritisſima, & Latini non ignara, ſcripſitque Epitomen in Orientalem Alexandrinamque hiſtoriam: atque Herennianum & Timolaum filios literis erudijt. Elegantisſimas orationes ad ſuos milites ſæpisſimè habuit. Hæc ex Trebellio, aut vt alij vocant, Treuellio Pollione in vita illius. Flauius autem Vopiſcus in vita Aureliani, hanc vſam fuiſſe Longino Philoſopho ad Græcas literas tradit.

Et aliæ propè infinitæ, quarũ nomina incognita ſunt. Neq; enim fœminæ à liberalib. artibus alienæ ſunt, vt videre eſt ex l. qui filiũ, in prin. ff. vbi pup. educ. deb. quod & videre licet ex diuinis literis. Exod. 35. quæ mulierum doctarum, aliter non nominatarum, meminerunt. Agathius, qui poſt Procopium ſcripſit de bello Gotthorum & Perſarum, lib. 2. memorat, Alemannicas quaſdam vates. Nam & Paul. prioris ad Cor. Epiſtolæ, ca. 11. oſtendit, mulieres quoq; prophetandi munus interdum cõſequi. Omnis (inquit) mulier orans, aut prophetans, &c. Quo in loco Athanaſius, aut (vt quidam malunt) Theophylactus, dicit hoc donum habuiſſe Philippi filias. Arrhianus ſcribit, apud Telmeſſum vaticinia mulierum olim fuiſſe præſtantisſima. Sed & idem tradit, Dardanũ ex Samo profectum, Teucrorum filias vxores duxiſſe Νησὼ & Βατείαν, & ex priore natam illi filiam fatidicam, nomine Sibyllam, ex qua in vaticinatrices omnes ſit nomen propagatum ob τῆς θεοφορίας quandam cognationem. Dryadas quoque fuiſſe & Medicinæ, & diuinationis peritas, vt videre licet ex Trebellio Pollione, tum in Aureliano, tum in Numeriano. Vt interim omittam mulieres, quæ arte pictoria excellentes fuerunt. Timareten Miconis filiam & diſcipulam, & Calypſo, & Alciſthenen, & Ariſteretem Nearchi filiam, Lalam Cyzicenam perpetuam virginem, & Olympiadem Autobuli magiſtram, omnes Plinio memoratas lib. 35. cap. 11. Igitur & hanc quoque Legem Connubialem ita concludemus:

*Mulieres picturæ perita.*

*In his etiam, quæ ad virorum curam pertinent, ab vxoribus ipſi conſilium ſumunto.*

*Vndecima lex connubialis.*

# IN DVODECIMAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS DVODECIMA.

SED quid opus eſt hanc legem maritis præſcribere, qui & ipſi ſua ſponte quicquid facturi, dicturive ſunt, quicquid ſciunt, cogitant, quicquid denique ſomniant, vxoribus enarrant, & produnt: nihil illas celatum volunt, nihil illis inconſultis moliri, aggredive audent, aut nolunt, ſi auſint? Qui quidem maritorum mos anſam præbuit Accurſio, vt ſing. diceret in l. aut qui aliter. §. ſed & Seruius. ff. quod vi, aut clam. vxorem præſumi ſcire, quicquid vir ſciat. quem ſequitur Alberic. ibi. & in l. aduerſus. C. de cri. expi. hæred. reclamante tamen Andr Iſer. in cap. primo, colum. 7. ver. ſuperfluò ergo, titu. de natu. ſucce. feud. per tex. in l. ſi legibus ibi probatum fuerit. C. de epiſcop. aud. Et illum ſequitur Georg Nat. in repe. c. quamuis, colum. trigeſimaquarta, verſicu. decimotertio quæro, de pact. lib. ſexto. At idem quod illa gloſſ. ea tamen non citata, dicit Petr. Anchara. conſilio nonageſimoſecundo, tria in fauorem, colum. 1. Ex epiſtola autem Tullij ad Sextilium Lentulum Proconſulem lib. 5. Epiſtolarum Familiarium, epiſtola 6. facilè intelliges, Lentulũ ipſum virum grauisſimum, ſua ipſius intima cõſilia Corneliæ vxori communicaſſe. Quò etiam ſpectat illud Virgilij lib. 4. Æneid.

*1 Viri vxoribus oĩa reuelant.*

*Vxor ſcire præſumitur, quicquid vir ſcit.*

*Lentulus intima cõſilia uxori cõicabat.*

*Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando:*
*Perge, ſequar.*

Quo in loco Donatus illius doctisſimus Interpres, quicquid (ait) ſecretum retinent viri, facilè confitentur vxoribus. Tametſi Iupiter, cùm probè ſciret, expertuſque eſſet fœminarum mores, Iunonem vxorem ita alloquitur apud Homerum, omnium doctrinarum fęminarum, prima Iliados Rhapſodia:

*Iupiter Iunoni non oĩa ſua cõſilia prodit.*

Ἥρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους
Εἰδήσειν· χαλεποί τοι ἔσοντ᾽ ἀλόχῳ περ ἐούσῃ.
Ἀλλ᾽ ὃν μέν κ᾽ ἐπιεικὲς ἀκουέμεν, οὔτις ἔπειτα
Οὔτε θεῶν πρότερος τόνγ᾽ εἴσεται, οὔτ᾽ ἀνθρώπων.

Id eſt.

Noli, Iuno, putare ſcituram te omnes ſermones meos. Id enim difficile tibi erit, quamuis vxor mea ſis. Sed quæ decebit te audire, ea certè nemo Deorum, aut hominum prior te ſciet. Et apud eundem lib. 11. Odyſſ. monet Agamemnonis vmbra Vlyſſem, ne ſe vnquam vxori crederet, neù omnia ſua conſilia ei aperiret. Ita enim loquitur.

*Mulierib. nõ amplius fidẽdũ.*

Τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικὶ περ ἤπιος εἶσε,
Μηδ᾽ οἱ μῦθον ἅπαντα πεφαυσκέμεν, ὅν κ᾽ εὖ εἰδῇς.

Sed & paulò poſt monet, ne palàm in patriam deſcendat, quoniam non amplius fidendum erat mulieribus, ἐπεὶ οὐκ ἔτι πιστὰ γυναιξίν. Quod Agamemnonis conſilium Vlyſſes, vt erat omnium homo callidisſimus, etiam executus eſt: vxori enim ſuæ, quamuis eam exiſtimaret eſſe pudicam fidamque, & viri amantisſimam, ſeſe nouisſimè patefecit, alijſque prius quàm illi, ſua conſilia prodidit.

*Vlyſſes vxori ſe nouiſſimè patefecit.*

¶ Sed ſicut Vlyſſes cautè, prudenterque id effecit: ita Samſon hominum ille fortisſimus, imprudentisſimè quidem Dalilæ, quam vice vxoris adamauit, crinem fatalẽ, in quo robur omne continebat, detexit. Ideoque confeſtim ſuæ temeritatis pœnas pependit: quippe qui ferè dicto citiùs in manus hoſtium, ob id ipſum duntaxat peruenit, vt dolenter ſcribitur Iud. 16. ca. Nec minus temerè, atque infęliciter Amphiaraus Eryphylę vxori latebras, quas petiturus erat, ne cum Argiuis contra Thebanos iret, manifeſtauit. Illa enim, Si Statio credimus, alijſq; veteribus ſcriptoribus, aureo monili ab Hermione Cadmi vxore, aut, vt Iulius Hyginus Fabular. ca. 73. tradit, ab Adraſto fratre ſuo accepto, corrupta, Amphiaraum prodidit; qui in publicum protractus, & inuitus (quia præſentiret quod futurum erat) in eam expeditionem profectus occubuit. Hanc ſcribit Homeus lib. 11. Odyſſ. aurum prætuliſſe viro:

*2 Sãſon imprudenter Dalilæ ſuũ robur detexit.*

*Amphiaraus uxori temere latebras ſuas detexit.*

--- Στυγερήν τ᾽ Ἐριφύλην,
Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.

Quod & idem ſcripſit Sophocles in Electra:

Οἶδα γὰρ ἄνακτ᾽ Ἀμφιάρεων
Χρυσοδέτοις
Ἕρκεσι κρυφθέντα
Γυναικῶν ἀπάταις.

Id quod etiam ſcribit Diodorus lib. 7. c. 16. Lucianus in Cynico, & Propertius lib. 2. Eleg. 17.

*Aſpice quid donis Eryphile inuenit auaris.*

Et huc reſpiciens Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 10.

*Ex quibus exierat, traiecit corpora ferro*
*Filius: & pœnæ cauſa monile fuit.*

Et in Elegia de Nuce:

*Præda malo Polydore fuit tibi: præda nefanda*
*Coniugis Aonium miſit in arma virum.*

 Et Ho-

Et Horatius Flaccus lib.3.Carm.

*-Concidit Auguris*
*Argiui domus, ob lucrum*
*Demerſa excidio.-*

Et Statius lib.4. Thebaid.

*-Sed perfida coniux*
*Dona viro mutare velit.-*

Et Arnobius lib.8. Diſputationum aduerſus Gentes, & Clemens Alexandtinus lib.2. Pædagog.c.10. Et Hieronymus in lib. 1. contra Iouinianũ, & Tzetzes Hiſt. Chiliade 3.c.77. Hucq́; reſpiciẽs Homerus ipſe li.15. Ody. ſcribit Amphiaraũ Ioui & Apollini admodũ dilectum, nõ cõſenuiſſe, ſed muliebrium donorum cauſa perijſſe.

Ἀλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι γυναίων εἵνεκα δώρων.

*Eryphile monile mariti vita pratulit.* Cuius etiam rei meminit Plato lib.9. de Repu. vbi dicit, Eriphylen cõtra mariti ſui vitam monile accepiſſe. Tullius in 6. in Verrem actione, & lib.1. de Inuentione, ita ſcribit: Mulierum genus auarum eſt. Nam Eriphyle auro viri uitam uendidit. & Seruius in lib.6. Æneid. enarrans illud Virgilij:

*-Mæſtamq; Eriphylen*
*Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.*

Et nonnihil Pauſanias in Bœoticis. Hincq; Statius eo. illo lib.4. Thebaidos eam Nefandam vocat:

*-Si quando nefanda*
*Huc aderit coniux.*

Et Impiam lib.12.

*-Vatis mox impia coniunx,*
*Heu vacuos poſitura rogos.*

3 *Vxorib. nõ manifeſtanda cõſilia.*

¶ Propterea Micheas ille diuiniloquus, c.7. eodemq; ult. prudenter quidem, vt cętera omnia, illud monuit, ut cuſtodiamus oris clauſtra ab ijs quæ dormiunt in noſtro ſinu, id eſt, ab vxoribus, vt rectè exponit Nicolaus à Lyra, & quiſquis is fuit, qui Ioannẽ Chryſoſtomum traduxit, in ea Homilia quam de Ioannis decollatione ſcriptam reliquit: in qua hunc Micheæ locum in Latinum ſermonem ita vertit: A coniuge tua cuſtodi te, ne manifeſtes ei cor tuum. Nam & mos Hebræorum eſt, vt de vxoribus loquẽtes, hanc plerunque adiectionem faciãt, Quæ dormiunt, ſiue ſunt, ſiue cubant in ſinu tuo, vt patet Deuteronomij 13. ibi, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, & iterum c.28. Et vxori, quæ cubat in ſinu tuo. Nec longè abeſt illud Plauti in Trinummo:

*Vxorem quoque ipſam, hanc rem vt celes, face.*
*Nam pol tacere nunquam quicquam eſt quod queat.*

Et hinc etiam eſt illud Cleobuli: Cum vxore ne contende, neve ei nimium confide.

4 *Vxoribus quæ conſilia ſunt cõmunicanda, quæ minimè.*

¶ Itaque illud in hac re obſeruandum eſſe cenſeo, ut in his duntaxat negotijs, quæ ſi in publicum efferantur, nullum ſunt periculum, aut incommodum illatura, conſilium ab vxoribus ſumamus, ſequamurq́ue in ea re & Ninum, & Numam, & Cyrum, Reges, & Auguſtum, & Iuſtinianum Imperatores: ea lege tamen, ut earum conſilijs non ſemper adhæreamus: ſed tum demum, ſi conducere uidebuntur. Quod apud Homerum lib. Iliados 24. eodemq; ultimo, Priamus ille ſenex, & prudens, etiã prudenter factitauit, qui tametſi ab Hecuba vxore ſententiam rogauerit, an ad Achillem redempturus Hectorem proficiſceretur, non tamen eius conſilium ſecutus eſt. Nam & conſilium mulieris non ſemper eſſe ſequendum, exemplo ſuo nos docuit Adam ille parens hominum, Gene. cap.3. quo in loco D. Chryſoſtomus multa in eam rem ſcripſit, quæ ibi videre poteris.

5 *Mulieres maximè decet ſilẽtium & taciturnitas.*

¶ Cætera verò (vt redeamus) quæ prodita prolataq́; damnum ſunt, aut diſcrimen allatura, apud vxorem, quã tumuis taciturnam, non temere deponamus. Nam etſi taciturnitas, ſilentium, breuiloquentia in mulieribus prçcipuè commendatur, loquacitas verò uituperatur, vel teſtimonio Philonis (ſi tamen is eſt) laudantis in Eccleſiaſtic.c.26. mulierẽ ſenſatã, & tacitã cui ſubſcribens Apoſtolus prioris ad Corinth. epiſt.14. non ius facit mulieribus, ut uel in Eccleſia loquantur: ſed domi, ſi quid ignorant, uiros ſuos interrogent. Et alibi, prioris ad Timotheum 2. c. Mulier, ait, in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Et ſubdit: Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.

6 *De eadẽ re ex Græcis.*

¶ Quod & approbans Ariſtoteles lib.1. Politicω̃n, c.8. eodemq́ue vltimo, ſententiam hanc aduocat ex Poeta, quem non nominat: Mulierem ornat taciturnitas. Is autem Poeta Menander eſt, vt plerique autumant. Sed quamuis hanc eaudem ſententiam protulerit Menander, ex eo tamen non accepit Ariſtoteles, qui illum tempore præceſsit. Verum is fuit Sophocles Athenienſis Tragicus, qui & hanc ſententiam expreſsit in Aiace flagellifero:

Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

Id eſt, ad verbum:

*Mulieribus ornatum ſilentium affert.*

Aut ſi velis verſus reddere:

*Decus addit vſque fœminis ſilentium.*

Siue etiam:

*Mulieris eſt primum decus ſilentium.*

Quam ſententiam Seruius in fi. lib.1. Aeneid. citat ex ipſo Sophocle. Cui & ſimilis ea eſt Democratis, Κόσμος ὀλιγομυθία γυναικί. id eſt, Ornamentum breuiloquentia mulieri. Et illa Euripidis in Heraclidis:

Γυναικὶ γάρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον.--

Id eſt:

*Fœminæ enim ſilentiumq; & modeſtia*
*Pulcherrimum.——*

Eiuſdem in Acriſio, apud Stobæum lib. 72.

Ἄλλως, τε καὶ κόρῃ τε, κ' Ἀργείᾳ γένος.
Αἷς κόσμος ἡ σιγή τε, καὶ τὰ παῦρ' ἔπη.

*Præſertim cùm virgo ſis, & Argiua genere,*
*Quibus ornamentum eſt ſilentium, & pauca verba.*

7 *De eadẽ re ex Latinis.*

¶ Et huc facit, quod Pinacium, mulier pùdica apud Plautum in Sticho, Antiphoni patri quærenti, quales eſſe mulieres oporteat, reſpondit:

*——Vt per vrbem cum ambulant,*
*Omnibus os obturent.——*

Id eſt, occludant, ne verbum vllum loquantur. Apud eundem quoq; in Rudente, Trachalio inquit:

*Tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens.*

Virgilius item omnium diſciplinarum peritus, vt dicit Macrobius lib.1. Saturnalium, in laudem Didonis ita de ea ſcribit, lib.1. Aeneid.

*Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.*

Et Pontanus libro 1. de Amore coniugali, ita vxorem monet:

*Pauca loqui ſtudeas.——*

Vt non abs re Poetæ Iunoni veluti honeſtarum ac pudicarum mulierum præſidi, atque antiſtiti ſilentium & taciturnitatem, vt propriam ac peculiarem huiuſcemodi fœminarum, tribuiſſe uideantur. Virgilius lib.10. Aeneid.

*——Quid me alta ſilentia cogis*
*Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?*

Et Statius Papinianus lib.10. Thebaidos.

*Iunonem tacitam furibunda ſilentia torquent.*

Veluti non niſi neceſsitate cogente loquatur. Quod & Seruius Virgilij, & Lactantius Placidus Statij interpretes, in illis locis annotarunt. Nam & quod huc ſpectat. Iuno Argina fuiſſe dicitur Homero lib. Iliados 4.

Ἥρη τ' Ἀργείη.

Et Straboni illius Homeri loci autoritate lib.9. Geographiæ, & Palęphato ἐν ἀπίστοις. Nuper autem didicimns ex Euripide, Argiuas maximè ſilentium coluiſſe. Sed & eadem Iuno inter cæteras eius appellationes & poteſtates Matrona dicitur apud Seruium enarrantem eum Virgilij locum lib.8. Aeneid.

*Quam Pius Aeneas, tibi enim tibi maxima Iuno*
*Mactat ſacra ferens.——*

Vt non



Vt non ſine cauſa illam matronarum præſidem & antiſtitem ſuprà vocarim. Plutarchus autem in comparatione Lycurgi & Numę Pompilij tradit, illum fœminis ſilẽtiũ docuiſſe, ac ne de neceſſarijs quoq; rebus abſentibus viris, quicquam loqui. Ita vt cùm mulier aliquando propriam cauſam dixiſſet, miſiſſe Senatum deos conſultum, quidnam ciuitati ea res portenderet, quod & nos alibi ſuprà diximus in 10. leg.

8 *Natura ſilentiũ mulieres docet. Cicadæ mares tãtũ canũt. Et aliæ quoq; aues*

¶ Cæterùm è noſtris Albe. in l. generalis. ff. de adop. ſcribit, mulieres decere taciturnitatem. id quod etiam natura ipſa rerum omnium parens apertiſsimè docuit, qua duce maſculę ſolùm cicadę canunt, mutum verò eſt fœminarum genus, vt Ariſtoteli placuit, libro de Natura animalium 5.c.30. & Plin. li.11.c.26. Sed & in alijs quibuſdam generibus cantus maribus tantùm datus eſt, vt gallinaceis, & coturnicibus, vt idem Ariſto. tradit lib.4. eiuſdem operis, ca.9. Quin & Luſciniæ item fœmellæ cãtu priuantur, cùm incubant, & pullos educant, vt idem in eo ipſo loco tradit, magno fœminarum documento, ſilentium illas, ſi quid aliud, admodum ornare: vt etiam monuit è recentioribus vir multiiugæ eruditionis Cœlius libro Lectionum antiquarum 17.c.6. poſtremæ editionis. Et ego non ſemel expertus ſum è pſittacis fœminas nunquam, aut rarenter voces humanas reddere, atq; ſermocinari. Quamuis Plinius libro 10. cap.42. ſcripſerit pſittacos nullo ſexus diſcrimine facto, ſuper omnia id efficere. Et hoc quidem caput integrum, vt erat in prima editione, nomine noſtro tacito, penè ad verbum ſurripuit plus quàm famoſus fur Chaſſenæus in ſuo Catalogo gloriæ mundi, parte ſecunda, conſideratione 33. *Chaſſenæi furtum.*

9 *Mulieres loquaculæ.*

¶ Quamuis ergo (vt repetamus) mulieres ſilentio maximè, & breuiloquentia cohoneſtantur: ſunt tamẽ (quod dolendum eſt) loquaculæ, argutulæ, verboſæ, dicaculæ, linguaces, garrulæ, locutulæ, largiloquæ, lingulacæ, vt interim vſurpem Plautina vocabula, & arcanorũ minimè tenaces. Nam, vt ait Eunomia ipſa Plautina in Aulula.

*Multùm loquaces meritò omnes habemur.*
*Nec mutam profectò repertam*
*Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.*

*Prouerbiũ* In quam ſententiam, Germanorum eſt prouerbium ex Bebelteio Tres mulieres nũdinas faciunt, ex loquacitate mulierum ortum, quarum garrulitas nundinis comparatur, vbi maximus eſt mercantium ſtrepitus, ſonitusq;. Iuuenalis Sat.6. Mulierum odioſam loquacitatem his verſibus taxauit:

*Illa tamen grauior, quæ cùm diſcumbere cæpit,*
*Laudat Virgilium, perituræ ignoſcit Eliſæ.*
*Committit vates, & comparat inde Maronem,*
*Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.*
*Cedunt Grammatici: vincuntur Rhetores: omnis*
*Turba iacet: nec cauſidicus nec præco loquetur,*
*Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis:*
*Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas*
*Pulſari iam nemo tubas atque æra fatiget,*
*Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.*

10 *De eadẽ re.*

¶ Et D. Chriſoſt. ſuper priorem Epiſt. Pauli ad Timoth. cap.2. Homilia 5. Docere (ait) mulieri non permittitur in eccleſia. Eſt quippe fermè loquax muliebris ſexus: ideo omni ex parte fluentem reſtringit ac comprimit. D. quoque Hieronymus (imò alius, ſi ſtylo credimus) in Regula ſanctimonialum ad Euſtochium, capit.9. Verùm, inquit, ſi quæpiam iuxta fęminarum morem, quæ nihil retinere norunt abſconditum, imò ante garrulando manifeſtant, quàm ſciant, aliquid de his extra cœnobij limites prodiderit, ſubeat grauisſimam pœnam, vt doctrina tacendi doceatur in pœna. Sed & idem in Comment. in Epiſt. Paul. ad Tit.1. cap.2. aſſerit mulierculum genus eſſe garrulum. Quin ipſe D. Paulus, quem in id citat Hieronymus ad Timoth. primæ epiſt. cap.5. dicit, fœminas verboſas eſſe. Auguſt. autem de Ciuit. Dei. lib.4. cap.19. muliebrem loquacitatem, veluti proprio ac peculiari epitheto appellauit.

¶ Theocritus autem Idyllio 15. muliebrem garrulitatem turturibus comparat, cùm ita infit. 11

Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνήνυτα κωτίλλοισαι
Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατυάσδοισαι ἅπαντα.

Id eſt.

*Deſinite o miſeræ, garritibus omnia vanis.*
*Turturibus mos eſt implere loquacibus olim,*

Nam & turturum loquacitas in prouerbium abijt, cuius meminit Zenodotus ex Plotio Menandri, & Aelianus lib.12. Sed & Euripides in Phœniſsis, hanc mulierum loquacitatem apertè deſcribit. *Turturũ garrulitas Prouerbiũ*

Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
Πλείους ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις
Γυναιξί, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

Id eſt ad verbum.

*Paruas enim occaſiones ſi nactæ fuerint ſermonum,*
*Plures ſuperingerunt, voluptas quædam eſt*
*Mulieribus, nihil ſani ſibi inuicem obloqui.*

Et Antiphanes mediæ Comœdiæ Poeta, apud Stobęum Serm.72.

Τί φῄς λαθεῖν ζητῶν τι, πρὸς γυναῖκα
Ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα, καὶ τί τοῦτο διαφέρει
Ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι·

*Quid ais? cum latere velis aliquod negotium, mulieri*
*Ipſum aperies? At quid intereſt, ſiue mulieri,*
*Siue omnibus in foro præconibus narrare?*

12 *De eadẽ re.*

¶ Porcius Latro, nobilis Declamator, apud Senecã, in 13. controuerſia, ſcribit muliebrem garrulitatem id ſolùm tacere poſſe, quod neſcit. Quin & eiuſdem nominis fœmina, Porcia, videlicet Catonis Vticenſis filia, apud Plutarchum in Bruto, ingenuè confeſſa eſt, dum ipſum Brutum maritum alloqueretur, muliebrem naturã fragilem eſſe ad arcana ſeruanda. Ideoq́ue Ariſt. lib. Politicω̃n 5. cap.11. inter multa, quibus conſeruatur diutiùs tyrannis, hoc quoque ponit, ut ſit facultas mulieribus per domos euagandi, quo reuelent ſecreta virorum.

13 *Mulier quare à feudis repellitur.*

¶ Ex noſtris verò Bal. in l. vlt. col.3. verſi. & dic quòd mulier regulariter à feudo repellitur. C. de ſuis & legi. cùm multas rationes adduxiſſet, quare mulier à feudis repellatur, hãc poſtremò adiecit, quoniam mulier neſcit retinere arcana, quod eſt omnino diſcrepans à natura feudi: cũ Vaſallus inter cœtera & hoc iurare debeat, arcanum, quod ei manifeſtauerit dominus, nulli ſe proditurum, vt ſcribitur in capitul.1. tit. de no. form. fideli. & ſequitur Martin. Laud. in c.1. §. & quia uidimus. col.4. & ibi quoq; Card. Alex. col.3. & iterum 11. rurſumq́; 17. in 9. fal. tit. qui feud. dare poſſ. & Iac. à S. Georg. in tract. feud. in verbo, Marchio. in Italia, verſi. item quæro Marchio, & iterum in uerbo, & fœminę. col.2. in 7. fal. Iaſ. cõſ.87. conſultus. col.2. lib.1. & iterum in themate, conſi.89. magnificus, col.3. eod. lib.1. & conſi.68. viſo themate, col. pen. lib.3. Bene. in rep. c. Raynutius, in uerbo, duas habens filias, nu.31.

14 *In electionibus monialium quare non fiat collatio meritorum.*

¶ Sed & noſtrates quoq; ipſi alibi, uidelicet Io. And. & Domi. in c. indemnitatibus. §. vt autem, de ele. lib.6. multa ueluti de induſtria congerunt de garrulitate mulierum, aſſeruntq́; conſtanter in eod. loco, ob eam ipſam mulierum garrulitatem fuiſſe ſtatutum, ut in electione monialium non fiat collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum, ſicut fit in in electionib. virorum, quia ſi ita fieret, mulieres præ nimia garrulitate, procul dubio omnia ſecreta reuelarent. Et aliquid quoque de ea re ſcribit Benedictus in repet. d. c. Raynutius, ubi nuperrimè citauimus, nume.30.

15 *Cato Cenſorius triũ maxime ſe pœnituiſſe dicebat*

¶ Proinde alter ille Cato (Cenſorium intelligo) vt in eius vita cõmemorat idẽ Plutarchus, dicebat ſe in tribus rebus per omnes uitę ſuę partes pœnitentiam egiſſe. Inter quæ primum illlud erat, ſi mulieri quicquã arcani

aliquando crediḋiſſet, vt & è noſtris quoque retulit Iaſon in l. 1. colu. 2. ff. ſi quis cautio. Prudenter ergo, atq; ſalubriter AEſopus ille egregius fabulator, monuit arcana mulieri nullatenus eſſe credenda. Ita enim apud Planudem monet Eunũ, τῇ γυναικὶ μηδέποτε πιστεύσῃς ἀπόρρητον. In quem ſenſum trahi poteſt & illud Pompeij adagium, cuius ſuprà in alio loco meminimus, Nec mulieri, nec gremio quicquam credi oportere. Hisq; concinunt multa, quæ de mulierum perſidia dicta ſunt ſuprà, quo loco de auaritia ipſarum diſſeritur. Illud tamen dixerim cum Eraſmo, hoc eſſe veluti perpetuum, vt vbicunque minus eſt cordis & roboris ibi plus ſit linguæ. Auibus natura garritum, & vocum alienarum imitationem dedit, tauris & leonibus non item. Et in pueris, ſenibus, & mulieribus, quoniam eſt imbecillior animi & corporis vigor (vt ſuprà latè de mulieribus probauimus) lingua eſt intemperantior.

*Ibi plus lingua vbi minus cordis.*

16 ¶ Quæ cùm ſemper aliàs vera ſint, tum verò maximè, cùm fœminæ ſunt impudicæ, ſeque alienis viris proſtituunt. Nihil enim eſt tam arcanum, quod mulier nõ prodat, propaletq; in complexu amatoris cubans. Ob idque ipsũ Auguſtus Imperator Roma. adulteria exercuit, nõ tam libidine ductus, quàm vt faciliùs conſilia aduerſariorum ſuorum per cuiuſq; mulieres exquireret, vt ſcriptũ reperimus apud Suetonium Tranquillum. Hinc mulier illa Commani Regis Segoregiorum cognata, paratas in Maſſilienſes à Commano inſidias adoleſcenti Maſſilienſi in complexu ipſius aperuit, ſi verus eſt autor Iuſtinus lib. 43. Cæterùm Plautus in Ciſtellaria id vnum meretricibus peculiariter tribuit, dum Lenam ita loquẽtẽ facit.

*Mulier in complexu omnia reuelat.*

*Auguſt. Imperator cur adulteria exercuit.*

*Id mihi, magnæ quod parti eſt vitium mulierum,*
*Quæ nunc quæſtum facimus, quæ vbi ſabſurratæ ſumus.*
*Largiloquæ extemplò ſumus, plus loquimur, quã ſat eſt.*

*Meretrices præ cæteris loquaciores.*

Hinc & illud Virgilij in illo Epigrammate de Venere, & Vino.

*Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.*

Illud quoq; Solomonis Prouerbiorum 7. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, preparata ad decipiendos animos, garrula, &c..

17 ¶ Sed & anus precipuè garrulas eſſe, ſatis oſtendit D. Hieronymus, qui in elegantiſſimo illo & doctiſſimo Bibliorum Prologo, cap. 6. anum garrulam, veluti proprio ac peculiari epitheto appellat. Illudq; Apuleij li. 9. Aſini aurei, Hactenus adhuc anicula garriẽte ſuſcepit mulier. Et prouerbium quoq; illud, γραῶν ὕθλος, anicularum nugacitas, apud Platonem in Theætheto. Quanquem ſunt, qui id ad deliramentum & deſipientiam referant, nam vtrunque ſignificat dictio Greca. Nec longè abeſt, quod aniles fabulas vocat D. Paulus ad Timotheum ca. 4. & Apuleius li. 4. Meta. At quod diximus de garrulitate anicularum, id certè non tantùm ſexus, ſed & ætatis quoque vitium eſt, vt docuimus ſuprà in 6. leg. connub. num. 17. incip. dicet ſenex.

*Anus garrulas eſſe.*

*Aniles fabula.*

18 ¶ Quid plura? ſi mulier quepiã tantæ ſit taciturnitatis, & modeſtiæ, vt nunquam ſponte ſua cuiquam arcana pãdat, tamen ſi dormientis ipſius mammæ ſiniſtræ cor bubonis admoueris, confeſtim omnia ſecreta pronuntiabit ex Magorum ſententia, quam Plinius retulit, non approbans tamen, lib. Hiſtoriæ Naturalis 29. cap. 4. Quinetiam tradit Democritus, Si quis extrahat rane viuenti linguã, nulla alia corporis parte adhærente, ipſaq; rana in aqua dimiſſa, imponat ſupra cordis palpitationẽ mulieri dormienti, eam quæcunq; interrogaueris, vera reſpõſuram. Sicuti recenſuit etiam idem Plinius, lib. 32. c. 5. Propterea legi proxime & hanc ſubtexemus.

*Mulieres vel inuita nonnũquã ſecreta produnt.*

*Ea Solum, quæ detecta nullum ſunt diſpendium allatura, vxoribus communicanto.*
*Earumque conſilium, ſi conducere videbitur, ſequuntor: cætera nunquam deteguntо.*

*Duo decima Lex cõnubialis*

# IN DECIMAM TERTIAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS DECIMATERTIA.

HOC autem in loco operę pretium eſſe duxi, monendos viros, vt ſi matrimonium cum vxoribus concorditer, lætè feliciter tranſigere velint, nihilque inſenſi animi ab illis pati: illud imprimis præceptum ſenioris Thobię filium admonentis obſeruent, Præter vxorem tuam ne patiaris crimen ſcire. Id quod Ethnici quoque ſcriptores præceperunt, quorum qui autoritate facilè cæteros antecellit, Ariſtoteles lib. 7. Politicῶn, capitulo 16. Concubitus (inquit) omnis, præterquàm vxoris, penitùs ſit interdictus. Quin & ſi huiuſmodi præceptum à Philoſophis non haberemus, natura ſatis eſſe documento, quæ & animalia bruta eam ipſam rem docuit. Elephantes enim nulla nouerunt adulteria, vt retulit Plinius lib. 8. c. 5. & Solinns c. 38. Quin & ipſi hominum adulteria deteſtantur, & morte aut aliàs puniunt, vt videre licet ex AEliano libro 11. Hiſtoriæ animalium, c. 15. ſcribit Elephantem adulterum vxoris ſui domini & ipſam vxorem adulterantes occidiſſe. Et alium Romæ, imperãte Tito, ipſos quoq; occidiſſe, & ſtragula veſte eos retexiſſe, dominoq; redeunti oſtendiſſe. Sed & idem lib. 8. eiuſdem operis capit. 2. tradit Ciconiam vxori domini adulteræ impetu in eam facto, oculos eruiſſe. 1

*Mariti ne alienarũ mulierum amoribus implicentur.*

*Bruta quædam adulteria neſciunt.*

*Elephãtes.*

¶ Similiter colũbæ fidem coniugij non violant, neutriq; nota adulteria, vt à Plinio ſcriptum eſt, lib. 10. cap. 33. & AEliano lib. 3. Animalium ca. 5. & iterum lib. 15. Propterea Propertius lib. 2. 2

*Exemplo iunctæ tibi ſunt in amore columbæ:*
*Maſculus & totum fœmina coniugium.*

Ante hos Ariſtoteles lib. 9. de Hiſtoria animalium, c. 7. tradit columbas coniugium iam inde à primo, ortu initum nunquam deſerere, niſi cœlibes, & uiduas. Tertullianus quoque in libro de Monogamia nos ad exemplũ illius reuocat, quòd ea auis innocua non tantùm ſit, verũ etiam pudica, quam unam unus maſculus nouit. Et hac fortè ratione Aſſyrij columbam, ut Deum, colũt, ut ſcribit Lucianus in Ioue Tragœdo, iterumq; in lib. de Syria Dea. Ex quo eſt & illud Tibulli:

*Columba vice numinis culta.*

*Alba Palæſtino ſancta columba Syro.*

Syri enim & Aſſyrij ijdem ſunt populi, ſicuti Syria & Aſſyria eadem regio. Syros enim Græci, quos Barbari Aſſyrios, aut veriùs Attyri os, uocant, ut tradit Dion. Et huc quoque ſpectat illud Ouid. lib. 2. Metam.

*— Vt æquaret totas ſine labe columbas.*

Iuuencus autem Poeta Chriſtianus, proprio ac peculiari epitheto columbas puras appellat:

*Simpliciatate tamen puras ſuperate columbas.*

¶ Sed & palumbæ turtures caſtitatis nomine admodum laudantur. Prophyrius enim libro tertio de Abſtinentia eſus carnium, Quis enim, inquit, palumbarũm caſtitatem non miretur, quę ſi fortè ab adultero compreſſæ fuerint, eum ſi depræhenderint, confodiunt, ac necant. Et alia quædam de earum & aliarum caſtitate tradit AElianus lib. 3. Animalium, capitulo 44. quæ tu ibi videre poteris. Quo fit, vt mirum ſit, quod ſcriptum eſt ab Artemidoro Daldiano libro ſecundo de ſomniorum interpretat. capitulo 20. Palumbes & columbas in ſomnijs ſignificare mulieres ſcortatrices. Sed & quod de columbis ſuprà diximus, turturi tribuit Aelianus. Et multò ante tempore Ariſtoteles d. lib. 9. cap. 7. ſcribit turturem & palum

*3 Palumbæ.*



palumbem mare vno eſſe contentam. Ex quo paſſim turturi pudicitia commendatur: ad quam D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum retulit illud Cant. 2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Hincque, vt opinor, præcipitur Leuit. 12. à muliere poſt partum offerri pro peccato pullum columbæ, vel turturis, veluti piaculum amiſſæ virginitatis. Cuius etiam fit mentio Lucæ 2. cap. Et hinc Ouidius aut quiſquis is fuit in Carmine de Philomela, turturem peculiari epitheto caſtum appellat:

*Turtures.*

*Et caſtus turtur, atque columba gemunt.*

Sed & de turture Caſſiodorus lib. Variarum 5. epiſtol. incip. Grauis eſt: Reſpicite, inquit, impudicæ, gementiũ turturum caſtiſſimum genus, quòd ſi à copula ſua fuerit caſu intercedente diuiſum, perpetua ſe abſtinentiæ lege conſtringit, gratiam coniunctionis non repetit, quam reliquit.

4 ¶ Et huc quoq; referri põt illud Virgilij lib. 4. Æneid.

*Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam*
*Degere more feræ.—*

Quo in loco Seruius tradit ex autoritate Plinij, Lynces poſt amiſſos coniuges, alijs non coniungi: quod tamen apud Plinium nõ repperi, quamuis diligenter conquiſierim, vt neceſſe ſit, vel Seruium memoria lapſum, vel Plinium noſtrum admodum eſſe corruptum. At mirum eſt quod refert Polemon lib. 5. Commentariorum, quæ ad Antigonum regẽ ſcripſit, & ex eius autoritate Atheneus lib. 9. c. 13. & Ælianus de Animalibus libr. 3. ca. 42. auem Porphyrionem habere ſenſum adulterij, ac ſignificare id patrifamiliàs, in cuius domo alitur, nõ voce quidem, aut aliter omnino, quàm ſuſpendio. Et hinc Thalamonem quoque vocatum, tanquam thalami, & pudicitiæ cuſtodem. Et de hoc quoque nonnihil ipſe Ælianus lib. 7. ca. 25. vbi & ipſe refert caniculam in Sicilia detexiſſe domino adulterum vxoris: huc quoque nonnihil ſpectat, quod aliorum autoritate ſcribit Tzetzes Hiſt. Chiliade 9. cap. 356.

*Lynces.*

*Porphyriones.*

Ὁ πορφυρίων ὄρνεον ἄγαν ὑπάρχει σώφρον
Ὡς εἰ μόνην ὄψοιτο πόρνην, εὐθέως θνήσκειν.
Ἀριστοτέλης, σὺν αὐτῷ Αἰλιανὸς, καὶ ἄλλοι
Τὰ περὶ πορφυρίωνος γράφουσι ὀρνέου.

*Porphyrion auis valdè eſt temperans.*
*Adeò vt ſi ſolam videat meretricem, ſtatim moriatur.*
*Ariſtoteles, cum eo Aelianus, & alij*
*Hæc de porphyrione ſcribunt aue,*

¶ Ipſe autem Ælianus li. 1. de animal. c. 13. tradit Ætnæum piſcem, poſteaquam cum pari ſuo, tanquam cum vxore, coniunctus, eam ſortitus eſt, aliam non attingere. Plinius lib. 8. c. 16. tradit leonem, ſi pardi coitum in leæna adultera ſenſerit tota vi conſurgere in pęnam ac leænam ipſam, culpam hanc aquis abluere, aut metu ſupplicij fugientem procul adulterum comitari. Idem Plinius lib. 10. c. 3. tradit Haliæetum (is eſt ex aquilarum genere) tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutientem, ſubinde cogere aduerſos intueri Solis radios, & ſi conniuentem humectantemque animaduerterit, precipitare è nido, veluti adulterinum: illũ autem, cuius acies firma contra ſteterit, educare. Et ſimile quiddam prodit Tzetzes operis nuper citati Chiliade 4. ca. 135. de ceraſtis quod genus eſt ſerpentis.

*5 Aetnaus. Leones.*

Ἐκ τῶν Λιβύων Λίβυς γὰρ, οἵπερ καλοῦντε ψύλλοι
Ἄνπερ ὑπόπτως ἔχωσι περὶ τὴν τεκνουργίαν.
Ἐν κιβωτίῳ κλείουσι κεράστας, καὶ τὸ βρέφος.
Ἂν ᾖν σπερμάτων καθαρῶν, ἀνέπαφον τηρεῖτε
Ἂν δὲ μοιχάδος τις εὐνῆς, καὶ λέχους ἀκολάστου,
Κόλασιν βασανίστριαν οἶδεν, ὀδόντας τούτων.

*Ex Libybus Libyes, qui vocantur Pſylli,*
*Cùm ſuſpicionem habent circa filiorum procreationẽ,*
*In arcula claudunt ceraſtas, atque infantem.*
*Si igitur ex ſeminibus eſt puris, intactus ſeruatur.*
*Si verò adulteri lecti, atque concubitus libidinoſi,*
*Vltionem examinatricem experitur, dentes ipſorum.*

Plutarch. autem in Dialogo, qui inſcribitur, Quòd bruta animalia ratione vtantur, tradit cornices marito mortuo nouem hominum ætatibus viduas perſeuerare. De quibus etiam Aelianus lib. 3. ca. 11. de Animalibus ſcribit, altera extincta comparem viduam degere: veteresq; in nuptijs poſt Hymeneum cornicem inuocare ſolitos. De qua re etiam Orus Apollo in interpretationib. Hieroglyphicarum notarum, & Gregorius Nazianzenus. Scribit & Guliel. Pariſienſis, ſuo tempore ciconiã quandam adulterio coniunctam per olfactum maſculi cognitam, congregata ab ipſo maſculo multitudine ciconiarum, ac detecto ipſo crimine fœmellæ, ipſam à tota illa multitudine, tanquam omnium iudicio conuictam, deplumatam, ac laceratam fuiſſe.

*Cornices. Cicenia.*

¶ Ex generibus autem pęnarum, aduerſus adulteros, atque adulteras ſtatutarum, facilè dignoſci poterit, quã graue ſcelus id fuerit exiſtimatũ, iuxta c. non afferamus, in fi. 24. q. 1. Et vt ab antiquiorib. incipiam, ex lege Moſaica vterque, & adulter & adultera morti adiudicabantur, ut ſcribitur Leui. 20. & Deuter. 22. & Danielis 13. Genus autem mortis erat lapidatio, vt declaratur d. cap. 22. Deuter. & Ezech. 16. & diui Ioan. 8. c. & in Decretis canonicis, ca. hinc apparet 23. q. 5. & cap. hæc imago. 33. q. 5. Quanquam & ante legem Moſaicam, veluti more gentis, comburebantur adulteri, vt licet colligere ex Geneſis cap. 38. Similiter & apud Palæſtinos illorum uicinos, adulteriũ morte puniebatur, vt licet videre ex 26. c. Geneſ. Atque etiam apud Arabes, & in Aromatifera regione. Autor vtriuſque Strabo lib. 16. non multo ante fin. & prioris quoque Bardeſanes in lib. de Fato, & eius autoritate Euſebius de Præparatione Euangelica lib. 6. cap. 8. quibus locis tradunt, & ſuſpicionem eius rei puniri. Tenedius quidam Rex legem tulit in adulteros, ut vtriuſque corpus ſecuri concideretur, eiusq; legis exemplum in filiũ edidit, proinde in numiſmate iuſsit inſculpi, altera in parte ſecurim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominentes. Cuius rei meminit Heraclides in lib. de Politijs, qui eum regem Tennem uocat, & Stephanus de vrbib. Hos ſecuti Longobardi adulterium morte ſuis legibus puniunt, vt videre licet in tit. de adulte. in Lom. Apud Lydos, ſi mulieres poſt coniugiũ deliquiſſent, nulla ſpes veniæ erat, ut tradit Herodotus lib. 5. & Aelianus de varia hiſtoria lib. 4. qui etſi aliud non dicat, potes tamen ex illorum verbis intelligere, mortis pœnã apud eos fuiſſe inflictam. Placentini quoque ex ſtatuto non adulterium modo, ſed & nixum quoq; adulterij capite plectunt, teſte Bal. conſi. 356. ſtatuto Placentiæ li. 1. vbi interpretatur, quid nixus ſit.

*6 Adulterij pœna.*

*Ex lege Moſaica. Ante eam legem.*

*Palæſtinorum legib. Arabum. Aromatiferæ regionis.*

*Tenedij regis.*

*Longobardorum. Lydorum.*

*Placentinorum. Nixus quid ſit.*

7 ¶ Apud Aegyptios in adulterio deprehenſus, virgis cędebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Quo dedecore vultus incontinentia maculatus ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur. Teſtis Diodorus Siculus li. Bibliothecę 2. c. 3. vbi & illud quoque ſcribit, ei qui mulierem liberã uiolaſſet, uirilia apud eoſdem amputari, quoniam vno crimine tria non parua ſcelera complexus eſſet, iniuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. Ad hanc pœnam alluſiſſe videtur Terentiana Pythias in Eunucho, cum dicit:

*Aegyptiorum. Adulterorũ caſtratio.*

*Nunc minatur porro ſeſe id, quod mœchis ſolet,*
*Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim.*

Et Martialis lib. 2. Epigram. 60.

*Vxorem armati futuis, puer Hyle, Tribuni,*
*Supplicium tantùm dum puerile times.*
*Væ, tibi, dum ludis, caſtrabere. Iam mihi dices,*
*Non licet hoc. quid? tu quod facis Hyle licet.*

Ægyptiorum legem, quantum ad fœminas attinet, imitata eſt & Sicilię conſtitutio, quę incipit, legum aſperitate, qua mulier adultera naſi truncatione punitur. Quantum autem ad viros, eam legem ſecuti ſunt apud Romanos Bibienus & Pub. Cernius, quorum ille Carbonem Actionum, hic Pontium, in adulterio deprahenſos caſtraſſe

*Siculorũ.*

ſtraſſe ſcribuntur à Valerio Maximo, li.6.c.1. Ex quo & illud Horatij lib.1.Sermonum, Saty.2.

*—Quin etiam illud*
*Accidit, vt quidam teſtes caudamque ſalacem*
*Demeteret ferro iure omnes Galba negabat.*

Hic enim Galba (vt tradũt Acron & Porphyrion illius Interpretes) erat Iuriſconſultus, qui & ipſe adulter erat ideoq; negabat id iure factum fuiſſe, cùm primum adulterij pęna pecuniaria fuiſſet.

8 *Parthorũ.* ¶ Parthi, vt ſcribit Iuſtinus lib.41. nulla delicta adulterio grauiùs vindicabant, pœnã tamen, qua in ea re vtebantur, non indicat ipſe Iuſtinus. *Zaleuci.* Zaleucus, aut vt alij corruptè ſcribunt, Seleucus, Locrenſium legislator, legem tulit vt adulteris vterque oculus erueretur. Cumq; eius filius fuiſſet in adulterio depręhenſus, & tota ciuitas in honorem patris neceſsitatẽ pœnæ remitteret, aliquan diu repugnauit: ad vltimum victus precibus populi, ſuo prius, deinde filij oculo eruto, debitum ſupplicij modũ legi reddidit, admirabili ęquitatis temperamento ſeſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus, vt eleganter ſcriptum eſt à Valerio Maximo lib.6. c.5.& Æliano li.13. Variæ hiſtorię. Quanquam id aliter refert Heraclides in deſcriptione rerum publicarum, nõ de adulterio, ſed de furto loquens: Lepræi populi deprę *Lepreorũ.* henſos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebant, mox toto vitæ tempore contemptibiles & infames habebant. Adulterę verò diebus vndecim in foro ſtare diſcinctæ cogebantur, tunica perlucida circumueſtitę, deinde infames dimittebantur, vt tradit Heraclides in illo ipſo lib.

9 *Athenienſium.* ¶ Apud Athenienſes adulteræ ingreſſu publicorum templorum interdicebatur. Quòd ſi ingreſſa fuiſſet, in eam obuio cuique licebat, quicquid libitum erat, prętermortem inferre: mortem autem ob id non licebat, quò diutiùs in ignominia viueret, vt ſcribit Demoſthenes (ſi is eſt: ſunt enim qui addubitent) in Oratione aduerſus Neęram. Adulterum autem in concubitu vxoris deprehenſum, licebat marito impune occidere, vt videri poteſt ex defenſione, quàm elegãtiſsimè conſcripſit Lyſias ille ex decem Oratoribus, de nece Eratoſthenis adulteri, & huius rei Pauſanias in Bœoticis citat Draconis legem, & ſcribit, vnde id originem habuit. Et id quoq; palam aſſerit Plutarchus in vita Solonis, qui ſubdit & eum qui liberę mulieri vim attuliſſet, decẽ drachmis eſſe obnoxium ex legibus Solonis: ſin perſuaſione in ſententiã ſuam traxiſſet, viginti drachmarum teneri, præterquam eas, quæ publicè quæſtum facerent. Sed & Polybius Megalopolitanus lib. Hiſtoriarum 2. eum inſontem pronunciat, qui adulterum interfecerit. Hęc.n. ſunt verba illius: καίτοιγε προφανῶς ὁ μὲν τὸν κλέπτην ἢ μοιχὸν ἀποκτείνας, ἀθῶος ἐστιν. Quòd ex legibus Græcorũ, vt qui Græcus erat, accepiſſe videtur. Quanquam eam legẽ improbat Aphthonius Declamator, in lib. Pręexercitamentorum, quo loco de legis accuſatione diſſerit: quod & ſuprà alibi diximus. Ante ea, vt opinor, tempora Hippomenes Athenarum Princeps, cùm filiam ex Athalanta Limonem in adulterio deprehendiſſet, eam ob ſcelus cum equo iunxit, qui cum clauſus alimentis careret, dentes in puellam iniecit: adulterum verò per regionem Atticam ab equis tractum fuiſſe, & diſcerptum, autore Suida. Ex quo eſt & illud Ouidij in Ibin:

*Vtque nouam paſſa eſt genus Hippomeneia pœnæ,*
*Tractus & Actæa fertur adulter humo.*

Et rurſum,

*Solaque Limone pœnam ne ſenſerit illam,*
*Et tua dente fero viſcera carpat equus.*

10 *Laciadarum, ſiue Placiadarum.* Et hanc quoque Hiſtoriam deſcribit Heraclides in Politicis, ſtatim in prin.

¶ Apud Laciadas, ſiue Placiadas, Atticæ regionis populos, qui in adulteriò depręhendebantur, ignominioſas pœnas dabant, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis eſſe dicebantur. Quod ſi raphani defuiſſent, ſteleo vtebãtur, i. ligonis ligno: Autor Suidas, qui illos Laciadas vocat & ante eũ Plutarchus, ſi is eſt, in Adagiorum collectaneis, qui Placiadas appellat, vocabulo, ni fallor, corrupto: dicitq; hĩc *Prouerbiũ* natum illud adagium, πλακίαν τε καὶ τελόν. Huc autem, ni fallor, reſpicit Ariſtophanes in ea Comędia, cui titulus eſt, νεφέλαι, i. nebulæ, in qua Δίκαιος λόγος ita loquitur:

Τί δ' ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρα τε τιλθῇ
Ἕξει τινὰ γνώμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι.

Cui ita reſpondet Ἄδικος λόγος.

Ἢν δὲ εὐρύπρωκτος ᾖ, τί πείσεται κακόν;

*Catulli locus declaratus.* Et Catullus in Aurelium ſcribens aduerſos mœchos:

*Ah tum te miſerum, malique fati*
*Quem attractis pedibus patente porta.*
*Percurrent raphanique, mugileſque.*

Et Iuuenalis Satyr.10.

*—Necat hic ferro, ſecat ille cruentis*
*Verberibus, quoſdam mœchos, & mugilis intrat.*

*Armeniorum.* Et id quoque in Armenia fuiſſe obſeruatum, videtur voluiſſe Lucianus in vita Peregrini Philoſophi.

11 *Germanorum.* ¶ Apud Germanos, vt Tacitus retulit, adulterorum pœna præſens, & maritis permiſſa erat. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitię nulla eſt venia. Et hic mos hodie quoque in quibuſdam locis obſeruatur, ut adulteris capilli, atque etiam veſtes, antè, & retrò in ignominiam incidantur, ut tradit gl. in cap. de benedicto, in verbo, caluatos. 32. q.1. quæ & tradit tex. ibi ad hũc morem reſpicere. *Cortynenſium ſiue Gortynenſium.* Cortynenſes, aut ut alij vocant, Gortynenſes, vt tradit Aelianus li.12. Variæ Hiſtorię, adulteros molli lana coronabãt, ita molliorem illis naturam exprobrantes: atque ita per ciuitatem, ad magiſtratus traducebant. In reliquum autem vitæ tempus habebantur ignominioſi, indigniq́ue, qui vllũ dignitatis gradum in adminiſtratione Reipub. cõſequerentur. Cumæi ſi qua in adulterio mulier depræhenſa fuiſſet, hanc in forum deductam, & ſaxo impoſitam, ſpectandam omnibus proponebant: inde ſuper aſino collocatam, & ita per totam ciuitatem circunductam, in eundum locum reſtitui oportebat. Ex illo infamia notatam ὀνοβάτιν appellabant; quod aſinum equitaſſet: lapidemq; illum, tanquam impurum ac deteſtabilem vitabant. Ex Plutarcho in Problematis, cap.115. Sunt & qui ſaxum ipſum ὄνον, id eſt, aſinum appellatum credunt. Sic enim Xenophon primo ἀναβάσεως lapidem molarem vocat. Quod è noſtris tradit Alciatus libri παρέργων 2.cap.47. & Catellianus Cotta in memo.incip. conſuetudo, col.2. verſic. nihilominus alibi. *Piſidarũ.* Apud Piſidas, adulterij conuictus per vrbem vna cum muliere circumducitur ſuper aſino ad aliquot dies, ut tradit Nicolaus in lib. de Moribus Gentium, teſte Stobæo. Serm.42.

12 *Platonis.* ¶ Plato legislator & Philoſophus ſummę prudentiæ, & autoritatis, vel teſte Calliſtrato, in l.2.ff. de nundi. Ne aliam (ait lib.8. de Legibus) quam ſuam quiſquam vxorem attingat, nec genitale ſemen irreligioſè demandet pellicibus: quiſquis contra fecerit, niſi viros ſimul, & mulieres omnes lateat, infamis lege omnibusq; ciuitatis honoribus priuatus ſit. *Diogenis. Didymi.* Qua autem pœna cenſeret Diogenes Cynicus id ſcelus puniendum eſſe, ex eo conſtat, ꝙ cùm audiſſet Didymonem quempiam mœchum fuiſſe comprehenſum, Dignus eſt, inquit, ex ipſo nomine ſuſpendi. Atqui Græcè Didymi teſticuli vocantur. Ab his igitur, vnde nomen is habebat, & quibus peccauerat, cẽſebat eum eſſe ſuſpendendum. Lycurgus autem Lacedæmonius nullam pœnam ſuis legib. in adulterum ſtatuens, multò tetrius fœdiusque id ſcelus eſſe oſtendit, quam ſi pœnam aliquam quantumuis grauem ſanxiſſet: ſicut & Solon de parricidio cenſuit. Nam is interrogatus, cur nullum ſupplicium ſtatuiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, id ſe neminem facturum putaſſe, vt tradit Tullius in Oratione pro Sexto Roſcio. Idẽque ſcribit Plutarchus de Romulo, illum videlicet nullam aduerſus parricidium pœnam induxiſſe, quòd illud impoſsibile eſſe duceret. Non diſsimili (ut reor) conſilio Lycurgus (vt ad eum redeamus) nullam in adulteros pœnam præſcripſit, quoniam Spartæ nullum futurum adulterum putabat, quemadmodum Geratam Spartiatem, *Gerata.* hoſpiti huius rei cauſam roganti reſpondiſſe tradit Plutarchus: tum in vita Lycurgi, tum in Apophthegmatis Laconicis. Exiſtimabant Solon, & Romulus parricidium, & Lycurgus adulterium, deteſtabilius abominabiliusq́ue, quàm ut alterius perpetrandi cuiquam libido inceſſeret.



13 *Salethi Crotonienſis principis lex in adulteros.* ¶ Salęthus Crotonienſis princeps legem tulit, vt mœchi viui cremarẽtur, nihil maius hoc crimine exiſtimãs. At cum ipſe fratris vxorem polluiſſet, deprehenſus orationem tam luculentam habuit, vt ciues remittere pęnã vellent, ac exilio tantum eum damnare. Verum ille magnitudinem culpæ intelligens, in ignem ſponte inſilijt, quòd à Luciano refertur in Apologia pro ijs qui mercede conducti ſeruiunt. *Mahometis lex in eoſdem.* Legibus autem Mahometis aliàs impuriſsimi Legislatoris, in adulterio deprehenſi centum ictibus flagellãtur, vt ſcribitur in Theologia ipſius. *Gothorum lex.* At Gothorum legibus licebat adulterũ occidere, etiãſi legati munere fungeretur, vt videre licet apud Procopiũ lib.1. de Bello Gotthorum. *Totilæ pœna in ſtuprum.* Totilas autem Rex eius populi armigerum quempiã, qui virginem ſtuprarat morte mulctauit, vt idem refert lib.3. eiuſdem operis.

14 *Romanorum.* ¶ Romulus (vt de Romanis tandem dicamus) iam ab initio vrbis legem tulit contra adulteros, vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſ. lib.2. ſed quam non declarat. Feruntamen hanc fuiſſe: Adulterij conuictam vir & cognati vti volent necato, quam & ſupra retulimus in l.1.nu.13. *Numa Põpilij lex in adulteros.* Quid quòd apud. Numa autem Pompilius illius ſucceſſor, legem mulieribus, alienis viris ſuccumbentibus in hæc verba conſtituit, à Feſto Pompeio lib.14. & Aul. Gellio lib.4.c.3. relata: Pellex aram Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus demiſsis, aut, vt alij legunt, dimiſsis, agnum fęminam cędito. Ex qua lege mos ille, de quo ſuprà diximus, abſcindẽdorum crinium adulteris, videri poteſt manaſſe. Cæterùm ante legem Iuliam, fœminæ adulterij conuictæ, vltra ducenteſimum lapidẽ relegabantur, adulteri verò longiùs: id quod facilè eſt depræhendere ex Cornelio Tacito, qui lib.2. Hiſtoriæ Auguſtæ ſcribit, *Apuleia.* Apuleiã Variliam fuiſſe maieſtatis, & adulterij accuſatam. Et de adulterio, inquit, ſatis caueri lege Iulia viſum eſt: ſed Tiberius Cęſar adulterij grauiorem pœnam deprecatus, ut exemplo maiorũ adultera à propinquis ſuis ultra ducenteſimum lapidem remoueretur, ſuaſit: adulterio Italia atque Africa interdictum eſt. Sed & aliquando legimus apud Liuium lib.10. ab Vrbe condita, Q. Fabium Gurgitem aliquot matronas ſtupri damnatas pecunia mulctaſſe, ex qua Veneris ædem faciendam curauit. Idem non multò poſt initium lib.5. ſecundi Belli Punici, ſcribit L. Villium Tappulum, & M. Fundanium ædiles, aliquot matronas apud populum probri accuſaſſe, & quaſdam ex eis damnatas in exiliũ egiſſe. Nam & D. Auguſtinus de Ciuitate Dei li.3. c 5. ſcribit antiquos Romanos, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte fœminas adulteras puniuiſſe. Suprà autem num.7. retuliſſe, nonnullos in adulterio deprehenſos caſtratos fuiſſe, teſtimonio Valerij Max. lib.6.cap.1. vbi & ipſe tradit (neque enim omittendum eſt) Sempronium Muſicam, & Caium Menium in vindicando adulterio publica lege vſos. Illum quidem C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cæcidiſſe: hunc quoq; L. Octauium ſimiliter deprehenſum neruis contudiſſe. Idem autem Valer. Max. lib.8. c.2. tradit, C. Marium Fanniam vxorem Caij Ticinij Minturnenſis ſeſtertio nummo impudicitiæ damnauiſſe. Iulius autem Cæſar libertũ quẽpiam ſuum morte affecit ob adulterium commiſſum cũ vxore cuiuſdam equitis (vide Suetonium & alios) & Aug. Proculum ſuum libertum ob idem facinus pœna eadem puniuit.

15 *Marito an permittatur uxorem adulteram necare.* ¶ Aliquando autem ex lege licuit maritis vxores in adulterio deprehenſas ſine iudicio impunè necare, vt ex oratione Catonis de dote videre licet. Cuius verba in eam rem adſcripſit Gellius li.10.c.23. Poſterioribus tamen legibus huiuſmodi ius occidendi, marito ademptum fuit, & patribus conceſſum, ut ſcribitur in l. patri, & duabus ſeq. ff. de adult. vbi huius rei ratio redditur. Nam plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit. Cæterùm mariti & calor, & impetus facilè ſęuientis, fuit refrænandus. Marito tamen permiſſum, adulterum ſuæ vxoris occidere, ſed non quemlibet. l. marito. eod. tit. Verùm ſi occiderit vxorem in adulterio deprehenſam, & adulterum, quem non licebat occidere, mitiùs ſanè punitur, vt de vxore eſt tex. in l. ſi adulteriũ §. Imperatores. eo. tit. & in l.1. §. vlt. ff. ad leg. Cor. de ſica. & in l.3. §. ſi maritus, iuncta gl. ff. de S.C. Syl. De adultero quoque eſt tex. in l. Gracchus. C. de adul. & in ca. ſi verò, le 1. de ſent. excom. Ex quibus intelligi poteſt, tex. in c. inter hæc 33. q.2. qui dicit, ſecũdum mundanam legem permitti marito occidere adulteram, ad antiquiores leges reſpicere, quibus id permiſſum erat.

16 *Lex Iulia de adulterijs.* ¶ Auguſtus autem Cæſar Legem Iuliã tulit, qua pęnæ in adulteros conſtituuntur, vt meminit Vlpianus in l.1.ff. ad leg. Iul. de adul. Suetonius in ipſo Auguſto, c.34. & Plutarchus in Apophthe. Græcè quidem, ſed hoc ſenſu: Cùm de adulteris legem tulliſſet, qua ſanxerat, quo pacto rei iudicandi ac puniendi forent: deinde ira lapſus adoleſcentem, qui de Iulia ipſius filia eſſet inſimulatus, percuteret manib. illle proclamauit, νόμον ἔθηκας ὦ Καῖσαρ, id eſt, legem tuliſti, ò Cæſar. Quo verbo tanta pœnitentia, ac triſtitia affectus eſt Auguſtus, vt illo die cęnare recuſauerit. Ob hanc autem legem Horatius li.4. Carminum, Ode 5. Auguſtum celebrat:

*Nullus polluitur caſta domus ſtupris.*
*Mox & lex maculoſum edomuit nefas.*
*Laudentur ſimili prole puerperæ,*
*Culpam pœna premit comes.*

De hac quoque lege Iuuenalis Saty.2.

*—Vbi nunc lex Iulia? dormis?*

Hanc autem legem poſtea vſu abolitã, reuocaſſe videtur Domitianus Imperator alioquin peſsimus, ex eo quod de eo ſcribit Martialis lib.6.

*Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ,*
*Luſus & immeritos execuiſſe mares.*
*Vtraque tu prohibes Cæſar, populiſque futuris*
*Succurris, naſci quos ſine fraude iubes.*
*Nec ſpado iam, nec mœchus erit te præſide quiſquam.*
*At prius (ò mores) & ſpado mœchus erat.*

Et alibi in eodem libro:

*Cenſor maxime, principumque princeps,*
*Cùm tot iam tibi debeat triumphos,*
*Tot naſcentia templa, tot renata,*
*Tot ſpectacula, tot Deos, tot vrbes,*
*Plus debet tibi Roma, quòd pudica eſt.*

Sed & eodem quoque libro:

*Iulia lex populis ex quo, Fauſtine, renata eſt,*
*Atque intrare domos iuſſa pudicitia.*
*Aut minùs &c.*

Iuuenalis quoque Sat.2. de eodem, ut opinor, loquens, vel reclamante Georgio Valla:

*Qualis erat nuper tragico pollutus adulter*
*Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras,*
*Omnibus, atque ipſis Veneri Martique timendas.*

¶ Cu-

17 ¶ Cuiuſmodi autem ea pœna fuerit ſtatuta in adulteros, ea lege Iulia, paulò poſt dicemus. Cæterũ Iulius Cęſar libertum gratiſsimum ob adulteratã equitis Romani vxorem quamuis nullo querente, capitali pœna affecit, vt ſcribit Suetonius in vita illius, ca. 48. Opilius autẽ Macrinus & ipſe Romanus Imperator, adulterij reos, ſemper viuos ſimul incendit iunctis corporibus. Sed & cùm aliquando quidam milites ancillę hoſpitis pudorẽ violaſſe crederentur, idq; Macrinus per frumentarium quendam didiciſſet, adduci eos iuſsit, interrogauitque vtrum id factum eſſet: quod cùm conſtitiſſet, duos boues miræ magnitudinis viuos ſubitò aperiri iuſsit, atque his ſingulos milites inſeri capitibus, vt ſecum colloqui poſſent, exertis, vt Iulius Capitolinus ſcriptum reliquit. Aurelianus quoque Imperator, militem qui adulterium cum hoſpitis vxore commiſerat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligarat, eaſdemq; ſubitò dimitteret, vt ſciſſus ille vtrinque penderet. Idem ancillam ſuam, quæ adulterium cum ſeruo ſuo fecerat, capite puniuit: quæ à Vopiſco Syracuſio prodita ſunt.

*Opilius Macrinus Adulterii viui incenſi iunctis corporibus.*

*Aurelius.*

18 ¶ Et aliquantò poſt Conſtantinus legem ſanciuit, ſacrilegos nuptiarum gladio puniri. Ea enim ſunt uerba l. ipſius aſſcripta in l. quamuis adulterij. in fi. C. ad le. Iul. de adult. Et ex noſtris notat Bal. ibi adulterum eſſe decapitandum. Et ad id quoque eam citat ipſe Alberi. in l. trãſigere, col. 1. Et ibi quoque Romanus, colũ. 2. verſi. item nota quòd in crimine. C. de tranſact. & ipſe Bal. in l. ſi q. dem in fi. de contra. & commit. ſtip. & in l. data. colu. 4. verſi. qui adulterium. C. qui accuſare non poſſunt & conſi. 246. viſis actis, lib. 4. Saly. in l. ſi ſerui veſtri, col. vlt. C. de nox. Roman. in l. ſi ſeruus eius. ad fi. ff. de acqui. hære. & Bonifa. Vitel. in tract. maleſi. tit. de adulterio, colũ. 2. Alexan. conſi. 13. attentis, col. 1. lib. 6. Et Franc. Curtius Senior, conſi. 37. in nomine domini, amen, conſiderato themate, col. 4. verſic. pro hoc facit in ſimili. & ante hos glo. in l. quid ait. §. ignominiæ. in verbo, infamis. ff. de his qui no. infa. Quanquam in Codice Theodoſiano, in quo ea lex adſcribitur, non inſcripta ſunt ea verba, ideo arbitror à Triboniano, & cæteris fuiſſe addita. Satis autem conſtat, tempore Diui Hieronymi, qui Conſtantino imperante natus eſt, adulterium morte puniri ſolitum, vt patet ex ipſius epiſtola ad Innocentium de muliere ſepties icta.

*Conſtantinus.*

19 ¶ Verùm ante eam l. Conſtantini, poſſet videri nulla lege Roma. pœnam mortis fuiſſe in adulteros ſtatutam, conijcere, ut licet ex l. Clodius. ff. de his qui. vt indig. vbi gl. id aſſerit. & ex l. qui cũ vno. §. adulterij. & ibi quoque gloſſ. ff. de re milit. vbi ſtatutum eſt, adulterij damnatos non eſſe inter milites recipiendos. & in l. 2. §. milites. & ibi etiam glo. & Alberic. ff. de his qui not. infa. vbi miles, qui lege Iulia de adulterijs damnatus fuerit, ita infamis eſt, vt etiam ipſa ſententia cum ſacramento ignominiæ cauſa ſoluat. Secundum quam ſententiam Traianus Cẽturionem adulterij cõuictum exautorauit, & relegauit, teſte Plinio Iuniore lib. 6. Epiſtolarum ad Cornelianũ. Et ex l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de ri. nupt. vbi deprehenſa in adulterio etiam nondum damnata, infamis eſt æquè, ac ſi damnata fuiſſet. Sed & in eam rem tex. eſt omnium apertiſsimus in l. ſi quis viduam. ff. de quæſt. vbi ſi quis alij nuptam etiam cognatam, & cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, in inſulam deportandus eſt; quia duplex crimen, & inceſtum, & adulterium committit. Cuius tex. autoritate Flo. a ſancto Petro, in l. 1. C. de hære. inſtit. ſcribit, quòd de iure ff. pœna deportationis ſtatuebatur in adulterum. Quod & aſſerit Alcia. lib. Paradoxoruum 5. cap. 8. Imò verò per eam l. Roma. in d. l. ſi ſeruus eius. ad fi. ff. de acq. hæred. dicit probari, quòd nec deportationis pœna ei fuiſſet inflicta, niſi & inceſtus coniunctus ei fuiſſet. arg. l. vim paſſam. §. proſcriptione. ff. de adult. vbi maior proſcriptio requiritur, quãdo duplex illud crimen ſimul eſt iunctum. Verùm Accurſius in d. l. ſi quis viduam, parum ſibi conſentiens, ſentit, & eo iure, ſicuti & iure C. pœnam capitis obtinere: ſed fortè (inquit) ob dignitatem, & nobilitatem delinquentis mitiùs illic punitur, & ibi Bar. plenè intelligit Accurſij vacillationem, nec tamen quicquam ſubleuat. At ipſe Bar. in l. inter liberas. in princ. ff. de adult. illud tãtùm dicit, pœnam capitis eſſe de iure Digeſtorum, per tex. in d. l. ſi quis viduam. & idem quoque voluit ipſe Accurſius vltra loca ſuperius citata, in l. ſcio. ff. de teſtibus. & Ioan. Faber, in §. item lex Iulia. Inſtit. de publ. iud. & Bal. in ſua Marga. in verbo, adulterium verſi. 2. vbi dicit, quod adulterij pœna de iure antiquo nõ erat capitis. In quam ſententiam ſcribit Cornelius Tacitus ad calcem. lib. 2. Hiſtoriarum, imperante Tiberio, grauibus Senatus decretis libidinem fęminarum fuiſſe coercitam, profertque exẽplum Veſtiliæ vxoris Titidij Labeonis, quæ adulterij conuicta, in Inſulam Seriphon abdita fuit. Ex quo planè apparet, eam tum fuiſſe grauiſsimam pœnam in adulteras.

*Adulterium an pœna mortis de iure ff puniatur.*

*Traianus.*

20 ¶ Contrà autem videtur, & ante eam l. quamuis pœnam capitis fuiſſe ſtatutam in adulteros, ex d. l. tranſigere. C. de tranſact. Cuius hæc uerba ſunt, Tranſigere de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt. In alijs autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnã non ingerunt, tranſigere non licet. Vides igitur adulterium eſſe crimen capitale. Et ne quis calumnietur, ex eo quòd pœna capitis intelligitur etiam alio modo, quàm mortis & ſanguinis, per l. 2. §. capitalia. ff. de publ. iud. & §. 1. Inſt. eo. tit. ſubdit in oratione aduerſatiua, quę priorem interpretatur: In alijs autem, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, ex quibus intelligis facilè, in id crimen eſſe conſtitutam pœnam capitalem, & eam quidem, ſanguinis. Ideò Saly. ibi dicit, quòd nuſquam alibi meliùs probatur pœnam adulterij de iure C. mortem eſſe. Ea autem l. eſt Diocletiani, & Maximiniani, qui præceſſerunt Conſtantinum. Sed & videtur longè ante iura C. & ex Lege Iulia, pœnam capitis in adulteros ſtatutam fuiſſe, per tex. apertiſsimum in d. §. item lex Iulia. Inſtit. de publi. iudi. ubi hæc uerba adſcribuntur, Lex Iulia de adulterijs coercendis, temeratores aliarum nuptiarum gladio punit. quem tex. Ioan. Fab. intelligit de iure C. & quidem malè, cùm nuncupatim loquatur de Lege Iulia, quæ fuit lata longè ante tempora C. Imò & omnium Iuriſconſultum, quorum in. ff. leges habemus. Et ideò eũ §. intelligit nominatim de pœna Legis Iuliæ. Hoſti. in Summa de adult. §. quæ pœna. col. 1. ver. pęna autem. Et hanc partem fulcit, quod ſcribitur in l. 1. ff. de extraord. cri. ſolicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri nõ poſſunt, propter voluntatem pernicioſæ libidinis, extra ordinem puniri. Quid autem reſtat, ſi effectu potiantur, quàm ut gladio feriantur? Nec modicum vrget, quod tradit Suetonius, Auguſtum, qui eam legem Iuliam tulit, ut ſuprà diximus, mori coegiſſe Proculum unum ex acceptiſsimis libertis, compertum adulterare matronas. Et quod ſuprà diximus, Iuuenalem ſcribere, legem hãc amaram omnibus, atque ipſis Veneri Martiq; timẽdam quæ non niſi ſummo ſupplicio conuenire poſſunt. Et quod Virgilius legum Romanarum peritiſsimimus ſcribit lib. 6. Aeneidos.

*De eadẽ re.*

*Legis Iuliæ in adulteros pœna an mortis eſſet.*

*Quiq; ob adulterium cæſi.—*

Nam & perſpicuum videtur, fœminas quoque ex Lege Iulia ob adulterium pœnam capitalem ſubijſſe, ex l. caſtitatis. C. de adul. quam ita intelligit gl. in cap. tuæ, de procu. Ea autem lex eſt Alexandri Seueri, ut hinc facilè appareat, ipſius tempore eã l. fuiſſe obſeruatam. Poſtea uero tempore Theodoſij Imperatoris, mulier quæ in adulterio fuiſſet deprehenſa, in auguſto proſtibulo includebatur, mittebãturq;, qui cum ea palæſtrã venereã exercerẽt, atq; interim tintinabula percutiebãt, vt ei⁹ ſono res ea omnibus innoteſceret. Quod tamẽ ipſum correxit Theodoſius, alijſque pœnis adulteras puniri ſtatuit, vt autor eſt Socrates Conſtantinopolitanus apud Caſsiodorum in Tripartita Hiſtoria, lib. 9. cap. 24. D. autem Auguſt. lib. de Ciuitate Dei. 3. c. 5. ſcribit, antiquos Romanos fœminas adulteras morte non puniuiſſe.

*Alexander Seuerus Theodoſius.*



21 ¶ Ex quibus conſtat, rem hanc eſſe admodum dubiã, vt non mirum ſit, ſi Accurſius, qui optimè omnium legum capita tenuit, in ea re vacillarit, nec Bar. in d. l. ſi viduam. quicquam aſſeueranter tradiderit, ſicuti nec Cyn. in d. l. quamuis. nec Bal. conſi. 329. ſuper eo quod à me quæritis, lib. 5. nec Ioan Ana. in cap. ſignificaſti. col. pen. de adult. quibus locis hanc legum, & gl. diſcordiam optimè perceperunt, nec ſedauerunt tamen. At Saly. in d. l. quamuis. col. pen. verſi. extra gl. poſt multa hinc inde adducta, tandem in hoc reſidet, vt per d. l. quamuis. imponatur pœna gladij materialis. Sed Raph. Fulgo. poſt Pe. ibi, dicit, ex ea lege Iulia pœnam fuiſſe gladij, ſed aliquãdo ex qualitate perſonæ fuiſſe reſtrictam ad deportationem. Alter Raphael Comenſis, conſi. 154. viſis in inquiſitione, aſſerit pœnam capitis primùm tempore C. fuiſſe in adulteros ſtatutam, per d. l. tranſigere. Ante verò, deportationem tãtùm fuiſſe illatam, per multa ex iuribus, quæ ſuprà aduocauimus. At quod ſcriptum eſt in d. §. item lex Iulia, intelligendam de lege Iulia ſuppleta per duas illas conſtitutiones C. Nam ſi nouo ſtatuto mutetur pęna antiqua, tunc dicitur quis accuſari ex lege antiqua, non ex noua, ex ſententia Bar. qui & in hoc caſu loquitur, in l. 1. col. pen. verſi. vlterius quęro. ff. de pub. iud. Nec abſurdum eſt, inquit Comen. ita exponere, ne iura iuribus contradicant. Sed Bart. non id dicit, ad quod illum allegat Raph. nec opus eſt etiam ita hic dicere, vt patet ex ijs quæ diximus.

*De eadẽ re.*

22 ¶ Illud minimè dubium eſt, poſtremis Authen. conſtitutionibus pœnam mortis mulieribus adulteris fuiſſe remiſſam, alia ſubſtituta, vt videlicet verberibus cæſæ in monaſterium mittantur Authen. ſed hodie. C. de adult. & in corpore vnde ſumitur. Id quod quantùm ad monaſterium, cõplexa ſunt Decreta Papalia in c. gaudemus, de conuerſ. coniug. Adeo mores deciderunt, & in deterius lapſi ſunt. Nam nihil rerum omnium impudicas mulieres magis à libidine deterruiſſet, quàm pœna, quam maximè mulieres verentur, abhorrent, deteſtantur, uel teſte Euripide in Troiadibus, cuius hi verſus ſunt, loquente Menelao:

*Adulterarum pœna remiſſa.*

Ἐλθοῦσα δ' Ἄργος, ὥσπερ ἀξία, κακῶς
Κακὴ θανεῖται, καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν
Πάσαισι θήσει. ῥᾴδιον μὲν οὐ τόδε.
Ὅμως δ' ὁ τῆς δ' ὄλεθρος εἰς φόβον βαλεῖ
Τὸ μῶρον αὐτῶν, κἂν ἔτ' ὦσ' ἐχθίονες.

*Vbi verò venerit Argos, vt digna eſt, malè*
*Mala morietur, & mulieribus, vt caſtæ ſint,*
*Omnibus exemplum erit: Facilè quidem hoc non fit:*
*Sed tamen huius cædes in metum iniiciet*
*Fatuitatem illarum, etſi fuerint peſſimæ.*

23 ¶ Sed & poſterioribus temporibus pœna quoque adulterorum, hominum ſtatutis minuta eſt, pro adulterio imponens pœnam ducentarum librarum, vel trecẽtarũ, ſi mulierem quis cognitam domi per horam detinuerit, vt refert Corn. conſi. 114. licet primo aſpectu, colum. 1. verſi. pœna autem. Similiter & Bononiæ, qui adulterium commiſit, 200. libris mulctator, referente Barb. cõſ. 63. licèt in medium, in prin. lib. 4. ſtatuto Florentino pœna mille adulteris ſtatuitur, vt prodit idem Barb. conſ. 87. illud referam, colum. 5. lib. 3. poſt Cy. & Bal. in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. Ex ſtatuto Treuiſij bona mulieris adulteræ tantùm confiſcantur, autore Pet. Anch. in rep. c. 1. in 12. q. prin. verſi. ego uidi ſimilem quæſtionem, de conſtit. Aut ſtatuto ciuitatis Nouariæ, ſi quis per vim adulterium commiſerit, condemnatur in lib. 100. imperiales: ſi autem ſine vi, in lib. 50. imper. Verùm mulier, ſi viro placuerit, comburitur: quòd ſi vir voluerit, dotem tantùm amittet: teſtis Signo. conſi. 58. ſtatuto ciuitatis Nouariæ, in princ. Bald. autem conſi. 222. Antonius cõmiſit, mentionem facit cuiuſpiam ſtatuti punientis adulterium centum lib. nec locum ſtatuti declar. dicit, quòd communiter ex ſtatutis, adulterium punitur pœna pecuniaria. Ideo Angel. in l. vulgaris, in princ. ff. de fur. aſſerit in multis ciuitatibus pœnam pecuniariam ſtatutam eſſe in adulteros. Et Io. Ana. in cap. vlt. col. 7. verſ. quærit etiã do. extrà de collu. detc. dicit, id ita obſeruari communiter ex ſtatutis Italiæ. Idem autem Ange. in l. mater. §. mulier. ff. de adult. ſcribit, quòd per formam ſtatutorum Italiæ, audulter nullo modo punitur, ſi mulier nupta more meretricio viuat, etiam ſciente adultero eam eſſe nuptã, quod & repetit in l. ſi vxor. §. ſed & in ea eod. tit.

*Peruſiorũ pœna in adulteros.*

*Bononienſium.*

*Florentinorum.*

*Treuiſanorum.*

*Nouarienſium. Et in vniuerſum Italorum.*

24 ¶ In regno autem Franciæ (quod magis dolendum eſt) adulteri ex conſuetudine non puniuntur, vt dicit Io. Fab. in l. conſuetudinis, colum. vlt. C. quæ ſit long. conſuet. Et idem alibi dicit, in §. ex non ſcripto, col. pe. ver. ſed quæritur an conſuetudo, Inſti. de iure natu. ꝙ nunquam fuit auditum in regno Franciæ, quòd adulter puniretur pœna iuris. Idem in d. §. item lex Iulia. Inſtit. de pub. iudic. dicit, quòd hodie de facto adulterium reputatur induſtria, ob idque deplorat noſtrorum temporum calamitatem: Non eſt, inquit, ſanitas à vertice vſque ad plantam cedri, lilium conformatur hyſſopo. Quid enim nobiles ſcribunt in hoſpitiorum parietibus iuxta armorum inſignia, quod id non ſapiat? Hactenus ille. Dicit tamen Guido Pap. Dec. Delphi. 206. cuius hoc caput eſt, In hac ciuitate, poſt princ. quòd ex ſtatutis Gratianopolis in crimine adulterij ſtatuitur pęna centum ſolidorũ: & D. Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, cuidam Petro tradiderunt, nu. 63. quòd ex ſtatutis vrbis Cadurci, adulter pœna 60. ſolidorum tantùm punitur: aut nudus, ſola ſcilicet camiſia coopertus, per vrbem ſine verberibus ducitur. Ego autẽ ſcio, in noſtro Senatu Pariſienſi, non omnino abire impunitos adulteros, ſed pro qualitate delicti & perſonarum virgis cædi, aut aliter puniri. Ex legibus Boiariorum à Theoderico Rege Francorum editis. titu. de uxoribus & adulter. ſi quis cũ uxore alterius concubuerit, componat maritum eius cum ſuo Vueregildo, id eſt, 140. ſolidis. Ex legibus autem Riboariorum ab ipſo Theoderico latis, ſi quis vxorẽ alienam tulerit viuo marito, 200. ſolidis mulctatur. Vt non immeritò conqueratur Alciatus in l. probrum. ff. de verborum ſign. fures hodie ſtrangulari, adulteros pecunia mulctari, vt ſit maior pecuniæ, quàm morum, ratio. Pontificum autem ſanctionibus, Clerici ob adulterium deponuntur, in monaſteriumque toto vitæ ſuæ tempore detruduntur, Laici excommunicantur, cap. ſi quis clericus, & cap. Romanus. 81. diſt. & c. intelleximas, de adult. & no. Hoſt. in Summa, tit. de adulter. §. quæ pœna ſit imponenda, in prin. At ex concilio Ancyrano, c. 20. ſi quis adulterium commiſerit, non niſi ſeptem annis in pœnitentia completis, ad priſtinos gradus recipitur. & concinit 77. c. capitulum Græcarum ſynodorum à Martino Braccarenſi Epiſcopo collectorum. Nec denique omiſerim, quòd olim apud Troglodytas ſi quis uxorem regis uiciaſſet, certo numero ouium mulctabatur, vt tradit Diodorus, lib. 4. ca. 3. & Strabo libro 16. & alibi quoque nos diximus.

*Francorũ.*

*Gratianopolitanorum.*

*Cadurcorum.*

*Boiariorum.*

*Riboariorum.*

*Pontificũ.*

*Conciliorum.*

*Troglodytarum.*

25 ¶ Cæterùm Pau. Caſt. conſ. 277. cuius exordium eſt, in cauſa incarceratorum, colum 3. uerſi. item quod fecerunt, lib. 2. dicit, vulgò eum reputari viliſsimum, & deridiculum, & infamem uirum, qui non ſe proprijs manib. de adultero uxoris uindicarit, & in id adit iudicẽ. Quod ſing. reputauit Marian. Soc. Iunior, conſ. 34. inci. in cauſa

*Viliſsimus, qui non per ſe, ſed per iudicẽ adulteriũ vindicat.*

ſa nobilis, colum.2.nu.9.libr.2. Sed an tamen id verum ſit in foro quod conſcientiæ appellant, diſces ex glo.in c. inter hæc.33.q.2. & alijs multis, quas tibi adduxi ſuprà in 8.Lege Connubia.nu.4.incip. facit præterea. Sed & an valeat ſtatutum ſiue conſuetudo, vt adulter morte nō puniatur, vide Aymo.Crauet.conſ.57.magiſter Rober.

26 *Adulterium graue ſcelus.*

¶ Ex his autem quæ ſuprà diximus, ſatis liquet, eſſe admodum graue hoc ſcelus: id quod & atteſtantur Decreta Canonica, in cap.18 1.diſtin.& in cap.quid in omnibus.32.quæſt.7. vbi ad verbum ita ſcribitur: Quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Quæ fuit ſententia D.Petri, vt retulit D. Clemens in Epiſtola ad Iacobum fratrem Domini. In qua etiam paulò poſt idem Petrus grauiter pronunciat, Venenum adulterij eſſe cūctis malis pernicioſius. Et hanc quoque huius ſceleris grauitatem annotauerunt omnes Doct.in c.at ſi clerici.§. de adulterijs, extrà de iudic. Inter quos Bald.colum.penult. Adulterium (inquit) reuera eſt crimen infeſtum laicis & bonis viris, & turbat honorem matrimonij, & etiam famam liberorum, qua conſiſtit decus gentium, vt no.in Authen.de nupt.in princi. Angel. autem in §.1.in Auth. de monach.not.ex tex.ibi, peſſimum vitium eſſe uxorē alterius adulterare. Et Bald.conſil.246.viſis actis, lib.4. & Bar.in rubr.ff.de adult.vbi dicit, id crimen, præter læſæ maieſtatis, eſſe maximum.

*Adulterium peius periurio.*

Thales Mileſius cenſebat adulterium eſſe peius periurio. Percontanti enim adultero, an iuraret non commiſiſſe ſe adulterium, Non eſt (inqt) periuriū adulterio deterius, ἐχθρὸν μοιχείας ἐπιορκία Author Diogenes Laertius ī vita ipſius Thaletis. Hinc & eiuſmodi crimen, iniquitas maxima vocatur, Iob 31. c. Et Sibylla Erythræa, quam præter cęteras præcipuam & nobilem fuiſſe commemorant, inter facinora, quibus maximè Deus iraſcitur, atque irritatur, adulterium reponit, vt conſtat ex his verſibus, quos ex ea retulit Lactantius, in libro quem de Ira Dei elegantiſſimè cōſcripſit, c.22. Et in hanc ſentētiam eſt & illud Euphronis, apud Stobæum, cap 6.

Οὐκ ἔστι μοιχοῦ μεῖζον οὐδὲ ἓν κακόν.

*Non eſt adultero maius vllum malum.*

In coniugato autem eſt id crimen grauiſſimum, cap.vt clericorum.& ibi not. Bald.& alij, extrà de vit. & hon. cler. Porro facilè intelligi poteſt, quantùm id crimen adulterij eſſe Chriſtus cenſuerit, qui cùm in Euangelio ſuo retinendas omnino vxores iuſſiſſet, nec vllam permiſiſſet diuortij cauſam, contra Moſis legem, vnicum adulterium excepit. Ferenda eſt igitur vxor temulenta, iracunda, guloſa, vaga, iurgatrix, deformis ſolam licet adulteram repudiare. Aſpera quidem & reliqua ſunt uitia ſed toleranda, at fidem toro violaſſe, intolerabile eſt. Cæterùm Chryſoſtomus in Euangelium.D. Ioan. Homil.62.docet adulterium grauius eſſe idolatra.

27 *Redit ad principiū huius legis.*

¶ Igitur (vt redeamus) alienarum fœminarum adulterio non ſe turpiter viri contaminent: quin faciant vt id poſſint dicere, quod apud Iureconſultum in l. Titiæ. ff.de aur.& arg.leg. teſtator quiſpiam profitetur ſe feciſſe, videlicet ſe ſemper cum vxore ſine mendacio vixiſſe. Quod tūc demum aſſequentur, ſi fidei, quam iam ſtatim in ingreſſu matrimonij vxoribus promiſerint, non deerunt. Alioquin ſciāt futurum ſibi infœlix infauſtumq;, atque infortunatum matrimonium vxoribusque ſe moleſtiſſimis vſuros, & infeſtiſſimis.

*Viri moleſtius ferūt vxoris mortem, quàm adult. Et vulnerari proprij corporis. Et neces filiorum.*

Nam ſi viri vxorum adulteria tam ægrè ferant, vt ea moleſtius patiantur, quā neces ipſarum: (maritus enim vt ſcribit Hieronymus in Amos, c.7. ante fin. libentius audit uxorem interfici, quā pollui) ſi (inquam) id moleſtius patiātur, quàm ſeſe proprio corpore vulnerari, vt dicit Fab.in §. ſciendum, Inſtitut. de donat. imo quàm neces filiorum, vt clanculum & ſubobſcurè innuit tex.in l.codicillis.§.matre.ff.de le. 2.quem ita intelligunt Ray.Ia.Aret.Bal.Alb.& alij Doctor.ibi.Bald.in l. Athletas.§. calumniator.ff.de his qui not.infam.& in l.ult col.pe.uerſi. venio ad ſecundam.& ibi quoque Alex co.vlt.dum allegat tex.not.in d. §. maritus.ff.de feri.& ipſe Bal.in d.c.ex parte noſtra.& ibi etiā Barb.col.pe.de conſue.& idem Bal.conſi.176. Cæcilia receſſit à Franciſco, col.2.lib.1.& conſi.277.in Caſt. in l.ult.§.1.ff.de publica.vbi & ipſe Ro.& Pau.hoc intelligunt, niſi vilitas perſonæ ſpernentis adulterium vxoris, aliud induceret, per tex.ibi.& Luc.Pē.in l.1.col.22.ver. 24.quæritur C.pub.læti.libr.12.Roma.in l. tranſigere, colum.1.verſi.item nota quòd in crimine.C. de adul.& Alex.conſi.24. animaduerſis ijs quæ tam per teſtes, col. 10 verſi.cùm ſtuprum, lib.2.Et Corn.conſi.44.deueniendo, col.3.uerſi.circa ſecundum, libro 4.& Barb.in d.ca. at ſi clerici.§ de adulterijs, col.2.& ibi quoq; Phil. Dec. col.2.de iud.& idem Barb. in d.c.1.colū.5.& iterum in c.accedens, col.2.ext.vt lit.non conte.& conſi.vlt.ſapienter, col.8.verſic.modò in caſu, lib.2.& Bapt. Caccial.in repe.l.ſi qua illuſtris, colū.13. C.ad S.C. Orphi. Iaſ.in l. tranſigere.col.2.in 2.not.de trāſ. Card. Alex.in c.2.col. 2.verſ.no.ibi, ne fortè deterius, ext.de ſponſ. Catel.Cot. in memor. ſtatuta quòd bannitus, col.2.verſ.præterea in muliere. Io. Lup.qui illum text.dicit ſing.in rep. rub. de dona.inter vir.& uxo.§. 78.col.2.Fran. Ripa in l.ult.in 1.q.C.de reuo.don.Ferd.Loaz in repet.l.filiusfam.§.diui.nu.293.ff.de leg.1.Bauer in §.eſt autem, Inſti.de hæ. inſt.Ludou.Gomes in §.fuerat, char.pen.colum.ultim. Inſtit.de acti.Bene.in rep.cap Raynutius, in verbo, cuidam Petro tradiderunt, nu.109.extrà de teſta. Cęſar Lāber.in tract.de iure patro.in 19.art.9.q prin.1.partis, li. 2.

*Mulieres in primis exaſperant uirorum adulterium.*

Si (inquam) viri id tam moleſtè ferant, quo tādem animo fœminæ accipient virorum adulteria, quas natura finxit præcipites, vt ſuprà dictum eſt? Nihil profectò vxores, præſertim caſtas, æquè exaſperat, quàm virorum congreſſus, cum externis impudicisq; mulieribus, hoc ipſum atteſtante Imperatore, in l.conſenſu, poſt princi. vbi Bald.& Angel.id annotant.C. de repud.& in §. mitiores, in auth.de nupt. quem & ad hoc expendit Angel. vbi ſuprà.& in l.ſi uxor.§.iudex.ff.de adul.& Iaſ.in l.ex ea parte.§.mulier, in 1.not ff.de verb.oblig.

28 *Mulieres ex uirorū adulterijs in inſaniā uertūtur.*

¶ Impatientes ſanè ſunt huiuſce rei præ cæteris omnib. reb. mulieres: & quiduis aliud in marito, quàm pellicem, æquioribus oculis aſpiciunt. Verùm ex pellicatu excandeſcunt, iraſcuntur, ac vindictam parāt, furoreq; veſanienti inſtinctæ, atrocia, diraque facinora cōiciunt, nec alijs, nec viris ipſis, nec filijs, nec ſibi denique, ſuoque pudori parcentes.

*Helena arbori ſuſpenſa ob zelotyp.*

Scribit Pauſanias libro 3.quo Laconica tractat, quòd cùm Helena poſt mortem Menelai à Megapenthe & Nicoſtrato filijs Oreſtis fugata, in Rhodum perueniſſet, eam Polyxo, quæ Polyxena aliis dicta eſt, vxor Tlepolemi, ad quam iure veteris amicitiæ diuerterat, arbori iuſſit ſuſpendi, ob uiri zelotypiā. Et hinc eſt (ait Pauſanias) Rhodijs Helenes Δενδρίτιδος, id eſt, arboreæ, ſacellum.

*Lais ob Zelotypiā trucidata.*

Theſſalicæ quædam mulieres Laidem formoſam meretriculam in templo Veneris ligneis teſtudinibus ob zelotypiam trucidarunt, quòd à Pauſania Theſſalo amaretur, cuius rei cā peſtis Theſſaliam tandiſper vexauit, donec templum ἀνοσίας Ἀφροδίτης, id eſt, impiæ Veneris condiderunt, quòd mulieres impiam in fano Veneris cędem commiſiſſent: vt retulit Timæus libro 13. Hiſtoriarum, & ex eo Athenæus libro 13.c.20.atque etiam Interpres Ariſtophanis.

*Veneris impiæ templum.*

*Laodice pellicem & ſe quoque interemit.*

Laodice vxor Antiochi regis Syriæ (is eſt, cui Deus cognomentum fuit) Berenicem Ptolomæi ſororem, quam maritus deperibat, illiuſque ex Antiochio filium, primùm interimi iuſſit, deinde & ſe veneno necauit: vt teſtis eſt locupletiſſimus Hieronymus in Danie. cap.11.& tangit Appianus in libro, qui Syrius inſcribitur. Quamuis nō deſint, qui aliter referant. Tradunt & Decreta canonica in c.ſi qua fœmina.50. diſt. mulierem quandam furore zeli accenſam, tam atrociter ancillam ſuam verberaſſe, vt ali-



*Ancilla à domina ob zelotypiam interempta.*

vt aliquantò poſt cruciabiliter animam emiſerit. Eſt autem illic mendum (vt id obiter dixerim) cùm ſcribitur in codicibus, qui circūferuntur, inter certum diem, vbi ſcribendum eſt intra tertium diem, vt videre licet ex cōcilio Elibertino à quo illud cap. depromptum eſt, ca.5. & ita etiam eum text.intelligunt Ro.& Barb.in l. in illa illa ſtipulatione.ff.de verb.oblig.

29 *Alexander Pheræus ab uxore necatus ob Zelotypiā.*

¶ Legimus & apud Tullium libro 2. Officiorum, & Valerium Maximum, libro 9.c.14. Alexādrum Phereū à Thebe vxore interfectum propter pellicatus ſuſpicionem: quanquam Plutarchus in Pelopida, & Diodorus Siculus libro 16. quo Philippi Macedonis geſta deſcribit, id aliter referunt. De illo aūt eſt illud Ouid.in Ibin:

*Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,*
*Qui datus eſt leto coniugis enſe ſuæ.*

*Demetrius quoque.*

Nec diſſimili ratione tradit Iuſtinus lib.26. Demetrion Antigoni regis filium iuſſu Arſinoes vxoris interemptū, quòd cum Berenice ſocru ſtupri conſuetudinem haberet.

*Demetrius alter.*

Alter Demetrius cognomento Nicator à Cleopatra vxore occiſus eſt, ob zelum Rhodogunæ Phraatis Regis ſororis, ut tradit Appianus in illo ipſo libro, qui Syrius ī ſcribitur.

*Agamemnon.*

Clytemneſtra, cū didiciſſet Agamemnō maritū deperire Chryſeidem, & ſe adulterio cū Ægiſtho polluit, & maritum ipſum morte mulctauit, ut poſtea dicemus.

*Antonius Verus.*

Sunt & qui exiſtiment Antonium Verū, Imperatorem Romanum, è Lucilla vxore veneno ſublatum ob venereum cum Fabia commercium, ſicuti à Capitolino ſcriptum eſt.

30 *Mulier ob zelotypiā cūcta mariti bona combuſſit*

¶ Apuleius quoque autor eſt, libr.8.Metam.vxorem cuiuſpiam villici dolore pellicatus inſtigatam, cunctas mariti rationes, & quicquid horreo cōditum tenebatur, admoto igne combuſiſſe. Sed tali damno tori ſui contumeliam vindicaſſe non contenta, iam circa viſcera ſua ſæuiens, laqueum ſibi innectit, infantulumq;, quem de eodem marito iamdudum ſuſceperat, eodem funiculo nectit, ſeque in prealtiſſimum puteum, appendicem paruulum trahens præcipitat. Idem lib.10.eiuſdem operis, tradit, & aliam mulierem ſuſpicatam maritum ſororis concubitu vti, puellam primùm acerbiſſima crudeliſſimaque morte interemiſſe, deinde maritū & filiam, quā & ex eo ſuſceperat, veneno necaſſe.

*Sphinx à viro ob Zelotypiam receſſit, et bellum contra eū mouit.*

Scribit Palæphatus, & eius autoritate Euſebius Chronographus, Sphinga vxorem Cadmi, propter zelum Hermonies, à viro receſſiſſe, ac contra eum bellum iniſſe. Quod & ab Euripide deſcriptum eſt in Andromache, recenſente illius querelam, malarum ſcilicet fœminarum congreſſu ſe perditam, ꝙ illis obtrectatricibus aures ſidemq; adhibuiſſet:

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ᾽ ἀπώλεσαν,
Αἵ μοι λέγουσαι τοὺς δ᾽ ἐχαύνωσαν λόγους.

31 *Dirce ob ſuſpicionem pellicatus Antiopen interemit.*

¶ Dirce autem cùm ſuſpicaretur Lycum maritum Thebarum Regem, eſſe captū amore Antiopes Nyctei, aut, vt Homerus lib.11. Odyſſ. & Apollonius Rhodius lib.1. Argonauticon tradunt, Æſopi filiæ, puellam in mōtem raptam tauri ceruicibus alligauit, tedasque ardentes à cornibus ſuſpēdit, vt bos furioſior Antiopen per abrupta & ſcopulos tractam diſcerperet.

*Prouerbium.*

Et hinc natum adagium, Ἀντιόπης θρῆνος, Antiopes luctus. Quanquam Propertius libr.3. ita hiſtoriam deſcribit, vt non Antiopen bouis cornibus voluerit alligatam, ſed Dircen ipſam à Zetho & Amphione, ipſius Antiopes ex Ioue filijs, matri ſubuenientibus. Ita enim ſcribit:

*Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſæua*
*Nycteos Antiopen ſuccubuiſſe Lyco.*

Et cętera, quæ ſequuntur.

*Ino ob eādem cauſam filiū deperijt.*

Et cum eo conuenit Iulio Hygino Fabular. cap.6. Et id quoque tranſeunter tetigit Plautus in Pſeudolo, & Pauſanias in Bœoticis. Ino quoque ſuſpicata virum rem habere cum Antiphera ſerua, proprium filium, quo ſe vlciſceretur, deperiſſe dicitur, referente Plutarcho Problematon cap.15. Scribit & Apollonius Rhodius eod.illo lib.1. Argonauticon, Lemnias mulieres zelotypia incenſas, quòd mariti captiuas quaſdam mulieres adamarent, maritos ſuos omnes dormientes, & præterea vniuerſum genus maſculinum obtruncaſſe. Ex quo eſt illud quoque Ouidij in Ibin:

*Lemniæ mulieres ob zelotypiam mares omnes necarūt.*

*Quosq; ferè morti Lemnia turba dedit.*

De quo etiam Statius libro 5. Thebaidos, haud multò poſt princ.

32 *Medea proprios filios eadē de cauſa iteremit.*

¶ Hæc eadem affectio Medeam impulit, vt filios proprios ex pellicatus incentiuo crudeliſſimè interimeret: vnde exiiſt illud Virgilianum in Pharmaceutria:

*Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem*
*Commaculare manus.—*

Illud quoque Ouidianum lib.4.de Arte amandi:

*Et nece natorum ſanguinolenta parens.*

Et alibi, eodem quoque lib.

*Nec dolor armaſſet contra ſua viſcera matrem,*
*Quæ ſocij damno ſanguinis vlta virum eſt.*

Et lib. Amorum 2. Eleg.14.

*Vtraque ſæua parens: ſed triſtibus vtraque cauſis,*
*Iactura ſocij ſanguinis vlta virum eſt.*

*Progne quoque.*

Hic quoque dolor Prognen armauit aduerſus propria viſcera: vt quæ propter ſtupratam à Tereo marito Philomelam, ſuis manibus Ityn communem filium interemit, Tereoque epulandum præbuit: vt graphicè deſcripſit Ouid.lib.6.Metam.

*Althea, Ariadne, Heriſtilla*

Eadem de cauſa Althæa, Ariadne, Heriſtilla crudelem filiorum cędem perpetrarunt, vt videre licet paſſim apud Poetas:

33 ¶ Propterea Euripides Athenienſis, tantæ autoritatis Poeta, vt ſingula eius verba ſingulas ſententias exiſtimaret eſſe Cicero in ea fabula, cui titulus Medea inſcribitur, hanc quoque ſententiam reliquit:

--- Γυνὴ γὰρ τ᾽ ἄλλα μὲν φόβου πλέα,
Κακή δ᾽ ἐς ἀλκὴν, καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.
Ὅταν δ᾽ ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
Οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

*Mulier enim aliàs quidem timoris plena,*
*Timida autem in pugnam & ferrum inſpicere,*
*Cum autem in lectum iniuria affecta fuerit domina,*
*Non eſt alia mens truculentior.*

Quem ſecutus Seneca & ipſe Tragicus, in eiuſdem nominis Comœdia, nō minus verè, quàm venuſtè ſcripſit:

*Nulla vis flammæ, tumidique venti*
*Tanta, nec teli metuenda torti,*
*Quanta cum coniunx viduata tedis*
*Ardet, & odit.*

Et rurſus in Hercule Oeteo ita facit Deianiram loquentem:

*O quàm cruentus fœminas ſtimulat dolor,*
*Cùm patuit vna pellici & nuptæ domus.*
*Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta*
*Minùs timenda eſt: nulla non melior fera eſt.*

Nec multò poſt.

*Non ibo inulta, geſſeris cœlum licet,*
*Totusq; pacem debeat mundus tibi.*
*Eſt aliquid hydra peius, iratæ dolor*
*Nuptæ.—*

Et Ouidius lib.2.de Arte amandi:

*Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,*
*Fulmineo rabidos dum rotat ore canes:*
*Nec Lea cùm catulis lactentibus vbera præbet,*
*Nec breuis ignaro vipera læſa pede:*
*Fœmina quàm ſocij deprenſa pellice lecti:*
*Ardet, & in vultu pignora mentis habet.*
*In ferrum flammasq; ruit, poſitoq; decore*
*Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.*
*Coniugis admiſſum violataq; iura mariti*
*Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.*
*Altera dira parens hæc eſt, quam cernis hirundo,*
*Aſpice ſignatum ſanguine pectus habet.*

Hoc

*Hoc benè compoſitos & firmos rumpit amores.*
*Crimina ſunt cautis iſta timenda viris.*

34 ¶ Huc quoque quadrare poteſt Græcus ille verſiculus ſuprà alibi adductus.

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.

*Incendit omnem fœminæ zelus domum.*

Et quod ſcribitur Eccl. 26. Dolor cordis & luctus, mulier, zelotypa: in muliere zelotypa, flagellum linguæ omnibus communicans. Sed nos fortè interiùs in 16. eadéque vlt. leg. Connubial. latiùs diſſeremus (niſi nos quotidianæ noſtræ occupationes impediant) de zelotypia viri & vxoris, & quãtùm ab ea alienos eos eſſe oporteat. Sed illud interim hic dicemus, non ſolùm vxores viros ob zelotypiam interimere, ſed & interdum quoque è diuerſo viros vxores. Nam Iuſtina nobiliſsima puella Romana, puellas ætatis ſuæ forma ſupergreſſa, cùm iuueni locupleti quidem, ſed ſtolido & propè furioſo nuptui eſſet à parentibus tradita, ex ſua ſola pulchritudine in ſuſpicionem marito venit, qui candidiſsimæ vxoris ceruicem conſpicatus, inclinantis ſe ad exuendum calceum, furore ex zelotypia accenſus, teneram puellam nouamque coniugem iugulauit. Cuius eſt illud Epithaphium.

*Viri quoq; vxores interimunt.*

*Immitis ferro ſecuit mea colla maritus,*
*Dum propero niueis ſoluere vincla pedis.*
*Durus & ante torum, quo nuper nupta coiui,*
*Quo cecidit noſtræ virginitatis honos.*
*Nec culpa meruiſſe necem, bona numina teſtor:*
*Sed iaceo fati ſorte perempta mei.*
*Diſcite ab exemplo Iuſtinæ, diſcite patres,*
*Ne nubat fatuo filia veſtra viro.*

Vt iam non mirum ſit fœminas zelotypiæ præ viris impotentiſsimas in huiuſmodi virorum necem coniurare, cùm mulier ipſa zelotypum maximè ſit animal, vt alibi diximus autoritate Plutarchi in libro de Tranquillitate animi.

35 ¶ Et ſanè paucas admodum fœminas reperies, quantumlibet modeſtas, & viris indulgentes, quæ æquo animo pellicem ferant: imò verè neſcio, an & alias præter Tertiam Æmyliam prioris Africani, Stratonicam Deiotari regis, Saram Abrahæ, & Rachel Iacob vxorem. Illa enim cùm ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratã eſſe, diſsimulauit: ac poſt mortem Scipionis (ne quis putet id, dum viueret, tantùm feciſſe) manumiſſam ancillam in matrimonium liberto ſuo cum liberali dote dedit, vt ſcriptum reliquit Valer. libro 6. c. 6. Stratonica autem cũ ſe liberis, qui in regni ſucceſsionem vocarentur, carere videret, marito perſuaſit, vt ex quacũque poſſet, genitos ſibi ſupponeret: quod cùm is negligeret, ex ancillarum numero virginem forma præſtãtem nomine Electram, Deiotaro conciliauit, ex eáque genitos tanquam proprios educauit: vt à Plutarcho proditum eſt in libro de Claris mulieribus. Nõ abſimiliter Sara vxor Abraham, Agar ancillam ſuam Ægyptiam marito offerens, Ingredere (inquit) ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios, vt ſcribitur Geneſis 16. Rachel quoque cùm ſe ſterilem animaduerteret, Balã ancillam ſuã marito comprimendam dedit, Vt pariat, inquiens, ſuper genua mea, & habeam ex illa filios, vt ſcribitur Geneſ. 30. Quanquam & Homerus libro 3. Iliados tradit, Theanò Antenoris vxorem Megen nothum viri filium, æquè ac ſuos ipſius filios, in gratiam mariti dilexiſſe.

*Aemylia pellicẽ viri Scipionis liberaliter dotauit.*

*Stratonica viro ancillam formoſam, ex qua liberos ſuſciperet, conciliauit.*

*Sara Abraha itidem fecit.*

36 ¶ Caueant igitur omnino, qui in ordine ſunt maritorum, ne externarum ſectentur concubitum, tum ob eas, quas iam diximus, rationes, ne videlicet Deum Optimũ Maximum grauiter offendant: nè ve amor vxorius vertatur in odium capitale, & internecinum, quod iam diximus. Sed & etiam, ne vxores impudicas faciãt & adulteras. Vicariam enim ſuæ voluptuariæ palæſtræ venereæ, ſuique mellitiſsimi pabuli, ferre fœmina nec poteſt, nec vult: & ſi eo ſe fruſtratam vel tantillum ſentiat, aliunde ſibi de compenſatione prouidet: tum ne quid ſibi de iuſto & legitimo concubitu depereat, ſed acceptam ex viri adulterio iacturam ſarciat: tum item vt ſe vlciſcatur, & par pari referat. Quam rem animaduertens Naſo lib. 1. pe Arte amandi, ſic infit:

*Virorum adulterii vxores impudicas faciũt.*

*Tum quoque tentanda eſt, cùm pellice læſa dolebit:*
*Tunc facies opera ne ſit inulta tua.*

Cuius rei exemplum affert lib. eiuſdem operis 2. Agamemnonis & Clytæmneſtræ:

*Dum fuit Atrides vna contentus, & illa*
*Caſta fuit: vitio eſt improba facta viri.*
Et paulò poſt:
*Et malè peccantem Tyndaris vlta virum eſt.*

Nam Homerus lib. 1. Iliad. ſcribit ipſum Agamemnonem præpoſuiſſe Chryſeidem Clytæmneſtræ:

--Καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα.
Κουριδίης ἀλόχου.

Ideoque & hanc adulterij ſui excuſationem prætendit Clytæmneſtra apud Euripidem in Electra, de Agamemnone loquens;

Ἀλλ' ἦλθ' ἔχων μοι μαινάδ' ἔνθεον κόρην,
Λέκτροις τ' ἐπεισέφρηκε. καὶ νύμφα δύο
Ἐν τοῖς αὐτοῖσι δώμασι κατεῖχομεν.
Μῶρον μὲν οὖν γυναῖκες, οὐκ ἄλλως λέγω.
Ὅταν δ' ὑπόντος τοῦδ' ἁμαρτάνῃ πόσις,
Τἄνδον παρώσας λέκτρα, μιμεῖσθαι θέλει
Γυνὴ τὸν ἄνδρα, χ' ἄτερον κτᾶσθαι φίλον.

Id eſt, propè ad verbum:

*Sed venit habens mihi inſanam fanaticam virginem,*
*Lectoq; intulit: & ſponſæ binæ*
*In iiſdem domibus detinebamur.*
*Stultæ quidem ſumus mulieres, non nego.*
*Cùm autem inſito hoc animis peccat maritus*
*Faſtidiens connubia, imitari vult*
*Mulier virum, & alium parare amaſium.*

Ex quo & illa eiuſdem Clytæmneſtræ in virum expoſtulatio, apud alium Poetam Tragœdiographum, ſed Latinum, Senecam dico in Agamemnone:

*Sic auſpicatus bella non meliùs gerit*
*Amore captæ captus.*
Et paulò poſt:
*Ablatam Achilli diligit Briſeida.*
*Et poſt trophæa Troica, ac verſum Ilium,*
*Captus maritus remeat, & Priami gener.*

Nam vt id poſtremum intelligas, ipſe Agamemnõ poſt Troiæ excidium Caſſandram Priami filiam adamauit, vt tangit Ouid. lib. 2. Triſt. illo verſu:

*Teq; Mycenæo Phœbas amata duci.*

Eamque ſecum domum duxit: ob quod eandem interfecit Clytæmneſtra, vt videre licet apud Homerum, libr. 11. Odyſſ. Ex quib. eſt & illud Horatij Carm. 3. Ode 10.

*O quamuis nec te munera, nec preces,*
*Nec tinctus viola pallor amantium,*
*Nec vir Pieria pellice ſaucius*
*Curuat, ſupplicibus tuis*
*Parcas, &c.*

37 ¶ Itaque Ariſtoteles lib. 1. Oecon. ca. 4. Primùm, inquit, leges ſint viro ad vxorem, vt iniuria ceſſet: ſic nec ipſe iniuriam patietur. Eſt autem (vt ille paucis interiectis ſcribit) viri iniuria, externarum mulierum congreſſio. Et, vt ſcribit Seneca ad Lucil. Epiſtola 95. Grauiſsimum eſt, in uxorem iniuriæ genus, habere pellicẽ. Ideo Ariſtoteles ipſe lib. 2. Oecono. c. item 2. Prudentem, ait, ignorare non decet, qui parentibus, quiue vxori & filijs honores conueniant: vt tribuens vnicuique quæ ſua ſũt, iuſtus & ſanctus habeatur. Pergrauiter enim unuſquiſque fert honore ſuo priuari: nec ſi aliena quis permulta tribuat, contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur. Nihil verò magis ſuum eſt uxori, nec magis illi à viro preſtandum, quàm ſancta & intemerata ſocietas. Et antè dixerat, Maximus

*De eadẽ re.*

ximus



ximus honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſeruantem ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc & ſuam & fidelem ſibi exiſtimantem. Tantò enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare, quantò magis ſe cognouerit fideliter atque iuſtè à viro diligi.

38 ¶ Hincque Vlpianus Iuriſconſultus in l. ſi vxor. §. iudex. ff. de adult. eleganter, vt aliàs ſemper, præcipit in crimine adulterij inquirendum, an maritus pudicè uiuens, mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit. Periniquum enim (inquit) eſſe videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quum ipſe non exhibeat. Quæ verba aſſumpta ſunt ex l. quapiam Antonini Imperatoris, quam citauit D. Auguſtinus in libro 2. de Adult. coniug. Et eadem propè in eadem ſententia adſcripſit Lactantius libro 6. qui eſt de Vero cultu: Exemplo (inquit) continentiæ docenda vxor, vt ſe caſtè gerat. Iniquum eſt enim, vt id exigas, quod ipſe præſtare non poſsis. Et paulò poſt ſcribit, vxorem eius qui circa corrumpendas alienas vxores occupatur, exemplo incitatam aut imitari ſe putare, aut vindicare. Idque eſt, quod ipſe Auguſtinus ſimiliter in cap. ſi dicturi. 32. quæſtio. 6. monebat, vt quales volumus vxores noſtras inuenire, & ipſe nos inueniant: & ſi intactam quærimus, intacti ſimus: vt alibi ſuprà diximus, videlicet in 9. Leg. Connubiali, nume. 229. incip. denique, & duob. ſeq. vbi & alia multa in eam ſententiam adduximus, quæ illic videre promptum eſt. Sed & huc alludens Iob ille vir rectus, & timens Deum, cap. 31. Si deceptum eſt (ait) cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij.

*De eadẽ re.*

39 ¶ Sed & Æſopus apud Planudem ita Ennium filium monet, Ἀεὶ τῇ γυναικί σου χρηστῶς ὁμίλει, ὅπως ἑτέρου ἀνδρὸς πεῖραν μὴ ζητήσῃ λαβεῖν. Id eſt, Semper vxori tuæ adhære, ne alterius viri periculum velit facere. Et huc quoque pertinet illud Oſeæ quarto: Non viſitabo ſuper ſponſas veſtras, cùm fuerint fornicatæ, quoniam ipſi cum meretricibus conſeruabantur. Tanquam ſcilicet quodammodo excuſentur mulieres adulteræ ob virorum ſuorum adulteria. Quibus accedit, quòd (ſi credimus Aſtronomiæ profeſſoribus) ſæpè is horoſcopus, qui mœchos viros facit vxores quoque mœchas nanciſci facit. Nam ut ſcribit Iulius Firmicus Aſtronom. libro octauo, capitu. 27. decima pars Capricorni ſi fuerit inuenta Marte præſente, mœchos facit, qui & vxores adulteri corruptas ſortientur. Et alibi ſæpè talia complura apud eundem, & alios huius artis ſcriptores, videbis. Verùm (quod ſæpè diximus) id neceſsitatem non facit.

*De eadẽ re.*

40 ¶ Igitur ſi ab vxoribus mariti honorari quaſi mariti cupiant, ipſas quoque tanquam vxores honorent: nam & honorare vxores viri debent, vt Diui Pauli teſtimonio tradit Diuus Hieronymus in Michæam, capitu. ſeptimo, & aſſentitur D. Petrus Epiſtola 1. cap. 3. dum ſcribit: Viriſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem, & cæt. Quanquam ſcio D. Hieronymum eum honorẽ ita interpretari, non vt flectantur eis genua, & gemmis auroque onerentur, vtve prior locus eis cedatur, ſed intelligere abſtinentiam à coitu. Sic enim honorem haberi vaſculo muliebri, ſi non inquinetur libidine. Idque indicare, quod ſtatim ſequitur, ut non impediantur orationes veſtræ. Sed & illud ſcio, hunc honorem ita intellectum minimè vxoribus gratum fore. At ijs quæ ſuprà diximus (vt ad ea redeamus) adſtipulatur Diuus Ambroſius, qui in Epiſtola 82. Vir (inquit) vxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam conſortem vitæ honoret, participet, vt cogæredi gratiæ. Hæc ille. & è noſtris quoque voluit Bal. in l. unum ex familia. §. ultimo, per illum textum. ff. de leg. 2. Imò verò & venerari quoque vxorem vir debet, ſi credimus Cyno, in l. ſi à ſponſo. C. de donat. ante nupt.

*Viri vxores honorent, ſi ab his honorari volent.*

41 ¶ Mariti igitur ſi ab vxoribus honorari tanquam mariti velint, ipſas etiam tanquam vxores honorent: id eſt, caſtos, intemeratoſque ſe præbeant, neceſſe eſt. Nam vt in re ſimili dicit Diuus Hieronymus ad Nepotianum de Vita clericorum, & repetitur in cap. eſto ſubiectus, 91. diſtin. Epiſcopi honorent clericos, quaſi clericos, vt ipſis Epiſcopis à clericis, quaſi Epiſcopis, honor deferatur. Subiungitque: Scitum eſt illud Oratoris Domitij, Cur ego (inquit) te habeam ut principem, cùm tu me non habeas vt ſenatorem? Cui & omnino ſimile eſt (& neſcio an idem ſit, quod Hieronymus forte memoria lapſus, nominibus erranter mutatis ſcripſerit) illud Lucij Craſsi Senatoris ad L. Philippum Conſulem, Non es mihi Philippe Conſul, quia nec tibi Senator ſum. Quod à Valerio Maximo traditum eſt libro 6. capitulo ſecundo, & Fab. lib. octauo. Oratoriarum Inſtitutionum, titu. de ornatu, ad fi. & iterum libro 11. titu. 1. & ante eos ſcriptum reliquerat M. Tullius, ſtatim circa initia lib. 3. de Oratore. Et ad hoc alludit illud eiuſdem Philippica 2. Non tractabo vt Conſulem, ne ille quidem me vt Conſularem. Quibus & ſimile eſt illud Platonis ad Dionyſium Syracuſanum: Si noſtra tibi placent, nos quoque maximè honorare debes. Nunc aũt tanq̃ ab initio tu ducas, ego ſequar: honoratus. n. à te, & te honorabo: non honoratus autem, conquieſcam.

*Vir vxorẽ venerari debet.*

*Epiſcopi clericos, vt clericos honorare debent.*

*Nõ es mihi Conſul, quia tibi Senator nõ ſum.*

42 ¶ Ad quod optimè facit textus in capit. cùm beatus. 45. diſtinct. ibi, ne dum in cautè ſubd ta membra percutiunt, ipſa quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahant. Ex quo not. gloſſ. quòd ex quo Prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare. & etiam tex. in c. ſignificaſti, in fi. de ele. & in cap. ad decorem, de inſtit. & quod not. gloſſ. in d. c. eſto, per textum ibi, fruſtrà petere debitum, qui quod debet, non impendit. Ad quod & alia multa iura allegat, quæ tu ipſe videas. & idem dicit gloſſ. in cap. ſi dicturi, & in cap. ſignificaſti, nuper allegatis. Et adde text. in l. ſi non. ff. de iureiur. per quem not. gloſſ & Doctor. ibi, quod ſi non facio, quod debeo, ſi tamen tu non facis quod debes, non obtines. Et per illum etiam dicit Bald. in cap. primo in verbo, uel non, tit. quali. domi. prop. feud. pri. quòd qui non facit, quod debet, non recipit quod oportet. Quod & idem dicit ipſe Bald. in l. poſt legatum. ff. de his qui. vt indign. Et ut uoluerunt Inno. Ioan. Andr. Card & Panor. in cap. tuam. de pœnis. quòd cùm aliquis tenetur aliquid dare, aut facere, ut aliquid conſequatur, non poteſt illud petere, niſi prius totum dederit, aut fecerit. Allegat Panormit. text. in leg. Mæuius. & in leg. cui fundus. ff. de condit. & demonſtrat. Facit etiam text. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. ubi not. Bald. quòd qui differt facere, quod debet, non poteſt petere, quod ei debetur. Et in l. teſtamento ita erat ſcriptum. ff. de conditio. & demonſtrat. quam ad hoc propoſitum facit ſing. Bald. in capitulo, primo titu. quali. do. prop. feu. pri. & text. in l. quæro. §. inter. & ibi Bartol. ff. loca. per quem dicit Bald. in cap. vltim. in fi. tit. de for. fideli. quòd qui fidem non præſtat, eam ſperare non debet. Sed & idem in cap. 1. § porrò, colum. 2. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. dicit per textum ibi, & in d. §. inter. quòd qui non obſeruat fidem conuentionis, priuandus eſt eius emolumento. Et alius tex. in cap. peruenit, le. 2. & ibi Panor. de iureiu. ubi patet id procedere, etiam ſi quis cùm iureiurando promiſerit: & in cap. fruſtra, de reg. iur. lib. 6. & ibi allegata per gloſſ. & Doct. & per Panor. cõſ. 61. videtur primò quòd dictus Peruſinus, colũ. 2. libro item 2. & Rom. conſi. 204. pro diſcutienda ueritate, colum. 2. verſic. 2. idem probatur. & conſi. 517. incip. in cauſa propoſitæ quæſtionis, colum. 1. & multa quæ latè cumulat

*De eadẽ re.*

*Fruſtrà petit debitũ qui quod debet, non impendit.*

*Qui nõ facit quod debet, non recipit quod oportet.*

*Qui fidem nõ præſtat eã ſperare nõ debet.*

Barb.conſ.36.ſapienter ſcripſit propheta, colū. 12. verſic. præterea pondero aliud, & iterum colum. 15.verſic. capio ultimo loco, libr.2.& latius conſil.74. omnia quæ facitis, colum. 11.& ſequentibus fermè uſque ad finem conſil.lib.3.& latiſsimè Corn.conſi.343. in cauſa uertēte, col.2.uerſic. his tamen non obſtantibus, cum multis ſeq.lib.1.& Philip.Dec.conſ.380,concluſio, & Iaſ.conſil.41.omiſsis,col.1.lib.1.Anto.Corſe.in repe.c.grandi, char.7.col.4.verſi.nota ibi fidelitatem,extrà de ſuppl.neg.præla.Nec in hoc loco prætermittendum, quòd Plato, ut refert Plutarch.in præc.nupt.ſenes hortabatur, ut iuuenes venerarentur, vt & illi erga ipſos verecundiam conſeruarent. Vbi enim in iuuenes pudorem ſenes abijciunt, nulla in eos verecundia iuuenibus reſidet. Et hæc quoque duo capita integra tranſplantauit Chaſſenæus in ſuum librum Gloriæ mundi,parte 1.in 21.conſideratione, ſed ita tamen, ut uideri uelit magnam partem eſſe ipſius.

*Senes honorent iuuenes, ſi ab iis honorari uelint.*

*Chaſſenæi furtū clā culatum.*

43 *Vlyſſes uxoris amorem prætulit immortalitati.*

¶ Qui ergo ab uxoribus amari volunt (quæ maxima eſt in matrimonio,& præcipua voluptas)eas quoque ipſi viciſsim ament, imitantes Vlyſſem, qui rogantibus Calypſo & Circe, vt ſecum maneret, ac immortalitatem nulli ſenio obnoxiam pollicentibus, tanti tamen Penelopes uxoris amorem fecit,ut maluerit ad eam cum maximo quidem periculo,mortalis manens, reuerti:ut graphicè ſcribit Homerus lib.5.iterumque 7.& 23. Odyſſ. & alibi ſæpè:& eum ſecutus Sabinus in Epiſtola Vlyſsis ad Penelopen:

*Quæq; mihi Circe, quæ ſit mihi cauſa Calypſo,*
*Iamdudum ignoto ſollicitare metu.*
*Vtraque ſe nobis mortalia demere fila*
*Spondebat,Stygias vtraque poſſe vias.*
*Te tamen hac etiam ſpreta mercede petiui.*
*Paſſurus terra tot mala,totq; mari.*

Et Tzetzes Hiſtoriar.Chiliade 6.c.77.

Τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρός φησιν ἐν Ὀδυσσείᾳ
Τῆς Καλυψοῦς ἀθανατοῦν ὑπισχομένης τοῦτον,
Εἰ συνδιάγειν μετ' αὐτῆς καὶ συμβιοῦν θελῆσαι.
Μηδ' ὅλως βουληθῆναι μὲν, ἀλλὰ θανεῖν θελῆσαι
Ἰδόντα μόνον κἂν καπνὸν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.

*Vlyſſem dicit Homerus in Odyſſea,*
*Calypſo immortalem cùm polliceretur illum facere,*
*Si vnà degere cum ipſa atque conuiuere vellet:*
*Nullo pacto voluiſſe quidem,ſed mori maluiſſe*
*Videntem ſolum etiam fumum ſuæ patriæ.*

Pro quibus (ut Ariſtoteles hanc quoque rem memorās, tradit lib. Oeconom.2.cap.3.) meritò ab uxore eadem reportabat.

44 *Si uis amari, ama.*

¶ Nam, vt apud Senecam Ethnicorum ſcriptorum (ſi tamen Ethnicus fuit) ſanctiſsimum, ad Lucil.9.Epi. Hecaton luculenter ait: Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius ueneficæ carmine: Si vis amari, ama. Quem ſecutus Epigrammatarius Poeta,ita ait lib.6.ad Marcum:

*Vt præſtem Pyladen,aliquis mihi præſtet Oreſtem.*
*Hoc non fit uerbis,Marce,vt ameris ama.*

Quæ vltima verba vſurpauit Auſonius in Epigrammate ad virum eiuſdem nominis. In quam ſentētiam Quintilianus(ſi is eſt) in gladiatore, Amantem,ait,odiſſe non potui. Quem citat Luc.Pen.in l.1.col.2.C.de caſtr.pecul.lib.12. Et Cælicus in Panegyrico, ſcribit nihil interfuiſſe inter priuatum,& principem Traianum,niſi quod princeps à pluribus amabatur,quia & plures amaret. Et iterum:Poteſt fortaſſe princeps odio eſſe nonnullis, etiā ſi ipſe nō oderit:amari,niſi amet,non poteſt. Dion quoque Pruſenſis inter ſaluberrima illa ſanctiſsimaque documēta,quæ regibus præſcripſit, in libris quos de regno edidit,hoc primùm & in frōte ſtatim appoſuit, vt Deos colant atque uenerentur: deinde homines curent, & ament,ſi & ipſi redamari cupiunt.Nam veriſimile nō eſt,

*Dion.*

nec natura patitur,diligentem nō diligi. Ex quo & illud quod à Valerio Max.traditum eſt,lib.4.capitu. 1.Platonem, cùm audiuiſſet Xenocratem ipſius diſcipulū multa de ſe impiè locutum,ſine ulla cunctatione criminatio nem reſpuiſſe: cumque inſtaret certo vultu, quæreretq; cauſam cur ſibi fides non haberetur,reſpondiſſe, non eſſe credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Quin & Gregorius Nazianzenus in heroicis verſibus,quos ſcripſit Nicocli ad filium,ita habet:

---φύσις φιλέειν τοὺς ὁ φιλέοντας ἔρυξε.

*Natura amare non amantes prohibuit.*

*Prouerbium.*

Et Libanius ad Climatium ſcribit,Fas eſſe amantem redamari.quod prouerbio vetere dicit celebratum. Et Diuus Ambroſius libro ſecundo Officiorum ad Innocentium,inquit: Charitas communis plurimùm proficit, ſi quis vicem amantibus reddat,nec minus redamare ſe probet,quàm ipſe amatur.Quid enim (vt paulò poſt ſubnectit) tam inſitum naturæ, quàm ut diligentem diligas? quid tam inolitum atq; impreſſum affectibus humanis, quàm ut eum amare inducas in animum, à quo te amari velis? Et Diuus Alter Auguſtinus:Nulla eſt maior ad amorem inuitatio,quàm præuenire amando. Et gl.quàm Ordinariam uocant, enarrans illud Matthæi 7. Omnia ergo, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, &c. Amare,ait,amantem, naturæ non eſt abſonum. Tullius in 1.ad M.Brutum Epiſtola,Clodius,ait,Tribunus pleb. deſignatus valdè me diligit, vel (vt ἐμφατικώτερον dicā) valdè me amat: quod cum ita mihi perſuaſum ſit, non dubito (benè enim me noſti) quin illum quoque iudices à me amari.Nihil enim mihi minus hominis uidetur,quàm non reſpondere in amore iis, à quibus prouocare.Ante hos omnes Aſcræus Poeta,paulò ante fin. lib.1.Operum & dierum,Perſen fratrem monet,ut amātem ſe redamet:

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν.

Et Mochus Siculus in Bucolicis apud Stobęum, Sermone 61.

Στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε φιλῆσθε. Id eſt:

*Diligite amantes, vt ſi ametis,redamemini.*

Et Bion in Bucolicis apud eundem in eod.loco:

Ἀλλ' ἐράω· καλὸν δὲ τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.

*Sed amo: decet enim amantem ſimul ab aliis amari.*

*Cupido Anteros.*

Ex quo & Cupidini cognomen Anteros, ueluti amorem reciprocans, apud Ciceronem libro tertio de Natura Deorum, Pauſaniam in Atticis, Suidam, & Porphyrium.

45 *Amantes cur redamamus.*

¶ Cuius rei rationem ſi ab Amore ipſo ſciſcitabimur, forſitan reſpondebit, vt à Marſilio Ficino in ſuis Commentarijs in Conuiuium Platonis de amore,capitu.8.& rurſum libro primo Epiſtolar. eleganter ſimul & ingenioſè ſcriptum eſt, Se uſque adeò liberum pretioſumq; eſſe, ut neque uelit, neque valeat alio ullo emi uendiue pretio,quàm ſeipſo. Quod intelligēs Plin.in eo ipſo Panegyrico,quē nuper citauimus, Habes, ait, amicos,quia amicus ipſe es. Neque ut alia ſubiectis,ita amori imperatur,neque eſt vllus affectus tam erectus, & liber: nulloque ſubijci iugo patiens,& dominationis impatiens,nec qui magis vices exigat.

*Amor nō alio pretio quàm ſeipſo emitur.*

46 *Amans in alieno corpore uiuit.*

¶ Si verò virum quempiam reuera amantem interrogemus de huius rei ratione , ita reſpondebit, ut arbitror: Quiſquis vehementer amat, ſe ipſe ſibi aufert quodam modo, deditque amato. Hinc Plato definit amorem eſſe ardorem animi in proprio corpore mortui, in alio uiuentis. Quam & ſententiam vſurpauit Plutarchus in Antonio, ex autore non aliter nominato, quàm quod quidam, ut ait, dicit. Et eandem ſecutus Cato ille ſenior, de quo ſuprà tam multa diximus, aſſerebat, ut ipſe Plutarchus ſcribit, animum eius, qui amoribus tenetur,in alieno corpore uiuere.Sed & Pythagoricorum ſententia eſt, amici animum eſſe in amico. Quod in ſe per-



perſpiciens Alceſimarchus amator, in Plauti Ciſtellaria, dicebat:

*Vbi ſum,ibi non ſum:vbi non ſum,ibi eſt animus.*

Cui concinit, quod apud eundem Poetam in Aſinaria dicit Cleretra lena, Argyrippo aliam ſuam efflictim depereunti.

*Fixus hic nos apud eſt animus tuus clauo Cupidinis.*

Et Catullus, non ille quidem Valerius Catullus Veronenſis, cuius Epigrammata, & alia Poemata habemus, ſed alter anterior, Q.ſcilicet Catullus Orator & Epigrāmatarius vetuſtiſsimus,in hoc Epigrammate, quod ſcripſit ad Theotimum puerum,apud Aul. Gellium lib.19. capitu.9.

*Aufugit mi animus: credo,vt ſolet ad Theotimum*
*Deuenit:ſic eſt,perfugium illud habet.*
*Quid,ſi non interdixem,ne illum fugitiuum*
*Mitteret ad ſe intrò,ſed magis eijceret?*
*Ibimus quæſitum:verùm ne ipſi teneamur,*
*Formido:quod agam? da Venus conſilium.*

*Id ſumus, quod amamus.*

Huc quoque reſpicit illud Pauli ad Roman. 12. Nolite conformari huic ſeculo,ſed reformamini in nouitate ſenſus,&c.In cuius loci enarratione Nicol. à Lyra ſic infit: Eſt ſciendum,quòd amor transformatam antem in amatum. Vnde dicit Auguſtinus, ſi terram amas, terra es: ſi aurum diligis, aurum es, & ſi Deum diligis, Deus es. Proinde,vt concludamus, cùm amans ſit veluti ipſius amati,hic,modò ſit ſanæ mentis, illum tanquam rem ſuā curat,diligit,amat.Sua enim cuiq; chariſsima eſſe ſolent. Et vt Socrates ait apud Platon. lib. 3. de Republ. Curat quiſq; maximè id,quod maximè diligit. Scit enim amatus,vt par pari referatur, hominem deberi pro homine, pro voluntate ſcilicet voluntatem.

47 *Amans amati faciem animo ſuo inſculpit.*

¶ Et huc quoque, quod à Marſilio ſcriptum eſt,accedit, quòd qui amat, figuram, imaginem, & faciem eius quem amat,ſuo imprimit atque inſculpit animo. Fit itaque amantis animus, tanquam ſpeculum quoddam, in quo amati relucet imago. Idcircò cùm in amante ſe amatus cognoſcat,amare illum compellitur, ſummoque deſiderio,& vt dicitur, velis remiſque illi omnino deditus inhærere: in quo quaſi ſe habitare intelligit: quemadmodum infantes ſuas imagines in ſpeculis deoſculantur.

48 *Similitudo amoris cauſa.*

¶ Quòd ſi à natura quæramus huiuſce rei ueritatem, ſic nos fortè docebit. Similitudo, amoris tum quidem parens eſt, tum altrix, vt à me ſuprà pluribus probatum eſt. Similitudo autem natura quædam eſt in pluribus eadem.Nam ſi hic illi ſimilis eſt,ille quoque huic eſt neceſſariò ſimilis.Ergo eadem ſimilitudo quæ hunc,vt illum amet,compellit,illum quoque ad hunc amandum adducit. Similis enim aut in geminis fidibus, aut duobus citharis temperatio efficit, quemadmodum nos quotidie experimur, vt quoties altera pulſatur, toties moueatur & altera.

49 *De eadē re, ex Aſtrologis.*

¶ Aliam quoque cauſam mutui huius affectus afferunt Ptolemæus in Centiloquio,cap.32.& ſeq.Omar.li. 3.de Natural.cap.16.& Almanſor in Aphoriſ.cap.21.et alij Aſtrologi,qui mutuam inter illos beneuolentiam eſſe arbitrantur,in quorum geneſi,luminum, id eſt, Solis & Lunę commentatio fuerit: videlicet, ſi me naſcente Sol in Ariete, Luna in Sagittario:te naſcente Sol in Sagittario,Luna in Ariete fuerit:aut quibus ſignum, idem vel ſaltem ſimile, idemque planeta ſimiliſue aſcenderit: aut benigni planetę ſimiliter angulum orientis aſpexerint:aut Venus in eadem natiuitatis domo,eodemq; gradu fuerit conſtituta. Addunt Platonici, quorum vitam dæmon idem,aut certè ſimilis ducat.

50 *De eadē re è Phyſicis.*

¶ Phyſici verò, moraleſque,complexionis ( vt vulgò dicunt: temperamenti rectius dicemus) nutritionis, eruditionis, familiaritatis, ſiue conſuetudinis, conſilij, ſtudiorum ſimilitudine,ſimilis affectus & amicitiæ cām eſſe volunt. Quorum ſententiam ultra ea quæ ſuprà abū dè diſſeruimus in 5.lege connub.comprobant & noſtræ leges, in l.latæ. §.amicitiæ.in fine.ff.de verb.ſign.& in l. pen.in princ.ff. de caſtren.pecul. & in l. cùm allegas. C. eod.tit.lib.12. Et Plutarch.in lib.cui tit.eſt, Quo pacto poſsis adulatorem ab amico diſcernere. 51

¶ Sed & iſtis addendum eſt, quod idem Ficinus lib. 12.Epiſtol.ad Iulianum ſcribit,in hæc ferè verba: Apollinem & Cupidinem ſagittarios antiqui fingebant, hūc quidem flammas,illum verò lumina iaculantem. Quemadmodum igitur Apollo lumen ſimul in geminos iaculatur, ut quo ego te lumine viſo,eodem & ipſe me reuiſas: ita Cupido flammas, vt qua iam ardet vnus,eadem mox ardeat alter. Omnino verò Amorem eſſe Deum & Plato probat, & omnis teſtatur antiquitas, & Theologi noſtri.Sanctum quidem Spiritum amorem primum Seraphicis,id eſt,amatorijs angelis anteponunt, & Seraphicos angelos veris amoribus ubique præficiunt. Amatorium ergo numen mutuæ charitatis & vnionis amicum, vbi aliquem accendit, amore ſtatim ardentes ex hoc amore, velut ſpeculo, radios in amatum occulta quadam & mirifica virtute reflectit, vt abſens, vel inſcius, ille mirabiliter accenſus, viciſsim amet amantem. Iuſtum nāque nomen non patitur amantem ſuperno videlicet inſtinctu concitum non redamari. Hæc ille. Quod igitur numen, quæ conſtellatio, aut alia ex præcedentibus ratio, vt te amem impellit, eadem quoque ut me viciſsim ames,ſtimulat. Itaque paucos admodum reperies,qui ſe ament, non etiam amentur. Sit ergo hæc decimatertia Lex connubialis:

*Decimatertia connubialis.*

*Quicunque ab vxoribus amari cupiunt, has quoque ipſi viciſſim amanto.*
*Omninòque externarum congreſſu abſtinento.*

# IN DECIMAMQVARTAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS DECIMAQVARTA.

1 *Amor an carminib. & poculis conciliari poſſit.*

SED quoniam nuper amatorij poculi, venefic iq; e carminis ex Hecatone mentionem fecimus, non putaui prætereundum, pleroſque in ea eſſe opinione, ut exiſtiment amorem carminibus,poculis,aliiſque id genus conciliari poſſe:neque quempiam tam continentem, tamque ab amore uerſum eſſe, quin huiuſmodi artibus magicis amare compellatur,quod & ipſum affirmare videtur Anneus Lucanus lib.6.Pharſaliæ,ſcribens:

*Carmine Theſſalidum dura in pęcordia fluxit,*
*Non fatis adductus amor, flammaq; ſeueri*
*Illicitis arſere ignis. Nec noxia tantum*
*Pocula proficiunt, aut cùm turgentia ſucco*
*Frontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ.*

*Hippomanes, uide in nu.6.*

Hęc ille. qui poſtremis verſibus, id amoris ueneficium intelligit, quod Plin.lib.8.cap.42.& Columel.lib.6.ca. 27.Hippomanes appellatum eſſe dicunt. Eſt autem caruncula quædam, quæ in pulli equini fronte naſcitur: hanc in puluerem uerſam veneficæ miſcent poculis, iiſque propinant, quos uolunt in amorem inijcere. Cuius etiam meminit Ariſtot.libr.de Nat.animal.6.cap.18.& iterum 22.& Virgil.lib.4.Æneid.

*Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,*
*Et matri præreptus amor.—*

Et Tibul.lib.2.Eleg.4.

*Et quod, vbi indomitis gregibus Venus afflat amores,*
*Hippomanes cupidæ ſtillat ab inguine equæ.*

Et Propert.lib.4.in lenam quampiam:

*Conſuluit ſtriges noſtro de ſanguine, & in me*
*Hippomanes fœtæ ſemina legit equæ.*

Et Ouidius libr.4.Elegiarum, elegia 8. aduerſus aliam lenam:

*Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo*
*Licia, quid valeat virus amantis equæ.*

2 *Aliæ pleraque amatoria.*

¶ Idem verò Plin.lib.20.cap.5.refert, Orpheum dixiſſe amatorium ineſſe Staphylino, quoniam Venerem ſtimulari hoc cibo certum eſt. Et lib.24.cap.17. Anacãpſerotis herbæ contactu redire amores ſcribit, vel cum odio depoſitos. Et lib.25.cap.poſtremo: Aizoon maius (id eſt, quod Latini Semperuiuum magnum vocant) amatorijs conuenire. Ideoque & ſtergethrum appellatũ, videlicet ἀπὸ τοῦ στέργειν, quod amare ſignificat. Quo etiam nomine ſcribit Dioſcor.lib.4.cap.93. vmbilicum Veneris fuiſſe appellatum: qua herba, inquit, vtuntur & ad amatoria. Sed vt redeamus ad Plinium, is lib.28.capit.2. ſcribit, Theocritum apud Græcos, Catullum quoque & Virgilium apud nos, amatorium de incantamentis carmen edidiſſe. Idem rurſus eod.lib.cap.8. teſtis eſt, pilos roſtri hyænæ, admotos mulierum labris, amatorium eſſe. Et paulò poſt: Eiuſdem, inquit, cauerna ſiniſtro lacerto religata, ſi quis mulierem reſpiciat, amatorium eſſe tã præſens, vt illicò ſequatur. Orpheus & Archolaus ſcribunt, ſagittas corpore eductas, ſi terram non attigerint, ſubiectis cubantibus, amatorium eſſe, vt refert Plinius ipſe, eodem lib.28.cap.4. Idem quoque lib.27.cap.8. tradit, Catanances herbæ Theſſalæ uſum eſſe ad amatoria: quod & ante eum ſcripſerat Dioſcorides, cuius non meminit, lib.4.cap.125. Sed & idem Plin.lib.22.cap.8. tradit, herbam, quam centum capita uocant, duplicem habere radicem, alteram maſculam, alteram fœminam, dũque ea auellitur, ſi maſcula viro contigerit, eum à fœmina vel inuita adamari. Ob hoc Phaonem à Sappho dilectum: quod nos alibi in 1.leg.cõnub.ad aliud retulimus. Idem libro 13.cap.vlti. prodit arborem charito blepharon appellatam, eſſe efficacem in amatorijs: ex quo & hoc illi nomen inditum fuiſſe videtur. Et lib. 8. cap.22. Caudæ, inquit, lupi creditur vulgò ineſſe amatorium uirus exiguo in villo. Et lib.25.cap.9. prodit, Magos circa verbenacam herbam inſanire: hac enim perunctos, impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare. Hincque fortaſsis nonnulli herbam hanc Philtrodotem appellant, autore Dioſcoride libr.4.cap.57. Idem Plin. lib.27.cap.12. ſcribit, & phyteuma ad amatoria conuenire. Quod & ſcripſerat, aliorum autoritate Dioſcorides lib.4.cap.131. Cyclamini item radicem contuſam, & in paſtillos diuiſam, ad amatoria aſſumi, tradit Dioſcorides lib.2.cap.81. Dorycinij quoque ſemen in amatoria expeti, idem Dioſcorides lib.4.cap. 69. aut ex aliorum ſupputatione 78. & Mandragoram quoque idem in cap.ſequenti, qui & ob id Circęam vocatam tradit, ꝙ Circe in ſuis amatorijs veneficijs radice ipſius uſa fuiſſet, de quo etiam Theophraſtus libro 9.capit.10. haud multò poſt principium. Et Leontopodium corpori alligatum, idem valere tradit idem Dioſcorides libro 4.capite 122. Et radicem tuberis terræ ad amores prodeſſe, tradit ipſe Theophraſtus, quo loco nuꝑ citauimus. Pauſanias autem ſcribit, Pompilium piſcem ſacrum ab antiquis cognominatum ad amoris etiam philtra efficacem exiſtimatum, quòd cœleſti ſanguine ſimul cum Venere genitus ſit. Sacrum autem uocatum, oſtendit Pancratis Poetæ Arcadici verſus, ab Athenæo citatus.

3 *De eadem re.*

¶ Virgilius quoque, quem Macrob.lib.1.de Somnio Scipionis, nullius expertem diſciplinę fuiſſe ſcribit, huic ſententiæ uidetur ſuffragari, ut uidelicet inuitus quis, & renitens ad amorem magicis artibus trahatur, cùm inquit libro 4.Æneid.

*Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,*
*Quas velit: aſt alijs duras immittere curas.*

Et Horatius inter Lyricos ſublimi vertice vates: Canidia, inquit, cogit veneficijs Varrum, vt ſe amet. Aurelius item Propertius lib.1.

*At vos deductæ quibus eſt fallacia Lunæ,*
*Et labor in magicis ſacra piare focis,*
*En agedum dominæ mentem conuertite noſtræ,*
*Et facite illa meo palleat ore magis.*

Et alibi in eodem libro, dicit ſe timere, ne quis Cynthiam artibus magicis inuitam & reluctantem amare cogat:

*Neue quis inuitam cogeret eſſe ſuam.*

Iuuenalis etiam Satyr.6.

*Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit*
*Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.*

Et huc quoque pertinet illud Euripidis in Hippolyto.

Εἰσὶν δ᾽ ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι.

*Sunt enim incantationes & ſermones amatorij.*

4 *De eadem re.*

¶ Apud Samoſatenum Lucianum in eo Dialogo, qui Philopſeudes inſcribitur, Cleodemus Philoſophus Peripateticus, refert Chryſidem quandam mulierem, ui magica in amorem fuiſſe uerſam. Apud Apuleium quoque lib.Aſini aurei 2.& 3. Pamphile artis magicæ ſcientiſsima, ubi ſcitulæ ac ſpecioſæ formæ iuuenem conſpexerat, illum incantamentorum violentia ad ſe rapiebat, amoriſque profundi pedicis æternis alligabat. Idem Apuleius in Apologia 1.adfert verſus Lælij, multa amatoria annumerantes, qui huiuſmodi ſunt:

*Philtra omnia vndiq; eruunt.*
*Antiphates illud queritur,*
*Trochiſcili, vngues, teniæ,*
*Radiculæ, herbæ, ſurculi,*
*Aureæ illices, bichordilę,*
*Hinnientum dulcedines.*

Sed & Poetarum monumentis traditum eſt, quòd cùm Iynx Echùs, aut (vt quidam malũt) Pythùs filia, ſuis pharmacis Iouem ad Inùs amorem accenderet, in auem ſui nominis mutata eſt, qua veneficæ vtũtur, vt tradit Theocritus in Pharmaceutria:

Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Hincq; Pindarus Nemæorum Ode 4.

Ἴυγγι δ᾽ ἕλκομαι ἦτορ, Νουμηνίαν θιγέμεν.

*Magnes viri & vxoris concordiam conciliat.*

Trahor (inquit) veluti Iynge quadam in corde meo, ut Numeniam apprehendam. Arnaldus Villanouanus in lib.de Regim. ſanitatis, parte 1.cap.11. ſcribit, lapidem Magnetem delatum, conciliare augereque concordiam inter uirum & uxorẽ. Quod & repetit in libello, in quo adſcribit remedia contra maleficia: ubi & alia quædam inſinuat.

5

¶ Cuius quoque ſententiæ, artem uidelicet magicam conciliare amorem, fuerunt multi noſtræ religionis uiri, & ipſi quidem eruditiſsimi. Cõſtãntinus Imperator, qui primus Imperatorum fidem ſucceſſoribus hæreditariam reliquit, hoc ſenſiſſe videtur in l.ab eo edita, C. de malefic.l.eorum.in illis uerbis, aut pudicos amicos magicis artibus ad libidinem deflexiſſe deteguntur. Et Accurſius in Auth.quom.opor.epiſcop.& cler.§. hoc autẽ. in uerbo, propter quædam. & Alberic.in rub.de hæret. col.3.& Matt.Affl.in cõſtitutione, cuius eſt initium, poculum amatorium.& in alia quoque, incip. pocula amatoria. vbi & hanc ſententiã exemplo comprobat. & Hippo.Marſil.in l.eiuſdem.§.adiectio.ff. de ſicar.ubi & eſt tex. loquens de amatorio poculo, in l. ſi quis aliquid.§. qui abortionis.ff.de pœnis.

6 *Ad alia redit.*

¶ Et hoc pluribus rationibus & exemplis confirmat Iacobus Sprenger, uir huiuſce rei peritiſsimus, in eo libro, quem Malleum maleficarum appellant, in 1. parte,





te, queſtio.7. Carolus Bouillus, vir certè multis nominibus commendabilis, in quadam epiſtola, quam ſcribit ad Germanum Ganaium, refert Tritemium Abbatẽ ſibi legendum præbuiſſe librum à ſe factitatum, quem Steganographiam appellabat, in eoque ſe affirmat reperiſſe complures locos, in quibus multimodi mulierum raptus edoceantur, quo item modo in virorum amorem alliciãtur, inducanturue puellę. Quanquam Tritemius ipſe in Præfatione librorum Polygraphię, ad Maximilianum Cæſarem, nihil huiuſmodi rerum in libris Steganographiæ ſcripſiſſe tradit, Bouillum ob id impium & mendacem appellans, qui ea ſibi in ea epiſtola imputarit. Cæterùm diuus Hieronymus, cui diui Auguſtini (ſi is eſt) tale perhibetur teſtimoniũ, vt nemo ſciuerit, quod ille ignorauit, in vita diui Hilarionis, huiuſmodi rei exemplum retulit. Cùm iuuenis quiſpiam virginem Deo dicatam tactu, iocis, nutibus, muneribus, & cęteris huius generis, quæ ſolent morituræ virginis eſſe principia, in amorem ſui pellicere non potuiſſet, tandem ad magicam artem conuerſus, quam Memphi didicerat, eò amoris puellam traduxit, vt abiecto amictu capitis rotaret illa crinem, ſtrideret dentibus, inclamaret nomen adoleſcentis, vſq; adeò, vt magnitudo amoris in furorem verteretur.

7 *Contra ea quæ dicta ſunt. Magicas artes ad conciliandum amorem prodeſſe.*

¶ Non deſunt tamen, qui huic opinioni refragantur, inter quos eſt Ouidius, qui in lib.de Medicamine faciei hæc ſcribit:

*Sic potius nos tanget amor, quàm fortibus herbis,*
*Quas maga terribili ſubſecat arte manus.*
*Nec vos graminibus, nec miſto credite ſucco:*
*Nec tentare nocens virus amantis equæ.*
*Nec mediæ Marſis finduntur cantibus angues,*
*Nec redit in fontes unda ſupina ſuos.*

Sed & idem libro 2.de Arte amandi, negat & eam carũculam, de qua locuti ſumus, aut quamuis artem magicã conferre ad amorem conciliandum, cùm inquit:

*Hippomanes, de quo ſuprà.*

*Fallitur, Aemonias ſi quis decurrit ad artes*
*Datq; quod à teneri fronte reuellit equi.*
*Non facient, vt viuat amor, Medeides herbæ,*
*Miſtaq; cum magicis Marſa venena ſonis.*

Quod poſtea exemplis Medeæ & Circes comprobat, cùm ſubiungit:

*Phæſias Aeſoniden, Circe tenuiſſet Vlyſſem,*
*Si modò ſeruari carmine poſſet amor.*
*Nec data profuerint pallentia philtra puellis:*
*Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.*

Idcircò monet fugiendum hoc genus artis magicæ, cùm ſubdit:

*Sit procul omne nefas: vt ameris, amabilis eſto.*

Quod etiam probat idem Poeta lib.1.de Remed. amoris, illis verſibus:

*Viderit, Aemoniæ ſi quis mala pabula terræ,*
*Et magicas artes poſſe iuuare putat.*

Propertius quoque libro 2. Eleg.1. huius ſententiæ eſt, cùm inquit:

*Seu mihi ſint tangenda nouercæ pocula Phædræ,*
*Pocula priuigno non nocitura ſuo.*

Nam loquitur de poculis amatorijs, quibus Phędra Hippolytum priuignum tentauit in amorem pellicere: ſed nihil id in eam rem profuit. Sed & quod de Hippomane dictum eſt, aſſerit Ariſtoteles libr. 1. de Natura animal.cap.24. figmenta eſſe muliercularum, & profeſſorũ carminis incantatorij. Virgilius quoque ad finem Pharmaceutriæ, ſatis oſtendit carmina magica nihil ad eam rem valere, cùm ſcribit:

*—His ego Daphnim*
*Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.*

Vbi & id annotat Seruius. Sed & diuus Epiphanius Paleſtinus Eleutheropolites, libro aduerſus hæreſes 1.tomo 2.in 30.ſect. tradit vaniſsimas eſſe huiuſmodi amatorias incantationes, quibus ſcilicet fœminarum caſtitas impeditur, ubi nomen Chriſti, & ſingnaculum crucis contrà opponitur. Quod confirmat hiſtoria non contemnenda, ut ibi uidere poteris. Quin & illa Siciliæ conſtitutio cuius initium eſt, pocula amatoria, friuolum reputat & fabuloſum, poſſe huiuſmodi pocula ad amorem inducere.

8 *Forma, uenuſtas, & alia id genus philtra ſunt.*

¶ Quo in loco in mentem venit hiſtoriæ celebris, & ad hunc ipſum locum pertinentis, cuius meminit Plutarchus in Præceptis connubialibus, capitu.24. Amabat Philippus Macedonum Rex puellam quampiam è plebe, facileque vtriuſque fortuna longè diſsimilis, obſequentem eam Regi fecerat. Quod cùm reſciſſet Olympias, eius uxor, id admodum ægrè tulit: præſertim quòd ferebatur ea puella amatorijs philtris ſibi Philippum cõciliaſſe. Ideoque irata iuſsit clàm domo extractam ad ſe puellam duci, eo quidẽ animo, vt carcere aliquo clauſam, aut in longinquas regiones trãſmare relegatam male haberet. Productamque ante ſe, cùm ſpecioſam, venuſtam, ingenioſam, elegantem, & omnibus modis ac numeris amabilem vidiſſet, Χαιρέτωσαν, εἶπεν ἡ Ὀλυμπιάς, αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ ἐν σεαυτῇ φάρμακα ἔχεις. Valeant, inquit Olympias, calumniæ. Tu enim in te ipſa veneficiorum uim habes, nec iam puellæ amplius aut marito ſuo irata fuit. In quam ſententiam eſt & illud Menandri apud Stobæum Florilegij cap.65.

Ἔνεσ᾽ ἀληθὲς φίλτρον εὐγνώμων τρόπος,
Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.

*Ineſt verum philtrum, benigni mores,*
*Quo vincere virum ſolet mulier.*

Et certè hæc ſunt vera amoris veneficia.

9 *Amatoria in furorem uertunt. Lucretius amatorio in furorẽ uerſus.*

¶ Quod autem ſuperius ſcribit Naſo:

*Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.*

ex eo comprobatur, quod ſcribit Euſebius Cæſarienſis, Lucretium Poetam amatorio poculo in tantum furorẽ uerſum, ut ſe tandem propria manu interemerit. Sũt qui putent uxorem illius huiuſmodi poculum adminiſtraſſe: & eam Lucillam uocatam, utentes teſtimonio Hieronymi in Ruſinum, cuius verba hæc ſunt: Liuia virũ ſuũ interfecit, quem nimis odit Lucilla ſuum, quem nimis amauit: illa ſponte miſcuit aconitum: Lucilla decepta, furorem propinauit pro amoris poculo. De illo autem eſt & illud Politiani in Nutrit.

*Nec qui philtra bibit, nimioq; inſanus amore,*
*Mox ferro occubuit, ſic mentem amiſerat omnem.*

*Lucullus amatorio interemptus.*

Quodque memoriæ prodiderunt Cornelius Nepos & Plutarchus, Lucium Lucullum illum Imperatorem clariſsimum amatorio item poculo à Calliſthene propinato, primùm aduerſa mentis valetudine captũ, deinde interemptum. Cuius item rei meminit Plin.lib.25. cap. 3.ad fi. Et quod tradunt Ioſephus lib. Antiquitatum 19. cap. 2.& Suetonius Tranquillus, in uita Caligulæ, Caiũ Caligulam ipſum à Cæſonia uxore potionatum, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem uerterit. Quam rem etiam commemorans Satyricus Poeta, huiuſmodi poculum confectum fuiſſe dicit ex ea pulli carnncula, de qua meminimus, cùm inquit:

*Caligula amatorio, in furorẽ uerſus.*

*—Si non*
*Et furere incipias vt auunculus ille Neronis,*
*Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli*
*Infudit.—*

Et idem alibi hanc quoque rem confirmans, cùm de alia re ſcriberet, ut ſuprà diximus:

*Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.*

Sed & è noſtris Hippol.Marſil in dicta l.eiuſdem.§.adiectio.ff.de ſicar.ſcribit homines ſæpe mortem ex huiuſmodi amatorijs oppetere, cuius rei exemplum quoque habemus ex Ariſtotele, qui li.2.Magnorum Moralium, ſcribit mulierem quandam uiro cuipiam poculum amatorium porrexiſſe, ex quo ſubinde is decidit mortuus.

10 *Concluſio.*

¶ Itaque (vt hoc caput tandem finiamus) cùm ex ijs

rebus & furor & mors plerunq; contingat, cùm & omnes Chriſtiani & Ethnici Scriptores improbent, & quã tum ad amorem pertinet, vanas & nihili eſſe ducant, ut ex Ouidio docuimus: cùm item leges noſtræ ſeueriſsimè vindicandas ſanciant, vt habetur in dicta l. eorum. & in d. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. cùm Decreta quoque canonica omnes artis magicæ præſtigias, veluti execrabiles, arguant, & deteſtentur: atq; anathemate feriant, 26. q. 5. per totum. Adde & nos quoque vxores, quæ huiuſmodi philtris & veneficijs in viros vtũtur, abominari, ac faſtidire, vt & aſſerit Plutarchus in eo libello, quem de tuenda bona valetudine ſcripſit: vt non diſsimili ratione conſequens ſit, vxores cõtra viros, qui hiſce rebus vtuntur, deteſtari. Et ſicut idem Plutarchus ſcribit in admonitionibus connubialibus, quemadmodum piſcatio, quæ fit medicamentis, citò quidem & facilè piſcem capit, ſed eum labefactat, & menſæ minimè idoneum reddit: ſic qui amatorijs artibus carminibusq; coniuges voluptatis cauſa ſubigere conantur, cum attonitis dementibusque & labefactis ætatem agunt. Neque enim Circen (vt ſubdit) ab ea potionati quicquam iuuerunt: nec ipſa vlla in re illis abutebatur: cùm ſuùm, aſinorumq; formam accepiſſent: Vlyſſem verò mente prẹditum, & prudenter cum ipſa verſantem incredibili amore dilexit. Hẹc ille. Ideò explodamus, atque valere ſinamus huiuſmodi magicas vanitates: quas (vt alibi diximus) familiares fœminarum artes appellat Apuleius lib. 9. amoremque vxorum noſtro in eas ipſas amore, in alias verò caſtimonia, quod iam abundè admonuimus, atque alijs honeſtis rationibus comparare ſtudeamus. Ideò & hanc legem cæteris ſubijciemus.

*Magicæ artis præſtigia execrabiles, & puniendæ.*

*Decimaquarta Lex connubialis.*

***Carminibus, poculis, alijsq; id genus philtris magicis, quibus creditur amor conciliari, vir & vxor penitus abſtinento.***
***Sed mutuo inter ſe affectu, alijsq; honeſtis rationibus amorem prouocanto, conſeruanto, augento.***

# IN DECIMAMQVINTAM LEGEM CONNVBIALEM,

## Gloſſæ primæ,

## PARS DECIMAQVINTA.

1 *Amatoriũ efficaciſsimum uxorem frequenter cõprimere.*

INTER cæteras autem rationes, quibus vxor maximè ad amorem maritalem inuitatur, ſunt qui exiſtiment, nihil omnium rerum efficaciùs, nihilque in id plus habere roboris, quàm in fundum vxorium diligenter, impigrè, frequenter colas. Id enim faciens tametſi fueris horridus, deformis, ſqualidus, ab uxore tamen non vulgariter amaberis, quin & illa recolet, perinde ac Deum in terris alterum, & obſeruabit. Alioquin ſi hoc videlicet deſit, odio te & deſpectui habebit, quantumcunque eam amaueris, caſtumq; atque aliarum coitum abhorrentem præſtiteris. Apud Plautum in Trucul. cùm Stratophanes miles miraretur, Phronesiam mulierem ruſticum quendam ardenter deperire, mox cũ audit, ut admirari deſineret, hæc dicentẽ:

*Quanquam hic ſqualidus eſt, quanquam hic horridus, ſcitus bellum mit.*

Contrà apud Apuleium lib. 5. de Aſino aureo, fœmina quædam virum exitiali odio proſequitur, quia rarenter palæſtram veneream exerceret, ſuamque in ea re fortunam dolenter ac miſerè deplorat: Ego verò, inquit, maritum rariſsimè venerem meam recolentem ſuſtineo. Vt rariſsimum ſit, ac miraculo proximum quod de Beronice illa legimus apud Ioſephũ Iudaicarum antiquit. lib. 20. cap. 5. aut, vt alij ſecant, 9 eam Polemonem Ciliciæ regem maritum ſuum repudiaſſe, ob immodicum ipſius coitum: quodq; in ſacris Literis legitur, Iudic. 19. mulierem quampiam ex nimio virorũ concubitu obijſſe. Quod item ſcribit Iacobus Ciio Epiſcopus Ilerdenſis, in c. fraternitatis. de frigid. & malefic. fuiſſe ſuo tempore quempiam Catalanum, adeò potentem ad rem veneream: vt qualibet die cum vxore trigeſies concũberet. Quæ de ea re cõqueſta eſt apud Regem Arragoniæ, qui maritum accerſiuit, eumque an id uerum eſſet interrogauit: qui id ipſum confeſſus eſt. Ideò ei prohibitum eſt ſub pœna capitis, ne plus quàm ſexies qualibet die vxorem cognoſceret, ne ea in diſcrimen mortis incurreret. Quod & ipſum retulit Hieronymus Paulus Barchinius in Practica Cancellariæ Apoſtolicæ. Herodotus autem lib. 8. tradit, Phocenſium mulieres aliquot, nimio ſtuprantium concubitu expiraſſe.

*Beronice uirum repudiauit, ob immodicum ipſius coitum.*

2 *Venerem concitantia.*

¶ At illis equidem credo, vel ſine teſtibus. Quis enim non credat mulieres eam rem ſitienter appetere, nullaque re magis ad amãdum allici. Scioque eſſe multa, quæ fortè iſti noſſe deſiderant, quibus ſi vtantur, cùm vxoribus certè & virilius & frequentius congrederẽter, uel teſtimonio gloſ. in c. quicquid. 32. q. 2. & Inno. in c. fraternitatis. col. 2. ſuper verbo, commiſcetur. extrà, de frigid. & malefi. & Bard. in c. à crapula. extrà, de uita & honeſt. cleric. Horum quàm plurima paſsim prodidit Plinius in ſuo omnium vberrimo opere de Naturali Hiſtoria, maximè verò lib. 26. ca. 10. ubi & illud inter cætera ſcribit, Theophraſtum authorem alioquin grauem, tradidiſſe, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu cuiuſdã herbæ. Locus autẽ Theophraſti, in quo hoc ipſum ſcribit, ſi quis fortè ſcire cupit, eſt in libro de Hiſtoria plantarum 9. cap. 20. vbi hanc herbam Indum quendam attuliſſe tradit, & hoc quoque repetit Athenæus lib. 1. ca. 12. Et de ea re loquens Hieronymus Cardanus, reconditæ vir eruditionis, li. 8. de Subtilitate, dicit, nolle ſe affirmare, an id uerum ſit, nècne: poſtea verò nititur rationem reddere, qua id fieri poſsit.

*Herbæ cuiuſpiã contactu ſeptuagenũ coitum fieri.*

¶ Multa item ipſe Plinius ad eam rem commemorauit lib. 26. cap. 10. & lib. 28 cap. 8. in multis locis, & iterũ cap. 10. ad fin. & lib. 31. cap. 5. & Galen. lib. de Simplicibus 5. diſtinctio. 6. cap. 2. & Paul. Ægineta lib. 1. cap. 35. & iterum lib. 3. cap. 58. Aetius Antiochenus Tetrabibli 1. ſerm. 2. c. 237. & iterum Tetrabibli. 3. ſerm. 3. cap. 35. & Oribaſius Compendij cap. 6. & Alex. Trallianus libr. 9. cap. item 9. Marcellus Burdegalenſis in lib. de Medicamentis, c. 33. in diuerſis locis. Haly Abbas libro Practicẹ 8. cap. 5. & Auicenna 23. tractatu 1. c. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. & Raſis ad Almanſorem tractatu 5. cap. 62. & lib. Diuiſionum, cap. 79. & in Antidotario ipſius lib. Diuiſionum, cap. 43. & rurſum lib. 2. Aphoriſmorum, paulò ante finem, ubi ad eam rem mirabilem (ut ipſe dicit) medicinam tradit & lib. Continentis 11. cap. 5. Conſtantinus Africanus, in lib. cui titulum fecit, de Coitu. & alter Conſtantinus Caſsianus in ſuo Viatico, lib. 6. cap. 1. Arnaldus à Villanoua, libro Breuiarij cap. 25. & in li. de Sterilitate, trac. 2. cap. 3. & iterum cap. 7. & copioſiſsimè in libello, cui de coitu titulus eſt. & Bartolemẹus Montagna in ſuis conſilijs (eò enim vſque proceſsit Medicorũ mos, vt conſilia, ſicuti & noſtri legum Interpretes ediderint) conſi. 15. incip. labilis humanæ naturæ compago, parte 3. cap. 6. & iterum conſi. 202. cuius initium eſt, rationabiliter contemplanti, per totum & copioſiſsimè omnium Michael Sauonarola, tract. 6. cap. 20. ti. de Spermate, & eius diſpoſitionibus, poſt princ. & iterum tit. de diminutione coitus. & Anton. Guarnèrius, quem uulgò Guaynerium uocant, in lib. de Ægritudinibus matricis, capit. 25. Et Manardus lib. 11. Epiſtol. Medicinal. cap. 2.



cap. 2. Sed ita vt non prætercam quod à Plinio relatum eſt, lib. 21. cap. quoque 21. in fin. Ramo abrotoni ſi ſubijciatur puluillo, Venerem ſtimulari, efficaciſsimamque eam herbam eſſe contra omnia veneficia, quibus coitus inhibetur. Sed & omnes ferè Medici propria de ea re capita ſuis operibus inſeruerunt.

4 ¶ Sed & Poetæ in eam quoque rem multa paſsim ſcripſerunt, ſed aliqua in unum ueluti corpus congeſsit Ouidius libro ſecũdo de Arte amandi, illis decẽ verſibus:

*Sunt qui præcipiant herbas Satureia nocentes.*

& quæ ſequuntur. Et Val. Martialis in eo carmine:

*Sed nihil erucæ faciunt, bulbiq; ſalaces*
*Improba nec proſunt Satureia tibi.*

Et cætera quæ ſequuntur.

5 ¶ Cæterùm hac in re non prætermittendum ducimus vnum illud, quod admodum mihi mirandum uiſum eſt, nonnullos eſſe eius naturæ, ut ad coitum plagis & verberibus feruentiores reddantur. Cuius tamen rei fides ſit penes Cælium Rhodiginum, qui lib. 11. Lectionum antiquarum, cap. 15. poſtremæ editionis, hæc ſcripſit: Non multis abhinc annis vixiſſe quendam, in venerijs non gallinaceæ ſalacitatis, verùm ingenij ſtupendi maximè, qui quò pluribus plagis affectus fuiſſet, eò impetuoſiùs, ardẽtiusque in concubitum prẹceps ferebatur. Fuit omninò mira res: neſcires vtrũ affectaret auidiùs verbera, an coitum, niſi quòd illorum ſenſu libidinis voluptas conſtabat. Proinde extentis precibus difflagellari ſe expoſcebat, pridie, quàm id pateretur, flagello aceti aſperitate obdurato. Quòd ſi conuerberator lentiùs agere foret viſus, veluti extimulante rabie, conuicijs eum inceſſebat: nec factum ſibi ſatis arbitrabatur, niſi inter cædendum ſanguis ſeſe oſtendiſſet. Quinetiam Ottho Brunfelſius in Onomaſtico Medicinæ, in verbo, Coitus, tradit apud Monachium Bauariæ, quendam adhuc ſuperſtitem viuere, qui cum vxore ſua rem habere non poteſt, niſi acriter antea cæſus.

6 *Medium tenendũ. Mediocritas aurea. Omnib. in rebus optima.*

¶ Verùm cùm medium ferè ſemper aliàs ſit tenendum, vt vbique conclamant leges noſtræ, in ea re ſecutẹ Peripateticorum ſententiam, qui mediocritatem aureã (ſic enim eam vocat Horatius, li. Carminũ 2. Ode 10.) in omnibus ferè rebus optimam exiſtimant, vt ſcribit Tullius lib. 4. Tuſcul. quæſt. tum verò in hac coitus ratione ſeruandum eſſe tradit Ariſtoteles lib. 4. de Generatione animalium, cap. 2. & magis quidem arbitror in ea re, quàm fortaſſe alijs in rebus. Nihil enim magis vires corporis atque animi debilitat, ſubneruat, frangit, labefactat, quàm ſuperflua immoderataque libido. Nam qđ ad corpus pertinet, compertũ eſt, atque experientia propè quotidiana cõprobatum, animalia quæq; eò eſſe breuioris vitæ, citiusq; ſeneſcere, quò plus crebriusq; coeunt. Et hoc quoque aſſerit ſummus in omni ſcientia vir Ariſtotel. lib. 7. de Hiſtoria animalium, capit. 1. & in lib. quem de Breuitate & longitudine vitæ compoſuit. Columella libro 7. cap. 6. de hirco loquens: Eſt autem, inquit, menſium ſeptẽ ſatis habilis, ad procreandum, qm̃ immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrẽ ſtupro ſuperuenit: & ideò celeriter, & ante ſex annos cõſeneſcit, quòd immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhauſtus eſt. Sed & id in vniuerſum aſſerunt, Raſis ad Almanſorem lib. 4. cap. 17. & Auerroes in Canticis, commento 156. & Haly Rodoan, nobilis Galeni interpres in 3. Technes, commento 36. & Albertus Magnus lib. 5. de Animalibus, tractatu 2. capite 6. & iterum ex authoritate Auicennæ & Cõſtantini li. 22. ca. 4. & Arnaldus Villanouanus in Speculo, & Valeſcus à Tarento in ſua Practica, quam Philonium vulgò nuncupant, lib. 6. cap. 3. in 7. articulo. Quod & Cicero adſtruit in lib. de Senectute, dicens, Libidinoſa intemperansq; adoleſcentia, effætum corpus tradit ſenectuti. Et huc quoque vergit Græcus ille Menandri ſenarius.

*Coitus uires corporis labefactat.*

*Vitam abbreuiat.*

*Senectutẽ accelerat*

Βίου σπάνις πέφυκεν ἀνδράσι γυνή. Id eſt.

*Vitæ raritas naturaliter eſt viris mulier.*

Quaſi videlicet virorum vita ex fœminarum congreſſu minuatur. Nam id malo ad vitæ raritatem, quàm ad uictus penuriam, (quod plerique faciunt) referre, cùm verba magis conueniant, & ſit aptior ſententia.

¶ Eſt & Heſiodi ſententia in Theogonia, minimè ducendam vxorem ei, qui ſeneſcere cupit. Nam & idem lib. 2. Operum & dierum, ſcribit vxorem abſque titione virum quantumlibet fortem vrere, crudæque tradere ſenectuti: 7

*De eadẽ re.*

---Ἥ τ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

Nam quod dicit, ſine titione, ſiue torre, potes intelligere occulta, ſiue tacita quadam vi, & non intellecta: vt nõ abſimiliter Iuuenali dicitur Satyr. 9.

*—Obrepit non intellecta ſenectus.*

Et Auſonio ad Gallam iam ſeneſcentem:

*—Obrepſit non intellecta ſenectus.*

*Senectus non intellecta.*

Nam & Ouidius eodem ſenſu libro 6. Faſtorum illud ſcribit:

*Tempora labuntur, tacitisq; ſeneſcimus annis.*

Et lib. 2. de Arte amandi:

*Iam veniet tacito curua ſenecta pede.*

Et Columella:

*—Tacito nam tempora greſſu*
*Diffugiunt —*

Eamque ſententiam Heſiodi (vt ad eum reuertamur) ex eo repetit Plutarchus in lib. de Cupiditate diuitiarũ. Illique concinit illud Cornel. Galli de Lycoride (ſi is eſt) ſunt enim plurimi, qui id negant, quibus facilè crediderim:

*Iamq; alios iuuenes aliosq; requirit amores:*
*Me vocat imbellem, decrepitumq; ſenem.*
*Nec meminiße volet tranſactæ dulcia vitæ,*
*Nec quod me potiùs reddidit illa ſenem.*

Illudque Ouid. lib. 1. Faſtor.

*Te quoque inextinctæ Silene libidinis urunt:*
*Nequitia eſt, quæ te non ſinit eße ſenem.*

Nequitiam enim antiquiores pro libidine propriè dicebant. Propert. lib. 2.

*Nequitia pro libidine.*

*Quòd ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis,*
*Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput.*

Et Ouid. lib. 2. Amor. Eleg. 1.

*Ille ego nequitiæ Naſo Poeta meæ.*

Sed & hanc noſtram principalem ſententiam reſpicit illud Theocriti in Aita:

—Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.

Id eſt, ex traductione Eraſmi:

*Verùm quos amor angit, in vna luce ſeneſcunt.*

*Redit ad inſtitutũ.*

¶ Sed & Diuus Chryſoſtomus in ea Homilia, cui titulus eſt, Quòd nemo læditur niſi à ſeipſo: Qui, inquit, in libidine vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circunferunt, atque agmine quodã infirmitatum repleta: quibusque ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus ſuccedit: & eſt eis vita ſemper cum Medicis & medicamẽtis. Antonius quoque Florentinus Archiepiſcopus, doctrina, quàm dignitate, clarior, in 2. parte Summæ, tit. 5. cap. 1. verſic. 3. conſumit, arbitratur hanc unam eſſe ex rationibus, quare homines priſci ſeculi erant viuaciores, diuturnioresque, & longæuiores, atq; etiam robuſtiores, quàm viri ſequentis ætatis: quoniam videlicet illi non tam rei venereẹ indulgebant, quàm iſti, tardiusque matrimonia capeſcebãt. Propterea Solomon, quamuis vnius ſolùm, & quinquaginta annorum eſſet, cùm è vita deceſsit: tamen eum ſenem, vel longè ante mortem, uocitant ſacræ literæ, 3. Regum, capite 11. poſt principium, vtpotè cui ſenectutem frequens coitus cum tot vxoribus & concubinis ante tempus accelerauerunt.

8 *De eadẽ re.*

*Solomon ætatis 51. anno. ſenex dict⁹ ob immodicam uenerem.*

9 *Mulus longenior quā equꝰ.*

¶ Et hæc quidem communia ſunt omnibus animantibus. Hinc enim fit, vt Ariſtotel. tradit, in eodem libr. de Breuitate vitæ, vt mulus longeuior ſit, quàm equus & aſinus, ex quibus procreatus eſt, quia nullus eſt ei Veneris vſus. Paſſeres quoque breuiuſculæ ſunt vitę, quoniam ſalaces ſunt, & in libidinem proni. Et hinc quoque autumant plerique, palumbes diutiùs viuere, quàm colūbas, illas ſcilicet ad triceſimum & quadrageſimum annum, has ad octauum, vt ſcribit Ariſtoteles lib. 6. de Natura animalium, cap. 4. & Plinius lib. 10. cap. 35. nempe quòd illæ iſtis ſunt multò ſalaciores. Id quod nō obſcurè ſentit ipſe Plinius, ca. ſequenti, dum veluti addens ad id, qđ de vita columbarum ſcripſerat, in cap. præcedenti, ita ſcribit: Contrà paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par. Cuius rei ratio eſt, vt tradit Albertus libro de Animalib. 9. tract. 1. cap. 2. quoniam ſubtile, & calidum humidum exit per coitum: remanetq; viſcoſum, frigidum, humectans, & non augens. Illud autem cauſa eſt canitiei & ſenectutis. Quod & ſentit Ariſtotelēs in loco nouiſsimè allegato, cùm dicit, calidum & humidum eſſe cauſas longæ uitæ. Quanquam & alia quoque ratio reddi poteſt. Eſt enim genitale ſemen, ſuperfluitas quartę digeſtionis, vt paulò poſt dicemus. Nam calidum concoquens plus ſæpe digerit, quàm ſit neceſſarium ad corporis nutrimentum. Et illud quidem ſuperfluum fit ſemen: quo prorſus egeſto, id tandem emittitur humidum, quod alimento fuerat à natura deſtinatum: vnde exiccatio conſequitur, & tandem mors.

*Paſſeres uitæ breuis. Palumbes diutius uiuere, quā columbas.*

10 *Homo plus cæteris animalib. ex coitu lāgueſcit. Semen an ex omni parte corporis.*

¶ Homo autem omnium maximè animalium ex frequenti coitu diſſoluitur, langueſcit, exhauritur, vt atteſtis Ariſtoteles in Orbicularibus quæſtionibus, ſectione 4. cap. 6. ea videlicet ratione, quoniam ſemen proportione corporis plurimùm emittit, vt & ipſe ſcribit lib. 3. de Generatione animalium, cap. vltim. & de Natura animalium lib. 7. cap. 2. Et idem in eadem ipſa ſectione 4. cap. 21. Cur, ait, qui concumbunt, magna ex parte reſolui atque languere ſolent? An quòd ſemen omni ex parte corporis ſecretio eſt? &c. An tamen id uerum ſit, vt ſemen ex omni parte corporis ſecernatur, latè diſſerit ipſe Ariſtoteles lib. de Generatione animalium 1. cap. 17. & ſeq. & Hippocrates, ſiue, vt placet Galeno, Polybius in libr. περὶ γονῆς, id eſt, de genitura, in principio, vbi aſſerit huius rei argumētum eſſe, quòd cùm re venerea vſi ſumus, tam parua re dimiſſa adeò delaſſamur, vt dici nequeat. Sed & illud de ſecretione ſpermatis ex toto corpore, latè confirmat Cenſorinus, qui multas antiquorum in eā rem ſententias adfert, in libro de Die natali, & Auicenna 20. tertij, tractat. 1. capit. 3. de cauſis ſpermatis, & ibi Gentilis Fulgineus, & Albertus Magnus lib. 15. de Animalibus, tractatu 2. cap. 1. 2. & 3. & Petrus Apo. in Conciliatore, differ. 34. Et ante hos Sphærus Boſphoranus apud Laertium in Zenone Cittieo.

11 *Spermatis minimum emiſſum, maximā debilitatē facit.*

¶ Sed vt redeamus ad negotium propoſitum, ipſe Ariſtoteles de Generatione animal. libr. 1. cap. 28. tradit manifeſtam diſſolutionem, & imbecillitatem conſequi, ubi vel minimum ſpermatis ſeceſſerit, quaſi corpus eo ſit ne priuetur, qui demùm ab alimento afferatur. Et paulò pòſt: Plurimis, & magna ex parte ita accidit, vt Venere exoluantur debilitenturque. Auicenna autem lib. 3. de Animalib. cap. vlt. aſſerit hominem ex coitu uſqueadeò debilitari ac diſcolorari, vt ſi quadragies tantùm ſanguinis emitteret, non tantùm palleſceret, atque tabeſceret.

12 *Semen ex optimo ſāguine. Sperma, ſpuma probiſsimi ſāguinis.*

¶ Hoc ideò plerique fieri autumant (vt hanc rationē prioribus adijciam) quoniam ſperma ex ſanguine optimè decocto digeſtoque quarta ac nouiſsima digeſtione gignitur, vt voluit idem Auicenna dicto cap. 3. de Cauſis ſpermatis, & Albertus dicto lib. 15. tract. 2. ca. 5. & 6. & alibi ſæpe. & Pythagoras apud Plutarch. de Placit. philoſoph. lib. 5. Sperma, ait, probiſsimi ſanguinis eſſe ſpumam, alimenti retrimentum, vt ſanguinem quoque & medullam. Et Ariſtote. lib. 1. de Generatione animaliū, capite 19. & ſequent. tradit ipſum ſemen eſſe excrementum vltimi alimenti ſanguinei.

13 *Sperma ſanguis.*

¶ Quin Soranus Epheſius in Iſagoge, cap. 16. ſcribit ſemen uirile ſanguinem eſſe: in idque Galen. lib. 2. de Semine, ſcribit, ſemen nihil aliud eſſe, quàm ſanguinem à venis, quæ ipſum continent, exquiſitè confectum. Quod & ipſum propemodum voluerunt Eraſiſtratus & Herophilus, apud Octauium Horatianum, lib. 4. Rer. medic. Hincque Iuuenal. Satyr. 1. ſperma ſanguinem vocat.

*Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis hæres,*
*Accipiat, ſanè mercedem ſanguinis.——*

Hucque referri poteſt illud Oſeæ 4. Adulterium inundauit, & ſanguis ſanguinem tetigit. Nam & alibi ſæpe in ſacris Literis ſanguis pro libidine, accipitur. Pſal. 51. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ. & Ioānis cap. 1. Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

14 *De eadē re.*

¶ Hincque etiam nati ex nobis & noſtris, dicuntur noſter ſanguis, vel teſte Virgil. lib. 6. Æneid.

*Proijce tela manu ſanguis meus.——*

Et Horatio in Arte Poetica:

*Vos ò Pompilius ſanguis.——*

Et Perſio Satyr. 1.

*Vos ò patritius ſanguis.——*

Et hinc quoque fratres eodem patre geniti dicuntur Cōſanguinei, tum noſtris legibus, ut probatur ex le. 1. §. conſanguineos. ff. de ſuis & legit. cum ſim. tum alijs ſcriptoribus, ut probauimus in noſtro tracta. Retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in uerbo, *ou lignagier,* nume. 4. incip. his igitur. Ex quo etiam Sophocles huiuſmodi fratres ſæpe vocat ὁμαίμοις, veluti eiuſdem ſanguinis, αἷμα enim ſanguis eſt.

15 *Sanguis maxima uitalitatis portio.*

¶ In ſanguine autem magna eſt vitalitatis portio, emiſſusque ſpiritum trahit ſecum, quemadmodum ſcribit Plin. lib. 11. cap. 37. Ideò Galen. lib. de Sanguiſugis, cap. poſtremo, ſcribit, non ſalubre eſſe venam ſæpius incidere. Nam cum ſanguine ſimul diſcedit & uitalis ſpiritus. Quod & intelligens Virgilius, ille nullius rei ignarus, lib. 1. Æneid.

*——Tuaque animam hanc effundere dextra.*

Quo in loco Donatus, Hic (inquit) Poeta definit animā eſſe ſanguinem, aut in ſanguine eſſe animam. Et Seruius alter interpres, Secundum (inquit) eos qui animam ſanguinem dicunt eſſe. Et rurſus lib. 2. Æneid. de Polite animam efflante.

*Concidit, ac multò uitam cum ſanguine fudit.*

*Sanguis uitæ ſedes.*

Quo in loco Seruius interpres, Ex opinione (inquit) eorum, qui ſanguinem vitæ ſedem uolunt. In idque referri poteſt illud eiuſdem Virgilij libro 10. Aeneid. de Pallante:

*Vna eademque via, ſanguiniſq; animuſq; ſequuntur.*

Quo etiam in loco Interpretes dicūt, illic animum pro anima poſitum. Et clarius illud eiuſdem lib. 10.

*Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.*

Vbi & ipſe Seruius idem dicit quod ſuprà ex eo diximus, ſanguinem eſſe ſedem animæ, citatque proximum illum uerſum. Cicero in Oratione pro Sext. Roſcio, utrunque copulat, ſcilicet ſanguinem & uitam: Sanguinem & uitam ne petas. Nam & D. Auguſtinus tradit, in libro Quæſtionum Veteris & Noui teſtamenti, & repetunt Decreta canonica in c. Moyſes. 32. quæſt. 2. animam in ſanguine habitare. Quod & antè dixerat Diuus Epiphanius, libro Hæreſeōn 1. tomo 1. ſect. 9. & iterum lib. 2. tom. 1. ſect. 56. in id priore illo loco referens illud Geneſ. 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed id clarius declarat, quod ſcribitur Leu. 17. cap. non vno in loco, animam omnis carnis in ſanguine eſſe. Id quod etiam affirmat Seruius lib. 6. Aeneidos, in eum locum;

Purpu-



*Purpureaſq; veſtes.*

In id adferens illud Virg. lib. 9. Æneid.

*Purpuream vomit ille animam.*

*Sāguis pro anima.*

¶ Proinde in ſacris quoque literis ſanguis pro anima plerunque ponitur, tametſi anima ipſa non eſt, vt Deuterono. 12. cap. & alibi ſæpe. Quod & annotat Diuus ipſe Auguſtinus libro 3. Quæſtionum in Leuiticum, capite 57: Ex quo Diuus Hieronymus (ſi eius ſit vulgata editio) Geneſis ca. 9. id quod in Hebræo ſermone legitur, אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו: id eſt, excepto, quod carnem in anima ſua, in ſanguine ſuo, non comedetis. Ita vertit: Excepto, ꝙ carnem cum ſanguine nō comedetis. Quod idem eſt cum eo, quòd ſuprà diximus in litera Hebraica. Eſt. n. idem anima & ſanguis in ea lingua. Omiſit aūt ille Interpres alterum ratus, quod & verum eſt (vt etiam annotauit Auguſt. Eugubinus) vtroque nomine tā animæ, quàm ſanguinis, idem ſignificari. Ex quo & Auen Eſdra, eum locum interpretās, Hebraicè quidem, ſed in hanc ſententiam ſcribit: Carnem cum anima ſua ne comedatis. Hora. lib. Carm. 1. Ode 24.

*Non vanæ redeat ſanguis imagini.*

Vbi Acron interpres id quoque expendit, adducēs & illud Virgilianum lib. 9. Aeneid. a nobis ſuprà ex Seruio citatum:

*Purpuream vomit ille animam.——*

17 *Sanguis aiā ex quorūdā opin.*

¶ Quo etiam in loco Seruius interpres: Secundum eos (ait) qui dicunt animam eſſe ſanguinem. Nam & Lactantius lib. 1. de Opificio Dei, c. 17. & Nemeſius Philoſophus in libro de Natura hominis, ſcribunt, ex Philoſophis nonnullos ſanguinem animam dixiſſe. Hi autē ſunt Diogenes, & Critias, vt tradit Greg. Nicenus, li. de Anima, ca. 1. Empedocles autem dicebat, animæ principatū eſſe in ſanguinis concretione, vt tradit Plutarchus in Placitis philoſophorum. At Cleantes Chryſippus, & Zenō, ex ſanguine eſſe dicebāt, ſubſtantiam autem eius eſſe ſpiritum, vt prodit Galenus libro ſecundo de Hippocratis, & Platonis placitis.

18 *Exangues mortui.*

¶ Hincque exangues mortuos vocamus: hoc eſt, ſine ſanguine, vti & exanimes: id eſt, ſine anima. Virg. lib. 2. Aeneid.

*——Corpuſq; exangue ſepulcro*
*Reddidit Hectoreum.——*

Et lib. 9.

*Nec minor incaſtris luctus, Rhamnete reperto*
*Exangui.——*

Et lib. 11.

*Labitur exanguis.——*

Nam vt ſcribit Lactantius, aut (vt alij vocāt) Luctatius, Statij interpres, in lib. 6. Thebaidos, Sanguis propria videtur eſſe animæ poſſeſſio: vnde exangues mortuos dicimus. Ideo, vt redeam, Iuuenalis huic quod ſuprà nu. 13. ex eo diximus, ſubiungit:

*——Et ſic.*
*Palleat, vt nudis preſſit qui calcibus anguem.*

Nam vt immodicè concumbentes palleant, & attenuentur, vtique neceſſe eſt, propter exhauſtum ſanguinem: qui & vitam nobis, vt iam dictum eſt, & colorem ſuppeditat, vt palam eſt omnibus, & ſcribit Ariſto. lib. Ambiguitatum orbicularium vlt. cap. 9. Nam & homines pallidos fieri ex coitu tradit idem Aetius, 1. Tetrabibli, Sermo. 3. c. 8.

19 *Coitus alius euacuationes ſuperat.*

¶ Quæ cum ita ſint, ideò Auicenna dicto tracta. 1. iā ſuprà ſæpius citato, c. 11. & iterum in Canticis, ſcribit, nullam euacuationem huic eſſe ſimilem. Cui ſubſcribēs Haly Abbas in 5. Theoricæ, cap. 36. Non eſt, ait, ſperma, quemadmodum alię ſuperfluitates, quibus omnino natura non indiget: qualia ſunt emunctiones, ſputa, ſudor, vrina, & ſimilia: ſed ex meliori fit, quæ in corpore eſt, ſubſtantia, ac laudabiliori. Quod ſumpſit ex Galeno, qui lib. 3. de Spermate, c. 1. ſcribit, vtile ſuperfluitatis eſſe ſperma. Et ſubdit Haly paulò poſt: Generatur ſperma ex claro puroq; ſanguine, quo principalia & prima mēbra veſcuntur. Et iterum poſt pauca concludens: Cū igitur coitus menſuram exceſſerit, licet non tanta eo quantitas, vt phlebotomia, vel aliter, euacuetur: vehemens tamen accidit inde virtutis diſſolutio.

20 *Concūbendū ei, qui infirmior eſſe vult.*

¶ Nec hoc viſum prætereundum, quod in hanc ſententiam Pythagoras dicebat, omni tempore venerea eſſe grauia, & ad ſanitatem minimè idonea. Et aliquando interrogatus, quando eſſet concumbendum: Tunc (ait) cum teipſo infirmior eſſe vis, atque debilior. Author vtriuſque Laertius. Idem admonere ſolebat, μὴ πυκνὰ τὶς ἄνθρωπον τ᾽ ἀνθρώπου. μηδὲν σύνεχῶς ἀφροδισιάζειν ἀιντ-τόμενος. Ideſt, ex Geſneri traductione apud Stobæum, c. 17. Ne ſæpe homo ab homine: hoc ænigmate frequenti venereorum vſu interdicens. Cliniam quoque ſectæ Pythagoricæ philoſophum, dicere ſolitū accepimus, iū adeundam eſſe mulierem concubitus cauſā, vbi nocumētis exponere te deſtinaris. Cornelius item Celſus, omnium Medicorum Latinorum elegantiſsimus, ſtatim in initio libri primi: Concubitus, inquit, frequens corpus ſoluit. Paulus Aegineta lib. 1. cap. 37. ſcribit, frequentem concubitum corpus reddere ἀραιότερον, ψυχρότερον, ξηρότερον, ἀσθενέστερον, id eſt, rarius, frigidius, aridius, & imbecillius; quod & ante ſcripſerat Oribaſius Sardianus, libro Euporiſtōn 1. cap. 22. & ante vtrunque Galenus, libro de Sanitate tuenda 3. Hippocrates autem libro 2. περὶ διαίτης, tradit Venerem emaciare, humectare, calefacere: primum ſcilicet propter euacuationem: alterum propter humidum liquefactum, quod in corpore remanſit: tertium, propter laborem, & frigidi excretionem. Aetius Tetrabib. 3. c. 8. ſcribit, omne hominis robur vſu coitus reddi debilius.

*De eadem re.*

¶ Epicurus, voluptatis alioquin aſſertor, & Democritus Abderites, damnarunt Venerem, vt in qua homo alius, vt hic dicebat, exiliret ab homine, quod cōcinit ei, quod diximus ex Pythagora. De Epicuro teſtis eſt Galenus li. 3. eius Commētarij, qui inſcribitur ἰατρικὴ τέχνη, c. 35. inquiens: Venereorum verò ſecundum Epicurum nullus eſt vſus ſalubris. Quod & ex eodem tradit Sabinus. Et ipſemet Galenus in Commentarijs, in li. 3. Morborum vulgarium Hippocratis, quo loco de Pythione diſſeritur. Et id fortaſſe opinabatur ipſe Epicurus, quoniam & ipſe putabat, ſperma eſſe animæ & corporis ablationem violentam, vt prodit Plutarchus libro vltimo de Naturalibus Philoſophorum decretis, capite 3. De Democrito autem author eſt Pli. li. 28. ca. 6. vbi & hoc ſubiungit: Eſt herclè raritas Veneris vtilior. Scribit Plutarchus in Sympoſiacis, Zopyrum Gordienſem medicū tradidiſſe, in hac concubitus rōne vtendum feſtiua Thaletis eluſione, quem cū mater importunius ad nuptias ſollicitaret, ita eam eluſiſſe ferunt: ὔπω καιρὸς, ὦ μῆτερ, id eſt, nondum opportunum, ſiue tempeſtiuum eſt, ò mater. Similimō, & ad venerea (inquit) ſtici debemus, vt cōcubituri illud ſuccinamus: Necdum accommodum eſt. itidē & à ſomno excitati οὐκέτι καιρὸς; id eſt, iam effugit occaſio. admonens ita Zopyrus, nunquam eſſe coitū accommodum. Illud autem Thaletis, ſcriptum eſt à Stobæo, c. 66. & Diogene Laertio in vita illius. Qui & in Diogene Cynico, (vt illud obiter dicam) ſimile quippiā dixiſſe cum tradit. Rogatus enim ille à quopiam, quo tempore ducenda ſit vxor: Iuuenibus (inquit) nondum, ſenib. verò nunquam.

*Sprema aiæ et corporis violēta ablatio. Cōcubitus nūquā tēpeſtiuus.*

*Coitus incōmoda.*

¶ Sed vt redeamus ad Plutarchum, is in eo libello, quem περὶ ὑγιεινῶν, quaſi dicas, de tuenda bona valetudine, ſcripſit, commendat illud neſcio cuius, τροφῆς ἀκορὶν, χαὶ πόνων ἀκονὶν, χαὶ σπέρματος ὅτιν σωτήρησις ὑγιεινότατα ἐστιν. Id eſt, veſci citra ſaturitatem, impigrum eſſe ad laborem, vitale ſemen conſeruare, res eſſe ſaluberrimas. Nam (vt ſubdit) coitus immodicus, propterea quòd maxime

ximè

ximè vim eam extrahit, qua cibus concoquitur, plurimum ſuperfluitatis, & redundantiæ gignit. Et in alio loco eiuſdem libri: Si Venus in corpore malè, & pręter naturam affecto miſceatur, his etiam qui nondum certum vitium, aut corruptionem acceperunt, phlegma, bilemque mouet, exagitat, magisque ac magis excitat. Idem rurſum in libro cui titulus eſt: An brutis inſit ratio: Citrà Veneris, inquit, cupiditates, quis ſe bene habere pōt. Ideo licet naturales ſint, non tamen neceſſariæ. Porphyrius quoque lib. 1. de Abſtinentia ab eſu carnium, negat omnino venerea ad ſanitatem conferre. Rabbi Moyſes in libro de Regimine vitæ, ex authoritate Auenzoar: Quicunque, ait, cupit ſanitatis continuationem, non aſſumat coitum in mente ſua, nec recordetur ipſius, quantum poterit.

23 *Coitus vſus in conſeruatione ſanitatis prohibetur*

¶ Ex his fortè Epicuri, Democriti, & aſſeclarum placitis, Auerroes & Philoſophus, & Medicus non cōtemnendus, li. Collig. 6. c. 7. ſcribit, plurimos ſapientū prohibuiſſe vſum coitus in conſeruatione ſanitatis: quoniam propter minimum quemque errorem euacuationis ipſius, maximum fit nocumentum. Et in eodem cap. Coitus, inquit, deſiccat corpora, vires debilitat, & corpus euacuat. Raſis quoque in libro ſuprà citato ad Almanſorem. 4. cap. 17. Coitus multus & frequens, corporis vires deſtruit, corpuſque corrumpit, & debilitat. Cui conſentaneum eſt illud Lucretij & Phyſici, & vatis egregij, li. 5. de Rerum natura:

*Et venus imminuit vires.---*

Illud quoque Maronis libro 3. Georgi. quem omnium diſciplinarum peritum vocat Macrobius libro primo Saturnalium:

*Sed non vlla magis vires induſtria firmat,*
*Quam Venerem, & cæci ſtimulos auertere amoris.*

Et alibi:

*Vt Venus eneruat vires: ſic copia vini,*
*Hæc tentat greſſus, debilitatq; pedes.*

Quibus concinens Cælius Aurelianus libro Chroniōn 5. c. poſtremo: Venereus, inquit, vſus effœminat mēbra, atque fortitudinem tollit. Et ante, ſ. li. 3. c. 5. dixerat: Venerem eſſe neruoſitatis vexabilem, quippe cùm fortitudinem corporis tollat. Et Seruius in li. 5. Æneid interpretans locum illum eiuſdem libri:

*Fas omne eſt, Cytherea meis te fidere regnis,*
*Vnde genus ducis.——*

*Venus Aphrodite cur dicta.*

Scribit Venerem Ἀφροδίτην dictam à maris ſpuma, quæ ἀφρὸς dicitur, ex qua ea nata eſt: quòd ſcilicet omnes vires vſu venereo debilitantur, qui ſine corporis damno non geritur. Ergo, inquit, de damno orta eſt Venus. Quanquam ſunt, qui aliò hanc Veneris appellationem referunt, vt diximus in 9. lege connub. num. 167. incip. nam & hinc. Et Columel. de Canibus loquens, li. 7. cap. 12. negat huiuſcemodi animalibus ante annum permittendam Venerem, vt quæ carpit & corpus & vires, animoſque degenerat.

24 *Caſtra unde dicta. Mulierib. caſtra intrare non licere.*

¶ Idem è noſtris cōprobat Lucas Pen. in l. ſicut. col. 1. C. de eroga. mil. anno. li. 12. dum dicit, caſtra à caſtrādo dicta: quoniam milites caſtè debent viuere. Luxuria enim eneruat vires. Ideo Quintilianus (vt ille ſubdit) in Milite Mariano: Meretrices ab exercitu ſummouentur: intrare caſtra fœminis non licet. Cui conſentiēs Seruius li. 3. Aeneidos, enarrans eum locum.

*——Nos caſtra mouemus.*

Tradit caſtra dicta quaſi caſta, vel ꝙ illic caſtraretur libido. nam nunquam ijs intererat mulier. Quod & ipſum repetit Iſido. lib. Etymolog. Ex quo eſt etiam illud Propertij li. 4. in Epiſtola Arethuſæ ad Lycotam:

*Romanis vtinam patuiſſent caſtra puellis,*
*Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.*

Illudq; Luciani, vbi introducit Martiam Catonis Vticēſis vxorem, ita maritum alloqui:

*Da mihi caſtra ſequi: cur tuta in pace relinquar,*
*Et ſit ciuili propior Cornelia bello?*
*Hæ flexere virum voces, & tempora quanquam*
*Sint alienatoris, iam fato in bella vocante.*

*Puerorum concubitus unde apud Italos ortus.*

Et hinc quoque Athenæus & Suidas Veneris maſculæ inuentum in Italos retulerunt: qui belli tempore per leges in caſtris fœminas habere prohibebantur: tanquam ſcilicet pueris eo tempore abuti licuerit. Quod tamen non admittit Gregorius Gyraldus Hiſtor. Poet. Dialogo 1. Polyenus autem libro 8. Stratagematōn ad Antoninum & Verum Imperatores, ſcribit Scipionem omnes meretrices è caſtris eieciſſe, iusſiſſeque eas in vrbem cōuiuijs deditam recedere. Hucque etiam pertinet illud Virgilij, loquentis de Antonio, qui Cleopatram ſecū ad bellum duxerat:

*Sequiturq; (nefas) Aegyptia coniunx.*

Quo loco Seruius interpres; Non in eo (inquit) tantùm, quòd Ægyptiam Romanus duxerat, ſed etiam quòd mulier caſtra ſequebatur, quod ingēti turpitudine apud maiores fuit. Vnde bellaturus Pompeius in Lesbo reliquit vxorem.

*Milites caſtiores cæteris eſſe debere. Venus reb. bellicis interdicta.*

¶ Cęterum Card. Alex. in c. ſi gens. 56. diſt. no. ex eo. tex. vacātes libidini eſſe alijs in bello deteriores. & Ang. in l. miles ita hæredem. §. mulier. ff. de mili. teſt no. etiam ex eo tex. qui prohibet militē relinquere mulieri, in qua ſiniſtra ſuſpicio cadere poteſt: quòd maior caſtitas in militibus requiritur, quàm in paganis, vt ſint fortiores, & audaciores. Et in idem eſt tex. in l. 2. C. de dona. inter vir. & vxo. qui prohibet milites donare ſuæ focariæ. Nā milites meos (inquit Imperator in eo loco) à focarijs ſuis fictis adulationibus ſpoliari nolo. Et huc quoq; reſpicere potuit Homerus, apud quem li. 5. Iliados, Iupiter Veneri rebus bellicis interdicit, tanquam his maximè aduerſanti: quòd Veneri dediti non ſint bello idonei. Huius carmen eſt huiuſmodi:

Οὔτοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα.
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

Quod & ex eo expendit Plutarchus, in libro περὶ τῆς ἀθυμίας: i. de tranquillitate animi. Nam ꝙ apud Lacedæmonios Venus armata coleretur, aliò ſpectabat, vt videre licet apud ipſum Plutarchum in Apophtegmatis Laconicis, tum in Charillo, tum alibi, & in libro de Fortuna Romanorum. & Lactan. li. 1. c. 20.

¶ Sed (vt redeamus) D. Auguſt. lib. 20. aduerſus Fauſtum Manichæum, tradit Poetas ſcribere Venerem non quidem Martis eſſe vxorem, ſed adulteram: quia ea belligerantibus incongrua eſt. Plato autem in ſuis Legibus, li. 8. ſcribit, Iccum Tarentinum, Aſtylum, Chryſonem, Diopompum, & alios athletas, tametſi robore, & bona habitudine corporis proniores in libidinem eſſent, tamen victoriæ cupiditate, quam conſequi ex Olympicis, alijſque certaminibus cupiebant, nullam vnquam in toto exercitationis ſuæ tempore Venerem cognouiſſe.

*Athletas Venere abſtinere.*

Quod & omnes athletas facere ſolitos tradit Galen. lib. 6. de Locis affectis, haud multò ante fi. Et de Icco teſtimonium quoque perhibuit Aelianus de Natura animal. li. 6. cap. 1. & de Varia hiſtoria, li. 3. cap. 3. vbi & illud tradit, tauros cum alijs certantes à Venere abſtinere. Ex quo Simplicius in Commentarijs, quos edidit in Enchiridion Epicteti, cap. 43. Athletæ, inquit, à Venere abſtinent, amore oleagineæ coronæ, quæ ex Olympijs dabatur. Et Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 10 Robur, inquit, corrumpit coitus: quod in animantibus rationis expertibus, & in ijs, qui in exercitatione verſantur corporum clarè apparet: quorum hi quidem, qui abſtinent, ſuperant aduerſarios. Et libro Stromatō 3. Aiunt (inquit) athletas non paucos abſtinere à Venere, propter exercitationem corporis continentes: quemadmodum Crotoniaten Aſtylon, & Chryſonem, & Himeræum. Vide tamen quæ dicam ex Plinio, infrà nume. 75. incip.

rarus.



rarus. Doſitheus autem lib. 3. Rerum Lydicarum, & ex eius authoritate Plutarchus in Parall. cap. 56. tradunt, ꝙ cum Sardiani, qui cum Smyrnæis belligerabant, legatos miſiſſent, ſe non ante ab obſidione diſceſſuros, quàm vxores ad coitum conceſſiſſent: ancilla quædam honeſta facie ad herum Philarcum accurrens: Mittite, inquit, ancillas ornatu liberali, quod cum factum eſſet, Sardiani earum coitu defatigati, ac viribus exhauſti, cōtinuò capti ſunt. Et idem ipſe Plutarchus cap. ſequenti, ex authoritate Ariſtidis Mileſij, lib. 1. Rerum Italicarum, ſcribit, hoc idem contigiſſe Atepomaro Gallorum Regulo, qui Romanos obſederat. De qua re etiam nonnihil apud Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. Ex quibus planè intelligis, nihil magis obeſſe rebus bellicis, quàm Venerem. De qua re & tu quædam videbis apud Ioan. Lup. in repet. rub de dona inter virum, & vxo. §. 37. colum. 3. verſicu. hæc tamen limita. Veruntamen videmus (quod maximè dolendum eſt) viros Martios, & militię deditos, mulierum conſuetudine magis, quàm cæteros gaudere. Hincq; Poetas non temerè, nec præter rationē Martem cum Venere coniunxiſſe, vt alibi ex Ariſtotele diximus ſuprà in 9. leg. connub. num. 123. quod autem ad ſecundum.

27 *De eadem re.*

¶ Sed vt alia incommoda Veneris proſequamur, Galenus libro 1. de Spermate, ſcribit, animales particulas non ſolum ſeminaria humiditate deſtitui ex ſuperfluo coitu, ſed etiam vitali ſpiritu, qui ex arterijs euacuatur cum ſpermatica humiditate. Quocirca nō mirandum, ſi imbecilliores efficiantur, multum coeuntes: vtpotè re puriſſima ab vniuerſo corpore exeunte, & accedente inſuper delectatione, quæ per ſe poteſt vitale robur exoluere. Ex quo factum, vt quidam immoderatè delectati, mortui ſint. Hæc ferè Galenus.

*Multi in ipſo coitu mortui.*

Et profectò pleriq;, aut quia nimium delectati ſunt in opere venereo (vt ille dicit) ſiue etiam, quia immoderatè coierunt, in ipſo cōcubitu occubuiſſe leguntur. Nam, vt refert Plinius li. 7. cap. 53. Cornelius Balbus Prætorius, & Q. Heterius Eques Romanus, in Venere obiere. Cuius etiam rei meminit Valerius lib. 9. c. 12. Tradit etiam Petrus Damianus, quendam principem Tarentinum, dum cum meretrice congrederetur, animam emiſiſſe. Iouianus quoq; Pontanus in lib. de Obedientia, ſcribit, ſe compertū habere, Beltrandum quendam, cognomento Ferreriū, in Venere expiraſſe.

*Pindarus in coitu occubuit. Speuſippus Platonic*⁹*.*

Obſeruatum quoq; eſt in Græcorum monumentis, idem Pindaro illi nouem Lyricorum (vt Fabio placuit) principi accidiſſe: licet aliter ſentiat Val. Max. li. 9. c. 12. Et id quoque contigiſſe Speuſippo Platonico, prodit Tertul. in Apologetico. Eſt & Epitaphiū Menelai cuiuſdam, in media Venere mortui, ab Ioanne Secundo editum.

*Inter opus medium laſciua morte ſolutus,*
*Hic ſitus eſt, & init iam Menelaus humum.*
*Qui blandæ Veneri vitæ ſacrauerat annos,*
*Haud aliter vitam ponere iuſſus erat.*

28 *Aſtrorum vi nonnulli in ipſo cōcubitu moriuntur. Ea mors nonnullis amœna.*

¶ Idq; nōnullis accidit aſtrorum vi & potentia, ſi credimus Iulio Firmico, li. Aſtron. 8. c. 6. Si Pleiades, inqt, hoc eſt, ſexta pars Tauri in occaſu fuerit inuenta, & beneuolæ ſtellæ ſimul cum maleuolis hunc eundē locum æquata radiatione reſpexerint, mors illis amœna prouéniet. Nec mireris, ꝙ huiuſmodi mortem amœnā vocer, cum ſint nonnulli adeò hac voluptate dementati, vt in ea mori maximè cupiāt. Propertius enim huc reſpiciēs, ſic ſcribit lib. 2. Eleg. 1.

*——Laus in amore mori.*

Et Ouid. lib. 2. Amor. Eleg. 10.

*Fœlix, quem Veneris certamina mutua perdunt.*
*Dij faciant, lethi cauſa ſit iſta mei.*

Et paulò poſt:

*At mihi contingat Veneris langueſcere motu,*
*Cùm moriar, medium ſoluar & inter opus.*
*Atq; aliquis noſtro lacrymans in funere dicat,*
*Conueniens vitæ mors fuit iſta tua.*

29 *Venus mortis, ut natalium præſes.*

¶ Ob id autem, quod nonnunquam mors in ipſo concubitu, aut etiam ob eius frequentiorem vſum euenit, fortaſſe veteres Venerem non ſolum natalium, ſed & mortis quoq; pręſidem coluerunt. Siquidem in æde Libitinæ, quæ ad ſepulturam pertinent, vendere conſueuerunt, Libitinam nihil aliud exiſtimātes eſſe, quàm Venerem, ſicuti & Plutarchus prodidit in Numa Pompilio: hoc fortè argumento admonentes, eandem, quæ cauſa vitæ eſt, mortis quoque cauſam eſſe plurimis.

*Venus Libitina.*

*Libitina dea exequiarum. Libitinarij.*

Eſt enim Libitina, exequiarum Dea. Vnde Libitinarij dicūtur, qui exequias funeraque curant. de quibus in l. cuicunque. §. idem ait. ff. de inſti. actio. vbi Accurſius rectè id verbum interpretatur, quòd rarenter in eiuſmodi rebus facit: verùm ex textu id poteſt planè colligi. Quanquam eum morem alij aliò referunt, vt videre licet ex eodem Plutarcho, Proble. ca. 22.

*Venus Parcarum uetuſtiſſima.*

Verum eo haud dubiè ſpectat Epigramma olim inſcriptum Athenis in Gymnaſio Adriani, ad Venerem cœleſtem, quo ipſam Parcarum eſſe vetuſtiſſimam indicatur, vt tradit Pauſanias lib. 1. qui eſt de rebus Atticis. De Venere quoque Libitina, meminit & Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 4. Varro libro 2. linguæ Latinæ: qui tamen aliò eam appellationem trahit. Sed & ad id referri poteſt illud Veneris epitheton, ἀνδροφόνος, id eſt, homicida: quoniam. ſ. nimius concubitus homines interimat.

*Venus homicida.*

Nam & Plutarchus in ἐρωτικῷ memorat templum ἀνδροφόνου Ἀφροδίτης, aliò tamen id trahens.

30 *Aſtarte Venus dicta.*

¶ Et huc item reſpicit, quod Plautus in Mercatore, deam Aſtarten (quæ & ipſa Venus eſt, vt tradit Suidas) & Theophylactus in Oſeam, & ante eos Tullius libro tertio de Natura Deorum, vitam hominum deorumq;, & eandem mortem, & interitum vocat. Huius verba hæc ſunt:

*Diua Aſtarte hominum deorumq; vis, vita, ſalus.*
*Rurſus eademque eſt*
*Pernicies, mors, interitus.*

De huiuſmodi Aſtarte dea, vt id obiter dicam, fit mentio in ſacris Literis, libro 3. Regum, cap. 13. vbi ſcribitur, Solomonem coluiſſe Aſtarten, deam Sidoniorum. Et apud Ioſephum libro 6. Antiquitatum Iudaicarum, capite 15. eodemque vltimo, & Lucianum in libro de Syria dea, ſtatim poſt principium: & apud Euſebium libro 1. Euangelicæ præparationis, capite 7. vbi Aſcarte corruptè legitur:

*Euſebij locus.*

& Arnobium libro Diſputationum aduerſus gentes 8. vbi hanc Syros colere ſcribit & Artemidorum Daldianum, de Somniorum interpretatione: & Epiphanium aduerſus gentes, vbi de Sabellio loquitur. item Ælianum, qui & eam Syriam vocat. & Tatianum Aſſyrium, in Oratione πρὸς Ἕλληνας vbi dicit, Inthobalū Tyriorum Regem fuiſſe ſacerdotem Aſtartes. Quod & ipſum tradit Theophilus Antiochenus li. 3. Inſtit. ad Autolycum. Et huc quoque referri poteſt, quòd ab Aegyptijs Venus Nephthe vocatur, quam & finem, ſiue mortem nuncupant, apud Plutarchum in lib. de Iſide & Oſiride.

31 *De eadem re.*

¶ Auicenna quoque alter Medicorum recentiorum oculus, libro 1. Canticorum, capite 170. Multus, ait, coitus debilitat corpus, facitque ipſum hæreditare varias ſpecies nocumentorum, & dolorum. Et in illo cap. 11. ex quo illum ſuprà citauimus, multa ipſius coitus nocumenta deſcribit, quę illinc omnibus licet ſumere. Ioannitius etiam in Iſagogis: Coitus ſiccat corpus, & minuit naturalem virtutem, ideoque infrigidat: Et Arnaldus Villanouanus in Speculo, multa item coitus intemperati nocumenta enumerat: multa Petr. Apoſt. different. 124. cuius eſt initium, quòd coitus non competat: & Michael Sauonarola tracta. 2. cap. 1. in māteria quartæ rei non naturalis, quæ ſunt in promptu omnibus.

bus. Et Conſtantinus Africanus in libro quē priuatim inſcripſit de Coitu.

32 *Venus nocet ſtomacho.* ¶ Inter cætera autem membra, præcipuè nocet coitus ſtomacho, parti illi corporis pretioſiſſimæ, quā Medici recentiores cocum humani corporis vocant. Macrobius patremfam. ipſius corporis appellat, li. Saturnaliorum 7. c. 4. Et ideo eo malè affecto, omnia cætera afficiantur, & tabeſcant neceſſe eſt, vel teſtimonio illius *Aeſopi apologus.* Apologi Æſopici, de cæteris membris, quæ aduerſus vētrem, id eſt, ſtomachum (nam & hūc ventrem & ventriculum appellant) coniurarant: quo quidem vſus Menenius Agrippa, plebem Patricijs conciliauit, apud Liuiū libro 2. ab Vrbe condita, & Plutarchum in Martio Coriolano. Nocet (inquam) primum coitus ſtomacho magis, quàm aliud quicquam, vt dicit Galenus in li. 3. Epidemiōn Hippocratis, Commentario primo, quo loco de Pythione quodā diſſerit, & Aetius ex Philagrio Tetrabibli 3. Sermone item 3. capite 34. vbi & eos qui ſtomacho laborant, iubet abſtinere à ſpectaculis, & lectionibus, quæ venereæ rei vſum in memoriā reuocare poſſunt. & Auicenna in li. 3. Fen. 13. tract. 1. ca. 36. eodemque vltimo, & tract. 1. cap. 11. & in 13. eiuſdem 3. cap vlti. primi tractatus.

33 *Venus nocet cerebro* ¶ Nocet etiam cerebro, vt ſcribit Galenus in Commentarijs lib. 3. Epidemiōn Hippocratis, ad finem. & Arnaldus, qui etiam loquitur de membris illi vicinis, in Speculo introductionum medicinalium, cap. 83. & in lib. de Regimine ſanitatis, par. 2. c. 6. & Albertus lib. 22. Animalium, cap. 4. Ex quo fortè conicit Alcmeon, aut, vt alij appellant, Alcman, apud Plutarchum libro 5. de Placitis philoſophorum, c. 2. & Galenus in libro de *Semē pars cerebri. Stilla cerebri. Ex cerebro excernitur* Philoſophi hiſtoria, ſemen eſſe cerebri partem, & Pythagoras apud Laertium, ſemen eſſe cerebri ſtillā, quæ in ſe calidum continet vaporem: & Plato atq; Diocles, ſemen à cerebro excerni, apud Galenum in Definitionibus medicis. & D. Auguſt. in libro de Vera religione, cap. 40. dum ſcribit, ſemen per genitales vias ab ipſo vertice defluere in infima voluptate. Quod & ante eos aſſeruit Hippocrates in libro de Aere, & aqua, & regionibus, parte vltima, cap. 4. adijciens aliud huiuſce rei ſignum, quia videlicet ij, quibus venæ poſt aures inciduntur, deinceps non ſpermatizant: & ſi in coitu aliquid tale emittunt, id non eſt genitale, & prolificum. *Vena, ſi poſt aures incidātur, ſemen non amplius ē genitale.* Quod & ipſum affirmat Diuus Gregorius Nyſſenus, in libro de Viribus animæ, cap. 17. & Nemeſius Philoſophus, de Natura hominis, capite 24 & Conſtantinus Aphricanus in libro de Coitu, poſt principium. & Albertus, quo loco nuper citauimus. & Auicenna in 20. 3. tract. 1. ca. 3. & Arnald. Breuiarij libro 2. cap. 25 1. & in principio libelli, quem de Coitu nuncupatim inſcripſit. Quāquam ipſe Hippocrates, aut (vt Gal. mauult) Polybius, quod ſuprà diximus, in lib. περὶ γονῆς, id eſt, de genitura tradit ſperma ex omni parte corporis profluere, ſed maiori ex parte ex capite per aures in ſpinæ medullā. Hincque illud proficiſci quod diximus, eos quidem qui ſecundum aures ſecantur, dum coeunt, paululum aliquid emittere, ſed infœcundum.

34 *Spadones calui non fiunt.* ¶ Et hinc quoque ſpadones calui effici nequeunt, ſicuti ipſe Hippocrates tradit, lib. 6. Aphoriſm. & iterum libro περὶ φύσιος παιδίου, id eſt, de natura pueri. & confirmat Ariſtoteles lib. 3. de Hiſtoria animalium, cap. 11. & libro Problematōn 10. ca. 56. & Plinius lib. 11. cap 37. Spadones, inquit, calui effici nequeunt. Pueri quoque, vt tradit ipſe Ariſtoteles priore illo loco. & iterum li. 5. de Generatione animalium, cap. 3. caluitium neſciunt, quod videlicet multum cerebri obtinent: quam rem eis contingere hinc manifeſtiſſimum eſt, quia rem Veneream non agunt: quando & in nullo ante vſum Veneris huiuſmodi capillorum defluuium eueniat, vt in illo quoque loco ſcribit Plinius. Quod & ante eum dixerat Ariſtoteles eodem illo lib. de Generatione animalium 5. c. 3. vbi & illud addit, à Venereo coitu caluitium euenire, ſ. ijs, qui ſua natura ſint eo propenſiores. *Venus calua.* Et ex hoc fortè Venus calua à Romanis celebrata eſt, vt tradunt Lactantius lib. 1. c. 20. & Iulius Capitolinus in vita Maximinorum, ad finem, & Cyprianus de Idolorū natiuitate, & D. Auguſt. Epiſto. 44. quòd ſcilicet caluitiem efficiat: quamuis ſciam, id ab omnibus alio referri. Scio autem Apuleium lib. 2. Aſini aurei, ſcribere, Venerem, licet omni Gratiarum choro ſtipatam, & toto Cupidinum populo comitatam, & Baltheo ſuo cinctā, cinnama flagrantem, & balſama rorantem, ſi calua proceſſerit, ne Vulcano quidem ſuo placere poſſe. Sed vt redeamus, ob ea quæ ſupra diximus: *Venus nocet capillorū fluxui.* Medici eos, qui huiuſmodi capillorum fluxu laborant, Venerem vitare iubent, cane peius & angue, vt videre licet apud Alexā. Trallian. li. 1. c. 2.

*Cerebroſi dicū habēt ſalaces.* ¶ Et ſicuti multum cerebri obtinent, qui non coeūt, vt diximus, ita è diuerſo minimum ij certè habent, qui intemperanter libidinem exercent, vt confirmat Galenus, tradens, cuidam ſalaciſſimo ab obitu capite diſſecto, eius partis diminutionem manifeſtam apparuiſſe. Ex quo & ipſe quoque colligit, quod ſuprà ex alijs diximus, ſpermatis partem maximam ex cerebro ſecerni. *Boues execti cornua maiora habent.* Nam & eadem rōne boues execti, cornua gerere maiora viſuntur, vt etiam tradit Columella li. Rei ruſticæ 6. c. 20. & ante eum Ariſtoteles eodē li. Problematōn 10. c. 56. vbi & hāc eadem rōne aſſerit, id fieri, quod de ſpadonibus ſupra diximus. Nam hi, inquit, rem Veneream non agunt. Semen enim labi per ſpinam è cerebro videtur. *Cerui caſtrati non edunt cornua.* Verum idem Ariſtoteles lib. de Natura animalium 9. cap. vlt. tradit ceruos, ſi cum per ætatem nondum cornua gerunt, caſtrentur, non edere cornua, quod aduerſari ſuperioribus videtur.

*Spina medulla à cerebro.* ¶ Et quoniam à cerebro ſpinæ medulla deſcendit, eādemq; ei eſſe naturā, quam cerebro plerīq; autumāt, vt ſcribit Pli. li. 11. c. 37. conſequens quoque eſt, vt ſi coitus obſit cerebro, ea quam diximus ſuprà ratione, eadē quoque ſpinæ noceat neceſſe eſt. *Coitus ſpinæ nocet.* Nam & Hippocrates in libro de Paſſionibus interioribus, tradit, medullā ſpinæ maximè ſicceſcere, cum venulæ medullam petentes ſepiuntur, atque obturantur, & cerebri meatus corporis malignitate id patitur: ſed præcunctis nimio coitu areſcere. Hæc ille. Et ſanè ſunt multi in ea ſententia, vt ſperma è cerebro (quod iam diximus) per ſpinam ipſam in membra genitalia defluat. Id enim ſcribit Ariſtoteles, vbi nuper citauimus, lib Problema. 10. cap. 56. & Plato, vt prodit Plutarchus in lib. de Placit. philoſo. 5. cap. 3. dicebat, ſemen eſſe vertebralis, ſiue ſpinalis medullæ defluuium.

*Nerui à cerebro.* ¶ Et quia etiam nerui aut à cerebro in omnia animalium membra continenter proueniunt, aut per mediam ipſius ſpinæ medullam (quæ & ipſa ex cerebro, vt diximus, profluit) in alia ipſa membra tranſmittitur, vt videre licet ex Galeno, de Decretis Hippocratis, & Platonis, li. 1. 2. & 7. non ſemel, iterumque 8. poſt princi. & in li. de Neruor. diſſect. in princip. & lib. 1. iterumque 7. de Vſu partium. & libro de Semine 1. cap. 5. ruſumque 8. & lib. 1. de Motu muſcul. poſt princ. & lib. Aphor. 4. cap. 17. & iterum lib. 7. cap. 3. Dicitque idem in eod. lib. 7. de Hippocr. & Plat. decret. neruos eandem cum cerebro habere ſubſtantiam, niſi ꝙ compactiore materia cōſtituti ſunt, ne facilè à quolibet patiantur: ideoque eos aſſiduo cerebri auxilio indigere. *Nerui eiuſdē ſubſtantiæ cum cerebro.* Eadem igitur ratione qua cerebrum Venere maximè læditur, eadem & nerui ipſi, vt teſtis eſt idem Galen. in Comment. Aphor. Hippoc. li. 3. ad fi. Oribaſius li. 1. Euporiſtōn, c. 21. in princ. & iterum lib. Curat. cap. 144. Aetius 1. Tetrab. Serm. 3. cap. 8. Auicen. 3. 3. tract. 1. capite 5. & in 20. eiuſdem 3. tract. 11. Raſis vbi ſuprà, & lib. Continen. 11. ca. 14. *Coitus neruis nocet.* Valeſcus



leſcus Tarentinus in ſua Practica, cui titul. Philonium nuncupant, li. 6. c. 2. in declaratione. & ante eos Cornel. Celſus li. 1. Medicinæ, ca. 9. iterumq; li. 3. c. 27. eodemque vltimo.

38 *Coitus nocet oculis.* ¶ Sed & quia oculi cerebro ſunt proximi, ab ijſque venam ad cerebrum ipſum pertingere peritiſſimi authores tradiderunt, vt etiam retulit Plin. lib. 11. cap. 37. atque ab ipſo cerebro multa ſpiritalis ſubſtantia ad oculorum ſedes deuehitur, vt ſcribit Gale. lib. de Hippocr. & Plat. decret. 7. & Aetius Tetrab. 2. Serm. 3. cap. 1. ideo & oculis quoque multum obeſt coitus, ſicut ſcriptum retulit idem Ariſto. libro de Gener. animal. 2. cap. 5. & lib. Problem. 4. cap. 2. & 3. vbi & Petr. Apoſt. & iterum cap. 32. eodemque vlt. quibus locis, & alias huius rei rationes reddit. Atque etiam Galen. lib. 2. κατὰ τόπους, c. 8. in princ. vbi dicit ex Archigene, in fluxionibus circa oculos in principio conuenire cibi & potus parcitatem, & maximè omnium rei venereæ abſtinentiam. Et Aetius Tetrabibli 2. Serm. 3. cap 41. & Auicenna in d. 3. 3. tract. 8. cap. 5. & in 20. eiuſdem 3. tract. 1. ca. 11. & Raſis in loco nuper allegato, & Arnal. in Specu. vbi ſuprà, & è recentioribus Cælius, qui etiam rationem reddit, lib. Antiq. lect. 14. cap. 19. & Manardus Epiſtol. medicinal. lib. 6. epiſto 4.

39 *De eadem re. Cupido cæcus.* ¶ Ex quo fortè Poetæ, qui omnium rerum naturas ſub fabularū inuolucro apertiſſimè comprehenderunt, Cupidinem libidinis Deum, ducemque cœcum finxerunt, ab effectu: quoniam videlicet immodica libido oculis admodum obſit. Id quod graphicè & luculenter deſcripſit Marullus Conſtantinop. in Cupidinis deſcriptione, li. 2. Epigram.

*Quæ ſors eripuit lucem? immoderata libido.*

Quo etiam ſpectat hiſtoria, quam refert D. Ambroſius Comment. in Lucam lib. 4. cap. 17. enarrans illud Lucæ 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: *Theotimi hiſtoria.* Theotimus, inquit, cum graui oculorum morbo laboraret, Medici coitu interdixerunt: verum is vxoris amantiſſimus, ac libidinis impatiens, non potuit ſibi tēperare, quin vxorem amplecteretur. Iſque cum eſſet in ipſo æſtu feruentis libidinis, & conſuetudinis apparatu, veniſſetque in tempore interdictum Medicorū, *Vale carū lumen.* Χαῖρε, ait, φίλον φῶς: id eſt, Vale amicum lumen: nimirum intelligens, ſeſe voluptatem eam perbreuem oculorum diſpendio emiſſe. Aetius 1. Quaternionis, Sermo. 3. cap. 8. ſcribit, eos non exactè videre, qui vſum Veneris ſectantur. Adeo autem concubitus eſt contrarius oculorum caligini, albugini, pruritui, cœcitati, & cæteris morbis, vt quædam medicamenta, quæ his potiſſimum morbis proſunt, non niſi ex virginibus, nec niſi a caſtis, & puris ſumpta proſint, vt videre licet ex Marcello Burdigal. Medic. cap. 8. vbi deſcribit collyrium, quod inter cætera confici debet ex lotio pueri virginis, eoque vtendum eſſe caſto & puro. Præcipuè autem nocet Venus defluxionibus in oculos decumbentibus, teſte Galeno ex authoritate Archigenis, in lib. de Facilè parabilibus, & li. Pharm. κατὰ τόπους 4. c. 8. in prin. & hinc quoque, vt opinor, palpebras defluere, abundantibus Venere, tradit Pli. li. 11. c. 37.

40 *Coitus obeſt renib.* ¶ Ex his quoque, quæ diximus de cerebro & ſpina, conſtat & coitum renibus, eorumq; vitijs obeſſe. Quod & Ariſtotel. dicit, lib. 4. Problem. cap. 2. & Galen. lib. 6. Morbor. vulgar. Hippocratis Commen. 6. & Aetius 1. Quatern. Serm. 3. cap. 8 & iterum Quatern. 3. Serm. 3. cap. 2. & Rufi authoritate: ruſumque eiuſdem Serm. 3. cap. 30. Archigenis authoritate, & Auicen. d. ca. 11. Hippocr. autem lib. de Morbis intran. ſcribit vnum ex quatuor renum morbis, maximè fieri ex nimio coitu: & omnes vbiq; conſentiunt. Idq; ſatis ſine teſtibus ex eo cōprobatur, *Renes vnde dicti.* quòd renes Varro ita dictos ait, ἀπὸ τοῦ ῥέειν, quod eſt fluere, quia riui ab his obſcœni illius humoris oriantur: ſicuti etiam refert Lactan. lib. de Opific. Dei, ca. 14. Quanquam nonnulli ex Philoſophis hoc ipſum carpunt. Sed adſtipulatur quod tradit Hippocra. ſiue is ſit Polyb. in li. περὶ γονῆς, Semen cum in medullam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petere, ex ipſisq; per medios teſtes in pudenda penetrare. Et Ariſt. illo eod. cap. 2. vbi ſcribit, ſeminis tranſitum per ea loca fieri, eaq; procul dubio extenuare. Ex quo eſt illud Reg. 8. Filius tuus, qui egredietur de renibus tuis. Et hinc Tertul. in lib. de Reſurrect. carnis, vocat renes conſcios ſeminum. Et Iſychius in Leuit. lib. 1. Renes, inquit, coitalium ſeminum ſunt miniſteria. Et alibi eod. lib. in renibus dicit, coitalis operationis eſſe ſemina. Et Nemeſius Philoſophus, lib. de Natur. hom. cap. 27. Renes, inquit, ſanguinis purgamina, & ad coitum cauſa ſiunt appetitus. Nā venæ, quæ in geminos delabuntur, per renes tranſmeant, & illinc acorem quendam exhauriunt appetitum irritantem, eo modo, quo ſub cute genitus acor pruritum facit; & quo geminorum pulpa cute eſt mollior, eò magis ijdem ab acore lancinati, furioſam ad egerendum ſemen irritant cupidinem. Hæc ille. Democritus autem in Phyſiologumenis, & Fulgentius Mytholog. libro 3. quo loco de Peleo, & Thetide loquitur, ſcribit ex Ethnicorum ſententia ſingulas partes in homine ſingulos deos obtinere, & inter cæteros Venerem renes, & inguina. Et hinc quoque Theologi interpretantur, ideo Exod. 12. fuiſſe pręceptum, eos, qui Agnum Paſchalem comedebant, renes accingere, vt hinc libidinis refrænatio intelligeretur. Nam & D. Auguſt. in Pſal. 7. enarrans illud: Scrutans corda & renes Deus, ſcribit delectationes nomine renum intelligi. Et D. Hierony. in Commen. Naum Prophetæ, cap. 2. enarrans illud eiuſdem cap. Et defectio in cunctis renibus ſcribit, omnia opera, quæ ad coitum, ſiue commiſtionem pertinent, renum appellatione monſtrari: *Renibus vti.* quod & idem propemodum dicit in Ezec. c. 16. Hincque Renibus vti, pro libidini indulgere, Auſonius ad Gallam poſuit.

*Vtere rene tuo.* —

At è diuerſo huc reſpiciēs Pſalmographus, c. 25. Vre renes meos, & cor meū. Ex quo loco deprompta eſt quotidiana illa oratio eccleſiaſtica: Vre igne S. Spiritus renes noſtros, & cor noſtrū, domine, vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

*Coitus obeſt lūbis.* ¶ Et hinc item lumbis non minimum obeſt Venus, vt tradūt ipſi Aetius & Arnaldus, vbi ſuprà. Sunt enim lumbi, ea pars corporis, quæ cōplectitur inferiores vertebras ſpinæ, qua libido in ſacris Literis deſignatur, q̄ ſunt circa renes. Vnde illud Geneſis 35. Reges de lumbis tuis egredientur. Et Pſal. 131. De fructu lumbi tui ponam ſuper thronum tuum. Ita enim eum locū traducit D. Hiero. in illud c. 2. Naum, enarrans illud eiuſdem cap. in princ. Contemplare viam, tene lumbum. Et illud quoque D. Pauli ad Hebr. 7. Et ipſi exierunt de lumbis Abrahæ. Et iterum eod. c. In lumbis patris erat. Proinde cum volunt prohibere libidinem, iubent accingi, vel *Lūbos accingere.* ſuccingi, vel præcingi lumbos: vt Iob 38. & iterum 40. Eccleſ. 31. eodemque ult. Eſaiæ 32. Hierem. c. 1. & Prouer. cap. vlt. vbi de muliere forti & pudica: Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Et Lucæ 12. & ad Epheſ. 6. c. & 1. Petr. 1. & alibi ſæpe. Ex quo & illud Pſal. 37. Quoniam lumbi impleti ſunt illuſionibus. Et illud quoq; Matthęi 3. de Ioanne Baptiſta: Habebat zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Nam & huc eum locum trahit Hieronymus, vbi ſuprà Qui & poſtea in eod. c. dicit in lumbis coitum ſignificari. Diuus autem Gregorius: Lumbos, ait, præcingimus, cum carnis luxuriam, & continentiam coarctamus. Cæterum ſunt, qui lumbos à lubidine, hoc eſt, libidine dictos putent. Nam veteres lubet, & libet, lubidinem, & libidinem, promiſcuè dixerunt. Vide tamen circa id, quod diximus in principio huius

huius verſiculi, & quæ ex Plinio dicemus infra nu. 75. in cip. rarus, poſt princ.

*Coitus nocet lateribus.*

42 ¶ Eadem quoq; ratione lateribus nocet plurimum, nempe in quibus renes ſunt. Vnde apud Poetas: Parcere lateri, eſt abſtinere a coitu. Iuuenalis Saty. 6.

*—Nec quæritur, quòd*
*Et lateri parcas.—*

Et Ouidius præcipiens Venerem exerceri lib. 2. de Arte amandi:

*Lateri parcere.*

*Sed lateri ne parce tuo.—*

Et alibi, ſcilicet Amorum lib. 3. Eleg. 10.

*Vidi ego cum foribus laſſus prodiret amator,*
*Inualidum referens, emeritumq; latus.*

Et Catullus eleganti, ſed obſcœno epitheto, latera per concubitum exhauſta appellat exfututa, ad Flauium:

*Cur non tam latera exfutura pandas?*

Et Martialis, lib. 11. ad vxorem, Epiſt. 105.

*Et iuuat admiſſa rumpere luce latus.*

Et lib. 12. ad Baſſum, Epiſt. 98.

*Rumpis Baſſe latus.—*

Sed & Virgilius in obſcœno carmine, ſi is eſt:

*Ipſi cernitis, effututus vt ſim:*
*Latus deficit.—*

Rurſumque:

*Neq; mutare poſſis, vſque dum mihi:*
*Venus iocoſa molle ruperit latus.*

Apud Suetonium, Valerius Catullus conſulari familia iuuenis, ſtupratum à ſe Caium Caligulam, ac latera ſibi contubernio eius defeſſa, vociferatus eſt. Et huc quoque ſpectat illud Apuleij lib. Metam. 8. Sed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis lateribus conſulas.

*Et Ilijs.*

43 ¶ Nocet item admodum illis, vel teſtimonio Catulli, Epigramm. 11.

*Nullum amans verè, ſed identidem omnium*
*Ilia rumpens.*

*Coitus nocet dẽtib.*

Quæ autem ilia ſint, diſces ex Cornelio Celſo, lib. 4. c. 1. & Plinio libro 11. ca. 37. & dentium doloribus, ſi verum dicit Cælius Aurelianus lib. Chroniω̃n 2. ca. 4. & Aetius 1. Tetrab. Serm. 3. c. 8. Tametſi vulgus aliter exiſtimant, nempe, coitum huic malo prodeſſe. Illud ſcio, in ipſo actu libidinis vix ſentire hunc dolorem, quanquam acerrimum, acerbiſſimum, aſperrimum, & qui maximis tormentis annumerari poteſt, vt dicit Cornelius Celſus li. 6. c. 9. Adeo hic præſens ſenſus libidinis cæteros quoſcunque vel acutiſſimos obtundit, & hebetat. Verum opere patrato, apertè ſenties, eum dolorem non modò non ſedatum, ſed multò, quàm ante, rabidiorem eſſe:

*Capiti.*

Et vt ſequamur, in vniuerſum Venus nocet capiti, vt tradit Oribaſius lib. Euporiſtω̃n 1. c. 22. in princ. nempe in quo cerebri (cui, vt diximus, maximè noxia eſt Venus) ſedes eſt. Nocet & cordi, & hepati, ex Arnaldo, vbi ſup. Et ventri, ex Ariſto. lib. Problem. 4. c. 17. & pulmoni, ex Oribaſio, vbi nuper citauimus. Item pectori, coxendicibus, veſicæ, pedibus, & gurgulionibus, ex Aetio, vbi itẽ nuper citauimus: & quãtum ad pectus attinet, ex eodem Oribaſio, vbi ſupra.

*Cordi. Hepati. Ventri. Pulmoni.*

*Venere omnia mẽbra diſſolui.*

44 ¶ Longior eſſem, ſi omnia membra, quæ ex coitu, præſertim immoderato maximè languent, recenſere ſigillatim velim, præſertim cum in vniuerſum omnia membra diſſoluat, labefactet, corrumpat. Ex quo plurimis, & Venus & Amor veluti proprio ac peculiari epitheto, λυσιμελὴς dicitur, i. membra ſoluens. De Venere eſt illud Epigramma incerti authoris, li. 2. Epigrammatω̃n Græcorum:

*Venus λυσιμελὴς.*

Λυσιμελὴς βάκχε καὶ λυσιμελὴς Ἀφροδίτης,
Γεννᾶται θυγά την λυσιμελὴς Ποδάγρα.

Cuius ſenſus eſt, Bacchi & Veneris, vtriuſque λυσιμελὴς, id eſt, membra ſoluẽtis, filiam eſſe podagram, & ipſam λυσιμελῆ. De amore quoque eſt illud Heſiodi in Theogonia, non multò ante fi.

Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔργος εἴβετο δερκομενάων
Λυσιμελὴς.

Id autem nihil aliud eſt, quàm ſi dicas, Venere & Cupidine membra (quod iam diximus) diſſolui, ac veluti diſſipari. Sic enim eſt apud Virg. lib. 1. Æneid.

*Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra.*

Et rurſum lib. 12. eiuſdem operis:

*Illi membra nouus ſoluit formidine torpor.*

Sic quoque eodem lib.

*—Illi ſoluuntur frigore membra.*

Sic item apud Ouidium lib. 11. Metamor. ſoluta membra languere dicuntur. Sed magis propriè idem Ouidius lib. 9. eiuſdem operis, de ſeminis per ſomnum effuſione loquens:

*—Vt tacuit totis reſoluta medullis.*

*Mẽbra ſolui quid ſit.*

Euripides autem in Supplicibus, hoc quoq; epitheton morti tribuit, θανάτω λυσιμελεῖ: vt proinde intelligas, & mortem, & Venerem eandem vim habere ad reſoluendam totius corporis compagem: quod admodum facit ad ea, quæ ſuprà diximus, nu. 27. 28. & 29. Et hinc quoque facilè intelligis, quod ſuprà ex Celſo diximus, frequentem concubitum corpus ſoluere.

*Coitus quibus morbis noceat. Omnibus iũcturarũ morbis.*

¶ Illud autem non eſt tacendum, multa morborum genera hinc quoque exoriri, & orta augeri, exacerbari, irritari. Podagram enim atque Chiragram, omneſque iuncturarum ægritudines gignit, atque producit, productaſque non mediocriter exaſperat, & offendit, vt teſtatur Cornelius Celſus libro 1. c. 9. & iterum lib. 4. c. 24. eódemque poſtremo. Vbi etiam ſcribit, quoſdam cum toto anno à vino multo, & Venere ſibi temperaſſent, in perpetuum hoc malum euaſiſſe. Galenus libro 5. Morborum vulgarium Hippocratis, Commenta. item 6. & in libro 6. Aphoriſmorum eiuſdem operis, ca. 28. atque iterum c. 30. in id referens, quod inibi ſcribit ipſe Hippocrates, eunuchos atque pueros, ante coitum non pati podagram. Et Cælius Aurelianus libro 5. Chroniω̃n, c. 2. Et Plinius Valerianus libro de Re medica. 3. c. 14. vbi vetat omnia, ne podagricus mulierem contingat: & Aetius, Quaternionis 3. Sermo. 4. c. 7. & iterum c. 20. vbi aſſerit Venerem podagricos extremè lædere, præſertim ſi aſſiduè, aut intempeſtiuè ea quis vtatur. Nam voluptas per ſe neruoſorum corporum robur, ac firmitatem diſſoluit: multò autem magis, ſi cum vehementi motu perficiatur: & ob id membra affecta longè imbecilliora fiunt, & promptè & expeditè confluentia retrimenta ſuſcipiunt. Et Paulus Ægineta lib. 3. c. 78. & iterum libro 7. c. 11. Et Octauius Horatianus, Rerum medicarum, li. 2. c. 21. eodemque vlt. & Raſis in lib. Diuiſionum, ca. 2. & ad Almanſorem li. 9. cap. 90. Et Auicenna 22 tertij, tract. 2. c. 24. Tangitque ante hos omnes Ariſtoteles lib. Quæſtionum 10. c. 37. & ibi expreſſius Pet. Apo. ipſius Interpres, & Arnaldus, vbi ſuprà. Et è ſacris authoribus Diuus Chryſoſtomus in ea Homilia, cui titulus eſt: Quòd nemo læditur, niſi à ſeipſo. Et apertè declarat illud Epigramma num. præcedenti adſcriptum, quo dictum eſt, podagram eſſe filiam Veneris. In quo tamẽ animaduertendum eſt, quod ab Oribaſio in lib. Curation. c. 144. ſcriptum eſt: In podagricis natiuitatib. mediocriter conuenire libidinis vſum: in antiquo autem tempore, paucos omnino à podagra tactos, abſtinentes ab ea, fuiſſe curatos. De quo videas & Serapionem lib. 4. cap. 30. & Hieronymum Cardanum libro 1. Contradicentium Medicorum, tract. 4. c. 4. Et quod huc quoque pertinet eadẽ Iſchiadicos, & Phocalicos (qui morbi ſunt iuncturarũ) efficit, vt tradit Aurelianus li. Chronion 5. c. 1. in prin. & Aetius Quaternionis 3. Sermo. 4. c. 1. Vide tamen de Iſchiadicis, quæ dicam infrà nu. 74. incip. confert & Venus.

*Iſchiadicis. Phocalicis.*

*Hectica. Epilepſia.*

¶ Item Hecticam, vt aſſeuerat Raſis lib. 4. ad Almanſorem, cap. 17. & Auicen. vbi ſuprà. Atque Epilepſiam (Latini



(Latini Comitialẽ morbum, vt ſuprà diximus, vocãt) vt tradit Cornelius Celſus lib. 3. c. 23. Gale. in d. libro 6. Morborum popularium Hippoc. vbi ſuprà. Pau. Ægineta lib. 3. c. 13. Alexander Trallianus lib. 1. c. 21. nõ ſemel: Ioannes Meſue in eo lib. qui Grabadin, id eſt, Antidotarium inſcribitur, c. de epilepſia: & Auicenna eod. c. 11. ſæpiùs ſuprà citato, & iterum in 1. 4. tract. 5. cap. 8. & Raſis lib. 1. Continentis, cap. 5. Quãquam Celſus, quo loco nuper citauimus, tradit ſæpè in pueris initium Veneris eum morbum tollere. Et Colicam, ex Aureliano lib. Chroniω̃n 4. ca. 7. in fi. & Auicen. d. cap. 11. Et Febres adurentes: ut & ipſe Auicẽna ibi tradit. Etiã ſi febres ſint ex phlegmate, ut eiuſdem autoritate ſcribit Pet. Apo. in Comment. Problematω̃n Ariſtot. parte 4. cap. 50. Scabiem quoque, præcipiente Auicen. in 7. q. tract. 5. c. 7. ſcabioſos omnino coitum dimittere. Eum enim mouere materiam ad exteriora, & excitare uaporem calidum putridum, venientem ad ſuperficiẽ cutis, illicq; putreſcere.

*Colicæ. Febribus. Scabiei.*

*Peſti.*

47 ¶ Ad hæc peſtem, quam Epidimiam vocant Cornelius Celſus li. 1. c. ult. Raſis in libro de Peſtilentia, ca. 4. Auicen. 1. 4. trac. 4. c. 1. Io. Iaco. in ſuo opuſculo de Epidemia, Valeſcus Tarentinus in eiuſdem ti. libello, ca. 8. Et Tuſſim, Celſus, vbi ſuprà proximè, & Lucianus in Saturnalibus, & Virgilius Medicinæ peritiſſimus, in Priapeijs, aut quiſquis is fuit:

*Tuſſi.*

*Latus deficit, & periculoſam*
*Cum tuſſi miſer expuit ſaliuam.*

*Phthiſi.*

Præterea Phthiſin, ſiue Tabem, ſiue etiam Phthoen: nam idem morbus ijs nominibus ſignificatur. Nam quam Tabem Latini dicunt, hãc propriè Græci, & præſertim Athenienſes φθόλω nominant. Hippocrates autẽ φθίσιν vocat, vt ſcribit Galenus in Commentarijs Aphoriſmorum ipſius lib. 7. cap. 16. Sunt tamen, qui φθόην & φθίσιν inter ſe differre cenſent, vt videbis apud Leonhartum Fuchſium, c. 33. ſui Compendij. Hunc igitur morbum Venus admodum offendit & irritat, vt tradit ipſe Hippocrates lib. περὶ νόσων, id eſt, de morbis 2. non ſemel, Celſus lib. 3. cap. 22. in fi. Lucianus in Saturnalibus. Præterea Hydropem, quem nos morbum intercutem vocamus, ex eodem Celſo, eo. li. 3. c. 21. in fi. vbi & illud addit, ſi quis ex eo morbo diu conualuerit, tamen alienum ei eſſe Veneris vſum: & ex Luciano in illo lib. Satur. Diſtillationem quoque & grauedinem, eo. Cornelio li. 4. c. 2. Apoplexiam atque Paralyſim, vt idem prodit li. 3. c. poſtremo, dum admonet in his morbis rariſſima Venere vtendum eſſe: vti etiam facit Cælius Aurelianus li. 1. Chroniω̃n, c. 6.

*Hydropi. Diſtillationi. Grauedini. Apoplexiæ. Paralyſi.*

*Lepra vulgò dictæ.*

48 ¶ Et Lepram, teſtimonio Auicennę in 43 & iterum in 7. cap. 4. & Pet. Apo. differen. 186. & rurſum in Commentarijs Problematω̃n Ariſtotelis, quo loco nuper citauimus. Quod & non obſcurè probat text. apud nos in c. ex parte M. extrà de corpo. viti. loquens de quopiam, qui ſibi virilia amputauit, quòd lepræ eſſet obnoxius. Ex quo & Panor. noſter no. lepram procedere ex libidine. Nam & Archigenes ſcriptum reliquit, vix vllum quempiam caſtratum elephantiaſi laborare. Quod & tradit Aetius Tetrab. 4. Sermo. 1. c. 122. vbi & hinc quoque dicit nouiſſe ſe quoſdam audaciores, qui ſibiipſis teſtes ferro reſecarunt: caſtratis enim non in peius, malum hoc procedere. Et rurſus c. 125. tradit, coitũ huic morbo eſſe infeſtiſſimum, atque etiam Paulus Ægineta li. 4. cap. 1. Sed illud hic te ſcire volo, Lector amantiſſime, Auicennam & cæteros Arabes, atque etiam Latinos, qui poſt eum ſcripſere, ante Leonicenum, Lepram vocaſſe hanc, quam etiam vulgus Lepram vocat, & quam Græci & Latini antiquiores Elephantiaſim dixerunt, morbum quidem inſanabilem, cum Lepra ipſa multis modis ſanari poſſit, vt videre eſt apud ipſum Aetium, illo eodem Serm. c. 134. & apud Dioſcoridem, & Plinium paſſim ſcribentes multas herbas Lepræ mederi, & Pau. Aeginetam li. 4. ca. 2. Quanquam Sebaſtianus Montuus, vir certè doctiſſimus, lib. Dialexeω̃n Medicinalium 2. Dialexi 3. multis oſtẽdit, apud Hebræos, Græcos, ac veteres Latinos, Lepræ appellatione elephantiaſim ſignificari. Sed illius rationes alacriter refellit Leonhartus Fuchſius Paradoxω̃n li. 2. ca. 16. De quo & nos diximus in tractatione medicinæ, nume. 439. ſed tamẽ. & num. 442. ꝙ ſi quis. Et in vniuerſum Atram bilẽ exacerbat Venus, vt ſcribit Gale. in li. 6. Morborum vulgarium Hippocr. Commen. quoque 6. & Raſis li. 1. Continentis, c. 2. Nam & Elephantiaſim ex atra bile eſſe omnes conſentiunt.

*Lepra vulgò dicitur, quæ Elephantiaſis eſt.*

*Atrabili.*

*Alopeciæ. Veſicæ paſſionib.*

¶ Alopeciam quoque, id eſt, depilationem, ſiue capillorum defluuium, quod iam ſuprà diximus. Veſicæ paſſiones ex Aetio, Archigenes authoritate, Tetrabi. 3. cap. 30. & Cælio Aureliano lib. 5. Chroniω̃n, iam ſępius citato, cap. 4. vbi rationem reddit, quoniam Venus trahit ſecum totius corporis vexationem. & Alexandro Tralliano, lib. 1. c. 2. Sanguinis ſputationem ex Pau. Aeginet. li. 3. c. 31. in fi. Et ſanguinis in vniuerſum fluxum ſiue fluorem, eodem Paulo lib. item 3. c. 78. & Aureliano lib. Chronicω̃n 2. c. 11. & iterum 13. & Ale. Tralliano, qui eo morbo laborantes Hæmoptoicos vocat, li. 7. c. 1. ad fi. & ante hos Cornelio Celſo, li. 4. c. item 4. Prǽterea Gonorrhœam Paulo Aeginetæ, li. 3. c. 57. Et ex eo ſatis patet, quare Galenus, & eius authoritate Aetius Tetrab. 3. Serm. 3. c. 24. iubeat eos, qui eo morbo laborant, omnem de rebus venereis cogitationem excludere: vti etiam facit Alexander Trallianus li. 8. cap. 9. Et Satyriaſim quoque ipſi Aureliano lib. 3. Morbor. acut. cap. 18. & Paulo Aeginetę dicto libro 3. ca. 53. Tametſi is morbus ſæpe oritur ex abſtinentia rei venereæ pręter conſuetudinem, vt tradit Galenus alicubi, & Aetius Tetrab. 3. Serm. 3. c. 32. Et Priapiſmum, Paulo Aeginetæ, vbi ſuprà proximè. Quanquam ſint, qui vtrunq; morbum confundant, vt videri poteſt apud Aetium, vbi ſupra, & Octauium Horatianum, ſiue (vt alii putãt) Theodorum Priſcianum Rer. Medicarum lib. 2. c. 11. Obeſt & quoque vulneribus, vt tradit ipſe Horatianus ad Euporiſton lib. 1. ca. 19.

49

*Sanguinis ſputationi. Sanguinis fluxus. Gonorrhæa. Satyriaſi. Priapiſmo. Omnibus propè morbis. Et vulneribus.*

¶ Aliaque infinita morborum genera producit, vt paſſim apud Medicos legimus: vix enim omnia recenſere poſſemus. Ideoq; Ariſtoteles, aut quiſquis is fuit, qui eum librum arcanorum ad Alexandrum ſcripſit, illud prodidit: Coitum eſſe deſtructorem virtutum, legis tranſgreſſorem, morborumque ſæuiſſimorum generatiuum: ſic enim loquitur, qui eum librum traduxit, aut etiam, vti eſt, compoſuit. Adeo autem coitus morbis periculoſus eſt, vt etiam ijs, quibus conuenire videtur, non ſatis tutus ſit. Quandoquidem Cęlius Aurelian. in illo Chronicω̃n li. 1. c. 5. ſcribit, incertum ſibi eſſe in eo morbo, quem Eroticon dicunt, id eſt, furorẽ, qui ex veſano, vehementi, atq; immodico amore fit, vtrumne prohibendus ſit vſus Veneris, an admittendus. Nam prohibitus (ait) indignari cogit ægrotantes, cum deſiderata producuntur. Permiſſus autem vexat, & cum corpore euirato animæ quoque ſubſtantia turbatur. Licet Ouidius lib. de Remedio amoris 2. poſt prin. conſulat, eos qui ita quampiam mulierem ardenter amant, aliarum mulierum concubitum amplecti. Huius carmen eſt: 50

*An eis cõueniat, qui amoris morbo laborant.*

*Gaudia ne dominæ, pleno ſi corpore ſumas,*
*Te capiant, in eas quamlibet ante, velim.*
*Quamlibet inuenias, in qua tua prima voluptas*
*Deſinat.* & cætera quę ſequuntur.

Et iterum paulò poſt:

*Hortor & vt pariter binas habeatis amicas.*

Et huic ſententiæ aſſentitur Oribaſius Sardianus libro Euporiſton 1. cap. 22. cum ſcribit, Erotem minuere meretrices.

retrices. Secundum quam ſniam amantiſſimus ille filij, cum eum inconceſſis facibus accenſum inhibere vellet, ſalubri conſilio petijt, vt prius quàm ad eam quam amabat, iret, permiſſa venere vteretur: cuius precibus obſecutus adoleſcens, infœlicis animi impetum ſatietate licẽtis concubitus reſolutum ad id quod non licebat tardiorem pigrioremq; afferens, paulatim depoſuit. quod à Valer. Max. relatum eſt li. 7. c. 3.

51 *[Coitus oẽs ſenſus hebetat.]* ¶ Adde poſtremò, cõcubitũ ipſum præſertim nimiũ, & immoderatum, non tantum ſenſum viſus, de quo ſuprà diximus, cum de oculis tractauimus, ſed & alios omnino ſenſus hebetare, & obtundere. Nam, vt ex Ruſo ſcribit Aetius 1. Tetrab. Ser. 3. c. 8. Qui concubitui ſæpius indulgent, neq; exactè vidẽt, neq;, vt oportet, audiunt, neq; alios ſenſus integros poſſidẽt. Chryſoſtomus autem in ea Homilia, cui titulus eſt, ꝙ nemo læditur niſi à ſeipſo, ſcribit ijs, qui in libidine vitam agunt, ſenſus omnes eſſe tardos, graues, obtuſos, & quodãmodo iam ſepultos.

52 *[Arbores plãtæ citò aut nimiũ ſeminis producentes, citò deficiunt.]* ¶ Sed nec interim tamen omiſerim, inanimata quoque veluti lactucas, caules, plantas, arbores citò, aut nimium ſeminis producentes, cito quoque deficere, mori, areſcere: vt quiſque, qui id noſſe volet, & videre, & experimento comprobare poterit: & ſua authoritate confirmat Ariſtoteles, cùm in cæteris rebus magnus, tum in his maximus, lib. 3. de Generatione animalium, cap. 1. & Theophr. in Hiſtoria plantarum, lib. 4. ca. 13. & expreſſius, atque diffuſius lib. de Cauſis plantarum 2. cap. 15. & Plinius lib. 6. cap. 14. & iterum cap. 27. & 29. Et de vitibus priuatim tradit Iunius Columella, lib. Rei ruſt. 4. cap. 3.

53 *[Coitꝰ quãtũ animo noceat.]* ¶ Hactenus ſatis, & fortè nimium diximus, quantum corpori noceat immodicus, exuperanſque coitus: deinceps & nos de animo quoque diſſeremus, cuius incommoda tanto maiora, grauioraque putanda ſunt, quantò animus ipſe corpori præſtare dignoſcitur. Et vt à noſtris incipiam, Gul. à monte Laud. in Clem. 1. de magi. ſtudioſos ſtudioſè monet, vt præ cæteris rebus à Venere caueant: quoniam per eam ratio & intellectus, qui tanquam partes ſuperiores mentis, aſcenſum appetunt, ſenſualitate, quæ inferior pars eſt, ad inferiora quoque trahuntur, atque confunduntur. Adducitque, quod de caule diximus, cuius ſpica per quam emittit ſemen, ſi luxuriari permittitur, citò areſcit. Quod & itidem dicit vſu euenire in hominibus, vt ſi riuulum, id eſt, ingenium permittant defluere, virtus ſupernæ rationis, & intellectus impeditur. Quin & frequenter (vt ait) ex Venere morbus oritur, & corporis infirmitas. Gulielmum autem referunt, & ſequuntur Cardina. Floren. & Goffre. Caiet. in d. Clem. 1. vbi & ipſe Cardin. addit, habuiſſe ſe auditorem, qui ob id notorie, vt ipſe loquitur, mortuus eſt. Sequitur quoq; Io. Bap. S. Seuerinas, in eo tracta. quem edidit, de Modo ſtudendi, & vita Doctorum, ſtatim poſt prin. qui & ad hoc ſaluberrimum præceptum, multa addidit.

54 *[Coitꝰ pars comitialis morbi.]* ¶ Hippocrates maximus Medicorum, cuius id proprium eſt, teſte Macrobio libr. 1. de Somnio Scipionis, vt tam fallere, quàm falli neſciat, de coitu venereo ita exiſtimabat, partem eſſe morbi illius teterrimi, quem ἐπιληψίαν Græci, Latini comitialem appellant, vt nuper diximus. Huius enim verba, vt retulit ipſe Macrobius in fi. lib. 2. Satur. & ante eum Gellius lib. 19. cap. 2. ſunt huiuſmodi: ἱερὰν νόσον τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν · id eſt, Coitum eſſe paruam, ſiue mauis, breuem epilepſiam. Quamuis eam ſententiam non Hippocrati, ſed Democrito, attribuant Sabinus, Stobæus c. 6. & Galen. in ſuis Comment. in 3. lib. Epidem. Hippocratis Cõmentario 1. quo loco de Pythione quodam diſſerunt. Stobæus verò illo eod. c. 6. idem Eriximacho quoque attribuit. Et eam quidem ſententiam Fauſtus hoc diſticho concluſit, non admodum feliciter:

*Turpis & eſt morbi ſpecies horrenda caduci,*
*Cùm iacet examinis poſt ſua furta Venus.*

Quod non alia cauſa ab Hippocrate, ſiue malis Democrito, aut etiam Eriximacho, dictum uideri poteſt, quã ut oſtenderet, Venere quidem, ſicuti & morbo comitiali, mentem, quæ ſacra eſt, percuti, lædique non mediocriter. Nam & Medici ipſi hunc morbum ἱερὰν νόσον appellant, id eſt, ſacrum morbum, quòd animi rationalem partem, quæ longè ſanctiſſima eſt, violet, ſicuti annotauit Apuleius in Apologia prima: Quanquam id aliò trahit Ariſtoteles libro Problematῶn decimotertio, capite primo. *[Comitialis morbus ſacer dictus.]* Ab ea autem Hippocratis, ſiue Democrati, ſiue Eriximachi, aut eorum omnium ſententia, non admodum diſtat, quod ſcribit Galenus de Vtilitate partium libro decimoquarto, capite decimo, Coitum eſſe ſpaſmum quendam: *[Coitus eſt quidam ſpaſmus.]* quod licet (inquit) diſcere ex magnis epilepſijs, & ex ea paſſione, quæ Gonorrhœa dicitur, in quibus ſperma, ſicuti & ex coitu, ſecernitur. At Cælius Aurelianus libro primo, capite quarto. Concubitus (ait) ſiue coitus ab aliquibus parue epilepſia nuncupata eſt. Si quidem ſimilem faciat membrorum motum diuerſo contractu, anhelatione, & ſudore atteſtante, & oculorum conuerſione, cum rubore vultus: ac deinde poſt effectum, diſplicere ſibimet faciat corpus, cum pallore, & quadam debilitate, & mœſtitudine.

55 *[A coitu aio ſuccũbimus.]* ¶ Quibus ſuccinere videtur, quod ſcribit Ariſtoteles libro Problematῶn 3. cap. 9. poſt coitum venereum, animo pleroſque omnes ſuccumbere. Et illud Oſeæ Prophetæ 4. cap. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Quem locum enarrans D. Hieronymus, Sicut (ait) vinum & ebrietas mentem faciunt impotentem, ita fornicatio & voluptas peruertit ſenſum animumq; debilitat, & tandem de homine rationali brutum animal efficit. Idem Hieronymus vtrunque incommodũ corporis & animi coniungens, in ca. legimus, de conſe. diſt. 5. Puella (inquit) corpus frangũt, & animum. Quin Virgil. in illis verſibus, quos graphicè & Luculenter de Vino & Venere conſcripſit, ita hæc duo viribus paria efficit, ut etiam vtrunque dementare homines, eorumque mentem furiare dicat. Huic quoque ſententiæ adhæſit D. Gregorius lib. 31 Moralium, cùm cæcitatem mentis ex Venere exoriri dicit: & D. Auguſtinus lib. 1. Soliloquiorum, c. 10. Nihil (ait) eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum virilem, quàm blandimenta fœminea, corporumque ille contactus.

56 *[De eadẽ re.]* ¶ Ex poſterioribus verò D. Thomas 2. 2. q. 15. arti. 3. ſcribit, intentionem hominis per Venerem maximè applicari ad corporalia: Ideoque debilitatur operatio hominis circa intelligibilia. Perfectio enim intellectualis operationis in homine conſiſtit in quadam abſtractione à ſenſibilium phantaſmatibus. Propterea, quantò intellectus hominis magis fuerit liber ab huiuſmodi phantaſmatibus tantò melius conſiderare intelligibilia poterit, & ordinare omnia ſenſibilia: ſicut & Anaxagoras dicit, oportere animum, intellectumque nulla re eſſe mixtum, vt imperet. Delectatio autem applicat intentionem ad ea, in quibus quis delectatur. Vnde Ariſtote. lib. 10. Ethicorum dicit, quòd vnuſquiſque ea, in quib. delectatur, optimè operatur, contraria verò nequaquã. Igitur (vt ille ſubdit) non abs re dicit Gregorius, ex luxuria mentis proficiſci cœcitatem, quæ fermè omnino ſpiritualium bonorum cognitionẽ excludit: ſicut è contrario, caſtitas & abſtinentia maximè diſponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis. Vnde dicitur Dan. 1. Pueris his, ſ. abſtinentibus & continentibus, dedit Deus ſciẽtiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia. Hæc ferè Thomas, qui & ſtatim poſt in fine articuli dicit, quòd vitia carnalia, quò magis ſunt remota à mente, eo magis eius intentionem ad remotiora di-

ra di-



ra diſtrahunt: vnde magis impediunt mentis contemplationem.

57 *[De eadẽ re.]* ¶ Idem quoq; in eodem lib. quæſt. 153. art. 5. poſtq; eum Anto. Flor. in 2. parte ſuę Summæ, tit. 5. cap. 9. poſt prin. & è noſtris Albe. in ſuo Lexico, in verbo, Luxuria in cogitatione, dicunt, ꝙ cum inferiores potentiæ vehementer afficiuntur ad ſua obiecta, ſuperiores potentiæ vires impediuntur, deordinanturq; (vt ipſi loquuntur) in ſuis actib. Per Venerem autem maximè appetitus inferior, ſ. concupiſcibilis vehementer intendit ſuo obiecto, ſ. delectabili propter vehementiam paſſionis & delectationis. Ideo conſequens eſt, vt per Venerem maximè ſuperiores vires deordinentur, ſ. ratio, & voluntas. Subduntque eſſe quatuor rationis actus in agendis, videlicet, Simplicem intelligentiam, quę apprehendit aliquẽ finem, vt bonum conſilium de his quæ ſunt agenda, propter finem: Iudicium de agendis: & poſtremò Præceptum rationis de agẽdis. Quæ omnia probat multum impediri per libidinem.

58 *[De eadẽ re. Ignis pro libidine vel amore.]* ¶ Quadrat huic rei illud Pſalmographi Poetæ, Ode 57. Supercidit ignis, & non viderunt Solem. In cuius loci enarratione D. Auguſt. intelligit de igne venereo. In eo enim ſenſu aliàs ſæpè ponitur in ſacris literis, vt eſt illud Deuter. 32. Ignis exarſit ab ira mea, & ardebit vſque ad inferos. Et illud Iob 31. Ignis vſq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Et apertius apud Eccleſiaſticum c. 9. Propter ſpeciem mulieris perierunt, & ex hoc concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit. Poetę quoq; in hoc ſignificatu ignem plerunq; vſurparunt. Virg. li. 1. Æneid.

*Occultum inſpires ignem.*

Rurſumq; ſtatim in ingreſſu 4. lib. Aeneid.

*—Et cœco carpitur igni.*

Et alibi in Bucolico ludicro:

*Ac mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas.*

Et Horatius lib. 1. Carminum, Ode 27.

*Quæ te cunq; domat Venus,*
*Non erubeſcendis adurit*
*Ignibus.—*

Vbi & hoc annotat Acron Interpres. Et Ouidius in Epiſtola Paridis ad Helenam:

*—Quis enim celauerit ignem,*
*Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?*

Quẽ locum ad eam rem annotauit Rodolphus Agricola, li. de Inuentione Dialect. 1. quo loco de nomine rei differit. Et idem Ouid. lib. Triſtium 4. Eleg. 9.

*Cùm tamen hoc eſſem, minimoq; accenderer igne,*
*Nomine ſub noſtro fabula nulla fuit.*

Et ante hos Lucretius lib. 1.

*Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens.*

Et Valerius Aeditiuus ad puerum Philerota:

*At certè hunc ignem Veneris, niſi ſit Venus ipſa,*
*Nulla eſt quę poſſit vis alia opprimere.*

Et Terentius in Eunucho, Accede ad ignem hunc. Cui ſimile eſt illud Porcij Licinij apud Gellium, libro Noctium Atticarum 19. c. 9.

*Quęritis ignem? ite huc. Quęritis? ignis homo eſt.*

Quod & de honeſto, caſtoq; ac cõiugali amore dicitur. Nam Valer. Max. lib. 4. c. 6. quod de amore cõiugali eſt: Tuos quoq; caſtiſſimos ignes Porcia, M. Catonis filia, cuncta ſecula debita admiratione proſequentur. Nam & Horatius quoque, quo loco nuper citauimus, flammã etiam amorem appellat: *[Amor flãma.]*

*Digne puer meliore flamma.*

Et Ouid. lib. 1. Metamor.

*Sic Deus in flammas abijt.*

Et Martialis lib. 1.

*Incidit in flammas.—*

*[Amor feruidus.]* Hinc ipſe amor Feruidus pleriſque dicitur, Horatio, li. 1. Carm. Ode 30.

*Feruidus tecum puer & ſolutis*
*Gratię zonis.*

Et Flagrans Virgil. lib. 1. Aeneid.

*Flagrantiſq; Dei vultus.*

Nam & amantes flagrare dicuntur, Iuuenalis alicubi: *[Amor flagrans.]*

*Qui nunquam viſę flagrabant amore puellę.*

59 *[Amor vrit.]* ¶ Hincq; etiam amor libidoq; vrere dicuntur. Virgil. lib. 3. Georgicῶn:

*—Vritq; videndo*
*Fœmina.—*

Et Horatius li. 1. Carminum, Ode 19.

*Vrit me Glyceræ nitor.*

Et Catullus de honeſto coniugum amore, loquens in Epithalamio Iuliæ, & Mallij:

*Ille non minus, ac tu*
*Pectore vritur intimo.*

Et Ouidius lib. 1. Faſtorum:

*Te quoque inextinctæ, Silene, libidinis vrunt.*

Et lib. 3 eiuſdem operis:

*Armiger armigeræ correptus amore Mineruæ*
*Vror.—*

In quam etiam ſententiam eſt illud Diui Pauli 1. ad Corinthios cap. 7. Melius eſt nubere, quàm vri. Et torrere quoque dicitur amor, quod idem eſt Hora. lib. 3. Carm. Ode 19.

*Me lentus Glyceræ torret amor meę.*

60 *[Et torret. Ardent amantes.]* ¶ Propterea & è diuerſo amantes ardere dicuntur. Virg. li. 4. Aeneid.

*Ardet amans Dido.—*

Quem ſecutus Ouidius, de eadem re loquens, libro 3. Faſtorum:

*Arſerat Aeneæ Dido miſerabilis igne.*

Teren. in Eunucho. Amore (inquit) ardeo. Catullus de Acme & Septimio:

*Vt multò mihi maior, acriorq;*
*Ignis mollibus ardet in medullis.*

Tibullus lib. 2. Eleg. 4.

*Vror, Io remoue ſæua puella faces.*

Ex quo & ardere pro vehementer amare vſurpatur Virgilio in Eclog 2. *[Ardere pro vehementer amare.]*

*Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.*

Et Hora. lib. Carm. 3. Ode 9.

*Donec non aliam magis*
*Arſiſti.—*

Vbi & Acron Interpres hoc expendit. Hinc Cupido ille Deus libidinis, facem dicitur habere, qua hominum animos inflammat. *[Cupido facẽ habet.]* Nam apud Ouid. lib. 1. Meta. Phœbus ita Cupidinem alloquitur:

*Tu face neſcio quos eſto contentus amores*
*Irritare tua.—*

Varro ille vndequaq; doctiſſimus, in quadam Satyra, faces amoris ardefactas vocauit, quaſi ardore prægnãtes. Et huc adde, quæ ſuprà diximus in 9. Leg. Connub. quo loco tractauimus de luxuria mulierum: vbi docuimus, Venerem igne, & calore confici.

61 *[Rurſum quãtũ coitus obſit animo.]* ¶ Sed vt ad rem redeamus, Ariſtoteles lib. 7. cap. 9. Ethicorum, prodit uoluptates eſſe impedimento prudentiæ; atque quò magis hiſce quiſpiam gaudet, eò quoque magis impediri prudentiam, vt in venerea fit voluptate. Nemo enim, dum eſt in illa mente, quicquam percipere poteſt. Suntque qui huc referunt illud Senecæ in Præfatione libro 7. Declamationum: Nihil eſt tã mortiferum ingenijs, quàm luxuria. Quanquam de venerea luxuria non mihi loqui uidetur. *[Venus unde dicitur.]* Huc quoque reſpicit id, quod plerique exiſtimant, an tamen rectè, alij viderint, Venerem à Latinis appellatam à Ve, priuatiua & derogatiua particula, & νοῦς, id eſt, mens, ut etiam interpretatur Plato libro de Legi. vltimo, quòd videlicet laſciuia, quæ per Venerem ſignificatur, mentem infringat, & ſupplantet robur ingenij. Oribaſius autem

lib. Euporiſtῶn 1.c.22. Animoſitatem (inquit) minuunt vtique meretrices.

62 *De eadẽ re Minerua cur uirgo.* ¶ Quare non iniuria antiqui Vates & Philoſophi, Mineruam prudentię, & literarum Deam, atque Muſas diſciplinarum pręſides, inuentricesq́ue, virgines eſſe voluerunt. Nam & Camœnæ, teſte Pompeio, Muſæ dictæ ſunt, ꝙ ſint caſtæ mentis præſides: per hoc inſinuantes, caſtos eſſe debere, & à Venere alienos, literarum animiq́ue cultores. Proinde cum apud Platonem Venus Muſis minitaretur, niſi ſacra Venerea colerent, ſe contra illas filium ſuum Cupidinem armaturam: reſponderunt *Muſæ itẽ cur uirgines.* Muſæ, Marti, ò Venus, Marti talia minitare. Tuus enim inter nos Cupido non volat. Platonis in eam rem Epigramma adſcribit Laertius in vita illius. Stobæus Serm. 61. id dicit eſſe Muſicij:

Α'κύπρις Μούσαισι κοράσσια τὰν Α'φροδίταν
Τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρον ὕμμιν ἐφοπλίσομαι.
Χ' αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Α'ρει τὰ στωμύλα ταῦτα.
Η'μῖν δ' οὐ πέτατε τοῦτο τὸ παιδάριον.

Eſt autem apud Lucianum Dialogus Veneris & Cupidinis, in quo Venus cupidinem interrogat, quidnam cauſæ ſit, quòd Mineruam & Muſas ſuis iaculis non feriret. Quibus malo credere, quàm Myrtilo & Arnobio *Muſas quidã fuiſſe meretriculas uolunt.* lib. 4. aduerſus gentes, dicentibus, Muſas fuiſſe Macarei filias, Megaleonis ancillulas: & ita de his loquuntur, vt eas videri velint fuiſſe meretriculas. Et vt id non facilè admitterem, ſic nec omnino reciperẽ, eas virgines fuiſſe, quando Cliûs fuiſſe dicuntur filij Ialemus & Hymenæus: Euterpes, aut (vt alij dicunt) Terpſicores, Rheſus: *Muſarum liberi.* Thaliæ Palæphatus: Vraniæ Linus: Melpomenes, ſiue (vt alijs placuit) ipſius Terpſichores, Sirenes & Melius: Eratus Thamyris Polyhymniæ Triptolemus: Calliopes Orphęus: vt videre eſt apud Tzetzem in Commentarijs in Heſiodum. Id enim tibi obiter dicere voluimus. At huic, quod de Pallade diximus, adſtipulatur, quòd ea apud Apollonium lib. 3. Argonauticῶn profitetur, ſe expertem eſſe ictuum Cupidinis. Ita enim Iunonem alloquitur:

Η'μι νηίδα μέν με πατὴρ τέκε τοῖο βελάων.

*Cupido cæcus.* Nec abſimili ratione Poetæ ipſum Cupidinem cæcum finxerunt: quoniam videlicet cæcos efficiat, atque halluciantes, libidini deditos. Quanquam & id ad oculos corporeos referri poteſt, vt ſuprà alibi diximus, nu. 39. ex quo fortè.

63 *De eadẽ re.* ¶ Quid plura? nullum ſenſum natura lõgius, quàm tactum, ab intelligentia ſegregauit. Cum itaque quinque ſint hominis ſenſus, quos Græci αἰσθήσεις vocant, per quos voluptas animo, aut corpori quæri videtur, tactus, guſtus, odoratus, viſus, auditus: ex his omnibus voluptas, quæ immodicè capitur, ea turpis, atque improba exiſtimatur. Sed enim quæ nimia ex guſtu, atque tactu eſt, illa voluptas (ſicuti ſapientes viri cenſuerunt) omnium rerum fœdisſima eſt, eosq́ue maximè, qui duabus iſtis beluinis voluptatibus ſeſe dediderunt, grauisſimi vitij vocabulis Gręcis appellãt, ἀκολάστους, vel ἀκρατεῖς. Nos eos libidinoſos & intemperantes, vel in- *ἀκόλαστοι qui dicantur ἀκρατεῖς item.* continentes dicimus. Iſtæ autem voluptates guſtus atq; tactus, id eſt, libidines in cibos, atque Venerem prodigæ, ſolæ ſunt hominibus communes cum beſtijs. Et id- *Coitus nos brutis ſimiles facit.* circo is pecudum, ferarumq́ue animalium numero habetur, quiſquis eſt his ferinis voluptatibus occupatus, vt etiam annotauit Ariſtotel. lib. Quæſtionum 28. cap. 2. & latius c. 7. & iterum Moralium Nicomachicorum 3. c. 10. & retulit Gellius lib. Atticarum Lucubrationũ 19. c. 2. & Aurelius Theodoſius, qui totum hũc locum Aulo ſurripuit, ad fi. li. 2. Saturnalium: vbi & hęc verba poſt Gellium ſubdit: Quis igitur habens aliquid humani pudoris, voluptatibus iſtis duabus, coeundi atque comedẽdi, quæ homini cum ſue & aſino communes ſunt, gratuletur? Nam & hac potisſimum rõne Ariſtoteles ipſe (ſi tamen Ariſtoteles eſt) monet Alexandrum, vt coitu abſtineat, quoniam ludus ſit porcorum aliorumq; *Alexãder ex coitu ſe nõ eſſe Deũ cognouit.* brutorum animalium. Quæ enim tibi (inquit) gloria erit, ſi cum porcis communicaris? Ipſe autem Alexander, cum Deus à multis diceretur, duabus potisſimum rebus ſeſe mortalem eſſe depręhendere dicebat, ſomno, & coitu, veluti hæc duo præcipuè ab illa diuinitate eſſent aliena, vt tradit Plutar. in vita ipſius Alexandri, & in lib. de Diſcrimine adulatoris & amici, & Sympoſiacῶn Problematῶn Decade 8. c. 1.

64 *De eadẽ re.* ¶ At Ariſtotelis præceptor Plato, Homerus Philoſophorum à Panætio plerunque vocatus, in li. 9. de Repub. Libidines rei venereæ & gulæ iniquas eſſe dicit, immanesq; & efferas: eosq; qui illis inuoluuntur, pecudibus comparat. In Phædro quoq; hominem Veneri deditum pecudi ſimilem dicit: & flagitioſum & impudentem, & voluptatis non naturalis auidum vocat. Idem verò vitam cœlibem caſtamq; ſemper vixit: propter quod vſque adeo timuit peruerſam temporum ſuorũ opinionem, vt ſacrificaſſe naturæ perhibeatur: quaſi peccatum expiare vellet, quòd liberos non procreaſſet: vt retulit D. Auguſtinus in lib. de Vera religione. In quo & illud quoque prodidit, Platonem ipſum diſcipulos edocere ſolitum, vt à venereis voluptatibus abſtinerent: perſuaſisſimumq́ue haberent, veritatem non corporis oculis aut ſenſu aliquo, ſed ſola mentis puritate videri: ad quam percipiẽdam nihil magis impedimẽto eſſe, quàm vitam libidinibus deditam. Sed & apud eundem Platonem circa initia libri primi de Republica, Sophocles ille Athenienſis (quem Tullius libro 1. de Diuinatione, appellat diuinum poetam) coitum ipſum agreſtem furioſumq́ue dominum vocat. Quod & commemorauit Tullius ipſe in lib. de Senectute, & Valerius lib. 4. cap. 5. De quo & nos diximus ſuprà in 6. Leg. Connub. num. 10. incip. Sophocles. Cæterum Simplicius in Commentarijs Enchiridij Epicteti, cap. 43. quo de re venerea agit. Omnis (inquit) corporalis voluptatis continentia rationalem animum corroborat. Deniq; Marſilius Ficinus naturæ rerum peritisſimus, in eo libro, quem ſcitè non minus, quàm venuſtè, de Triplici vita compoſuit, coitum inter pręcipuos ſtudioſorum hoſtes annumerauit.

65 *Ratio præcedẽtium.* ¶ Horum autẽ efficacisſima ratio depromitur ex ijs, quæ ſcribit Hippocrates, diuini vir ingenij, ad calcẽ propè lib. 1. περὶ νούσων, id eſt, de morbis: Sanguinem qui in homine eſt, plurimã prudentiæ partem conferre, quinimò & totam, ex multorum ſnĩa. Ideoq; mentis vacillationem ſiue phrenitin hinc prodire, quod bilis mota venas ſanguinemq; intrat, eumq; agitat. Suprà autem ſatis docuimus, ſperma ex ſanguine probisſimo gigni, eiusq; medullam eſſe: ideoq; & ſanguinem à multis vocitari. Ex quo ſit conſequens, vt quò frequentius quis coit, eò magis prudentiæ officit.

66 *Coitus memoriæ nocet.* ¶ Et cùm inter animi partes, ſiue malis, vires, potisſima ſit memoria, neceſſarium illud maximè vitæ bonum, vt dicit Plinius lib. 2. cap. 24. Nihil certè eſt, quod huic parti magis officiat, quàm immodicus concubitus, vt non abs re Ætius Tetrabibli, id eſt, quaternionis 2. Sermone item 2. ca. 23. quod de memoria amiſſa eſt, præcipiat, vt Veneris vſus ſit rarisſimus; neque enim eum ad totam ſanitatem conducere, neque ad animæ ratiocinationem, imò & triſtitiam inducere, & lancinationem illam in coitu contingentem, conuulſioni quodammodo eſſe cognatam: & perfrigerationem, quæ ſuccedit, congelare quodammodo, ac ſtupefacere intelligentiam. Nam & idem eiuſdem ſermonis cap. *Furtũ huius libri.* 8. tradiderat homines ex concubitu fieri obliuioſos. Miror autem, quid in mentem venerit Philippo Probo, qui hæc Veneris incommoda à me primum collecta ex optimis quibuſque authoribus in noſtra illa prima editione



editione anni 1524. propè ad verbum tranſtulit ad ſuas ad Ioan. Mo addi. in rub. de vita & honeſt. cle. li. 6. hinc tantum occaſione ſumpta, ꝙ ea rub. vtitur eo verbo, vita, quam nimio concubitu abbreuiari dicit: & ad id probandum confeſtim duas paginas his, quæ diximus, implet, cum mendis librariorum.

67 *Coitus frequẽs facit ſemen infœcundũ.* ¶ Verùm, vt redeamus, his adde, ſi diuis placet, aliud incommodum, & quidem non contemnendum, intemperati immodicique concubitus: quòd ſicuti loquendi intemperantia orationem inanem reddit, ac ſtolidam, ita illorum ſemen, qui ſe ad coitum intemperantes præſtant, infœcundum plerunque & ſine fructu eſt, vt ſcribit Plutarchus in vita Lycurgi, & atteſtantur Philoſophiæ Medicinæq́ue ſcriptores, & comprobat ratio omnibus cognita, quoniam immodicus Veneris vſus ſemen exhauriat, vt ſcribit Galen. in 1. lib. de ſemine, aut certè ſi quod reliquum ſit, id non ſatis coctum ſit, nec ideo generationi idoneum. Et hac fortasſis ratione aliqui duobus ante menſibus arietes è coitu reuocant. Id enim pręcipit Didymus apud autorem Geoponicῶn lib. 18. c. 3. Qui & ipſe eiuſdem operis lib. 17. c. 3. tauros à communibus paſcuis cum vaccis arcet duobus quoque ante admiſſuram menſibus. Quod & Varro ſe facere ſolitum teſtatur li. 2. Rei ruſt. c. 5. Quamuis Palladius Rei ruſt. li. 8. cap. 4. aliam reddit rationem, quæ & huc quoque pertinet, vt ſcilicet facem libidinis augeat dilatio voluptatis.

68 *Fœminæ frequẽter coeũtes, citò ſterileſcunt. Et rarò cõcipiunt.* ¶ Id quod etiam in fœminis obtinet, qui quò frequẽtius coeunt, eo velocius ſterileſcunt. Quod & de Aſinis aſſerit Ariſto. li. 6. de Hiſtoria animalium, c. 23. Plutarchus autem li. 5. de Placitis Philoſophorum, cap. 9. Cur (inquit) mulier frequentius libidini indulgens non concipit? An ꝙ (vt Diocles Medicus tradit) ſemen non emittat? an ꝙ minus, quam conueniat? an ꝙ tale, in quo vis prolifica non ſit: aut quòd plus caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatiſve, quàm par ſit, habeat: aut denique quòd reſolutus vterus ſemen non contineat. Is autem liber inter opera Galeni quoque reperitur hoc titulo, De Philoſophorum hiſtoria, quem nomine Galeni, in Latinam linguam traduxit Iulius Martianus Rota, cum multò ante tempore tranſtuliſſet Budæus noſter nomine & titulo Plutarchi. Fuerunt autem vterque & Plutarchus, & Galenus eodem penè tempore, ſed Plutarchus paulò antiquior. Nam eum Galenus ipſe citat ex Homericis meditationibus, in lib. 3. de Hippocratis & Platonis decretis. Eſt autem is liber dignus vtriuſq; titulo, vt qui doctisſimus eſt: eumq́ue putat Leonhartus Fuſchſius in Annotationibus Galeni, de Sanitate tuenda, quempiam ex Plutarcho & alijs cõtexuiſſe. Nec conceptum tantum impedit frequens coitus, ſed & ipſum iam factum corrumpit, vt poſtea dicemus, nu. 141. inci. quintum ne vxorem.

69 *Coeuntes frequẽter minus in coitu delectantur. Rara maximè delectant.* ¶ Nec hoc incommodum prętereundum cẽſuimus, quòd qui frequenter coeunt, minus coitu delectantur: quoque coitus rarior eſt vſus, eo quoque ſuauior eſt, & magis voluptuarius, ex ſententia Ariſtotelis, qui eius rei rationem reddit lib. de Generatione animalium 1. cap. 18. & Auicennæ lib. 9. de Animalibus, c. 6. vbi tamen dicit, aliud eſſe in fœminis, quæ in menſtruis ſunt: & Pet. Apo. in Commentarijs Ariſtotelis, Quæſtionum encyclicarum 4. c. 15. iterumq́ue in eo docto opere, cui Cõciliator titulus eſt, differentia 34. Idq́ue eſt, quod Democritus dicit apud Stobæum, Sermo. 15. τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γενόμενα μάλιστα τέρπει. Id eſt, Delectabiliũ quæ rarisſima ſunt, maximè delectant. Rurſumq;, εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίγνοιτο. Id eſt, Si quis modum exceſſerit, iucundisſima quæque iniucundisſima fient. Priorem autem ſententiã etiam adſcripſit Monachus ex incerto quopiam authore, 1. tomo Meliſſæ, cap. 37. Alij id Epicteti eſſe dicunt. Cui concinit illud D. Hieronymi ad Euagrium: Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Quod & repetitur in cap. legimus 93. diſtinct. Et idem Hieronymus in Vigilantium: Ardentiùs appetitur, quicquid eſt rarius. Et facit etiam textus in §. quantacunque, in fine. & ibid. gloſſ. in verbo, miraculum, in auth. de Conſul. & in ca. ſi officia, in fi. 59. diſtinct. & in c. in ſancta. 2. q. 7. & in ca. quamuis in prin. de pœnis, diſt. 3. Et illud Martialis li. 4. ad Pudentem:

*Rara iuuant: venit primis ſic gloria pomis:*
*Hybernæ pretium ſic meruere roſę.*

Illudq; alterius Poetæ noſtri temporis, quem multis antiquis non inferiorem meritò dixerimus. Is eſt Ioannes Secundus Hagienſis:

*Eſt modus & dulci: nimis immoderata voluptas*
*Tædia finitimo limite ſemper habet.*
*Cerne nouas tabulas, rident florente colore,*
*Picta velut primo verè coruſcat humus.*
*Cerne diu tamen has, hebetataq; lumina flectas:*
*Et ibi conſpectus nauſea mollis erit.*
*Subq; tuos oculos aliquid reuocare libebit,*
*Priſca quod inculta ſecla tulere manu.*

Et Iuuenalis Saty. 11. in fi.

*Voluptates commendat rarior vſus.*

Et id quidem omnes quotidie in concubitu experiuntur. Tametſi Hippoc. aliud voluiſſe videtur in maribus, lib. περὶ φύσιος παιδίου, id eſt, de natura pueri. Nam ſi vir (inquit) crebrò coeat, venæ hinc laxiores redditæ, Venerem magis incitant. Quod ſi verum eſt, & id quoq; inter Veneris incommoda ponendum eſt. Nam quo crebrius coeas, eo huius rei appetentior eris. *Aliud Veneris incõmodum.*

70 *Venus uocis ſuauitati nocet.* ¶ Sed & illud denique incommodum adſcribemus, hunc immodicum & frequentem coitum, vocis ſuauitati, ſi quid aliud, obeſſe plurimum. Hincq; ſcribit Ariſtoteles lib. hiſtoriæ animalium 7. cap. 1. cantores à coitu abſtinere ſolitos, vt ita diutius vox ſine mutatione ſeruetur ſuauis, & canora: quæ in virilem ſonum tranſit in his, qui rem veneream agere incipiunt. Fortunatianus ſcribit, ἀναφώνησιν, id eſt, exclamationem, claram vocẽ efficere: firmam autem & ſuauem cibi, potus, & ventris obſeruantiam, & Veneris continentiam. Democritus (vt refert Pli. li. 20. c. 4.) Venerem rhaphano ſimilem eſſe putat: & ob id fortasſis (vt ſubdit ipſe Plinius) voci nocere aliqui tradiderunt. Quod & ipſum authoritate Florentini tradit author Geoponicῶn 12. c. 22. Ex quo intelligis, ea quæ libidinem incitant, vocem quoque lædere: vti è diuerſo quæ Venerem inhibent, uocẽ iuuãt. Nam Pli. lib. 26. c. 10. author eſt, radicem nymphеę inhibere Venerem, & effluentiam genituræ: ob idq; corpus alere, vocemq́ue.

¶ Et huc (niſi fallor) alludit Martial. libro 7. Epigramm. 81.

*Menopoli penem tam grandis fibula veſtit,*
*Vt ſit comœdis omnibus una ſatis.*
*Hinc ego credideram (nam ſæpe lauamur in vita)*
*Sollicitum voci parcere, Flacce, ſuæ.*
*Dum ludit media, populo ſpectante, palæſtra.*
*Delapſa eſt miſero fibula, verpus erat.*

Et Horatius in Arte Poetica.

*Abſtinuit Venere & vino, qui Pythia cantat*
*Tibicen.——*

Vbi & id annotauit Ianus Parthaſius, vnus ex eius Interpretibus, ſi is eſt. Galen. autem li. 6. de Locis affectis, ad fi. ſcribit cantores, & athletas per omnem vitæ partem à Venere abſtinere ſolitos. Vide tamen ea, quæ nõ multò poſt dicam nu. 75. incip. rarus.

71 *Venus dãnoſa.* ¶ Ex his autem maximis incommoditatibus, quibus ex Venere affligitur & corpus & animus, ſatis potes intelligere, non abs re Horatium damnoſam Venerem appellaſſe, li. 1. Epiſt. 19.

*Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat*
*Gloria.*——

*Et libido.* Et alibi Libidinem damnoſam, eiuſdem operis libr. 2. Epiſtol. 1.

——*Per quæ*
*Creſcere res poſſet, nimium damnoſa libido.*

*Et voluptas Veneris.* Nam & Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 11. eademq; vlti. ad Flaccum, voluptatem Veneris damnoſam quoq; vocat, quòd ea. ſ. vires adimat & animi & corporis:

*Nec vires adimit Veneri damnoſa voluptas:*
*Non ſolet in mœſtos illa venire toros.*

73 ¶ Neque tamen maritos propterea à coitu moderato, ſed tantum immodico & intemperato deterrere volumus: tum quia matrimonium ſuadet, vt interdum procreationi liberorum, & honeſtæ voluptati (quod iam ſatis dictum eſt in ſecunda lege connubiali, numero 65. incip. ſecundum, vxor, & ſequen.) operam demus: tum quia coitus tempeſtiuus, & non exuperans, vel reclamante Epicuro, ſaluberrimus eſt, nec pauca affert commoda hominibus. *Venus morbis pituitoſis prodeſt.* Venus ſiquidem prodeſt morbis, qui contrahuntur à pituita, ſi verum dicit Hippocrates li. 6. Epidemiω̃n, & Aphoriſmorum lib. 5. cap. 23. & Ariſtoteles lib. Problema. 1. cap. 51. & iterum lib. 4. cap. 17. vbi & huius rationem reddit, quam tu, ſi lubet, videre poteris. & Auicenna in 20. 4. tract. cap. 10. & longè lateque Petr. Aponen. diff. 186. *Epilepſiæ.* Ideoq; Epilepſię, quæ ex pituita eſt, vt latè probat Hippocrates in libro, quem de eo morbo nũcupatim edidit, Venerem Aſclepiades & alij pleriq; imperabant, vt tradit Cælius Aurelianus li. Chroniω̃n 1. c. 4. Quo in loco ipſius in ea re ſententiam reperies. Nam ſunt, qui huic opinioni aduerſantur, vt ſuprà diximus.

74 *Et melancholicis.* ¶ Confert & Venus melancholicis per viam aduſtionis, vt teſtis eſt ipſe Ariſtoteles lib. Quæſtionum 4. cap. 31. & ibi Aponenſis ipſius interpres, & Auicenna, d. ca. 10. vbi & alia multa coitus iuuamenta adducit. Et id quod de melãcholicis diximus, intellexit Hom. vt oſtendimus in noſtro tract. Nobil. quo loco de Medicina Homeri diſſeruimus, nu. 164. inci. ſciuit aũt concubitũ. Idẽ *Et qui calida natura ſunt.* autem Ariſto. eo. lib. c. 30. Cur (inquit) quibus calida natura eſt, ſi modò robuſti pleniq; ſunt, niſi concumbant, ijs ſæpe bilis proſilit, & aluus amara ſuccedit, & pituita ſalſa conficitur, & color corporis immutatur? Cuius rei rõnem ibi videre poteris. Confert etiam oculorum acumini. *Oculorum acumini.* Nam qui re venerea minimè vtuntur, in acumine oculorum offenduntur, vt tradit Ariſtot. d. lib. Quæſtionum 4. ca. 3. De quo tamen vide, quæ dixi ſuprà nu. 39. incip. ex quo fortè. *Morbo regio. Et quibuſdam Iſchiadicis. Et interdum podagricis.* Prodeſt etiam morbo regio, ſiue arquato, vt placuit Tito illi Aſclepiadis ſectatori, & Themiſoni apud Cælium Aurelianum: qui id tamen negat libro Chroniω̃n 3. c. 5. Et Iſchiadicis, qui nõ ex vſu venereo facti ſunt, vt idem ſcribit lib. 5. c. 1. Et interdũ podagricis, propter conſuetudinem vitioſam, ſemine plurimum irritante, cùm videlicet & multi & noxij humoris fuerit: cuiuſmodi generatur in naturis propriè multiſeminijs appellatis. Quod adde ad ea, quæ diximus ſuprà, nume. 45. incip. illud autem. Cæterum Hippocrates, vt ad eum redeamus, in lib. περὶ παρθενίων, *Virginibus furioſis.* id eſt, de natura, ſiue morbis virginum, ad calcem, monet virgines, quæ furore & inſania vexantur, quamprimum cum viris commiſceri, ſi ſanitatem conſequi velint. *Nariũ diſtillationibus.* Idem Hippocrates li. 5. περὶ ἐπιδημιῶν, tradit Timocareti cuipiam per hyemem multam diſtillationem per nares defluxiſſe: at cum Venere vſus fuiſſet, cuncta ſiccata fuiſſe, atque tertia die omnino conualuiſſe: quod & ipſum li. 7. repetit.

95 *Quib. alijs prodeſt Venus.* ¶ Rarus coitus, vt ſcribit Cornelius Celſus, corpus excitat: & vt memoriæ prodidit Pli. lib. Natur. hiſt. 28. c. 6. athletæ torpentes Venere reſtituuntur. Venere vox reuocatur, cum è candida declinat in fuſcam. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis. Idem lib. 18. c. 4. tradit à ſerpente & ſcorpione percuſſos coitu leuari, verum fœminas ea Venere lædi. Et vt ſcriptum reliquit clariſſimus Medicinæ conditor Galenus libro 6. de Locis affectis, ſiue vt vulgò loquuntur, de interioribus, cap. 5. Sunt nonnulli, qui niſi aſſiduè coeant, capitis grauitate moleſtantur, cibos faſtidiunt, ac febribus obnoxij ſunt: atque vt deterior eſt ipſis appetentia, ita & concoctio minor. Hos Plato arboribus immodicè fructiferis comparat. Equidem noui quoſdam, quibus huiuſmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis vſu abſtinentes torpidi pigrique facti ſunt: nonnulli etiam melancholicorum exemplo, præter modum mœſti, ac timidi, cibi etiam tum cupiditate, tum concoctione vitiata. Quidam vxoris mortem lugens, & à concubitu, quo anteà creberrimè vſus fuerat, abſtinens, cibi cupiditatem amiſit, atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: vbi verò ſeipſum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitũ excitabatur: mœſtus etiam apparebat, non ſolum ob has cauſas, ſed etiam (vt melancholici ſolent) citra manifeſtam occaſionem. Hæc ergo cõſideranti mihi apud me ipſum viſum eſt, longè maiorem ex retento ſemine, quàm menſtruis, corpori noxam euenire poſſe: præſertim in his, qui ſuaptè natura vitioſis abundant humoribus, & pleni ſunt, atque in otio educati: quiq; cum antea nihil ad libidinem reliqui feciſſent, affatim continere cœperunt. *Semen retentũ maiorem noxam affert quam menſtrua.* Equidem perpendi in his naturalem excernendi ipſum cupiditatem, huius rei cauſam eſſe. Cũ enim & tale & tantum fuerit, neminem non ad ſui excretionem vi quadam ſtimulat. Ita Diogenem Cynicũ narrant alioquin omnium mortalium (quod ad continentiam pertinet) conſtantiſſimum, libidini tamen indulſiſſe, non à copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectum: ſed vt noxam, quæ à retento ſemine prouenire ſolet, euitaret. *Diogenes obſcœna hiſtoria.* Eum meretrix adire pollicita, cũ diutius ceſſaret, ipſe manu pudendis admota, ſemẽ proiecit, ac venientem deinde mulierculam remiſit, inquiens: Manus Hymenæum celebrando te præuenit. Quam Diogenis hiſtoriam etiam tãgit Agathius Scholaſticus li. 7. Epigramm. Græcorum, eo Epigrammate, cuius initium eſt:

Ποίην τὶς πρός ἔρωτας ἰουτρίζον.

Vbi eam meretricem Laidem fuiſſe dicit. Sed vt ad Galenum reuertamur, ſubdit quæ ſequũtur. At planè conſtat, modeſtos viros non ob voluptatem, ſed vt ab impedimento præſeruentur libidini indulgere, perinde ac ſi nulla eſſet ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua aĩalia ad coitum excitari arbitror, non ꝙ exiſtiment voluptatem boni cuiuſpiam ſpeciẽ præſe ferre, ſed vt ſemen quod ob retẽtionem ipſis moleſtum eſt, excernãt, haud ſecus quàm eijciendi ſtercoris, excernendæque vrinæ deſiderio ſuaptè natura moueri conſueuerunt. Subdit & exemplum de muliere quadam, quæ ex longo iã tempore vidua, cum præter cætera mala neruorum quoque moleſtijs vexabatur, ac dicente obſtetrice vterum eſſe retractum, remedijs ad huiuſmodi affectus cõſuetis vti decreuit: quibus adhibitis partim ob ipſorum calorem, partim etiam quòd inter curandum manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione, cum labore & voluptate, veluti per coitum vſuuenire ſolet, excreuit craſſum plurimumque ſemen: atque ita à moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta coniectura aſſecutus ſum, vitiato ſemini maiorem, quàm menſtruis eſſe vim, ad noxam vniuerſo corpori inferendam. Itaq; licet hæc quidem aliquando profluant è viduis: ſuppreſſum nihilominus ſemen moleſtiam noxamque ipſis inferre poteſt.

¶ Paulus quoq; Aegineta, qui vniuerſam Medicinã 76 *De eadẽ re.* à Galeno ipſo, & Oribaſio per innumeros ferè libros

tradi-

traditam, in ſeptem libros compendioſe redegit, in illorum 1. cap. 35. At ne Venus quidem (ait) vtilitate caret, vtpotè quæ plenitudinem vacuat, corpus auctum, leue, virile reddit. Et quod ad animum pertinet, rationis vim impeditam ſoluit, ingentes iras remittit. Idcirco melancholico aptiſſimum remedium, ſi quicquam aliud. Reducit autem ad modeſtiam, vel alio quouis modo inſanientes: atque morbis quos pituita conflauit, magnopere conducit: faſtidientibus cibi appetentiam reſtituit: nonnullos à crebris quoque ſomnijs liberat. Et poſt pauca: Vt labor (inquit) ſic & concubitus, ſi modus ſeruetur, vtilis eſt. Nam & ad opus excitat, & facilitatem quandam ei, qui ſic conſueuerit, præbet. Et cap. 98. ſcribit coitum moderatum non raro ſomnum conciliare. Oribaſius lib. 1. Euporiſtω̃n c. 22. de Venere loquens: Mutat (inquit) cognitio ad manſuetudinem, vt etiam melancholiam amantis, & maniam componat & eroticon. Rurſus, eiuſque authoritate Aetius Tetrab. 1. Sermone 3. cap. 8. Reſtat vt vtilitates Veneris recenſeamus: neque enim penitus inutiles, & omnibus nociuæ res venereæ exiſtunt, ſi & vſum, & tempus & modum, & ſanam vtentis conſtitutionem inſpicere velis. Vtilitates ex coitu hæ ſunt, repletionem euacuare, & leuius reddere vniuerſum corpus, idemque ad augmentum promouere & virilius efficere. Duris habitudinibus ex longioribus interuallis vſus eius commodat: Mollit enim organa, & meatus dilatat, & pituitam expurgat: & impeditam rationis vim explicat, & maximas iras remittit. Quapropter & atra bile percitis ſubtriſtibuſque & hominum conſortia fugientibus, velut magna quædam medela, commodiſſimus exiſtit. Sed & iuxta alium modum furioſos ad ſaniorem mentem reducit, & quoſdam comitiali morbo prehenſos ſanat, & capitis grauitatem ac dolorem ad integritatem permutat. Et paulo poſt: Multi quoque ex morbis alimentum non ſentientes, ex vſu ipſius refecti ſunt: alij bene ſpirãtes ex ęgrè ſpirantibus euaſerunt, alij cibos auerſantes appetentiam edendi aſſecuti ſunt: quidam à frequentibus ſeminis per ſomnum effuſionibus liberati ſunt. Hęc ille. Quæ Paulus Ægineta propè ad verbum, vt vides, in ſuum librum tranſtulit. Fuit enim Aetius illo prior, eũque citat lib. 4. in prin. quanquam ſunt, qui alium eum eſſe putant, quem citat Paulus, eſſeq; mendum in verbo Aetius, nam Aretæus eſſe ſcribendum ex Græco codi- *Aetius prior Paulo Aegineta. Paulo Aegineta locus.* ce Aldi, vbi ſcribitur, Καππαδόκην Ἀρεταῖον Nec Aetius Cappadox fuit, vti illum appellat Paulus, ſed Abydenus. Conſtantinus in viatico, li. 1. c. 20. ex eodem Rufo: Coitus (inquit) ijs confert, quibus nigra cholera, & melancholia dominantur.

77 *De eadẽ re.* ¶ Raſis ad Almanſorem lib. 4. c. 17. Coitus corpus repletum alleuiat, & animam hilarem & lætã efficit, eiuſque auget leuitatem; iram quoq; ſedat, ac cogitationem remouet: caput alleuiat, atq; ſenſus. Deniq; ſi quis multo vſus fuerit coitu, repletionis malum euacuando euadet. Halyabbas in 5. Theoricæ c. 36. Si huius ſuperfluitas (de ſpermate loquitur) ſuis aucta in vaſis, coitu non purgatur, nec poterit eam expellere natura, in inguinib. fit, & illis ſimul, extenſio, omniq; in corpore grauitas; ſępeque ſuis ſperma calefit in vaſis, fitq; febris: quoniam membra hæc quidem poſt illa calefiunt, donec cordi calor ille continuetur: nonnũquam eius vapores aſcendũt ad cerebrum, vbi & peſſimos generant morbos. Et ſtatim inferius: Dimiſſio coitus hebetudinem ſenſuum & intellectus parit, & capiti accidit grauitas, & viſui tenebræ, & frangitur corpus, & appetitus imminuitur ciborum, & nonnunquam complexio declinat à ſtatu ſuo: aliquoties etiam patitur maniam ex vaporibus ſpermatis ad cerebrum aſcendentibus: ſæpe quoq; fit corpori frigus, & nonnunquam tremor præcordiorum, pectoris attractio, ſæpe etiam ſcotomia & vertigo. Itẽ ſi vſus fueris (inquit) coitu vt oportet, cogitationes cedunt, ita mitigatur & mania, melancholicæ prodeſt paſſioni: prodeſt etiam phlegmaticis morbis, ſomniorumque medetur multitudini, & appetitum confortat. Oribaſius autẽ ipſe in Compendio Medicinæ, 6. c. ex ipſo Rufo multa tradit commoda Veneris, multaq; incommoda, in hęc verba: Venerei actus iuuamina ſunt iſta, vt qui multum repleti ſunt humoribus, euacuentur, & leuiores pręſtentur corpore, & augmententur, vt viriles appareãt in corpore. Si verò frequens ſit, intellectum animi diſſoluit. Nam iracundos temperat, & mites facit, propter quod melancholicis magis, quàm alijs, ſanitas vtiliſſima eſt, & expediens Veneris commixtio. Componuntur autem ex his ad integrum ſenſum, etſi ex alio modo inſaniunt. Et his, qui ex phlegmate ægrotant, optima eſt Venus, & his qui craſſi ſunt corpore, ſi non repleti cibo miſceantur. Hi autem per ſomnum frequentius euacuati liberantur. Et alia quæ ſequuntur, propè ſimilia ijs, quæ ex Aetio deſcripſimus. Nam & vterq; vt diximus, ſumpſit ex Rufo.

¶ Auicenna in prima tertij, tractatu quinto, capite 78 octauo. Quandoque (ait) accidit huiuſmodi, vt in vaſis ſeminalibus aggregetur ſperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur & conuertatur ad qualitatẽ venenoſam: & accidit ei, ſicut epilepſia. Et in 23. tract. 1. capite decimo, ſic ait: Coitus alleuiat corpus, & ipſum præparat ad augmentum. Et aliquanto poſt: Et quandoque ſequitur ipſum coitum expulſio cogitationis dominantis, & acquiſitio audaciæ, & edomatio iræ ſuperfluæ. Et iterum poſt pauca: Plurimorum, quorum complexio requirit coitum, cum ipſum dimittunt, infrigidatur corpus, & cadit appetitus cibi, ita vt etiam non recipiant. Et rurſum non multò poſt: Quandoque accidit viro ex dimiſſione coitus, & abundantia ſpermatis, & frigore, & conuerſione ipſius ad ventoſitatem (& forſitan vult dicere venenoſitatem) vt mittat ſperma ad cor & cerebrum, vaporem malum, ventoſum (vel quod magis credo, venenoſum) ſicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Sed & in viceſimaprima tertij, cap. ſecundo. Retentio ſpermatis eſt mala valde. Et in Canticis libro 1. cap. 153. Coitus commendatur iuuenibus, quatenus per eum à nocumentis pernicioſis liberentur. Quem locum enarrans Auerroes. Si coitu (inquit) uſi non fuerint, contingent eis morbi magni, & illaudabiles. Item Auerroes ipſe li. 6. Collig. Coitus moderato vſu conueniens exiſtit. Quod non concedimus, niſi quia ſperma eſt vna ſuperfluitas præparata à natura, vt expellatur, ſicut & aliæ ſuperfluitates, excepto quod in ſe bona eſt.

¶ Haly Rodoan in 3. Techn. Commẽto 35. Si ſuperfluitas in corpore aggregata, ex ſpermate non egreditur 79 *De eadẽ re.* per coitum, coarctatur in corpore, & ex ea generantur ægritudines malæ. Nam coarctatione ſeminis, generantur ex eo vapores mali, qui aſcendunt ad cor, & cerebrum, & ſtomachum: & corrumpunt ſanitatem illorum membrorum, & generant ægritudinem. Et fortaſſis ex eo eſt aliquid ſimile veneno viperino: ſicut accidit ei, qui aſſueuit coitui, & dimittit eum longo tempore, ex debilitate appetitus cibi, & pigritia à motibus, & generatione humoris melancholici: & fortaſſe corrumpitur, & excitatur ex eo, quod eſt ſimili virtute veneni, ſicut illud quod accidit viduis ex ſuffocatione matricis, & multis viris, qui ex eo moriuntur ſubitò. Albertus Magnus lib. de Animalib. 15. tractatu 2. ca. 5. Aliquando (inquit) propter nimiam retentionem ſpermatis in infirmis corporibus accidit congregari multas malas ſuperfluitates, quibus primum impeditur corpus. Et poſt pauca ſubdit, quòd hinc quandoque mors accidit. Et Arnaldus Villanouanus in Speculo: Si coitus (inquit) fuerit remiſſus, vel ex toto etiam fue-

 rit

rit prætermiſſus, coarctato ſpermate in vaſis generationis propter pollutiones, euenit grauedo, triſtitia: perturbatio intellectus aduenit corpori, propter vapores corruptos, ad cor & cerebrum venientes, & interdum vaſorum apoſtemata.

80 *De eadẽ re.* ¶ Ex recentioribus quoq; Petrus Aponenſis naturæ rerum & Medicinæ conſultisſimus, in Ariſto.li.3.Quęſtionum orbicularium, c.1. Per coitum (inquit) cum neceſſarium fuerit, homo alleuiatur, & alacris efficitur anima, malum expellendo conſilium. Idem multa in eandem ſententiam ſcribit in lib. earundem Quæſtionum 4.c.29.ſed multò plura in ſuo nobili opere, quod Conciliatorem vocauit, vbi veterum præcepta Medicorum ſimul connectit, atque conciliat, differentia 124.& iterum differ.186. Multa quoque Michael Sauonarola tract.2.c.1.in quarta re non naturali: & Valeſcus Tarentinus in ſuo Philonio li.6.c.3.in 9.Articulo, & Conſtãtinus Aphricanus in lib.de Coitu: & ex aliorum authoritate Antonius Gazius in ſuo lib. quem Coronam floridam nominat, cap 35. & poſtremò Symphorianus in ſua Roſa florida, quam ſatis impudenter ab ipſo Gazio magna ex parte furatus eſt, vir alioquin non indoctus, c.8.ipſius operis.

81 *Venus ἀμβολογήρα* ¶ Horum ſententias fulcit vetus illud Veneris ἀμβολογήρας cognomine ſimulacrum, Spartanis ex oraculo erectum, vt teſtatur Pauſanias lib.3. Eſt enim ἀμβολογήρα, tanquam ſenectam differens. Quaſi venus non importuna, minimeq́ue intempeſtiua ſenectutem arceat. Sed illud non prætermittendum duximus non conuenire Aſtrologis cum Medicis aſſerentibus coitum prodeſſe melancholicis. *Venus an melancholicis proſit* Aſtrologi enim Venerem & Saturnum inimicos inuicem eſſe dicunt. Nam ſi quem Saturnina paſſione occupatum leuare velimus per venereos actus, fruſtra (inquiunt) atque etiam cum iactura conemur: vtpote cum ſint remedia longè diſtantia. Ideoq́ue optimum temperamentum eſſe per quædam Phœbi Iouiſq́ue, qui inter Saturnum & Venerem ſunt medij, remedia, homines ad medium reuocare, vt ſcitisſimè à Marſilio Ficino annotatum eſt, lib. de Vita longa, cap.16.

82 *Mercurius iuxta Venerem collocatus. Modus & tẽpus exercendæ Veneris.* ¶ Multa ſunt ergo (vt redeamus) Veneris modicæ rarioriſq; cõmoda, multa itẽ frequẽtioris immoderatæq́; incommoda: vt non abs re veteres (quod Plutarchus tradit in Præceptis connubialibus, & alibi nos retulimus) Mercurium rõnis præſidem, iuxta Venerẽ collocarint: tanquam voluptas venerea ratione maximè indigeat, quæ ad modeſtiam, ſiue modũ ducat, vt nec minus, nec plus quàm oporteat, illam exerceamus. Nam vt ſcribit Euripides in Medea, de ea re loquens:

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
Ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν,
Ἀνδράσιν εἰσ' ἄλισ ἔλθοι
Κύπρις ἄλλα θεός
Εὔχαρις οὕτω.

Et paulò poſt:

Στέργει δέ με σωφροσύνα
Δώρημα κάλλιστον θεῶν.

Id eſt, ad verbum, quantum fieri poteſt;

*Amores ſupra quidem nimium*
*Venientes, non laudem*
*Neque vires tradiderunt*
*Viris. Si autem, quod ſatis eſt, venerit*
*Venus, non alia Dea*
*Gratioſa vſque adeò.*
*Placet enim mihi modeſtia,*
*Donum pulcherrimum Deorum.*

Quam ſñiam & nos attulimus ſuprà in 2.l.connu.num. 72.incip.ad quam ſñiam, ad aliam rem huic proximã. Cui concinit & alia eiuſdem ſententia, quam tu videbis infra nu.91.ex illis autem.

83 *Aeas cum vxore ter tantũ per totã vitã cõcubuit. Solonis de concubitu lex.* ¶ Cuius rei non ſatis fortaſſe pleriſque videbitur maritos admonuiſſe, niſi & illud declarauerimus quis rarus, temperatuſque atque moderatus coitus dicatur, quiſve frequens, atque immodicus. Apud Soſomenum lib.9.Hiſtoria, quam tripartitam appellant, cap. vltim. Aeas philoſophus ex Paleſtinæ Gaza, cum pulcherrimam vxorem duxiſſet, ter cum ea tantum concubuiſſe, totidemq́ue filios genuiſſe fertur. Quem ſi viri imitandum ſibi proponerent, neſcio an fœminæ quantumlibet pudicæ, ſibi ſatis eſſe ducerent. Et profectò ſatius eſſet omnino eius voluptatis expertes eas manere, quàm eam ipſam delibare, & veluti primoribus labris tantum attingere. Solon qui & ſapiens vnus fuit ex ſeptem, & νομοθέτης, id eſt, legum conditor, ſolus ex ſeptem, legibus ſanxit, vt Plutarchus in eius vita tradit, vt ter ſingulis quibuſque menſibus omnino vir vxori congrederetur: tanquam is peccare videatur, vel in exuperantia, vel in defectu, qui frequentius rariuſve coierit. Sed certè verum eſt, quod ſcribit Cornelius, quo loco nuper citauimus, frequentem coitum non tam numero eſſe æſtimandum, quàm natura, ratione ętatis, & corporis. Adde ſi placet, & temporis, propter ea quæ aliquanto poſt dicentur. Subdit autem Celſus: Scire licet, eum non inutilem eſſe, quem corporis neque languor, neque dolor ſequitur. Idem interdiu peior eſt, noctu tutior: ita tamen, ſi neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor ſtatim ſequitur. Et alibi, videlicet c.1.li.1. Venerem ſcribit hyeme non æquè pernicioſam eſſe, vere tutisſimam, æſtate verò & autumno minimè vtilem: tolerabiliorem tamen per autumnum: ęſtate in totum, ſi fieri poteſt, abſtinendum.

84 *De eadẽ re.* ¶ Hippocrates Deus Medicorum, ſcribens libro de Popularib.morbis, ſiue Epidemiῶn ſexto, Πόνοι, σιτία, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια, id eſt: Labores, cibi, potus, ſomni, venerea, omnia mediocria: modũ ipſum ſingulorum definiuit, addito ad finem dictionis epitheto, mediocria. Et tempus æquè ſignauit ipſo ſermonis ordine. Quippe ſanitatis tutelam à labore auſpicandam eſſe, quem excipere debét cibus, potio, deinde ſomnus, mox Venus: in his videlicet (vt ſcribit Galenus hunc locum Hippocratis enarrans circa initia lib.2.de Sanitate tuenda) quibus Venere vtendum eſt. Nam reliqua certè omnia cuiuſq; ætatis ſunt communia: Venus ætate tantum florentium eſt. Idem Hippocr.lib.3. περὶ διαίτης, id eſt, de Ratione victus, præcipit vt Venere rarius veris tempore vtamur, æſtate nullo pacto. Cui concinens Pythagoras, dicebat venerea hyeme, non æſtate facienda, autumno ac vere leuius, teſtis Laertius. At ipſe Hippocrates eodem illo opere, lib.1.monet eos, in quib. poteſtas aquæ plurimum ab igne ſeparatur, vt Venere rariore vtantur. Cui ſubſcribens ipſe Galenus libro ſexto eiuſdem operis de Sanitate tuenda. Venus (inquit) ſiccis temperamentis eſt inimicisſima. Et poſt pauca: De Veneris vſu dictum ſupra eſt, eam omnibus, qui ſicco temperamento ſunt, inimicam eſſe. Nunc verò etiam ex hoc numero potisſimum aduerſa eſt ijs, qui ſuprà ſiccitatem, frigidi quoque ſunt. Nam innoxia Venus his tantum eſt, qui calidi humidiq́ue ſunt, tum verò, qui genitura naturaliter abundant. Sed & haud multò poſt: Quibus inculpata corporis conſtitutio eſt, non debent ij (veluti ſiccis ſuprà præceptum eſt) à Venere omnino abſtinere.

85 ¶ Porrò idem Galenus lib.3.eiuſdem operis, docet abundè, quæ poſt Venerem exercitatio conueniat, vt ibi videre poteris: Idem quoq; li.3. Artis paruæ (ſi is eſt, cui titulum fecit, ἰατρικὴ τέχνη) hęc ſcribit: Κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, &c. Hoc eſt, Re vera (inquit) ſanus eſt coitus ex tanto temporis interuallo, vt corpus ex ipſius vſu, neque ſentiat exolutionem, ac leuius perſpiratiusq; reddatur. Porrò concumbendi tempus,





pus, quando corpus diligenter medium fuerit omnium exteriorum intemperierum, neque nimium repletum, neque ieiunum, neque nimium refrigeratum, neque nimium calefactum, neque ſiccatum, aut humefactum immoderatè. Quòd ſi interdum peccare contigerit, exiguum fit peccatum: ſed præſtat vt repletum, calefactum, ac humefactum potius, quàm ieiunum, aut refrigeratum, exiccatumve corpus, vtatur concubitu. Idem in eo ipſo opere, quo loco diſſerit de temperatura teſticulorum: Temperamentum (inquit) calidum & ſiccum petulcum eſt, & ad libidinem pronum: ſtatim verò ſatiatur: & ſi vim inferas, offenditur. Si autem caliditas humiditati coniungatur, plus ſemine abundant: non tamen plus cæteris appetunt, ſed minori detrimento præter modum venereis indulgent. Quòd ſi ambo ſimul excreuerint, caliditas ſcilicet & humiditas, non ſine detrimento venereis abſtinent. Idem enarrans illud Hippocratis a nobis ſuprà citatum ex libro ſexto Epidemion: Venerem morbis à pituita ortis remedio eſſe: Non cunctis (inquit) ex pituita laborantibus, ſed quibus vires firmæ ſunt, Veneris vſus prodeſt. Imbecilli enim ab ipſa ad extremam debilitatem redacti, magnopere læduntur. At qui viribus excellunt, non diſſoluuntur, ſed contrà iuuantur Veneris vſu pituitæ copiam deſiccante. Concubitum, enim conſtat, vt vigiliam, exiccare, quoniam ſcilicet humores abundè digerant. Quin etiam coitus robuſtorum corpus calefacit: infirmorum autem cõtinuò quidem calefacit, ſed poſteà vehementer refrigerat. Idem in eodem libro tradit: Omne corpus Venere exiccatur, non tamen alui ſemper excrementa, ſed eorum, quorum vires labefactatæ, & membra à quibus alimentum conficitur, & in ventre contenta diſtribuuntur, refrigerata fuerunt.

86 ¶ Oribaſius libro Euporiſtῶn 1.cap.22. Qui autem (inquit) vtuntur Venere, cauere oportet nimiam repletionem cibi, & magis vini, & inanitatem poſt vomitum & poſt ventris purgationem factam, & quibus voluntariè ſolutus eſt venter. Caueant autem & indigeſtionem poſt laborem factam: & ſi qua accedit ægritudo, aut certè ſuſpecta eſt, vt accedat. Nam & in autumno, Veneri commiſceri non oportet, nec in alijs temporibus, in quibus peſtilentia dominatur. Tempus autem vtiliſſimum conceptioni, eſt poſt cibum ante ſomnum. Per ſomnum enim mox componitur corpus, id eſt, ciborum operatio in ſanguinem. Hoc etiam tempus & ad generandum eſt vtile, propterea ꝙ mulier mox addormiſcens, continet ſemen.

87 *De eadẽ re.* ¶ Aetius Tetrabibli 1.Sermone 3.ca.8. Naturæ (ait) ad Venerem appoſitæ ſunt calidiores, & humidiores, eiuſq́ue vſum, plus quàm aliæ, ferre poſſunt, minimè autem ſiccæ & frigidæ. Eſt & vigentium natura ad eam accommoda, ſemen verò nequaquam. Ex temporibus ver aptum eſt, ineptus autumnus & æſtas: ſed neque hyems commoda eſt propter frigiditatem. Eſt ſanè diæta quoque calidior & humidior ad coitum idonea, contra ſiccans & frigefaciens, inutilis. Humidæ enim diætę etiam impotenti ad coeundum commodant. Oportet igitur humidum & calidum eſſe victum, cui accedere debet labor moderatus, & cibus boni ſucci. Vinum itaque ſit colore fuluum, ſubſtantia tenue, panes puri furnacei recentes, carnes hœdorum, agnorum, & porcorum. Ex volucribus, gallinæ, attagenæ, perdices, anſeres, anates: ex piſcibus, polypi, & molli carne præditi: olerum, horminum, irio, eruca, rapum bis coctum, & flaccidum factum. Hæc enim medicamenti loco exhibentur: leguminum, fabæ, cicer, ochri, phaſeli, piſa, dolichi. Nam & flatu corpus implent, & luculenter alunt. Magnopere etiam optimam vuam laudo, quòd ad hanc victus rationem attinet: humectat enim, & ſanguine ac ſpiritu corpus implet. Cæterum qui Venere vti volet, recentes repletiones vitabit, cruditates item, ac ebrietates, ſimiliterq́ue famem. Malum eſt enim repleto corpore coire. Item à gymnaſijs, & balneis, vitandæ laſſitudines, & prægreſſi vomitus, & alui profluuia recentia: nam inueterata aliquando per Venerem reſiccantur. Commodisſimum coeundi tempus eſt à cibo non nimium ingeſto: nam & ad robur conducit, & frigiditates euenire ſolitæ minus fiunt. Et ſi quidem a prandio quis ad Venerem incitetur, quieſcere oportet, donec cibus deſideat. Si verò à cœna, neceſſe eſt paululum dormire. Porrò vehementes impetus ac cupiditates ad Venerem non probo, ſed eis reſiſtere ſuadeo, præſertim ſi cui morbus ſit, qui ex Venere facilè offenſionem percipiet. Hæc ille ex Ruſo. Sed & capit. eiuſdem Sermonis 93. Calidum & ſiccum temperamentum concitatum quidem eſt ad Venerem, verum citisſimè ſatiatur: & ſi cogatur, læditur. Si verò humiditas ad caliditatem accedat, hi plus ſeminis habent, nõ tamen magis alijs appetunt, ſed multæ Veneri minore detrimento ſufficiunt. Si verò humiditas & caliditas multum fuerint ſimul auctæ, ex Veneris abſtinentia magis læduntur.

¶ Paulus quoque Aegineta libro primo, capite trigeſimoquinto, in eandem propè ſententiam: Concubitum non admittunt victus refrigerans, arefaciensq́ue, ætas ſenectutis, tempus autumni. Et aliquantò poſt: Igitur qui in Venerem congreſſurus eſt, obſeruare debet, ne tum vel ſatietas, vel cruditas, vel fatigatio, vel vomitus infeſtet. Item neque purgatio, neque repentinus alui fluor: quamuis nonnunquam diuturno fluori eò quòd arefacit, ſit medicamentum. Vehementem verò concupiſcentiam tantum abeſt vt laudem, vt ei magis renitendum cenſeam, maximè quibus ex morbo prouenire putatur. Commodisſimum itaque fuerit poſt exercitationes, & balnea, atque cibum modicum, coire. Sic enim & robuſtiores erunt vires, & frigoris vitabimus nocumentum. Hora verò ad concubitum aptior eſt poſt cibum, vt diximus, & ante ſomnũ; quippe ſubſequens ſomnus laborem remittit. Adde, quòd hoc tempus ad ſobolem procreandam aptisſimum, cum ob alias cauſas, tum quòd fœmina dormiens genituram melius retinet. Quem locum propè ad verbum ſumpſit ex Oribaſio, vbi ſuprà citauimus. Sed in hoc aduerſari vterque videtur Galen. in libro ſecundo de Sanitate tuenda, quem ſuprà citauimus numero 84. dum ibi vult Venerem ſequi ſomnum, hi autem præcedere. Sed tradit Andernacus illum locum Pauli interpretans, intelligendum eſſe illud, ſecundum cibũ, non ſtatim, ſed concoctione obita. Nihil enim referre, ſi ſomnus aliquis breuior præceſſerit, ſequatur autem prolixior, ex quo vires recolligantur. Sed (vt redeamus) idem Paulus illius libri primi, capite ſeptuageſimoprimo, ſcribit Venerem aridioribus ſimul vniuerſis officere, præſertim ſi cum ſiccitate frigiditatem copulant. Eandemq́; ſolis calidis, et humidis innocuam eſſe. Et Soranus in Iſagoge, capite quinto. Hyeme (inquit) Veneri non parcas. Et paulò poſt: Aeſtate cum Venere coitum non facere ex toto oportet. Et iterum mox: In autumno à Venere et frigido abſtinere oportet. 88 *De eadẽ re.*

89 *De eadẽ re.* ¶ His fermè ſimilia ſcribit Auicenna (ut ad Arabes veniamus) in 20.tertij, tractatu primo, cep. uigeſimoſecundo, inquiens, Oportet, ne coitus fiat ſuper repletionem: prohibet enim digeſtionem, et facit cadere in ægritudines, quas efficit motus ſuper repletionem, & debilitat. Et oportet quantum posſibile eſt, ne coeat aliquis, cùm adeſt vacuitas. Iterum: Hoc enim eſt nocibilius, & oneroſius naturæ, et magis pernecans calorem innatum, et magis attrahens liquefactionem, et hecticam, et arefactionem. Imò oportet ut fiat, cùm cibus

bus deſcendit à ſtomacho, & completur digeſtio prima, & ſecunda, & mediatur diſpoſitio digeſtione tertia, & hoc diuerſificatur in hominibus: non ergo eſt audiendus ſermo eius, qui dicit, oportet, vt fiat illud poſt complementum digeſtionis tertiæ ex omni modo. Illa enim hora, eſt hora vacuitatis, cum corpus incipit eſſe in ſparſione, & in omnibus membris ſunt reliquiæ cibi in via digeſtionis Nam & poſt pauca: Oportet ne coïtus fiat niſi à deſiderio ſano, quod non excitat aſpectus, aut intuitus, aut pruritus, aut ardor, ſed commouet ipſum multitudo ſpermatis. Et oportet, vt vitetur coitus poſt facultatem nauſeatiuam, & poſt euacuationes fortes ex vomitu, & fluxu ventris, & colica paſſione, & diaria facta ſubito, & poſt motus corporeos, & animales, & poſt motum vrinæ, & ſtercoris, & phlebotomiam.

¶ Raſis item libro quarto, capite decimoſeptimo.
90 A coitu etiam corpora habentes ſicca, vt ab inimico interficiente, ſibi cauere debent. Conualeſcentes quoque & debiles, atq; macri, necnon quorum ilia, & ima ventris debilia ſunt & macra, & quorum nerui ſunt debiles, coitum omnino vitare debent. Et paucis interiectis: Coitu itidem nemo vti debet, dum eſt famelicus, neque cum multo cibo ac vino eſt repletus, neque cum balneo egreditur, neque poſtquam vomuerit, neque poſt ventris ſolutionem, neque poſt phlebotomiam, vel laborẽ. Hæc Raſis. Cui concinens Rabbi Moyſes authoritate Auenzoaris in libro de Regimine vitæ ad Soldanum, cap. 4. Sunt nonnulli (inquit) quibus multum nocet coitus, quibus item parum. At eius nocumẽtum iuuenibus, qui ſunt humidi, modicum eſt. Offendit autem ſenes, & conualeſcentes ab ægritudine, & omnes, quibus natura ſicca eſt. Vidimus enim aliquando conualeſcentẽ, eodem die, quo coierat, mortuum fuiſſe. Alium item cui ſyncope accidit, & recidiuauit in febrem, & poſt paucos dies expirauit. Igitur vt in vniuerſum dicam, coitus mortiferus eſt ægris, & conualeſcentibus, & ſiccis temperatura. Nec quiſquam eum exercere debet ante cibi digeſtionem, nec cum fame, nec cum ſiti, nec in ebrietate: nec poſt coitum ire in balneum, nec ante ſanguinis minutionem, nec poſt eam intra vnum diem. Et Haly Abbas lib. Theoricæ quinto, cap. 31. Tempus, ait, æſtiuum, grauiſque æſtus, inæqualis aeris autumnus, hæc duo tempora coitus frequentationi minimè opportuna ſunt. Sed & alij tam antiqui, quàm recẽtiores Medicinæ ſcriptores multa de ea re ipſa diſſeruerunt, omniũ verò copioſiſſimè Conciliator, differentia 124. ſuprà non ſemel aduocata. Michael Sauonarola, quo loco etiam nos ſuprà citauimus.

91 ¶ Ex illis autem antiquioribus, Diocles Caryſtius
*De eadẽ re.*
in Epiſtola, quam ad Antigonum Regem de Sanitate tuenda ſcripſit, apud Paulum Æginetam libro primo capit. vltimo. Veneri indulgere monet hyemali ſolſtitio, & in æquinoctio verno. At in Vergiliarum exortu eam parciſſimè exercendam. In ſolſtitio autem æſtiuo, & æquinoctio autumnali pernicioſam eſſe. Achæus in Athone Satyrico apud Athenæum libro ſexto, capite decimoſeptimo. In repletione Venus, in fameſcentibus nequaquam. Strato autem Lampſacenus librum priuatum & peculiarem de concubitu ſcripſit, vt tradit Diogenes Laertius, in quo (vt opinor) hunc locum non prætermiſit, dolemuſque hunc nobis fuiſſe temporum iniuria ereptum. Minus, enim nobis negotij, & laboris in his colligendis & deſcribendis fuiſſet. Sed vt tandem in eo finiamus, in quo hac in tractatione incepimus, ſi in alijs in rebus mediocritas obſeruanda eſt, tum maximè in concubitu. Quod Euripides optimè, vt cætera, intelligens, hæc ad Venerem locutus, εἴης μοι, μετρίως δ᾽ ἔπως εἴης· μηδ᾽ ἀπολείποις. Id eſt, Adſis quidem mihi, ſed moderata, nec mihi deſis. Quam & ipſam ſententiam citat & approbat Plutarchus, in libr. de Sanitate tuenda.

¶ Sed quid proderit iſta maritis præſcripſiſſe, cum il- 92
lis plerunque non ſit liberum, neque tempus opportunum in eam rem, neque cætera obſeruare? Sunt enim pleræque mulieres, neſcio & an non omnes, præ coitus inſatiabili quadam appetentia tam improbæ, tam importunæ, tam acerbæ exactrices, vt per illas non liceat maritis modum vllum tenere. Quid faciant igitur? non poſſunt ſine magno ſanitatis & animi & corporis diſcrimine illis ſatisfacere, etiamſi Proculi illius Cæſaris, & Catalani neſcio cuius, & Herculis robur ad coitum obtineant: quorum ille in ſua quadam epiſtola teſtatus eſt, ſe centum virgines Sarmaticas bello captas, quindecim dierum ſpatio vitiaſſe, atque ex his decem nocte vna, vt ſcribit Flauius Vopiſcus. Alter quotidie trigeſies vxorẽ cognoſcebat, vt diximus ſuprà in prin. huius l. numero 1. Poſtremus (quod magis mirandum eſt) vna nocte cum quinquaginta virginibus Theſpij Erithei Athenienſis filiabus concubuiſſe, omneſq; grauidas maribus reddidiſſe, & duas. ſ. natu maximam, & minimam, geminis fertur: præter vnam, quam intactam reliquit, & per totam vitam virginitatẽ ſeruare, ſibique ſacram eſſe voluit: quod tradit Pauſanias libro nono, quo Bœotica deſcribit, & Theodoritus Cyrenenſis, de Curatione Græcarum affectionum. Diodorus autem Siculus lib. Bibliotheces 5. capite ſecundo, tradit Herculem omnes compreſſiſſe, ex hiſque tot mares, numero quinquaginta, ſuſcepiſſe, communi nomine Theſpiadas dictos. De quo etiam nonnihil meminerunt Tatianus in elegantiſſima illa oratione, quam fecit πρὸς Ἕλληνας, Clemens Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gẽtes, & Arnobius libro quarto Diſputa. aduerſus gentes: vbi tamen Theſpius pro Theſpio, errore (vt credo) librariorum, ſcribitur. Nec admodum diſſimilis error eſt apud Athenæum libro decimotertio, capite ſecundo, vbi Theſtij filias nominat: eaſque non vna nocte, vt alij, ſed ſeptem diebus vitiaſſe ſcribit, authoritate Herodoti. Ex hoc autem eſt illud nutricis Deianiræ apud Senecam in Hercule Oetæo:

*Proculi Cæſaris robur ad concubitum.*

*Hercules una nocte 50. virgines impregnauit.*

*Arnobij locus. Athenæi locus.*

*Referam quid alias? mène Theſpiades vocant.*

Illudque ipſius Deianiræ ad eundem Herculem, apud Ouidium:

*Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores,*
*Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.*

Ille enim Teuthrantiã turbã vocat eas ſorores Theſpij filias, ꝙ Theſpius ipſe filius fuit Teuthrantis, vt ſcribit Stephanus, & Euſtatius Homeri Interpretes, libro Iliados 2. in Catalogo. Æſchylus autem in Agamemnone Tragœdia, Theſpiam vrbem Teuthrantis vocauit. Ouidius li. 2. Triſtium, Elegia 1. non multò poſt principiũ, Teuthrantia regna memorat:

*Forſitan, vt quondam Theutrantia regna tenenti,*
*Sic mihi res eadem vulnus opemq; feret.*

Idemque Caicum fluuium eius regionis Teuthranteum appellat, lib. 2. Metamor. Porro autem (vt redeamus) ſunt qui tradunt, Herculem illas virgines ſeptem diebus compreſſiſſe: quod mihi uериſimilius eſt. Sed vt ad id, quod dixeramus, reuertamur, nullus adeo potens eſt ad concubitum, etiamſi is ſit aut Proculus ille, aut etiam ille Catalanus, aut Hercules, quin aliquando deſtruatur uiribus cupidineis, etiam maxima in cupiditate: ita ut nullua arte id opus exercere poſſit. Quod ſibi aliquando contigiſſe queritur Ouid. libro 3. Amor. Eleg. 7. Niſi igitur, ut id caput finiam, uiri vxorum ardori perpetuò ſatisfaciant, quod tamen ſemper difficillimum, eſt, uel ſi ſe rumpant, vt eſt in veteri prouerbio, ab ipſis multas moleſtias patiantur neceſſe eſt. Sed & timendum quoque eſt, ne aliorum congreſſum inſectẽtur: adeo ſunt φίλανδροι, atq; μοιχεύτριαι: ita enim Plato in Sympoſio vocat has mulieres viroſas, & impudicas.

*Venerem non nunquam facultate coeundi destitui.*



93 ¶ Quiſquis ergo huiuſmodi vxorem adeo coitus appetentem, & viroſam nactus fuerit (neque omnes tales ſunt) illud moneo, vt è boue ſylueſtri nigro ſanguine ricini lumbi perungantur ipſi vxori, ut illi tædium Veneris fiat, iuxta Oſthanis Medici ſententiam, à Plinio relatam libro 28. ca. 19. aut, ut alij ſecant, 10. Vbi & ipſe Plinius ſubdit ex eiuſdem Oſthanis ſententia, amoris quoque tædium fieri pota hirci vrina, admiſto propter faſtidium nardo. Idem rurſus eodem libro, cap. 8. ad fi. ſed in diuerſis locis, autor eſt, Scinci decoctum cum melle ſũptum, atque etiam Hippopotami pellem è ſiniſtra parte frontis in inguina adalligatam, Venerem inhibere. Aſperſu quoque cineris, qui ex lyncum corio & vnguibus exuſtis fit, fœminarum libidines inhiberi. Idem libr. 30. ca. 5. in diuerſis locis ſcribit, galli pugnatoris teſticulos, anſerino adipe illitos, ad alligatoſque pelle arietina, ſed & cuiuſcunque galli gallinacei teſticulos, ſi cum ſanguine gallinacei lecto ſubijciantur, Venerem cohibere: & qui in vrinam canis ſuam ingeſſerit, ad Venerem fieri pigriorem. Quin & eodem cap. ſtellionis cinerem, in linamento inuolutum, in dextra manu Venerem inhibere, in ſiniſtra ſtimulare. Idem autem ante, ſcilicet lib 27. ca. 8. ſcripſerat, in Theſſalia duriorem cynoſorchis radicẽ ad inhibendos coitus valere: molliorem verò, ad ſtimulandos. Idem illo libro 30. ca. 6. ſcribit, poluerem, in quo ſe mula volutauerit, corpori inſperſum, mitigare ardorem amoris. Idem li. 32. c. 5. tradit, Magos dicere, quòd arundine transfixa ranæ natura per os, ſi ſurculus in mẽſtruis defigatur à marito, adulterorum tędium fieri. Quę ſi uera eſſent, ut ille ipſe dicit, ueluti id deridens, multò utiliores uitæ exiſtimarentur ranæ, quàm leges. Idẽ quoque eo. lib. 31. ca. 4. Squammæ teſtudinum è ſumma parte deraſa, & in potu datæ, Venerem cohibent. Dioſco. lib. Medicinalis materiæ 2. cap. 82. tradit, ſcincum decoctum cum lente & melle, aut ſemine lactucæ cum aqua potum, Veneris cupiditates inhibere.

*Venerem à fœminis arcentia.*

94 ¶ Galenus libro 6. de Simplicium Medicamentorum facultatibus, tradit, viticis ſemẽ, floresque, ac folia, cohibere ſtimulos & impetus Veneris. Nec tãtùm eſam potamque ad caſtitatem conferre, ſed etiam ſubſtratam. Quod & ipſum tradit Aetius Tetrabib. 1. Sermone 4. & iterum Tetrab. 3. Serm. item 3. cap. 34. & Paulus Ægineta libro ſeptimo, c. 3. & Serapio ſimp. cap. 309. Addit autem Galenus, ob eam cauſam Athenis in Theſmophorijs, id eſt, Cerealibus, ſiue ſacris Cereris, mulieres totũ ſibi fruticem ſubſternere ſolere. Hincque illi nomen inditum agni, id eſt, caſti. Quod & ipſum ante eos, tradunt Dioſcorid. lib. 1. cap. 26. & Plin. libro 24. cap. 9. & Ælianus hiſtoriæ animalium lib. 9. cap. 26. Ea autem, quæ Latinis vitex dicitur, Græcis (quod iam diximus) ἄγνος, ab inſita illa vi appellatur. Vulgus autem noſtrum Græcæ nomenclaturæ Latina adiecta interpretatione, Agnum caſtum appellat. De ea autẽ eſt illud Tydei, templa Palladi pollicentis, apud Statium Thebaidos lib. 2. ad finem:

*Viticis uis in eã rẽ.*

*Centum ibi virgineis votæ Calydonides aris,*
*Actæas tibi rite faces, & ab arbore caſta*
*Nectens purpureas niueo diſcrimine vittas.*

95 ¶ Idem Galenus (vt ad eum redeamus) in libro de Medicinis facilè parabilibus, ſcribit, rutam eſui potuiq; datam, Veneris appetentiam extinguere: quod & prodit Oribaſius Compendij medicinæ cap. 6. Ad quod ẽt vide, quæ dicam infrà numero 24. incip. ſed & legimus. Porphyrius, citante Stobæo, Sermo. 98. tradit, Salicis fructum cum vino propinatum, libidinis impetum marcore afficere. Sed ante eum Plin. lib. 24. cap. 9. ſcribit, folia ſalicis contrita & pota, intemperantiam libidinis coercere, atq; in totum eius vſum auferre ſæpiùs ſumpta. Quin & eodem loco prodit, ſi cinis myricæ arbuſculæ bouis caſtrati vrinæ immiſceatur vel in poto, vel in cibo, Venerem finiri. Idem libro 26. cap. 10. tradit, nymphæam Heracleam Venerem in totũ adimere. Et radicem quoque eius genitalibus illitam inhibere Venerem. Florentinus apud autorem Geoponicῶn lib. 12. cap. 13. tradit, lactucam coitum auertere: ex coque Pythagoricos ipſam Eunuchion appellare: mulieres verò ἀστυλίδα, quod ſcilicet ineptos faciat πρὸς τὰ ἀφροδίσια, id eſt, ad venerea. Quod & Athæneus ſcribit. Sed tu interim vide, quę de ſalice ex Homero, & alijs in Tractatu Medicinæ tradimus, nu. 197. incip. ſed & naturam.

*Ruta uis.*

*Salicis.*

¶ Idem quoque autor Geoponicon, eodem lib. 12. c. 96
23. prodit mentham rebus venereis ineptam eſſe, & incommodam, quod & tradit Marcellus Medicamen. cap. 33. vbi ponit, mentham inter herbas Veneri contrarias. Quibus adſtipulatur antiquus ille prouerbialis verſus ab Ariſtotele relatus, Problematῶn ſect. 20. cap. 2.

*Menthæ uis.*

*Prouerbium.*

Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ᾽ ἔσθιε, μήτε φύτευε.

*Mentham in bello neq; edito neque ſerito.*

Cuius rei rationem reddit ipſe Ariſtotel. quòd ea herba membra refrigeret, eo argumento, quòd ſemen genitale corrumpat. Frigus autem fortitudini & audacię, quæ bello neceſſaria ſunt, maximè aduerſari. Et ei adſtipulatur, quod ſcribit Galenus libro 6 Simplicium Medicamentorum, cap. 184. quòd conceptum vetare dicatur. Quod & ipſum tradit Plinius libro 20. cap. 14. Nam & ipſe alibi, videlicet lib. 22. cap. 24. hanc herbam refrigerantem dicit. Sed his non obſcurè aduerſatur Dioſcorides libr. 3. capit. 37. aut aliorum computatione 39. ſcribens, eam herbam calefaciendi vim habere, atque Venerem ſtimulare. Cui conſentiens Paulus Ægineta libro 7. tradit, eam in tertio ordine eſſe calidam, & eius rei cauſa Venerem quoque incitare. Æmilius autem Macer, aut quiſquis is eſt, cùm primum ſcripſiſſet:

*Vim calidam ſiccamq; gradu fert mentha ſecundo.*

Poſtea tamen ſubdit:

*Matrici ſuccus ſi ſubditur illius ante*
*Quàm fiat coitus, mulier non concipit inde.*

At Hermolaus Barbarus hanc veluti controuerſiam cõponẽs, Corollarij cap. 363. Fieri poteſt, inquit, vt per ſe calefaciat, & per accidens refrigeret: quod in alijs quoq; pleriſque cõſpicitur. Porrò (vt id obiter dicam) ego aliquando à uiro rei medicæ peritiſſimo audiui, ſe expertũ ſæpe fuiſſe, vt qua die quis eam herbam manducarit, ſi vulneretur, tantum inde fieri ſanguinis profluuium, ut uix ulla arte ſiſti poſſit. Quod ſi uerum ſit, facilè crediderim, eam eſſe illius prouerbij rationem.

¶ Ariſtoteles tradit, in Phaſi flumine arbuſculam na-
ſci, cuius ramus excerptus à viro, & in vxoris thalamũ 97
immiſſus, efficit ne uxor alium uirum appetat. Marcellus in libro de Medicamẽtis, capite 33. Mulierem, inqt, quam tu habueris, vt nunquam alius inire poſſit, hoc facies: Lacertæ viridis viuæ ſiniſtra manu caudam curtabis, eamque uiuam dimittes: caudamque, donec immoriatur, eadem palma clauſam tenebis, & mulierem, uerẽdaque eius, dum cum ea cois, tanges. Albertus Magnus libro de Animalibus vigeſimoſecundo teſtis eſt, quòd ſi quis teſticulum dextrum lupi, oleo miſtum, mulieris vuluę cum lana imponat, remouet ab ea coeundi deſiderium, etiamſi fornicaria fuerit. Idem paulò antè dixerat (quod an ſit uerũ, viderint alij) quòd ſi uirga lupi in nomine alicuius, ſiue uiri, ſiue mulieris ligetur, non poterit coire, donec nodus fuerit ſolutus. Sed & alia multa aliorum authoritate tradit Nicolaus Nicolus in eo tractatu, quem priuatim ſcripſit de Coitu, quem poſuit poſt Sermonem 6. capite ſeptimo, quibus ſi uſus fueris, in cõcubitu vxoris, ea nunquam concubitum alterius deſiderabit, ut ille dicit.

*De eadẽ re.*

¶ Mirum eſt, quod ueterum monumentis ſcriptum 98
reperitur, fuiſſe in Achaia ciuitate, Ægirum nomine, ac

*Selenni aqua amore liberãs.* ac fontem quoque, & in propinquo fluuium Selennum ab adoleſcente dictum, qui Ægiræ Nymphæ illaqueatus amore, ac deſiderio extabeſcens, ſit à Venere in eum deformatus. Vnde Selenni aquam id laudis adeptam ferũt, vt ea ablutos amore liberet, & viros & fœminas. Quod ſi verum eſt (inquit Pauſanias, qui id refert in Achaicis) τιμιώτερον χρημάτων πολλῶν ἐστιν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ Σελέμνου. id eſt, Multis pecunijs pretioſior eſt hominibus aqua Selenni. Sed quod id credibilius facit, eſt alius fons Salmacis nomine in Caria, qui è diuerſo eos, qui ex eo bibe rint, venereo morbo implicare traditur, vt videre licet ex Pompeio Feſto. De qua re tamen vide quæ ſcripſit Ouidius libro quarto & decimoquinto Metamorph. & Strabonem lib. decimoquarto, & Vitruuium lib. 2. ca 8.

99 *Venus Verticordia.* ¶ Nec interim prætermittendum, quòd cùm aliquando incredibilis ardor libidinis fœminas Romanas inuaſiſſet, adeò vt ferè omnes ſine vllo pudore in Venerem ruerent, Senatus inſpectis libris Sibyllinis, per Quindecim viros cenſuit, vt Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, vt fœminarum corda à libidine ad pudicitiam reuerterentur: quòd poſteaquam factum eſt, omnium ſedatus eſt ardor. Cuius rei meminit Valerius lib. 8. capite vltimo. Et Ouidius 4. Faſtorum, his verſibus:

*Roma pudicitia proauorum tempore lapſa eſt,*
*Cumæam veteres conſuluiſtis anum:*
*Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,*
*Inde Venus verſo numine corda tenet.*

De quo nonnihil etiam apud Lactantium Cælium Grãmaticum interpretem Statij, in libro 5. Thebaid. ſuper eum locum:

*—Et Idalias procul ablegaſſe volucres*
*Fertur.—*

Vbi & in id refert illud Virgil. lib. 4. Æneid.

*Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantem.*

Veluti Venus non tantùm amores inijciat, verùm etiam eoſdem auferat. Hanc autem Venerem Verticordiam eam dici putat Lilius Gyraldus, Syntagmate 14. Hiſtor. deor. quam Pauſanias lib. 1. ἀποστροφίαν vocat. Id enim tibi obiter dicere volui.

100 ¶ Memoratur & ſaltus Leucadius, qui ad ſedandos amoris æſtus valere credebatur. Huius meminit Strabo libro decimo, vbi ex Menandro (cuius verſus adducit) tradit Sappho Cupidinis œſtro percitam, ſeſe in eum locum præcipitem dediſſe. Verſus Menandri hi ſunt:

Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάωνα
Οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς.
Ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν δέσποτ' ἄναξ.

Subdit tamen Strabo, antiquiores ſcriptores crediſſe, nõ Sappho, ſed Cephalum, primum omnium hic ſaltaſſe, captum amore Ptaolæ, aut (vt alij vocant) Ptetelæ Deionei filiæ. Verùm Ouidius in Epiſtola ipſius Sapphùs ad Phaonem, tradit, Deucalionem primum id feciſſe, amore Pyrrhæ percitum, illis verſibus:

*Hinc ſe Deucalion Pyrrhæ ſuccenſus amore.* & cætera, quæ ſequuntur.

Sed Charon Lampſacenus in Hiſtorijs, & ex eo Plutarchus in libro, cui titulus eſt γυναικῶν ἀρεταί, id eſt, mulierum virtutes, ſcribunt Pholum Phocenſem, ex Codri progenie, à petra Leucadia ſe primum omnium præcipitare auſum, & ex eo ſaltu nonnullos occubuiſſe, & inter cæteros Sappho, quod (vt plurimi arbitrati ſunt) viriles, non mulieres ſaltus ingredi auſa fuiſſet: vti etiã Calyco, vt tradit ipſe Strabo, vbi ſuprà. De qua etiam nonnihil Ariſtoxenus Muſicus.

101 *De eadẽ re.* ¶ Nec poſteriores Medici hanc partem prætermiſerunt, ſed multa paſsim ad inhibendam Venerem conſcripſerunt Marcellus dicto cap. 33. dicto libr. Medicamentorum. Aetius Tetratib. 3. Serm. item 3. capite 34. Alexander Trallianus lib. 9. cap. item 9. Paulus Ægineta lib. 1. cap. 37. Haly Abbas lib. Practicæ 8. cap. 6. Auicenna 2. Tertij, tract. 1. cap. 25. cum multis ſequentib. Raſis lib. Continentis 11. cap. 4. Trotula in lib. de Paſsionib. mulierum, cap 36. Arnaldus à Villanoua li. Breuiarij 2. cap. 26. Guarnerius in lib. de Ægritudinibus matricis, c. 11. & omnes ad vnum, quotquot diſſeruerunt de curatione ſatyriaſis & priapiſmi, & gonorrhœæ: id eſt, vt ipſo nomine oſtenditur, genituræ fluxus, ſiue profluuij (ita enim is morbus vocatur, non, vt vulgò dicitur, Gomorrhœa) ex quibus illinc, quæ voles, aſſumere poteris: nam ſi ſingula minutatim percenſere vellem, dies me deficeret. Sed ijs præcipuè vtendum eſt (ne id prætermittam, quod noſſe imprimis neceſſarium eſt) cùm floret ſcolymus: id eſt, carduus: tunc enim fęminas libidinis auidiſſimas eſſe, viros contrà in coitum pigerrimos, tradunt: vt & nos diximus ſupr. ĩ 9. l. cõnub. nu. 125. at illud certè.

102 *Veneri immodicæ opitulãtia.* ¶ Sunt & alia, quæ, ſi modice coieris, ſunt non modicum opitulatura. Sed inter cætera ſcandicis peculiaris laus eſt, quòd fatigato Veneri corpori ſuccurrit, ut tradit Plin. lib. 22. cap. item 22. Idemque lib. 20. cap. 5. tradit Heraclidem dediſſe aduerſus Venerem ſubinde offenſantem ſiſer erraticum. Aetius quoque Tetrabib. 3. Serm. 3. cap 35. iubet his, qui frequenter, & ſuprà quàm conuenit, coeunt, vrinam capræ bibendam. Hippocrates in libro de Regimine morborum, dicit lac ei bibendum, ac laborem, balneum & ebrietatem vitanda. Quod & ex eo repetit Raſis libro 1. Continentis, capite 4. in fine. At illud non omiſerim, eos qui capite dolent ex immodica Venere, non eſſe medicamento purgandos, ex Hippocratis ſententia libro quarto, περὶ διαίτης ὀξέων, id eſt, de ratione victus morborum acutorum, ſed eos potiùs monet Paulus Ægineta libro primo, capite 37. ueſtimentis calidis opertos conquieſcere, ſomnoque indulgere, donec corporis continentia ſubſidat, & illi ab imbecillitate ſeſe recollegerint. Et in vniuerſum his prodeſſe tradit, quæ denſant, calefaciunt, humefectant & cõfirmant. Aetius quoque Tetrabibli 1. Sermo. 4. cap. 40. adhibenda cenſet conſtringentia, ſpiſſantiaque, & corroborantia cutem. De quorum numero eſt & moderatum exercitium, & feruentius calidæ aquæ ſolium, quies itẽ, ac multus ſomnus: Edulia verò ſint multitudine pauciora, qualitate autem humidiora, & moderatè calida: quò concoctio bona fiat, & ſiccitas ex laſsitudine corrigatur. Sed & alia multa in eam rem tradit Auicenna libro tertio, Fen. 20. capite trigeſimoſexto, & Manardus libro Epiſtolarum medicinal. 12. Epiſtol. 2.

103 *Venus diſcordia cõiugum ſedatrix.* ¶ Sed quod ad hanc coitus tractationem pertinet, receptui canam, modò vltra ea quæ iam diximus, pertinẽtia ad valetudinem, nonnulla alia priùs coniuges admonuerimus. Illud autem primum erit, non tempeſtiuius eos voluptati venereæ operam daturos, quàm cùm aliquid iurgij, aut diſcordię inter eos interceſſerit. Nihil enim omnino rerum eſt, quod eos ocyus faciliusque, aut gratiùs ad amicitiam reuocet. Quod apertè inſinuat Homerus, apud quem lib. 14. Iliad. Iuno de Oceano & Tethy eius vxore loquens, illorum iurgia ſe ſoluturam, atque in coitũ reducturã profitetur. Illius hæc verba ſunt:

Τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω,
Ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
Εὐνῆς καὶ φιλότητος, ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ
Εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ.
Εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι.

Cuius loci autoritate Plutarchus, in eo libro cui titulũ facit, γαμικὰ παραγγέλματα, id eſt, Præcepta connubialia, cap. 40. Dum ira (inquit) diſsidioque vir & vxor vexantur, tum maximè Venerem optimum huiuſmodi malorũ remedium accerſere oportet. Hæc ille. Ad quod ét referri põt illud Andromaches Euripideæ in Troadib.

Καίτοι λέγουσιν, ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
Τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.

*At qui dicunt, quòd una nox remittit*

Odium



*Odium vxoris in maritum.*

Et illud quoque Ouidij lib. 2. de Arte amandi:

*Blanda truces animos fertur molliſſe voluptas:*
*Conſtiterunt vno fœmina virq; toro.*

Et clariùs paulo antè eod. lib.

*Oſcula da flenti, Veneris da gaudia flenti:*
*Pax erit: hac uno ſoluitur ira modo.*
*Cùm bene ſæuierit, cùm certa videbitur hoſtis,*
*Tunc pete concubitus fœdera, mitis erit.*

Et rurſus lib. 4. Faſtor.

*Prima feros habitus homini detraxit: ab illa*
*Venerunt cultus, mundaq; cura ſolo.*

104 *Dea Viriplaca.* ¶ Et ego quidem id efficacius in eam rem fore exiſtimo, quàm fuerit olim Romæ ſacellum illud Deę Viriplacæ, in Palatio ſitum, vt tradit Victor, in quod cùm vir & vxor diſcordes conueniſſent, inuicem locuti quæ voluiſſent, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur, vt à Valerio Maximo relatum eſt in Inſtitutis antiquis. De hacq; Dea ſunt qui putent Ouidiũ intellexiſſe, cùm ſcribit lib. 3. de Arte amandi:

*Has Venus e templis multo radiantibus auro*
*Læta videt litis, Appiadesq; Deæ.*

Et lib. 2. de Remedio amoris:

*Turpe, vir & mulier iuncti modò, protinus hoſtes:*
*Non iſtas lites Appias ipſa probat.*

De quo tamen vide Cælium Rhodiginum libro Lect. antiq. 12. poſtremæ editionis.

105 *Venerẽ in templis an exercere liceat. Chaſſenæi furtum.* ¶ Quanquàm, vt redeam, illud mihi veriſimilius eſt, virum & vxorem in eo ſacello congredi inuicem ſolitos, & hinc pacata omni ira reuerti. Neque id abſurdum omnino videri debet, cùm teſte Herodoto in Euterpe (non dicendum, Hieronymo ad Euſto. vt fecit Chaſſenæus, qui totum hunc locum in ſuum Catalogum tranſplantauit, & cùm in mea priore editione ſcriptum eſſet conciſè, Hero. in Euter. is non intelligens nomen autoris, nec libri, ita vt dixi, adſcripſit) Herodotus igitur tradit cæteros mortales, præter Ægyptios & Græcos, in tẽplis coire ſolitos, putantes hominem eſſe, ut cæteras animantes. Etenim videre licet & pecudes omnes, & volucrum greges in Deorum templis atque in phanis coire: quod ſi non eſſet Dijs gratum, non facturas fuiſſe allegant. Quod ſi in cæteris templis non ſatis honeſtum uideri poteſt, nec etiam probat Herodotus, in hoc tamen, quod Deę Viriplacæ dedicabatur, non adeò vituperandum fuit. Nam & apud Corinthios (vt Athenæus tradit antiquorum ſcriptorum autoritate) meretrices in tẽplo Veneris proſtabant, illudque in ſolennibus precibus κορινθιάζεσθαι veteribus vulgato ioco dicebantur, qui ſcortationibus indulgerent, apud Stephanum de Vrbibus autoritate Ariſtophanis. *κορινθιάζεσθαι.*

106 *De eadẽ re.* ¶ Religio autem noſtra (quæ ſola religio vera & ſancta eſt) admodum deteſtatur huiuſmodi cõcubitus, qui in templis D.O.M. Diuisq; dicatis exercentur, adeò vt ea polluta cuiuſcunque ſeminis effuſione arbitretur: vt videre licet ex ca. eccleſijs. 68. d. quod repetitur in c. eccleſijs. de conſec. d. 1. & cap. 1. in prin. de conſecra. eccl. vel altar. lib. 6. cap. 15. qui de ſentent. excom. eod. libr 6. Ideoque nec teneri, nec debere virum ab vxore in templo de coitu appellatum, ei morem gerere, ex ſententia glo. in cap. quoniam in verbo opportuno, d. 31. & in d. cap. eccleſijs. in verbo, ſemine, d. 68. & in cap. apoſtolis. 33. q. 4. vel reclamante Hugo. Gadulpho, & alijs neſcio quibus, relatis ab eadem gl. in prædictis locis, atque etiã in d. c. eccleſijs. de conſe. d. 1. vbi id ſequi videtur. & Alberi. in rubri. C. de ſacro. eccleſ. qui videtur nutare: uti etiam facit Hoſtienſis in cap. vlt. de conſec. eccle. vel alter. & Ioan. Andr. in d. c. 1. eod. tit. lib. 6. Adeò vt nõ abs re Arnobius lib. 8. eodemque vlt. Diſputationum aduerſus gentes, hæc conqueſtus ſit: Vbi autem magis à ſacerdotibus, quàm inter aras & delubra conducũtur ſtupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur frequentius denique in ædituorum cellulis, quàm in ipſis lupanaribus, flagrans libido defungitur.

¶ Sed & quod ad externos pertinet, præter id, quod ex Herodoto diximus, ſatis conſtat, id admodum fuiſſe & ab illis quoque vituparatum. Vnde illud Iuuenalis Satyr. 9. non multo poſt princip. in immodicam mulierum libidinem: 107 *De eadẽ re.*

*Nuper enim (vt repeto) phanũ Iſidis, & Ganymedẽ,*
*Pacis & aduectæ ſecreta palatia Matris,*
*Et Cererem, (nnm quo non proſtat fœmiua templo?)*
*Notior Aufidio Mœchus celebrare ſolebas.*

Et illud Ouid. lib. 1. de Arte amandi, de templis Veneris & Iſidis quæ Romæ erant:

*Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,*
*Cultaq; Iudæo ſeptima ſacra viro.*
*Nec fugæ Niliacæ Memphitica ſacra iuuenca:*
*Multas illa facit quo fuit ipſa Ioui.*

Nam & Ioſephus lib. Antiquitatum 18. cap. 4. aut vt alij diuidunt, 7. & Hegeſippus lib. 2. Hiſtoriarum Iudaicarum, capit. 4. tradunt, Paulinam, Romanam matronam, Saturnini vxorem, in templo ipſius Iſidis, à iuuene quopiam equeſtris ordinis, nomine Decio Mundo, qui illã deperibat, miro commento conſtrupatam fuiſſe, fraude ſacerdotũ Iſidis, qui pecunia corrupti, ſub ſpecie Anubidis, amatorem Paulinæ complexibus copulauerunt. Quod vbi Tiberius Imperator reſciuit, ſacerdotes ipſos cum liberta Mundi, quæ mali autor fuerat, in cruces adegit, templum Iſidis euertit, ſtatuã ipſius in Tiberim iactari iuſsit. Mundum autem exilio damnauit, dignum cum maiore pœna non iudicans, quod amoris vehementia, formæque ſuperatus gratia, deliquiſſet. Ad quod etiam referri poſt illud ipſius Iuuen. Satyr. 7. *Paulina religionis ſpecie in templo ſtuprata.*

*Iſiacæ ſacraria lenæ.*

¶ Sed & traditum eſt veterum monumentis, quòd cũ Hippomenes Megareus, amoris impatiens, cum Atalanta vxore in templo Cybeles rem habuiſſet, & vetito temeraſſet ſacraria probro, vt interim vtar verbis Ouidij, hanc rem graphicè deſcribentis, haud multo ante fi. lib. 10. Metamorph. ira Deæ verſi ſunt, maritus in leonem, uxor in leænam. Id quòd etiam traditum eſt à Seruio li. 3. Æneid. in eum locum: 108 *Hippomenes & Atalanta, verſi in leones, quòd in templo Cybeles cõcubuiſſẽt.*

*Et iuncti currum dominę ſubiere leones,*

Ex quo eſt & illud eiuſdem Ouidij in Ibin:

*Inq; pecus magnæ ſubitò vertare parentis,*
*Victor ut eſt celeri, victaq; verſa pede.*

Atalanta enim curſu victa eſt ab Hippomene, ob quod eius matrimonium meruit. Ideo autem vocat leones pecus magnæ parentis, id eſt, Cybeles, quòd eius Deæ currum à leonib. trahi fingunt Poetæ. Plutarchus quoque in Problematis Rom. ca. 3. tradit quendam cùm in templo Dianæ, quæ in angiportu erat, mulierem uitiaſſet, à canibus diſcerptum fuiſſe, ob idque poſtea id templum uiros ingredi nefas fuiſſe. *Vir à canibus diſcerptus. quòd mulierem in templo vitiaſſet.*

¶ Cælius item Rhodiginus libr. Lect. antiqua. 13. ca. 34. poſtremæ editionis, ſcribit, ipſi Dianæ Triclariæ tẽplum fuiſſe in Achaia, cuius feſtum & παννυχίς, id eſt, peruigilium quotannis celebrabatur, cum immolatione hominum ex numinis indignatione, ob id quòd in eo delubro Menalippus & Comete, turpiter amore victi coijſſent. Id quod ipſe Cælius accepit, licet ſubticeat (quod illi ſolenne eſt) à Pauſania libro 7. qui de Achaicis eſt, & Iuliano Aurelio in lib. de cognominib. Deorũ Ouid. lib. 4. Metam. tradit, quòd cùm Neptunus Meduſam in Mineruæ templo uitiaſſet, ob id auertit ſe Minerua, & vultum Aegide texit: 109 *Hominũ immolatio ob concubitum in templo Dianæ.*

*Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Mineruæ*
*Dicitur: auerſa eſt, & caſtos ægida vultus*
*Nata Iouis texit.—*

Idem autem Ouid. lib. Amor. 1. Eleg. 7. poſt alios tradit

Caſſan-

Caſſandram in templo Palladis ab Aiace Oilei filio vitiatam fuiſſe:

*Procubuit templo caſta Minerua tuo.*

Ob quod infandum ſcelus ipſe Aiax domum rediens, à Pallade fulmine ictus, naufragio perijt. Fuere autem qui ſcripſerunt, quòd cùm Caſſandra, vt dictum eſt, violaretur, ſeſe auertiſſe Palladium, oculoſque & ora aperuiſſe: quod tamen non admittit Strabo li. 6. Illud quoque non prætermiſerim, Mahometem alioqui infandiſsimum legiſlatorem, in ſuo Alchorano hanc legem tuliſſe: In tēplis nullus ſit cum fœminis coitus.

110 *Mahometi lex. Tēpla Veneris cauſa frequētari Eadē que ſape pollui.*

¶ Scio tamen plerunque templa religionis ſpecie à viris & mulierib. adiri, frequentariq; ſolere: ea tantùm gratia, vt libidinis cauſa ſeſe conſpiciant, atque ſi opportunitas adſit, alloquantur, deque loco ac tempore coeundi conueniant. Imò, verò, (quod longè fœdius eſt) ſi detur facultas, illic contempta omni religione ſimul concumbant. Ex quo illud Propertij libro ſecundo, Elegia 20.

*Illic te nulli poterunt corrumpere ludi,*
*Fanaq; peccatis plurima cauſa tuis.*

Et illud quoq; Ouid. libro 2. Triſt. Eleg. 1. eadēq; vnica:

*Qui locus in templis auguſtior? hęc quoq; vitet,*
*In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.*

Et illud Iouiani Pontani, lib. 1. de Amore coniugali:

*Templa pudicitiam maculant, ni rite peractis*
*Rebus abis, templi noxia ſæpe mora eſt.*

Item illud Ioannis Secundi in duos amantes ſe mutuò in æde ſacra baſiantes:

*State cum pulchris iuuenes puellis*
*Iungite, & dextras neque templa, nec vos*
*Ara diuellat veneranda diuum.*
*Quin maturatæ temerentur aræ*
*Aureo pro baſiolo puellæ.*
*Lædit & magno hic pudor eſt pudori.*

Cæterùm Acron & Porphyrion Horatij Interpretes, Sermonum eiuſdem lib. 1. tradunt Cateam quampiam adeò vilem fuiſſe, vt in æde Veneris Theatri Pompeiani adulterium obducto velo admiſerit. Ex noſtris gloſſ. in c. odi. 24. q. 1. inuehitur aduerſus ſcholaſticos, qui vadunt ad templa videndarum fœminarum cauſa: quā annotauit Barb. in proœmio Cle. in verbo, ſalutem, colū. 4.

111 *Venere abſtinēdum religionis cauſa.*

¶ Secundum, quod ad ſuperiora proximè accedit, illud erit, vt recordentur coniuges Moſen iuſsiſſe per triduum vxoribus abſtinere, qui ad montem Sinai acceſſuri, Deumq; loquentem audituri erant, Exod. 19. Et Abimelech ſacerdotem, Dauidi, & cæteris qui cum eo erāt, eſurientibus, non priùs panes ſanctificatos dediſſe quàm profeſsi eſſent, à mulieribus ab heri & nudiuſtertius ſe continuiſſe, vt ſcribitur 1. Reg. 21. & repetitur in §. item ſi panes. 33. quæſtio. 4. qua quidem in q. multa in hanc ſententiam reperies; ea enim ob id priuatim facta eſt. Et inter cætera in ca. Chriſtiano, citatur illud prioris ad Corin. 7. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini ad id ipſum. Cuius loci autoritate ſubnixus Syricius Pontifex Roman. ſcribens ad Epiſcopos Africæ: Quod dignum & honeſtum eſſe putat, ſuadet, vt ſacerdotes cum vxoribus ſuis non coeant. Cui & illud addes ex Eccleſiaſte c. 3. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Cui ſimile eſt illud Timonis, citāte Athenæo li. 7.

Ω῞ρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Tempus amandi, tempus habēdæ vxoris, tempus ab his deſiſtendi. At ex ijs, quæ ſcripta ſunt in diſtin. 33. q. 4. id ſummatim colliges, exactum de Venere, teneri quibuſuis diebus, vel Deo ſacris, id debitum exigenti reddere: honeſtius autem eſſe non exigere; exigentem tamen cauſa liberorum procreandorum, aut vitandæ incontinentiæ, minimè peccare; cauſa autem ſaturandæ libidinis, peccare mortaliter, vt nonnullis placet, venialiter, ut alijs ita. n. cōcludit gl. quā cæteri ſequūt in ſūma eius cā ę.

¶ Ex illis autem ſacrorum Bibliorum locis, vt opinor, Hieronymus in Apologia pro libris aduerſus Iouinianum, & Pammachium ſcribit, veteri lege non licuiſſe ſacerdotibus hoſtias offerre, dum operi coniugali ſeruiebant. Sed quibus addes, huc pertinere, quod præcipitur Exod. 12. renes accinctos debere eos habere, qui agnum illum paſchalem comederent. Quid enim eſt accingere renes, niſi libidine abſtinere, quæ renibus perficitur? vt nos alibi diximus ſuprà huiuſce legis num. 40. incip. ex his quoque. Et præcipitur quoque eodem lib. Exod. cap. 28. & iterum Leui. 16. cap. ſacerdotes ſanctuarium ingreſſuros, fœminalibus lineis verenda tegere. Id enim ad caſtitatem pertinet, vt ſcribit Iſychius Hieroſolymitanus, eum locum Leuitici enarrans li. 5. Commen. in Leuit. Et quod ſcribitur 2. Reg. 6. & iterum 1. Paralipom. ca. 13. Ozam, quia poſt vxoris concubitum manus admouit arcę Domini (vt nonnulli coniecerunt, neq;. n. eorum locorum contextus id dicit) repentina morte occubuiſſe. Quod & repetitur in c. plerunque. 2. q. 7. Cæterùm ex ſexta Synodo oportet eos, qui altari miniſtrant, in tempore oblationis ſanctorum, cōtinentes eſſe in omnibus, vt à Deo poſsint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. Quod & repetitur c. quoniam. 31. diſt. Diuus Auguſtinus in ſer. dominicæ 2. aduentus Domini, ſi is eſt, dicit abſtinendum eſſe à concubitu vxoris die natali Domini & alijs feſtiuitatibus, De quo & per eundem multa, in ſermone 3. dominicæ 22. vbi & illud dicit, filios q ex concubitu horum dierum naſcuntur, leproſos fore & epilepticos, atque etiam dæmoniacos. 102 *De eadē re.*

¶ Et concilio Elibertano in tribus quadrageſimis, & in quarta feria, & in ſexta coniugales (ita enim appellat coniuges) continere ſe debent, vt continetur in Decretis Buchardi li. 19. c. 155. Ex eodem quoque concilio, c. 3. Omnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere debet, tres, aut quinq;, aut ſeptem dies, vt & continetur in illis ipſis Decretis li. 5. cap. 22. In quo illud obiter expende, numerum imparem ſemper illic pręſtiturum, ut facilè intelligas id uerū eſſe, quod à Virgilio dictum eſt Eclog. 8 103 *De eadē re.*

—*Numero Deus impare gaudet.*

Sed vt redeamus, eodem lib. 19. ca. 5. Concubuiſti (ait) cum vxore die dominica? quatuor dies in pane & aqua pęnitere debes. Et continuò poſtea: Coinquinatus es cum uxore tua in quadrageſima? quadraginta dies in pane & aqua pœnitere debes, aut 26. ſolidos in eleemoſynam dare. Si per ebrietatem euenit, viginti dies in pane & aqua pœniteas. Viginti dies ante Natalem Domini, & omnes dies Dominicos, & in omnibus legitimis vigilijs, & in Natalitijs Apoſtolorum, & in præcipuis feſtis, & in publicis caſtitatem debes cuſtodire. Si autem non cuſtodiſti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

¶ Nec tamen pręte rmittam, hanc fuiſſe legem ex Pōtificum libris deprompta m, AD DIVOS ADEVNTO CASTE. Quam interpretatur Tullius li. 2. de legibus, trahitq; ad caſtimoniam & corporis & animi. Ad quod referri poteſt illud Silij Italici libr. 7. dum loquitur de matronis Romanis, Iunonem precationum cauſa adeuntibus: 104 *De eadē re ex ethnicis.*

*Huc ades, ò Regina Deum, gens caſta precamur.*

Sed & Aſſyrij Solem ſub Iouis nomine colebant, quē Dia Heliopoliten cognominabant, cuius ſimulacrum vehebant, ſubibantq; prouincię proceres raſo capite longi temporis caſtimonia puri, ut ſcribit Macrob. lib. 1. Satur. c. 23. Chæremon quoque Stoicus, & ex eius autoritate Porphyrius libro 4. de abſtinentia ab eſu carnium, & D. Hieronymus in Iouinianum libr. 2. tradit Ægyptios, cùm aliquid in ſacro cultu erant operaturi, à congreſſu venereo abſtinere ſolitos per aliquot dies, videlicet quādoque duos & quadraginta, quandoque plures, aut pauciores, ita tamen, ut nō minus, quàm ſeptem. Idem Porphyrius



phyrius lib. 2. eiuſdem operis, atque etiam Clemens Alexandrinus libro quinto. Stromatῶn, ſcribunt in Epidauro hanc templi fuiſſe præſcriptionem:

Α῾γνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ε῎μμεναι.—

Id eſt, ad verbum:

*Caſtum oportet templum ſacrum intra euntem*
*Eſſe.*—

Nam & idem Porphyrius prodit, Deos exaudire nolle hominem, qui multis diebus ſe ab operatione venerea non abſtinuiſſet. Hincq; legimus Numam Pompilium, Regem illum ſanctiſsimum, cùm orationibus vacaret, mulieribus abſtinuiſſe: quod & Ouidius ſignificauit libro quarto Faſtor.

*Vſus abeſt Veneris: nec fas animalia menſis*
*Ponere: nec digitis annulus vllus ineſt.*

Heſiodus autem libro pri. eius operis, cui titulum fecit, ἔργα καὶ ἡμέραι, monet Perſen fratrem, vt ſacra Dijs immortalibus caſtè ac purè pro virili faciat:

Καδδύναμιν δ᾽ ἔρδειν ἱερ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Α῾γνῶς καὶ καθαρῶς.

Idem li. 2. eiuſdem operis monet eundem, ne ab vxoris congreſſu Veſtæ ſacris interſit.

Μὴ δ᾽ αἰδοῖα πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
Ε῾στίη ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ᾽ ἀλέασθαι.

*Bacchi ſacra caſtis manibus fiebant.*

Quinetiam legimus, viros & vxores ſecubuiſſe, cùm manè Baccho eſsēt ſacrificaturi, quoniam id per caſtas manus fieri ſolebat. Orpheum enim Orgia, id eſt, ſacrificia Bacchi inſtituiſſe, atque à menſtruoſis ſolùm mulierib. celebrari, à quarum commiſtione viri abhorrent, vt ſcilicet caſtè fierent. Ex quo eſt illud Ouidij lib. 2. Faſtor.

*Sic epulis functi, ſic dant ſua corpora ſomno,*
*Et poſitis iuxtà ſecubuere toris,*
*Cauſa, repertori vitis quia ſacra parabant,*
*Quę facerent purè, cùm foret orta dies.*

115 *De eadē re.*

¶ Illud quoque ex antiquorum monumentis didicimus, mulieres, dum Iſidis ſacra fierent, per nouem dies viris abſtinere ſolitas. Ex quo illud Propertij li. 2. El. 33.

*Triſtia iam redeunt iterum ſolennia nobis:*
*Cynthia iam noctes eſt operata nouem.*
*Atq; vtinam Nilo pereat, quæ ſacra repentè*
*Miſit matronis Inachis Auſonijs.*
*Quæ Dea tam cupidos toties diuiſit amantes,*
*Quæcunq; illa fuit, ſemper amara fuit.*

Et illud quoque Ouidij lib. 1. Amor. Eleg. 8.

*Sæpe nega noctem: capitis modò finge dolorem:*
*Et modò, quæ cauſas præbeat, Iſis erit.*

Atque etiam ipſius Propertij lib. 4. Eleg. 5.

*Denique ubi amplexu Venerem promiſeris empto,*
*Fac ſimiles puros Iſidis eſſe dies.*

Eodem pertinet & illud Iuuenalis Saty. 6.

*Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor*
*Concubitu, ſacris, obſeruandiſq; diebus:*
*Magnaq; debetur violato pęna caduceo.*

*Iuuenalis locus.*

Nam tum violari (vt nonnulli dicunt, nullo tamen autore antiquo) caduceum creditur, cum vetito tempore cōiuges coeunt. Sunt tamen, qui dicant, in eo. vlt. carm. Iuuenalis non legendum, caduceo, ſed Cadurco. Aliàs enim carmen claudicaret, cùm prima caducei longa ſit, vt patet ex cōpoſito illius Caducifer, apud Ouidiū li. 4. Faſt.

*Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis.*

*Caduceū uiolare quid.*

Caduceum autem intelligunt pro lecto, vt videre licet apud Interpretes Iuuenalis, qui id declarant. Sunt & qui in illo 2. carm. Propertij, non nouem, legunt, ſed decem, quia in dierum caſtimonijs numerus id genus aliàs fuerit præſcriptus. Nam Liuius lib. Belli Macedonici 9. loquens de matre filium initiatura Bacchanalibus, ita ſcribit, Decem dierum caſtimonia opus eſſe, decimo die cęnatum, deinde purè lautum in ſacrarium deducturam. Idem quoq; paulò pòſt docet eum, qui initiari volebat, per aliquot noctes ſecubuiſſe ſolitum à fœminæ complexu, religionis cauſa. Sed & paucis interiectis, Hiſpalæ cōcubitu carere eum decem noctes non poſſe.

¶ Ouidius libro Amorum 3. Eleg. 10. tradit in ſacris Cerealibus ſecubitus vſurpari ſolitos, vt ſcilicet fęminæ ſolæ in uacuo toro per aliquot noctes ſecubarent: 116 *De eadē re.*

*Annua venerunt Cerealis tempora ſacri:*
*Secubat in vacuo ſola puella toro:*
*Flaua Ceres tenues ſpicis redimita capillos,*
*Cur inhibes ſacris commoda noſtra tuis?*

Et paulò pòſt:

*Hanc quiſquam lachrymis lætari credat amantum?*
*Et bene tormentis ſecubituq; coli?*

Idemque poſtea:

*Qui tibi ſecubitus triſtes, Dea flaua, fuiſſent,*
*Hos cogor ſacris nunc ego ferre tuis.*

Et lib. 10. Metamorph.

*Feſta die Cereris celebrabant annua matres*
*Illa, quibus niuea velatę corpora veſte*
*Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum:*
*Perq; nouem noctes Venerem, tactuſq; viriles*
*In vetitis numerant.*—

Ex quo eſt illud eiuſdem lib. 4. Faſtor.

*Parca bonæ Cereri ſint modo caſta placent.*

*Bonæ deæ ſacris mulieres uenere abſtinebant.*

Et ob eam cauſam matronæ Antheníenſes in ſacris Cereris caſtitatē cuſtodientes, folijs viticis de cubitus ſibi ſternebant, vt diximus ſuprà nu. 94. ĩc. Galenus. Sed & in ſacris Bonæ Deę à rebus venereis abſtinebant mulieres, nec ſolùm viros excludebant, ſed cùm ſolenne ſacrificium facerent, quicquid maſculū erat, domo exigebant, vt tradit Plutarchus in Problem. Rom. ca. 19. de quo & nos aliquid diximus in 10. lege connub. nu. 26. incip. & huc quoque.

¶ Suprà dictis cōcinit, qđ ſcribit Tibullus li. 2. El. 1. 117 *De eadē re.*

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris.*
*Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſta placent ſuperis: pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.*

Hucque reſpicit illud Virgilij, aut cuiuſuis alterius, in Priap.

*Huc, huc quiſque es, in Dei ſalacis*
*Diuerti graue ne puta ſacellum,*
*Et ſi nocte fuit puella tecum,*
*Hac re, quod metuas adire, non eſt,*
*Iſtuc cęlitibus datur ſeueris.*

Et illud eiuſdem Virgilij lib. 3. Æneid.

*Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto:*
*Hac caſti maneant in religione nepotes.*

Et lib. 7. eiuſdem operis:

*Præterea caſtis adolet dum altera tedis.*

Et quod Pythagoras (vt tradit Laertius) ſemper caſto corpore honores Dijs adhibendos dicebat.

¶ Hæc pudicitiæ in rebrus ſacris obſeruatio in cauſa, ni fallor, fuit, vt tandem poſt multorum ſeculorum contentiones, ſtatutum fuerit, ne liceret ſacerdotes vxores habere, vt videre licet ex c. diaconus & cap. præsbyteris. 27. diſt. & diſt. ſeq. per totum. & 31. diſti. etiam per totū. Porrò Epiphanius contra Hæreſes lib. 3. ca. 78. illud ex diuinis literis obſeruauit, Moſen poſtquam prophetauit, non amplius vxori ſuæ coniunctum fuiſſe. Sed & Euſebius Cæſarienſis, ſi is eſt, libro Euangelicæ demonſtrationis 1. cap. 9. tradit ipſum Moſen, atque eius fratrē Aarō, antequam ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe: poſtquam autem diuina oracula acceperint, non ampliùs genitos ab illis filios inuenias. At Hebræi ſcriptores enarrantes c. 12. Numer. tradunt ipſum Moſen ſe à Zephora vxore ſeparaſſe, vt fidelius ĩ domo Domini miniſtraret. Cæterùm Epiſcopum caſtum eſſe oportere, ſatis cōſtat ex D. Paulo, in epiſtola ad Titum ca. 1. Oportet (inquit) Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, 118 *Sacerdotes caſtos & cælibes eſſe oportere.* *Epiſcopus caſtus ſit.*

non

non proteruum,non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem,non turpis lucri cupidum,ſed hoſpitalem, benignum, caſtum & cætera quæ ſequuntur, quanquam Latinus interpres,cuius interpretatione vtimur, pro σώφρονα,id eſt,caſtum,prudentem tranſtulit, verbi ambiguitate deceptus, vt annotat D.Hieronymus in enarratione eius loci:& iterum in Iouinianum lib.1.Et caſtū,quoque legit Iſychius Hieroſolymitanus lib.2.Cō.in Leuit.

*Bibliorum locus.*

119 *De eadē re.*

¶ Quinetiam vel apud Ethnicos pudicitiam in ſacerdotibus præ cæteris fuiſſe ſemper commendatiſsimam, vel ex illo Virgilij loco liquet lib.Æneidos 6.

*Quiq; ſacerdotes caſti,dum vita manebat.*

Iſtudque Ouidij lib. 2. Faſtor. paulo poſt principium:

*Nomen idem ramo,qui caſus ab arbore pura*
*Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.*

Ex quo Iuncus ἐκ τοῦ περὶ γήρως, apud Stobæum ca. 112. Minus(ait) edens,aut bibens vir ſenex, & abſtinens Venere tanquam ſacerdos quidam, nullius rei gratia dolēs,aut indignus vitam agit. Verba eius Græca hæc ſunt: ἧττον ἐσθίων ἢ πίνων ὁ πρεσβύτης, ἀφροδισίων τ᾽ ἀπεχόμενος, ὥσπερ τις ἱερουργῶν, ἀλύπως διάγεται, καὶ ἀνενδεῶς.

120 *Veſtales perpetuā virginitatem ſeruabant.*

¶ Nam & apud Romanos Veſtæ ſacerdotes, quas & ipſas Veſtales vocabant, perpetuam virginitatem ſeruabant,vt tradit Plinius, aut quiſquis is eſt, qui illum librū de viris illuſtribus edidit,in Proca Rege Albanorum,& Polyenus lib. 8. Stratagematōn ad Antoninum & Verū Imperatores,vbi de Amulio loquitur. Ex quo idē Ouid. lib.4.Faſtorum,de his loquens:

*Quæq; colunt ſanctos virginitate focos.*

Et iterum lib.6.eiuſdem operis:

*Cur ſit virginibus,quæris, Dea culta miniſtris?*
*Inueniam cauſas hac quoq; parte ſuas.*
*Ex Ope Iunonem memorant,Cereremq; creatas*
*Semine Saturni:tertia Veſta fuit.*
*Vtraq; nupſerunt,ambæ peperiſſe feruntur:*
*De tribus impatiens reſtitit vna viri:*
*Quid mirum,virgo ſi virgine læta miniſtra,*
*Admittit caſtas in ſua ſacra manus.*

Quam quidem virginitatem ſi concubitu polluiſſent, viuæ ſub terra defodiebantur,ex legibus Numæ illius Pōpilij,vt videre licet ex lib.2.Dionyſij Halicarnaſſei,libr. 2.Roma.antiq.& Plutarchi in vita illius, & iterum in vita Fabij Maximi: & ex plurimis Liuij locis. Et hinc illud ipſius Ouidij lib.quoque 6.Faſtorum:

*Nullaq; dicetur vittas temeraſſe ſacerdos.*
*Hoc duce nec viua defodietur humo.*

Et illud quoque Iuuenalis Satyr.4. non multò poſt principium:

*—Cum quo nuper vittata iacebat*
*Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.*

Quare autem eo genere mortis magis,quam alio,plectebantur,diſces ex Plut.Proble.Rom.cap.96.

121 *Cereris ſacerdotes etiam primis viris abſtinebant. Iunonis itē Achaicæ. Et Dianæ. Et Apollinis Pythij.*

¶ Nec tantùm Veſtæ, ſed & Cereris ſacerdotes fœminæ, viuentibus etiam viris ſuis,atque conſentientibus,amica ſeparatione viduabantur,vt ſcribit Tertullianus in li.de Monogamia,haud multo ante fi. Vbi & idem dicit de ſacerdotibus Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij. Quod & ipſum tradidit Hieronymus in lib.cui tit.ad Geruntiam,vbi & idem quoque tradit de ſacerdotibus Mineruæ. Veneris Deæ illius impudiciſsimæ ſacerdotes,& ipſæ quidem mulieres erant nuptiarum expertes, vel teſtimonio Muſæi Poetæ antiquiſsimi,cuius hoc carmen eſt de Ero:

Κύπριδος ἦν ἱέρεια, γάμων δ᾽ ἀδίδακτος ἐοῦσα.

*Veneris ſacerdotes nuptiarū expertes.*

Cui concinit, quod tradit Pauſanias lib.1.qui eſt de Corinthiacis,apud Sicyonios Veneris tēplum fuiſſe, in quo ſolæ ingrediebantur duæ mulieres, quarum altera Deæ antiſtes erat,altera virgo,quæ & annuo fungitur ſacerdotio.Sed & ſacerdotes item fœminę Dianę in Ecbatanis, quam Anatim aut vt alij, Anetim vocant, caſtam vitam perpetuò ducūt,ut tradit Plutarch. in Artaxerxe. Apud Senecam autem Decla.lib.1.decla.2.lex eſt antiqua,Sacerdos caſta caſtis,puris pura ſit.

122 *Sacerdotes Matris Deū.*

¶ Quid quòd legimus,ſacerdotes Matris Deum,teſta ſibi virilia amputaſſe,quod inter cæteros teſtatur Pli.lib. 11.capit.49.& lib.35.capitu.12. Ex quo illud Iuuenalis Satyr.6.

*Semiuir obſcœno facies reuerenda minori*
*Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta.*

Et illud quoque Martialis ad id alludentis:

*Abſciſſa eſt quare ſamia tibi mentula teſta,*
*Si tibi tam gratus,Betice,cunnus erat?*

Et eos qui maxima ſacra obibant, vt in caſta religione manerent,& procul à contagio mulierum agerent, herbis quibuſdam ſolitos euirari,& virilitatē amittere. Nō nullos quoq; e garo ex piſciculis, qui ſquammam nō haberent,in ſacris vſos fuiſſe, quòd incendia libidinum reprimere ferātur,& irritos conatus venereos facere.Quoniam Ageſilaus putabat, Deos non minus religioſis operibus,quàm ſacrificijs caſtis delectari.Legimus itē Hierophantas Athenienſium poſtquam in ſacerdotium cooptati erāt,ſeſe cicutæ ſorbitione caſtraſſe, vti refert D. Hieronymus in 1.in Iouinianum epiſt.in fi.& in libr.de Monogamia ad Geruntiam, vbi ſcribit, eos ſeſe ſponte euiraſſe, & æterna debilitate caſtos ſe feciſſe. Et Seruius lib.6.enarrans eum locum:

*Hierophāta Athenienſium.*

*Quiq; ſacerdotes caſti.*

Vbi dicit, ſacerdotes herbis quibuſdam ſeſe emaſculare ſolitos.

122 *Ægyptiorum ſacerdotes inoffenſa caſtitatis. Sal libidinem concitat.*

¶ Plutarchus Sympoſiacōn Decade 5 cap.10. & in libro de Iſide & Oſiride ſcribit Ægyptios ſacerdotes, caſtitatem inoffenſam ſeruare, ideoque illos à ſalis vſu abſtinere,vt qui caloris vi libidinem conciter, vt & videre licet ex eodem Plutarcho Cauſar.nat.c.3. & nos quoque alibi diximus. Et de eorum quoque caſtimonia multa Porphyrius lib.4.de Abſtinentia ab eſu carnium,quæ videre poteris.Quinetiam in eodem libro expēdit ex Euripide,ſacerdotes Iouis Idæi in Creta,caſtam vitam duxiſſe.Nam ita introducit chorum hæc Minoi dicentem, Græcè quidem,ſed in hanc ſententiam:

*Sacerdotes quoque Iouis Idæi.*

*Idæi ab illo ex quo ſacerdos ſum Iouis,*
*Traduco caſtam vitam.—*

Ouidius autem libro 1.Faſtorum,Iouis ſacerdotem caſtum vocat:

*Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos*
*Semimaris flammis viſcera libat ouis.*

123 *Romani ſacerdotes capra abſtinebant. Et fabis.*

¶ Quin & ipſe Plutarchus(vt ad eum redeamus) Problematōn Romanor.cap.3. prodidit Romanos ſacerdotes capra ideo abſtinere voluiſſe, vt non modò non attingere, ſed ne nominare quidem liceret, quòd id animal, tanquam libidinoſum, abhorrerent. Et forte etiam Flamini Diali Romæ vſus fabæ erat interdictus, quòd libidinem excitet. Qua etiā de cauſa Pythagoras eius eſum hominibus interdicebat, vt dicit idem Plutarchus eiuſdem operis ca.95. Quanquam & ipſemet alibi, & alij aliò id trahant,vt videre eſt apud Plinium libro 18.ca.12. Sed quod huic noſtræ ſententiæ adſtipulatur, Feſtus Pōpeius tradit, Flamini Diali Romæ nefas fuiſſe hederam tangere,ac ne nominare quidem fas fuiſſe.Quo ænigmate antiquitas declarabat, quanta puritas , quanta caſtitas ſacerdotem deceret. Hederam enim herbam eſſe laſciuam, & quæ amplexu ſuo omnia vinciat. Ex quo illud Horat.lib.Epod.Ode 15.

*Hedera.*

*Arctius,atque hedera procera aſtringitur ilex,*
*Lentis adhærens brachijs.*

Rurſumq; Carminum lib.1. Ode 36.

*Nec Damalis nouo*
*Diuellitur adultero,*
*Laſciuis hederis ambitioſior.*

Et illud quoque Catulli in Epithalamio Iuliæ & Mallij:

*Ac*



*Ac domum dominam voca*
*Coniugis cupidam noui,*
*Mentem amore reuinciens,*
*Vt tenax hedera hac & hac*
*Arborem implicat errans.*

Notum eſt autem illud Galieni Imperatoris Epithalamium,apud Trebellium Pollionem.

*Ite,ait,ò pueri,pariter ſudate medullis*
*Omnibus inter vos.non murmura ueſtra columbæ,*
*Brachia non hederæ,non vincant oſcula conchæ.*

Et huc quoque pertinet, quod ſcribit ipſe Plutarchus in lib.de Auditoris officio: Ad quid enim ( inquit, Græcè quidem,ſed in hunc ſenſum)non impellit amor? nimirū ſua ſpōte,nō aliter atq; hedera, ſuenit , quo ſe alliget.

124 *Sacerdotes ruta in edulijs utebantur.*

¶ Sed & legimus apud Græcos autores, ſacris initiatos ſeruandæ caſtitatis gratia,rutam aſsiduè inter edulia ſolere aſſumere, quòd ea Veneris appetētiam extinguat, vt multorum autoritate diximus ſuprà num.95.inci. idē Galen. Nam & ea herba ſperma extinguit, vel in cibo, vel in potu ſumpta, vt tradiderunt Dioſcorides lib.3.c. 50.& Plinius lib.20.c.13.Quo etiam argumento Grecè πήγανον dici,quibuſdā placuit,παρὰ τὸ πηγνύειν τὴν γόνην. De quo etiam Plutarchus lib.3.Sympoſiacōn,φασὶ δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς λυμάνσεως ὀνομάζεσθαι, πήγνυσι γὰρ διὰ ξηρότητα, καὶ θερμότητα, τὸ σπέρμα. Id eſt, Ferunt præterea peganon,id eſt rutam,à potentia ſic appellatam. Congelat enim ob caliditatem ſuā & ſiccitatem hominis ſperma. Ex his autem eſt illud Ouidij ad fi.libro ſecundo de Remedio amoris:

*Vtiliùs ſumas acuentes lumina rutas,*
*Et quicquid Veneri corpora noſtra negat.*

125 *Apes nōniſi a caſtis tractandæ.*

¶ Mirum eſt autem & in primis adnotandum, quod tradit Columella lib. Rei ruſticæ 9.c.14. (quod hic obiter dicere voluimus, quia & nonnihil ad hunc locū pertinet) illud ſcilicet maximè cuſtodiendum eſſe curatori, qui apes nutrit, cùm alueos tractare debebit, vti pridie caſtus ſit ab rebus venereis. Id quod mirè conuenit cū eo,quod ſcribit Plutarchus in lib.de Cauſis naturalib.c. 36.Cur(inquit)apes citiùs eos pungunt, qui dudum ſtuprum fecerunt? An quod id animal eſt munditiæ perq; ſtudioſum? Præterea olfactus ſenſu valet plurimū? Cum itaque impuri congreſſus propter impudicitiam, & immoderatam libidinem ſoleant eſſe immundiores, & citiùs ab apibus deprehenduntur, & odium vehementius aduerſus illos concipiunt.Vnde apud Theocritum ioco sè Venus ad Anchiſen à paſtore ablegatur,vt apum aculeis propter admiſſum adulterium pungatur:

*—Te confer ad idam,*
*Confer ad Anchiſen,vbi quercus atq; cypirum.*
*Creſcit,apum ſtrepit atq; domus melliflua bombis.*

Et Pindarus: Paruula fauorum fabricatrix, quæ Rhæcū pupugiſti aculeo, domans illius perfidiam.Idem Plutarchus in præceptis connubialibus cap.46. tradit apes indignari atque pugnare cum his qui cum muliere cōcubuere. Quibus cōcinens Florentinus Agriculturæ ſcriptor, ad autorem Geoponicōn li.15. de apibus loquens χαλεπαίνουσι δὲ ἀπέργονται, μάλιστα ταῖς ἀφροδισιαζομέναις. Id eſt, Mulieres adoriuntur, præſertim quæ rei Venereę operam dederunt:

126 *Penorum præfectos caſtos eſſe debere. Herbas & arbores à caſtis tractandas.*

¶ Idem Columella(vt ad eum redeamus) lib.12 cap. 4.ſcribit,Magonem Carthaginenſem, Amilcarem, Paxanum,Mnaſeam,M.Ambiuium,& Caium Martiū prǽcepiſſe eos,qui penoribus prǽficiuntur,oportere abſtinētiſsimos eſſe rebus venereis: quibus ſi fuerit operatus, vel vir uel fęmina,debere eos flumine aut perenni aqua, priuſquam penora contingant,ablui:quod & ipſum mirum eſt.Nec tamen minus mirum eſt, quod tradit Apuleius Platonicus (neſcio num is ſit qui Apuleius Celſus dictus eſt Scribonio ipſius diſcipulo,c.17.& alibi ſæpè) in lib.de viribus herbarum,de oſtriagene,ſiue parietaria ſcribens, Hanc,inquit, herbam ſi uolueris euellere mundus & ante ſolis ortum leges. Et quod Florentinus illo Geoponicōn li.9.tradit,in Anazarbo Ciliciæ, pueros caſtos oleam colere, ac propterea apud eos oleam fertiliſſimam ac fructuoſiſsimā eſſe. Paulò verò antè dixerat, oleam, cùm pura ſit, puros etiam velle ſuos collectores eſſe,& iurare debere,quòd à ſola vxore veniant, & non ab alieno cubili. Sic enim & in ſequenti tempore plurimum fructum eam exhibere. Quibus ſubſcribens Palladius libro Rei ruſticæ 1.c.6.Græci,inquit,iubent oliuā, cùm plantatur & legitur,à mundis pueris atque virginibus operandam,credo, recordati, huic arbori præſidem eſſe caſtitatem.Plinius lib.12.ca.14.tradit, apud Arabes eos qui arbores thuriferas,ex quibus,ſcilicet, thus proſilit,incidunt,aut metunt,ſacros vocari, nec vllo congreſſu fœminarum pollui debere. Et fortè id perpetuum eſt in omnibus herbis,& arboribus,ut & puris, caſtiſq; manibus coli,tractari,& in vſum verti velint.Ad quod fortè reſpexit Ouidius,cùm ſcribit lib.1.Amor.Eleg.12.

*Illum etiam,qui vos ex arbore vertit in vſum,*
*Conuincam,puras non habuiſſe manus.*

¶ Sed & uidemus,res medicamentis deſtinatas caſtitate maximè gaudere,magiſq; prodeſſe, ſi a caſtis tractetur. 127
Quod & ex eo uidere licet,quod ſcribit Plinius libr. 12.capit.14. Arabes,qui thuris(huius enim in medicina maximus uſus)arbores incidunt,aut metunt,nullo fœminarum congreſſu pollui. Idem lib.21.cap.7. pręcipit Iridem illam,unguentis & medicinæ naſcentem, ante omnia caſtos legere. Et lib.20.cap.6. de Verbaſco loquens, Experti(inquit affirmauere, plurimum referre, ſi uirgo imponat,&c.Marcellus c.26.tradit rorem à folijs prima luce à puero uirgine excutiendum eſſe, ad curanda ueſicæ uitia.

¶ Tertium illud,Moſen ſuis legibus interdixiſſe concubitu mulieris menſtruatæ, Leui.15.& 18.& 20.ubi & 128
huic rei pęna mortis irrogatur: & nōnihil meminit Ezechiel,ca.28.ſtatim poſt prin.& iterum c.22.& Ioſephus lib.Antiquitatum 5.c.11.aut,ut alij diuidunt,14. Cuius prohibitionis tam frequentis cauſam declarat Auguſtinus lib. 3. Quæſtionum ſuper Geneſim. Ex hoc autem D.Clemens, in ea epiſtola, quam ad Iulium & Iulianū, aliosq; diſcipulos ſcripſit: Obſerue(inquit) vnuſquiſq;, ne menſtruatæ mulieri miſceatur: hoc enim & execrabile dicit lex Domini.Quod ſi lex de his non admonuiſſet,nos ut canthari,libenter volutaremur in ſtercore.Et hanc legem, ut alias plurimas, Mahometes in ſuum Alcoranum tranſtulit.Menſtruoſas (ait) nemo tangat, niſi mundatæ ſunt.Ex Decreto autem D. Bachardi, lib.19. cuius tit.eſt,de Pœnitentia cap.5.Iunxiſti(inquit) te uxori tuæ menſtruo tempore? ſi feciſti,decem dies in pane & aqua pœniteas.

*Menſtruatæ mulieris coitu abſtinēdū.*

¶ Et de hac re quoque nōnihil habetur in noſtris Decretis Canon.cap.ad eius 5. diſt.quo in loco glo.Archi. 129
& alij rationem quoque reddunt, quoniam ex huiuſmodi concubitu prodeunt liberi epileptici,& leproſi ( elephantiaci voluerunt dicere ) & aliàs morboſi. Quod & tradit D.Hieronymus in Comment. dicti cap. 18.Ezechielis,& iterum in lib.1.Lamentationum Hieremiæ,c. item primo, & Auguſtinus ( ſi is eſt ) in ſermone tertiæ dominicæ 22.ubi & addit, hos liberos futuros dœmoniacos:& D.Thomas in quarto ſententiarum, diſti.32. art.2.& è noſtris Alberic.in l.quę bis.ff.de ædil.edict.Id quod etiam,quantum ad leproſos ac alios morboſos, adſtruunt Medici,aliiq; rerum naturalium ſcriptores:

*De eadē re.*

¶ Qui locus in mentem reducit,quod & à D.Clemēte 130
ſcriptum eſt lib.9.Recognitionum,illud interdum accidere,vt ſi qui incontinenter egerint, eis generetur intēperata & uitioſa progenies. Dum enim in totum libidini indulgetur, obſeruatioq; nulla coeundi eſt, illorum ſine dubio Dæmonum, quibus hæc perurgentibus ſiunt,

*De eadē re.*

vitia

vitia & fragilitates ſuſcipit importuna generatio. Et iō pro huiuſmodi vitijs natorum, obnoxij erunt parentes, qui legem ſeruare concubitus noluerunt. Et licet ſint & aliæ cauſæ ſecretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiũtur animæ: tamen oportet vnumquenque agnoſcere legem Dei, vt ex ea generandi obſeruantiam ſumat, & immunditiæ cauſas declinet, vt poſsit mundum eſſe, quod gignitur. Neque enim fas, eſt, ut in plantandis quidē vulgatis, vel in ſeminandis frugibus, opportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia quę conuenit, prę parentur, ne fortè ſemen iactum lædatur & pereat: & in homine ſolo, qui eſt ſuper omnia, ſerēdi obſeruatio nulla habeatur, nulla cautela? Hæc ibi.

131 *De eadē re.* ¶ Sed vt redeamus, illud certè ſcio, mulieres, quæ in hoc fluxu ſunt, raro concipere: vel teſte Ariſtotele li. de Generatione animalium 1.c.19. At idem lib. de Hiſtoria animalium 7.cap.2.tradit, nonnullas mulieres, dum profluunt menſes, cōcipere ſolere, poſteà autem nō poſſe, vt quibus vulua ſtatim à purgatione cōprimitur. Porrò Plin.lib.28.c.7.tradit, huiuſmodi fœminarum coitus in ſilente Luna maribus exitiales eſſe, atque peſtiferos.

¶ Et aliàs multum fœditatis ac maleficij huiuſmodi
132 *Menſtruorum fœditates & maleficia.* menſtrua obtinere, videri poteſt ex Columella libr. Rei ruſticæ 11.c.3.eodemq; vlt.& Plinio lib.7. cap.15.ubi & inter cætera illud dicit, nihil facile reperiri mulierum huiuſmodi profluuio magis monſtrificum: quod multis documentis comprobat: & rurſus lib.19.c.10.& li.28. cap.7.& Solino in Polyhiſtore, ca.4.& Æliano lib. Hiſtoriæ animal.2.quo loco de Campe vermiculo loquitur.& autor ille Geoponicῶn lib.10.cap.77.autoritate Democriti, & iterum lib.12.cap.20.autoritate Florentini, & Auicenna, c.2.Fen.canonis 3.quæ huc ſigillatim referre non duxi, loca deſignaſſe cōtentus, ſi quis fortè noſſe cupiat.

133 ¶ Illud tamen dixerim, quòd ex legibus Zabiorũ mulier cui menſes fluerent, præcipiebatur ſoli domi manere, cremabãturq; loca in quibus pedem ſuum poſuerat. Nec is tantùm pollutus erat, qui cum ea loquebatur: ſed & ſi ventus ex ea ſuper mundum quempiam tranſiſſet, is quoque polluebatur: vt recēſet Rabbi Moſes Ægyptius in eo opere, quod Dubitantium inſcribitur, lib.3 ca.48. Sed his multo maiora comperies ex legibus Moſis, illo cap.15.Leui. Et alibi quoque ex multis locis Bibliorum intelliges, huiuſcemodi menſtrua eſſe admodum abominabilia, ac deteſtabilia. Heſter cap.14. Et deteſtor illud, quaſi pannum menſtruatæ. Et Eſaiæ 30. Diſperges ea, ſicut immunditiam menſtruatæ. & iterum ca. 64. Et facti ſumus, vt immundi, omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ. Et Hieremiæ 2. cap. Omnes qui quærunt eam, non deficient: in menſtruis eius inuenient eam. Et Threnorum eiuſdem ca.1. facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos. Et Baruch.6.ex Epiſt.eiuſdem Hieremiæ: De ſacrificijs eorum fœtæ & menſtruatæ contingunt. Et Ezechielis 22. Immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te. Et rurſus c.36. Iuxta immunditiã mēſtruatæ facta eſt via eorum coram me. Et Zachariæ 13. In ablutionem peccatoris, & menſtratæ.

134 ¶ Illud autem denique non omittemus, quod apud nōnullos ſcriptum reperimus, quòd cùm Orpheus Bacchi ſacra comperiſſet, prohibuiſſetq; ne mulieres, cũ mēſtrua illis fluerēt, eis adeſſent, Threſſas muliereres id ad earum ignominiam inuentum exiſtimantes, illum vnguibus interfecerunt, & in Hebrum fluuiũ deiecerunt: quã quam alij aliam ob cauſam à fœminis interemptum tradunt, vt videre licet apud Pauſaniam lib.9.quo Bœotica deſcribit, & Plianoclem apud Stobęum Florilegij c.62.

135 *Menſtruorum multa commoditates, et medicamina.* ¶ Nec tamen interim prætermittam, ne mulieres nobis ſuccenſeant, huiuſmodi menſes non in paucis maiorem in modum prodeſſe. Nam Democritus (vt ab antiquioribus incipiam) in eo libro, qui inſcribitur περὶ ἀντιπαθῶν, & poſt eum Columella c.3.lib.11. affirmant beſtiolas illas maleficas, & quæ multùm hortis officiũt, quę à Latinis erucæ, vel bruci, à Græcis κάμπαι vocãtur, enecari, ſi mulier quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus, & nudo pede vnamquãque aream ter circumeat. De quo & idem Columella lib.10. illis verſibus:

*At ſi nulla valet medicina repellere peſtem*
*Dardaniæ veniant artes: nudataq; plantas*
*Fœmina, quæ iuſtis tum demum operata iuuenta*
*Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore,*
*Sed reſoluta ſinus, reſoluto mœſta capillo,*
*Ter circum areolas, & ſepem ducitur horti.*
*Quæ cùm luſtrauit gradiens (mirabile viſu)*
*Non aliter, quàm decuſſa pluit arbore nimbus,*
*Vel teretis mali, vel tectæ cortice glandis,*
*Voluitur ad terram diſtorto corpore campi.*

Et à Plinio quoque repetitum lib.17.c.28.eodemq; vlt. & lib.28.ca.7. vbi & idem valere aduerſus vermiculos, ſcarabæos, ac noxia alia dicit: & à Palladio lib.1.ca.35.& ab autore Geoponicῶn lib. 12. cap.8. Sed illud minimè prætermittēdum ducimus, quod de Orobanche herba, (quæ & Leo, & Oſproteon dicitur, quæque admodum noxia eſt, vt quæ aliàs, circumligando ſe, enecat, vt tradit Plinius lib.18.cap.17.) ſcribit Democritus, non diſsimile illi, quod de erucis ex eodem ſuprà diximus, nempe herbam hanc è regione diſcedere, ſi mulier, quæ in mēſtruis eſt, nuda citra omnem penitus amictũ, ſolutis crinibus, gallum in manibus habens, regionem circumeat. Quod & ex eodem repetit ille idem autor Geoponicῶn lib.2.c.40. Quem tamen locum Ianus Cornarius, vir vtique huiuſmodi rerum naturalium peritiſsimus, ita in Latinum conuertit, vt vix ſcias, quid velit dicere: Virgo (inquit) nubilis, ſanguinem nuptiarum habens, nuda, & cætera, vt ſuprà. Neque enim intelligo quid illa verba ſignificent. At ea planiùs trãſtulit Ruellius li.2.de Nat. ſtirp. ca.30. vbi tamen illius autoris nullam mentionem facit.

¶ Sed & alia multa commoda huius rei refert Plinius
136 *De eadē re. Plinij loc.* eodem cap.7. lib.28. Nempe ea prodagras ſtrumas, & parotidas, panos, ſacros ignes, furunculos, epiphoras, tractatu earum mulierum quæ in fluxu ſunt, leniri. Lais & Salpe canum rabioſorũ morſus, & tertianas, quartanaſq; febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo ſanarũt. Diotimus Thebanus, veſtis oĩno ita infectæ portiuncula acu, vel pelliceo, aut, vt alij legunt, vel licio brachiali inſerta. Sotira obſtetrix tertianis quartaniſq; efficaciſsimum dixit, plantas ęgri ſubterlini: multoque efficacius ab ipſa muliere, etiam ignoranti. Sic & comitiales excitari. Icetidas medicus quartanas coitu finiri, incipientib. duntaxat menſtruis, ſpopondit. Inter omnes verò conuenit, ſi aqua, potuſq; formidetur à morſu canis, ſuppoſita tantùm calici iſcinia tali, ſtatim metum eum diſcuti, videlicet præualente ſympathia illa Gręcorum, cùm rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium vlcera ſanari certum eſt, addita caminorum farina, & cera. Maculas autem è veſte eas non niſi eiuſdem vrina ablui. Cinerem per ſe roſaceo miſtum, fœminarum pręcipuè, capitis ſedare dolores illitum fronti. Et poſt pauca: Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentiùs crediderim, tactis omnino menſtruo poſtibus, irritas fieri Magorum artes. Quin illo c.15.lib.7. Bituminum (inquit) ſequax alioquin, & lenta natura in lacu Iudææ, qui vocatur Aſphaltites, certo tempore anni ſupernatans, nequit ſibi auelli ad omnem contactum adhærens, præterquam filo, quod tale uirus infecerit. Quod & repetit d.c.7.li.28. & Solinus d.cap.4.vbi & illud dicit, ſalutare eum cruorem habere, quòd auertit ſydus Helenæ, pernicioſum nauigantibus. Sed ſuper illo, quod dictum eſt de illo lacu Iudææ, vide Cornelium Tacitum lib.21.vbi videtur aduerſari Plinio, & Solino. Eorum tamen ſentētiam fulcit Ioſephus lib. Belli Iudaici 5. ca.item 5. Sed & ipſe Plinius





eodem c.lib. 28.tradit ea re abigi grandines, turbineſq;, & cœli violentiam. Marcellus quoque ille Burdigalenſis Medicus, lib. Medicamentorum cap.32.ſcribit, inguina dolentia vel tumentia ſi menſtruis muliebrib. cōtingantur, ſtatim ſanari. Et c.35. Pannum (inquit) muliebrem, id eſt, vt ille ipſe exponit, mēſtrualem, oleo madefactum excoque, & ceram illi oleo ſufficientem adde, vt cerotũ facias, quo arthriticum, vel paralyticum vtiliter perunges. Octauius Horatianus lib. Experimentorum 4. poſt prin.tradit authoritate Democriti, menſtrua mulierum prodeſſe quartanis: quod & nos ſuprà ex alijs diximus. Sed & idem eodem libro ſcribit. Epilepticis conuenire coitum menſtruatarum mulierum. Ralis libro de Proprietatibus membrorum, ſiue de Animalibus, c.56. eoq; vlt. Menſtruum (ait) mulieris virginis, miſtum cum ſpermate viri, impoſitum oculo, eius albuginem ſanat. Pannus menſtruatę ſuſpenſus in carina nauis, pellit ab ea parte vertiginem venti. Pannus menſtruatæ combuſtus, & totidem ſeminis, aqua calida temperatum, & impoſitum patienti dolorem ex partu, ſuper os vuluæ, eum dolorem aufert.

¶ Ioſephus lib.7. Belli Iudaici, c. 25. tradit iuxta Ma-
137 *De eadē re.* cheruntem Iudeæ oppidum naſci radicem Baaras nomine, quę eſt colore flammeo, noctibuſq; ſplendorē emittere, ſed eam accedentibus captu difficilem admodũ eſſe: captantis nanq; fruſtrari manum, & refugere: neque prius conſiſtere, quàm muliebri lotio, aut menſtruis conſperſa fuerit. Huius vis ea eſt, vt eos liberet, qui à ſpiritibus immundis vexantur, quos dæmonia vocãt. Antiqui autem hæc menſtrua tanti æſtimarunt, vt ijs Menã Deã Iouis priuignam præſidere exiſtimarent, vt tradit D.
*Menam Deã menſtruis præeſſe. Iuno Fluonia.* Auguſtinus lib.de Ciui.Dei 4.c.11. Et iterum lib. eiuſdem operis 7.c.11. Quin ipſa inter alia ſua cognomina Fluonia vocata eſt, quòd fluoribus menſtruis præeſſet, proindeq; ei mulieres ſacra faciebant. De quo Feſtus Pompeius, & alij. Cæterum Andreas Veſalius libr. 5. de Humani corporis fabrica, c.15.nō probat, quæ Plinius, Albertus, & alij tradiderunt de huius menſtrui ſanguinis prauitate, & graueolentia, vir quidem multis nominibus commendabilis, ſed qui Galeno viro per omnia admirabili, parum æquus fuit.

138 ¶ Horrendum autem eſt, quod ſcribit Epiphanius ille ſanctus Epiſcopus Cyprius, li.contra hæreſes 1. tomo 2.ſect.26.fœminas Gnoſticorum, cũ in fluxu ſunt, ſanguinem menſtruum collectum in commune bibere, dicentes vnũ aliquid, quod nec auſim proferre, nec velim, adeo mihi deteſtandum: execrandumq; viſum eſt, cum D.Paulus ad Coloſſ.5.illud ſcripſerit: Quæ in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt etiam dicere. Quamuis idem Epiphanius id dicere non erubuit, quod ipſi, vt dicit, facere non erubeſcunt, vt omnibus modis horrorē incutiat, huiuſmodi facinora audientibus.

139 *Venere abſtinendũ fœminis pueros lactantibus.* ¶ Quartum, quod in hac concubitus ratione obſeruandum quoque monemus: Ne.ſ.viri cum vxoribus infantes lactantibus, quantum maximè fieri poteſt citra pudicitiæ periculum, congrediantur. Nam & hoc prohibetur in c.ad eius verò concubitum. in prin.5.diſt. Nihil enim omnium rerum eſt, quod magis infantibus ipſis lactentibus obſit, vt tradit Domi.ibi, in 1.no.& è Medicis Oribaſius lib. Euporiſtῶn 1.cap. 1. in fi. & Paulus Ægineta, qui ex eo ſumpſiſſe videtur, vt alia multa, libro 1.cap.2. Et Alexander Trallianus, libro 1.cap.15. Et ante hos Galenus libro 1. de Sanitate tuenda: A Venere (inquit) omnino abſtinendum eſſe, quæcunque lac præbebit, moneo. Nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Quinetiam aliquæ in vtero concipiunt, quo alienius à puello adhuc lactãte nihil eſt. Ita enim quicquid ſanguinis eſt, in fœtum abſumitur. Quippe is cum proprium in ſe vitæ principium contineat, & huius moderamine agitur, & aſsiduè conueniens ſibi alimentum trahit, vtero ipſi, veluti radici, adhærens, nec vſquam ab ea nocte dieve diſcedens. Interim verò non minor modò, verumetiam deterior rationabiliter redditur ipſius grauidæ ſanguis, quò fit, vt lac ipſum tum peius, tum verò exiguum, in mamillis colligatur. Quare ſi, quæ infantem lactat, vterum gerit, ego magnopere ſuaſerim inueniendam nutricem. Hæc ibi. Et Plinius lib.28.cap.9. ad principium. Concipere nutrices exitioſum eſt. Hi ſunt enim infantes, qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt autem coloſtra, prima à partu ſpongioſa illa denſitas lactis.

¶ Quibus & tu addes, non tantum infanti lactenti, 140
ſed & fœtui, qui in vtero eſt, frequenter lętale eſſe, vt experiētia propè quotidiana didicimus, & traditum eſt ab omnibus propemodum, qui de ea re ſcripſerunt, & inter hos Aetio Quaternionis 1.Serm.4.ca.6. vbi & ob eã rem iubet nutrices his maximè rebus abſtinere, quæ Venerem ſtimulant. Sed & Ioannes Serapio li.Simplicium c.290.autoritate Conſtantini in li.de Agricultura, interdicit nutricibus apio, ob id quòd incitat libidinem. Id quod etiam monet Raſis li.Continentis 11.c. 5. autoritate cuiuſdam Filahæ.

¶ Quintum, ne vxorem, quæ recens concepit, attin- 141 *Vxor quæ recens concepit, non ineunda.*
gas: nam ſi id feceris, periculum eſt, ne conceptum ipſum corrumpas, vt eſt Hippocratis ſententia in lib. περὶ ἐπικυήσεως, id eſt, ſuperfœtatione, & è recētioribus Matthæi à Gradibus, Medici quidem celeberrimi, conſi.71. quia accidens, col.1.& conſi.ſeq.ad conſeruandam. Et huc reſpicit illud Diui Hieronymi in cap.origo.32.q.4. poſtquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios. Nam, vt ibi dicit gloſſ. perit partus ex frequenti concuſſione. Et hinc quoque videmus publicas has meretrices rarenter concipere: aut ſi conceperint fœtum, ſeruare: vt quæ paſsim, indiſcriminatim, ſine delectu, nullo ordine, nullo non tempore, & concubitu ſuper concubitum, omnibus pateant. Nec tamen adeò ſum religioſus, vt cōcubitu vxoris prægnantis omnino interdicam, modò modus, & temperantia adhibeatur. Quis enim probet Serum legem, qua non licebat cum vxore congredi poſt conceptum? Quis Zenobiam imitandam iuſſerit, quæ marito poſt concubitum, eam repetendi poteſtatem non faciebat, niſi prius tentatis conceptibus, vt à nobis ſcriptum eſt ſuprà, ſcilicet de Seribus in 7. lege connubiali, numer.62.incip. Germani. Et de Zenobia in 9.leg.nume.86.incip.ſed & è noſtris. Et certè nemo, vt opinor.

¶ Quanquam etiam ſcio, Iſaacium Commenum Im- 142
peratorem Conſtantinopolitanum, tanta fuiſſe continētia, vt nec vxorem cognoſcere vellet poſt prolem ſemel ex ea ſuſceptam, cum tamen id ad morbi remedium Medici imprimis conſulerent, vt coitu frequentiore vteretur, vt ſcribit Baptiſta Egnatius. Scio quoque cōcilio Elibertano cautum eſſe, vt coniugales, id eſt, coniuges (vti nos iam diximus) concubitu abſtineant, quam diu vxor grauida fuerit, id eſt, (vt illic ſubditur) à quo die filius in vtero motum fecerit, vſque ad partum, vt ſcribitur in Decretis D.Buchardi.lib.19.ca. 155. Sed & ante eod.li.1.c.5. Concubuiſti (ait) cum uxore tua, poſtquam infans motum in vtero fecerit? Si feciſti, 20. dies in pane & aqua pœniteas. Et confeſtim poſt: Concubuiſti cũ vxore poſt manifeſtariam conceptionem? 10.dies in pane & aqua pœniteas.

¶ Sed & Origenes de hac re loquens, in 5. in Gene- 143
ſim Homilia, hæc ferè ſcribit de Loth, & filiabus eius: Singulis (ait, Græcè quidem, ſed in hunc ſenſum) ingreſſæ noctibus, ſingulæ concipiunt ab ignorante conceptum: vltrà non repetunt, nec requirunt. Vbi hic libidinis culpa? vbi inceſti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio, quod non iteratur in facto? Vereor pro-

loqui,quod ſentio : vereor,inquam,ne caſtior fuerit harum inceſtus,quàm pudicitia multarum. Diſcutiant ſe, & requirant fœminæ coniugatæ, ſi ob hoc ſolū adeunt viros,vt ſuſcipiant liberos: ſi poſt conceptum deſiſtant. Iſtæ enim, quæ argui videntur inceſti,poſtquam ſemel conceperunt, vltra non accedunt ad concubitum viri. Nonnullæ verò mulieres (neque enim vniuerſas pariter notamus) ſed ſunt quædam,quæ,ſicut animalia,nullo de lectu indeſinenter libidini ſeruiunt : quas ego nec mutis pecoribus comparauerim. Pecora enim & ipſa ſciunt, cum conceperint, vltra non præbere maribus copiam ſui. Notat tales & ſcriptura diuina, cum dicit: Nolite fieri ſicut equus,& mulus,quibus non eſt intellectus. Et iterum: Equi admiſſarij facti ſunt. Sed vos ò populus Dei,ſiue bibitis,ſiue quid aliud facitis,omnia in gloriam Dei facite. Quod enim poſt manducare & bibere dicit, ſiue aliud quid facitis, inuerecunda coniugij opera,verecundo ſermone ſignauit, oſtendens etiam ea ad gloriam Dei fieri, ſi ſolius poſteritatis contemplatione fiant. Hæc ille.

144 ¶ Ante illū autem Clemens Alexandrinus, illius præceptor,lib.Stromatῶn 3 Græcè item,ſed in hanc ſnīam ſcripſit: Nullum ex veteribus ex ſcriptura oſtenderis, qui cum prægnante rem habuerit,ſed poſtquam editum fœtum à lacte depulit,rurſum à viro cognitam vxorem. Iam hūc ſcopum; atque inſtitutum inuenias ſeruantem patrem Moſis, cum triennium poſt Aaron editum inter miſiſſet,genuiſſe Moſen. Et rurſus Leuitica tribus ſeruans hanc naturæ legem à Deo traditam, alijs numero minor ingreſſa eſt in terram promiſſam.Non enim facilè multiplicatur genus hominum,cum uiri quidem ſeminant, qui legitimum ineunt matrimonium. Expectant enim non ſolum vteri geſtationem, verum etiam à lacte depulſionem: De qua re quoque idem diſſerit. Pædago. lib. 2. cap. 10.

145 ¶ Ioſephus autem libro Belli Iudaici ſecundo, cap. 1.tradit inter Philoſophos Iudæorum,ex ijs,qui Eſſeni, ſiue Eſſei vocabantur,cum vxores accipiebant, ( neque enim id omnes faciebant,vt alibi diximus in l.9. nu. 80. incipiente, idem libro decimo ) nemo tamen eorum cū prægnante concumbebat, oſtendentes ſe nuptias,non voluptatis, ſed liberorum quærendorum cauſa contrahere. Alibi autem diximus, ſ.in dicta lege nona, num.85. incip.quid quod inter,& ſequentibus, bruta animantia, præter vnum,aut alterum, poſt conceptum minimè pati concubitum.

146 *Venere in ebrijs abſtinendū.* ¶ Sextum,vt ne temulenti cum vxoribus concumbamus,quod admonuit Hippocr.in libro de ſuperfœtatione,& Ariſtoxenus Pythagoricus apud Stobæum ca. 99. & Plutarchus in libro de Educandis liberis,non ita multò poſt princip. Quoniam, vt ſubdit ipſe Ariſtoxenus, ex praua,turbulenta,& inconcinna miſtione,non modo non egregia, & concinna ſoboles,ſed ne à principio quidem vllo pacto bona fieret. Addit Plutarchus, vbi ſuprà,quia liberi hinc procreati, vini ſolent eſſe plus æquo auidi. *Ebriorum liberi ebrioſi.* Ex quo Diogenes ille Cynicus,vt idem refert, cū adoleſcentem quempiam ex temulentia deſipere cerneret: Adoleſcentule (inquit) ebrius te ſeminauit pater. Cui non abſimile eſt,quod Diog. Laertius tradit in Zenone Cittico, illum Ariſtone diſcipulo non ſatis ingenioſè multa,quædam etiam temere procaciterq; dicente, dixiſſe,poſſibile non eſſe,ita dicere, niſi ebrius te genuiſſet pater. Hucque referri poteſt illud Martialis ad Catullum libro 6.

*Non miror,quòd potat aquam tua Baſsa,Catulle,*
*Miror,quòd Baſsi filia potat aquam.*

Quod & nos,aliud agentes,alibi retulimus.

147 *Platonis de ea re ſententia.* ¶ Plato autem lib. 2. de Legibus, ad fin.non ius facit viro, aut mulieri nocte liberis operam daturis vinum bibendi.Quod & ex eo repetit,& approbat Galenus in eo libro cui titulus eſt : Corporis temperaturam animi mores ſequi.Sed & idem Plato eiuſdem operis lib.6.de hac re hæc ſcribit: Græcè quidem, ſed in hanc ſnīam : Maximè verò connubio iuncti ſponſus,& ſponſa tunc mentis compotes eſſe debent, quando non paruam ineunt uitæ mutationem,præſertim vt ex quàm maximè moderatis ſemper generatio fiat: fermè enim incertum eſt, quæ nox aut dies cum Deo ipſam peragat. Quare vt ſolidus, ſtabilis, & quietus conceptus fiat, non oportet ebrietate diffuſis dare operam liberis. Qui autem vino refectus eſt, tam animæ, quàm corporis rabiæ concitatus quouis & trahit,& trahitur. Idcirco ebrius, tanquā mente captus, ad ferendum eſt inutilis. Veriſimile eſt enim fœtus inæquales,inſtabiles,obliquos tam membris quàm moribus, procreari. Quamobrem per totam quidem vitam,ſed maximè quàm diu generationi vacat, abſtinebit quiſque, cauebitque ne faciat, vel quæ ſuapte natura, & ſponte morbos adſciſcunt, vel quæ ad petulantiam iniuriamque declinant. Hæc enim in animos, & corpora naſcentium neceſſario tranſlata, illic imprimuntur, peioreſque inde naſcuntur. Sed præcipuè die illo,ac nocte à talibus abſtinendum. Principium nanque, & numen hominibus inſitum, ſi conuenienti ſibi, à ſingulis munere ipſius vtentibus, honore afficiatur, omnia ſeruat.

148 *Ebriorum ſemen infœcundū.* ¶ Cæterum illud ſcio (vt id obiter dixerim ) ſemen genitale ebrioſorum, magna ex parte eſſe infœcundum, quoniam habitus corporis eorum præhumidus eſt. Semen autem,non quod humidum eſt, ſed quod conſtat, craſſumq; eſt, hoc vim obtinet procreandi,vt author eſt Ariſt.Proble.ſectione 3.c.4.& repetit Raſis li. Continētis 9.c.4.& vt idē Ariſtoteles ſcribit illa eadem ſectione, c.11.Vinolenti concumbere nequeunt,quoniā pars quædam corporis magis caleat,q̄ reliquum corpus,oportet, quod in his fieri non poteſt, ob nimium totius corporis feruorem. Extinguitur autem calor motionis internæ, obtentu caloris occupantis, quoniam multum in his ineſt, quod humidum crudumque efficiat.Præterea ſemen à cibo proficiſci neceſſe eſt : cibus autem omnis concoquitur, quo ſatiati ad Venerem planè incitamur. Vnde hac de re plerique prandere largè, cœnare parcè præcipiunt,vt cruda inſint, quàm concocta, pauciora. Hactenus ille in eo loco,qui & in eadem quoque ſectione, cap.trigeſimo ſecundo.idem affirmat: additque,quòd in his partes corporis imas recaleſcere opus eſt. Vinum autem in ſublime efferri aptum eſt. Itaque calorem, quemadmodum illic excitat,ita hinc auocat, atq; adducit. Sed & Macrobius lib.7.cap.6. Hauſto (inquit) mero plurimo,fiunt viri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni ferunt, quia vini nimietas, vt frigidi,facit ſemen exile, vel debile. Porrò Athenæus libro 10. cap. 11. ad finem, tradit authoritate Theophraſti, & Hieronymi in Epiſtolis, Alexandrum Magnum ob eam cauſſam in Venerem parum fuiſſe ſtrenuum, quòd eſſet vinoſus. Quod & ipſum tradit Plutarchus lib. Problematῶn Sympoſiacῶn Decade 2.cap.6. Quin & idem eiuſdem operis Decade 3.ca.5.tradit eos, qui copioſum merum ingurgitant, ad coitum reddi tardiores,ſemenq; eorum minimè generationi eſſe idoneum, vtpotè debile & inualidum; irritoſque atque inutiles eſſe eorū congreſſus cum fœminis, vitiato nimirum refrigeratoque ſemine prolifico. *Ebrijs coitus inſalubris.*

149 ¶ Ego quoq; illud conſtantiſſimè affirmare auſim,id vnum, ſi quod aliud, obeſſe mulieribus ad gignendum maximè fortes & bellicoſos liberos, vel teſtimonio ſacrarum literarum.Nam Iudicum c. 13. Angelus Domini hæc dicit ad vxorem Manitæ ſterilem : Sterilis es, & abſq; liberis:ſed concipies & paries filium. Caue ergo, ne bibas vinū, nec immundum quicquā comedas.Quod cū ea feciſſet,concepit,& peperit Sampſonem,omnium



hominum fortiſsimum. Quis autem neſcit, Romanas mulieres fuiſſe abſtemias, atque inuinias, quod nos latè diximus, & probauimus ſuprà in nona lege connubiali, num.206.incip.ex hoc bibacitatis vitio. Et eæ tamen fæcundiſsimæ fuerunt, & liberos fortiſsimos, & omnium gentium victores pepererunt.

150 ¶ Omnes autem rerum naturæ ſcriptores,& Philoſophi,& Medici, tradunt eos, qui Venere vtuntur,cùm ab omnium rerum repletione, vt ſuprà diximus, tum verò maximè vini cauere oportere, ſi ſuæ ſanitati conſulere volunt: vt videre licet ex Oribaſio Sardiano lib. Euporiſtῶn 1.c.22.& iterum Compendij medicinæ ca.6.& Aetio Quaternionis 1.ſerm.3.cap.8.& Raſi lib.4.ca. 17. & lib. Continentis 11.cap.5.ex Rufi autoritate : & iterum lib.12.c.1.& Rabbi Moyſe de Regimine vitæ, cap.4.

151 *Ebrij nōnū quam generant.* ¶ Verùm ne tu decipiaris, Lector,non id perpetuum eſt,quod ſuprà diximus,ſemen ebriorum infœcundum eſſe: quandoquidem, & ebrios nonnunquam gignere,ſatis patet ex his, quæ iam diximus ſuprà,num.146.incip. ſextum, vt ne. & teſtimonio ſunt ſacræ literæ, Geneſis 19.cap.vbi Loth ebrius filias proprias imprægnauit : & adeò quidem ebrius, vt ille non ſenſerit, nec quando concubuerit cum illis, nec quando illæ ſurrexerunt. De quo etiam aliquid in Decretis Canonicis ca.inebriauerunt.15.q.1.

152 *Venere mœſtis, aut aliter affectis abſtinendū.* ¶ Septimum, cui nonnihil conuenit cum præcedenti, ne quis ad vxorem mœſtus, aut alijs huiuſcemodi perturbationibus malè affectus, accedat : niſi & ipſe liberos ijſdem affectibus ac paſſionibus obnoxios gignere velit. Quod & nos non obſcurè monuit Heſiodus, paulò ante fin. lib. 2. Operum & dierum, fratrem ſuum Perſen alloquens :

Μὴδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός
*Non ſerito triſti rediens de funere mœſtus*
*Progeniem,lauta ſed cœna Perſa Deorum.*

Tanquam ſcilicet genitura non ſolùm prauitatem, & virtutem, ſed & triſtitiam, & gaudium, & his ſimilia referat, ac ſuſcipiat. Ideoque hilares, lætos, ac gaudio perfuſos Heſiodum mittere ad filiorum procreationem. Quod & ex eo expendit Plutarchus, vir in omni genere doctrinæ excellentiſſimus, in libro De ſera numinis vindicta.

153 *Veneris tēpore aīus ne ſit alijs rebus intētus.* ¶ Octauum illud conſequenter admonuerim maritos,ne in ipſo actu concubitus animum alio impensè intendant, occupatumve alijs cuiuſlibet ſenſus negotijs habeant. Sic enim fit, vt ſemen hac vehementi acrique cogitatione,ſiue occupatione abſtractum ab animo, nil niſi quod animale eſt, terreſtreque, ac corporeum gignat,mentis,animi,& ingenij prorſus expers, vacuum, & inane. *Aīa nō ex traduce.* Non quod anima ex traduce ſit, vt Hippocrates lib. περὶ διαίτης, Apollinaris, & Tertullianus, & Stoici apud Laertium in Zenone Cittico,& bona pars Oriētalium exiſtimabant. Nam his orthodoxi omnes aduerſantur, nempe Gregorius Nyſſenus lib. Philoſophiæ 2. cui titulus eſt, de anima, cap. 6. Diuus Hieronymus ad Pammachium, aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani,& in 2.aduerſus Rufinum Apologia,& in epiſt.27. earum quæ Diui Auguſtini ſunt,& ipſe Auguſtinus epiſtol.ſeq.iterumque in epiſto.7.quæ ad Marcellinum eſt, rurſumq; epiſt.157.quæ eſt ad Optatum,& è noſtris gl. & Arch.in c.quod verò 32.quæſt.2. *Aīus ex animo aliquid capit.* Sed negari non poteſt animum ex animo aliquid accipere, ad poſteroſque deriuare, vt è noſtris tradit Ioannes Faber in Rubrica Inſt.de nup.de quo & nos latius diximus in 7. leg. connu.poſt princip.

154 *De eadē re.* ¶ Præſertim ſi animus in ipſo generandi actu nimiū ſit vehementi quapiam cogitatione, aut affectione occupatus : quod plerunque accidit viris prudentiſſimis, qui & ob id ſæpe filios ſtolidos, ſtupidos, & brutorū, quàm ſimillimos gignunt, & è diuerſo. Quod & Alexandro Aphrodiſeo placuit (ſi is eſt,quod Theodorus Gaza negat) viro certè apprimè docto, & quem Theodorus ipſe dignum putauit,quem in linguam Latinam verteret. Is enim lib.1.Problematῶn, cap. 26. aut ex computatione aliorum,qui ex primo tria faciunt, 29. Cur (ait) plerique ſtulti liberos prudentiſſimos procreauerunt? Quod homines ſtultiores in coitu, ei voluptati magnopere ſuccumbentes,ſeque totos dedentes, animum habent corpori omnino demerſum, adſtrictumque rei tantum venereæ.Ex quo fit, vt eorum ſemen quam plurimæ virtutis tum rationalis,tum naturalis particeps, prudentiores eos,qui hinc naſcuntur,efficiat. At homines prudentes, & præſertim docti,ſemper aliquid vel honeſti, vel vtilis animo complectuntur, vt ne in ipſo quidem venereo actu,omnino à rerum ſtudio deſiſtant. Itaque animo remiſſiori profluens ſemen, expers longè facultatis illius animalis,incumbit.Hincque etiam (vt ſubiungit) deduci ratio poteſt, cur homines ſtulti, & indocti filios robuſtos maximè procreant : prudentes & docti,imbecilles. Porrò Ariſtoteles lib.Problematῶn 10.cap.12. non obſcurè ſentit, animum concumbentis multum præſtare ad liberorum ſimilitudinem, vel diſſimilitudinem:quod & nonnulli è noſtris adſtruunt in l.Gallus. in prin. ff.de libe.& poſthum.

¶ Nonum id erit, vt meminerint eius præcepti,quod inter cætera coniugibus præſtituit Plutar.in Præcep.connubialibus : Oportet (ait) congreſſus oblectationeſque cum vxore ſecretò fieri. Nam & Lycurgus (vt idem in vita illius ſcribit) ſuis legibus ſtatuit,vt ad ſponſam ſponſus quadam cum religione clàm pergeret,& verecundus & timidus, ne quis ex intimis ſe intueretur. Simul enim & ſponſa moliebatur agebatque, quo tempeſtiuè & clàm inuicem conuenirent. Et hoc non parum temporis gerebant, ita vt etiam aliquibus filij naſcerentur, priuſquam interdiu ſuas vxores aſpicerent. Huiuſmodi autem congreſſio (vt ſubdit Plutarchus in eodem illo loco ) non temperantiæ modo, atq; pudicitiæ exercitatio quædam erat, verum & verecundis corporibus,& perpetuo quodam amore nouos recenteſq; ad cōcubitum ducebat: neque ſatietate eos capi,neque inuerecundis congreſſibus à mutuo affectu refrigeſcere: quin potius reliquias ſemper aliquas,& fomentum cupidinis, & gratiæ inuicem relinquere ſinebat. 155 *Venere vtendū.*

¶ Hoc Lycurgi quoque inſtitutum è noſtris memorat,& probat Cardinalis Alexan.in rub.extra de ſponſa. & matrim.colum.4.verſicu.& hæc ratio conſonat,& ante Xenophon in Laconum Republica, vbi ita ſcribit: 156
Ἐπεὶ γε μὴν γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι, ὁρῶν τοὺς ἄλλους τὸν πρῶτον τοῦ χρόνου ἀμέτρως ταῖς γυναιξὶ συνόντας, καὶ τούτου τἀναντία ἔγνω. ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιόντα· οὕτω δὲ συνόντων, ποθεινοτέρως μὲν ἀνάγκη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐρρωμενέστερα δὲ γίγνεσθαι, εἴ τι βλαστάνοιεν, (alij dicunt, βλάπτοιεν) οὕτω μᾶλλον, ἢ εἰ διάκοροι ἀλλήλων εἶεν. Id eſt: cum verò mulier ad virum venit, intuēs ille alios primo tempore immoderatius vxoribus commiſceri, ſanxit, & huiuſce rei contraria. Conſtituit namq; & ingredientem ad vxorem virum, & exeuntem, ne ab alijs videretur,pudore affici.Sic.n.coeuntes,neceſſe eſt, tum ſuauius auidiusq; ſeſe appetere, tum prolem, ſi quā generant,validiorem hoc modo reddi, potius quàm ſi ad ſatietatem vſq; coniungantur.

¶ Sed vt redeamus ad Plutarchum,is in eodem opere,cap.12.& in vita Catonis Cenſorij, illum refert è Senatu Manilium virum clariſſimum mouiſſe, quod vxorem præſente filia deoſculatus fuiſſet : tanquam turpe eſſet, præſentibus alijs ſe inuicem ſuauiari. Nam & Clemens Alexandr.Pædagogi lib.3.c.10.in prin.ius non facit maritis vxores ſuas coram famulis oſculari. At multò turpius eſt, cenſoriaq; nota dignius,in propatulo in- 157 *Manilius ſenatu motus, quòd vxorē filia præſente oſculatus fuit.*

uicem commiſceri. Auguſtinus autem de ciui. Dei lib. 14.c.18. Deuitat publicum etiam permiſſa, atq; impunita libido conſpectum: & verecundia naturali habet prouiſum lupanaria ipſa ſecretum. Et paulo infrà: Quid concubitus coniugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum, procreandorum fit cauſa liberorum? Nonne & ipſe quanquam ſit licitus, & honeſtus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nonne omnes famulos, atque ipſos etiam paranymphos, & quoſcunq; ingredi quælibet neceſſitudo permiſerat, antè mittit foras, quàm vel blandiri coniunx coniugi incipiat? Et rurſum: Quis enim neſcit, vt filij procreentur, quid inter ſe coniuges agant? quandoquidem vt id agatur, tanta celebritate ducuntur vxores: & tamen cum agitur, vnde filij naſcantur, nec ipſi filij, ſi qui inde iam nati ſunt, teſtes fieri permittuntur.

¶ Apud Homerum lib. Iliados 14. Iuno, cũ ei concu-
158 bitum offerret Iupiter in Idæ montis cacumine, tametſi eius rei eſſet in primis auida, vt quæ ſe ex compoſito ornauerat, quo illum in id alliceret: in eo tamen loco recuſauit, quoniam nimium pateret cæteris Dijs, qui eos cõcumbẽtes poſſent videre: quod (vt ibi dicitur) νεμεσσητὸν eſſet, id eſt, vituperabile, ſiue quod illis vitio verti poſſet. Verba Iunonis in eam rem hæc ſunt:

*De eadẽ re.*

Εἰ νῦν ἐν φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι
Ἴδης ἐν κορυφῇσι, τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα
Πῶς κ' ἔοι, εἴ τις νῶϊ θεῶν αἰειγενετάων
Εὕδοντ' ἀθρήσειε θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν
Πεφράδοι; οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην
Ἐξ εὐνῆς ἀνστᾶσα, νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη.

Epicurus autem ille Neoclis filius, admodũ vituperatur, ꝙ non erubeſceret publice cum petulantib. mulierib. coire, vt retulit Epiphanius ille Cyprius Epiſcopus, li. 3. aduerſus hæreſes, to. 2. hæreſi 80. eademq; vl.

159 ¶ Plutarchus (vt & ad eum rurſum reuertamur) in Problematis Rom. c. 65. tradit apud Romanos maritum ſponſæ primum, non in luce, ſed in tenebris, iungi ſolitum. Cuius rei plurimas rõnes, & hanc omnium poſtremam poſuit: hanc. ſ. fuiſſe quandam accuſationem illicitæ Veneris, ꝙ legitimis, & iuſtis nuptijs pudor quidã & verecundia adhibebatur. Idem in eodem opere, ca. 111. ſcribit, canem in Athenienſium arcem admitti fas nõ eſſe, nec Delum inſulam attingere, eam ob cauſam (vt nõnulli dicunt) quod in propatulo & paſſim coeat. Qua in re (inquit) aliorum animalium diſſimilis eſt. Nã boues, equi, ſues non in propatulo ſeſe ineunt. Cui adde, quantũ ad canem pertinet, quod à Diuo Auguſtino ſcriptum eſt in cap. nuptiarum. 27. quæſt. 1. filiorum procreationi operam dandam, non canino more, ſed honeſto ordine coniugali. Et quod Diogenes ille Cynicus ita dictus eſt, quòd more canum paſſim, publicè, & nonnunquam in foro Venerem perageret. In quo non modicum ab omnibus vituperatur: quod videre licet apud alterum Diogenem Laertium, in vita illius, & Lactantium libro 3. cap. 15. & Diuum Chryſoſtomum Homilia in Matthæum 34. & in priorem ad Corinthios Homilia 35. & Diuum Auguſtinum de ciuitate Dei, lib. 14. cap. 20. Et ex hoc quoque poſſet videri obſcœnos canes à Virgilio nuncupatos libr. Georg. 1. quanquam & alio referri poteſt. Et immundos Horatio lib. 1. Epiſtolarum, ad Lollium. Et impudentiſſimos à ſanctiſſimo ſcriptore Eſaia, cap. 56. quod alibi diximus. Hucque reſpicere videtur illud Eccleſiaſt. Quæ communicatio ſancto homini cum cane? Quò fit, vt non immeritò ab Acropoli, in qua erat ſtatua Pallados ὑγιείας à Pericle poſita, arcebantur canes ob cocundi impudentem animalis naturam, vt tradit Pauſanias lib. 1. Et nos quoque alibi de canum impudentia diximus, videlicet ſuprà in 9. leg. nume. 183. incip. ſed & hanc.

*Canis in Athenienſium arcẽ nõ admittebatur. Canis in propatulo coit. Diogenes Cynicus quare dictus. Canes obſcæni. Et impudẽtiſſimi.*

160 ¶ Quod aũt de cæteris animantib. tradit Plutarchus, ex eo confirmatur, ꝙ qui de natura animalium ſcripſerunt, illud idem tradiderunt de camelis, & Elephantis, vt. ſ. ſeceſſuum ſolitudines petant, dum coire libet. Nam id de vtriſque prodidit Ariſtoteles de Hiſtoria animaliũ lib. 5. c. 2. De Elephantis quoque Plinius lib 8. c. 5. & Ælianus lib. Hiſtoriæ animaliuni 8. c. 17. Et de camelis itẽ ipſe Plinius lib. 10. c. 63. & idem Ælianus libr. Hiſtoriæ quoque animalium 6. c. 60. Quin & ipſe lib. 13. tradit ranas, animal alioquin fœdiſſimum, interdiu horrere venereo complexu ſe implicare: noctemque, vt Veneri dẽt operam, expectare. Ex quo illud quoque eſt, quod ſcribit Diuus Clemens in fi. eius epiſtolæ, quam ſcripſit ad Iulium & Iulianum. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vt ne paſſim cum fœminis coeat quis: quæ obſeruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris eſt, ſi non ab hominibus rationabilibus, & Deum colentibus obſeruetur. Minimè itaque in vniuerſum verum eſt, quod ſcribit Ouidius de Arte amandi libro 2.

*Animalia quædã ſeceſſum in coitu petunt. Cameli. Elephantes. Ranæ.*

*In medio paſſimq; coit pecus.*

Nec quod Herodotus li. 3. tradit, Indorũ coitus in propatulo eſſe, ſicut pecorum: quod & nos alibi ex eodẽ tradidimus, cum eos adſcripſimus, qui & ipſi more gẽtis palam coeunt, vt videre poteris in 7. lege connub. num. 54. inci. præter Maſſagetas.

161 ¶ Nec, quod ad id caput pertinet, omittam Valerium Martialem acriter, atq; aſperè obiurgare Lesbiam, quòd adulteros admitteret, nec clauſis, nec cuſtoditis liminibus, omni pudore reiecto. Carmen illius eſt huiuſmodi, lib. Epigr. 1. Epigr. 91.

*Meretrices ſuos cõcubitus tegi nolunt.*

*In cuſtoditis, & apertis Lesbia ſemper*
*Liminibus peccas: nec tua furta tegis.*
*Et plus ſpectator, quàm te delectat adulter:*
*Nec ſunt grata tibi gaudia, ſi qua latent.*
*At meretrix abigit teſtem veloq; ſeraq;,*
*Raraq; Summœni fornice rima patet.*
*A Chione ſaltem, vel Laide diſce pudorem.*
*Abſcondunt ſpurcas hæc monimenta lupas.*
*Nunquid dura tibi nimium cenſura videtur?*
*Deprendi veto te, Lesbia, non futui.*

Noſtrates id dicunt vulgo, & vice Prouerbij, *Beſongner à porte ouuerte*. Cice. in Orat. pro M. Cælio: Huc (ait) vnius mulieris (de Clodia propudioſiſſima fœmina loquitur) libidinem eſſe prolapſam, vt ea non modo ſolitudinem & tenebras, atq; flagitiorum integumẽta non quærat, ſed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate, & clariſſima luce lætetur.

162 ¶ Nec ab his lõgè abſunt, quæ ſuos concubitus palã profitentur: in quas eſt illud Ouid. li. Amor. 3. Eleg. 13.

*De eadẽ re.*

*Non ego, ne pecces, cum ſis formoſa, requiro:*
*Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi.*
*Nec te noſtra iubet fieri cenſura pudicam;*
*Sed tamen, vt tentes diſſimulare, rogat;*
*Non peccat, quæcunque poteſt peccaſſe negare:*
*Solaq; formoſam culpa profeſſa facit.*
*Quis furor eſt, quæ nocte latent, in luce fateri?*
*Et quę clam facias, facta referre palam?*
*Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,*
*Oppoſita populum ſummouet ante ſera.*
*Tu tua proſtitues fama peccata ſiniſtra?*
*Commiſſi perages indiciumq; tui?*

Et reliqua, quæ ſequuntur. Alibi autem docuimus, meretrices eſſe admodum impudentes, ſ. in 9. leg. connub. 153. inci. pudor autem. & ſeq. & iterum nu. 180. inci. ſed & dicta lex, in fi. & ſeq.

163 ¶ Et huc quoque ſpectat cognomentum illud, quod inter alia plurima Veneri datum eſt, vt. ſ. Melanis, & Melænis diceretur ob eam cauſam, vt ſcribit Pauſanias li. 8. qui de Arcadicis eſt, quòd hominibus non omnino diurni, & patentes concubitus, vt belluis, ſed nocturni, & abditi magis conueniant. Huius autem Veneris Melanidis templum fuit apud Corinthum, vt tradit idem Pauſanias li. 2. qui de Corinthiacis eſt: & item apud Theſpios, vt idem prodit li. 9. qui eſt de Bœoticis. Græci autem μέλαν nigrum vocant. Et eadem ratione ea ipſa Venus Scotia dicitur, cuius templum apud Aegyptios fuit, teſte Heſychio, à tenebris, ſ. quoniam Venus in tenebris, & abſcondito ſit peragenda.



*Venus Scotia.*

164 ¶ Scio autem, viros in opere Venereo lucem, aut in nocte lucernam deſiderare, tanquam. ſ. plenior maiorq; ſit voluptas, quam luce, aut lucerna ardente, oculis quoque vſurpant & excipiunt: quamuis fœminæ maxima ex parte, quantum poſſunt, occultare ſatagunt. Hinc illud Propertij lib. 2.

*Viri in opere venereo lucem deſiderant.*

*Quàm multa appoſita narramus verba lucerna?*

Et paulò poſt:

*Non iuuat in cæco Venerem corrumpere motu,*
*Si neſcis oculi ſunt in amore duces.*

Et illud Martialis lib. Epigram. 10. Epigrammate 38. ad Calenum:

*O quæ prælia, quas vtrinque pugnas*
*Fœlix lectulus, & lucerna vidit?*

Et lib. 11. Epigr. ad vxorem, Epigr. 105.

*Tu tenebris gaudes; me ludere teſte lucerna,*
*Et iuuat admiſſa rumpere lance latus.*

Quem poſteriorem verſum ad aliud ſuprà citauimus. Et in Apophoretis, Diſt. 39.

*Dulcis conſcia lectuli lucerna*
*Quicquid vis, facias licet, tacebo.*

Nam & Apuleius libro 5. dicit lucernam ab amatore quopiam eſſe prius inuentam, vt diutius cupitis etiam nocte potiretur. Et huc quoque pertinent, quæ alibi ſupra diximus, nuditatem mulierum mirè gratam eſſe laſciuis atque libidinoſis, ſcilicet leg. 4. nume. 15. quam. obrem Veneri.

165 ¶ Decimum illud fuerit, vt licèt maritis ſit ius vxores inuitas & reluctantes comprimere, ex ſñia Cy. Alb. Bal. Io. Fab. & Saly. in l. 1. C. de raptu virg. cum alijs multis cõcor. à me adductis, infrà in gl. 2. in verbo, *en pouuoir de ſon mary*, nu. 23. inci. tum quoq; ꝙ in eo, tamen eos ad monitos velim, ne id omnino faciant, ſi modò id citra periculum ſuæ pudicitiæ fieri poſſit. Vetus eſt Adagium ab interprete Theocriti relatum, Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε, id eſt, volentem bouem agito: quod videtur ſumptum ex illa Theognidis ſententia:

*Viri vxores inuitas ne cõprimant.*

*Prouerbiũ.*

Μή μ' ἀέκοντα βίῃ κεντῶν ὑφ' ἅμαξαν ἔλαυνε,

Id eſt:

*Ne me inuitum vi pungens ſub plauſtrum adige.*

Et vt ſcribit Plautus in Sticho: Stultitia eſt, venatum ducere inuitos canes. Quam ſñiam inibi protulit Panegyris, patrem alloquens, qui eam inuitam nuptui dare volebat: ſubiungitque & hanc ſñiam, Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur. Quanquam ſcio eas ſententias aliò pertinere, verum & huc quoque referri poſſe. Nam ſi (vt tradit Artemidorus Daldianus, libro de Somniorum interpre. cap. 80.) vxori ſuæ in ſomnis miſceri volenti & appetenti, nec repugnanti, omnibus ex æquo bonum ſit, ſignificetque id ſomnium vtilitatem: ſi verò vxor repugnet, aut ſe non exhibeat, contraria ſignificet: quid futurum credis, ſi non in ſomnis eandem, te reſiſtentem fortè ob cauſſam minimè irrationabilem, licet tibi incognitam, ineas? Et ego aliquando audiui à quodam familiari meo, cum ſemel vxorem renitentem, præterque morem à coitu refugientem compreſſiſſet, non eam poſtea ſibi tam morigeram, atque obſequentẽ expertum fuiſſe.

166 ¶ Illud autem affirmare auſim, eandẽ mox pœnitentiam huiuſmodi recuſationis, præſertim ſi ea iniuſta fuerit, acturam, teq; ſponte, & alacriter ad pugnam prouocaturam, atq; ſic eam congreſſionem multo ſuauiorem experieris. Caueat tamen vxor, ne temerè virum concubitum offerentem repellat. Periculum enim eſt, vt aliẽũ coitum ſequatur. Quod & aliquando monuit Catullus in Epithalamio Iuliæ & Mallij:

*Vxor liberè virũ ad coitum recipiat.*

*Nupta tu quoque, quæ tuus*
*Vir petet, caue ne neges,*
*Ne petitum aliunde eat.*

Super quo vide & tu, quæ ſcripſi ſupra in 9. leg. connu. nu. 85. in c. quid quod inter.

¶ Sed & aliud quoq; hac in re periculum eſt, ne ob id 167
amorem viri in odium conuertat. Cui enim ignotũ eſt, quod ſcribitur 2. Reg. 13. Ammon Dauid filium Thamar ſororem deperditiſſimè primum adamaſſe: poſteaquam vero eam inuitam, & reluctantem cõpreſſit, odio maximo habuiſſe, ita vt confeſtim eam domo exegerit? Ideo Plutarchus in præceptis connubialibus c. 18. admonet vxorem, vt neque deuitet mariti concubitum, neque ipſa prior exigat. Vt enim hoc meretricis eſt, ſic & illud faſtuoſæ, nec virum amantis.

¶ Sed cui adde, quod ſi vxor id exigat, aut verbo, aut 168
etiam nutu (quod non adeo impudens eſſe exiſtimo) ſpõte, & alacriter, ſi vires ſuperant eius deſiderio ſatisfaciat, ne & ipſa à uiro ſpreta, aliunde etiam petitum eat, vti & de vxore ex Catullo ſuprà diximus. Nam & in hoc vir, & vxor pares iudicantur. Quis enim neſcit illud D. Paul. ad Cor. 7. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter aũt & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem. Quæ & ipſa repetuntur in c. noſte. 30. q. 1. & in §. his ita reſpondetur. 32. q. 2. Et alibi ſcribitur in ca. apud nos. 32. qu. 5 Quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur. Tradit Laertius autoritate Hieronymi, Pythagoram deſcendiſſe ad inferos, vidiſſeq; eos cruciari, qui ſuis vxoribus congredi nollẽt eiusq; rei gratia à Crotoniatis honoratum.

*Vir itẽ liberè vxori id appetẽti miſceatur.*

*Viros apud inferos cruciari, qui vxorũ concubitum refugiunt.*

¶ Cæterùm (vt redeam) mulier, quæ inuita & renitẽs 169
comprimitur, vix concipit, vt tradit Aetius Quaternionis 4. Ser. item 4. ca. 26. Vix, autem non abs re dixi, quia interdum concipit. Legimus enim nonnullas vi cõpreſſas concepiſſe. Nam & Soſtratus lib. 2. Rerum Tuſcanicarum, & eius autoritate Plutarchus in Paralelis, c. 52. tradunt Macareum filium Aeoli regis Tuſcorum, ſororem vi compreſſiſſe, ex eoq; illam imprægnaſſe. Et apud Terent. in Hecyra, Philumena à Pamphilo in tenebris vi compreſſa concepit & peperit filium. Nam de ea re hæc verba ſunt in eadem fabula.

*Mulier inuita cognita vix concipit.*

*Hom ſe fatetur vi in via virginẽ neſcio quã cõpreſſiſſe.*

Hincq; Bal. in l. ſi qua illuſtris. poſt prin. C. ad S.C. Orphi. quærit an filius, qui natus eſt è muliere illuſtri per vim ſtuprata ſuccedat. Nam & Ariſtoteles lib. 1. de Generatione animalium, ca. 15. tradit fœminas ſæpe concipere, ſine ea, quæ per coitum fit, voluptate.

¶ Neſcio autem, an & illud denique dicere debeam, quod ad concubitum pertinere videtur, eſſe nonnulla, quibus ſi vtantur cõcubituri, pulchros & bonos liberos gigni plerique autumant: quibus tamen vix crediderim. Dicam tamen, ut intelligas, quò inſaniæ antiquorum ſuperſtitio proceſſerit. Hermeſias à Democrito illo Magorũ vaniſſimo vocatur, non herba, ſed compoſitio ad gignendos huiuſmodi liberos bonos & pulchros vtilis, è nucleis pineæ nucis, tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, poſtea admiſto theombrotio & lacte: quam bibere generaturos iubet, & à conceptu puerperas partum nutrientes. Ita fieri excellentes animo & forma, atque bonos. Quod poſt eum retulit Plin. libro 24. capit. 17. Et rurſum, hanc quoque rem memorans, & tamen deridens, libro 26. cap. 4. Nam quæ (inquit) apud Democritum inuenitur compoſitio medicamenti, quo boni, pulchriq; & fortunati gignantur liberi, cur nunquam

quam Perſarum Regi tales dedit? Mirum eſſe profectò, hucuſque prouectam credulitatem antiquorum, & cætera, quæ ſequuntur. Qui igitur huiuſmodi liberos gignere voluerit, ad Dei opem precibus confugiat: & ad vxorem ſobrius & temperans accedat. Et cum his hanc legem cæteris ſubijcio:

*Decimaquinta Lex cõnubialis.*

*Concubitum neque nimis pertimeſcento, neque item nimis concupiſcunto.*
*Frequentem & immodicum prorſus fugiunto.*
*Rarum, atque temperatum intrepidè exercento.*
*Frequentem autem, aut rarum, non tam numero, quam natura, ratione ætatis, corporis temperaturę, temporis ęſtimanto.*
*Tum vero maximè, cum diſſidium aliquod in matrimonio interceſſerit, exercento.*
*Locorum, temporumque D. O. M.* Sacrorum *rationem habento.*
*Menſtruatam omnino nutricem, & quę recens concepit, quantum maximè fieri poteſt, citra periculum pudicitię ne attingunto.*
*Ne ebrij mæſtiue, aut alijs perturbationibus affecti: ne denique alijs rebus intenti ad liberorum procreationem accedunto.*
*Secreto autem vxores incunto.*
*Ne inuitis vxoribus viri congrediuntor.*
*Nec tamen vxores viris, coitum offerentibus, renitũtor.*
*Viri denique vxoribus, aut nutu aut alias petentibus, pro viribus ſatisfaciunto.*

# IN DECIMAM SEXTAM LEGEM CONNVBIALEM, Gloſſæ primæ,

## PARS DECIMASEXTA.

1 RESTAT nunc, vt aliquid dicamus de zelotypia, deque ea legem quãdam ſanciamus, quod ea res maximè ad matrimonium pertineat, ita vt Moſes ſuis legibus ad rem vxoriã pertinentibus, eam non prætermiſerit, quæ de zelotypia eſt, vt patet ex Numerorum cap. 5. Nemo autem eſt, qui non intelligat, quid zelotypia ſit, vt quæ à Tullio ita ſit definita, lib. 4. Tuſculan. quæſt. ægritudo ex eo, ꝙ alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiueris. Quæ quidem definitio latiſsimè patet, vt quæ de omnibus rebus amatis intelligatur. Quanquam propriè & peculariter de formæ ęmulatione intelligi debeat ex ipſius verbi etymologia. Nam ζῆλος æmulatio eſt, τύπος forma. Igitur qui ita amat formam mulieris, vt ſollicitus ſit, ne quis ea fruatur, zelotypus eſt Iuue. Sat. 5.

*Zelotypia quid ſit.*

*Nam Virro, vt multi, gemmas ad pocula transfert*
*A digitis, quas in vaginæ fronte ſolebat*
*Ponere Zelotypo iuuenis prælatus Iarbę*

Chryſippus autem apud Laertium in Cenone Cittieo, diſtinguit zelum à zelotypia, vt zelus, id eſt, æmulatio, ſit dolor ex eo, quòd alius eo potitur, quod quiſque cupit: zelotypia, dolor ex eo quod adſit alteri, quod ipſe quiſque habeat. D. autem Auguſtinus aduerſus Adimantiũ cap. 13. ſcribit prouerbij loco dici ſolitum, Qui non zelat, non amat: veluti zelotypiam non eſſe ſine amore dicat. In ſacris verò literis Deus zelotes dicitur. Exod. ca. 29. & Deut. c. 5. quia ſolus amari velit, nec patiatur quicquam præter ipſum amari, niſi & propter ipſum quoque ametur.

*Zel⁹ quid à Zelotipia differat.*

¶ Homo autem imprimis eſt animal zelotypum, vel Homero teſte, haud multò ante fi. lib. 7. Odyſſeæ: 2 *Homo animal Zelotypum.*

Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμεν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

*Valde zelotypi enim ſumus in terra genus hominum.* Inter cæteros autem homines, Perſæ huic affectui in primis ſunt dediti: vtpote de mulierum pudicitia maximè ſuſpitioſi, vt non modò qui coniugem vel pellicem regis attrectarit, ſed etiam qui ex itinere appropinquarit, curruſque quibus vehitur impulerit, capite punitur, ut tradit Plutarchus in Artaxerxe. Verum mulieres vbique huic vitio ſunt admodum obnoxiæ, ſi credimus Philoni, & Plutarcho, quos tibi in hoc citauimus ſuprà in 9. lege connubiali, num. 139. incip. & cum zelotypia. Vbi & illud diximus ex Galeno, eam ægritudinem in mulieribus prægnantibus debacchari. *Præſertim fœmina.*

¶ Suntque qui in id vitium aſtrorum vi & potentia ſunt propenſi. Nam Firmicus Maternus libro quinto. Aſtronomicῶn ad Lollianum, In finibus (inquit) Veneris ſi inuentus fuerit horoſcopus, & nocturna fuerit genitura, & Mars in ipſis partibus fuerit inuentus, potentiſsimæ & nobiliſsimæ mulieris nuptias dabit, vt per ipſam illi magnificarum diuitiarum affluentia conferatur: ſed ijs ex nimio zelo ſollicitudinis dolore cruciabitur. Et paulò pòſt: Si autem Luna in ipſis partibus fuerit inuenta, & nocturna fuerit genitura, reddit zelotypos, ſed bonitate mentis ornatos, & qui omnia cum moderamine compleant. Et lib. 8. cap. 30. Secunda pars Piſcium ſi in horoſcopo fuerit inuenta, homines facit ſtridentis animi ſuſpicioſos, atque zelotypos. 3 *Aſtrorum vi Zelotypiæ dediti.*

¶ Sed adeò feruntur mulieres in id vitium præcipites, vt plerunque ſæuiant in maritos, liberos, atque adeò in ſeipſas, vt latè docuimus ſuprà in 13. lege connubiali, nu. 28. incipien. impatientes, & ſeq. vſque ad 33. Sed quibus addes, hanc mulierum zelotypiam ipſiſmet nihil tale cogitantibus, plerunque necem afferre, vt hinc diſcant, etiam ſi nihil aliud eſſet, id vitij deuitare. Ferũt enim Cyanippum Theſſalum cum vxorem duxiſſet Leuconoam, propter venandi ſtudium in ſyluis plerunque degere ſolitum. Noua autem nupta ſuſpicãs ipſum cum alia muliere conuerſari, ſecuta eſt ipſius veſtigia, & occulta ſub quodam fruticeto euentum expectabat. Ramis verò motis repentè canes indagatores accurrerunt ipſamque morſibus inſtar beluæ dilaniarunt. Cyanippus autem, id tam inſperatum intuens, ſeipſum quoque trucidauit. Cuius rei teſtes ſunt Parthenius Nicænſis antiquus Poeta Græcus, in Eroticis cap. 10. Soſtratus lib. 4. de venatione, & eorum autoritate Plutarchus Parallelorum cap. 42. & Stobæus Collectaneorum cap. 62. ſimilemque hiſtoriam refert Plutarchus, ubi ſuprà, cap. 43. ex Clitonymo. libr. 4. Rerum Sybariticarum, de Æmylio quoque Sybarita, & eius uxore. Quin etiam ex Ouidio lib. 7. Metamorphoſeos, & lib. quoque 3. de Arte Amandi, didicimus, Procrin ſuſpicantem Cephalum maritum cum Aura nympha congredi ſolitum, clàm eum in ſyluas ſecutam, ab inſcio marito, putante feram eſſe, interfectam fuiſſe. Quod & retulit Seruius, enarrans eum locum Virgilij lib. 6. Æneid. 4 *Mulierũ zelotypia ipſis ſæpe exitioſa.* *Cyanipp⁹ vxorẽ Zelotypã incautus incautã necauit.* *Et Aemilius.* *Et Cephalus Procrin.*

*His Phædram, Procrinq; locis, mæſtamq; Eriphylen.*

Cæterum Plinius lib. 25. cap 7. tradit Nympham zelotypia erga Herculem fuiſſe mortuam: ſed quonam pacto, minimè declarat.

¶ Quin & viri nonnunquam hoc zelotypiæ furore perciti, leguntur immerentes ſuas vxores interemiſſe. Ex quibus vnum ex multis huc attuliſſe ſatis nobis viſum eſt. Iuſtina nobiliſsima puella Romana, puellas ætatis ſuæ forma longè ſupergreſſa, cũ iuueni cuipiam nuptui eſſet à parentibus tradita, ob ſolam eius pulchritudinem in ſuſpicionem marito venit, qui canddiſsimæ vxoris ceruicem conſpicatus, inclinantis ſe ad exuendum calceum, furore ex zelotypia accenſus, tenerã puellam, nouamq; 5 *Vxores ex zelotypia virorum immerentes necatæ.*



ſuamque coniugem, iugulauit: Cuius etiamnum extat illud epitaphium:

*Immitis ferro ſecuit mihi colla maritus,*
*Dum propero niuei ſoluere vincla pedis.*
*Durus, & ante torum, quo nuper nupta coiui,*
*Quo cecidit noſtræ virginitatis honos,*
*Nec culpa meruiſſe necem, bona n.. mina .eſtor,*
*Sed iaceo fati ſorte perempta mei.*
*Diſcite ab exemplo Iuſtinæ, diſcite patres,*
*Ne nubat fatuo. filia veſtra viro.*

Cotys quoq; rex Thracię cum ſuæ vxoris aliquãdo zelotypus eſſet, ſuis ipſius manibus eam, à pudendis incipiens, diſſecuit, vt ex Theopompo rerum Philippicarũ 1. recenſet Athenæus lib. 12. c. 14.

6 ¶ Hanc igitur tam furioſam ęgritudinem imprimis fugiendam eſſe & viris, & mulieribus cenſeo: quia certè nulla ex animi perturbationibus vehementior eſt, vt quæ mẽtem ſi quid aliud perturbet, & veluti eripiat, & in furorem adigat, & in neces mutuas, & aliorum, armet, & impellat. Quod Salomon proſpiciens, Prouerbiorum 6. c. Zelus (ait) & furor non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus nec recipiet ꝓ redemptione bona plurima. Ex quibus etiam verbis intelligis furorem & zelum veluti quadam cognatione eſſe coniunctos, vti etiam apud Eccleſiaſticum c. 40. Sed & præterea ea affectio corpus ipſum corrumpit, labefactat, conuellit et ad ſenectutem accelerat, teſte eodẽ autore, c. 30. Zelus (inquit) minuit dies & ante tempus ſenectutem adducit.

*Zelotypia nullam ex animi perturbationibus vehementiorẽ.* *Zelotypia animũ & corpus labefactat.*

7 ¶ Et his fortaſſe rationibus apud priſcos illos Romanos, cùm ij ex agro, ſiue peregrè domum redirent, qui uxores domi reliquerant, aduentus ſui nuntios præmittebant, ut tradit Plutarchus Problematῶn Roman. c. 9. Ad quem morem alludens Plautus in Amphitryone introducit Soſiam hæc loquentem:

*Romani aduentus ſui nũtios præmittebant.*

*Meq; porta præmiſit domũ, vt hæc nuntiẽ vxori ſuę.*

Vt ſcilicet mariti ex eo oſtendant, ſe zelotypos nõ eſſe. Nam qui eo morbo vexantur, uxores in facinore depræhendere omnibus modis ſtudent: ideoq; nullo pręmiſſo nuntio, inſperati domum ingrediuntur. Atque etiam, vt omnem huius teterrimi affectus occaſionem effugiant, nolentes ſcilicet, ſi quid forte vxores turpe admittant, id reſcire. Quanquàm Plutarchus, ubi ſuprà, alias eius rei rationes afferat.

8 ¶ Quid ergo facient, quibus contingunt mulieres ſuſpectæ libidinis? illà ſnè aſſeruabunt, aut alijs aſſeruandas dabunt, ſiue cuſtodes adhibebunt, ſi quando eos peregrè proficiſci neceſſe eſt? Et certè Hippocrates, ad Abderitas iturus, Democriti curandi gratia, Dionyſio, epiſtola ad eum miſſa, quæ & nunc extat inter opera ipſius Hippocratis, ſcribit uxorem interim, dum perigrinaretur, apud parentes manſuram: precatur tamen illũ, vt eius mores obſeruet, quò pudicè degat, nec ob uiri abſentiam alios uiros cogitet. Mulieres enim ſemper opus habere moderatore. Habere enim à natura laſciuiã innatam, quæ niſi quotidie amputetur, inſtar arborum, in materiæ multæ effuſionem exuberare. Ego uerò, inquit, amicum parentibus diligentiorem puto cuſtodiendæ uxori. Neque enim, uelut illis, ineſt etiam huic beneuolentiæ affectio, per quam ſæpe umbra admonitioni obtenditur. In omnibus enim rebus prudentius eſt, quod alienum eſt ab affectione, ut quod minimè à beneuolentia infringatur.

*Hippocratis ſententia de aſſeruanda vxore.*

9 ¶ Verùm id fruſtra faciũt, qui ita vxores aſſeruari faciunt, tum quia impoſsibile eſt illas, niſi, uelint, ita cuſtodiri, quin peccent, illudantq; & fallant maritos, & cuſtodes, ſtrophis ac dolis muliebribus: tum quia natura cõparatum eſt, vt in ea magis nitantur, quæ vetita, ſunt, vt ſatis diximus ſuprà in 8. lege conubiali, num. 16. incip. adde quòd contumax. tum denique, quod id adulteros magis inuitat, prouocat, ac veluti impellit ad expugnandam mulierum cuſtoditarum pudicitiam, in idque omnes artes ac machinas adhibent, vt poſtea quoque dicemus. Non immeritò igitur Aureolus Theophraſtus apud D. Hieronymum in Iouinianum, dicebat vxorem impudicam ſeruari non poſſe, pudicam non debere. Subditque ipſe Hieronymus: illa verè pudica dicenda eſt, cui licet peccare, ſi velit.

*Vxores an aſſeruandæ.*

¶ Et hinc quoque illud Ouid. libro Epiſtola. 3. Elegia quarta. 10 *De eadẽ re.*

*Dure vir, impoſito teneræ cuſtode puellæ,*
*Nil agis; ingenio quęq; tuenda ſuo eſt:*
*Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt:*
*Quæ quia non liceat, non facit, illa facit.*
*Vt iam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt:*
*Nec cuſtodiri, ni velit, vlla poteſt.*
*Nec mentem ſeruare potes, licet omnia claudas:*
*Omnibus excluſis intus adulter erit.*
*Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas*
*Semina nequitiæ languidiora facit.*

Et ſubdit:

*Deſine, crede mihi, vitia irritare vitando.*

Et cætera, quæ nos adduximus ſuprà in d. 8. lege connubiali, quo loco nuper citauimus, vbi & alia in eam ſententiam retulimus. Sed & paulò poſt ſubiũgit idem Ouidius:

*Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat*
*Argus: & hos omnes ſæpe fefellit amor.*
*In thalamo Danae ſaxo ferroq; perenni,*
*Quæ fuerat virgo credita, mater erat.*
*Penelope manſit quamuis cuſtode careret,*
*Inter tam multos intemerata procos.*
*Quicquid ſeruatur, cupimus magis; ipſaq; fures*
*Cura vocat; pauci, quod ſinit alter, amant.*
*Nec facie placet illa ſua, ſed amore mariti:*
*Neſcio quid, quod te cæperit, eſſe putant.*
*Non proba ſit, quàm vir ſeruat, ſed adultera cara eſt:*
*Ipſe timor pretium corpore maius habet.*
*Indignere licet, placet inconceſſa voluptas:*
*Sola placet, timeo dicere ſi qua poteſt.*

Et cætera quæ ſequuntur.

¶ Cui adſtipulatur Propertius lib. 2. Eleg. 6. 11 *De eadẽ re.*

*Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam,*
*Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat?*
*Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt:*
*Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt,*

Et Iuuenalis Saty. 6.

*Audio, quid veteres olim moneatis amici:*
*Pone ſeram, cohibe. Sed quis cuſtodiet ipſos*
*Cuſtodes? cauta eſt, & ab illis incipit vxor.*

Et Martialis lib. 1. ad Cæcil. Epigram. 41.

*Nullus in vrbe fuit tota, qui tangere vellet*
*Vxorem gratis Cæciliane tuam,*
*Dum licuit: ſed nunc poſitis cuſtodibus, ingens*
*Turba futurorum eſt. Ingenioſus homo es.*

Et Auſon. qui in Eidyllio 14. quod de vita humana eſt, inter humanas miſerias hanc poſuit:

*Et grauior cautis cuſtodia vana maritis.*

Hucque anus illa Apuleiana, libr. 9. Metamorphoſeos, maritorum inefficaces diligentias appellat. Et apud eundem authorem illo quoque libro Phileſitærus hac ipſa potiſſimum caſtitate, & inſignis tutelę nimietate inſtigãtus atq; inflammatus, quiduis facere, quiduis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus diſciplinam, totis accingitur viribus.

¶ Nec nobis deeſt in eam rem Grecorum ſcriptorum, authoritas. Nam Euripides apud Stobęum Florilegij cap. 72. 12 *De eadẽ re.*

Μοχθοῦμεν ἄλλως θηλυφρουροῦντες γένος,
Ἥτις γὰρ αὐτῇ μὴ πέφυκεν ἔνδικος,

Τί δεῖ φυλάσσειν, κἀξαμαρτάνει πλέον:
*Fruſtra laboramus muliebre cuſtodientes genus.*
*Nam quæ non vltrò iuſta fuerit,*
*Quid opus eſt cuſtodire, ac amplius delinquere;*

Et Menander.

Τὸ μὲν μέγιστον οὔποτ᾽ ἄνδρα χρὴ σόφον
Λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων.
Ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θυραθὲν ἡδονῆς.
Ἐν δ᾽ ἀφθόνοισι τοῖς δ᾽ ἀναστρεφομένη,
Βλέπουσά τ᾽ εἰς πᾶν, καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασά τ᾽, ἀπήλλακται κακῶν.
Τό τ᾽ ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον,
Ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ φραγισμάτων
Σώζει δάμαρτα (κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς)
Μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.
Ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύρατ᾽ ἔχει,
Θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρήζετε,
Λάθοι δ᾽ ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας.
Καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως,
Ἀνήρ τ᾽ ἀχρεῖος, ἡ γυνὴ διοίχεται.

*Hoc quidem maximũ: nunq̃ oportet virum ſapientem,*
*Nimis cuſtodire vxorem in penetralibus domus.*
*Deſiderat.n. aſpectus rerum externarum voluptatem:*
*In quibus ſi abundè verſetur*
*Aſpiciens omnia, & præſens vbique,*
*Aſpectumq; ſatians, liberatur malis.*
*Nam & mas ſemper eius, quod latet, eſt appetens.*
*Quiſquis autem repagulis, & per ſigilla*
*Cuſtodit uxorem, & ſi vir videatur ſapiens,*
*Vanus eſt, & ſapiens nihil ſapit.*
*Si qua enim mulier animo foras ſpectat.*
*Velocius quidem ſagitta, & penna ſeparatur.*
*Ita vt lateat Argi multoculas pupillas.*
*Vnde præter malum, ingens quoque ludibrium:*
*Virq; ſimul & vxor inutiliter pereunt.*

13 *Phani hiſtoria.* ¶ Nec tamen interim omittendam ducimus hiſtoriam huic loco accommodatiſsimam, quæ ſatis oſtendit fruſtra uxores ſeruari, de Phano quopiam, cui cum vxor eſſet parum ſpectatæ pudicitiæ, eamque haberet adulterij admodum ſuſpectam, atrij fores ſic occluſit, vt non niſi cum ſtridore ac ſonitu poſſent aperiri, vt adulter admiſſus cuſtodes non falleret. Verum cum illa per tegulas, minimè ſcilicet apertis foribus, adulterum admitteret, vicini id reſcientes per iocum dicebant, φάνου θύρα, Phani oſtium. Verum Euſtathius lib. vlt. Odyſſeæ aliò refert huic non abſimile prouerbium, *Prouerbium.* φαύου θύρα.

14 *Mulieres à cõgreſſu aliarũ impudicarũ abſtineat.* ¶ Quiſquis ergo vxorem pudicam continere volueris, multa tibi moneo facienda, tanquam aliud agas, id eſt, ne videaris id agere metu & diffidentia impudicitiæ vxoris, propter eas, quas iam diximus, rationes. Primum illud erit, vt eam ita viuere aſſuefacias, vt à conſuetudine, congreſſu, & familiaritate mulierum impudicarum eam prohibeas. Nam hæ non ſolum ſuo exemplo nocent, ſed & plerunque alias mulieres ad impudicitiam ſuis ſermonibus alliciunt, ac ſibi ſimiles omnes mulieres efficere ſtudent: vt verum ſit, quod Hermione, aliò tamen reſpiciens dicit, apud Euripidem in Andromache:

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοι μ᾽ ἀπώλεσαν,
Αἵ μοι λέγουσαι τοὺς δ᾽ ἐχαύνωσαν λόγους.
*Malarum fœminarum introitus me perdiderunt,*
*Quæ mihi loquentes, hos blãdè perſuaſerunt ſermones.*

Quod & retulit D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & Plutarchus, alio quoque detorquens, in Præceptis connubialibus, cap. 41. Addit autem Hermione non multò poſt:

Ἀλλ᾽ οὔποτ᾽ (οὐ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ)
Χρὴ τοὺς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶ γυνή,
Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν
Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.
Ἡ μέν τι κερδαίνουσα συμφθείρει λέχος.
Ἡ δ᾽ ἀμπλακοῦσα συννοσεῖν αὐτῇ θέλει.
Πολλαὶ δὲ μαργότητι. κἀντεῦθεν δόμοι
Νοσοῦσιν ἀνδρῶν. πρὸς τάδ᾽ εὖ φυλάσσετε
Κλείθροισι, καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας.
Ὑγιὲς γὰρ οὐδὲν αἱ θύραθεν εἴσοδοι
Δρῶσιν γυναικῶν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ κακά.

*Sed nunquàm, nunquàm, (non enim ſemel dicam)*
*Oportet ſapientes, quibus eſt vxor,*
*Ad vxorem in domibus accedere ſinere*
*Mulieres. ipſę enim præceptores ſunt malorum.*
*Illa quidẽ aliquid lucrifaciens, corrũpit matrimoniũ,*
*Alia peccans, vt peccet, cum ea, cupit,*
*Multæ autem ex ſtultitia. Hincq; domus*
*Virorũ malè habent. Aduerſus hæc igitur bene munite*
*Seris & peſſulis ędium fores.*
*Sani enim nihil introitus externi*
*Mulierum efficiunt, ſed multa & mala.*

Ex quibus & nos aliquid ad aliud attulimus ſuprà in 10. l. connu. nu. 29. inci. cæterum.

15 *Cõſuetudo ac familiaritas multam vim habẽt ad deprauãdos mores, & cõtra.* ¶ Cęterum nemo neſcit quantũ vitium ad corrumpendos mores habeat ſceleratorum & improborũ conſuetudo, & familiaritas, vt proborum, ad corrigendos, vel teſtimonio noſtrorum Iuriſconſultorum, l. ædiles. la 1. §. Pædius. ibi, imitatione ſeruorum factus eſt alcator fortè, vel vinarius, vel erro. ff. de ædili. edic. vbi Accurſius citat illud, quod Catonis eſſe dicitur, Cum bonis ambula. At illius tex. autoritate gloſſ. in §. cogitandum. in authen. de monach. vbi & ad id eſt etiam bonus tex. dicit mores à coniuncto formari. *Contagio morum.* Et vt ſcribitur in c. ſed illud. 45. diſt. ex vno peccatore polluitur populus, ſicut ex oue morbida vniuerſus grex inficitur, Et in ca. ſæpe 28. q. 1. ſæpe malorum conſortia bonos corrumpunt. Et facit l. Iulianus. §. quod autem diximus. ff. de act. emp. & l. ſi plures. §. aſſidua. ff. de adminiſtra. tut. & cap. vltimo de ſta. monacho. & quæ nos latius in eam ſententiam ſcripſimus ſuprà, in 5. l. connub. num. 19. in cip. ex his illud.

16 *De eadẽ re. Ex diuinis ſcriptoribus.* ¶ Sed tu præterea audi in eam rem diuinorum ſcriptorum ſententias. Nam ſcribitur Pſal. 17. & iterum 2. Reg. 22. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris. Et Prouer. 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum, ſimilis efficietur. Et cap. 21. Paruulus ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſapientiam. Et c. 22. Noli eſſe amicus homini iracundo, neq; ambula cum viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius. Et Eccleſ. c. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Et ca. 19. Qui ſe iungit fornicarijs, nequam erit. Propterea D. Paulus 1. ad Corinth. 5. Si quis (inquit) inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi cibum non ſumite.

17 *Ex aliorũ ſcriptorũ authoritate.* ¶ Nec deſunt aliorum quoq; ſcriptorũ in eam rem ſententiæ. Quærit enim Ariſtoteles, (ſi is eſt: ſunt enim qui addubitant) Problem. par. 19. c. 10. Cur qui iuſto temperantiq; ac bono viro ſe iunxerit, melior in his bonis animi euadit. Qui verò cum ſano moram traxerit, nihilo ſanior, neq; qui cum robuſtiori, aut pulchriori verſatur, quicquam in huiuſmodi habitus proficit? Quoniam (inquit) bona corporis animo imitari non poſſumus. Quanquam quod ad ſanitatem pertinet (vt id obiter dicam) ſcio nonnullos in ea fuiſſe opinione, quòd etiam ſanorum congreſſu & familiaritate ſanitatem, vt morbo ſorum morbos, contrahamus.

18 *Moſaica lex cur à* ¶ Eleazarus ille doctiſsimus Iudæorum Pontifex, ab Ariſtea, altero ex legatis Ptolemæi Regis interrogatus, quamobrem, ſi à Deo vniuerſa creata ſunt, nonnulla im-



*gnorum ... animaliũ eſu prohibuit.* la impura vocet ſcriptura, à quibus abſtinendum eſſe iubeat, multas cauſas reddidit, quarum hæ ſunt præcipuæ, quæ ad hunc locum pertinẽt: Videte (inquit) quantam vim habet conſuetudo. Malos enim homines, ſi cũ improbis: probos, ſi cum probis conuerſantur, facilè facit. Itaque Deus præcepit à nonnullis immundis animalibus, quæ omnia ſunt rapacia, feraq;, & carnibus aliorum veſcuntur, abſtinendum, vt hoc quoque ſymbolo ab hominum rapaciũ malorumq; conſuetudine deterreret. Nam ſi animalia huiuſmodi tangenda non ſunt propter immunditiem, quales erunt homines, qui prauitate morum illis ſe ſimiles reddunt? Item quia cæteri ferè homines, præter Iudæos, Deorum multitudinem colentes & omnibus cibis, nullo animantium delectu, paſsim veſcuntur. Ne igitur illorum conuerſatione atque conſuetudine corrupti, ad impietatem eorum deferamur, cibi purificatione legali nos à cæteris ſeparauit. Et hæc quidem ipſe Ariſteas in longiora verba retulit, in eo lib. quẽ de ea legatione fecit, & ex eo Euſebius Cæſarienſis, libr. de præpara. Euangel. 8. ca. 3. Et ſimilia propè ſcribit Clemens Alexandr. Pædagogi lib. 2. c. 10. & Lactantius priuatim loquens de prohibitione eſus carnis ſuillæ, libr. 4. Diuinarum inſtitutionum c. 17.

19 *De eadẽ re.* ¶ Philo, quem & idem Euſebius eod. libr. cap. 4. refert, de Eſſeis loquens: In ciuitatibus (inquit) non habitant, exiſtimantes, vt contagionem aeris corporibus, ſic conuerſationem animo nocere. Sed & idem Philo in libro, quem de prouidentia ſcripſit: Nõ facilè (inquit) poteſt euadere, qui degit in regione peſtifera: ac veluti cũ magna vis pluuiæ deſcẽdit, niſi ſub tecto ſis, neceſſe eſt, etiam ſi patiens ſis, imbrem perferre, cumque frigidiſsimus Boreas perflat, frigore premi, & æſtatis ardore calefieri: eodem modo, ſi cum iniuſtis vitam agis, neceſſe eſt multa inde mala perpeti. Ipſe quoque Euſebius libro 6. illius operis, cap. 5. Illi (ait) quibuſcum viuimus, voluntatem plerunque noſtram rationibus, aut quouis alio modo, ad ſuam conuertunt. Et aliàs meliorem, aliàs peiorẽ efficiunt. Solet enim conuerſatio praua nocere, ſicut è contrario bona prodeſſe. Bonos quippe mores mala conuerſatio corrumpit, veluti etiam praui mores proba conuerſatione corriguntur.

20 *Prouerbium.* ¶ Plutarchus in libro, de liberis educandis, hanc affert veterem ſententiam ἂν χωλῷ παροικήσῃς ὑποσκάζειν μαθήσῃς. Si iuxta claudũ habitaueris, diſces & tu ſubclaudicare. Quam & ipſam Pindari Interpres ex Ariſtarcho ita extulit:

Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἐνὶ, σκάζειν μάθοις.

Id eſt, ex docti alicuius uerſione:

*Claudo vel vni ſi propinquus fueris:*
*Diſces & ipſe claudicare protinus.*

Alibi & idem Plutarchus in illo eodem libro, Generaliter (inquit) liberos noſtros flagitioſorum hominum cõſortio ſegregare decebit: eorum enim malignitatem reportant. Quod & Pythagoras obſcuris quibuſdam præcepit ſermonibus, quos hoc in loco poſitos explanabo, quòd ad conquirendam virtutem non minimum videntur afferre momentum: quale eſt illud, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Ne guſtes ex his, quibus nigra cauda eſt, hoc eſt, cum omnibus conſuetudinem non eſſe habẽdam, quos morum deprauatio ipſa denigrat. Idem quoque Plutarchus in libro de ratione dignoſcendi verum amicum ab adulatore, tradit tantam habere vim aſsiduam conſuetudinem, vt imprudentes etiam imitemur eorum vitia, quibuſcum viuimus. *Platonis familiares eius cõtractos humeros imitabantur.* Sic enim ferunt Platonis familiares expreſsiſſe contractos illius humeros: & Ariſtotelis amicos eiuſdem balbutiem imitatos fuiſſe. rurſuſq; Alexandri Regis familiares eius ceruicem inflexam, & in dicendo vocis aſperitatem repræſentaſſe.

21 ¶ Seneca lib. 3. de ira: Sumuntur à conuerſantib. mores, & vt quædam in contactos corpore vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus fortem etiam virum emollijt. Auaritia in proximos virus ſuum tranſtulit. Eadem è diuerſo ratio virtutum eſt, vt omne quod ſecum habent, mitigent, nec tam valetudini profuit vtilis regio, & ſalubrius cœlum, quàm animis parum firmis in turba meliorum verſari. Quæ res quantum poſsit, intelliges, ſi videris feras quoque conuictu noſtro manſueſcere, nulliq́ue immani beſtiæ vim ſuam permanere, ſi hominis contubernium diu paſſa eſt. Idem in libro de Tranquillitate vitæ, monet, vt amicos vacuos (quantum fieri poteſt) à cupiditatibus eligamus. Serpunt enim vitia, & in proximum quenque tranſiliunt, & contactu nocent. Itaque vt quod in peſtilentia curandum eſt, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus aſsideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipſo in proximo laborabimus: ita amicorum legendis ingenijs dabimus operam, vt quam minimè inquinatos aſſumamus. Idem autor ad Lucillum. Nulla res magis animos induit (niſi malis legere, induit) honeſtos, & in prauum declinabiles erigit ad rectum, quàm bonorum virorum cõuerſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter aſpici, frequenter audiri. Sed & alia multa in eam ſententiam videbis apud eundem, eiuſdem operis: Epiſtola 6. & apud Clementẽ Alexandrinum lib. Pædagog. 3. cap. 4. ex quo decerpere poteris, quæ tibi vſui videbis.

¶ Ante hos plato libro 2. de Legibus, eleganter admodum oſtendit, quomodo tacitè & nihil tale cogitantes, non fallat contagium improborum hominum. 22 *De eadẽ re ex Platone.* πότερον εἰκός, εἰ καὶ ἀναγκαῖον τοῦτ᾽ εἶναι, ὅπερ ὅταν τις πονηροῖς ἤθεσι συνὼν κακῶν ἀνθρώπων, μὴ μισῇ, χαίρῃ δ᾽ ἀποδεχόμενος, ψέγῃ δὲ ὡς ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ ὀνειρώττων ἂν ταύτην μοχθηρίαν, τότε ὁμοιοῦσθαι δήπου, ἀνάγκη τὸν χαίροντα ὁποτέροις ἂν χαίροι. Id eſt, Vtrùm probabile, an potius neceſſarium hoc ipſum eſſe, ſicuti cùm quis cum prauis improborum hominum moribus conuerſatur, nec eorum mores odit, ſed potiùs delectatur, & indulget: & tamen veluti per iocum reprehendit, quaſi per ſomnium in ſeipſo percipiens eorum malitiam, tunc profecto neceſſe eſt, vt ſimilis euadat illis, quibus gaudet, etiam ſi laudare vereatur. Sed non omittendum quod in eam rem lege ſanxit Charondas Thuriorum legiſlator. Nam conſiderata, &c. Vide omnino Diodorum Siculum libr. 1. pag. 277. ad finem.

23 *De eadẽ re, ex poetis Græcis.* ¶ Suntq; in eam ſententiam Poetarum carmina Menandri enim verſus eſt:

Σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
*Cum ſapientibus conuerſans & ipſe euades ſapiens.*

Item ille:

Κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
*Cùm malis conuerſans, & ipſe euades malus.*

Sophocles in Tragœdia, quæ Aiax Locrenſis inſcribitur.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ,
*Sapientes tyranni ſapientum congreſſu.*

Ex illo enim eum verſum citant Zenodotus in Prouerbijs, & Aulus Gellius lib. 13. Noctium Atticarum, c. 18. vbi miratus Platonem in Theæteto ex Euripide citaſſe, cùm Sophocles vetuſtior fuerit Euripide. Verum Platonis locus, ubi eum verſum citat, nõ eſt in Theæteto, ſed in 8. lib. de Repub. ad fin. & in Theage.

24 ¶ Ex Latinis Poetis huc reſpicit Iuuen. Saty. 2.

*—Dedit hanc contagio labem,*
*Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris*
*Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,*
*Vnaq; conſpecta liuorem ducit ab vna.*

Quæ vltima ſententia alludit ad illud vetus Suidæ adagium, βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται, Botrus iuxta botrum matureſcit. Translatum ab vuis, quæ mutuo oppoſitæ matu-

maturitatem aut liuorem inter ſeſe viciſsim & dant, & accipiuut; quod & recenſuit author Chiliadũ. 3. Cent. 2. Prouer. 49. Et huc quoque ſpectat Ouid. libr. 2. de Remedio amoris:

*Si quis amas, nec vis, facito contagia vites:*
*Hæc etenim pecori ſæpè nocere ſolent.*
*Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi:*
*Multaq; corporibus tranſitione nocent.*

Et in Epiſtola Canaces ad Macarium:

*Scilicet eſt aliquid cum ſæuis viuere ventis.*

25 *Mulieres impudicæ impudicas alias eſſe cupiunt.*

¶ Nec prætermittendum id, quod ſuprà diximus, mulieres impudicas id maximè cupere, vt cæteræ omnes ſint ſui ſimiles. Id certè adſtruit Philto ſenex Plautinus in Trinummo, vbi filium Lyſitelem ita monet:

*——Per pietatem nolo ego cum improbis,*
*Gnate mi neq; in via, neq; in foro, vllũ ſermonẽ exeq.*
*Noui ego hoc ſeculum moribus quibus ſit: malus bonum malum*
*Eſſe vult, vt ſui ſit ſimilis.*

Proindeque alter alterũ, qui cum eſt familiaritas & conſuetudo, ſolicitat, ut & idipſum faciat, quod ipſe facere ſolet. Quod & affirmat noſter Iuriſconſultus in dicta l. Iulianus. §. quod autem diximus, ibi, alios ſecũ ſollicitauit, ut fugerent ff. de act. empr.

26 *Phyſica horũ ratio.*

¶ Porrò, eorum, quę diximus, eſt Phyſica ratio, quã ſcripſit Marſilius Ficinus libro de Triplici uita, tertio, cap. 23, Memento (inquit) familiaritatem eorum inire, quibus gratiæ cœleſtes affluãt; quod ex bonis animi, fortunę, corporis, perpendes. Sicut enim odor ex Moſcho, ſic ex bono boni nonnihil exhalat in proximum, ac ſæpe perſeuerat infuſum. Mirificus autem foret cœtus triũ fœlicium, uel duorum inter ſe mirabiliter redundantiũ. Memento denique effrænatos, & impudentes, & malignos, ac infœlices procul fugere. Hi nanque malorũ pleni dæmonum, vel radiorum, malefici ſunt, & tanquam leproſi peſtilenteſq; non ſolùm tactu nocent, ſed ꝓpinquitate etiam & aſpectu. Sane propinquitas ipſa corporum animatorum putatur eſſe contactus propter efficacem vaporum exhalationem, foris à colore, ſpiritu, affectu manantem. Maximè autem peſtilens erit, flagitioſorum familiaritas, atque crudelium, ſi verum fuerit, poſt vegetalem vitam menſe Iouis, id eſt, ſecundo, nobis infuſam deinceps menſe Martis, id eſt, tertio, ſenſualem animam infundi, perturbationibus mãcipatam. Sic enim, qui perturbatione feruntur, Martis pleni, Martiali contagione propinquos inficiunt. Contraria verò ratione cõſuetudo frequens, continuumque commercium cum fęlicibus, excellentibuſq;, vt diximus, prodeſſe mirificè cõſueuit. Appollonium Tyaneum ferunt, Epheſi deprehendiſſe ſenem, ſub cuius figura lateret dęmon, qui ſola præſentia totam ciuitatem peſte contaminabat. Quantùm vero multis præſentia ſola profecerit, Xenophon & Plato teſtantur.

27 *Mulieres à cõgreſſu virorũ impudicorũ caueant.*

¶ Secundum, primo proximum, vt viri etiam vxores à virorum impudicorum, & matronalis pudicitiæ inſidiatorum congreſſu, & conſuetudine prohibeant. Nam præterquam quòd hi, cùm tales ſint, nihil intentatum relinquunt, omnibuſq; artibus ſtudent, & ſatagunt caſtitatem domus euertere, vt ſuis voluptatibus potiantur, ſola ipſa conſuetudo, neſcio quo pacto, amorem & libidinẽ conciliat, & vt ſcribit Lucretius:

*Conſuetudo concinnat amorem.*

*Conſuetudo Veneris famula.*

Vnde Cicero in Lælio; Auxit conſuetudo beneuolẽtiã. Id quod mouit Apuleium, vt ſcitiſsimè lib. 6. Aſini aurei, Cõſuetudinem Veneris famulam faceret, in hæc verba: Iamq; fores eius dominæ proximanti occurrit vna de famulatione Veneris, noĩe Conſuetudo. Hincq; etiã Selenium Plautina, in Ciſtellaria dicit, Alceſimarchum in amicitiam ſuam inſinuaſſe ſe blanditijs, muneribus, donis, & conſuetudine. Et huc quoque alludit tex. in ca. veniens. de eo qui cogno. conſangu. vxor. ſuæ, in illis verbis, deinde ex conuerſatione diutina ſorori puellæ ſe coniunxit.

28 *Amicis nõ fidendum in ea re.*

¶ Nec eſt, quòd ea in re amico fidere debeas, quoniã vt voluptati noſtræ indulgeamus, nullam plerunque habemus amicitiæ, fidei, & honeſtatis rationem. Quod cõqueritur Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

*Conquerar? an moneam, mixtum fas eſſe nefaſq;,*
*Nomen amicitię, nomen inane fides.*
*Heu mihi non tutum eſt: quod amas, laudare ſodali:*
*Cùm tibi laudanti credidit, ille ſubit.*

Deindeque perpaucos amicos in ea re extitiſſe, ſed nullos hodie tales reperiri amplius poſſe affirmat:

*At non Actorides lectum temerauit Achillis:*
*Quantum ad Pirithoum Phædra pudica fuit.*
*Hermionem Pylades, vt Pallada Phœbus amauit,*
*Quodq; tibi geminus Tyndari Caſtor, erat.*
*Si quis idem ſperat, laturas poma myricas*
*Speret, & è medio flumine mella petat:*
*Nil niſi turpe iuuat: curæ eſt ſua cuiq; voluptas.*
*Hæc quoque ab alterius grata dolore venit.*
*Heu facinus, non eſt hoſtis metuendus amanti:*
*Quos credis fidos, effuge, tutus eris.*
*Cognatum, fratremq; caue, fidumq; ſodalem:*
*Præbebit veros hæc tibi turba metus.*

Ex quo & illud eiuſdem lib. 1. de Arte amandi:

*Sin etiam tua vota, viro placuiſſe puellæ,*
*Vtilior votis factus amicus erit.*

Et paulò pòſt,

*Tuta frequenſq; via eſt, per amici fallere nomen:*
*Tuta frequenſq; licet ſit via crimen habet.*

Et in eam ſententiam eſt illud Propertij lib. 2. ad Lynceum Poetam, Eleg. poſtrema:

*Cur quiſquam faciem dominæ iam credat amico?*
*Sic erepta mihi penè puella fuit.*
*Expertus dico, nemo eſt in amore fidelis:*
*Formoſam rarò non ſibi quiſque petit.*
*Polluit ille Deus cognatos, ſoluit amicos:*
*Et benè concordes triſtia ad arma vocat.*
*Hoſpes in hoſpitium Menelao venit adulter:*
*Colchis & ignotum nonne ſecuta virum eſt?*

Et Meneſilochus amator Plautinus in Bacchide:

*Satin, vt quem fidelem habeas, aut cui credas, neſcias?*

Quis autem neſcit illud Hieremiæ capi. 29. Et mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.

29 *Mulieres laſciuis ſermonib. abſtineãt.*

¶ Tertium, vt ab inhoneſtis laſciuis, obſcœnis confabulationibus vxorem arceas, quæ ad libidinem prouocant. Scitus eſt enim ille Menãdri Senarius, à Diuo Paulo 1. ad Corin. c. 15. vſurpatus;

φθείρουσιν ἤθη χρηςθ' ὁμιλίαι κακαί.

*Corrumpunt mores bonos colloquia praua.*

Cuius ſententiæ meminit Tertullianus libr. 1. ad vxorẽ, paulò ante fin. inquiens, Conuictum, atque commercia Deo digna ſectare, memor illius verſiculi ſanctificati:

*Bonos corrumpunt mores congreſſus mali.*

Cui non abſimile eſt illud Naumachij, alterius Poetæ, apud Arſenium:

Κεδνὰ κακοὶ φθείρουσι γυναικῶν ἤθεα μῦθοι

*Verba bonos vitiant mulierum turpia mores.*

30 *De eadẽ re.*

¶ Quos ſecuti alij duo Poetæ noſtri ſeculi, ſcilicet Iouius Pontanus lib. 1. de Amore coniugali ad vxorem, de liberis educandis:

*Corrumpunt mala dicta animum, moreſq; verendos.*
*In veros ſenſus ſæpe abiere ioci.*
*Laſciuos igitur ſenſus, laſciuaq; verba.*
*Pignoribus noſtris ritè cauenda vide.*

Alter Baptiſta Mantuanus contra impudicè ſcribentes:

*Verba mouent animos, oris laſciuia pectus.*
*Pulſat, & in venas ſemina mortis agit.*

¶ Ariſtoteles autem lib. Politicῶn ſeptimo, capit. 17.

Omnino



*Obſcœnitas verborum è ciuitate pellenda.*
*Libidinis fomẽtum ſermo laſciuus.*

Omnino (inquit) obſcœnitas verborum, ſi quicquam aliud, per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpe facere. Epictetus alter Philoſophus, apud Antoniũ Monachũ Meliſſæ, id eſt, apiculæ, tomo primo, cap. 14. ὑπέκκαυμα ἐπιθυμίας λόγος ἐρωτικός. Id eſt, Fomentum libidinis, ſermo amatorius, ſiue laſciuus eſt. Quam & ipſam ſententiam ex Chariclea repetit Abbas Maximus, Aphoriſmorum ſerm. 3. in fi. D. Hieronymus ad Demetriadem, in ea epiſtola cuius initium eſt, inter omnes: Nunquã (ait) verbum inhoneſtum audias, aut ſi audieris, iraſcaris. Perditæ mentis homines vno frequenter leuique ſermone tentant clauſtra pudicitiæ. In hanc quoque ſententiam Clem. Alex. lib. 2. Pędagog. c. 10. impudicorum (inquit) verborum, & turpium figurarum, meretriciorumq; oſculorum, & huiuſmodi laſciuiarum nomina ne ſunt quidem memoria tenenda, beatum ſequentibus Apoſtolũ, qui apertè dicit, ſcilicet ad Epheſios capit. 5. Fornicatio autem, & omnis obſcœnitas ne nominetur quidẽ apud uos, ſicut decet ſanctos.

32 *Epicharmus mulctatus ob laſciuum verbum.*

¶ Igitur non iniuria Lacedæmonij libros Archilochi è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quòd eorum parũ verecundam ac pudicam lectionem arbitrabãtur: vt tradit Valerius Maximus lib. 6. c. 3. Nec abſimiliter Hiero ille poſt Gelonem Syracuſanorum Tyrannus, Epicharmum Poetam Comicũ mulcta affecit, quòd vxore eius præſente laſciuiæ quippiam protuliſſet, vt teſtis eſt Plutarchus in Apohthegmatis Imperatorum. Nam & ante

*Romuli lex in eos, qui laſciuè coram fœminis loquerẽtur.*

Romuli legibus (vt idem tradit in vita illius) qui coram fœminis obſcœni quippiam dixiſſet, non ſecus ac homicida puniebatur. Noſtris autẽ legibus, qui turpibus verbis coram fœminis vtitur, licet aliàs earum pudicitiam non tentet, id eſt, licet non id faciat cauſa tentandę pudicitiæ, iniuriarum tenetur. l. item apud Labeonem. §. qui turpibus, iunctis præcedentibus. ff. de iniur.

33 *Mulieres ab obſcœnis picturis caueant.*

¶ Quartum, vt à picturis quoque impudicis, & obſcęnis caueant, quæ & ipſę non minus impudicitiam incitant, vt videre licet ex Eunucho Terentij, vbi Chærea adoleſcens ſuſpectans tabulam in qua depingebatur Iouis & Danaes concubitus in libidinem exarſit:

*Virgo in conclaui ſedet.*
*Suſpectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc, Iouem*
*Quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.*
*Egomet quoque id ſpectare cœpi: & quia conſimilem luſerat*
*Iã olim ille ludũ, ĩpẽdio magis animus gaudebat mihi,*
*Deum ſeſe in hoĩem cõuertiſſe, atq; per alienas tegulas*
*Veniſſe clanculũ per impluuium, fucũ factum mulieri.*
*At quẽ Deũ: qui templa cęli ſumma ſonitu concutit.*
*Ego homuncio hoc non facerem? ego illud verò ita feci lubens.*

Quo in loco Donatus, Philoſophicè (inquit) nunc Terẽtius demonſtrauit, quam cladem moribus hominum & ciuitatibus afferant figmẽta poetarum, cum exempla ſcelerum afferant peccaturis. Et eum quoque Terentij locum ad eam rem expẽdit D. Auguſtinus de Ciuitate dei li. 2. capit. 7.

34 *De eadẽ re.*

¶ Quid quòd Propertius libr. 2. Eleg. 4. impudicitiæ veluti originem tribuit picturis obſcœnis. quibus ſpectãtes ad libidinem incenduntur: ita enim inquit:

*Quæ manus obſcęnas depinxit prima tabellas,*
*Et poſuit caſta turpia viſa domo.*
*Ille puellarum ingenuos corrupit ocellos:*
*Nequitiæq; ſuæ noluit eſſe rudes.*

*Picturæ laſciuæ languentes libidines excitant.*

Tradit autem Suetonius, Tyberium cubicula plurifariam ardonaſſe, tabellis laſciuiſsimarum picturarum, vt aſpectu deficientes libidines excitaret. Ideo Ariſtoteles lib. Politicῶn 7. c. 17. prohibet aſpicere aut picturas, aut actus deformes, monetq;, vt ſit cura magiſtratibus nullam neque picturam neque ſtatuam eſſe talium rerũ imitatricem. Niſi (vt ſubdit ironicè) apud Deos tales, quib. etiam laſciuiam lex tribuit.

35 *Mulieres à ludis publicis arceantur. Præſertim impudicis.*

¶ Quintum, vt & à ludis, ſcenis, & ſpectaculis publicis, præſertim verò impudicis, prohibeantur, tum propter eorum laſciuiam, quæ & ad libidinem incitat: tum quia illuc multi iuuenes cupidinei, & ſpectatores ocioſi conueniunt, qui nil aliud quam tendunt retia, & inſidias pudicitiæ matronarum & puellarum, vt docet Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

*Sed tu præcipuè curuis venare theatris:*
*Hæc loca ſunt voto fertiliora tuo.*

Et poſt pauca:

*Spectatum veniunt, veniunt ſpectenter vt ipſæ:*
*Ille locus caſti damna pudoris habet.*

Et rurſum non multò poſt:

*Nec te nobilium fugiat certamen equorum:*
*Multa capax populi commoda circus habet.*

Et lib. 2. Triſtium ad Auguſtum:

*Ludi quoque ſemina præbent*
*Nequitiæ.——*

Et paulò:

*Tollatur circus: nam tuta licentia non eſt:*
*Hic ſedet ignoto iuncta puella viro.*

Et lib. 2. de Remedio amoris:

*At tanti tibi ſit non indulgere theatris.*
*Dum bene de vacuo pectore cedat amor.*
*Eneruant animos citharæ cantuſq;, lyræq;.*
*Et vox, & numeris brachia mota ſuis.*
*Illic aſſiduè ficti cantantur amantes:*
*Quid caueas actor, quid iuuet, arte docet.*

36 *De eadẽ re.*

¶ Quibus & adſtipulatur Propertius lib. 2. Eleg.

*Illic te multi poterunt corrumpere, ludi.*

Et Iuuenalis Satyr. 6.

*Chironomon Ledam, molli ſaltante Batyllo,*
*Tuccia veſicę non imperat: Appula gannit,*
*Sicut in amplexu.——*

Et Pontanus in illo libro de liberis educandis:

*Penelope nunquam, nunquam Lucretia vidit,*
*Hiſtrio dum molli ſcenica voce canit.*

Nam & viri ipſi maximè in libidinem accenduntur, cũ uident mulieres laſciuè ſaltantes, vel teſtimonio ipſius Iuuenalis Satyr. 11. ubi ait,

*Forſitan expectes, vt Gaditana canoro:*
*Incipiat prurire choro, plauſuq; probatę*
*Ad terram tremulo deſcendant clune puellę,*
*Irritamentum Veneris languentis.*

37 *Mulieres Olympicis certaminibus olim arcebantur.*

¶ Et ob hęc, ni fallor, Græcorum legibus prohibitũ fuit, ne Olympicis certaminib. mulieres ſpectandi gratia ſeſe infererent, vt tradit Statij ille doctus interpres, huc referens illud ipſum Statij libro 1. Thebaidos:

*——Excluſęq; expectant pręmia matres.*

Quod & probat illud Valerij Max. lib. 8. c. 16. eodemq; vltimo. Berenices, inquit, nõ vulgaris honos, cui ſoli omnium fœminarum gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, cùm ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſum adduxiſſet, Olympionico patre genita, fratrib. eandem palmam aſſecutis latera eius cingentibus. Ex quo & illud Menandri Rhetoris: In quibuſdam Panegyricis (iuquit) conuentibus nõ ferè viſuntur mulieres. Et ad id nonnihil ſpectat, quod ſuprà diximus, in quarta lege connubiali, num. 37. incip. ſed quod de certaminibus. Plutarchus in Problematis Romanorum, capite decimotertio, ſcribit Sempronium vxorem repudiaſſe, quòd ea ludos funebres ſpectaſſet. Quod & idem retulit Valerius Maximus libr. 6. cap. 3. Qui & ipſe libr. 2. cap. 1. tradit Maſsilienſes nullum aditum in ſcenam fabulis, quæ Mimi dicuntnr, dediſſe, quod eorum argumenta, magna ex parte, ſtuprorum actus continent: nec tali ſpectandi

conſue-

conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumeret. Suetonius autem in Auguſto capit.44.fœminis ne gladiatores quidem,quos promiſcuè ſpectari ſolenne olim erat,niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſsit.Athletarũ verò ſpectaculo muliebrem ſexum ſummouit.Noſtris autem Iuſtiniani Impe. legibus, licet viro vxorem repudiare, ἐὰν ἱππικοῖς, ἢ θεατρικοῖς ἢ κυνηγίοις παραγίνετε ἐπί τῷ θεωρῆσαι,ἀγνοῦντος,ἢ καὶ κωλύοντος τοῦ ἀνδρός. Id eſt.Si ad circenſes,aut theatrales ludos, aut arenarias venationes ſpectatum prodeat,ignorante,aut etiam prohibẽte viro:vt ſcribitur in §.quia verò plurimas, in authen.vt liceat matri, & auiæ, quod & repetitum eſt in l.conſenſu. §. vir quoque.C.de repud.

38 *De eadẽ re.* ¶Sed audi benigne lector, quid de his ludis, præſertim floralibus,ſcribant Seneca,& Lactantius, ille ad Lucillium Epiſtola 7.Nihil(inquiens)tam damnoſum bonis moribus,quam in aliquo ſpectaculo deſidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia ſurrepunt. Quid me exiſtimas dicere? Auarior redeo, ambitioſior,luxurioſior,& cætera quæ ſequuntur. Lactantius autem lib.1.c.20. Celebrantur illi ludi cum omni laſciuia,conuenientes memorię meretricis.Nam pręter verborum laſciuiã, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices,quæ tunc mimorum funguntur officio:& in conſpectu populi uſque ad ſatietatem impudicorum hominum cum pudendis motibus detinentur.Et rurſum lib. 9.cap.20. Nam & Comicæ fabulæ de ſtupris virginum loquuntur,aut amatoribus meretricum: & quò magis ſunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt,eò magis ſententiam elegantia perſuadent, & faciliùs inhærent animis audientium verſus numeroſi & ornati. Item tragicæ hiſtoriæ ſubijciunt oculis parricidia,& inceſta Regum malorũ, & cothurnata ſcelera demonſtrant. Hiſtrionum quoque impudiciſsimi motus quid aliud,niſi libidines docent,& inſtigant? quorum eneruata corpora & in muliebrem inceſſum, habitumq; mollita, impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus mẽtiuntur? Quid de mimis loquar corruptelarum præferentib. diſciplinam?qui docent adulteria,dum fingunt, & ſimulatis erudiunt vera? Quid iuuenes, aut virgines faciant, cùm & fieri ſine pudore, & ſpectare libenter ab omnib. cernant? Admonentur vtique,quid facere poſsint & inflammantur libidine, quæ aſpectu maximè concitatur: ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus pręfigurat: probantque illa dum rident, & adhærentibus vitijs corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modò, quos præmaturis vitijs imbui nõ oportet, ſed etiã ſenes, quos peccare iam non decet, in tabem vitiorum delabuntur. Et paulò pòſt:Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolùm quod vitiorum pectoribus inſident, quæ ſedata & pacifica eſſe debent,ſed ne cuius nos voluptatis conſuetudo deliniat, & à Deo atque à bonis operibus auertat. Sed & audi,quæ Cæcilius ille Cyprianus in eam ſententiam ſcripſit,lib.ſecundo Epiſto.ad Donatum,eiuſdem libro 2.Epiſtola 2.Conuerte(ait)hinc vultus ad diuerſi ſpectaculi, non minus pœnitenda contagia. In theatris quoque conſpicies,quod tibi & dolori ſit,& pudori Cothurnus eſt Tragicus, priſca facinora carmine recenſere: de parricidis & inceſtis horror antiquus, expreſſa ad imaginem veritatis actione,replicatur:ne ſeculis tranſeuntibus exoleſcat,quod aliquando commiſſum eſt. Admonetur omnis ætas auditu fieri poſſe, quod aliquando factum eſt. Nunquam æui ſenio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruitur: nunquam ſcelus obliuione ſepelitur. Exempla fiunt,quæ iam eſſe facinora deſtiterunt. Tunc delectat in mimis turpitudinum magiſterio, vel quid domi geſſerit recognoſcere, vel quid gerere poſsit,audire. Adulterium diſcitur,dum videtur, & lenocinante ad vitia publicæ autoritatis malo, quæ pudica fortaſſe matrona,ad ſpectaculum acceſſerit,de ſpectaculo reuertitur impudica. Ad hæc deinde morũ quãta labes? quæ probrorum fomenta? quæ alimenta vitiorum hiſtrionicis geſtibus inquinari? videre contra fœdus iusque naſcendi patientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam: Euirantur mares:omnis honor & vigor ſexus eneruati corporis dedecore emollitur: plusque illic placet, quiſquis virum in fœminam magis fregerit. In laudem creſcit ex crimine,& eo peritior,quò turpior iudicatur. Spectantur hic,proh nefas, & libenter. Quid non poteſt ſuadere,qui talis eſt? Mouet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem. Nec deeſt probri blandientis autoritas, vt auditu molliore hominibus pernicies obrepat. Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum ſuum, non magis regno quàm vitijs principem, in terrenos amores cum ipſis ſuis fulminibus ardentem,& alia plurima,quæ ſequuntur.

39 *Stomacho laborãtes à ſpectaculis & lectionib. Veneris abſtineant.* ¶Scienter itaque ac prudenter(vt hoc caput ſemel finiam) Aetius Tetrabi.3.Serm.item 3.ca.34. monet eos, qui ſtomacho laborant, abſtinere à ſpectaculis & lectionibus, quæ venereæ rei vſum in memoriam reuocare ſolent:vt & nos ad aliud memorauimus in 15.leg. connubiali,num.32.incip.inter cætera, ne videlicet Venerem prouocentur, quæ illis, ſi quid aliud,obeſt. Sed & illud non omiſerim,quod ad hæc proximè accedit, vt non ſolum ludos hos publicos mulieres vitent, ſed & loca quoque publica,quibus frequenter conueniunt viri & fœminę,veluti ſpectandi confabulandiq; cauſa, vti Romæ erat porticus Liuia, porticus Pompeia. De quibus Ouidius,de hac ipſa re loquens,lib.1.Arte amandi,ait:

*Tu modo Pompeia lentus ſpectare ſub vmbra,*
*Cùm ſol Herculei terga Leonis adit.*
*Nec tibi videtur,quæ priſcis ſparſa tabellis*
*Porticus,autoris Liuia nomen habet.*

Ex quo & illud Iuuenalis Saty.6.quod & ad ea quæ iam diximus ſpectat:

*Porticibuſne tibi monſtruatur fœmina voto*
*Digna tuo? cuneis an habent ſpectacula totis*
*Quod ſecurus ames,quodq; inde excerpere poſsis?*
*Chironomon Ledam molli ſaltante Batyllo*
*Tuccia veſicæ non imperat, Appula gannit*
*Sicut in amplexu,ſubitum,&c.*

Ex quibus intelliges hæc, ſi quid aliud incitare mulieres etiam caſtas in libidinem.

40 *Mulieres à lectionibus impudicis caueant.* ¶Sextum, quod & ex ipſius Aetij eo in loco ſentẽtia oſtenditur, vt ſcilicet abſtineant mulieres à lectionibus librorum impudicorum. Hæc enim ſuprà modum libidinem accendunt,& irritant. Quod & ex Mantuano illo videre eſt, in illis carminibus, qui impudicè ſcribentes arguit:

*Si proba vita tibi laſciuaq; pagina,multos*
*Efficit inceſtos,in Veneremq; trahit.*

Ante illum aũt,Ouidius libro ſecundo de Arte amandi:

*Eloquar inuitus teneros ne tange Poetas:*
*Summoueo dotes impius ipſe meas.*
*Callimachum fugito,non eſt inimicus amori.*
*Et cum Calimacho tu quoque Coe noces.*
*Me certè Sappho meliorem fecit amicæ,*
*Nec rigidos mores Teia muſa dedit.*
*Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?*
*Vel tua,cuius opus Cynthia ſola fuit?*
*Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?*
*Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.*

41 *Lacedæmonij libros Archilochi Poetæ laſciui eiecerunt.* ¶Prudenter igitur Lacedæmonij, quorum Reſpublica optimè inſtituta eſt,Archilochi Poetæ omnium petulantiſsimi (ita enim appellat Oenomaius apud Euſebium)libros è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quod earum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur. Noluiſſe enim,ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret,quàm ingenijs prodeſſet,

vt ſcri-



*Poetæ adulteria deorũ deſcribentes reijciẽdi.* vt ſcribit Valerius libr.6.capit.3.quod eſt de Seueritate. Et ea cauſa plurimi cenſuerunt, Poetarum libros,qui adulteria Deorum impudenter deſcribunt, reijciendos eſſe,& inter cęteros D. Baſilius in lib. de legendis libris Gentilium. Cæterùm Priapus in obſcœno illo carmine Virgilij, aut cuiuſdam alterius, matronas caſtas abigit à lectione illius carminis,

*Mulieres hinc procul abite caſtæ,*
*Turpe eſt vos legere impudica verba.*

42 *Mulierib. nocturni cœtus vitandi.* ¶Septimum, ne vxores ſecretos ac nocturnos illos cętus & conuentus adeant. Hi enim admodum ſuſpecti ſunt,vel exemplo Pompeiæ vxoris Cæſaris,& Clodij, qui in ſacris Bonæ Deæ ſeſe inuicem ſtupro polluerunt: vt nos alibi diximus.Nam & Euripides in Bacchis, loquẽs de Orgijs Bacchi, introducit Pentheum, & Dioniſium ita colloquentes:

*Pen.* Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
*Dio.* Νύκτωρ τὰ πολλὰ σεμνότητ' ἔχει σκότος.
*Pen.* Τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιον ἐστί,καὶ σαθρὸν.

Id eſt,ad verbum,quantum ſermonis ratio permittit:

*Pen.* *Hæc verò ſacra noctu,an interdiu celebras?*
*Dio.* *Noctu plerunque,reuerentiam habent tenebræ.*
*Pen.* *Iſtud erga mulieres doloſum eſt,& vitioſum.*

43 *Romuli lex de ea re. Lex 12.Tabularum.* ¶Romulus inter ſuas leges & hanc quoque ſanxit, vt ne eſſent nocturnæ in templo vigiliæ virorum cũ mulieribus,vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus lib.2. Originum Rom.Huius verba ſunt hęc: Διαπαν νυχιασμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξὶν,καὶ τὰς Βακχείας, καὶ τελετὰς ἀπορρήτους. Ex quo etiam poſteà Legibus duodecim Tabularum ita cautum fuiſſe ſcribit, Cicero lib.2.de Legibus: NOCTVRNA SACRIFICIA NE SVNTO. Quo in loco multa adfert ipſe Tullius,quib. oſtẽdit huiuſmodi ſacrificia ſuſpectiſsima eſſe, vt ibi videre poteris.inter cætera autem tradit,Ariſtophanem facetiſſimum Poetam veteris Comœdię,nouos Deos,& in his colendis nocturnas peruigilationes, ſic vexaſſe, vt apud eum Sabazius, & quidam alij Dij de peregrinis iudicati è ciuitate eijciantur. *Sabazius Bacchus dictus.* Sabazius autem ille Deus(vt id obiter dicam)Bacchus erat,vt videre licet ex Amphitheo in ſecundo Heracleæ,Strabone lib.10. Diodoro Siculo lib.4.aut vt alij computant,5.Euſtathio,Heſychio,& alijs multis. *Diagondæ lex. Bacchanalia ſublata.* Tradit item Cicero vbi ſuprà, Diagondam Thebanum in media Grecia,omnia hæc nocturna ſacrificia,lege perpetua ſuſtuliſſe. Atque etiam inibi loquitur de Bacchanalibus, quæ apud Romanos noctu celebrabantur. Ideo & Nyctolia appellabantur, vt ſcribit Seruius lib.4.Æneidos in eum locum:

*Vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho*
*Orgia, &c.*

Subditque ea populum Romanum excluſiſſe,cauſa turpitudinis.Nam in his(vt graphicè deſcribit Titus Liuius lib.9.Belli Macedonici) viri per noctem fœminis, & teneræ ætati turpiter miſcebantur. Qua re comperta fuere Senatuſconſulto ſublata: & in multos animaduerſum fuit. Vnde illud Iuuenalis Saty.2.

*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.*

*Conſtantini lex.* Has leges ſecutus Conſtantinus Imperator, hanc quoque legem tulit: Aboleantur ſacrificia nocturna,Magnẽtio autore permiſſa:& nepharia deinceps licentia repellatur. Quæ lex eſt in Theodoſiano Codice, lib.16.tit.8. qui eſt de paganis ſacrificijs,& templis.Et huius quoque meminit Euſebius in vita ipſius Conſtantini libr. 4. Sed & Elibertinum in Hyſpania Cõcilium vetat nocturnas mulierum peruigilationes in cœmeterijs, quòd eo, inquit, prætextu multa impudicè & turpiter clàm committerentur.

44 *Athenienſium ſacra nocturna dãnata. Demonactis in eam rem ſententia.* ¶Eupolis Athenienſis,priſcæ Comœdiæ ſcriptor, in ea fabula, cui Baptas nomen fecit, nocturna Athenienſium ſacra,quæ Corytti a vocabantur,damnauit. Demonax illuſtris Philoſophus,Adriani Imperatoris tempore nunquam ſibi permiſit, vt ad ſacrificia Eleuſina accederet.Cuius rei nomine à populo admodum exagitatus,atque accuſatus, tanquam patriæ religionis contemptor, oratione in eam rem habita,id accuſauit, dicens ea ſacra merito ſibi videri ſuſpecta,quòd clàm fierent. Ea autem palam fieri debere,vt ſi bona eſſent, alios ad amplectendam colendamque religionem:ſi mala, ad vitandam inducerent. Cuius rei teſtis eſt Lucianus in vita ipſius Demonactis.

45 ¶Quid,quòd denique Octauiuus ille Auguſtus inter pulcherrimas ipſius conſtitutiones eam quoque edidit: ne ſecularibus ludis iuuenes vtriuſque ſexus vllum nocturnum ſpectaculum frequentarent, niſi cum aliquo maiore natu propinquorum.Cuius rei teſtis eſt locupletiſsimus Suetonius Tranquillus in vita ipſius, ca.31.Nẽpe quòd id tempus nocturnum ſupectiſsimum eſſet & periculoſiſsimum,his præſertim, qui ob ætatis vel ſexus fragilitatem facilimè corrumpuntur. Vide Beroaldum ibi. Denique apud Xenophontem lib.3.ἀπομνημ. Socrates hoc ipſo nomine templa atque aras in loco eminentiſsimo & apertiſsimo extrui debere cenſet. Apud Plautum in Aulularia, Lyconides adoleſcens Phædram virginem, Euclionis filiam in Cereris vigilijs ſtuprauit.

46 *Mulieres ſobrias eſſe debere. Vẽtris ingluuies ad libidinem prouocat.* ¶Octauum, vt ſobriè, quantùm maximè fieri poteſt, mulieres viuere diſcant. Vini enim & cibi ſatietas ſunt vera libidinis irritamenta. De vino ſatis diximus ſuprà in nona lege connubiali,nu.208.inci.quanquam & hoc. Quantum ad cibum pertinet,ſcribitur in §.1.44.diſt.vẽtris ingluuies ad luxuriam facilè prouocat. Vnde ait Hieronymus, Venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt,vt ex vicinitate membrorum confęderatio intelligatur vitiorum. Et Ezechielis cap.16.Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ,ſuperbia,ſaturitas panis,& cętera.Ibi enim loquitur de libidine venerea.

47 *Sobrietas Veneris inimica.* ¶Vnde & apud Apuleium libr.5.Aſini aurei, Venus dicit ſobrietatem eſſe ſuam inimicam: Petàmne (inquit) auxilium ab inimica mea Sobrietate? Diuus Hieronymus ad Furiam, de virginitate ſeruanda, Adoleſcentia (inquit)feruẽte cibis corpore,de caſtitate ſecura nõ eſt? Neque verò hæc dicens condẽno cibos,quos Deus creauit ad vtendum cum gratiarum actione: ſed iuuenibus, & puellis incentiua aſſero voluptatum. Nõ Ætnei ignes, non Vulcania tellus,non Veſuuius,& Olympus tantis ardoribus æſtuant, ut iuueniles medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ.

48 *Amorem ſedat fames.* ¶Crates Thebanus apud Laertium in vita ipſius, dicebat amorem ſedari fame:ſin minus, tempore:eis verò ſi vti non uales,laqueo. Quam ſententiam incertus quiſpiam autor in hoc epigramma non illepidè concluſit.

Ἔρωτα παύει λιμὸς· εἰ δὲ μὴ,χρόνος.
Ἐὰν μὴ δὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ
Θεραπεία,σοὶ τὸ λοιπὸν ἡ τήξω βρόχος
*Fames amorem ſedat:id ſi minus,*
*Tempus medetur:ſi nec iſta extinguere*
*Flammam queant,tum reſtat vt funem pares.*

49 *Sine Cerere & Baccho friget Venus. Libido gaſtrimargia comes.* ¶Notum eſt autem illud Terentij in Eunucho, ſine Cerere & Baccho friget Venus. Quam ſententiam declarans Diuus Hieronymus alicubi: Diſtento (inquit) ventre diſtenduntur ea, quæ uentri adhærent, per id ſignificans libidinem eſſe gaſtrimargiæ comitem. In Græcorum autem collectaneis ita hæc ſententia legitur:

Νεκρὸν Ἀφροδίτη Διονύσου δίχα,καὶ Δήμητρος.
*Mortua res Venus ſine Baccho & Cerere.*

Quam & Cynochus apud Athenæum libr. 6. Dipnoſophiſtarum,refert his verbis:

Ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
Οὐκ ἐστὶ. πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

Id eſt,ex latina verſione:

*Nam ventri inani non ineſt formarum amor.*
*Amara his Venus eſt,dira quos premit fames.*

¶Mox

50 *De eadē re.* ¶Moxque ſubiungit idem Athenæus carmen Euripidis, quod mutuatus ſit ab Achæo Satyrico:

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

***Saturo Venus adeſt: famelico nunquam adeſt.***

Sed & idem Athenæus libr. 1. eiuſdem operis diſtichon affert eiuſdem ſententiæ.

Ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, οὐκ ἐν τοῖς κακῶς
Πράττουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

***Saturis Venus eſt: cæterum infœlicibus.***
***Miſeriſq; nulla adeſt Venus mortalibus.***

51 *Mulieres caueant à cibis Venerem prouocantibus.* ¶Præſertim verò cauere debent mulieres ab eſu rerũ & ciborum Venerem prouocantium, cuiuſmodi multa deſcripta ſunt ab Ouidio, Martiali, Plinio, Galeno, & fuſiſsimè Michaele Sauonarola, & alijs multis quos tibi ſpeciatim citauimus ſuprà in 15. leg. connub. num. 2. inc. At illis equidem credo, & duob. ſeq. vbi videre poteris, ne hic iterum repetamus.

52 *Mulieres ab otio caueant.* ¶Nonum, vt otium, ſi quid aliud, mulieres deuitent, perpetuum pudicitiæ aduerſarium: vt latè docuimus ſuprà in 9. lege connubiali, num. 174. incip. & huius quoq; rei. Nam cum otium & quies omnibus vitijs ac ſcelerib. viam veluti ſternant, ac feneſtram aperiant, vel teſtimonio illius vulgati autoris, quiſquis is fuerit, ſiue Cato, ſiue alius:

*Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.*

Tum verò libidini Venereæ, quæ cum inuenit ingeniũ, atque animum alijs occupationibus vacuum & deſidẽ, ſtatim ſeſe infert & titillat, & voluptatibus continuò immergit: vt non immeritò cecinerit Sophocles, nihil boni parere otium inane:

Τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή.

53 *Mulieres ne vagentur.* ¶Decimum, ne mulieres paſsim huc atque illuc vagẽtur. Vix enim aliud eſt, quod magis obſtet pudicitiæ mulierum, vt iam ſatis docuimus ſuprà in 9. lege connubiali ferè per totam eam legem, præſertim num. 34. inc. ſed vt redeamus, & ſeq. vbi videre poteris, ne hic iterum repetamus. Et ibi quoque intelliges, id meretricum proprium eſſe & peculiare.

54 *Mulierib. amantib. prodeſt loci mutatio.* ¶Vndecimum, vt ſi fortè tibi ſuboleat, vxorem in cuiuſpiam amorem propendere, eam ſpecie alterius honeſtæ occaſionis, ne id ſentiat, alio transferas: compertum eſt enim mutatione loci & abſentia amati, ardoris æſtus aut tolli, aut certè minui: vt etiam affirmat Cicero lib. 4. Tuſculanarum quæſtionum, & diximus etiam ſuprà in 9. lege connubiali, nu. 123. incip. ſiue id facit. Vnde etiã Propertius li. 3. ad Cynthiam, Eleg. 21.

***Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas,***
***Vt me longa graui ſoluat amore via.***
***Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ,***
***Ipſe alimenta ſibi maxima prębet amor.***

Et paulò pòſt.

***Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris:***
***Quantum oculis, animo tam procul ibit amor,***

55 *Ad idem.* ¶Scribitur in cap. valet 81. diſtinctio. valet interdum conuerſis pro ſalute animæ ſuæ mutatio loci. Plerunq; enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum eſt ergo, inde etiam corporaliter auelli, ubi quis illecebris deſeruiuit. Nam locus vbi quis prauè vixerit, in aſpectu mentis apponit, quod ſæpe quiſque ibi cogitauit, vel geſsit. Hæc ibi, quæ eadem fere ſunt, quæ Ouidius cecinit lib. 2. de Remedio amoris:

***Et loca ſæpe nocent: fugito loca conſcia veſtri***
***Concubitus: cauſas illa doloris habent.***
***Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormiuimus illo:***
***Hic mihi laſciua gaudia nocte dedit.***

56 *Locorum mutatio etiã morbis prodeſt.* ¶Sed & illud ſcio (neque enim id prætermittendum duximus) quod locorum mutatio ad corporis etiam nedum animi morbos confert. Eſt enim vt ſcribit Plinius ille togatorum doctiſsimus (quod alij Varroni tribuerunt) lib. 28. cap. 4. longis morbis locorum mutatio vtiliſsima. Quod & è recentioribus Medicis tradidit Michael Sauonarola, in eo libro, quem de ægritudinibus edidit, tracta. 1. cap. 3.

57 *Ea tamen inutilis nõ nunquam eſt.* ¶Verum quod ad animum pertinet (vt eò redeamus ſtatim eſt illud Horatij lib. 1. Epiſt. ad Bullatum:

*Cœlum non animum, mutant, qui trans mare currunt.*

Ex quo & illud à Seneca ſcriptore ſanctiſsimo ſcriptũ eſt lib. Epiſt. 3. epiſto. omnium 28. Animum debes mutare, non cœlum. Licèt uaſtum traieceris mare, licet (vt ait Virgilius) terræq; vrbeſque recedant, ſequentur te quocunque perueneris uitia. Hoc idem cuidam quærenti Socrates ait, Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodeſſe, cùm tua tecum uitia circumferas. Præmit te eadem cauſa, quæ expulit. Hæc ille. Legitur autem in c. fratrem. 86. Diſtinct. Dic illi, ut cum loco & mentẽ mutet.

58 *Mulieres ne ſola ſint cũ viris.* ¶Duodecimum, ne ſola ſit fœmina cũ uiris, ſed ſemper comitata ancillis, aut alijs honeſtis mulieribus, exẽplo Penelopes (quam plerique omnes fuiſſe ferunt caſtiſſimam, etſi nonnulli reclamarunt) quæ cum cogeretur urgente quapiam neceſsitate in cœtum procorum deſcendere, ea enim in ὑπερῴῳ id eſt, editiſsimo domus loco habitabat, (ut uidere licet ex ijs, quæ ſcripſimus ſuprà in 10. l. connub. num. 24. incip. id quod conuenit) nunquam ſola, ſed ſemper alijs mulieribus eam comitantib. incedebat, uel Homero teſte, lib. 18. Odiſſeæ:

Ἀλλά μοι Αὐτονόην τε καὶ Ἱπποδάμειαν ἄνωχθι
Ἐλθέμεν ὄφρα κέ μοι παρστήετον ἐν μεγάροισι
Οἴη δ' οὐκ εἶσ' εἶμι μετ' ἀνέρας, αἰδέομαι γάρ.

Et haud multò pòſt.

Ὣς φαμένη κατέβαιν' ὑπερώια σιγαλόεντα
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.
Ἡ δ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν,

Et iterum lib. 19. ad fin.

Ὣς εἰποῦσ' ἀνέβαιν' ὑπερώια σιγαλόεντα,
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι.

59 *Virorũ caſtitas vxores caſtas facit.* ¶Tertiumdecimum, quod ad maritos ipſos priuatim & peculiariter pertinet, vt ſeſe caſtos erga externas mulieres exhibeant, ſi vxores ipſas caſtas eſſe velint. De quare, quia affatim diximus ſuprà in 13. lege connubiali, nu. 35. incip. caueant igitur, & tribus num. ſeq. hic repetendum id non duximus, locum, in quo tractauimus, deſignaſſe contenti.

60 *Vxorũ impudicarũ infortunium patiẽter ferendum.* ¶Hæc omnia ſi pro virili præſtiteris, & tamen vxorẽ impudicã nactus fueris, tametſi id inter maledictiones, & diras facinoſorum hominum ponitur, vel teſtimonio ſacrorum Bibliorum, Deuteronom. 18. tamen reiecta omni zelotypia, patienter ferre memento (vt interim vſurpem verba vulgaris illius authoris (nec te aliter excrucies, cogitans nihil id ad tuam culpam pertinere, multosque & maximos & laudatiſsimos viros in id infortunij genus decidiſſe. *Virorum magnorũ vxores impudica.* Nam & ſuprà in 9. lege connubiali, nu. 122. incip. ſed quod ad ordinem oſtendimus Agamemnonem illum ποιμένα λαῶν, id eſt, paſtorem populorum, ſæpe ab Homero vocatum, Syllam, Cæſarem, Pompeium, Lucullum, Q. Metellum, Lepidum (dij boni, quos viros) vxores impudicas habuiſſe, atq; Antoninum Philoſophum Imperatorem ſanctiſsimum, qui & ipſe vxoris adulteria probè illi cognita prudenter diſsimulauit. Et D. Paulum Eremitam, qui nihil aliud, quam riſit, cũ vxorem in adulterio comperiſſet, vt etiam diximus in 8. lege connubiali, nu. 14. incip. cæterum multos.

61 *Agidis Lacedæmoniorũ regis uxor impudica.* ¶Sed & alios prætereà multos, & propè infinitos huius notæ tibi recenſere poſſemus: ſed id non admodum neceſſarium mihi uiſum fuit. Sed unum tamen ſilentio non præterierim, Agidem illum celebratiſsimum Lacedęmoniorum Regem, cuius uxor Timæa adeò impudica fuiſſe dicitur, & impudens, ut & coram ancillis filiũ, quem ex Alcibiade pepereat, nomine adulteri appellaret, ut teſtis eſt Iuſtinus lib 5. & Plutarchus tum in uita ipſius Albiciadis, atque etiam in uita Ageſilai, tum in libro

bro



bro de Tranquillitate animi: vbi & id ſcripſit, Agidi nõ obſtitiſſe, quo minus vir clariſsimus & maximus hẽrẽt.

62 *Vxorũ ornatus nimius uiros Zelotypos facit.* ¶Ex ijs autem, quæ diximus, ſatis mulieres docẽtur, quid facere debeant, vt viri erga ipſas zelotypia non vexentur, ſi ſcilicet vitam ſuam ita inſtituant, vt ſigillatim deſcripſimus. Quibus illud addiderimus, ne nimiũ ſint circa cultum veſtium, & ornamentorum curioſæ. Nã vt ſcribit D. Chryſoſtomus ad populum Antiochenũ Homilia 21. Vis ornare faciem, non margaritis, ſed modeſtia & honeſtate: ſicque vir gratiorem cernet aſpectum. Ille nempe ornatus & zelotypię ſuſpicionem inijcere ſępe ſolet, & cætera, quæ & nos ex eo retulimus ſupra, l. 3. connubiali, nu. 6. nam vt in eadem l. diximus. nu. 26. inc. nec mulieres, huiuſmodi mulieres ornatus ac cultus ſtudioſiores, credunẽ, licet tñ plerunq; falſo, eſſe impudicę.

63 *Vxorib. Zelotypis qd agendum.* ¶Sed quod ad mulierum zelotypiam priuatim pertinet, iam ſatis docuimus eam maximè pernicioſam eſſe. Quid vero illis agendum eſt, vt maritos ab alienarũ mulierum amore auertant, diſcant ex Theanus (ſi ea ſit) Epiſtola conſolatoria ad Nicoſtratam Zelotypam, quam integram, vti Latina facta eſt à Ioanne Brechæo, huc tranſcripſiſſe non grauabor.

## THEANO NICOSTRATAE SALVTEM.

*Theanus epiſtola.* Intellexi viri tui inſaniam, quod ſcilicet amaſiam habet: illius verò tu zelotypia capta es. Cognoui ſane non paucos eo morbo laborantes, quippe qui id genus mulierculis irretiti, ac (vt videre licet) occupati, mente omnino careant, Tu verò è contrario exanimaris, noctesq; atque dies mœroribus exigis, ac neſcio quid in eum moliris. Meliora quęſo, ò Nicoſtrata. Vxoris etenim virtus, mariti non eſt obſeruatio, ſed opportuna atque apta quędam ſimulatio. Quod equidem fiet, ſi idipſum ignorare ſe diſsimulauerit. Quod reliquum eſt, voluptatis ergo. ſui tantùm copiam facit amaſia: vxor autẽ vtilitatis gratia. Atqui vtile eſt, mala non permiſcere malis, nec amẽtia amentiam prouocare. Adde etiam quędam delicta eſſe, quæ irritantur acriùs ſi criminentur arguanturque: ea tamen ſilentio diſsimulata deſinunt ac ceſſant protinus, non ſecus atque ignis, qui non excitatus extinguitur. Qđ ſi illum deprehendas, qui ignorare te vehementer deſiderat, iam tu latebram, qua vitium deliteſcebat, aperies, tum deinde palam peccabit. Nunquid autem exiſtimas, viri tui amicitiam non in probitate eſſe? id verò eſt ipſa ſocietatis gratia. Tu itaque perſuaſum habeas, quandoque futurum, vt maritus ille tuus, illa tandem abſtineat, tibique adſit, vna tecum vitam traducturus, & legitimo te amore proſecuturus, illam vero odio. Eius nanq; velox & præceps eſt occaſio, vtpote quæ interim faſtidiũ ſatietatemque ſecum habeat. Citò quidem adeſt, abeſtque perinde. Viro nanque minimè malo breuiſsima erit ad pellicem occaſio. Quid enim, quæſo, magis inſanum eſt illa cupidine, quæ rei nephariæ illicitæque incumbit? Qua ratione perſentiet aliquando, ſe & rem ſuam exigere, & honeſtum prodere. Neminem enim videas, quem ſanæ mentis credideris, qui ſponte proprijs ſtudeat inçõmodis. Quò fiet, vt tuorum erga ſe meritorum pietate permotus, reique familiaris ac domeſticæ detrimentum vbi perpenderit, ſeipſum tandem erga te reſtituat & reſipiſcat. Ac tum demum ſuas ipſius in te contumelias, quibus grauiter criminandam ſe iudicabit, ægrè ferens, ſtatim ille in pœnitentiam adducetur. Tu verò, ò Nicoſtrata, dum à meretricibus alienam te præbes, cura, vt modeſtia apud virum, ſtudio erga rem familiarem, beneuolẽtia in neceſſarios, pietate erga liberos excellas. Quapropter ò Nicoſtrata, zelotypia aduerſus illum nulla ratione contendes. Illas enim, in quibus virtus ineſt, longè pulchrius fuerit æmulari. In reuocãda autem viri tui gratia imprimis opportunam te præſtes oportet. Nam morum quoque integritas aduerſarium quemuis in beneuolentiam adducit; ſoliusque probitatis meritum eſt honos. His demum rebus vxor tum mariti poteſtatem nanciſcetur, eumque veluti in manu nullo negotio habebit: tum verò plus honoris conſequi poterit, quàm ſi ſuccenſum illa ſibi colat. Tua igitur victus patientia, idemque non mediocri verecundia ſuffuſus, gratiam tuam confeſtim inire, amicitiamque reconciliare percupiet, tecumque beneuolentia maiore & ſtudio contendet. Nam erga te quàm iniquè antea ſe geſſerit, ſibi conſcius, tũ verò apud ſe cogitans, quanta vitæ conſtantia interim egeris, facto tandem eius rei periculo, quanto amore illum complecteris, planè intelliget. Et quemadmodum ab aduerſa valetudine dignoſcimus iucundam graſſantis morbi liberationem, ſic & amantium iræ familiarem quandam amoris reconciliationem propius admittũt. Tu itaque aduerſus illam paſsionem affectumque conſilio vtere. Etenim ſi aliquando malè habere contingat, ille quoque, animo vt doleas inuitabit. Præterea ſi in his, quæ ad ornatus dignitatem pertinent, oberraret, tu etiam idẽ in muliebri ornamento pecces. Quod ſi rei familiari aliqđ detrimentum adferat, idem quoque facias oportet. Sic ad ipſius mores tuos quoque ſi compoſueris, dum illum caſtigas & cohibes, ipſam te caſtigare etiam videbere. Quòd ſi ab illo relicto diſceſſeris, ſcias oportet, de altero te viro periculum eſſe facturam. Qui ſi in eodem uerſetur malo, alium rurſum experieris. Atqui iuuenculæ roris expertes, niſi ægrè, eſſe nõ poſſunt: neque ſatis gratus eſt illis cœlibatus. Tu ſola alioqui, viri exors, perindeq; vt innupta permanebis. At verò ſi rei familiaris fueris negligentior, tu & virum perdes, & vitæ tuæ doloris mœſtitiæque plena communem moleſtiam adferes. At de pellice uindictam ſumes. Illa dum ſe bene cautam tuebitur, ipſam te decipiet. Egregiam uerò laudem referas cũ uiro quotidie iurgijs agere & rixari. Quid plura? ut rixis & conuitijs cohiberi nequit petulantia, ſic diſcordia ſuprà modum creſcit irritaturque. Quid deinceps? An ne fraudis aliquid illi moliri cogitas? Caue ò Nicoſtrata. Tragædia etenim dramatum inſtructa artificio, ubi iura omnia diuina humanaque Medea uiolat, uincendam eſſe zelotypiam edocuit. Quin potius ut oculorum morbum manibus quidem tractari non licet, ita ab eo zelotypiæ affectu ultionem longè ſummoueas oportet. Hũc nanq; morbum commodius extinxeris, dum perferes.

¶Denique in hac tractatione zelotypiæ illud in mentem uenit, quod minimè prætermittendum mihi uiſum eſt, Nicolaum illum ex ſeptem, quos Apoſtoli Diaconos ordinauerunt, cùm de zelotypia ſuæ uxoris pulcherrimè culparetur, uelut purgandi ſui cauſa permiſiſſe, ut ea qui uellet uteretur. Quod eius factum in ſectam turpiſſimam uerſum eſt, qua placet indifferens & promiſcuus fœminarum uſus. Cuius rei teſtes ſunt Clemens Alexã. lib. 3. Stromatῶn. Euſebius li. 3. Hiſtoriæ eccleſiaſt. cap. 23. Theodorus Cyrenenſis Hæreticarum fabularum li. 3. D. Auguſtinus in Catalogo hæreſeῶn, & nos quoque alibi diximus.

¶Subijt quoque & illud ad hanc zelotypiam nonnihil pertinens, nonnullas eſſe fœminas impudicas, quæ ut maritos decipiant, ſuamque impudentiam adumbrent, ſimulare ſe eſſe eorum zelotypas, cùm nihil minus ſint quàm tales. Imò uerò potius gaudeant, cupiantque eos aliarum fœminarum concubitus ſolicitare, atque etiam aſſequi, quo ij minus de ipſis uxoribus ſint ſoliciti, liceatque illis liberius & alios uiros appetere. De quibus eſt illud ſatyrographi poetæ de mœcha zelotypa loquentis, ut ſuprà. Et cum his poſtremã hanc legem ſanciamus. 64 *Nicolaus Hæreſiarcha Zelotypus.*

*Decima ſexta Lex connubialis.* ***Coniuges zelotypiam, tanquam peſtem omnium teterrimam, pernicioſiſſimam, exitioſiſſimam fugiunto.***

Nec

*Nec viri vxores cuſtodia aßeruanto.*
*Eaſdem autem ab impudicarum mulierum, atque etiam libidinoſorum virorum congreßu prohibento.*
*A laſciuis ſermonibus, obſcœnis picturis, ludis publicis, pręſertim impudicis, obſcœnis item lectionibus, nocturnis conuentibus arcento.*
*Sobrias eas eße docento.*
*Otium ab illis propellunto.*
*Peregrinationes tollunto.*
*Loca ſuſpecta mutanto.*
*Solas cum viris non permittunto.*
*Caſtos ſe exhibento.*
*Hæc omnia ſi præſtiteris, & tamen vxor impudica fuerit, patienter ferre memento.*
*Vxores viros ab externarum mulierum amore & concubitu, modeſtia, obſequio, pudicitia, & diſſimulatione reuocanto.*

## GLOSSA SECVNDA, IN EAM PARTICVLAM TEXTVS,

### En pouuoir de ſon mary.

1 *Sponſa an ſit in poteſtate ſponſi, vt vxor viri. Sponſa an veniat appellatione vxoris.*

SED mature his relictis ad noſtram cõſuetudinem propius accedamus, quæ dicit, vxorem eſſe in poteſtate mariti. Quęro an id etiam intelligatur in ſponſa, vt videlicet nondum conſummato matrimonio ſit in poteſtate ſponſi. Et certè primùm videri poteſt id in ſponſa procedere: quoniã appellatione vxoris venit ſponſa, quemadmodum & ſponſus mariti: iuraque in vno loquentia, habent locum & in altero. l. ſi ſponſa. ff. de iure dot. & l. lex Iulia. ff. de fund. dota. & le. item apud §. ſponſum. ff. de iniu. & l. ſi vxor. §. diuus. & §. ſi minor. ff. de adult. & l. non ſine. C. de bon. quæ libe. & l. aſsiduis. §. 1. C. qui potio. in pigno. habean. & l. 2. §. ſi ſponſa. C. de priuil. cred. Et quod diſponitur de nuptijs, habet locum & in ſponſalibus, vt eſt text. in l. tutor. §. 1. & l. oratio. ff. de ſponſali. per quos ita dicit Pano. conſil. 65. cuius factum ita incipit, Caſus, quidam Raynerius, in 4. dubio li. 2. Et facit tex. in l. in ſponſalibus. §. 1. ff. eo. vbi in ſponſalibus eorum conſenſus exigitur, quorum in nuptijs deſideratur, & in l. cui fuerit. ff. de cond. & demonſtr. & quod voluit gl. in l. ea quæ. la 2. ff. ad municip. & l. eum qui duas. C. de adulte. & in §. patitur, in verbo, per vxorem. Inſtitu. de iniurijs, & in §. ijdem reſcripſerunt, in verbo, maritum, Inſtitu. de excu. tut. Ex qua not. Angel. Are. ibi, quòd ſtatutum in vxore, habet locum in ſponſa, & contrà, & in cap. 2. in verbo, electo. de transla. præla. & in c. diſcretionem. de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuę. & in c. canonica, in gl. 3. de ſenten. excom. & iterum in c. ſi verò, in verbo, vxore, eo. ti. & Bar. in l. cùm pater. vbi eſt bonus tex. ff. de parrici. & in l. nihil intereſt. per illum tex. ff. rer. amo. & Bal. in l. Deo nobis. col. 2. verſ. ſed iuxta hoc pone, per illum tex. C. de epiſ. & cler. & in l. vl. C. de dot. promiſ. & in l. 1. in 2. q. C. vnde vir, & vxor. & in l. 1. col. 5. verſi. quintò quæro. C. vnde vi, vbi dicit, ꝙ ſicut maritus poteſt defendere vxorem, ita ſponſus ſpõſam: quia vtriuſque eſt idem iudicium, per quædam ex iuribus ſuprà allegatis, & quod latè conſuluit Panor. cõſil. 79. Chriſti, eiuſque matris, ver. videtur primò, libr. 2. Hincq; etiam generi, & nurus appellatione ſponſus quoque, & ſponſa continentur, ſicuti & ſoceri, & ſocrus ſpõſorum parentes. l. Labeo. §. & generi. ff. de gradi. affi. Et vt ſcribitur in l. Seruius. eod. ti. Soceri & ſocrus, & generi, & nurus appellatio etiam ex ſponſalibus acquiritur.

*Statutum in vxore, habet locũ in ſponſa, & contra.*

2 *Pro facto habetur, quod proximè futurũ eſt.*

¶ Facit præterea & hæc ratio. quod de proximo futurum eſt, id vtique pro iam facto habetur, tex. eſt in l. pe. & ibi Bart. & alij. ff. de mili. teſta. vbi pro cincto habetur, qui proximè cingendus eſt, ſicut etiam ibi no. gl. Et ideo Bal. ita ſummat illum tex. propinqua potentia actui habetur pro actu. id quod etiam ex eo. tex. dicit idem Bald. in l. ſi impuberi, in fin. princip. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. ſed & ipſe Bal. in ea ipſa l. pen. ex ea not. quòd qui proximè debet conſecrari, habetur pro cõſecrato. Sed & idẽ in l. 1 col. pen. verſic. quid ſi filius. ff. ſolut. matrimo. dicit per illum text. quòd Licentiatus in fauorabilibus habeẽ pro doctore: quia qui eſt in potentia propinqua actui, videtur eſſe in actu: quod & ipſum voluit idem Bald. in l. qui indignus. ff. de Senato. & Socin. conſi. 70. vtrùm primò licentiatus, col. 2. verſi. quintò principaliter, lib. 4. vbi & ex hoc dicit, priorem Licentiatum eſſe præferendũ poſteriori, qui poſteà doctor factus eſt, quod & idẽ uoluit Ang. Aret. in §. quædam actiones. col. 10. verſi. quæro de quæſtione contingenti, Inſtitut. de actio. per text. in l. 1. C. de conſuli. lib. 12. & Ioan. Lupus in repet. Rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §. 38. propè per totum illum §. De eo tamen quod diximus, Licentiatum haberi pro Doctore, uide Ro. qui cõtrarium tenet, cõſi. 333. quoad primum articulum, in 2. dubi. & Alexã. in addit. Bar. in l. vlt. ff. de obſeq. patro. præſtan. Sed & de illo tex. in d. l. penult. quantum ad id de quo tractamus pertinet, uide Viglium Phryſium in §. ſed & ſi quis, in gl. 1. Inſtit. de milita. teſtamen. qui aliter videtur eum intelligere.

*Propĩqua potentia actui pro actu habetur. Licentiatus pro Doctore an habetur.*

3 *Pro cãcellato eſt ſtatim cãcellandus.*

¶ Tamen per illum ipſum tex. in d. l. penul. ipſe Bald. conſi. 21. proceſſus libr. 5. dicit, quòd pro cancellato habendus eſt, qui de proximo eſt cancellandus. Et in ſimili Bar. in l. emptor. §. 1. in fin. & ibi quoque Bal. & Ange. ff. de pact. quòd qui uerbaliter, ut ipſe dicit, tantùm eſt liberatus à banno, nõ dicitur ampliùs bannitus, licet nõdum actualis cancellatio ſit ſecuta. & idem uoluit Ang. & Imo. in l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. & latè cõſuluit idem Ang. conſi. 288. uiſo themate, in 2. dubio. Et ſimile quippiam uoluerunt Bal. & Paul. Caſtren. in l. ſi nõ ſortem. §. adeò. ff. de cond. indeb. quòd qui ſtatim rebanniendus eſt, id eſt, à banno reuocandus, pro iam rebannito habetur. Quod & idem uoluit ipſe Bal. in l. 1. §. ſerui. & ibi etiam Ang. ff. de S. C. Syllan. ubi dicunt per tex. inibi, quem dicit, Bald. ad hoc meliorem, quàm quemuis alium, quòd huiuſmodi rebanniendus non poteſt offendi. Quod & propemodum uoluit ipſe Bald. in l. fideicõmiſ. §. ſi quis illicitè. ff. de leg. 3. & in l. ſi creditoris. & ibi quoque Paul. Caſtr. C. de fideicommiſ. & idem Pau. Ca. in l. mulier. §. non eſt dubitandum, per illum textum, ibi quoque Alex. ff. ad Trebe. & Cępol. qui hoc multum cõmendat, conſ. cauſarum criminalium 6. ueritas primi dubij. colum. 3. uerſi. item pro hoc facit, quod iterum repetitur ferè ad uerbum, conſi. 39. inc. Baptiſta. Franc. Are. in l. qui à latronibus. §. ſi quis in capitali. columna ſeptima, uerſi. & idem eſt dicendum. ff. de teſta. Super quo tamen uide Bald. poſt Iaco. Bel. & Iac. Bu. conſi. 140. hæc quæſtio fuit, libro quarto & eundem Bal. Imol. & Alex. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de le. 1. ipſum Baldum in l. Labeo. §. ſed etiam. ad finem. ff. de pactis. & Felin. in c. eam te col. 16. uerſi. erat iſte, extrà de reſcr. & Phil. Dec. cõſ. 327. uiſo caſu, col. 1.

*Bannitus nõ eſt, qui uerbo tantum à bãno eſt liberatus.*

*Bannitus an cenſeri debeat qui ſtatim reuocandus eſt.*

4 *De eiſdẽ rebus.*

¶ Eſt & ad idem text. quem Bal. in d. l. pen. allegauit, in l. qui ſe dicit. ff. de iud. ubi pro liberto habetur, qui ſtatim à ſeruitute liberandus eſt. & in l. Fulcinius. ff. qui ad liber. pro. non licet. quam Bart. ita ſummat. paria ſunt, aliquid in eſſe conſiſtere, uel in eo ſtatu, qui de proximo rẽ producit in eſſe, & in l. non tantùm. in princi. ff. de excu. tut. cui Alberi. hanc epitomen adſcripſit, Aliquid eſſe factum, uel de proximo faciendum, paria ſunt. & in l. item legato. ff. de legat. 3. ubi pro dato habetur, quod dari paratum



ratum eſt. & in l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſuca. pro emp. vbi perditum cenſetur, quod ſtatim perdendum eſt. & in l. qui penè. §. diuus. ff. de manu. Ex quo not. Bened. Plumb. quòd licèt detentus ex cauſa capitali non ſit fideiuſſoribus relaxandus, vt not. Bartol. in l. 1. de cuſto. reor. Tamen ſi conſtat de innocentia, & ſit concluſum in cauſa, ita quòd proximè ſit abſoluẽdus, debet relaxari. quod dictum pro ſingul. citat Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune, colum. 29. verſic. ego vltra ſcribentes. ff. de acquirenda poſſeſſione. Sed & hoc quoq; voluit Iac. Bu. & poſt eum Bal. in l. ſed & ſi is. ff. de in ius vocand. per text. quem Bald. dicit ſingul. in l. nullus ibi, donec reperierit. C. de exhib. re. & tetigit idem Bald. in l. 2. C. de cuſt. re. & ſequitur Fra. in l. 3. §. ſi ſeruus. col. 2. ff. de acq. poſ. Quibus adſtipulatur, quod ſcribit Bartol. in l. ſi pecuniam. §. ſed etſi acceperit, in fin. & ibi Angel. qui eum §. legit cum §. ſi ſeruum etiam, in fi. ff. de condit. cauſ. data. non tam diligenter cuſtodiendum eſſe, qui proximò abſoluendus eſt.

5 *Pro condẽnato an habeatur qui ſtatim eſt cõdemnandus.*

¶ Sed & per text. in d. §. diuus. dicit Paul. Elea. in Clem. paſtoralis. de re iudi. quòd pro condemnato eſt, qui ſtatim condemnandus eſt. ad quod etiam eſt textus. in dicta. l. qui penè. §. 1. ff. de manum. & alius not. in l. quamuis indubitati. C. de adult. per quem decidit nota. Bal. ibi, & in l. ſi pro ea, in 6. quæſt. C. mand. quòd quẽadmodum agit fideiuſſor condemnatus contra reum principalem, vt eum eximat, & liberet. l. Lucius. in fin. ff. eod. ita & qui de proximo condemnandus eſt. ad quod etiam allegat tex. in Auth. vt cùm de appell. cog. in prin. ſequitur Alexa. in d. l. 3. §. ſi ſeruus quem col. vltim. ff. de acq. poſ. Et Iaſon in l. admonendi. in lect. 2. col. 12. verſi. confirmatur ex eo, qui eſt in num. 54. & ibi quoque Frãciſ. Purp. colum. 6. verſicu. quintò infertur. ff. de iureiu. Idem Iaſon in Auth. ſi qua mulier. colum. 7. verſi. ad idẽ facit, quod vult. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. diuortio. §. interdum. colum. vltim. ff. ſol. mat. & in l. naturaliter. § nihil commune. colum. 23 verſic. ad idem benefacit. Et ob id dicit etiam Paul. Caſtre. in dicto. §. ſi ſeruus. quòd proximè banniendus, ita pro bannito habetur, vt impunè offendi poſſit, ex forma ſtatuti permittentis offendere bannitos, quod tamen latè reprobant Alexand. & Franc. Aret. ibi, quibus accedo fretus autoritate, præter eos, Bal. in d. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ff. de leg. 3. licèt eum ſequi videatur Iaſon conſ. 133. in caſu ad me tranſmiſſo, col. vlti. lib. 1. Sed vtcunq; ſit de ea re, ſuperiora nõ modicum fulcit, quod pulchrè dicit ipſe Bald. in dicta l. nullus. fermè ad fin. C. de exhib. re. quòd quãdo quis eſt plenè conuictus & confeſſus, non ſolùm in carcere detinendus eſt, ſed & in compedibus, veluti ad pęnã proximam deſtinatus & deuotus. Pro quo text. eſt comparans iudicatum & conuictum, in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus.

6 *Sententiã iam latã eſſe, & eſſe cõcluſũ in cauſa, paria ſũt.*

¶ Et aliàs ſemper paria ſunt, iam latam eſſe ſententiam, & futurum, vt proximè feratur, quia cõcluſum eſt in cauſa, vt voluit Cyn. in l. alia. C. de his qui. vt indig. Ioan. And. in cap. 2. de in integ. reſtit. lib. 6. Bart. in l. ſi mater. §. eandem. in fin. ff. de excep. rei iudic. per textũ, & glo. in l. ſi rem. §. vlt. ff. de euict. Idem Barto. & Bal. in dicta. l. quamuis indubitati. in fi. C. de adult. & idem Bal. in l. error. in 2. & 4. quæſt. C. de iur. & fact. igno. & in l. incerti. col. 6. ver. 7. quæritur. C. de interdi. & in l. 1. col. 2. verſi. ſed hic dubitatur. C. ne ex delict. defunct. & Pano. in c. paſtoralis. de except. Rom. in rep. d. l. admonendi. colum. 4. verſicu. eſt addendum. & ibi Paul. Caſt. colum. 5. verſic. ex his Bar. colligit. & Iaſ. colum. 9. verſ. ſum in ſecunda ſolutione. ff. de iureiur. Idem Roma. in l. ſi Titius. ff. de verb. oblig. Alexan. in l. ſi mulier. ff. ſolu. matr. Felin. in c. cùm dilectus. in princi. extr. de fide inſtr. & Philip. Dec. in l. edita. col. 6. ver. & licèt Bartol. C. de eden. & Steph. Bertran. con. 368. cùm iam & diu, num. 2. lib. 2. Iaſon conſil. 82. viſis & diligenter, colum. vlt. lib. 1.

7 *De eadẽ re.*

¶ Ad idem etiam tex. no. in l. veſtimentum. ff. de auro & argento legato, quem dicit ſingul. & vnicum Barb. in tractatu de pręſtantia Cardinalium, in 5. quæſt. 1. partis, colum. 3. verſi. & ſi dicatur ad hoc, quòd ea quæ ſunt in fieri (vt ipſe loquitur more Græcorum) cenſentur eſſe in facto. & illum tex. dicit item valde ſing. idem Barb. conſi. 57. præclarè ſcribitur, colum. 5. verſicul. item facit, quòd d. priuilegium. lib. 1. & iterum conſ. 14. clemẽtiſſimi, colum. 2. lib. item 2. & in cle. cauſam. char. 13. in paruis, verſicu. ſed dubium eſſet, de elect. Et alibi dicit, literis aureis ſcribendum ipſe Barb. conſi. 81. præclarè, & luculenter, colu. 2. lib. 4. Verba autem illius l. quia vulgò in antiquiorib. codicibus ſunt corruptiſſima, libuit hic inſerere emendata: Veſtimentum id eſt, quod detextum eſt, etſi defectum non eſt. Id eſt, ſi ſit conſummatum, quod in tela eſt, nondum tamen pertextum vel detextum, veſtimentum appellatur. Super qua l. Nic. Neap referens Iac. Are. dicit, eam eſſe notandam ad ſtatutum loquens de veſtimento, vt habeat locum in eo, quod in tela eſt. Ex quo dicto & illud notandum eſt, eã legem procedere in materia ſtricta. Statutum enim eſt ſtrictè interpretandũ, & propriè, iurib. vulgatis. Et ita ad hoc notauit illud dictum Barb. conſil. 21. præclarè dicit dominica veritas, col. 2. lib. 2.

*Præcedentia procedunt, etiã in materia ſtricta*

8 *De eiſdẽ rebus.*

¶ Facit etiam tex. in l. & ſi non ſint. §. infecti. ff. eod. titu. de auro & argento legato. Per quem dicit Bart. in l. quo minus, in 5. quæſtio. in princ. ff. de flumin. quòd cęptum habetur pro completo. Quod & idem dicit ex eo. tex. ipſe Bar. in l. cętera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de leg. 1 Sed & in eam quoq; rẽ tex. eſt in l. 1. §. ſed in eo quem. ff. de Senatuſconſulto Syllaniano. Ex quo not. Barto. in princip. quòd illud, quod fieri debet de proximo, habetur ꝑinde, ac ſi factum eſſet, & in l. ſi fundum. §. vlti. ff. de fundo. dot. ubi præſcriptio infra proximos dies perficienda, pro completa habetur, & in l. non tantùm, in princi. ff. de excuſat. tutor. ubi pupillus proximus pubertati, pro pubere habetur, quantum ad id, vt non præſtet excuſationem ſuo tutori: veluti tutela eius habeatur pro finita, quæ ſtatim finitur. Et per illum etiam textum dicit Bartol. in l. ſi quis. §. vltim. ff. quod met. cauſ. paria eſſe, aliquid eſſe proxime futurum, & iam eſſe productũ in eſſe.

*Præſcriptio ſtatim complẽda pro completa habetur.*

9 *De eadẽ re.*

¶ Et etiam tex. in c. eccleſiæ, de immunit. eccleſ. per quem not. Panor. ibi in 3. not. & iterum col. 2. quòd baſilica nondum conſecrata, proximè tamen conſecranda, gaudet priuilegijs eccleſiarum, ac ſi iam eſſet conſecrata, & in c. ultim. extr. de Iudæ. vbi baptizatus, & mox baptizandus, eodem vtuntur priuilegio. Ex quo not. ibi Panor. & Felin. quòd idem priuilegium debetur rei factæ, & rei quæ eſt in fieri. & in c. Piſanis. extr. de reſtit. ſpolia. ex quo no. Panor. ibi col. 3. verſic. nota ſingulariter. & etiam conſil. 85. in præſenti quæſtion. columna ſecunda, verſi. igitur hanc ſpem. lib. 1. quòd potentia de facili reducibilis ad actum, habetur pro actu. & tex. in ca. religioſo. de ſent. excom. libro 6. quòd qui religionem ingreditur, licèt nondum ſit religioſus, donec tacitè aut expreſsè fuerit profeſſus, ſi quis tamen in eum violentas manus iniecerit, excommunicationem non euadit, perinde ac ſi religioſum percuſſiſſet, nimirum qui proximè religioſus eſt futurus, & ad id iam deſtinatus. De quo vide, quæ nos ampliùs diximus in noſtro tractatu Retractuum, titu. 1. §. 1. in glo. 8. in verbo, *Le parent*, num. 30. ſed & hac ratione.

10 *De eadẽ re.*

¶ Et quod dicit glo. no. cum qua tranſeunt omnes, in l. 1. in prin. in gloſſ. 2. ad medium, verſic. ſed quid ſi non eſt in conſpectu. ff. de acq. poſ. quæ voluit nihil intereſſe, an res ſit in conſpectu, an vero proxima, vt ſtatim conſpici poſſit. Cui adſtipulatur, quod dicit Bald. in d.

l.non tantùm.in prin.ff.de excuſ.tut. id quod propè eſt, nihil diſtare videri. Quod ſumptum eſt ab Ariſtotele, lib.2.Phyſicorum,& ex text. in l. præſens.ff. de procur. vbi pręſens habetur, & qui in hortis eſt, & qui in foro, & qui in vrbe, & qui in continentibus ædificijs. Et quod Homerus ſcribit Odyſſææ 1.de Vlyſſe, qui terræ natalis fumum videre ſurgentem mirè cupiebat:

*Fumus patriæ.*

Ἱέμενος τὸν καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης.

Ex quo illud Ouidij lib. 1. de Ponto, Eleg. 4. ad Rufinum:

*Non dubia eſt Ithaci prudentia:ſed tamen optat*
*Fumum de patrijs poſſe videre focis.*

*Prouerbiũ*

Ex hocq;, Fumus patriæ, in prouerbium abijt, de re admodum optata. Nam Philoſtratus in Ariadne. Ὁ Θησεὺς δὲ ἐρᾷ μὲν, ἀλλὰ τοῦ τῶν Ἀθηνῶν καπνοῦ. Id eſt, Theſeus verò amat quidem, ſed Athenarum fumum. Lucianus in Encomio patriæ, Καὶ ὁ τῶ πατρίδος αὐτῆς καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. Id eſt, Ac patriæ fumus luculentior homini videtur, quàm ignis alibi. Igitur qui fumum patriæ in conſpectu habet, is iam patriam ipſam attigiſſe videtur.

11 *De eadẽ re. Fructus ſtatim colligendi pro collectis habentur.*

¶ Quodq; dicit Bal.in dicta.l. diuortio.§. interdum. per glo.ibi.ff.ſolut.matri. quòd fructus proximè colligẽdi habentur pro collectis, & ſequitur Iaſon ibi, colum. vlt.hoc tamen limitans,& in dicta l.admonendi.colum. 11.verſ. decimò facit, quod fructus, in 1.lec.& in dict.l. cætera.§.ſed ſi ſeparauit, col.3. ver. quartò inquantum. ff.de legat.1.& Ioan.Lup.in dicta repet. rubr. de dona. inter vir.& vxor.§.38.colu.1.Cui conſimile eſt, quòd à Paul.Caſt, reſponſum eſt, conſ.132. videtur dicendum quòd dictum frumentum, col.2.verſ.breuiter ego puto. lib. 1. ſi teſtator mandat diſtribui pro anima omnia bona ſua mobilia, in id legatum venire fructus pendentes proximè colligendos: tanquam ij pro collectis, atque ita pro mobilibus habeantur, ar.dictæ l.pen.ff.de mili.teſtã. iam toties allegatæ,& l.fundi.in fin.ff. de actio emp. vbi deſtinatio (inquit) ad vſum in quo fiat, habetur pro facto:& eius, quod voluit (vt ipſe dicit) Bar. in l. vlt.ff. de requi.reis, quòd in fructibus pendentibus, æquè ac in ſeparatis, cadit ſequeſtratio, vt qui ſtatim ſperantur ſeparari. Et illud dictum Paul.Caſt.ſequitur Phil.Dec. conſil. 472.teſtator legauit, col.1.Et idem quoq; voluit Iaſ. in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum, col.1.verſi. ſecundò not.ff. qui ſatiſd.cog.vbi erranter citat l. 1. §.vlt. & ibi Bart.ff. de requi.reis, cùm vellet, ni fallor, allegare dictam l.vlt. eod.titul.nec enim d.§.vl. nec Bartol.ibi quicquã dicũt, quod huc ſpectet. Dicta autem l.vlt.nonnihil facit, vt diximus, & declarauimus in noſtro tractatu Retractuum tit.1.in gloſ.7.in verbo, *ou autres choſes*, nu.44.at ſi p ſe.

12 *De eadẽ re. Veſtiũ appellatione venit pannus apud ſartorẽ ſectus ad cõficiendam veſtem. Immatriculatus cẽſetur, ſtatim immatriculãdus*

¶ Dicit quoq; idem Bart.in l. ex facto.§.rerum.ff.de hære.inſtit.quòd ſi teſtator legauit vxori veſtes, quas in domo habebat, venit in huiuſmodi legatum pannus apud ſartorem inſectus, vt ex eo veſtes conficeret, tametſi nondum ſint factæ, nondumq; domum delatæ. Quod dictum commendat,& ſequitur Franc. Cre. ſingul.63.teſtator legauit. Sed & Ange.in l.ex eodem.ff.de mil. teſt. dicit, quòd ſtatutum puniens offendentem ſcholarem immatriculatum, habet locum in offendente ſcholarem ſtatim immatriculandum, quem ſcilicet iuſſit Rector immatriculari, licèt nondum ſit immatriculatus: quia de proximo immatriculandus, habetur pro immatriculato. Id quod dicit voluiſſe Iac. Butr. in l. ſi quis id quod. §. cùm proponitur. vbi & hoc ſequitur Alexand. in principio eius l. colum. 1. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & ſequitur etiam Iaſon in dicta.l. admonendi.colum.10. verſi. ad idem tex.ſub numero 55.& in dicto §.interdum.& Fel.in dicto c.eam te. vbi ſuprà, de reſcr.& Io. Lupus vbi etiam ſuprà. At idem facit.quod nota.Angel.in l.item veniunt.§. præter hęc per tex.ibi & gl. in uerbo, Conſules.ff.de petit.hæred.quòd qui deſtinatus eſt ad magiſtratum, ut illum proximè ineat, iam & iniuiſſe uidetur, ipſiusque nomine appellatur. Ex quo dicit manaſſe conſuetudinem in partibus Tuſciæ, quòd gubernatores ciuitatum in fine eorum magiſtratus, cùm res graues occurrunt, faciunt conuocari ad conſilium electos eorum ſucceſſores, quamuis nondum ſint de collegio, ut communi examine & tractatu habito, deliberent quid faciendum ſit: nec propterea impugnari poteſt illa deliberatio, tanquam incapaces interuenerint, per illum text.& glo.quod dictum commendat Cacia. in repe.dict.l.admonendi.col. uigeſimaprima, uerſi.in eadem ibi diſtinctione.ff. de iureiurand. ubi & ad hoc multa adducit. & textus in Clem. ne Romani.de electione.

*Magiſtratus ſtatim ineundus, pro inito habetur.*

13 *De eadẽ re. Mulier copulata cẽſetur, quæ ſtatim eſt copulanda*

¶ Et quod dicit Saly. huic noſtræ quæſtioni multò propius accedens, in l. cùm te.in fin. C. de donat. ante nupt. quòd mulier pro coniuncta & carnaliter copulata à uiro habetur, quæ de proximo eſt copulanda. Quod dictum ſequitur Alexand. conſi.129. ſuper primo, colum.tertia.uerſicu.iſtis ſic præmiſsis, lib.ſeptimo,& pro ſingu.refert Felin.in capitu. tertio loco, colum. quarta. uerſicu.& retenta, de præſumpt. & Hippo. Marſi. in l. prima.colum.ſecunda.ff.de ſica.& ſing. 106.qui de proximo. Idque quod not. uoluerunt Anton.Domi.Imo. & Felin. in d. capitu.eam te. ille colum.tertia.uerſicul. tno.quòd mandatum,& iterum col.penul. Domi.in 12. no.& rurſum ad fin.Imol.colum.6. uerſi. & idem dicit, & Felin.quo loco ſuprà citauimus, extrà de reſcr. quòd quemadmodum vicarius, ſiue uices gerens, non poteſt adimplere mandatum, ſubrogato principali qui mandauerat, ita & eo ſubrogari cœpto, tametſi non eſt perfectè promotus, propter ſpem proximę promotionis.

14 *De eadẽ re.*

¶ Quorum ſententias adſtruit Domi.in c. penderet, in fin. 50. di. quòd is qui dicit in ſupplicatione, quòd ſcribebat in regiſtro Papæ, non dicitur mentitus, licèt nondum cœpiſſet ſcribere, ex quo erat ad id deputatus, & de proximo debebat incipere. Et idem fermè in alio caſu dicit ipſe Domi.in ca. cùm in illis.§ 1.in princ. per tex.in uerbo, ſcribimus, de præb.lib 6.de Papa, qui conceſſerat gratiam cuipiam, dicendo, Tibi qui ſcribis,& cætera, & ille nondum ſcripſerat, quia ſcribendi occaſio nondum occurrerat, ſed erat in id deputatus ab eo, qui eius rei poteſtatem habebat,& ſequitur Maria. in repe.c.de multa. colũ.52.extrà de præbend. & Iaſon.in d. Auth.ſi qua mulier. vbi & hoc commendat, & Felin. in dict.c.eam te.ubi ſuprà, & Io.Lupus, ubi ſuprà.

15 *De eadẽ re.*

¶ Nec hinc admodum diſsidet, quod Nico. Lyr. enarrans illud Matthæ 1. cap. Ioſias autem Ieconiam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis, ita eum locũ exponit, Non quòd tunc eſſet tranſmigratio, ſed quia proximè imminebat. Et alibi, Ioannis 3.c.in illis uerbis, Qui non credit, iam iudicatus eſt, id eſt (ut ille ipſe exponit) habet in ſe manifeſtam cauſam condemnationis: ſicut ille dicitur mortuus qui iam habet in ſe manifeſtã cauſam proximæ mortis: quaſi diceret, nihil referre, an aliquid iam euenerit, ſiue factum fuerit, an uerò proximè ſit futurum. Cui & ſimile eſt omnino, quod Bald.in d.cap. 1.in prin.titu.qui.mod.feud.amit.not.ex illo text. qui ad hoc eſt optimus, quòd mortuus,& ad mortẽ vulneratus, æquiparantur. Quod & idem uoluit ipſe Bald.in l.1.C.de nundi.& in l.bello, in fin.ff. de excu.tut.& in l. damni.la 1.§.Sabini.per tex.ibi.ff. de dam.infe. De quo etiam eſt tex.in l.huic ſcripturæ.ff. ad legem Aqui.quem ad hoc ponderat Pet Anch.conſ. 430 fuiſſet expediens. & alius tex.in l.ita uulneratus.eod.titu.quem Barto.not. & hinc occaſione ſumpta quærit, an poſsit ſtatim homicidij accuſari, qui alium lethaliter uulnerauit. & etiam tex.in l.in hac.ff.de condictio.trit.per quem dicit Bal.in l.dos

*Mortuus an cenſeatur, qui eſt lethaliter vulneratus vide infrà 30.*



l.dos data.C.de dona.ante nup. quòd qui eſt in articulo mortis, mortuo ęquiparatur.& bene etiam facit, quod dicit gl.in l.qui Stichum.ff.de confeſ. & in §.1. in verbo, morientibus, Inſti.de lege Fuſ.ca.tol.

16 *An inſpiciat quod euenire poteſt.*

¶ Hanc quoq; rationẽ, nõ minimũ adiuuat & hæc ratio: Id ſcilicet, quod euenire poteſt, potiùs inſpici, quàm quòd præſens eſt, ſi ad illud ipſum pręſens ſtatus tendit. l.ſi idem.§.vlt.& ibi Paul.Caſt.ff.de iuriſd.omni.iudi.& l.qui bona.§.qui inter.ff.de dam.infec.& l. ſi quis domũ. ff.loca. & l. adeò. §. illud.ff.de acq. rer. do. cum ſi. Sed ſponſa proximè eſt vxor futura, quod ad primam rationem attinet: ob idq; duntaxat deſponſata, ut uxor fiat, quod poſtremæ rationis eſt. Ex quo & illud conſequens fit, ut ea pro vxore ſit habenda.

17 *Qui dicũt ſponsã eſſe in poteſtate ſponſi.*

¶ Et hanc partem in ſpecie,& in terminis noſtræ cõſuetudinis, videlicet quòd ſtante ſtatuto vel conſuetudine, vt vxor ſit in poteſtate viri, ſponſa quoque dicatur eſſe in ſponſi poteſtate, nũcupatim tenet Maſuer.uir apud noſtros non contemnendæ autoritatis, titu. de dote. & matri.§.item de conſuetudine. In quo tamen illud dicit intereſſe inter vxorem, & ſponſam, quòd hæc mortuo ſponſo iterum reuertitur in paternam, ex qua exierat, poteſtatem: illa minimè, mortuo marito. De quo tamen poſtea dicemus in gloſſ.ſeq.nume.1.& 5.ſeq.

18 *Aliud ſpõſalia, aliud matrimoniũ. Sponſalia cõtrahens an incidat in pœnã cõtrahentis matrimonium.*

¶ Contra tamen videtur ſponſam non eſſe in poteſtate ſponſi, ex ſtatuto uel conſuetudine diſponente vxorẽ eſſe in poteſtate uiri. Aliud enim matrimoniũ eſt, aliud ſponſalia: neq; conſtitutio loquens in matrimonio habet locum in ſponſalibus.l.in eo iure.§.hoc caput.ff. de rit.nupt. cum ſi. Propterea contrahens ſponſalia, non cadit in pęnam appoſitam contrahenti matrimonium, vt voluit gloſſ.not.in Clem.1.in verbo, contrahere.de con ſang.& affin.quam ſequitur & dicit ſingul. Panorm. in cap.1.colum.pen.de poſtu.præla. & Iaſon in l. cùm quidam.colum 3.verſic. 4. ad idem.ff. de liber. & poſt. vbi pro eo dicit eſſe text.in l.ſolet.ff.de his qui.not. infa. vbi pęna infamiæ, quam ſubit fœmina nubens infra annum luctus, non habet locum in contrahente ſponſalia. Et idem Iaſon in l.2.colum.pen.in fin.ff. de iuriſdi. omni. iud. vbi illam dicit.not.& in l.vlt. in fin.ff. de in ius voc. vbi & illam quoque dicit not.& in l. ſi ſtipuler vt id fiat. in 4.not.ff.de verbo.obliga.& in repet.l.quo minus.col. 2.verſicul.nono.ff.de flumi.vbi eam dicit ſingul. & Philip.Decius in ca.quantò.in 3.not.de iudi.& in cap. cum in cunctis.§.vlt.in 3.not.de elect.& conſi. 256. in cauſa inquiſitionis, colum.penultim.verſic.& primò quia verba.Clau.Aquen.in repet.l.vt vim.colum.18. ff. de iuſti. & iure.& Hippo.Marſil.in l.is qui cum telo.numero 39 C.de ſicar. Et idem, quod illa gloſſ. licèt illius non meminerit, voluit Bald. in l. pen.§. docere in vltim. quæſ. ff. ne quis eum.cùm dicit, quod ſtatutum Florentiæ, diſponens, quòd nullus Guelphus poſſit contrahere matrimonium cum aliqua ex Comitibus Albertinis ſub certa pœna, non habet locum in contrahente ſponſalia. Et Pe. Anc. in cap. 1.colum.vltim.de ſponſa.lib.6. & conſi.21. prd ſolutione dubiorum, colum. penultim. verſic. tertiò ponderandum. Nam & quamuis vxor vidua infrà annum luctus non poſſit contrahere matrimonium, alioquin punitur.l. 2.C. de ſecund. nupt. tamen poteſt impunè ſponſalia contrahere. l. ſi quis tutor.§.quamuis.ff. de rit. nupt. & l. ſolet.§.qui unum.ff. de his qui no. infa. Et ſi clericus in minorib. contrahat matrimonium, perdit beneficium: non etiam ſi ſola ſpõſalia contrahat.c.1.& ibi Io.And.Pan.& alij, de cler. cõiug. Pan. conſil. 62.in controuerſia, in 4. dub. in fin. libro 2. cum ſi.

*Beneficiũ non perdit contrahẽs ſponſalia.*

19 *Aliud ſpõſus aliud maritus.*

¶ Aliud item maritus eſt, aliud ſponſus.l.1.§. & primùm.ff.pro dote. Aliud quoque vxor, aliud ſponſ.l.ſancimus.C.de nupt. nec venit altera appellatione alterius.c. tertio loco. extrà de præſump. Et in ſponſa non eſt matrimonium.l.quòd Seruius.ff.de condi.ob cauſ. Nam & ſponſus, eſt maritus futurus, & ſpouſa vxor futura.l. 1. cũ.ſeq.ff.de ſponſa. At quod eſt futurum, nondum eſt. l.& quę nondum.ff. de pign. Ideoque conſuluit Signo. Homod.conſil.144. in quæſtione quæ vertitur inter dominum, quòd ſtatutum diſponens, quòd maritus ſuccedat vxori, non habet locum in ſponſo & ſponſa. Sed & Bal.in l.vlt.colum.3.verſic. ſequitur videre.C. vnde legi.dicit, quòd bonorum poſſeſſio, vnde vir & vxor, non habet locum in ſponſo & ſponſa, allegat d.l. ſancimus. & l.pen.§.Iulianus.ff.quod fal.tut.per quam idem quoque voluit ipſe Bal.in l.1.in 2.quęſt.C.vnde vir & vxor, vbi etiam Salyc.Rapha.Rom.Paul.Caſtr.Alex. Corne. & alij recenti.& idem Bald.cõſil.90. maritus illius puellæ, in fin.lib.2.& Anto.Roſel.in tracta.ſucceſſionum ab inteſtato, colum.88.& alibi dicit idem Bal.poſt.Pe.Cy. & Guli.Cu.in l.non ſine, in prin.C.de bo.quę libe.quòd ſtante ſtatuto vel conſuetudine, quòd maritus ſuperſtes lucretur certam partem dotis, ſponſis de præſenti, nihil ex dote lucrabitur mortua ſponſa. Quod & idem voluit Bald.ipſe, in l.ſi donaturus.§. ſi quis indebitam. in lect. anti.ff.de condi.ob cau.& in l. vxores.ff. de his qui no. infa.& in l.Deo nobis.col.1.verſi.modò iuxta hoc quæro.C.de epi.& cleric.& conſi.184. ſi qua inquit mulier, lib.3. & conſil. 199. in cauſa iſta conſiderandum eſt, eod.lib.3.& conſi.477.factum dignoſcitur eſſe tale, lib. 4.Pet.Anch.in repet.c.in 14. quæſt. principali, quæ eſt 47.chart.verſic. quæro de quæſtione quæ mihi occurrit de facto, extrà de conſtit. Vbi & hoc generaliter dicit, quòd ſtatutum loquens de nupta, non intelligitur de deſponſata tantùm. Et ibi dicit, ſe cum Anto. conſuluiſſe, quòd ſtante ſtatuto, vt filia nupta ſiue maritata non veniat ad ſucceſſionem, nõ tamen excludetur ſponſa. Ad quod etiam allegat.Bal.in d.l. non ſine. Sed & idem (ut redeamus) tenet Pan.in d.c.tertio loco.colum.4. & ſeq. extrà de præſum. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe, ſicuti uerè conſuluit, conſ.1.facti contingentia, lib.1. & conſil. 79. uidetur primò, lib.2. & conſi.107. quatuor ſunt, in fi. eod.lib.2.& idem Panorm.in cap.ſi inter, de ſponſa. & in cap.2.de ſpon.duo.& in c.ex publico. extr. de cõuer. coniug.ubi etiam eſt bonus tex.& Rapha.Co. conſi.30 ſtatuto cauetur, in effectu quod maritus, colum.pen.ubi loquitur de ſtatuto permittente marito relinquere vxori pro eius arbitrio,& uoluntate:& Saly.in quodam ſuo conſi. cuius princ. eſt, Iacobus promiſit Stephano. et in l.cùm in te.col.2.C.de dona.ante nupt. ubi longè latèque,& ſubtiliter eam rem tractat & diſſerit,& inter alia mouetur, quòd uerba ſtatuti debent ſumi in proprio & potiori ſignificato.l. 1. §. quæ in perpetuum. ff. ſi ager uectigal. uel emphyt. & capit. ſi quem.de ſentent. excommu.

*Sponſus nõ ſuccedit ſponſa, vt vir vxori.*

*Vnde vir et vxor, nõ habet locũ in ſponſo & ſponſa.*

*Sponſus nõ lucratur dotem, ut uir ex ſtatuto.*

20 *Matrimonium ſine concubitu.*

¶ Et ex illis plurimi loquuntur etiam in ſponſis de præſenti. Nam & huiuſmodi matrimonium etiam de præſenti ſine concubitu, non dicitur matrimonium, quod ad plenum ſignificatum: ut eſt glo. quam tamen non allegat, in d.c.ex publico, et bonus tex. in c. debitum.de biga. Et dicit Theologos tenere, quòd in beata uirgine deſponſata Ioſeph, fuit perfectum matrimoniũ, quo ad ſanctificationem, ſed non quantum ad ſignificationem. Cuius rei locus eſt, ſi quis fortè ſcire cupiat, in 4 Sententiarum, di.30. de quo tamen in Decretis Canonicis di.27.q.2.§.ecce impoſſibilitas. uer. itẽ ſi coniuges: & d.§.iuxta hanc, uerſi.ſed obijcitur, et cap.genuit, et c. priuſquam.cum duobus ſeq.

21 *De eadẽ re.*

¶ In hanc quoq; partem multa adducunt Ang. Aret. in §.fuerat, in pe.char. uerſic. quæro de quæſtione quotidiana, Inſti. de acti. Barb. conſil.2. clementisſimum, col.7.lib.4.Pet.Phil.Corn. conſil.248. in præſenti conſultatione, lib.2. Feli.et alij recentiores in d. c. tertio loco, ext. de præſumpt. Idem Feli.in rub.ext.de ſponſa.et

Hippo.Marſi.ſing.106.qui de proximo,Georg.Nat. in repe.c.quamuis.col.28.ver.quintò quęro,de pact.lib.6. Phil.Dec.conſi.540.quęritur in effectu,per totum quos tu ipſe uideas.Non tamen prętermittendus eſt tex. in d. l.in eo iure.in prin.iuncto verſi.hoc caput.ff.de rit.nup. ubi, licet liberta vxor patroni non poſſit eo inuito alij nubere, poteſt tamen ſponſa. Ex qua re duo probantur ad hanc ſententiam multùm accommodata; primum, quòd ſponſa non uenit appellatione vxoris;ſecundum, quòd ſponſus non tantum poteſtatis habet in ſponſam, quantum vir in vxorem. Et prædicta procul dubio procedunt in ſponſa de futuro,in qua nullum ius contrahitur. Ideoq; etiam in fauorabilibus, ſtatutum in uxore non trahitur ad ſponſam de futuro,ſi verum dicit Bald. in d.l.ſolet.§.quę virum.ff.de his qui no.infa.

22 *De eadē re.*

¶Quin ſpecialiter,& in terminis noſtrę conſuetudinis Ioa.Fab.in d.l.non ſine.C. de bo. quæ libe. tenet expreſsè,quod ſponſa non ſit in poteſtate ſponſi, per tex. in l.4.ff.de cond.& demonſt. & in l.ea quæ.ff. ad municip. Quæ ſententia(vt meum tandem iudicium interponam)mihi probabilior eſſe videtur, cùm per ea, quæ dicta ſunt,& quæ Doctor.in prædictis locis allegant: tum etiam quia iſta conſuetudo eſt contra ius commune, vt dictum eſt ſuprà in princ. Ergo eſt ſtrictè interpretanda, & intelligenda, vt minùs lædatur commune, quàm fieri poteſt.l.2.C.de nox.& c.cùm dilectus, de conſuet. cum concord.alibi per me traditis. Neque debet extendi etiam,ex ſimili ratione, vt eſt glo. à paucis annotata, in c.in fidei,de hæret.lib.6. At ne ex maiori quidem, vt voluit glo.reputata ſing.licèt ſit omnibus nota,in Auth. quas actiones,& ibi latè Doc.C.de ſacro.eccle.debetq; omnino intelligi in caſu vero,& non trahi ad fictum, vt voluit Io.And.in c.vl. de conſue.lib. 6. & Bar.in l. omnes populi.& ibi recentiores.ff.de iuſt.& iure.& in l.hæres quandoq;.ff.de acqu.hære.& Fran.Aret. conſi. 164. diligenter & maturè, col.3.cum ſi.Sed quòd ſponſa pro vxore habeatur, id ex fictione eſt, & non verè, per iura ſuprà alleg.& dicemus verſicu.ab hinc 3.

*Statutum non extendendum ex ſimili ratione.*

*At nec ex maiori.*

23 *Sponſa ſpōſi cōcubitū pati non tenetur.*

¶Tum quoq;, quòd in eo maximè, in quod de iure communi vxor eſt in poteſtate viri, uidelicet in coitu, ſicuti diximus ſuprà in prin. non eſt ſponſa in poteſtate ſponſi. Neq; enim tenetur ſponſa ſponſi pati concubitum:ſponſusq; morte punitur, qui ſpōſam reluctantem rapit.l.1.C.de rapto.uirgi. Ex quo not.Bald.ibi in 7.no. quòd ſponſus in ſponſam non habet manus iniectionē: cùm tamen ſecus ſit in viro, qui vxorem inuitam poteſt comprimere.vt voluerunt Guil.Cu.& Bal.in l. raptores in fin.C.de epi.& cler. Et Cy.Alberic.Bal.Io.Fab.& Saly.in d.l.1. de rapto. virgi. Bal. in l.1. in addi.ff. de rei vend.vbi & hoc intelligit etiam in nondum cognita, & idem Bal in l.1.in 2. lect.ff. de rei vend. & in c.iurauit. col.2.ad fi.verſi.item no.hic,ext.de prob. vbi & hoc mirabiliter limitat procedere, cùm vxor eſt traducta in domum viri;& ſecus, ſi adhuc ſit in domo patris: imò, vt ſubdit,etiam ſi ſit in itinere,ar.l.cùm in te.C. de donat. ante nup.Imo.Alex.Iaſon,& Franc. Ripa. in l. miles.§. qui iudicari.ff. de re iud. inibi repræhendentes, imò uerius interpretantes Bart. qui videtur velle contrarium. Panor.in c.diſcretionem,in 2.nota.per tex.ibi,ext.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ.Io.Plat.in l.generali. colum.2. C.de decuri.lib. 10. & in §.1. & in §. ſi autem per vim. Inſt. de pub. iudi. & Corn. conſi. 80.placet mihi, poſt medium,verſicu. conſtat enim,libro 2.& Cępo. conſil. cauſarum criminalium 57.ſuper querela,colum.1.verſ. & maximè.& Io.Lup.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.58.in princ. Et bene facit tex.in c. cùm cauſa.ad fin.ext.de rapto.& quod ibi no.Ioa.Ana.col.2.verſ. nota aliam rationem.

*Sponſus morte punitur qui ſponſam inuitam cōprimit.*

24 *Sponſa domicilium non mutat vt vxor.*

¶Sed nec ſponſa mutat domiciliū, ſicut vxor, quæ vt ſuprà diximus, ſequitur viri domicilium, vt eſt text. in d.l.ea quæ,la 2.& ibi glo.& Alberi.ff.ad municip. & no. Barto.in l.vlt.§.item reſcripſerūt mulierem,poſt princ. ff.ad municip.& ipſe Alber.in l.filij,in princi. ff. eo. tit. Rom.in l.ſi conuenerit.col.2.verſi.quid de ſponſa.ff.de iudicijs.Ang.Aret.in §.1.col.vlt. verſic.quid de ſponſa. Inſt. de patri. pote. Et ideo ſing.decidit Bald. in Auth. omnes peregrini colum.1.verſi.nota quòd quando princeps.C.Commun.de ſucceſ. quòd ſi ſtatutum diſponeret de lucris inter ſponſum & ſponſam, ſi alter eorum moreretur, nondum celebrato matrimonio, non inſpiceretur domicilium ſponſi. Quod dictum pro ſing. allegat Feli. in c.1. colum. antepenultim. verſicu. limita primò,ext.de ſponſa.& Iaſon in l.1.colum.6. verſ. limita communem concluſionem.C. de ſum. Trini. & fid.catho.in lect.Paduana,quæ prior eſt,& in lect. Ticinenſi,col.14.verſicul.pone cùm ſtatutum dicit.& ſequitur etiam Philip.Decius.conſi.283. cuius ſuperſcriptio incipit, de ſtatuto, de lucro dotis, colum.5. verſicu. ſed his & ſimilibus. Nec etiam ſponſa,ſicuti vxor, vt ſuprà diximus, tenetur ſequi ſponſum, vt not. glo. Hoſti. & Pan. in cap. de illis.extrà de ſponſa. per tex.ibi & in l.2. C. de repud.

*Spōſi domicilium nō inſpicitur vt viri.*

*Sponſa ſpōſum ſequi non tenetur.*

25 *Reſpondet ad contraria.*

¶Neque huic,quod primo loco dictum eſt, appellatione viri & vxoris contineri ſponſum & ſponſam, longiorib. nunc verbis reſpondendum eſſe duxi. Nam prærerquàm quòd breuiter dici poteſt, illud procedere in fauorem ſponſæ,vt not.in d.l.non ſine.nō item in præiudicium ipſius,vt eſt text.in l.ſolet.§.vlti.ff. de his qui notan.infa.vbi propter hoc not.gloſſ. odia reſtringi debere.& ita hunc nodum ſoluit Bald.d.conſil.184.lib.3. & Alber.in 2.parte ſtatutorum quæſt.109. ſed retento, & Pet.Anc.in rep.d.cap.1.de conſti.quo loco ſuprà citauimus. Et illud quoque, quòd appellatione vxoris non cōtinetur propriè ſponſa, ſed ex quadam interpretatione, vt probat text.in l.oratio.ibi, vt ſuppleatur quod orationi deeſt.& ibi Bald.ff.de ſponſa. Ideoq; non habet locū in conſuetudinibus & ſtatutis, quæ propriè intelligenda ſunt.l.3.§. hæc autem verba. ff.de neg.geſt. Certè aliter ſatis ſuperq; reſponſum eſt ex his, quæ ſuprà dicta ſunt, & quæ abundè ſcribit Salice.in d.l.cùm in te.C.de don. ante nupt.& Felin. in quibus locis nuper illū citauimus.

26 *Spes infallibilis pro re certa.*

¶Huic autem quod diximus, pro confecto habendum,quòd proximè futurum eſt, cingēdum ſcilicet pro cincto,dandum pro dato, & alia id genus. Reſpondeo, id quidem procedere,cùm quod futurum ſperatur,certum eſt,& euidens,ac infallibile:vt not.dicit Feli.in d.c. eam te,colum.17.verſi.alia eſt,dummodo, extrà de reſcri.dicens ita ſentire Bal.in dict.l.ſi pro ea.C. mand. & Panorm.in d.c.eccleſiæ.extrà de immunit.eccle.& apertè voluit Angel.quem non citat,in l.mulier.§. 1.ff. ad S. C.Tre.vbi dicit ex eo tex.paria eſſe, aliquid eſſe in proximo infallibili, vel eſſe in re. & ibi quoque Pau.Ca.loquens de bannito, qui ſperat infallibiliter cancellari de banno. & poſt eum Cępol. conſ. cauſarum criminaliū 6. veritas, colum. 4. verſicu. 4. verſic. item pro hoc. Quod repetitur conſil. 39. Et in eadem propè ſententia fuerunt domini à Rota deci. 231. ſuppoſito, colum. 2. verſic.quintum motiuum.

27 *Spes incertiſſima res*

¶At nihil ferè tam certum ſperari, neque quicquam tam vicinū,quod non repentinus aliquis caſus, queat inuertere. Adeoq; non eſſe tutum venturis fidere, vt vix etiam illa ſint certa,quæ manibus veluti tenemus. Idcirco Iuriſconſultorum ſententia eſt, beſtiam vſque adeò lethaliter vulneratam, vt proximè capi poſſit, nondū tamen eſſe vulnerantis,niſi & eam ceperit.Multa enim(inquiunt) accidere ſolent, vt eam non capiat: vt ſcribitur in l. naturalem.§. 1. ff. de acquir. rer. do. & in §. illud quæſitum eſt. Inſtit. eod. Cuius rei ar. dicit no. Barto. poſt Guil. in l. ſciendum. in penultim. q. ff. qui ſatiſd.cog. quòd bona patris non releuant filium à ſatiſdatione,



*Filius ob bona patris non releuatur à ſatiſdatione.*

tione, quia multa accidere poſſunt, ne ſucceſſio patris ad filiū perueniat.& ſequuntur recentiores ibi. & Alex. in l.in ſuis.col.3.verſi.pro hac facit.ff.de lib. & poſthu.

28 *Mortuus non cenſetur lethaliter vulneratus.*

Et bene facit ille tex. ad id quod voluit not. Bald. in cap. bonæ.le.2. circa medium, ext. de elect.quòd iudex non poteſt inquirere de morte ante mortem, licèt vulnus ſit mortiferum: veluti non ſit pro mortuo habendus,qui mortiferè vulneratus eſt. De quo & tu vide Alberi.in 2. parte ſtatutorum.q.53. item quæro ſi aliquis. Cui ſimile eſt,quod dicit idem Bald. in ca. 1.§. iniuria. col.pen.verſi. quæro nunquid poſſit quis.tit.de pac. iur. fir. quod non poteſt de homicidio puniri, qui lethaliter vulnerauit, donec vulneratus ipſe ſit mortuus. De quo etiam per Bar.& recen.in l.damn.§.Sabini.§.de dam. in fe.& per ipſum Bal.in c.1.in princ. & ibi etiam Alua. & Car.Alex.tit.qui.mo.feu.amit.& eundē Bal. in l.1. ante fi.C.de nund.& Flor.in l.ait lex.ff.ad leg. Aqui. & Frāc. Aret.in l.ex ea parte.§.inſulam.col.vlt. ff. de uerb. obli. & Felin.in ca.ſignificaſti.le.2.col.2.de homi. Eſt quoq; ſimile,quod Alberi.poſt Dyn.ſcribit in 2.parte ſtatutorum.qu.37.item ſi quis aliquem, quòd ſi ex forma ſtatuti, pro vulnere impoſita ſit pęna pecuniaria, & aliquis alium mortiferè vulnerauit, poteſt ſe defendere per procuratorē,licèt mors ſequi ſperetur, per multa iura, quæ illic allegat.

29 *Mortiferè vulneratus nō ſemper moritur.*

¶Nec enim omnis qui mortiferè vulneratus eſt,moritur.l.huic ſcripturę.§.1.& l.ait lex.ff.ad leg.Aqui. et l. in ratione.§.ſi ſeruus.ff.ad leg.Fal.et tex. omnium optimus in l.1.§.vlti.ff.de S.C.Sylla.Sicut nec omnis,cui lethalis eſt morbus,moritur, vt videre licet apud Gale.in lib.6.Aphoriſm.Hippocratis,cap.18. Et ut ſcribit Tullius ad Atticum,libro 9.Epiſt.12. Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt. Quod ſumptum uideri poteſt ex Theocriti Idillio 4.

*Aegroto dum anima ē, ſpes eſt.*

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε. τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον,
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Id eſt ad uerbum:

*Spes ſēper viuis.*

*Confidere oportet,amice Batte:forſan cras erit melius.*
*Spes in viuis,deſperati autem mortui.*

Philelphus autem in quadam oratione ita uertit carmine,non inſęliciter:

*Fidere,Batte,decet:melius cras forſan habebis.*
*Sperandum eſt viuis:non eſt ſpes vlla ſepultis.*

Altus autem in hunc modum:

*Omnibus in rebus viuis ſperare relictum eſt:*
*Lumine nam vitæ functis,ſpes nulla medetur.*

Aut etiam depromptum eſt ex illa Hecubæ ad Andromachen ſententia, apud Euripidem in Tragœdia, cui Troiades nomen eſt:

Οὐ ταυτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν.
Τὸ μὲν γὰρ οὐδέν, τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες.

*Non idem,ò filia,viuere,& mori;*
*Hoc enim nihil eſt:vitæ verò inſunt ſpes.*

Et huc haud dubiè alludit Virgilius, ſi is eſt, in Obſcœno carmine,cùm inquit ad finem eius operis:

*Dum viuis,ſperare decet.*——

Et Alciatus noſter in ſuis Emblematis, in ſimulacrum Spei:

*Quid manibus mortis tela refracta geris?*
*Quod viuos ſperare decet,præcido ſepultis.*

Et illud quoque Clitiphonis Terentiani in Heauton.

*Liceat modò viuere,eſt ſpes.*

Et faciunt,quæ ſcripſit Io.And.in c.ſine culpa, colum.3 uer.quintò multùm hoc adiuuat, de reg.iur. lib.6. dum hanc inter alias rationes reddit,quare matrimonium cōtrahi poteſt in extremis.Id quod certè eſt cōtra id,quod ſuprà nu. 15.diximus ex Nicol.Lyr.et Bal.

30 *Aediū nō eſt, cauſa earum paratum.*

¶Alibi quoq; dicit Iuriſconſultus, nō uideri ædium eſſe, quod domus cauſa paratum eſt, ſi nondum perfectum eſt, quamuis ſit in ædificio poſitum: ita dicit tex. in l.fundum.§.item inſulæ.ff.de act. empt. per quem dicit Bald.in l.ſed Diui fratres.ff.de rerum diui.non haberi neque dici perfectum, quod diſpoſitum eſt ad proximè perficiendum,Sed & alibi habemus text. in l. ſi nondum.C.de furt. quòd res deſtinata ad templi dedicationem,non propterea templi eſt.ex quo not.Bal.quòd aliquid non recipit denominationem ab eo quod erit, ſed ab eo quod iam eſt. Ideo(inquit) licèt teſtator mandet in domibus ſuis templum conſtitui, nondum tamen tēplum eſt.Item ſi ciuitas interficit electum,non tamen dicitur interfeciſſe Epiſcopum.Porrò Bal.conſil.195.laudare.colum.2.verſi.ſed quicquid,lib.2.dicit, quòd ſicut poſthumus ante natiuitatē non rumpit teſtamentum,licèt ſit in potentia naſcendi. Ita damnum quod eſt in potentia nocendi, antequam noceat, non rumpit pacem. Nam potentia,antequam deducatur in actum, æquiparatur conditioni:vnde interim non naſcitur obligatio l.1. in fin.ff.de condi.& demonſt.& l. interdum.ff. de verb. obli.& l.Arethuſa.ff.de ſta.homi.Sic non abſimiliter,licèt ſponſalia non ob aliud fiant,quàm vt matrimonium perficiatur: dicuntur enim ſponſalia ſpes matrimonij, l. ſi vxor.ff. de adult. licèt item ſponſa ad id ſit deſtinata deuotaque, vt vxor ſtatim fiat, nondum tamen vxor eſt: multa enim accidere poſſunt, ne etiam vxor fiat. Nempe matrimonium cum alio interim contractum, mors aut ſponſi aut ſponſæ, ingreſſus religionis, impedimentum recenter compertum, & alia propè infinita.

*Deſtinatio pro re perfecta non habetur.*

31 *Prouerbiū Inter os et offam.*

¶In quam rem vetus eſt à Catone relatum prouerbium,in oratione de Aedilibus vitio creatis, Inter os & offam multa interuenire poſſe: quod adnotat è noſtris Ioannes Andreas in capite commiſſum.extrà de decim. & Cardinalis Alexand. in capit. commiſſum. extr. de ſponſa.& Iaſo.in d.l.ſciendum in princ. colum. penult. verſic. tertiò quærit Bart. ad confirmationem deciſionis ipſius Bart. ibi, cuius nuper meminimus. Verba autem ipſius Catonis non grauabor adſcribere: ſunt enim huic loco maximè accommodata: Nunc (inquit) ita aiunt, in ſegetibus, & in herbis bona frumenta eſſe: nolite ibi nimiam ſpem ponere. Sepè audiui inter os & offam multa interuenire poſſe. Verùm inter offam atque herbam, ibi verò longum interuallum. Refert Gellius libro 13.capit.17. vbi & in eandem ſententiam affert aliud Adagium,ſed Græcum, quod eſt Palladæ, ex lib.1.Epigram.

*Prouerbiū*

Πολλὰ μέταξυ πέλει κύλικος δὲ χείλεος ἄκρου.

Id eſt:

*Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.*

*Prouerbiū*

Quod & ad Homerum refert Stobæus Ser. 19. Et eius quoq; meminit Heraclides in Politijs,& Lycophron in Iambis.Cuius ſi quis originē ſcire velit,legat autorē Chiliadū Chiliadis 1. Centur. 5.prouerb. 1. Et ſimile eſt illud Prouerbium apud Feſtum Pompeium, Inter manum & mentum.

32 *Spes rerū omnium fallaciſſima.*

¶Quibus quidem monemur, ne ſpem in reb. quantumuis proximis ac vicinis reponamus. Eſt enim ſpes omnium rerum fallaciſſima, minimaq; pars earum rerum,quas ſperamus, ex ſententia ſuccedit. Lepidiſſimū eſt Græcum illud diſtichon incerti autoris,libro primo Epigrammatōn:

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν ἴσους παρὰ βωμὸν ἔτευξα,
Τὴν μὲν ἵν' ἐλπίζῃς, τὴν δ' ἵνα μηδὲν ἔχῃς. Id eſt:

*Spē volucrē & Nemeſin veſtras prope cernitis aras:*
*Hæc ſperare diu,nil ea habere iubet.*

A quo non admodum diſtat illud Tibulli,lib.2.

*Spes facilem Nemeſin ſpondet mihi:ſed negat illa.*

Ampeliſca mulier Plautina in Rudente:

*At ego etiā,qui ſperauerint,ſpem decepiſſe multos ſcio.*

Altera mulier Scapha apud eundem in Moſtellaria:

*Inſperata accidunt magis ſæpè,quàm quæ ſperes.*

Cicero poſt initium libro de Oratore 3. O fallacem hominum ſpem, fragilemq́ue fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur, & corruunt, aut antè in ipſo curſu obruuntur, quàm portum conſpicere potuerunt. Helena quoque Ouidiana ad Paridem:

*Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.*

Et ab eodem Poeta li. 1. de Arte amandi, Spes Dea fallax dicitur. Et à Seneca Tragœdiographo, Improba vocatur, cùm dicit in Thyeſte:

*Credula eſt ſpes improba.*

Heſiodus autem li. 2. Operum & dierum, ἐλπίδα, id eſt ſpem κενεὴν vocat, i. inanem, vanam, futilem. Dionyſ. itẽ li. 7. Antiquitatum Romanarum: Spes (ait) omnes decipit: illa quoque Cilini militis Romana exclamatio apud Silium Italicum, circa initia li. 7.

*Spes heu fallaces.——*

Item illa Annij Milonis apud Tullium in Oratione pro eodem: O ſpes fallaces, ò cogitationes inanes meæ. Atq; etiam illa Heracliæ apud Liuium 4. Decadis li. 4. Quantum ſpes hominem fallit. Vt non omittamus, quod apud eundem M. Valerius Coruinus Dictator grauiter pronũciauit, Iram & ſpem fallaces autores eſſe.

33 ¶ Lucianus in Sympoſio, cui titulus eſt, Lapithę, ſcribit illud in fine Tragœdiarum frequens fuiſſe:

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων:
Πολλὰ δ' ἀέλπτως, κραίνουσι θεοί:
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Et certè Euripides his verſibus claudit Medeam, Alceſtim, Andromachen, Bacchas, & Helenam, qui ita Latine verſi ſunt.

*Sunt fortunæ varij caſus,*
*Plurima quæ haud ſperaueris vnquam,*
*Ea conficiunt numina Diuum.*
*Rurſum quæ certò ſperaris,*
*Ea fruſtrato non contingunt.*

Tu uerò ad uerbum ita potes uertere;

*Multæ formæ dæmoniorum.*
*Multa enim inſperatò perficiunt Dij:*
*Et ſperata, non perfecta ſunt:*
*Inſperatorum verò exitum inuenit Deus.*

Quam etiam ſententiam Dion Nicæus, in Antonino Caracalla, dicit ipſum Antoninum, paulò antè quàm interemptus fuit, ſibi ipſi Dioni dixiſſe, veriſſimam eſſe. Idq́ue inter mortis eiuſdem præſagia reponit. Illi autem primo capiti eius ſententiæ concinit, & illa Ariſtophanis in Lyſiſtrata.

Ἦ πόλλ' ἄελπτ' ἐστὶν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ.

34 ¶ Ariſtoteles (vt tradit Diogenes Laertius) aliquãdo interrogatus, τί ἐστιν ἐλπίς, id eſt, quid eſt ſpes, ἐγρηγορότος (ait) ἐνύπνιον, id eſt, vigilantis ſomnium: quod alij ad Platonem referunt: Stobæus autem Ser. 109. ad Pindarum. Ad hoc autem alluſiſſe videtur Virg. Eglo. 8.

*Spes vigilantis ſomnium.*

*——An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?*

Vnde & aliud depromptum eſt ab Alciato, in illo Spei ſimulacro:

*Qui comites? bonus Euentus: præcepsq; Cupido.*
*Qui præeunt? vigilum ſomnia vana vocant.*

At ipſius Pindari ſententia eſt, Olympiorum Ode duodecima, qua ſignificatur, hominum ſpes multa ſurſum, contraq́ue multa deorſum volutare, mendacia vana ſectantes. Neminem in terra viuentium certum de futuris ſignum nobis reperiſſe. Futurorum enim iudicia cœca eſſe: ac pleraque hominibus præter ſententiam voluptati contraria euenire. Alios verò, poſtquam in triſtes procellas incurrerunt, ingenti bono malum repentè permutare:

Αἵ γε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω
ψευδῆ μεταμώνια τέμνοισαι, κυλίνδοντ' ἐλπίδες.
Σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν, ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας, εὗρεν θεόθεν.
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωντε φράδαι.
πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος, οἱ δ' ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις
Ἐσθλὸν βαθὺ πήματος ἐν μικρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

In hanc ſententiam eſt Dialogus Dardani in Spem lepidiſſimus:

*Tu quæ ſuſtentas tereti veſtigia ligno,*
*Es ne Dea? an noſtro ſanguine creta? Dea.*
*Vnde ſata? Ex cæca rerum caligine. Et ecquæ*
*Admouit nutrix vbera? Credulitas.*
*Et quinam à tergo plaudunt tibi? Gaudia. Dic quis.*
*Pallidulo ſemper te præit ore? Timor.*
*Suſpicis intento cur cœlum lumine? Tandem*
*Hinc dabitur votis meta ſuprema meis.*
*Fare age, quæ vultus deturpet cauſa ſerenos?*
*Excrucior quoties irrita vota cadunt.*
*Cur baculo innixa es? Dum paſcit opinio mentem*
*Cæca meam, irrepſit curua ſenecta mihi.*
*Cur titubas pedibus? Rerum eſt ſpes lubrica. Sæpe*
*Quod puto complecti, labitur è manibus.*

Quin è noſtris Bald. in eleganti tractatu ſchiſmatis, quem poſuit in rubrica. C. ſi quis aliquem teſta. prohi. col. 13. uerſ. præterea ſicut qui habet, in hanc ſcribit ſententiam: Spes ſæpe ſapientiſſimos fallit, ita vt patiantur lethargum, illuſarum mentium morbum. Quæ ſunt verba Boetij libr. 1. de Conſolatione Philoſophiæ. Ad quod allegat Bal. l. 3. §. ſi quis ſtatu liber. verſ. quanquam conſtet. ff. de cond. ob cau.

35 ¶ Quod cũ ita ſit, ideo ex Iuriſconſultorum legibus, non dicitur pati damnum, qui perdit ſpem lucri futuri. l. Proculus. ff. de dam. infect. per quam ita dicit Alexand. in l. 3. §. in fideiuſſorem. & l. ſeq. ff. qui ſatiſd. cog. ſed & ante eum Bal. conſi. 182. locata fuit quædam poſſeſſio, colum. 2. li. 1. dicit, ꝙ qui perdit lucrum nondum factum, ſed ꝙ eſt tantum in fieri (vt ipſe loquitur) non dicitur pati damnum, licèt eſſet apparatum ad lucrum. De quo dicit eſſe tex. expreſſum, & no. in l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condi. ob cau. Propterea cum multa (ait) accidere poſſunt, quæ impediunt fructus prouenire ad maturitatem & effectum, puta niues, grandines, incurſus hoſtium, & ſimilia. l. ſi fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emp. propter quod de futuris fructibus certum non poteſt iudicari. l. ſi ea lege. C. de vſur. & facit l. ſi iactum retis. ff. de actio. emp. & vendi. & pleniſſimè no. per Barto. in l. cotem. §. qui maximos, colum. 4. verſic. quartò quæro. ff. de publ. Ideo frumentum in herbis non pluris æſtimatur, quàm in herbis valeat, conſiderata qualitate præſenti, non autem futura, quæ nondum apparet, argumen. l. in lege. ff. de contrah. emp. Hæc fermè Bal. qui & idem de frumento, quod in herba eſt, uoluit etiam conſ. 132. & quod dictus, colum. vlt. libro 3. & conſ. 292. quia ex facto, colum. 2. lib. 5. & in rubr. C. de vſur. colum. vlti. verſic. tertiò quæro, cum alijs concor. à me congeſtis ſuprà ti. omnium noſtrarũ conſuetudinum 6. §. 2. in glo. 2. A qua quidem ſententia non longè abeſt, quod ex Catonis oratione ſuprà adnotauimus, numero 31. incip. in quam rem.

*Dãnum nõ patitur qui ſpẽ perdit lucri.*

36 ¶ Et in eam ſententiam remigrat, quod ſcribit Bart. in l. ſi poſt emancipationem. §. 1. per illum textum. ff. de libe. lega. quòd non habetur ratio ſpei, niſi habeat ius de præſenti. Ideoq; ſi in contractu apponuntur huiuſmodi verba: Remittit omne ius, quod habet, & habere ſperat in tali re: tunc videtur remittere omne ius, quod habet

*Spei quando rõ habẽda ſit.*

*Remiſſio iuris ſperati quid cõprahẽdat.*



de præſenti, vel ſperat habere in futurum, ex cauſa ſubſiſtente de præſenti, aliàs non. Sicut etiam dicimus de ſtatu libero, qui ſi habet ſpem in libertate ex iure fundato de præſenti, quia hæreditas eſt adita, dicitur ſtatu liber, & non aliàs. l. 2. ff. de ſtatu li. & idem fermè dicit idẽ Bar. in l. quod Seruius, ante fi. per illum tex. & ibi etiam Pau. Caſt & Ale. ff. de cond. ob cau. & idem Bar. in l. qui cum tutoribus, in prin. & ibi etiam Ang. Pau. Caſt. & recentiores, & iterum in §. vlt. illius l. ff. de tranſact. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 1. oppo. iterumq́; in 6. q. vbi etiam Ang. & Fran. Are. colum. antepen. Alex. & alij recentiores, de verbo. oblig. & idem Bar. in l. ſi vxor. §. diuus. & ibi Ang. ff. de adulte. & Bal. in l. ſpem. C. de dona. & in l. pactum, colũ. 3. & in 6. q. C. de colla. & in c. ſanè, col. vlt. in fi. de renun. & conſ. 38. ſuper primo puncto, in 6. ratione, lib. 2. & in d. l. vlt. col. 1. uerſ. & hoc facit ad quæſtionem, & ibi etiam Fran. Are. in 2. no. C. de pac. & in d. l. ſpem. C. de dona. Petr. Anch. in c. 2. in 1. no. & ibi quoque Ant. in 3. no. & iterum col. vlt. verſ. infertur ſecundò. & Pan. col. vlt. verſ. faciunt autem prædicta, extra de renun. & Petr. Anch. in Cle literas. & ibi etiam Barb. col. 2. de reſcrip. & idem Pe. conſi. 204. viſis ponderatis, col. 3. verſ. ſextò & vltimo, & conſ. 291. ſuper pluribus, uerſ. nec obſtat ſtipulatio. & Fran. Are. cõſ. 6. viſo inſtrumento diuiſionis, col. 3. verſ. ego autem pondero, & conſi. ſeq. procedendum eſt breuiter, col. 2. & conſ. 72. viſo legato facto, col. pe. verſ. præterea licet. & Alex. conſ. pe. perſpectis, col. 3. in fi. lib. 5. Corn. conſ. 11. & in præſenti, colũ. 15. verſ. quia reſpondetur, lib. 3. & conſ. 80. placet mihi, colum. 2. verſ. ergo nec dicta, lib. 4. Geor. Nat. in repe. c. quamuis, col. 4. verſ. imò fortius, de pactis, lib. 6. & Soc. conſ. 50. viſo inſtrumento, col. vlt. lib. 1. & cõſ. 147. viſa facti contingentia, col. 3. in prin. Alcia. in l. conditionales, in verbo, iniquum, poſt prin. C. de pact. & Stepha. Bertran. conſ. omnium 1. col. 23. nu. 128. lib. 1. & conſil. 342. nu. 9. lib. 2. & conſ. 226. Chriſti, &c. viſo caſu, nu. 6. eo. li. 2. & Hippo. Marſ. conſi. 76. largire, colum. vlt. lib. 1. Matth. Affli. Deciſ. Neap. 350. fuit dubitatum, col. 2. D. Benedict. in repe. c. Raynutius, in verbo, ſi abſq; liberis, leg. 2. nu. 112. de teſta.

37 ¶ Superiora quoq; illud haud debiliter fulcit, ꝙ licet nomen rei multum generale ſit, vt ſcribitur in l. 1. §. rei. ff. ſi cer. pe. vtpote quod latius pateat, quàm verbum pecuniæ. l. rei appellatio. ff. de ver. ſign. quamuis appellatione pecuniæ omnes res ſignificari, ſcriptum ſit in l. vlt. C. de conſti. pecu. Tamen ſpes non comprehenditur appellatione rei, vt voluit Ro. in l. is poteſt, col. 1. ff. de acquir. hære. per l. ſpem, iuncta l. conſtante. C. de dona. & facit (inquit) l. nec empti. ff. de contrahen. emp. Miror autem hic Philippum Probum, qui mihi verè Probus à multis dictus eſt, hæc propè omnia, quæ in his poſtremis uerſ. diximus, & propè ad verbum, vt in præcedenti editione ſcripſeramus, exceptis his, quæ nunc addidimus, tranſtuliſſe in ſuas Addi. ad Io. Mo. in c. ſi poſtquam, de præbẽ. li. 6. quæ nos libenter ſubticuiſſemus, nomini illius parcẽtes, ni veriti fuiſſemus, ne quis nos contra hæc ab eo ſurripuiſſe exiſtimaret, ignarus fortè præcedentis illius noſtræ editionis, quæ facta fuit anno 1524. quod & nos de alio alibi diximus.

*Rei nomẽ latè patet.*

*Rei appellatione ſpes nõ cõtinetur.*

*Furtũ huius libri.*

38 ¶ Quanquam ne illud omittamus, quod ad ſpei mentionem pertinet, videmus, ꝙ ſpes & vend. & aliàs in contractum deduci poteſt. l. nec emptio. ff. de contrah. emp. & d. l. ſpem. C. de dona. & ibi concor. in glo. & per Azo. in Summa. C. de contrah. emp. col. 2. verſ. item ſpem. Et id quidem vſque adeo, vt in ſpe vendita habeat locum remedium. l. 2. C. de reſcin. vend. habita videlicet ratione pretij, quod communiter datum fuiſſet pro ea ſpe, vt notab. voluerunt Petrus Anch. Imo. in fi. & Anto. Burg. col. 7. in 8. extenſione, in c. cum cauſa, ext. de emp. & vẽdi. quod dicit ipſe Burg. not. pro l ſi iactum retis. ff. de act. emp. Quanquam ſcio Sannionẽ Terentianum illud dixiſſe in Adelphis:

*Spes vẽdi, et aliàs in contractũ deduci poteſt.*

*Spes facit locum l. 2. C. de reſcĩ. vendi.*

*——Ego ſpem pretio non emo.*

Sed vt redeamus, propter ſolã ſpem quis mittitur in poſſeſſionem bonorum abſentis. l. ſi filiofam. ff. qui. ex cau. in poſſ. eat. & ibi no. Ang. & Zazius. Sed & propter eandem, & quidem ſolam, datur in integrum reſtitutio. l. 3. §. ſi quid minori. ff. de mino.

39 ¶ Nec poteſt aliquis priuari eo iure, quod in ſpe tantum habet, ſine ipſius conſenſu. l. in diem. §. non autẽ. ff. de aqua pluuia arcen. quam ad hoc allegat & dicit no. Bal. conſi. 431. ad euidentiam prætermittendum eſt, colum. 2. li. 2. cum alijs concor. à me adductis in tract. Retractuum, ti. 2. §. 1. in uerbo, *ſeront preferez*, quæ eſt gl. 7. num. 20. incip. neque id quidem. Idq́ue in tantum verum eſt, vt ius mihi ſpe tantum per te quæſitum ex iuris diſpoſitione, non poſſit per te mihi auferri, per tex. in l. ſi conſtante, in verbo exceptis. C. de donatio. ante nup. quem Bald. ibi ponderat, & adducit concord. & Franc. Are. d. conſi. 7. procedendum eſt, colum. 2. & iterũ conſi. 74. diligenter & maturè ponderatis his, colum. 5. uerſ. pro iſta concluſione, ubi illum textum dicit ad hoc ſolennem, & Alexand. in ea re tamen diſtinguens, in l. qui Romæ. §. Flauius, colum. 8. ff. de verbo. obliga. cum alijs quoque concor. à me congeſtis in gl. Retractuum à me nuper citata, num. 22. incip. atque vt vtrunque. Licet tamen in contrarium uideatur eſſe tex. in l. 3. & quod ibi no. Bar. ff. de ſeru. expor. & in l. 1. & ibi Bal. C. ſi man. ita fue. ali. quos tex. ad hoc ponderat Imo. in cap. potuit, in vlt. char. de locat.

*Spe nemo priuari poteſt ſine eius cõſenſu.*

40 ¶ Et quod magis mirãdum eſt, licet regulariter quis non poſſit experiri ſine actione. l. quoties. §. ſi temporali. ff. de admi. tu. cum ſim. ſi tamen ſperatur actio in conteſtatione litis, poteſt quis agere rõne illius ſolius ſpei, tametſi actionem non habet in principio, tex. eſt in l. Titius. ff. de verb. obl. quem ad hoc ibi no. Bar. & alij, inter quos Imo. facit ſing. Et in actione legis Aquiliæ venit dãnum ſpei cohærens corpori. l. proinde. §. 1. & l. inde Neratius. & l. in lege Aquilia. ff. ad legem Aqui. & uoluit per ea iura Bal. d. conſi. 182. colũ. 1. lib. 1. Et propter ſolam ſpem cauetur, ſicuti propter rem, vt eſt tex. in l. ſi vſusfructus mihi. ff. vſusfruct. quemad. caue. quem ad hoc ponderat Luc. Pen. in l. 1. colũ. 3. verſ. 8. C. de priui. eorum, qui in ſac. pal. mil.

*Spei rõne agi poteſt.*

*Spes caueri facit.*

41 ¶ Et facit optimè tex. in c. quamuis, de reſcrip. lib. 6. ex quo probatur, quòd reſtitutio facta à principe, intelligitur ſine præiudicio iuris alteri ſpe tantum quæſiti. Loquitur enim ille tex. de eo, qui habebat literas expectatiuas ad beneficia vacatura, quæ ſine dubio, priuſquam beneficium vacet, non conferunt, niſi ius conditionale, quod non poteſt dici quæſitum, niſi ſpe, vt uoluit Bar. in d. l. is poteſt. poſſet enim expectans præmori, & ſic expiraret gratia, & ideo dicitur ius quæſitũ ſpe, vt tradit Io. And. in c. ignorantia, de regu. iur. libro 6. in Merc. Et facit etiam, quod no. uoluit Iacob. Butr. in ſua diſputatione: quam refert & ſequitur Petr. Anch. in ca. 1. in 13. q. principali, de conſti. quòd ſicut noua conſtitutio, ſiue lex nõ trahitur ad ius quęſitum de præterito re ipſa: ita nec ad ius conditionale, quod, vt iam diximus, non poteſt dici quæſitum, niſi ſpe. Adde & quod no. conſuluit Domi. conſil. 107. ſuper primo dubio, ad fin. quòd ius alterius, quod in ſpe tantum, debet exprimi in impetratione beneficij, per no. in c. in noſtra, de reſcrip. & in c. literis, eo. titu. Et quod dicit Bal. in l. cum & filijfa. C. qui bo. ced. poſſ. poſt Pla. & glo. ibi, quòd nihil habens, poteſt cedere bonis, ratione ſpei: non quòd uideatur cedere bonis futuris, per no. in l. vlt. C. quæ res pigno. obli. poſſ. ſed ne poſtea conueniatur, niſi inquãtum facere põt. Et quod tradit idem Bal. conſ. 339. caſus talis eſt, quædam indulgentia, col. 2. lib. 1. ꝙ ijs quæ non ſunt, ſed

*Spei non præiudicatur per reſtitutionẽ principis.*

*Lex noua non trahitur ad ius quæſitum ſpe.*

ſed ſpes eſt ea fore, poteſt concedi priuilegium per l.ſi ſeruitus.§.futuro.ff.de ſeru.vrb.præd.licèt aliàs ſecus,vt probat alijs iuribus.

42 *Spes ratio quæ ius nõ habet de præſenti.* ¶ Et quia fortaſsis quiſpiã diceret, iſta intelligi ſecundum dictum Bar.in illis locis nuper allegatis, quia videlicet ſpes in his caſib.erat ex cauſa de præſenti. Certè caſus eſt,in quo habetur rõ ſpei, quæ non habet ius de præſenti, in l.3.§ ſi quid minori.ff.de minori.vt ẽt annotat Bar.in d.l.poſt emancipationem.§.1.in fi.ff.de lib. lega. Et alibi dicit idem Bar.in l.Gallus.§.videndum.ff. de libe.& poſthu.ꝙ ſpes pro veritate habetur. *Spes pro veritate.* Quod tantum diſtat à veritate, quantum cum ea è diuerſo illud conuenit,ſolam ſpem facere vſurarium & ſimoniacum : *Spes vſurariũ facit, et ſimoniacum.* vt de primo eſt tex.in c.1.in verbo,expectes, & ibi gl.14.q.3. & voluit Io.Fab.in l.ſi ea lege.C.de vſur. Secundum aũt voluerunt gl.vlt.& Doct.in c.tua nos, extra eo.ti. Et aliàs ſpei habendam rationem,tradit tex. in l. ſtatuliber. ff.de queſt.& in l.ſtatuliberi à cæteris,in prin.ff.de ſtatulib.Sed de his hactenus.

43 *Deſtinatio an pro re facta habeatur.* ¶ Cæterum autem an & quando alias actus deſtinatus habeatur pro completo,vide Bar.Alex.& alios recẽtiores in l.cætera.§.ſed & ſi placuerit.ff.de leg.1.Albe.in 2.parte ſtatuto.qõ.205.incip. item quæro duas pulchras qõnes.Bal.& alios in l.ſi nondum.C.de fur. Alexã.in l.à Diuo Pio.& ſic quoque,col.3.verſ.tertiò no.ff. de re iudi.Barb.conſi.57.præclarè ſcribitur,col.5.li.1. & conſi. 81.præclarè & luculenter,li.4.& conſ.vit. col. 3. & ſeq. eod.li.4.& Fely.in c.cum adeo, col.2.verſ. de deſtinato ad clerum, & col.ſeq.extra de reſcr.& nouiſsimè Catellianum in Memoriali, cuius principium eſt, Veſtibus legatis,quæ in domo ſunt.

44 *Inſpicitur nè quid euenire põt.* ¶ Vtrum verò,& quando inſpicitur, ꝙ euenire põt, vide abundè per gl.Bar. & alios recentiores in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de ver.obli.& Docto.in l.ſi diem. § vlt.ff.de iuriſd.omn.iud & Cy.in l.vlt. §. ſin autem.C. commu.de leg.Bal.in eadem l.vlti.§.ſed quia. & l.eadẽ, col.4.C.loca.Io. Fab. & alios in d.l. illud quæſitum eſt, Inſt.de rer.diuiſ.

45 *Statutũ viri non uxoris ſequendum.* ¶ Item quæro ſecundò, quidam Pictauienſis duxit vxorem alterius prouinciæ, quæ iure communi vtitur, vt.ſ.vxor non ſit in poteſtate viri, vel è diuerſo: an conſideranda erit viri patria, an verò vxoris. Et ſanè nemo vnquam,vt puto,dubitabit, quin viri ſtatutum ſit ſequendum,per tex.in l.exigere,& ibi Bar.Bald. Alb. Ange.Paul.& alij.ff.de iudic. & quod voluerunt Bar. Salyc. & omnes in l.cunctos populos.C.de ſumm.Trin.& fid. cathol.Bald.in authen.omnes peregrini.C.commun.de ſucceſſ.& in cap.1.§.vlt.titu.de inue.de re ali.fac. vbi ita dicit communiter teneri, & in rubr. de conſue. colum. 2.verſ.de conſuetudine dotis.Arch.& Domi. in cap. illud.12.diſt.& omnes ferè,in cap. vlt. de foro compe. & in c.1.de ſponſal.& Petr.Ancha.conſ.212. pro iſta parte,poſt prin.& Imo.conſ.73.in caſu propoſito, colum. vlt.Raph.Cuma.conſ.26.cum ſtatutum, & conſ.72.viſis pactis,& conſ. 109.domina Ioanna.Alex.conſ. 129. ſuper primo,li.7.vbi & ita dicit cõmuniter teneri, & Phil. Dec.conſ.402.in cauſa illuſtriſsimi,in prin. Maria.Soc. Iun.conſ.14.in præſenti conſultatione,col.1.li.1. & alibi ſæpe Doct.

46 *Niſi vxor virum ad ſuã domũ trahat.* ¶ Quod tamẽ intellige, & limita ſingulariter, quãdo vir duxit vxorem ad ſuam ipſius domum, vt fieri ſolet, Homeri teſtimonio lib.6.Odyſſ.

Ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας,οἶκον δ' ἀγάγητε.

Vt patet ex l. cum in te. C. de donationibus ante nuptias, cum ſimil. & voluit Bald. in cap. iurauit, colum. 2. in fine, extrà de probationibus. Secus,ſi uxor virum ad ſuam duceret, vt nonnunquam fit. l. ſi ignorans. C. ſoluto matrimonio. ita enim eam intelligit Franc. Rip. in rubric.ff.eodem ti.colum.antepenul.num. 69. quamuis eam aliter intelligo, vt alibi etiam ſuprà dixi. Eſſet enim hoc caſu vxoris patria conſideranda, non viri, ut belliſsimè voluit Bald.in l.vltima, colum. 1. C. ſi non à compe.iud.dicens ita debere intelligi no.per Io.And.in Nouella.& Inno.in d.c.1.de ſponſal. Quod dictum pro ſolenni allegat Fely.in eo ipſo c.1.colu.n.pe.verſ. tertiò limita.& pro ſingulari Fran.Cremen.no.66.incip. ſtatuto Floren.& Iaſon in d.l.cunctos populos,colum.6. verſicu. ſecundo limita. in prioribus ſcriptis : & rurſum in poſterioribus, columna 14.pari uerſ.& Bened. in repe. cap.Raynu.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nume.785.de teſta.& ſequitur Barba.in rubr.de conſuetu. colum.15.verſic. poſſet etiam & 2. vbi & ad hoc allegat tex.in d.l.exigere dotem,ibi, in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem mariti erat reditura : vt.ſ.à contrario ſenſu,ſi maritus eſt iturus ad domicilium vxoris,contra dicendum ſit. Et tamen nonnihil nutat. Et idem Barba. conſil. 4. probè inquit Pſalmiſta, columna prima,libro ſecundo,& Hippoly.Marſil.ſingu.267. dubia probatio, paulò ante finem, & in repe.l.vltim.numero 66.ff.de iuriſdict.omnium iud & ſequitur Iaſon in l. cum quædam puella, in primo not. & in prima ampliatione. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & Franciſcus Purpuratus in dicta l.cunctos populos, colum. 19. verſicu. ex ſecundo præmiſſo. & latè Philipp. Dec. qui optimam huius rei rationem reddit,conſ.283. cuius ſuperſcriptio incipit, de ſtatuto de lucro dotis, colum.5. verſ.ſed his,& ſimilib. Et facit quod voluit Ioan. Pla.in l.mulieres,columna ſecunda, uerſ.item quid ſi uir. C. de digni.libro 12.

47 *Vxor ſuperbior,cũ vir in eius domo habitat.* ¶ Quæ ſententia ex eo fulciri poteſt, quòd ad ſuperbiam dominationemque uxoris in uirum multum uidetur habere ponderis, & momenti habitatio uiri in domo uxoris : ut apertè inſinuat Diuus Hieronymus in Iouinianum lib.1.exponens illud Prouerbiorum 21. & iterum 25.Melius eſt habitare in angulo tecti, quàm cum uxore litigioſa in domo communi.Inquit enim : Si domus communis mariti & uxoris erigit uxorem in ſuperbiam,& contumeliam uiro facit,quanto magis, ſi in domo eius uir manſerit? incipit enim non uxor,ſed domina eſſe: & uiro,ſi offenderit,migrandum eſt. Sciendum quam ſententiam legimus, nonnunquam uxores à ſuis ipſarum domibus uiros expellere, ut traditur ab Angel. in l.Marcellus, in princip.per illum tex. ff. rerum amor. ubi ſubdit,ſic Reginam Ioannam incarcerari feciſſe uirum, quia regnum erat ipſius Reginæ. Et facit tex. in l. ſi patria. C. de incol. libro 10. & in leg. domicilium. ff. ad municip. ubi ſi uir transferat domicilium ad patriam uxoris, illic debet ſubire onera eius loci. & ita etiam uoluit Franciſcus Ripa libro ſecundo, reſpon. ſi ſupremus,nume.5.

48 *De eadẽ re.* ¶ Quanquam Bal. ſibi contrarius dicit in dict.l.cum quædam,poſt prin.ff.de iuriſd. omnium iud. quòd uxor ſortitur forum uiri, etiam ſi uirum traduceret ad ſuam domum. Pro quo facit,quod uoluit gloſſ.in l.ea quæ deſponſata.ff.ad municip. uxorem nondum traductam ad domum uiri, mutare domicilium proprium,& uiri domicilium nanciſci. Tanquam traductio uxoris non ſit cauſa mutationis domicilij, ſed ſolum matrimonium,ut etiam ex ea annotauit Alexander in dicta l. cum quædam, ubi eam gloſſam facit notab. Et hanc quoque poſteriorem partem tenet Caccialup.poſt Bern.Car. Spoletanum,in repe. dictæ l.cunctos populos,colum.6. uerſic.quartus caſus.

49 ¶ Sed tenendo priorem ſententiam Bal.quæ eſt communior,intelligit procedere Fely.in d.c.1. quando conſtat, quòd maritus intendit ibi perpetuò habitare, aliàs ſecus,per no.per Docto.in l.lex Cornelia.§.1.ff.de iniu. & idem uoluit Philipp.Decius in d.l. cum quædam. colum.2.uerſicu. in gloſſ. ſ. Ad quod atque etiam ad prædictam Bald. limitationem benè facit textus in d. l. ſi

patria.



patria.C. de incol.lib.10.& quæ in ſimili ſcribuntur in l. fundi.§.Labeo.ff.de act.emptio. & in l.cætera.§. itẽ hoc prohibetur,ibi,ut ſi qua ibi fuerint perpetuò, & quæ ibi notantur à Iac.Aret.Bald & Alex.& Iaſ. in §. hoc ſenatuſconſultum.ff. de legat.1. & quæ nos quoque diximus in noſtro Tractatu Primigeniorum, in 48. quæſtione, num.6.incip.quæ autem ita ſunt.

50 *De eadẽ re generaliter.* ¶ Aliàs autem, quando vir & vxor ſunt diuerſorũ locorum, vtrius ſtatuta vel conſuetudines inter eos ſeruari debeant, vide omnino per Doctor.in d.l.1.C.de ſum. Trin.& fi.cathol.& in l.exigere.ff.de iudi.& in d.ca. vlt. extrà de foro compet.& in d.cap.1.extrà de ſponſal. vbi Fely.inter cæteros per multas col.proſequitur. Archi.& Domi.in d.cap.illud.12.diſt.Alexã.conſi.101.ex inſpectione dictorum ſtatutorũ,fermè per totum lib.3.Barb. d.conſi.4.per totum,lib.2.& nouiſsimè Philip. Dec.cõ. 19.cuius ſuperſcriptio incipit, In lucro dotis,in 1.queſt. vbi inter alia fretus pulchris rationibus, & authoritate Raph.Co.d.conſ.26.& d.conſi.72. notabiliter & ſubtili. vt ſemper aliàs ingenuè reprobat dictum Bal.in d. ca. 1.§.fin.tit.de iniuſt.de ali.re fac.limitantis id,quod dictũ eſt,inſpiciendum eſſe ſtatutum loci viri, non vxoris, vt non procedat,quando error interuenit: *Quid ſi vxor ignoret ſtatutum uiri.* quia ſcilicet veriſimiliter mulier ignoret ſtatutũ mariti, qui fortè forenſis erat, & iuris communis fiducia ſimpliciter contraxit matrimonium.Quod tamen dictum Bald. ſimpliciter ſequitur Alex.d.conſi.101.& Fel.in d.ca.1.colum. penul. verſi.ſexto limita, de ſponſa. & Iaſon in d.l.1.colum.6. verſic.5.ſingu.C.de ſum. Trinit.vbi hoc dicit ſing.& benè ſignandum in lect.Paduana, & iterum in lect.Ticinẽſi,colum.15.verſi.quartò limita. vbi & hoc facit ſing. & Hippol.Marſil.in repet.d.l.vlt.nume.68. de iuriſdictio. omnium iudic. *Quid ſi ignorabat maritum eſſe extraneum.* Subdit tamen Decius, quòd fortè dictũ Bald.haberet locum, & poſſet ſaluari, quando probaretur, quòd ipſa mulier ignorabat maritum, cum quo contraxit, eſſe forenſem.quod & tradit dict.conſi.283. ubi ſuprà.

51 *De eadẽ re.* ¶ Sed id non firmat Marianus Socinus Iunior in dic. conſ.14.colum.2.verſ.ſed defendendo,lib.1. vbi ſimpliciter ſequitur id,quod ſuprà verſic.præcedenti dicit ipſe Decius ex Raph.Com.Imo verò ſubdit ipſe Marianus, ne ipſum quidem Bal.id firmare,cùm nouiſsimo loco referat,quoſdam ſimpliciter & indifferenter tenere, attendi ſtatuta ciuitatis viri,non conſiderata ignorantia: quaſi videatur Bald.huic vltimæ opinioni per eum ſimpliciter relatæ adhærere,ex ſententia glo.in l.cùm quidam.§. Sabinus.ff.ad S.C.Trebellia. Et illud quoque dictũ Bal, reprehendit ante hos Barb. in d.rub.de conſuet. colum. 15.verſi.limita etiam.Nam aliàs (inquit) euerteretur cõmunis omnium doctrina, quæ dicit inſpiciendum domicilium viri : quia ſemper mulier præſumeretur ignorare ſtatuta,& conſuetudines domicilij ipſius viri, per id qđ no.gl.in cap.cognoſcentes,de conſtit.

52 *Quid ſi agatur de re immobili.* ¶ Quid autem, ſi agatur de re immobili, vel fortè reſpectu doarij (quod vulgò vocamus:alij vocant dotalitium)vel etiam alterius cuiuſpiam rei? vtrum ſeruandũ ſit ſtatutum loci,in quo res ipſa immobilis ſita eſt,an domicilij viri? vide de hoc Barto. Cæp.in rep.dict.l.1.in 9. char.verſi.ſecundus caſus. C.de ſacroſanc.eccl.& Barb. in d.rub.de conſuet.col.15.verſi.limita tamen, niſi dos, & expreſsius Carol.Ruin.conſi.58.cuius exordium eſt, viſis & diligenter conſideratis,col.5.nu.12.lib.3.

53 *Statutum puniens iniuriam factam magiſtratui, an habeat locum in vxore magiſtratus.* ¶ Et quoniam dictum eſt, vxorem ſequi forum atq; conditionem mariti,in quæſtione, & quidem tertiò, vetſatur, vtrum etiam & priuilegiũ, ita ſcilicet, vt gaudeat priuilegio mariti. Verbi gratia, Statutum punit dicẽtem vel inferentem iniuriam viris certæ ſortis, ut puta magiſtratibus quibuſdam ; vtrum id ſtatutum habeat locum in dicente vel inferente iniuriam vxoribus huiuſmodi magiſtratuum, Et ſanè uidetur locum habere. Qualitas enim magiſtratus, propter quam priuilegium conceditur, & augetur pœna contra delinquentem, eſt honorabilis,& ſonans in dignitatem.Sed vt dictum eſt, vir vxori dignitatem communicat, atque etiam priuilegium ratione dignitatis conceſſum. Primùm de dignitate ſatis ſuprà fuit probatũ in 1. Leg. Connub.nu.18.qui locus, & fuſius oſtendimus in noſtro tract.Nobilitatis. Secundum de priuilegio ratione dignitatis conceſſo, probatur ex tex.claro in l.2.& ibi per Alber. colum.vlt.num.8. & Bal.C.de epiſ.& cler.vbi patet,quòd priuilegium cõceſſum clericis, competit etiam vxoribus clericorum. *Priuilegium clericorum an cõpetat vxoribus eorũ.* & in l.vlt.& ibi Cyn.C.de iniur.& l.medicos.& iterum l. vlti. C.de profeſſ.& Med.lib.10.& l.eos qui.& Lucas Pen.& Io.Plat.C.de fabri.lib.11.& l.2.C. de comi. conſiſto.li. 12.& l.in ſacris noſtris. & iterum in l.ſacris ſcrinijs,tum in princ.tum alibi ſæpe in verſi.hoc ſi proia.C.de proxi. ſacr.ſcrini.eodem libro,& in l.ultima, etiam non ſemel. C.prin.agen.in reb. eo.li.12.& in l. ult. etiam non ſemel. D.de priuil.ſcho.eo.lib.

54 *Quid de priuilegio fori.* ¶ Et hoc quidẽ in priuilegio fori tenuit expreſsè glo. in c.eos qui.32.diſt.& in cap.3.11.q.1.& ſequitur Imo. in cap.2.& ibi etiam Pan. colum.2.& ſeq.de for. compe. item Imo. & Domi.in cap.1.§.ult.colum.penul.uerſicu. quid de uxore,de cler.coniug.li.6.& diſcipulus Imo.Pe. Belluga in Speculo principum, titu.de propoſitione grauaminum.§.uidendum,col.2. et ita quoque uoluit Spec. tit.de cler.coniu.§.1.colum.2. *Quid ſi cõpetat ex ſpeciali iure.* Quod et procedit non ſolùm quò ad forum, quod eſt mariti de iure communi, ſed etiam quod ex ſpeciali priuilegio competit, ratione artis,uel alterius priuilegij perſonalis, ut eſt text.in eam rem admodum notandus in d.l.eos qui.C. de fabri.libr. 11.quem tex.dicit ad hoc ſingu.Maria.Soc.in rub.extra .de foro compet.col.5.uerſi.66.in fi.et iterum conſi.12. quoniam in præſentiarum,colum.antepe.uerſicu.et non ſolùm clericus.et eſt ſimilis text.in l.ad diuerſa.C. de Silenti.lib.12.

55 *Quid ſi priuilegium competat ex diſpoſitione pœnali.* ¶ Et benè etiam facit text.in l. 1. C. de in ius uoc.ubi diſpoſitio etiam pœnalis, concedens priuilegium marito,ad uxorem quoque porrigitur: ſicuti et Bal. Saly.Ale. et alij recentiores ibi not.quibus Phil.Dec.in 2.not.addit,rationem æquitatis hoc ſuggerere,per l.non tantum. ff.de re iud.in fi.ubi et Raph.Co.ex hoc infert, quòd ſi marito concedatur priuilegium , ut gabellam nõ ſoluat, certè et uxor ex huiuſmodi priuilegio non tenebitur ſoluere. Quamuis Alex.et Iaſon ibi non ei aſſentiantur. Quinetiam Bal. conſi.409. conceſſus fuit ſaluus conductus,li.1.dicit generaliter, quòd uxor gaudet priuilegio mariti, per tex.in d.l.2.C.de epiſc.et cler. et l.1.et 2.ubi et hoc not.Odof.C.de uxo.mili. Et per hoc reſpondit ipſe Bald. ubi ſuprà. quòd ſi alicui fuerit conceſſus ſaluus conductus,ut poſſet uenire ad certum locũ, poterit quoque uxor illuc uenire, licet in ea conceſsione nulla fuerit uxoris facta mentio.quod conſ. iterum repetitum eſt in lib.5.conſi.414.et ſequitur Iaſon in l. ſi ſtipulatus fuero,ante medium. ff. de uerbor.oblig. et in d.l.non tantũ. colum.1.in fin. ff. de re iudi. ubi hoc egregium reputat. Et in ſimili dicit Albe.in 1.parte ſtatutorum, q.144.ſed pone quòd conceſſa,quòd immunitas à ſtatuto conceſſa uiro,uxori illius competit,per multa,quæ illic in eam rem adducit. Et idem etiam uoluit Alciat.in l. in uerbo, uxori.C.de in ius uocan. Et faciũt no.per. Lap.Pet. Anc. Phil.Fran.in c.ne aliqui,de priuil.lib.6.

56 *De iiſdem rebus.* Adiuuatque, quod uoluit Io. Pla. in l.mulieres.C.de dign.lib.12.quòd ſicuti uir propter priuilegium dignitati conceſſum, non poteſt torqueri, nec aliàs ſeueriter debet contra eum procedi, per l.ſeueram, eodem titu.ita nec etiam contra uxorem ipſius. Quod et uoluit Alcia. ubi ſuprà. Et quod tradit Matth. Afflict.in conſtit. Siciliæ,huius initij proſequentes, col.5.uerſi. ſecundò quæro,quòd conſti.qua cautum eſt,ne contra Comites, Barones

rones

rones & milites recipiantur teſtes ignobiles, cùm agitur de cauſa capitis, aut ſtatus, aut maioris partis bonorum, habet etiam locum in vxoribus huiuſmodi perſonarũ.

57 *De iiſdem rebus.* ¶ Deinde iniuria illata vxori, videtur illata viro & ei pro illa competit actio ſuo nomine.l. 5. §. item autem ꝑ ſemetipſum. & l.eum qui.§.& ſi nupta. & §.ſi iniuria. & ibi Bart.ff.de iniur. Ideoque not.dicit Luc.Pen.in l.1.in 20.q.C. pub.læti.lib.12. quòd qui pacem fecit cum altero,promiſitque eum non offendere,videtur pacem violaſſe,ſi vxorem offenderit, idque multis rationibus comprobat.Et facit,quod in ſimili not.Bal.in authen.habita. C.ne filius pro patre.quòd ſicut per illam auth. inferens iniuriam ſcholari, punitur pœna quadrupli, ita inferens iniuriam ſorori,vel fratri, vel matri eunti ad viſitandum eum.Quod magis & fortiori ratione videtur procedere in vxore,per dictas rationes.Vt interim non prætermittam ex legibus Moſaicis, Quicquid à populo ſacerdotũ ordini contribuebatur, ex eo quoque vxores participes fuiſſe:vt annotatum eſt à Ioſepho, libro Antiquita. Iudaiçarum 4.cap.etiam 4.

58 *Contra ſu prædicta.* ¶ Contrarium tamen,cùm ex facto incidiſſet ſpecies talis, conſuluit Fran.Aret.conſi.130. conſultiſsime domine Collateralis, in cauſa iſtius inquiſiti, & ſequuntur Thomas Dotius, Lance.& Phil. Dec.& And.Alciat.in d.l.1.C.de in ius voc.& idem Dec.in l.more, colũ.2.in 6.not.ff.de iuriſdict.omnium iud.& conſi.301. in ciuitate Alexandriæ,colũ.2.verſi. ſecundò prætermittendum. Mouetur Areti.his rationib.Sicut vxor participat dignitatem viri,ita & liberi, patris, vt eſt textus in l. Senatoris filius.ff.de Senato.Quinimò priuilegium conceſſum patri ratione dignitatis, trahitur ad filios, vt eſt caſus in l. moris.§.iſtæ ferè,iuxta fi. ff. de pœnis.& in l.D.Marco. C.de quæſt. Et benè facit textus & gl.in l.1. C. qua ętat. lib.10.Et tamen Baldus pulchrè decidit in l.1.colum.1. in fi.C.ſi rector prouin.per illum textum. quòd ſi ex forma ſtatuti,offendens Poteſtatem puniri debet aliqua magna pœna, certè offendens filium Poteſtatis, non punitur ea pœna,quanquam,vt dictum eſt,participet dignitatem patris filius,quod dictum Bal.reputat ſing. Aret.vbi ſuprà,de qua re etiam latè per eundem Aret.in l.maritũ, in fi.ff.ſolu.matrimo.

59 *De eadẽ re.* ¶ Præterea dignitas,quæ vxori communicatur ex perſona viri,non eſt dignitas principalis,ſed competens in conſequentiam,ſecundum Bart.in l.ſi Auguſtę, quam legit ſimul cum l.quòd princi.ff.de lega.2.quin longè minor eſt dignitate, quæ viro competit. vt eſt textus in l.1. ff.de Senato.Statuta autem & maximè pœnalia & exorbitantia,debent ſtrictè & propriè intelligi in caſu non ficto.l.quod verò.ff.de legi.& l.conſtitutionibus.ff.ad munici.& plenè per Bar.& l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. Cùm ergo ſtatutum imponit pœnam offendenti magiſtratum,non poteſt habere locum in uxore, quę per conſequentiam impropriè & fictè cenſetur eſſe in ea dignitate l.3.§.hæc verba,ff.de neg.geſt.

60 *Dignitatis appellatio.* ¶ Ad hæc, in materia pœnali, appellatione dignitatis, venit dignitas,prout eſt principaliter in aliquo, non ꝓut eſt in conſequẽtiã & participatiuè.tex.eſt, quem ad hoc dicit ſing.Are.vbi ſuprà,in d.l.moris.§.poteſt.ff. de pęn. vbi prohibitus poſtulare apud Præſidem, non prohibetur poſtulare apud Legatum Præſidis. Et tamen clarum eſt,quòd Legato communicatur dignitas Pręſidis in cõſequentiam,& eum repræſentat, vt clarè dicit Bart.in d. l.quòd principi.ff.de lega.2.dum allegat l.1.& 2.ff.de offic.Præſi.quæ in Legato Pręſidis loquitur:& vicarius repræſentat Poteſtatem,& facit idem tribunal cum eo, vt eſt tex.in cap.2.de conſuet.lib.6.& plenè per Bar.in l.1. ff.quis & à quo appel.

61 *Vxor clerici an gaudeat priuilegio c. ſi quis ſuadente.* ¶ Denique hoc deciditur per id, quod no.voluerunt Io.And.Imo.& Do.in c.1.de cler.coniug.lib.6.& Imo. d.c.2.extrà de fo.compe.quòd diſpoſitio c.ſi quis ſuadẽte.16.quæſt. 4. quæ vult percutientem clericum eſſe excommunicatum ipſo iure, non habet locum in percutiẽte vxorem clerici,etiam ſi ſit legitima, prout poteſt contingere in clerico in minoribus conſtituto. Et ad hoc adducit Domin.rationem,deciſioni huius noſtræ quęſtionis benè conuenientem. Quia cùm iſtud priuilegium ſit conceſſum toto ordini eccleſiaſtico, non debet extendi ad perſonam non eccleſiaſticam, in materia pœnali, licèt uxor ſequatur forum clerici, & ſit exempta à iudice ſeculari,ſecundum quoſdam, vt ſuprà diximus.Non eſt enim eadem ratio in materia exorbitãti & pœnali offendere vxorem poſiti in dignitate,& offendere in dignitate poſitum,& ideo non debet fieri extẽſio,l Iulia.§. hoc caput.ff.de rit.nupt.& c.quod Dei.de ſtat.mon.& c.canonica,de ſent.excom.Et hanc iſtorum ſententiam ſequitur Iacobus à Canibus,in tract. de iniurijs & damno dato,in 2.parte,in 13.quæſt.vbi ex hoc dicit.quòd uxores clericorum non gaudent eo priuilegio, vt ſint immunes à repræſalijs.

62 *Fran. Ar. laudes.* ¶ Et ita reſidet Fran.Are. vir equidem à nemine non laudatus.Iaſon enim in l.admonendi,colum.20.verſi.adde quòd iſtud,qui eſt ſub num.98.ff. de iureiu.in 1.lect. illum vocat Iuriſconſultorum ſuæ ætatis facilè principẽ. & Geor. Natta in repetitio. Cle.ſæpè, in prin.colu.78. verſi.quinta fuit opinio, de uerborum ſign.celebratiſsimum iuris verticem.& iterum in §.quæ omnia, colum. 13.verſ.clariſsimus, clariſsimum Iuriſconſultorum ſuę ætatis ſplendorem.& Corne.conſi.90.ſcrupuloſa uidet, colum.5.verſi.ad euitandas itaque, li.3.eum appellat clariſsimum Doctorem, & Ludo.Bolo.in repet.§.Cato.in l.4.colum.10.ff.de verbo.oblig.illuſtrem principem legum:nec eum fermè citat ſine titulo honoris,modò illuſtrem,modò celebrem Doctorem vocans,quæ hic obiter dicere uolui, ut quiſque noſcat, quanta ſit huius uiri autoritas.

63 *Vxorem offendẽs,an teneatur ad pœnam promiſſam pro uiri offenſa, uide nu. 65.* ¶ His tamen Aret. rationibus hoc quoque adijcito, quod pulchrè uoluit Io.Andr.in c.fruſtrà,de reg.iu.lib. 6.in Mercu. quòd ſi promitto te non offendere ſub certa pœna,& poſtea uxorem tuam offendo : licet poſsis agere iniuriarum ex iure communi, non tamen potes agere ex ea promiſsione ſiue ſtipulatione: ut qui te fictè uidear offendiſſe,non uerè.l.eum qui.§.ul.ff.de iniur.Quẽ ita refert & ſequitur ipſe Aret.in l. 2. §. 1.colum.pen.ff. ſolu.matri.vbi hoc quoque dicit uoluiſſe Bar. in d.l.2.§. Cato.in vlt.char.ff.de uerborum oblig. ubi tamẽ de hac re nihil omnino loquitur : ſed aliud non omnino diſsimile ibi adſcribit in colum. penul.uerſi. certè iſtud non eſt:quòd ſi promiſerim aliquem non offendere,& illius defuncti hæredem offenderim,non poterit agi ex ea promiſsione.Sed ipſe Franc.Are.ibi,colum.antepe.idẽ quoque dictum Io.An.pro eleganti refert & ſequitur.& rurſus idem Franc.in l.ſtipulatus fuero,col.1.eo quoque ti. id ſing.dicit.Adde & tu denique tex.in cap.ne aliqui,de priuil.lib.6.ex quo Domi.ibi,in 4.not.tradit, priuilegiũ datum Regi,non competere reginę,nec filijs,niſi id exprimatur. & ſequitur Phil. Dec.in l.quoties, idem ad fi. ff.de reg.iur.Et quod etiam ſcribit Bald.in l.ſpadonam. §.iam autem.ff. de excuſ.tut.priuilegium conceſſum marito,non uideri conceſſum uxori,per eum text.

64 *Reſponſiones ad contraria.* ¶ Non obſtant autem illi deciſioni Fran.Aret.quæ ſuprà adducta ſunt pro parte contraria: neque enim id omittendum eſt, quò omnibus ſatisfaciam. Quod enim ad primum pertinet,licèt uxor interdum gaudeat priuilegio mariti,hoc tamen nunquam procedit in diſpoſitione pœnali,ut ex multis ſuprà probatum eſt, atque etiam per regulam poſitam in c.in pœnis.& in cap. in odia, de regul.iur.lib.6.& in l. cùm quidam.ff. de liberis & poſthum.cum infinitis ſimilibus.

65 *De eadẽ re.* ¶ Quod ad ſecundum pertinet, clara eſt etiam reſpõſio.Nam iniuria illata uxori,non eſt,neque dicitur illata in perſonam mariti, ſed ad eum pertinet per quandam conſequentiam,vt eſt textus expreſſus in d.l. eum qui.§. vltimo.ff.de iniur.Statutum autem hic loquitur de inferente iniuriam magiſtratui. quod intelligendum eſt,quã do verè & non fictè,ſiue in conſequentiam,id eſt,ꝑ medium alterius perſonæ offenditur.l.aut qui aliter. §. vlti. & ibi Bar.ff.quod vi aut clàm.& l.hæc verba. ff. de adul. & plenè per eundem Bart.in l. ſi unus.§. ſeruus meus.ff. de iniur.

66 *De eadẽ re.* ¶ At illud dictum Bal.in dicta authen.habita, dici poteſt,quòd nõ loquitur in materia ſtatuti,in quo debet fieri ſtrictior interpretatio,quàm in diſpoſitione iuris communis.Vel quod illud ideo eſt,quia ſi cõſanguinei ſcholaris impedirentur accedere ad ipſum, multa ipſi ſcholari incommoda afferrentur: vnde quia eadem videtur eſſe cauſa & ratio,quæ in ſcholari,fortè locum habebit pęna ipſius authẽ. Hic verò ſolùm quæritur,vtrùm habeat locum pœna ſtatuti in offendente vxorem,ob id tãtùm, quod mulieri communicatur dignitas viri:non etiam ob id, quod ex iniuria illata vxori accedat viro in perſona vel patrimonio ipſius aliquod incommodum. Pro qua diſtinctione facit optimè textus in l.ſed & ſi paterfamil. §.non ſolùm.ff.ad S.C.Macedon.vbi exceptio Senatuſconſulti,quæ eſt otioſa,& regulariter non egreditur perſonam,competit fideiuſſori, quando fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra filium,non aliàs.

67 *De eadẽ re.* ¶ Verùm antequàm alio tranſeamus, illud ſtudioſos monere uoluimus, quòd contrarium eius, quod tenuit Ioan. Andr.in dicto cap.fruſtrà ſenſiſſe videntur.Barto. Paulus Caſt.& Alexander in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus,ad finem.ff de uerborum obliga.dum approbantes dictum Dyn.ibi aſſerentis non cadere in pœnam ꝓmiſſam, ſi Titium offenderet, qui fratrem Titij offendit:quia certæ ſunt (inquiunt Bar.Pau.Alex.) perſonæ, per quas iniuriam patimur, inter quas non eſt frater.l.1. §.vlt.cum ſequen.ff.de iniur.vbi nuncupatim textus loquitur de vxore & filio.Igitur non obſcurè videntur voluiſſe aliud in vxore,& filio,quã in fratre.Et ex hac Bar. doctrina ſcribit Baldus,qui eam reputat notab.in cap.ſimiliter,columna ſecũda,quibus modis feud. amit. quòd illa dicitur propriè offenſa, ex qua alicui competit actio iniuriarum proprio nomine: quòd dicit menti tenendũ. Sed & expreſsè Franciſcus Aretinus ſibi contrarius in dicto §.Chryſogonus,in fine, tenet illum incidere in pęnam ſtipulationis,qui eius vxorem offendit, quem promiſerat non offendere. Quod & apertè tenuit And. Alciat.vir admirabilis doctrinæ & ingenij in d.le.quarta.§. Cato,charta vltima,in ſeptima quæſtione. Bar. de uerborum obligati.vbi nuncupatim reprehendit, quod ſuprà diximus ex Ioan. Andr.vti etiam facit in d.l.1.in verbo, vxori.C.de in ius vocan.Nam offendens(inquit)vxorẽ, dicitur etiam verè maritum offendere: qui & ob id põt proprio nomine agere iniuriarum,per §.patitur,Inſtitu. de iniur.& iuribus, ſuprà allega. Ex quo illud continuò ſequitur,quòd ego offendor,ſi ea offendatur: committiturq; ſtipulatio,quæ mihi facta eſt,ne offendar,ex ſentẽtia Bar.in dicto §.Chryſogonus.& Bal.in dicto ca.ſimiliter. Nam ſi id in ſtipulatione obtineat, quæ eſt ſtricti iuris,ſtricteque & in dubio pro promiſſore interpretanda.l.quicquid.ff.de verborum obligat.cum ſimilib.idem quoque,& in ſtatuto,quod recipit interpretationem à iure communi,per no.in l. vlt §.in computatione.C.de iure delib.Ideo cogita.Nam ſi id uerum eſt,corruit & Frãciſci Aretini ſententia. Dicit tamen Alciat. in illis locis,quòd ea Ioan. And.ſententia poſſet obtinere in promiſsione de non offendendo in perſona. Id quod meo iudicio minimè dubium eſt,& id quoque aſſerit ipſe Io. And.in dicto cap.fruſtrà.& Franc. Are.qui ſing.reputat in d.§. Chryſogonus. Quanquam & huic aduerſari uidetur textus in l.iniuriarum,quæ eſt 2.C.de iniu.vbi maritus in vxoris iniuria propriã iniuriã pati intelligitur. Nã verbum,intelligitur,proprietatem rei declarat,vt multis placere uideo.quamuis Bar.in l.ſi is qui pro emptore,colum.octaua,verſi.ſed illa opin.ff.de vſucap.dicat id uerbum denotare fictionem.Super quo tamen vide textum in l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ff.de lega.1.cùm dicitur, ex die aditæ hæreditatis,eius,intelligitur, iuncta gl.ibi,in uerbo,aditæ.& quod poſt eam voluerunt Bart. & Bald. ibi,& quæ dicam infrà in gl.5.in verbo, *expres*, nu.174. incip.ſexto modo.

*Intelligitur verbũ, an ſit veritatis, aut fictionis.*



# GLOSSA TERTIA, IBI,

## Et n'eſt plus en pouuoir de ſon pere.

1 *Vxor per matrimonium à patria poteſtate liberata, an ĩ eam recidat viro mortuo.* IGITVR ex hac noſtra conſuetudine fœmina per matrimonium liberatur à patris poteſtate, inciditq; in mariti poteſtatem. Sed quæritur, vtrum marito mortuo recidat ſub poteſtatem patris ? Et ego quidẽ aliàs in ea fui ſententia,vt non reuerteretur,ea rati one motus, quòd qui ſemel liberatus eſt à patria poteſtate,is poſtea in poteſtatem reuerti non poteſt, niſi adoptione.l.qui liberatus.& l.ſi pater filiũ. & ibi glo. ff.de adopt.Et inuiti filij non rediguntur,in patriam poteſtatem.l. inuiti.ff.de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Et propterea dicit gloſ.in auth. conſtitutio quæ de dignita. §.1.verſi.generaliter,in verbo,præſtet,quod Patricij,alijque, qui per dignitatem liberantur à patria poteſtate, in eam non reuertuntur dignitate finita. Quam ſequitur Albericus in auth. ſed epiſcopalis. C. de epiſcopa.& cleric.& Ioan.Plat.in l.vltima.C.de Conſul.li.12. Et facit tex.in l.in inſulam.C.de ſentent.paſſ.ubi in inſulam deportato filio, ſicque uinculo paternæ poteſtatis exempto,ſi poſtea reditus in patrium ſolum,præcedensque dignitas reſtituta ſint, poteſtas tamen patria repetita non uidetur. Quin & apud nos eſt generalis regula, rem mutatam in priſtinum ſtatum redire non poſſe. l. homo liber.& ibi gloſ.quæ hoc not.ff.de ſta.hominum.& l.inter ſtipulãtem.§.ſacram, in fi.illis uerbis, ſed ſi vſque ad aream.ff.de uerborum obligat.& l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.ubi quod ſemel eſt ſublatum, reſtitui quidem non poteſt,& ibi multæ concord.in gloſ.& in cap.quæris,de conſe.diſtinct.4.

2 *De eadẽ re.* ¶ Et ita in hac ſpecie noſtra,ut ſcilicet uxor non recidat in patriam poteſtatem, expreſsim tenuit Maſue. in tit.de dot.& ma.§.item de conſuetudine, ea ratione motus,quòd ſeruus, qui quòd condemnatus eſt in metallũ, liberatur à poteſtate domini, ſi à principe gratiam pęnæ obtinuit,non reuertitur in domini poteſtatem, per dictã l.in inſulam.& l.fruſtra.C.de ſen.paſ.& l. aut damnum. §.vltimo.ff.de pœnis.Et hanc quoque opinionem nouiſſimè ſecutus eſt Boerius Præſes laudatiſsimus, Dec. Burdegal.197.& pro deciſione: qui liber nuper poſt mortẽ illius editus eſt, meque citat ex hoc loco, dicitque hanc opinionem ubique ſeruari.Eſtque eius rei expreſſa conſuetudo apud Borbonios,cap.166.& Marchios, c. 298. Et facit,quod tradit Spec.in tit.de ſtat.monach.§.1.uerſic.13.per dict.§.1.verſi.generaliter, quòd ingreſſus monaſterium, & qui ob id perdidit patriam filiorum poteſtatem,ſi poſtea redeat ed ſeculum Pontificis indulgentia, non recuperat patriam poteſtatem. Id quod tamen declarat,ut ibi uidere poteris.

3 *De eadẽ re.* ¶ Poſtea verò cùm legiſſem Commentarios, quos in Conſuetudines Burgundiæ edidit uir utique doctiſsimus Barptol. Chaſſen. ( ita enim illum vocabamus in priore

priore noſtra editione ) illum comperi hanc quoque quæſtionem adſcripſiſſe, in titulo, *Des, droictz appartenãs, à gens mariez*. §. 1. ĩ verbo, *En puiſſance de ſon mary*, ad finem. vbi cõtrarium tenuerat duabus rationibus. Prima per textum quem allegat in dicto §. generaliter, in authen. Conſti. quæ de digni. vbi dicit caueri, filium, qui propter dignitatem exierat patris poteſtate, in eandem recidere, ea dignitate finita. Deinde per textum in authen. ſed quamuis. C. de rei vxor. actio. vbi dicit caueri, patrem teneri filiam viduam iterum nubentem dotare: ponderatque ad hoc ſingulariter, vt dicit tex. ibi, in verbo, poteſtatis iure, quaſi dicat tex. vt vult, quòd mortuo viro, pater reaſſumit, aut ſaltem retinet poteſtatem.

4 *De eadẽ re.*

¶ Sed certè hæc minimè obſtant primæ ſententiæ. Primum enim omnino falſum eſt: quia textus in dicto §. generaliter, non id dicit, ad quod eum allegat Chaſſen. quin nihil omnino de ea re loquitur, ſed gloſſ. tantùm ſuprà allega. quæ id voluit, ad quod ſuprà illam citauimus. Secundum quoque nihil affert præiudicij, neque textus ibi dicit, ſimpliciter patrem teneri iterum dotare filiam, & cæt. ſed tanùm, quod pater dotem ad ſe reuerſam iure poteſtatis, uel aliàs, non poteſt minuere, filia ipſa denuo nubente. Et ſi id diceret, ad quod allegauit Chaſſeneus, nihil prorſus facit ad quæſtio. At nec illud obſtat, quod ponderauit tam ſingul. illa verba, iure poteſtatis. Nam dicta authent. loquitur ſecundum ius commune, ex quo filia nupta remanent in patris poteſtate, vt diximus ſuprà in principio huius operis: hic verò filia iam liberata eſt. Allegat præterea Chaſſen. deciſionem Barto. de Bel. in additio. ad Panormitan. in capitu. cùm omnis, de teſtam. quòd ſi clericus fecit teſtamentum cum duobus teſtibus, & poſtea contraxit matrimonium, ob idque omnia perdidit priuilegia clericorum, præter duo, de quibus in capit. 1. de cleric. coniug. libro ſexto. Certè ſi huiuſmodi clericus, mortua uxore, uiuat clericaliter, & moritur, teſtamentum illius, quod primũ vt clericus fecerat, non ualet, per textum in l. quod dicitur. §. miles teſtamentum. ff. de teſtam. milit. Sed tãtùm abeſt, vt hęc deciſio, ſi uera eſt, confirmet opinio. Chaſſen. ut magis illam funditus euertat, oſtendatque, quod ſemel perijt, iterum non reuiuiſcere, nec non in priorẽ ſtatum reuerti. Nec tamẽ fuit ſolus Chaſſen. in ea opin. cùm & eandem tenuerit Neapodanus in quadam conſuetudine regni Neapol. incip. ſed & mulier: ſed eu repræhendit Matthæus Afflict. priorem ſententiam ſecutus in Cõſtit. Siciliæ, inci. proſequẽtes, col. 5. in 2. quæſ. verſi. pridie fui interrogatus.

5 *Chaſſenei ira mini-ma iuſta.*

¶ Sed hic ſatis mirari nequeo, quòd ex hac repræhẽſione & altera ſequen. eò Chaſſenus iracundiæ, ne furoris aut inſaniæ dicam, proceſſerit, vt inimicitias mihi capitales denunciarit, nomenque meum ubique proſcideri: tanquam ſcilicet is ipſe eſſet, cui nefas ſit contradicere. Quãquã nonnulli, qui hominẽ aliquando hac de re conuenerunt, illud mihi renunciarint, eum non tam offenſum repræhenſione, quàm quòd immodeſtè & inſolenter ( vt putat ) primam illius rationem omnino falſam eſſe dixerim. Tãquam illum ſcilicet de crimine falſi appellarem: quibus illud continuò reſpondi, id non adeo eſſe inſolens, aut immodeſtum, vt arbitratur, quando & Iuriſconſcõ. omnium ſcriptorum repræhenſores modeſtiſsimi, & minimè inſolentes, his uerbis ſæpiſsimè cùm res exigit, ſibi inuicem aduerſantur: ut in leg. definitio. ff. de pecul. & leg. ſi rem. ff. de euict. & leg. ſi debitor. de iur. dot. & leg. filium. ff. de acq. hæred. & alijs ſexcentis locis.

6 *Pro Chaſſenei opin. Romuli lex.*

¶ Illi autem ſententiæ Chaſſanei ( ne id omittam ) adſtipulatur vetus lex Romuli Romanorũ Regis, qua filius à patre venditus, & ita extra ipſius poteſtatem poſitus, ſi liber fieret, in poteſtatem patris iterum redibat: idque ſi ſecundò fieret, manumiſſuſque eſſet, ſeruus tamen erat patris, vt priùs: poſt tertiam autem actionem, non amplius redibat in poteſtatem patris. Teſtis Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 2. Antiquitatum Romanarũ. Et altera Moſis, Leuitici vigeſimoſecundo, Si filia, inquit, ſecerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur. Vidua autem, vel repudiata, & ad domum patris reuerſa, ſicut puella cõſueuerat, aletur huiuſmodi cibis. Ex qua vides, filiam ſoluto matrimonio in ea lege in ius & familia patris redire. Nam & illud principium ad poteſtatem patris refert Lyra. vt alibi diximus.

*Moſis lex.*

7 *Alienari prohibita extra familiã, an in fœminam nuptam poſſint alienari.*

¶ ILLVD Item ſecundo loco adſcribemus: quoniam ſuprà in 1. leg. connub. in multis locis dictum eſt filiam quæ matrimonio collocatur, non iam eſſe in familia patris, ſed mariti, & illius forum & domiclium ſequi. Quid ergo, ſi teſtator probibuerit quicquam alienari extra familiam, an poterit alienari in fœminam nuptam? Certè videtur non poſſe, cùm non ſit amplius in familia. Contrà tamen decidit Bal. in l. voluntas, per illũ tex. C. de fideicom. & ſequitur Paul. Caſt. Philip. Corn. & recentiores, ibi adijcientes & hanc rationem, ex qua contrarium diſſoluitur: quòd filia nupta eſt in mariti familia, non patris, in his duntaxat, quæ ad obſequia marito præſtanda pertinent: in alijs autem ſecus: vt not. per Bart. in l. vltima. §. idem reſpondit. ff. ad municip. cum concord. ſuprà à me adductis, in prima leg. cõnub. nu. 37. ſed cuiuſcunque. Et hanc etiam deciſionem ſequitur. Soci. inter cõſilia Franc. Cur. Senioris, conſi. 40. cuius initium eſt, cùm in præſententiarum. col. 2. verſic. 3. & hoc nõ tangunt. & ipſe Cur. conſi. 64. incip. antiquiſſima. col. 16. verſi. ad tertium.

# GLOSSA QVATRTA, IN TEXT.

## Ne peut.

1 *Verbum poteſt, non eſt neceſſitatis. Niſi illi iungatur dictio negatiua. Nõ poteſt, priuat potentiam. Et reſiſtit actui. Et reddit actum nullum ipſo iure.*

LICET verbum poteſt, nõ ſit neceſsitatis, l. ſæpe. & ibi gl. & leg. ſeq. ff. de offic. Præſid. & leg. non quicquid. ff. de iudic. & in leg. 1. C. quomodo & quando iudex. & not. in Clem. 2. ad fi. de iudic. cum ſimilibus. Tamen ſi illi iungatur dictio negatiua, præciſam neceſsitatem inducit, negatque potentiam, ut voluit gloſſ. notabilis, & omnibus nota in c. 1. in uerbo, non poteſt. de regulis iuris. libr. 6. Sequitur Bart. in l. vltim. colum. 2. verſi. ſed quæro quid ſi iudex. ff. de ferijs. ubi etiam dicit, quòd priuat potentiam. & ibi Fulgo. Rom. Paul. Caſt. Alexand. & Iaſon poſt eum & idem Bartol. in l. Gallus. in princ. colum. 2. verſ. extra gloſſ. & ibi Bald. & alij. ff. de liber. & poſthum. & in l. de his. colum. 1. verſi. hoc præmiſſo. & iterum verſi. præterea iſta lex. ff. de tranſact. vbi dicit, quòd per hæc verba reſiſtitur actui: ideoque quod contra factum eſt, ipſo iure non ualet. Et in repet. §. duobus. l. Mæuius. colũ. penul. ff. de leg. 2. & conſi. 97. in quæſtione prædicta. colum. 2. Bald. in l. 1. ff. de iniuſt. teſtam. & in l. vlt. colum. vlt. C. de fidecõm. & in l. 1. colum. antepenul. verſic. & confirmantur prædicta. C. qui admit. vbi per hoc dicit, quòd actus aliter geri non poteſt. & in c. ſciſcitatus. col. 2. verſi. ſol. concedo. extrà, de reſcript. & in c. cùm contingat. colum. 1. ad fin. de iureiur. Collect. in c. at ſi clerici. colum. 2. de iudic. Pan. in c. ſi quis contra. colum. 5. nu. 15. extrà, de foro comp. vbi dicit illam gloſſ. ſing. & in c. 1. in vlt. not. extrà. de cau. poſ. & propri. vbi per hoc dicit, quòd ſi Papa vel Imperator ferat ſententiam contra non citatum, non valebit propter tex. ibi, his verbis vtentem, nec nos cõtra partem inauditam aliquid poſſumus definire. & idem Pan. in c. 1. in 2. notab. extrà, de fide inſtru. vbi etiã dicit, per tex. ibi, in verbis ad exemplaria nihil facere poſſumus. & glo. ſuprà allegata, quam dicit not. quòd Papa vel Imperator nõ poteſt dare fidem ſcripturæ non authenticæ. & idem quoque Panorm. in ca. quanto. & ibi quoque Felin. vterque in prin. extrà, de præſumpt. vbi tamen hoc not. limit. & Alex. in l. quia poterat. col. 4. ver. limita tamen. ff. ad S.C. Tertul. vbi dicit hæc verba, non poteſt, denotare præciſam neceſsitatem ita vt actus aliter geri non poſsit. & conſ. 77. viſis dubitationibus. col. 1. lib. 3. Barb. conſ. 9. præclarè ſcribitur. col. 6. verſ. item facit. li. 1. & conſ. 43. eiuſdem initij. col. 11. ver. & ad hoc faciunt. eod. lib. 1. & conſ. 38. præclarè ſcripſit. col. 1. lib. 2. & conſ. 52. ſcripſit luculenter. col. 5. verſ. & ſiç pondero. eod. lib. 2. & in tractat. de præſtant. Card. in 2. part. q. 3. col. 7. vbi dicit, quòd importat ſolennitatem. & Philip. Corn. conſ. 216. multum diffuſè col. 2. verſic. quia negatio. libr. 1. vbi per hoc dicit, quòd negatio præpoſita verbo, poteſt, reddit nullum actum factum in contrarium. Socin. conſ. 283. eleganter. colum. 2. in princip. libr. 2. vbi præterea dicit, ex his induci formam, cuius tranſgreſsio reddit actum inutilem, per l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. Iaſon in l. 1. in princip. in 1. not. ff. de verb. oblig. Hippol. Marſil. conſ. 39. munda cor meum. col. 4. verſ. cùm ergo fuerit. lib. 1. & conſ. 39. Domine labia. col. 6. uer. præterea magis ſpecialiter. eo. li. 1. & conſ. 43. Spiritus ſanctus. colum. 3. eodem libr. 1. & conſ. 50. gratia domini. col. 2. eod. lib. 1. & conſ. 57. ſpiritus. col. 2. eod. lib. 1. & conſ. 65. in nomine matris. col. 2. eod. libr. 1. & conſi. 76. largite. col. 3. eod. li. 1. Nec id quidem mirum, quia ubi deeſt potentia, ibi actus eſt irritus, vt dicit Baldus, loquens in caſu ſimilis ſtatuti, diſponentis, quod adultus non poſſit legare extraneis, ſine conſenſu proximorum, in l. vlt. col. vlt. ver. extrà quæro. C. de fideic. per d. glo. in d. capit. 1. de regulis iur. lib. 6. Et dicit alibi idem Bald. videlicet in ca. 1. §. vlt. colum. 5. uerſi. conſiderandum eſt. tit. de pac. iur. fir. quòd vbi lex remouet potentiam à cõtractu, ibi contractus eſt ipſo iure nullus.

*Importat ſolennitatem.*

*Inducit formam.*

2 *Contractus ab uxore factus ſine autoritate viri, nullus.*

¶ Ex quo illud aſſumitur in caſu noſtræ conſuetudinis, quòd contractus factus ab vxore, ſine conſenſu viri, eſt nullus ipſo iure, nec opus eſt, vt aliter annulletur: ſicuti etiam voluit in ſtatuto diſponente per ſimilia uerba, quòd quis non poſsit donare. Socin. conſil. 93. circa primum. col. pen. lib. 1. cùm dicit, quòd per hæc verba, nõ poſsit, cenſetur ſtautum reſiſtere actui abinitio, redditurque actus nullus, adeò quòd non oritur neque ciuilis, neque naturalis obligatio, per doctrinam Bart. in leg. cùm lex. columna ſecunda uerſiculo his præmiſsis. & columna ſequen. verſiculo ſed iuxta prædicta. ff. de fideiuſ. vbi loquitur in ſtatuto diſponente, quòd mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum. ad quod etiam multa iura Socin. per Bart. allegat. Et idem Socin. conſi. 112. lib. 1. repetito in lib. 2. conſil. 172. multa abundè. colum. 6. uerſi. quarta difficultas eſt. conſuluit expreſsim in caſu noſtræ conſuetudinis, uidelicet quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier nõ poſsit contrahere ſine conſenſu viri, uel munduldi, reſiſtit huiuſmodi ſtatutum obligationi: & cõſequẽter hoc inducit pro ſolennitate, qua non obſeruata redditur actus nullus: ut decidit Bal. in d. l. 1. in fi. C. qui admit. & traditur in l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. & in l. cùm hi. §. ſi Prętor. ff. de tranſact. Et idem quoq; Soc. conſi. 230. viſo teſtimonio. col. 2. uerſ. & quantumcunque. lib. 2. & Laur. Calc. conſi. 13. pro parte negatiua. col. 1.

3 *De eadem re.*

¶ Et ſanè Bald. in dict. l. 1. colum. antepenul. uerſi. extrà, quæritur. C. qui admit. noſtrum caſum decidit, dum ſcribit, quòd conſenſus ex ſtatuto diſponente, quòd mulier non poſsit adire hæreditatem ſine conſenſu duorũ proximorum, eſt de forma. Nec aliter ( vt ſubdit paulò pòſt actus geri poteſt lege certa. C. de iure fiſci. lib. 10. cum alijs iuribus per eum allegatis. Quem refert & ſequitur Franc. Aret. conſil. 22. diligenter & maturè conſideratis. colum. vltim. uerſi. uenio nunc ad ſecundum & iterum conſil. 73. cuius eſt ſimile initium. colum. 4. verſi. his ergo præmiſsis. & Socin. dicto conſi. 112. & Iaſon in l. uniuerſa. colum. penul. uerſ. adde quòd ex ea infertur. C. de precib. Imper. offe. ubi dicunt expreſsè, quòd talis contractus eſt nullus. & Barb. conſi. 12. ſcribitur apud Prophetam. colum. 3. uerſi. & ſi quiſpiam opponat. lib. 1. ubi etiam dicit, hoc caſu actum eſſe nullum ipſo iure, ueluti carentem forma, quæ quidem dat eſſe rei, ut dicunt Philoſophi. & eſt tex. ſecundum eum, in l. ſi is qui. §. quædam. ff. ad leg. Falcid. & in c. cùm dilecta. extrà, de reſcrip. Cui adde textum ad hoc ab omnibus paſsim allegatum, in l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibend. Et quod per tex. in d. §. quædam dicit Bal. in c. ult. col. 4. verſ. quæro utrum ſit differentia. extrà, de conſuetud. quòd forma dat perfectionem eſſe. Et ibi quoque dicit, quòd forma cuilibet rei nomen imponit leg. iuris gentium. in principio. ff. de pactis.

¶ Et in hanc partem, uidelicet quòd talis contractus ſit nullus ipſo iure, tenet ipſe Bald. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. in fin. & ibi quoque Rom. qui eam legẽ legit cum §. quid ſi mandauit. & Alex. ff. de acq. hære. & idem Bald. in l. duobus. ff. de uulgar. & pupil. ſubſti. & in rubr. C. de reſcind. uendi. uerſ. quandoque requiruntur quædam ſolennitates. in quibus locis dicit, quòd ſi ex conſuetudine uel lege municipali requiritur conſenſus propinquorum in contractu mulieris, uel minoris, certè contractus eſt nullus, ſi deſit conſenſus propinquorum: ſecùs ( inquit in ultimo loco ) ſi aliquid requireretur poſt contractum in ſuo eſſe fundatum, ( ita enim loquitur ) quia tunnc contractus non eſt nullus: ſed non deberet executioni demandari, per not. in dicta l. uniuerſa. C. de precib. Imper. offer. & hoc dictum ſequitur Iaſon in ea ipſa l. vniuerſa. colum. 3. uerſi. pro cõfirmatione. & idem uoluit Florian. in l. 1. colum. 3. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. & Franc. Aret. in c. 2. in 6. notab. de teſtib. & Socin. d. conſi. 112. 4 *De eadem re.*

¶ Et bene facit quod dicit Angel. conſi. 170. reuocatur, quòd ſi in contractu mulieris deſit conſenſus proximorum requiſitus à ſtatuto, is certè eſt nullus: licèt ſtatutum expreſsè non annullet, licèt item pœnam imponat contrahentibus. Facit quoque quod ſcribit Petr. Ferr. in tit. for. libel. in actio. real. colum. 6 in paruis. uer. venio ad primum. in illis uerbis, ſi ſtatuto cauetur, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd mulier, vel filiusfam. non poſsit contrahere, ſi contrahat, erit contractus inutilis, qui contra legem celebratur. l. non dubium. C. de legibus. Eſt enim, ait, tantæ poteſtatis ſtatutum in ſua ciuitate, quanta eſt ipſa lex communis in ſuo vniuerſo, per not. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. & in l. 1. C. de ſumma Trinitate. Et certè quòd actus factus cõtra legem, ſit ipſo iure nullus, tenet Imol. in l. prima columna 4. & ibi Franſc. Aretin. colum. 4. ff. de teſtam. cum ſimilibus. 5 *Quid ſi id ſtatutum pœnam imponat.*

¶ Ex quibus patet, rectène, an perperàm dixerit Bart. Chaſ. qui in Comment. in Conſuetudines Burgundiæ tenuit, in hoc caſu contractum non eſſe nullũ ipſo iure, motus quòd ſtatutum noſtrum ( vt ipſe dicit ) non loquitur prohibitiuè, ſed ſolùm non permiſſiuè: & ideò actus, inquit, non eſt nullus, niſi expreſsè dicatur, per not. per Salyc. in l. ult. per tex. ibi. iuncta l. præced. C. de ſent. ex breui recit. & Iaſ. in l. 1. C. de Summa Trinit. Id quod etiam tenuit ipſe Chaſ. conſil. 39. pro deciſione. in 3. dub. Cui reſponderi poteſt Saly. in d. l. ult. illud quidem uoluiſſe, quòd cùm lex prohibitiuè loquitur, actus eſt nullus, qui contra illam conficitur, 6 *De eadem re.*

citur, etiam ſi lex non adijciat pœnam nullitatis, per l. non dubium. ſuprà allegat.& ibi not. per Dd. Quòd ſi lex non loquatur prohibitiuè, ſed tantùm non permiſſiuè, actus quidem contra illam geſtus non eſt propterea nullus. Ideò, inquit, quia dicta leg. penultima. Cod. de ſententia ex breui recitatata. non vſa fuerat verbis prohibitiuis, ſed tantùm verbis non permiſſiuis, propterea addita eſt d.l.vlti. quæ vltrà adiecit actus annullationem· Quod dictum pro ſingulari limitatione ad d. l.non dubium.refert.& ſequitur Alexand.conſil.24.inſpecto proceſſu.colum.2.lib. 4.& Iaſ. in ead. l. non dubium.colum.4 verſ.limita.iſtam regulam.& in d leg. 1. in 2.lectur.colum.18.verſi.ad iſtud ergo reſpondeo.C. de Sum. Trin. Sed ( niſi admodum fallor ) mulltùm fallitur Chaſ.tum quia ea doctrina Salyc.paſsim reprobatur, vt videre licet apud Alex.in d.l.1.ff.de liber.& poſthum. tũ quoniam conſuetudo, de qua loquitur Chaſ. & noſtra illi ſimilis, loquens vtraque per huiuſmodi uerbum, non poteſt, vtitur verbo prohibitiuo, vt voluit expreſsim Bart.in leg.de his. circa medium.ff.de tranſact. & præterea ipſe Iaſon vbi ſuprà, cum dicit, quòd huiuſmodi verba, minùs valet, & ſimilia, ſunt prohibitiua.& rurſum idem Iaſon in leg.ſed & ſi quis.§.quoniã. col.6.verſi.ſecundò dicit.ff. ſi quis caut. quod ex ſuprà dictis iam ſatis liquet.

7 *De eadem re.*

¶ Illud tamen non prætermittendum, quòd Panor. cuius non meminit Chaſ.quamuis eius ſententiæ admodum ſuffragaretur, in c.ad apoſtolicam.colum.3.uerſi. & per hoc poſſet.extrà, de regular.ſcribit, quòd ſi ſtatuto prohibeatur mulier contrahere ſine conſenſu duorũ agnatorum, valet tamen contractus aliter factus, cùm ſtatutum ſpecificè non annulletactum. Quem refert & ſequitur Ang.Cla.in verbo, lex.verſi.17. Quod tamen non eſſe verum apertiſsimè cõſtat ex his, quæ diximus. Ideoq; & ipſe Chaſſen.in poſtrema editione prædictorũ Commentariorum, quàm longè poſt hoc noſtrum opus ipſe fecit, errorem agnoſcens, palinodiam cecinit, ſed tacitus, & cum quodam artificio, ut videretur fuiſſe in hac mea ſententia illis prioribus Commen.nullam interim mei mentionem faciens, quod malignè à me repræhenſus uideretur: quod & nos alibi oſtendimus.

8 *Chaſſenei ars contra autorem.*

¶ Sed nec illud quoque prætereundũ eſt, quod ſcribit Bart.in d.l.cùm lex.col.penul.verſi. ſed iuxta prædicta, multum intereſſe, an ſtatutum loquatur per uerba futuri temporis. Verbi gratia, ſi dicat, non poſsit. quo caſu dicit procedere quod ſuprà diximus, nullam oriri obligationem, ne naturalem quidem, quia ita loquendo lex reſiſtit obligationi, & aufert poteſtatem in futurũ. An verò loquatur per uerbum præſentis temporis, uidelicet ſi dicat, non poteſt, & ſic ( inquit ) declarat, quòd ius non aſsiſtit illi obligationi, non autem prohibet in futurum, nec aliquam facultatem aufert, & ideò non impeditur obligatio naturalis, per text.in leg. ſtipulatio iſta.§.alteri.& ibi gl.idem Bart.& alij. ff.de uerb.oblig. Et ſequitur Socin.in d.l.1.colum.2.de liber.& poſth.& Iaſ.in l.frater à fratre.col.14.uerſ.tertia difficultas.ff.de condict.indeb.in 1.lect.

9 *Nō poteſt, & nō poſſit, an differant.*

¶ Sed hæc diſtinctio Bart. eſt omnino contra id qđ ſuprà diximus in princip.negatiuam iunctam verbo, poteſt, importare neceſsitatem, & priuationem potentiæ, ex doctrina gl.ord.& ipſiuſmet Bart.& omnium. Et expreſsè dicit ipſe Bart. in l.de his.ff. de tranſactio. quòd verbum, non poſſunt, reſiſtit actui: ob idque nullã obligationem, nec ciuilem, nec naturalem producit, quod contra factum eſt. Ideoque Iaſon ſibi contrarius in dicta l.Gallus.in princ.colum.5.primæ lect.uerſi.huic difficultati.& in 2.lect.col.4.uerſic.contra iſtam regulam. de liber.& poſthum.hanc Bart.diſtinctionem nuncupatim reprobat, de quo ibi illum vide. Et rurſum idem Iaſon in l.pacta.colum. vltim.C. de pact.dicit, quòd hæc Bart.diſtinctio nimium ſubtilis eſt. Sed & idem in d. l. ſtipulatio iſta.§.alteri.colum. 6.uerſi. contra iſtam doctrinam, ſub nume.17.de verb.oblig.dicit.quòd Bar.in hoc multùm recedit ab excellentia ſua. At Lancel. Gali.in d.l.1.§.ſi quis ita. colum. 4. verſic.octauò nota.ff. eod.titu.poſtea quam allegauit quædam iura contra illam doctrinam Bart. diſtinguit, vt ibi uidere poteris. Sed & ante hos Bald.in d.leg.non dubium. colum.ulti. verſ.ſecundò quæro.C.de legib. uidetur huic Bart. diſtinctioni non aſſentiri.

10 *De eadẽ re.*

¶ Si quis autem pleniùs ſcire uelit de natura huius verbi poteſt, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè prolati an uidelicet neceſsitatem importet, nècne, legat text.in leg. nepos Proculo.& ibi Bar. & omnino Alciat.ff. de uerb. ſign.glo.Bart.& alios in l.3. C. de pignor. Bart. & alios in l.3.C.de pignor.Bart.& alios. in d.l.1.de iniuſt.teſta. & in l.qui Romę.§.duo fratres.in 6.quæſt.ff.de uerbor. obli.& in l.quod Seruius.& ibi quoque alios. ff.de cõd. cauſa dat.& in d.leg.Gallus.in princ. & ibi etiam Bald. Imol.Franc.Aret.& recentiores, & inter hos For.Gar. & eundem Bar. in l.ſtatu liberos, quæ eſt tertia.§.ſi quis ſir.acceperit.ff.de ſtatu liber. Bald.in l.2.colum. 2.in 9. & iterum 11.oppoſ.C.quibus res iudic.non noc.& in l. eam quam.colum.penultima. verſic. & ex hoc infertur. C.de fideicom. & cap.ſciſcitatus.colum.2.extrà, de reſcript.& conſil. 334. creditor. poſt medium. libr. 1.& conſil.343.examinanda.colum.1.uerſi. ſed notandum eſt.eodem lib. 1.& conſi.69.factum tale eſt, quidam cõdidit.circa medium libro 2. & conſi.381. quæſtio ſubtilis eſt.colum.1.libro 3.Paul.Leaz. in commento, ut appellant, cap.potuit. in princ.extrà, de locat. Angel.Rapha.Alex.Iaſ.Phil.Dec.& alios recentiores, in l.1.ff.de iuriſd.om.iudic.Salyc.inter conſil. Pet. Anch. conſilio 45.in quæſtione.col.1. Imol.conſi. 146. in cauſa Nannis.col.1.Rapha.Co.conſi.145. uenerabilis vir.colũ.2. verſ.hoc præmiſſo.Rom.in d.l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col.3.ff.de uerbor.oblig.Corne.cõſil. 171. licèt. col.2. lib.3.Franc.Patrit. in tract.de offi. & poſtea. c. ſede vacante.in 4.part.præludij.col.1.Lud.Bolo. conſ.28. ſtatuimus, quòd ſi per uiam.lib. 1.

11 *De natura uerbi poteſt, in uniuerſum.*

¶ De cæteris verò hoc uerbũ tangentibus, uide glo. Bart.& Bald.in l.ſi ita quis.ff.de legat. 2. Ioan. Andr.in c.felicis.de pœnis.lib.6.in Nouella.Bar.in leg.ſuus quoque.§.ſed ſi filio.ff. de hæredib. inſtit. & in l.ſi ita eſſet. non uno in loco. ff. de aur. & argent. lega.& in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.in fin.ff. de lega.2.Bald.in l.1.§. huius ſtudij colum.2.uerſi. item ſi ſtatutum.ff.de iuſtit. & iur.& in l.genero.colum.2.uerſi.item facit. ff. de his qui notantur infamia. & in l. cùm in ſecundo. in 5.oppo.ff.de iniuſt.teſtam.& Panor.conſi.67. in cauſa, quæ vertitur.colum.2.lib.2.Barb.conſi.22. Deum inuocent. colum.6.uerſi.ſecundò hoc colligitur.lib.3. & nouiſsimè And.Alciat. virum nunquam ſatis laudatum, libr.3. Paradox.ca.4. ubi elegantiſsimè oſtendit, contra omnium ſententiam, negatiuam huic uerbo antepoſitam, non excludere omnem poteſtatem.& in d. l.1.in princ. poſt Socin.& Iaſon. ibi.ff. de uerbor. obligat. Sed non omiſerim uerbum, Nequeo, quod eſt eiuſdem ſignificationis, cuius, Non poſſum, eam quoque vim habere, ut tollat omnem potentiam, ſiue poteſtatem, & iuris & facti, ut tradit Ioan. Andr.in c. cùm plures.& ibi etiã Domin.col.2.uerſ.ult.col.2.verſi.in §.porrò. ff.de offic.de leg.lib.6.& idem Domi.in c.qui generaliter. uerſ. ulti. col.2.de procur.eod.lib.6. *Nequeo.*

12 *An mulier quæ cõtrahit ſine autoritate uiri, obligetur naturaliter.*

¶ EX HIS autem, quæ dicta ſunt, liquidò conſtat, quod mulier hoc caſu contrahens ſine conſenſu mariti, ne naturaliter quidem obligatur, ut etiam uoluit Bart.loquens in ſimili ſtatuto diſponente, ne poſſit mulier contrahere ſine conſenſu conſanguineorũ, in dicta l.cùm lex.colum.3. uerſi.ſed iuxta prædicta.ff. de fideiuſ. Nam, vt ibi dicit, diſponere, quòd non poſsit contrahere, nihil, aliud eſt, quàm auferre facultatem cõtrahendi. Sed quando aufertur facultas contrahendi, impeditur naturalis obligatio.l.iubemus.C.de ſacroſ.eccleſ.iuncta.l.non dubium.C.de legib.loquitur tamen in terminis futuri temporis, videlicet quando ſtatutum dicit, non poſsit.& idem Bart.in l.1, colum.pen.in fi.verſi. & ideò dico, quòd ſi ex forma. ff. de noua.& in l.ſi non ſortem.in princ.verſi. vnde dicebam.& ibi omnino Alexand.ff. de cond. indeb.& in l. de his. ff. de tranſact.ubi loquitur de verbo præſentis temporis, non poteſt.& Angel.conſi.160.pro deciſione.colum.2. verſi.contrarium dico.Paul.Caſtr.conſi.124.in cauſa, quæ vertitur.colũ. 1.lib.1.& Franc.Aret.d.conſi.22.colum.vlt.verſi.uenio nunc.& Soc.d.conſi.93.col.pen.Laur.Calc.d.conſi.13. col.1.& Guid.Pap.conſi.238. ſpectabiles domini. Et facit, quod dicit Bal.in l.cùm quis.col.4. veſi.10.& vlt.C. de iur.& fact.ignor. quòd ſi ſtatutum dat certam formã teſtandi mulieribus, uel minoribus, omiſſa illa forma, nõ oritur obligatio naturalis.



13 *De eadem re.*

¶ Quanquam contrarium tenet Angel. conſil.353. præmitto pro deciſione.poſt princip. loquens de ſtatuto diſponente, quòd non valeat contractus factus à muliere, ſine conſenſu duorum conſanguineorum. Et idem videtur uoluſſe Bald. in l. ad exactionem. ante fin.C.de dot.promiſ.vbi dicit, quòd præſentia conſanguineorũ, ex ſtatuto requiſita, tum demùm eſt de ſubſtantia, nullãque parit obligationem, cùm ſtatutum expreſsè annullat vtramque obligationem: quaſi ſentiat aliud eſſe, ſi nõ expreſsè annullaret. Verum hoc dictũ Baldi poſſet procedere, vbi ſtatutum non vteretur huiuſmodi verbis, nõ poſsit, aut ſimilibus, quæ tollunt omnimodã potentiam, vt ſuprà ſatis diximus.

14 *An tali cõtractui poſſit accedere fideiuſſor.*

¶ HINC dici poteſt, quòd huiuſmodi contractui, facto per mulierem ſine conſenſu mariti, non poteſt accedere fideiuſſor, cùm mulier ipſa ne naturaliter quidem obligetur, per text.in leg.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ff.de fideiuſ. Contrarium tamen in ſtatuto diſponente, quòd filiusfa. non poſsit obligari per contractum, tradit Alber.poſt Iac.Aret. in 1. part.ſtatutorum. q.182.demum quæro. vbi dicit, quòd nullum habebit hoc caſu regreſſum ipſe fideiuſſor. & Alexand. in addi. Bar.in l. Marcellus. in princ.eod.tit. Sed utrũque ſit, illud certè uidetur eſſe ſine dubio, quòd ſi fideiuſſor ſuſcepit in ſe periculum, & affirmauit non fieri contra ſtatutum, valebit, & obligabitur, ut in ſimili voluit Bal.in l. ſi verò.§. hoc amplius.ff.mand.

15 *An is contractus ualeat in foro conſcientiæ.*

HINC quoque ſolui poteſt huiuſmodi quæſtio, An talis contractus factus inſcio, aut renitente marito teneat in foro conſcientiæ. Nam forum conſcientiæ maxima ex parte reſpicit obligationem naturalem, ut quod debitum eſt naturaliter, licèt non ciuiliter, obliget in foro conſcientiæ: quod autem nec ciuiliter nec naturaliter debetur, id quoque in foro conſcientiæ non debeatur. ut latiſsimè patet ex not.per Dd.in cap.nouit.de iudic.& Innoc.Ioan.Andr. Ant. Pan. & alios in cap.quia plerique.extrà, de immunit. eccleſ. & Bart. in l.ſi pœnę cauſa.in princ. ff. de cond. indeb. & in Extrauag.ad reprimendum.in uerbo, denuntiatio. colum. 3.& per Bal. in auth.ad hæc.colum.2.in fine.verſ. quæro quid de eo. & colum.ſeq. verſi.ſed ponamus.& colum.5.uerſi.procedo vlteriùs.C.de vſur.& in l.ſi poſt diuiſionem. paulò ante finem. & ibi Fulg. & recentiores. C. de iur. & fact.igno.& idem Bald.l.cùm quis.colum.4. uerſi.decimò & ultimò probatur.C.eod.tit. & in l.id quod pauperibus.in 9.q.C.de epiſcop.& cleric.& Ang.in l.quidã.C. de hæred. iuſtituendis.& Florian.in l. cùm de in rẽ uerſo.col.2.ff.de vſur.& Cor.conſi.298. ante omnia.colũ. vlt.lib.1.& conſi.137. placet mihi.colũ.2.uerſ.facit pro hoc d.lib.2.& conſi. 251.in hac cõſulatione. col.2.li.3.

16 *De eadem re.*

¶ Sed aduertendum, quòd hæc quæſtio habet duo capita: Primum, an mulier, quæ contraxit ſine conſenſu mariti, obligetur in foro conſcientiæ ad obſerationem ipſius contractus. Secundum an is qui cum muliere taliter contraxit, & ex huiuſmodi contractu rem fortè illi à muliere venditam detinet, ſit tutus in foro conſcientiæ. Quantùm ad primum, videtur mulierem non teneri in foro conſcientiæ, per ea quæ iam diximus in duobus pręcedentibus uerſiculis quoniam uidelicet nulla hic ſit obligatio, neque naturalis, neque ciuilis. Et in ſimili dicimus, quòd mulier tuta exceptione Velleia. non obligatur in foro conſcientiæ, ſecundum Bart. in dicta Extrauag.ad reprimendum, in uerbo, denuntiationem.colum. 2.uerſi. quid de muliere. & Panor. in d. c.quia plerique col.10.uerſ.ex quo infero, quòd mulier. extrà, de immun.eccleſ.

17

¶ Contrarium tamen tenet Iaſon, loquens in muliere contrahente, ſine conſenſu duorum proximorum, qui requirebatur ex ſtatuto, in auth. præterea. colum.9. verſi.item aduerte. C. unde vir. Pro quo optimè facit, quod uoluit Panor.in cap. porrectum.paulò ante fin.de regula.quòd profeſsio religionis facta, non ſeruata forma, quæ traditur à regula, tamen ligat, quò ad Deum, in foro conſcientiæ.& ſequitur ipſe Iaſon in l.etſi inutiliter.colum.2.uerſi.ad idem & tertiò. C.de fiddeic.& in l.nemo poteſt.in 1.lect.col.14. uerſi. facit quod not. & iterum in 2.lect.col. 16.uerſi.4.ad idem. ff. de leg.1. & in l.ſi non ſortem.in princ.in 4.no.ff.de cond.indeb. Sed & in hanc partem bene faciunt, quæ dicam paulò pòſt in 2.cap.huius dubij, nu.23.& ſeq.ubi tamen uidebis, quid ſuper hoc dicam.

18 *An peccet vxor cõtrahens ſine conſenſu mariti.*

¶ Sed antequam hoc ſecundum caput aggrediamur, illud quærendum duximus, an mulier ipſa peccet, quæ ſine conſenſu mariti contrahit: In qua quæſtionæ Bart. uidetur fuiſſe eius ſententiæ, ut peccet mortaliter, in d. l.cùm lex.colum.2.verſic. pro hoc facit. ff.de fideiuſ.& in l.ſi quis pro eo.col.3.uerſ. aduerte tamen.eod.titu.& in d.l.1.col.ult. ff.de noua.& in authen. ſacramẽta puberúm.col.2.uerſi.ego dico.C. ſi aduer.uend.in quibus locis ſcribit, quòd ſi quis lege, ſtatuto, aut conſuetudine prohibitus ſit alienare, ſi alienet, peccat mortaliter, uelut faciens contra præceptum legis factæ ab habente autoritatem: quoniam ſcriptũ eſt, Qui non obedierit principi, morte moriatur, c.2.extrà, de maio. & obedien. Et alibi, inquit, dicit Paulus: Omnis anima ſubdita ſit principi. Et alibi quoque ſcribitur: Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. vt eſt tex. licèt non alleget, in c. qui reſiſtit.11.q.3. Et idem in effectu uoluit ipſe Bar.in auth.decernit ius.C. de arbitr. Et ſequitur Ang.d.conſi. 160.& Petr.Anca.in repe.c.1.in fi.11.q.principalis.uerſi.prædictis applico.extrà, de cõſtit.& Paul.d. cõſi.400. viſo puncto.lib.2. & Alex.conſi.29. clariſsime Doctor. colum.5.verſ. plus dico.quod etiam lib. 7. & Felin.in c. nam concupiſcentiam.in prin.extrà, de conſtit.ubi adducit multos concord.

19 *De eadem re.*

¶ Verùm Paul. Caſtr.in l.legis virtus. in fin.ff.de legibus, dicit, quòd ſi lex, uel ſtatutum, præcipit minori, uel mulieri, nec contrahat ſine certa ſolennitate, ſi contra faciat, non peccat mortaliter: eſt enim, inquit, huiuſmodi ſtatutum potiùs conſilij, quàm præcepti, cùm ipſius minoris, aut mulieris tantùm utilitatem concernit; ideò non ligat, ut not.glo. in c.1.de conſtit. Et idem uoluit ipſe Paul. in d.l.ſi quis pro eo. & in leg. is cui bonis colum.1.ff.de uerb. oblig. & in d. auth. ſacramenta puberum.colum.ultim.ubi dicit & hoc Rapha.uoluiſſe. Et hoc quidem ſequitur Iaſon ibi, colum.12.uerſic. & per hoc clarè colligitur. & idem quoque Paul. conſil. 190. cum tempore.colum.2.lib.1.& latè Philip.Corn.conſi. 36.uidetur prima facie.colum.3.& 4. libr. 1.ubi ad hoc multa adducit.& conſil. 35. ſemper mihi fuit. colum.4. verſi.

verſic.item contra dictum.lib.3.vbi citat pleroſque Dd. qui etiam contrarium tenuerunt. & Alex.qui & alios citat,conſi.53.viſis,& conſideratis.colum. penultim. verſ. non obſtat tertium,lib.3. Et Philip.Decius in dicto c.nã concupiſcentiam.in 1.lectur.non quidem ratione ipſius Paul. quam repræhendit, ſed alijs rationibus, & argumentis ductus: de quibus latè ibi videbis. Ideò in hac re cogitabis.

20 *An mortaliter peccet, qui rẽ tenet ex huiuſmodi contractu.*

¶Nunc verò ad ſecundum venio, quum quæſitum eſt, An ſit tutus in foro conſcientiæ, qui ex contractu inito cum muliere ſine conſenſu viri, rem detinet. Et quidem videtur primùm, quòd non ſit tutus, quoniam ſtatuta ſunt ſeruanda in foro conſcientiæ, ſecundum gl. in c. quæ in eccleſiarum. in princ. & ibi quoq; Bald. in princ.dicens eam gl. non eſſe alibi. extrà, de conſti. ſed eſt & alia gl.in c.2.in verbo,ſententijs. eod.titu. libro 6. vbi eſt & bonus text. cùm dicit, vt animarum periculi, & c.& Ioan.Andr.in c.2.de verb. ſigni.lib.6. & Bald. in c.in omni negotio. colum.1. extrà, de teſtib. cum concord.à Felin.relatis,in c. 1.col.14.verſi. extrà prædictos tres caſus. extrà, de conſtit. & à nobis in tract. Retractuum. in præfat. nu.73. incip. verùm Corn.Et in hanc partem facit,quod nuper diximus,in verſicu. ab hinc 2. & quod dicit Inno.in d.c.quia plerique.colum.2. extrà, de immu.eccleſ. quod ſi aliquis ex contractu,qui non tenet ipſo iure, habet aliquid:vt ſi in alienatione minoris abſit authoritas tutoris, vel decretum Præſidis, tenetur in foro conſcientiæ reſtituere.Ad hoc enim, vt reſtituere non cogatur, oportet adeſſe bonam fidem, & iuſtum titulum,qui hic non eſt, cùm talis titulus pro non titulo habeatur.

21 *De eadẽ re. Electus tutus in foro conſcientiæ, non obſeruata electionis forma.*

¶Contrà videtur, quòd ſit tutus in foro conſcientię, qui cum muliere bona fide contraxerit: omni videlicet fraude remota, per id quod not. voluit ipſe Inno. in c. quòd ſicut.circa medium. extrà, de elect. quòd in foro conſcientiæ valet electio,in qua interuenit purus cõſenſus eligentium, quamuis non fuerit obſeruata forma à Canonibus tradita:& tutus eſt electus in foro conſcientiæ, quia illa forma eſt introducta propter ſcandala, & euitandas deceptiones. Vnde ex quo iſta ceſſarunt, ſatis eſt.Quod dictum ſequitur, & dicit ſingul.Panor. in d.c. quia plerique,in fin.9.q.& etiam in c.1.ante fin.extra. de in integ. reſtit. vbi præterea dicit, ſemper menti tenendum,extenditq; ad omnem actum, in quo eſt prætermiſſa,ſolennitas iuris poſitiui, vt in foro animæ non teneatur quis de hoc ſibi facere conſcientiam, ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio, & adfuit conſenſus habentium actum explicare. Et ob id tenet, quòd quamuis in alienatione rei eccleſiaſticæ non fuerit ſeruata forma iuris poſitiui;tamen ſi fuerit facta in caſu licito, & interuenerit conſenſus illorum,qui conſentire debent,tutus eſt in foro conſcientiæ,qui huiuſmodi alienatione rem detinet.Ideoque ipſe Panor. in dictis locis repræhendit illud dictum Inno.in d.c.quia pleriq;.in præced.verſic. citatum. quod & repræhenderat Ant. & ipſe Panor. in eo ipſo c.quia plerique.Et hoc quoq; dictum Innoc.in d.c. quod ſicut,ſequuntur Pet.Anch.in c.beneficium,col.34 verſ.ſeptimò principaliter quæro.de regul. iur. lib 6. & in c.poſſeſſor colum.9.verſ. ſed contra hoc fortiter facit eod.tit.& lib. Felin.& Philip.Dec.in c.1.ille, colum.11. verſicu. fallit,ſeu potiùs declaratur:hic,colum.8. verſic. ex iſta concluſione.in 1.lect. extrà, de conſtit. & Iaſon in d.l.ſi non ſortem.in prin.in 4. not. ff. de cond. indeb. & l.etſi inutiliter.colum. 2.verſicu.facit quartò.C. de fideic. vbi hoc commendat.& in l.poſt diuiſionem. colũ. 2.uerſicu.2.& fortiùs.C.de iur.& fact.ignor, & in rubr. ff.de acq.hæred.colum.3.verſic.confirmatur, quia quantum.& in l.nemo.in 1.lect.nu.78.ff.de leg.1. & in §.ſed iſte colum. penultim. verſicu. item in materia. Inſt. de acti.& conſi.67.de iſto ſecundo. colum.4. verſic. reſtat circa prædicta, lib. 3. Aduerte tamen,quòd plerique erranter allegant Innoc. in cap. quia propter. de elec. vice d.c.quòd ſicut.

22 *Hæres inſtitutus in teſtamento nõ ſolenni, an ſit tutus in foro conſcientia.*

¶Simile eſt quod dicit Bald.in l.1.colum.2. verſ. interdum eſt nuncupatiuum.C. de teſtam.quòd hæres licitè & ſine læſione conſcientiæ tenet bona ex teſtamento carente ſolennitatibus iuris poſitiui, habente tamen purum teſtatoris conſenſum, modò nulla ſit fraus. Quod & idem voluit Pet.Anch.in d.c.poſſeſſor.in 8.colum.in 1.q.de regul.iur.lib.6.& Imol.in d.l. nemo poteſt. & ibi Alex.colum.6.verſicu.item inquantum.& Iaſon col. 16 verſic.ſubijciunt.& colum. ſeq.verſ. non obſtant ergo. in poſteriore lect.in priore autem,colum.12. verſ.circa hæc dicta.& Ioan.Mont.Fer.in repet.char.8.colum. ultim. verſic.nunc verò proſequor.ff.de leg. 1.& Paul. Caſtr.in l.ad teſtamentum.§ conditionem colum. 2.verſic. extra iſtos caſus ff.de teſta n. Et Corn.qui idem dicit de legato relicto in teſtamento minùs ſolenni, conſil. 119. circa primum.colum.9.verſi.nam relictum.& ſeq.lib.2. & late Felin.loco nuper allegato.& Iaſon in d.l.poſt diuiſionem.in fin. 2. colum. vbi allegat Panorm.egregiè, vt ipſe dicit,voluiſſe,in repe.c.relatum.le.1.colum.6. extrà,de teſta.quòd ſtante ſtatuto, quòd contractus mulierum non ualeant,ſine conſenſu propinquorũ, certè contractus factus cum muliere non obſeruata dicta forma, ualet in foro conſcientiæ,modò ſit ſine fraude. Et ita illum quoque allegat Iaſon ipſe in d. l. & ſi inutiliter. col. 2.uerſic.adde etiam.C.de fideicom. & Felinus in d.c.1. colum.11.de conſtit.& ipſum Felin.duntaxat,nulla Panor. mentione facta, ad hoc citat. & ſequitur Iaſon in d.§. ſed iſte, quem ſuprà adduximus. Et hoc veriſſimũ eſſe puto,ut uidelicet non peccet, qui rem aliquam detinet ex huiuſmodi contractu facto à muliere ſine cõſenſu uiri,modò abſit fraus omnis atque læſio.

23 *An peccet uxor, quæ nõ vult ſtare huic cõtractui.*

¶Sed etiam è diuerſo(ut redeamus ad prius illud caput huius quæſtionis) non uidetur peccare mulier, quæ huic contractui ſtare non uult, propter omiſſam huiuſmodi ſolennitatem: cùm id faciat legis, ſiue ſtatuti, aut conſuetudinis authoritate, per ca.qui peccat.23.q.4. Et ideò in ſimili hæres ab inteſtato licitè,& ſine lęſione cõſcientiæ poteſt conſequi & retinere hæreditatem illius, qui in teſtamento non ſolenni alium hæredem inſtituerat,atque legata in eo teſtamento facta reliquerat, ut uoluit Ioan. Cald. in ſua diſput. incip. Bononienſi ſtatuto cauetur. & Bal.in d.l.ſi poſt diuiſionem. paulò ante fi. & in l.cùm quis.colum.4.uerſ.decimò & ultimò probatur. C.de iur.& fact.ignor.& conſil. 285. ſi quis iure ciuili. lib.3.& Anton.in d.c.quia plerique.& in c.nouit.colum. 9.uerſ.ex hoc patet,quid de hærede.de iudic. Petr. Anchar.in d.c.poſſeſſor.col. 8.uerſi.& primò quæro de quęſtione.de regul.iur.lib. 6. Alexan. et Iaſon in d.l. nemo poteſt.ff.de leg.1.Idem Alex.conſil.210.ſtatutis.colum. 3.uerſ.et ſubdit.lib.2.Barba.in rep.c. Raynaldus.colum. 46.uerſ.decimò facit,de teſta.et Iaſon conſi.67. de iſto ſecundo.colum.pen.uerſ.ultra iſta.libro 3.Licèt contrarium teneat Bald.ſibi contrarius.conſ. 308. iſta ſcriptura.lib.3.quod repetitur conſ.266. libro 4. & Floria. in l. cùm de in rem uerſo.colum.2.ff.de uſuris.

24 *De eadem re.*

¶Sed pro priori ſententia facit, quod in ſimili tradit ipſe Bal.in auth.ingreſſi.colum.6.uerſic.dubitat tamen. C. de ſacroſ.eccl. illud ſcilicet, non peccare hæredes ab inteſtato, qui retinent hæreditatem relictam fratribus minoribus. Nam cùm in foro iudiciali ſit illis interdictum hęreditates relinquere,conſequens eſt, ut & in foro pęnitẽtiali obtinere debeat, ut dicit tenere D. Thomam. Et id quoq; generale eſt,ut etiam in foro conſciẽtiæ attendi debeant leges & ſtatuta,ut diximus ſuprà nu. 20.nunc uerò ad ſecundum.

25 *De eadem re.*

¶Nec obſtant, quæ diximus in præcedentibus uerſiculis,quia ea procedunt,quantùm ad retinendum:ut uidelicet



non peccet, qui retinet rem ſibi ceſſam in contractu etiam minùs ſolenni,ut nec is peccat,qui retinet hæreditatem, in qua fuit hæres inſtitutus teſtamento etiam non ſolenni, ut ſuprà diximus, cùm uterque habeat uoluntatem,& purum conſenſum,ille mulieris, hic teſtatoris.Hinc nec electus, qui habet cõſenſum eligentiũ, uti etiam diximus. Sed nec è diuerſo peccat mulier aut hæres,qui rem ipſam detinent,nõ obſtante eo contractu,& teſtamento, authoritate ſcilicet legis uel conſuetudinis innixi, ut pulchrè declarat Alex. in d.l. nemo poteſt. & clariùs Iaſon ibi, poſteriori lect. ut ſuprà citauimus. & ipſe Iaſon d. conſ.67.& col.ult.lib.3.ubi & alios citat.

26 *An huiuſmodi contractus cõfirmetur iuramẽto. Cõtractus prohibitus fieri ſine cõſenſu proximorum, an firmetur iuramento.*

¶Ex his quoque, quæ diximus, ex contractu facto à muliere ſine conſenſu mariti,nullam oriri obligationẽ, alia quoque ſolui poteſt quæſtio: Vtrùm huiuſmodi contractus iuramento firmetur. Nam ſi nulla oritur obligatio, quomodo poterit iuramentum confirmationem inducere, cùm nihil reperiat confirmabile? Et certè non poterit,ut expreſſim conſuluit in ſtatuto diſponente, ne quis poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, Angel. conſ.160.cuius eſt initiũ,pro deciſione.colum.2 uerſ.cõtrariũ dico. Et in ſimili cõſuluit Rom. conſ. 12. incip.uiſo teſtamẽto propoſito.col.2. Quòd ſi ex forma ſtatuti requiritur inſinuatio in contractibus minorũ, & non interponatur,nulla hinc oritur obligatio,nec naturalis quidem, per text. quem dicit ſingul.in l.ſancimus. in illis uerbis. pro non ſcripto, uel intellecto.C. de donat. Ideoque non poteſt hoc caſu iuramentum confirmare contractum minorum ſine inſinuatione factum, cùm nihil,ut diximus,reperiat confirmabile.

27 ¶Et ſimile quippiam voluit Bart.in l.ſi quis pro eo.in 3.membr. ad fin. & rurſum in 5.etiam ante fin.ff. de fideiuſ. quòd ſi ſtatutũ eſt,ut minor, uel mulier nõ poſſit aliquẽ cõtractũ facere ſine quapiam ſolennitate,tunc nõ confirmabitur cõtractus iuramento, propter peccatum mortale,quod ex tali iuramento contrahitur. Quod dicit menti eſſe tenendum,propter multa regionum ſtatuta.Et idẽ uoluit ipſe Bar.loquens in ſtatuto exigente cõſenſum propinquorũ in cõtractibus mulierum et minorum,in l. 2.in fi.C.ne fideiuſ.dot.den.& conſ.88.in quęſtione inter Franciſcum. col.2.& Bal.in l.2.in 9.q. C. de reſcind.vend. & in rub.ff.de iureiur.col.2.uerſ.& ideò ſi dicit ſtatutum.& in c. cùm contingat. colum.3.uerſic. ſi autem diceret ſtatutum.extrà,de iureiur.& conſ.450.in pupillo.lib.2.& conſi.178.ad euidentiam.lib.3. & conſ. 94.uiſo ſtatuto.lib.5.Angel.conſil.160. domina Catharina.col.2.uerſic.contrarium dico.Petr.Anchar.in repe. c.1.ad finem.11.quæſt.extrà,de conſtitut.et conſil. 180. viſa diligenter narratione. colum.2. uerſic. item liberatio.Paul.Caſtr.conſ.465.uiſo compromiſſo.col. ult.lib. 1.Pet.Fer.in tit.forma libel.ſuper peti. reſtit. in integ. in uerbo, tunc iurauit.colum.4. uerſ. dixi ſecundò. Barb. conſ.16.illud in medium. lib.2. Corn. loquens de ſtatuto,quòd ſubditus non poſſit contrahere cum extraneo, ſine certa ſolennitate,conſ. 77.quanquam uideatur,col. 2.verſic.præterea iuramentum, lib. 1. nã huiuſmodi,inquit,ſtatutũ reddit quẽ inhabilẽ,& tollit potentiam: quo caſu iuramentum non dat robur actui, ſecundum Angel.in dicta authent.ſacramenta puberum, & nouiſſimè Lud. Gozad.conſil.16.in hac cauſa. colum.2.num. 13.

28 *De eadem re.*

¶Non deſunt tamen, qui contrarium tenuerunt, vt Ioan.Andr.in addit.Specul.tit. de ſent. prolat.§. vt autẽ. verſ.hoc autem.Bald. ſibi contrarius,conſ.408.ſuper eo quod quæritur,lib.4.Ioan. Lign.Anton. Imol. qui hanc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ.& Panor.in d.c. cùm contingat.extrà, de iureiur.& ipſe Panor. in c. ad apoſtolicam. in 1.notab.de regular. Imol.conſ. 67. in caſu præmiſſo. Fulgoſ.conſ.219.viſis binis proceſſibus. col.penult.ver. rurſum poſito.& verſic.ſecunda quoque ratione. vbi ita dicit fuiſſe diſputando publicè eo anno determinatum in ſtudio Senenſi. Paulus Caſt.ſibi item contrarius,cõſi. 190.cum tempore,col.2.verſ.item & tertiò. lib.1. Alex. conſ.16.clariſſime Doctor.colum.6.verſ.quinimò. lib. 7.& Socin.conſi.77.in præſenti conſultatione, col. pen. lib.1.& conſ.147.viſa facti contingentia.col.4. verſ. ſecundò reſpondetur.eod.lib.1.& conſ.233. præſentis cõſultationis.col.2.& conſ.279.viſa donatione.col.1.verſ. quibus præſuppoſitis,eod.lib.2. & latè Corne. conſ.35. videtur prima facie.ferè per totum,lib.1.& conſ.127.licèt in hac conſultatione.col.1. verſ. licèt ſtatutum.eod. lib.1. & conſ. 35. ſemper mihi fuit viſa.col. vlt.lib.3.& conſ.224.licèt claram.lib. 3. & Fran. Aret.conſil.54. in cauſa magiſtri.in 1.dubio.latè Felin.in cap.ſi quis.col.2. verſ.inquantum dicit.extrà.de maior.& obed.& alij plurimi,quos longum eſſet ſigillatim referre.

29 *De eadem re. In uniuerſum.*

¶Ideoque & quia res hæc latiùs patet, quàm vt breuibus poſſim illam concludere.ſatis erit, ſi legentes veluti manibus duxerim ad ea loca,in quibus eam rem abundè tractatam comperient. Legant igitur vltra loca ſuperiùs allegata Bald.Paul.Caſtr.& alios poſt Bar. in d.l. ſi quis pro eo.& ibi omnino Catonem Saccum in repet. in 20. chart.ff.de fideiuſ.Bart.Bald.Ang.Saly. & latè recentiores,in authent. ſacramenta puberum.C. ſi aduer. vendi. Bart.Bald.Angel. & recentiores, in l. is cui bonis.ff. de uerbor.oblig.Feder.Senen.conſ.172.in nomine Domini,amen.factum tale eſt. Baldus in l. non dubium. in 17. oppoſ.C. de legibus. & latiſſimè in repet.l.2. char. 11. verſ. ſub quinta quæſtione.ff.de iureiuran. ubi eam rem per 5.aut 6.col.tractat.& conſ. 487. conſiderandum eſt lib.3.Angel.d.conſ.160.domina Catharina. in 3. membro.Petr.Anch.in repet.c.1.in 11.quęſt.uerſ.quid dices. extrà, de conſtit.Panor.conſ.71.in hac cauſa.lib.1. & latiſſimè omnium in ſua diſputatione,cuius eſt princ. ſtante ſtatuto per totum.Cano.præſertim Anton.in d.c.cùm contingat.& ibi quoq; Imol.in 3. mẽb.princ. de iureiur. Domin.con.51.ſuper præmiſſo.per totũ.Rom.con.437 in caſu propoſito.per totũ. Ioan.Bapt. Seuer. latè in rep. l.omnes populi.char.18.in paruis.uer.3.infert Bart. cum multis ſeq.ff.de iuſtit.& iure.Alex.abundè,conſ.125.uiſis & conſideratis.lib.1.& conſ.39.uiſo ſtatuto,lib.4. & iterũ conſ.102.cùm ſtatutũ. eodẽ lib.4.Fran.Aret.conſ. 2.intellecta diligẽter.& cõſ.22. diligẽter & maturè. col. ult.uerſ.hoc præmiſſo.& Philip.Cor.latè,conſ.70. quæſtio eſt pulchra.in 2.dub.lib.2.& con.167.in hac conſultatione.col.2.& 3.eod.libro 2.ubi loquitur in ſtatuto requirẽte conſenſum conſanguineorum in contractu. mulierum.& conſil. 188.de duobus.col.6. uer. reſtat modò ad ſecundam.cum multis ſeq.uſque ad fin. conſ. eodem quoque lib.2.& conſ.121. uidetur prima facie dicendũ. li.4.& cõſ.252.quòd cõtractus.per totũ. eodẽ li.4.Soci. cõſ.77.in præſenti.in 2.dub.lib.1.& Bald.à Bartol.inter cõſ.illius conſ.ſeq.incip.in eadẽ ſentẽtia.in 2.quoq; dubio,eodẽ lib.1.Franc.Curt.Senior in rep.auth.ſacramenta puberũ,num.36.& ſeq. & iterũ 55.C.ſi aduer.uend.& Iaſon poſt alios in l.qui iurato.col.penul.& ultim.ff.qui ſatiſda.cog.& Hippol.Marſil.in l.penultima.colum.12. uerſic.quæro ultimò.per 4.colum.ff.de quæſtionibus.

## GLOSSA QVINTA

### In Text. Contracter.

1 *An hæc cõſuetudo habeat locũ in diſtractu. Diſtract° an ueniat appellatione contractus.*

HÆC ergo noſtra conſuetudo de contractu loquitur, nulla diſtractus mentione facta. Ideò videtur non procedere in diſtractu, ea potiſſimùm ratione,quòd diſtractus nõ uenit appellatione contractus,ut not.Bald. in l.ult.C.ſi tut.uel cur.interu.ꝑ tex.ibi,in prin. ubi cõtractus & diſtractus ſeparatim nominãtur. Nã et ꝓpriè cõ

tractus dicitur, cùm eſt vltro citroque obligatorius. l. Labeo.§.contractum.ff. de verbor. ſignif. Idque maximè procedit in hoc ſtatuto, quod eſt contra ius commune, vt dicemus infrà in gloſ. 8. in verbo, *De ſon mary*, num.5. incip. at ius noſtrum. Ideoque propriè ſtricteque, & in caſu expreſſo ſine extenſione intelligi debet, vt minùs lædatus commune, quàm fieri poteſt. l. 2. C. de noxali. & cap. cùm dilectus. extrà, de conſuetudin. cum concord. alibi à me adductis. Et hoc ſanè in ſimili caſu tenuit Bald. in l. ſiue apud acta. colum.1. verſ. vlteriùs nota, quòd contractus. C. de tranſact. vbi dicit, quòd ſtatuta diſponentia, non valere contractus mulierum ſine inſinuatione, non habent locum in ſimplici liberatione. & ſequitur Alexand. ibi, & in l. more col. 2. ff. de acquir. hæred. & Iaſon conſil.53. in quæſtione. circa fin. lib.1.

2 *De eadem re. Statutum ut de contractu ſoluatur gabella, non habet locū in diſtractu.*

¶Et hoc quidem confirmat quod voluerunt Bartol. Bald. & recentiores, in l. ab emptione. ff. de pact. quod ſtatutum, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, non habet locum in diſtractu. quod & idem voluit Bald. in l.1. colum. 2. verſicul. quid eſt ergo. & ibi Salyc. & Paul. Caſtr. colum. vltim. C. quando liceat ab empt. diſced. & Bald. in l. ſi donationis. in fin. C. quod metus cauſa. & in l. tres fratres. in 3. notab. ff. de pact. vbi loquitur de refutatione, quam negat compræhendi ſub huiuſmodi ſtatuto. Idem Bald. poſt Cyn. in l.3. §. contrarium. in fin. ff. de contrah. iudic. tutel. & Angel. conſil. 94. pro parte affirmatiua. col.5. verſicu. videndum igitur reſtat. Idem Angel. & Imol. in l. ſi hominem. ff. de vſucap. Alex. in l. Pomponius. §. præterea. colum. 2. & ibi etiam Franc. Aretin. qui eum §. legit cum §. cùm quis. in 3. notab. & iterum in fine. ff. de acquir. poſſeſ. & rurſum ipſe Aret. in ea ipſa lege. §. in dote. poſt princ. & idem Alex. in d. l. ſiue apud acta. col. 2. C. de tranſact. & Bart. in l. ſi ſtipulatio. col.1. ff. de verbor. oblig. Felin. in c. querelam. col.1. verſ. item ex hoc not. extrà, de ſimon. Franc. Curtius Senior in auth. ſacramenta puberum. char. penul. nu.42. & ſeq. C. ſi aduer. vendi.

3 *De eadem re.*

¶Hucque ſpectat, quod pulchrè conſuluit Paulus Caſtr. conſ.74. in cauſa mota per dominā Dorotheam. colum. vlt. verſ. videndum eſt. lib.2. quòd ſtatutum vicinos, aut conſanguineos admittens ad retractum contractus, non habet locum in diſtractu. De quo diximus in noſtro tractatu Retractuum, titulo 1. §. 1. in glo.2. in verbo, *à vendu*. num. 38. & alijs locis ibi citatis. Sed & generale eſt, vt ſtatutum loquens de contractu, non habeat locum in renuntiatione, ſiue refutatione. Bald. in l.1. ad fin. C. ſi aduerſus dona. & Salyc. in l. 1. in 5. oppo. C. de pactis. & Panor. conſil. 108. hoc exordio, illud in effectu de iure quæritur. libro 2. vbi conſuluit, quòd ſtatutum diſponens minorem, non poſſe ſine decreto iudicis contrahere, non habet locum in pace facta per minorem, cùm propriè non ſit contractus, ſed potius quædam remiſſio iniuriæ, per multa iura hic allegata.

4 *De eadem re.*

¶Sed quid diutiùs in huiuſmodi ſimilibus & generalibus immoramur? cùm Angel. & Alex. receptiſſimæ authoritatis viri, in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. hunc noſtrum caſum nominatim ſpeciatimque definierint, limitantes dictum Bart. ibi, volentis, in 6. colum. verſ. ex hoc apparet., quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poteſt ſe obligare ſine conſenſu duorum conſanguineorum, non poterit mulier liberare, ſiue facere pactum de non petendo. Quod & ibi ſequuntur Bald. ipſe, Angel. Paul. Caſtren. Fulgo. Alexand. & alij, & idem voluit ipſe Bart. & alij poſt eum, in l. Mæuia. §. 1. ff. ſolut. matrim. & Fulg. conſi. 39. ad id de quo quæritur. colum. vlt. Rom. conſ. 280. repetito in conſil. 394. præſuppoſito quòd viua voce. poſt princ. & Fran. Aret. conſi. 54. in cauſa magiſtri. verſic. unde dicit. & Iaſon dicto conſi. 53. in quæſtione vertente. colum. vltim. lib. 1. & Alciat. in l. Labeo. in verbo, obligationem. ff. de verborum ſignific. Vt videlicet huiuſmodi dictum Bar. & ſequacium procedat, cùm ſtatutum loquitur per verbum obligare, quo & ipſe vtitur. Nam faciens huiuſmodi pactum de non petendo, obligatur naturaliter non petere, per not. per ipſum Bartol. & alios in l. vbi pactum. C. de tranſact. cum ſimil. Secus, inquit, ſi vteretur verbo contrahere: puta quia diſponeret, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum: tunc enim poſſet facere pactum de non petendo, quia cùm iſtud pactum ſit ſtricti iuris, & exorbitans ex iure communi, debet ſtrictè intelligi. Quod & idem voluit ipſe Alexand. in l. more. colum. 1. ff. de acquirenda hæred.

5 *De eadem re. Contra ſupradicta.*

¶Contrà tamen veriùs videtur, vt ſtante huiuſmodi ſtatuto, non poſſit mulier renuntiare, aut liberare, aut diſtrahere, vt voluerunt Bal. in d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. col. 4. verſ. ſed quid ſi ſtatutum. & ibi Mart. Laud. & Iaſ. ff. de pact. Idem Bald. in eadem l. §. quod in ſpecie. col. vlt. & in rubr. C. de pactis. & in l. pactum. in 21. q. & ibi etiam Rom. col. ult. C. de collat. & idem Roman. in l. de tutela. in 2. notab. C. de in integr. reſtit. mino. & in l. mutum. §. 1. ff. de acquir. hæred. & d. conſ. 280. repet. conſ. 194. colum. 1. Fulgoſ. in l. contra. §. ſi filius. ff. de pactis. Bald. à Bar. quem Bald. Nouellum uocant, Aduocatus conſiſtorialis, Doct. egregius, in repe. rubr. ff. de verbor. oblig. colum. penult. Barb. in l. 2. in princ. colum. 9. verſicu. item dico quòd doctrina. ff. eod. tit. & in Clem. auditor. in fin. de reſcript. & conſil. 16. illud in medium adferam. colum. 4. li. 3. Franc. Aret. in l. 5. in princ. col. 4. uerſ. in quæſtione. ff. de verbor. obl. quæ ex qua. cont. & Socin. conſil. 230. uiſo teſtamento. col. 3. uerſ. poſtremò non omitto. Iaſon in d. l. ſiue apud acta. colum. 2. uerſic. ego teneo. C. de tranſact. & in l. Barbarius. colum. 3. uerſ. tertiò facit. ff. de offic. Prætoris. & in auth. ſacramenta puberum. colum. 17. uerſic. confirmo per illum. C. ſi aduer. uendi. & in l. Pomponius. §. præterea quæritur. ff. de acquir. poſſeſ. in 2. lectur. & in d. l more. col. 6. verſic. cōfirmatur per illud. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi ego col. 1. in fin. ff. ſi cert. pet. dum allegat multos ex ſuprà dictis, ut probet ſtatutum loquens de contractu, habere locum & in diſtractu: & in §. omnium. colum. 7. num. 39. Inſtit. de actio. ubi hoc reputat notab. & Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter uir. & uxor. § 68. colum. 3. uerſic. hoc etiam uidetur. & iterum uerſi. & iſtud teneo. Alciat. in d. l. Labeo. in uerbo, actum. ff. de uerb. ſignif. & in lib. 2. eiuſdem tit. char. 11 & Franc Ripa. in rubr. ff. de acquir. poſſ. col. 2. nu. 10. & Arnol. Ferro. in conſuetud. Burdig. tit. 1. §. 3.

6 *De eadem re.*

¶Et hanc certè partem mirum in modum fulcit, quòd nonnunquam leges noſtræ contractum pro diſtractu accipiunt, ut in l. omni. & ibi not. C. de omni ag. deſer. lib. 11. Nam &, ut dicit glo. not. in l. 1. in prin. in gl. magna, in fin. ff. de actio. & oblig. omne pactum dicitur contractus. Quam gl. ſequitur Bal. & poſt eum Iac. à S. Georg. in d. rub. C. de pact. ubi dicit, per illam, quod omne pactum eſt contractus, etiamſi ad diſtractum tendat. & idem Bal. in l. contractus. col. 2. C. de fid. inſtr. & in dicto. §. pactus ne peteret. & in l. iuriſgentium. in princ. col. 2. ff. de pact. & in c. Quinta uallis. col. 2. uerſi. ſed uidetur, quòd ex nudo pacto. extrà, de iureiurand. & conſ. 102. omnis poteſtas. in fi. lib. 3. Barba. faciens illam gl. ſingul. et Bart. ubi ſuprà. et Iaſon. omnibus ferè locis ſuprà citatis. et præterea in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. colum. 7. uerſic. moueor primò. ff. de pactis. ubi eam gl. dicit ſingul. et in d. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. colum. 4. verſic. ſecundò principaliter. Quò fit, vt minus mirum videri debeat, quod ſcribit Franc. Aret. in l. ſi quis cùm aliter. colum. 6. verſic. item & iuramentum. ff. de verborum obligat. quòd diſpoſitio, quantumcunque exorbitans, atque etiam correctoria, loquens in contractu, habet locum & in diſtractu, per dictam l. de tutela. C. de in integrum reſtitu. & in l. ſi maior. C. de dolo.

7 *De eadem re.*

¶Propterea dicit alia glo. quam & ipſe Franc. Aret. vbi ſuprà, citat in d. l. 3. §. contrarium. ff. contra. iudic. tutel. quòd d. auth. ſacramenta puberum. quæ ipſa eſt exorbitans à iure communi, quamuis loquatur de contractibus ſolùm, habet tamen locum in liberationibus, renunciationibus, & diſtractibus, quam gl. ſequuntur Dyn. Bart. Bald. & alij ibi. & illam quoque dicit vnicam in iure Bald. in rubr. extrà, de iureiur. & ibi Anto. Corſ. in 18 priuilegio iuramenti. Et hoc idem voluerunt Bart. colum. vlt. Bal. Angel. Salyc. & omnes, præter Cyn. in dicta authent. ſacramenta puberum. & ibi quoque Franc. Curt. Senior, in repet. chart. penul. nu. 42. & ſeq. vbi ad hoc dicit ſing. glo. in d. §. contrarium. & ibi quoque Corn. etiam in repet. colum. 8. num. 25. Ipſe Bald. & Iac. à S. Georg. qui & eam glo. dicit ſingul. in d. rubr. C. de pactis. & idem Bald. in l. pactum quod dotali in 21. q. C. de collati. & in d. §. item ſacramenta. colum. 3. verſ. quæro nunquid iſta authen. titu. de pact. iuram. firm. & conſil. 408. ſuper eo quod quæritur. lib. 4. vbi & ad hoc allegat not. in d. l. 3. Angel. & Imol. qui & illam gl. in dicto §. contrarium. dicit ſing. in l. Pomponius. §. ſi quis precariò. in fi. per illum textum. & ibi quoque Vinc. Hercul. colum. pen. ff. de acquir. poſſeſ. & idem Ang. conſ. 50. teſtator quidam. circa medium. Anto. in c. vltim. char. antepenult. in 1. fallent. extrà, de conſuetud. Roma. conſ. 190. clarum eſt. circa medium. Barb. in l. ſciendum. col. 80. ff. de verbor. oblig. Alex. in d. l. Pomponius. 6. præterea. colum. 2. verſ. item ex iſto. ff. de acquir. poſſeſ. vbi & illam gl. dicit ſingul. & hanc eſſe communem opin. & in l. minimè. C. de legibus. & conſ. 185. viſo titulo. col. antepen. verſ. bene facit. lib. 2. & conſ. 53. viſis & conſideratis. poſt prin. lib. 3. & conſ. 51. videretur pro deciſione. col. 2. verſ. ad idem facit. lib. 5. & Franc. Aret. in c. in præſentia, per illum text. & ibi quoque Philip. Dec. in vlt. not. extrà, de probat. Fran. Curt. Senior, & Lancel. Dec. inter conſil. ipſius Curtij, conſi. 44. contingentia col. 5. Petr. Ferr. in titu. forma libelli ſuper petit. de reſtit. in integr. in verbo, tunc iurauit. colum. 2. verſ. item procedit d. regula. Firm. in tract. gabel. in 5. part. prin. q. 5. verſ. & adde Philip. Decium, conſil. 639. viſa conſultatione. col. 1. Carol. Ruin. conſil. 137. viſo inſtrumento. colū. 2. verſ. ſed præmiſſis. lib. 4. Sed eſt & alia gl. hoc idem volens, in d. §. item ſacramenta puberum. in verbo ſuper contractibus. colum. 2. verſ. item quæro an lex iſta. & ibi Iac. Aluar. qui hanc quoque dicit eſſe communem opin. & Cardin. Alex. qui idem dicit, titu. de pac. tenend. & idem nouiſſimè voluit Andr. Alciat. lib. 2. de verb. ſign. in materia extenſionis conſtitutionum correctoriarum: licèt contrarium viſus ſit voluiſſe Cyn. in d. authen. ſacramenta puberum. in 14. quæſtione.

8 *De eadem re. Diſtractus forum ſequimur vt contractus*

¶Et aliàs quoque diſtractus eiuſdem naturæ eſt, vt contractus, vt quod in contractu habet locum, obtineat & in diſtractu, ſicuti dicit Bart. in l. & ideo. ff. de cond. fur. Sicuti enim per contractum quis ſortitur forum in loco, quo contrahit, ut eſt text. in l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. & §. proinde. ff. de iudic. & in c. Romana. §. contrahentes. de for. comp. lib. 6. Ita quoq; per diſtractum. l. exigere dotem. & ibi Bart. & alij. ff. de iudi. & l. qui loco. & ibi item Bart. poſt Guil. Cu. ff. de cond. indeb. & hoc quoq; uoluerunt Ang. Alex. Iaſ. & Herc. in d. l. Pomponius. §. præterea. ff. de acq. poſſ. & Lapus alleg. 10. incip. diſputat hinc, quem refert Ant. in c. poſtulaſti. de for. compet. dicens ibi eſſe caſum. & Alex. in addit. Bart. in d. §. ſi quis tutelam. vbi dicit, de hoc eſſe caſum vnicum in iure, in l. in contractibus. §. in omni. & ibi Bart. C. de non numer. pecu. & Iord. in repet. d. §. contrahentes. colum. 2. verſ. ſed quid de diſtractu? vbi reſpondet ad quædam contraria. Et ſicut, cùm de contractu agitur, actor ſequitur forum rei: ita & cùm de diſtractu. l. 2. & ibi Bart. C. vbi, & apud quem.

9 *De eadem re.*

¶Et quemadmodum contractus præbet iuſtum titulum, iuſtamque ad vſucapiendum cauſam, ita etiam diſtractus, & liberatio, per d. §. ſi is qui precariò. & ibi Angel Imol. & recentiores. & d. l. Pomponius. §. præterea. & ibid. Iaſ. ff. de acquir. poſſ. & l. ſi hominem. ff. de vſucap. & l. ſi duo. ff. de diuor. & temp. præſcrip. Bal. in l. 1. C. de vſuc. transfer. Et ſicut dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, illum reddit nullum ipſo iure, ex communi opin. per l. eleganter. in princ. ff. de dolo: ita & ſi dederit cauſam diſtractui bonæ fidei, ut probatur in d. l. de tutela. C. de in integ. reſtit. min. & not. Dd. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. Bart. & Paul. Caſtr. in l. pen. C. de dol. mal. Bart. in l. actione. col. 1. verſi. opponitur contra hoc. C. de tranſact. & in d. l. eleganter. in princ. colum. 4 uerſic. eodem modo poſſemus dicere. ff. de dol. mal. & in l. & ideò. in prin. uer. quid ergo dicemus. ff. de condi. fur. & Bald. in l. aduerſus. poſt princ. C. de except. & in l. 1. poſt princ. & ibi Salyc. colum. 2. verſ. quæro ab extra. C. quan. lic. ab empt. diſced. & idem Bal. in c. audita. col. 2. uerſ. ſed contrà uidetur. extrà, de reſtitu. ſpol. Franc. Aret. in l. ſi ſeruum. in princ. col. 2. uerſ. potes dicere. ff. de uerb. oblig. Iaſ. in l. ſi ego. col. 2. uerſi. ſecundò aduerte. ff. ſi cert. pet. Nam & ubi contractus eſt bonæ fidei, ſimiliter & diſtractus, ſiue diſſolutio illius, & è diuerſo. l. ab emptione. & ibi Bart. Bal. Salyc. Ang. & alij. ff. de pact. & d. l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. et ibi etiam Bal. et Paul. Caſtr. Quanquam ei quod diximus, dolum dantem cauſam diſtractui, eum ipſo iure nullum efficere, contradicit Ioan. à Monte Sperel. et Socin. in l. cùm poſteaquam. C. de pact. At Iaſon et Phil. Deci. ita id intelligere uidentur, ut ſi pactum liberatorium interpoſitum ſit ſuper actione iudicati, quæ ſtricti iuris eſt, id certè et ſtricti iuris ſit, ideoque dolus ei dans cauſam, non annullet ipſo iure. Sentiunt ergo, quòd ſi interponatur ſuper contractu bonæ fidei, ſecus ſit.

10 *De eadem re.*

¶Et ſicuti in contractibus ſub conditione factis inſpicitur tempus contractus, ita ut conditio retrò trahatur. l. ſi filiusf. in prin. et ibi Dd. ff. de uerb. obli. et l. potior. et l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. ita etiam in diſtractibus, ſecundum gloſ. in l. ſi ſub conditione. ff. de ſolut. Ang. Imol. Raph. Co. Pet. Beſut. et Iaſ. in d. l. ſi filiusfamil. Et qui habet autoritatem legitimam in contractu, eandem quoque habet in diſtractu. l. ult. et ibi Bald. in epitome. C. pro ſocio. Et regulariter ex contractu non transfertur dominium ſine traditione. l. traditionibus. C. de pactis. cum ſimil. ſic nec ex diſtractu, ex ſententia Bart. in d. l. et ideò. poſt princ. ff. de condi. furt. et Alex. in l. 1. col. 3. uerſic. pro deciſione iſta. ff. ſol. mat. et Phil. Dec. in d. l. traditionibus. col. pen. uerſicu. 2 concluſio. Et ſi quo caſu non requiratur traditio ad transferendum dominium in contractu, ut in eccleſia et ciuitate, per l. ult. C. de ſacroſ. eccleſ. ſic nec in diſtractu. Iaſon in d. l. ab emptione. col. pen. uerſic. in ultima parte. ff. de pact. et Catel. Cott. qui id dicit ſing. in memorab. incip. uenditio facta ciuitati: licèt contrarium teneat Bal. in l. ſi tibi. §. de pignore. col. ult. ff. de pactis. quē ſequitur Iaſon ſibi contrarius, in d. l. ultim. in 4. notab. uerſic. pulchrum. C. de ſacroſ. eccleſ. ubi illud dictum Bald. ſingul. dicit.

11 *De eadem re.*

¶Et ſolennitas, quæ requiritur in contractu, eadem et in diſtractu requiritur. l. ſi ad reſoluendam. C. de prædi. min. ubi lex prohibens minorem contrahere ſuper re immobili, ſine autoritate et decretio iudicis, habet locum et in diſtractu. quem text. ad hoc expendit,

& dicit not.Bald.in l.Prçſes.col.2.verſ.idem apparet, C. de tranſact. & in l.1. poſt princ.C. ſi aduerſ. tranſact. & conſil.220. proponitur quòd A. lib.1. vbi ex hoc dicit, quòd ſi contractus requirit ſcripturã, ita & diſtractus & conſ.415. illa ſolennitas. in princ. lib.2. quod repetitur conſ.481.lib.4.& Rom.d.conſ.280. vbi & per illũ text. dicit parem rationem habere locum in contractibus, atque ita in diſtractibus. Ideoq; dicit Bar.in auth.è contrà ſi filij, in 2. not. per illum textum.C. de repud. quòd cuius conſenſus requiritur in contrahendo, eiuſdem quoque requiritur in diſtrahendo.

12 De eadem re. ¶Sed per illum text.dicit Alex. in l.centeſimis.§. vlt. in fi.ff.de verb.obl.quòd eadem requirũtur in reuocatione actus, quæ in confectione ipſius. Quod & voluit, ante illum illo tamen tex.non citato, Bart.in l.quod iuſſit.col. pen.verſ.quæro an partibus.ff. de re iudic. & in l. actor. col.pen.ff.rem rat.hab.& Bal.in l.ſi ita.§. regula.ff. de li. & poſth.& in l.ſi vt proponis.C.de nupt. & in l. omniũ. ad fi.verſ.item not.quòd licèt princeps.C.de teſt. & in l. vlt.col.vlt.C.de fideicom.& in c.1.in verbo, nos Ro.tit. de pace Conſt.& in c.cùm cõſuetudinis.poſt prin. poſt. tex.extrà, ibi, extrà, de conſuet.Car.Flor.& Imol.in c.relatum.de teſta.Rom.conſ.65.viſo themate.colum.2.vbi & ad hoc prçterea allegat l.hçredes palàm.§.ſi quis poſt. ff.de teſta.& l.ſi puellæ.ff.de ſponſal.& l.nuptię.ff.de rit. nupt.Alex.conſ.134.ſuper præmiſſo dubio, in fin.lib.7. & Felin.in c.edoceri.col.5. verſ. non obſt. prædictis.de reſcrip.& ante omnes gl.in l.tria prædia.& ibi Paul.Caſ. ff.de ſer.ruſt.præd.

13 De eadẽ re. ¶Ex quo id conſequens eſt, vt quot teſtes requiruntur, ad probationem teſtamenti, tot quoque requirantur ad probationem reuocationis illius, vt ſatis probare videtur tex. in d.l. hæredes palàm.§.1.& ibi not.ff.de teſt. & ad hoc vulgò citatur gl. quæ tamen loquitur de probatione erroris teſtamenti, in l.cùm proponebatur.ff.de leg.2. Et idem in cæteris, vt eo modo, quo debent probari, eodem reuocatio eorum probari debeat. Bal. in l. teſtium. in 5.not. per eum tex.C. de teſtib. Et illud quoque hinc prodit, quòd ſicut Prælatus non poteſt contrahere ſine conſenſu capituli, ita nec diſtrahere.c. querelam. extrà, de ſimon.vbi id ex eo not.Ioan.Ana. Et quod tempus requiritur ad inducendam conſuetudinem, idem quoq; ad eam abolendam, vt tradit Ant.in c. accedentibus.col. 2. verſ. quæro quanto tempore, de priuileg.& Panor. in c. pro illorum. de præbend. & Alex. conſil.5. ſi vera ſunt. col.4.verſic.ſicut ergo dicta.lib.5. Et quæ ſolennitas requiritur in condendo ſtatuto, eadem & in reuocando. Bart.in l.omnes populi.chart.3.verſ. iuxta prædicta quæro, an in reuocando.ff.de iuſt.& iur.& Franc.Aret.conſil.75. diligenter & maturè. col.4. verſ. pro iſta concluſione. Et eodem modo debet probari ſolutio debiti, quo debitum ipſum probari debet: vt pulchrè reſpõdit Pet. Anch.conſ.350. in quæſt. prædicta. Et ſequitur Philip. Dec.in l.nihil.ff.de regul.iur. Et ſicut cùm Epiſcopus ſolenniter excommunicat, debent eum duodecim ſacerdotes circunſtare, c. debent.11. quæſt. 3. Ita & cùm abſoluit.c.cùm aliquis.eadem quæſt.& cau.

14 De eadem re. Donato fit nudo pacto. ¶Nam & è diuerſo ea tantùm in reuocatione actus requiruntur, quæ in confectione illius. Quod ex eo videmus, quod vti donatio poteſt fieri nudo pacto, l. ſi quis argentum.C. de donat. ſic & nudo pacto reſolui poteſt, ſecundum gl.Bart.& alios, in d.l.ab emptione.ff. de pactis. Et ſicut pignus ſolo conſenſu contrahitur, ſine traditione, l 1.ff.de pign.actio.ita quoq; reſoluitur, l. penul. C.de pign.& gl.in d l. ſi tibi.§.de pignore.ff. de pact. Et ſicut quis ſimplici verbo excommunicatur, c.1.extrà, de eo qui fur.ordi.rece.ita quoque abſoluitur gl.in d.c.cùm aliquis.11.q.3.& in c.comperimus. 24.q.3. Et ſi grauamẽ eſt verbale, ſufficit reuocatio verbalis: ſi reale, & realis requiritur.glo.in c.ſi à iudice. in verbo, cum effectu. in fin.& ibi Archid.& Ioa. Andr. de appell. lib.6. Et ea peccata, quæ ſola voluntate contrahuntur, ſola quoq; voluntate dimittuntur, vt dicebat Bart. antiquus Doc. arg. d.l.ab emptione.vti eum refert gl.in c.ſi cui.in verbo, voluntas.de pœnit.diſt.1. quæ declarat quomodo ſit intelligendum.

¶Et ſi iudex parte non vocata, & non legitimo tempore, & veluti quodam impetu facilis fuit ad concedendam tenutam, quam vocãt, ſiue bonorum poſſeſſionem, aut ad deijciendum aliquem ſua poſſeſſione de facto, & nullo iuris ordine ſeruato, ita facilis eſſe debet, ad id reuocandum de facto, & ſine partis citatione. Textus eſt intimis memoriæ theſauris condendus, in l.1.§. hoc edictum.ff.ſi mulier vend. nomi. & gl. etiam not. & omnibus nota, in l.minor. in prin. in verbo, ſecus.ff.de euict. Innoc.in c.querelam.col. 3.verſ. alij dicunt. & ibi Bald. col. vlt. extrà, de elect.Old.conſil.12.quæſt.1. ad fin. 1. dub.Bald.in l.ſi pacto quo pœnam.col.1.in 5.not.& ibi quoq; Saly.Paul.Caſt. Alex. & Iaſon. C. de pact. Idem Bald.in l.ſi deſerta.in fi.C.ſi propt.publ. penſi. & in l.2. colum.7.verſ.quartò quæro, ſi iudex.C.de ſerui.& aqua. & in l.vlt.col.2.verſ.ſecundo caſu.C.de edict.D.Adriani toll. & in repet. l. tale pactum.§. qui prouocauit. in 10. q.ff. de pactis. & in l. pupillo.§.vltim. & ibi quoque Imol.ff.de no.ope.num.& ipſe Bald.in l. 2.ff.de ſeruit.& in l.vlt.et ibi quoque Salyc.C.eod.vbi ipſe Bald. dicit eã glo.ſing.& idem in l.1.ad fin.C.de prohi.ſequeſtr.pecu. & in l.poſt ſententiam, in fin.& ibi etiam Salyc. verſicu. quartò quæro.C.de ſenten.vbi & Bald.ipſe dicit eam gl. ſingul.& in l.1.circa medium.C.de except.rei iudic.& in rubr.C.de ſucceſ.edic.colum.2.& in l.ab executore. C. quom. appel. non recip. & in c. 2. ad fin. de reſcriptis. & in c.ab excommunicato.colum.2.eod.titul.& in c.inter quatuor.in fin.extrà, de maio.& obed.ubi dicit, eum textum ad hoc eſſe ſingul. & in addit. Specul. titul. de prim. & ſecund. decretis.§. iam de effectu. verſicu. ſed quid ſi iudex.& conſil. 149. proponitur, quòd quædam tutela. in fin.lib.3. & conſil. 365. quanquam ſuper prædicto colum. penultim. eodem lib.3. & conſil.318. iſta captura.colum.1.lib.4.Ioan.Fab.in l.2.C. ſi per vim, vel alio modo. vbi hoc trahit ad dominos temporales, qui ſaiſiunt (vt ipſe loquitur) parte non uocata. Ãgel.Imol. & Alex.in l.de vnoquoque.ff.de re iudic.Anton.Panor. & Philip.Deci.in c.cùm ceſſante.ille, col. 2.alij, colum. vlt. extrà, de appel.Petr.Anch.conſ.6.viſo themate. colum.penultim.uerſicu.contrarium. & rurſus ante fin. & conſ.20. uiſo prædicto. etiam in fin. & conſil.188. uiſis conſilijs. colum.2. ubi & ex hoc dicit, quòd ſententia à iudice laico lata in clericum, ab eodem reuocari poteſt. Imol.& Alex. in l. 1.§. nuntiatio.ff. de oper. nou. nunt. Rom.ſing.769.poſſeſſio etiam iniuſta. & conſi.158.circa articulum.colum.1.& latiùs conſ.220.circa princ. colum. etiam 1. in duobus locis: ubi & ad hoc dicit eſſe text.multum not.in l.in fraudem.§.ſicut.ff.de milit. teſt. & Raph. Co. conſil. 146. Simon Helias, Maria.Socin. conſ.32.ex his quæ ſuperius.in fin. Alex.in l.quod iuſſit. colum.10.uerſ.prædicta tamen intelligas. & rurſum uerſicu. quærit etiam Bart.ff. de re iudic. & latè conſil.5. in cauſa & lite.colum.penultim.uerſ.item ſi probatum eſt. lib. 2. & Barb. conſil. 51. ſcripſit ſapientiæ fons. colum.22.uerſ.tertiò accedit.lib.1.& Felin.latè in c.qualiter & quando.le 1.col.8.uerſ. tertiò limita. extrà, de accuſ.ubi etiã facit ſing.tex.in d.§. & hoc edictum. & hoc poſtea not.limit. 15 De eadem re.

¶Ad idque facit quod ſcribit gl.in c.primates.2.q.1. quod depoſitus de facto, etiam de facto reſtituitur. quam in id expendit Bal. in c.accedens.le 1.in fi. extrà, ut lit. non conteſt. Et alia gl.in c. excommunicatos.11. quæſt.3. quòd ſi iudex motu proprio, & nullo petente, quempiam excommunicare poteſt, & eodem quoque modo eum abſoluere. Et quòd item voluit Spec. in d. tit.de prim. & ſecun. decret. quo loco ſuprà citauimus. & Ioan.Andr. in addi. ipſius Spec.tit. de ſenten. & quæ ipſam ſequuntur.§.ſpecies.verſi. eſt quoq; & tertia ſpecies.in addit.quæ incip.habeo de præcepto. Bart.in d.l. 1.§.nũtiatio.col.3. verſ.quæro an ille.ff. de oper.no.nũt. Bald.in l.prima.C.quando liceat ab emptione diſced.& in c.1.§.vlt. tit. per quos fiat inueſt.dum quçrit qualiter fiat diſueſtitura.& in c.1.in 1.lect. col.pen. verſ. ſecundò quæro. de iudic. vbi allegat l.ſi quis vxori.§. ſi fugitiuum.ff.de furtis. 16 De eadem re.



17 De eadẽ re. ¶Ex his item fit, vt quæ teſtibus nulla interueniente ſcriptura probari poſſunt, ita quoque eorum diſſolutio, reuocatio, renuntiatio. Nam vt collatio ſic probari poteſt, ita & illius renuntiatio.Bal. in c.2. in fi. per eũ text. de reſtit.ſpol.Philip.Dec.in d.l. cùm poſteaquàm. in fi. C. de pactis. Et ſicut teſtamentum ad pias cauſas duos tantùm teſtes requirit, c.cùm eſſes.& c.relatũ.le.1.extrà de teſta.ſic & ipſius reuocatio.Paul.Caſt.conſ.327.dubium facit.libro 1.Alex.in l.hac conſultisſima.§. ſi quis autem.col.vlt.C.de teſtam.& conſil.146.viſo themate. col.vlt.lib.2.& conſ.116. viſo & diligenter cõſiderato, col.2. verſ. quintò adduco. libro 4. Et ſi aliàs ex forma ſtatuti legatum poteſt probari duobus teſtibus, ita illius ademptio.Bald.in l.vltim.C.de fideicom.& conſ.28.ſuper eo quod quæritur.lib.3. Car.Flor.Petr. Anchar. & Imol.in d.c.relatum.de teſtam. Alex.Iaſ.& Franc. Rip. in rubr.ff.de acquir.poſſeſ. Ipſe Alex. in l. quemadmodum.poſt princ.eod.titu.& in l.inter ſtipulantem. §.ſacram.col.1.verſ. ex hoc infertur. & ibi Iaſon colum.8. verſ.tu confirma, quia circa.ff. de verbor. obliga. idem Iaſon in l.ſi ex toto.in princ.in 1.not.ff.de leg.1. & cõſ. 141.circa primum.poſt princip.lib.4.& Philip.Deci. in d.l.poſteaquam.in fi.C.de pact.& in c.cognoſcentes. in 3.not.extrà, de conſtit.

18 De eadem re. ¶Et id quidem perpetuum eſt & generale in omnibus, vt diſſolutio, ſiue reſolutio, aut reuocatio cuiuslibet actus, vel rei, eaſdem vires, naturam, qualitatem ſortiantur, iiſdem regulis ſubijciantur, quibus ipſius actus, vel rei confectio, ſiue productio, aut generatio. Quod & dicebat Anaxagoras apud Ariſtote.lib.1.de Gener.& corrup.cap.1. inquiens generationem interitum eſſe eiuſdẽ naturæ. (Anaxagoras.) Nam & videmus, quòd ſicut miſſio in poſſeſſionem eſt miſti imperij.l. iubere.ff. de iuriſd. omn. iudic. & not. in l. 1. in uerbo, delegandum. ff. de damn. infect. ſic quoque illius reuocatio.l. 4.§. ſi fortè. & ibi gloſſ. in verbo, ex cauſa.ff. eod. titu. & Paulus Caſtr. & recentiores in d. l. iubere. nam & miſſio, & reuocatio illius à pari procedunt, vt dicit Bald.in l.iudex.per illum text.

19 De eadem re. ¶His omnibus ſuffragatur text. in l. prout quiſque. de ſolu. cuius hæc verba ſunt: Prout quiſque contractus eſt, ita & ſolui debet, veluti cùm re contraximus, re ſolui debet, & cætera quæ ſequuntur. & l. ferè quibuſcunq;.ff.de regul. iur. vbi ita ſcribitur, Ferè quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Et in l.nihil tã naturale. Et in eod. titu. Nihil, inquit, tam naturale eſt, quàm eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt.& in c.1. extrà, eod. titu. vbi dicitur, omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Quod ſumptum eſt ex c.omnis res.27. q.2. Quæ fuit ipſius Ariſtotelis ſententia, in eodem lib.1.de Gener.& corrupt.quem citat è noſtris Barb.conſ.47.preclarè.col.6.verſ.capio modò li.2

20 ¶Nam & qui de rerum principijs diſſeruerunt, illud conſtanter affirmauerunt, res omnes in ea reſolui, quæ principia eorum fuerunt. Qui ſcilicet terram rerum omnium principium dixerunt, in terram quoque omnia reſolui voluerũt, vt Heſiodus & Pherecydes. Qui aquam, in aquam, vt Thales Mileſius. Qui vtraſque, terram ſcilicet et aquam, in eaſdem reuerti putauerunt, vt Xenophanes. Qui aerem ſimpliciter, in aerẽ quoque ſimpliciter, vt Anaximenes Euriſtatæ filius, et ipſe Mileſius, & Diogenes Apolloniates, ipſius Anaximenis diſcipulus. Qui ipſum aerem infinitum, & quæ circum eum ſunt, denſitatem & raritatem: in eadem quoque mutari aſſeruerũt, vt Archelaus Apollodori, aut, vt alij malunt, Miltonis filius Athenienſis. Qui ignem in ignẽ, vt Heraclitus Epheſius, & Hippaſus Metapontinus. Qui naturæ infinitatẽ, in eandem, vt Anaximander Mileſius Thaletis ſodalis. Qui unum, in unum, ut Muſæus Eumelpi filius. Qui particulas inter ſe ſimiles, quas ſimilares vocare poſſumus, in eaſdem, vt Anaxagoras Clazomenius. Qui cœlum, & terram, in eadem, vt Strato. Qui aerem, & ætherem, in eoſdem, vt Zenon. Qui quatuor elementa, in eadem, vt Empedocles. Et ſic quoque de cæteris, ut uidere licet apud Plutarch.de Placitis Philoſoph.libro 1.cap.3. Iuſtinum Philoſophum & Martyrem, in Admonitorio gentium, Clementem Alexandrinum in Oratione ad Gentes, Euſebium Præparationis Euangelicæ libro 1. capite 5.& iterum libro 14.capite 5. Vitruuium libro 2 capite item 2. Epiphanium contra hæreſes, Tertullianum libro primo aduerſus Marcionem, Diogenẽ Laertium in Prooemio, Seruium enarrantem illud Virgilij libro 11.AEneidos:

*More tulere patrum.* Et alios plurimos.

21 ¶Ex quibus eſt & illud hemiſtichium, ab Heſychio quaſi prouerbio iactatum:

——Ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοισθε.

——*Aqua & terra reddamini,*

Quod ſumptum eſt ab Homero lib.Iliad.7.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

*Sed vos quidem omnes aqua & terra fiatis.*

Quo ex loco Heraclides Ponticus in Allegorijs Homeri, & Plutarchus in uita ipſius Homeri, eorum depromptam eſſe ſententiam ſcribunt, qui terram & aquam in rerũ principijs poſuerunt. Et Alexãder quoque Aphrodiſęus, ſi is eſt, libro 1.Problematῶn, capite 77.reddens cauſam phyſicam, cur Homerus ſic locutus ſit, ex terra, inquit, & aqua gignuntur omnia, & in hęc eadem reſoluuntur. Quod & ipſum ex eodem Homero expẽdit Galenus, ſiue is fuit Plutarchus, ſiue Herodotus Medicus, in illo libro, cui titu.eſt, Introductio, ſiue Medicus. Sed et hinc eſt illud Xenophanis à Theodorito Cyri vrbis præfecto celebratum:

Ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

*Ex terra cuncta, atq; in terram cuncta recumbunt.*

Nam et alibi Homerus ipſe, ſcilicet libro 24.Iliados, uocat corpus hominis κωφὴν γῆν: id eſt, inſenſibilẽ terram.

22 ¶Et eò quoque pertinet, quod ex Epicharmo citat ipſe Plutarchus in Orat. conſolatoria ad Apollonium: Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω. Τί τῶνδε χαλεπὸν, οὐδὲ ἕν id eſt, Concreta ſunt, & diſcreta ſunt: & rurſus abierunt, unde uenerant, terra quidem in terram, ſpiritus uerò ſurſum. Cui omnino ſimile eſt illud Euripidis, ab ipſo Heraclide Pontico relatum:

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' ἐς γαῖαν,
Τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς, εἰς αἰθέρα.
*Retrorſum eunt, tellure nata in tellurem;*
*Ex æthereo ſemine genita, fiunt æther.*

Et illud item eiuſdem Euripidis in Supplicibus:

Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς,
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.
*Sinite iam terra occultare cadauera.*
*Nam vnde vnaquæq; pars ad corpus venit,*
*Illuc rediit, ſpiritus quidem in æthera,*
*Corpus verò in terram.*——

Nec ab his diſſentit, quod Tullius lib. 3. Tuſcul. quæſt. citat ex ipſo Euripide:

*Reddenda terra terræ.——*

23 ¶ Quibus concinit quod ſtatim poſt principium ſacrorum Bibliorum, nempe Geneſis 3. cap. legitur: In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et hoc potiſſimùm argumento Lucretius probare nititur, ex nihilo nihil poſſe vel diuinitùs fieri. Quia ſi ex nihilo aliquid fieret, id quoque in nihil diſſolueretur: ſed nulla res ad nihilum reducitur, imò res omnes in aliquid diſſoluuntur: ex quo conſequens illud fit, ut omnis res ex aliquo fiat. Eius in id verſus ſunt, lib. 2.

*Diſſoluat natura, neq; ad nihilum interimat res.*
*Nam ſi quid mortale è cunctis partibus eßet,*
*Ex oculis res quæq; repente erepta periret.*

Et cætera quæ ſequuntur. Et hæc quidem fuit ſententia omnium Ethnicorum Philoſophorum, vt videre licet ex Ariſtotele libro Phyſicorum 1. Hi enim meram naturæ vim conſiderabant. At ſacroſancti Theologi aliter ſentiunt, nempe Deum omnia creare poſſe ex nihilo. Et huius rei certiſſimum teſtimonium habemus ex ipſo Geneſ. princ.

24 *Affectus eodẽ modo deponũtur ut aſſumũtur.* ¶ Et hæc quidem (vt redeamus) etiam ad noſtros affectus pertinent. Natura enim comparatum eſt, vt qui faciles & prompti ſunt aſſumendis quibuslibet affectionibus, ſint & deponendis. Et qui contrà ſunt tardi recipiendis, ſint & reijciendis. Adoleſcentes, vt ſcribit Ariſtoteles, & quotidie videmus, citò fiunt amici, atque ẽt citò deſiſtunt. Id quod etiam videre licet in mulieribus, & omnibus quoque, qui facilè amicitiam induunt: nam & facilè eandem exuunt. E diuerſo verò videmus, tardos ad recipiendas amicitias, tardos quoque eſſe ad deponendas. quod & de Auguſto tradunt Suetonius, Aurelius Victor, & Eutropius. Ex quo eſt illud Propertij ad Cynthiam, lib. 2.

*Hoc mihi perpetuo ius eſt, quòd ſolus amator,*
*Nec citò deſiſto, nec temerè incipio.*

Nam & Annibal apud Plutarch. in vita illius, de Gallis prudenter illud perſpexit, quòd vt facilè in ſuam fidem atque amicitiam conceſſerant: ita enim leui momento eam relinquerent. Quod & ipſum non multò poſt contigit, vt ſcribit Liuius 3. Decad. lib. 2. in princ. Videmus item eos, qui ad iram capeſſendam ſunt faciles, eam quoque facillimè deponere, & è contrario. Horatius de ſe loquens lib. 2. Epiſtol. ad librum ſuum ſic dicit:

*Iraſci celerem, tamen vt placabilis eſſet.*

Theodoſius Imperator (vt refert Paul. Diaconus) iraſcebatur rebus indignis, ſed ſubitò flectebatur, & modica dilatione emolliebatur. Contrà Cato Vticenſis (vt retulit Plutarchus in vita illius) ad iram non facilè labebatur, ſed cùm in eam ſemel deuenerat, implacabilis erat. In addiſcendo quoque tardus erat, ſed quæ ſemel didicerat, memoriter retinebat. Quod in cæteris quoque, vt ille ſubdit, natura fit, vt qui celeri ſint ingenio, non multum memoria valeant: qui verò cum labore percipiunt, hi ſunt perceptorum tenaciores.

25 *Ratio eius quod dictũ eſt.* ¶ Horum omnium in promptu cauſa eſt: nam corpus hominis quatuor quãtitatibus compoſitum eſt, his ſcilicet, calido, ſicco, humido, frigido: quæ & ipſa ſunt ex quatuor elementis, igne, aere, aqua, terra. Qui plus ignis habent & calidi: hoc eſt, cholerici, ij ſunt ad quẽuis affectum facilioris motus, vt ignis quoque cæteris elementis eſt mobilior. Ideoque quemadmodum velociter aliquem affectum ſuſcipiunt, ita & velociter quoque relinquunt. Contrà, qui terræ plus habent, vt ſunt qui atra bile, quæ frigida eſt & ſicca, vexantur, ij haud dubiè ſunt cæteris tardiores, atque lentiores, difficilioriſque multo impreſſionis. Terra enim cæteris elementis immobilior eſt, & durior. At ſi quippiam ſemel ſuo animo impreſſerint, id quoque lentè, tardè, & non niſi multo labore & negotio deletur.

¶ Igitur, vt tandem ad noſtram ſpeciem redeamus, diſtractus eiuſdem naturæ eſt, vt contractus: ideoque ſtatuta & diſpoſita in hoc, in illo quoque locum habẽt. 26 *De eadẽ re.* Quod & maximè debet procedere, in hoc caſu noſtro, qui multum eſt fauorabilis, & cuius nulla ratio reddi poteſt, quàm fragilitas ſexus & imbecillitas, vt dicit Baldus in l. 2. per illum textum. C. de adopt. & in l. 2. in 9. quæſt. C. de reſcind. vend. cum alijs concordantibus adductis infrà in glo. ſequenti, in fin. Ideoq; ab ea poteſt ſumi argumentum ex identitate rationis, peræquè ac ſi expreſſa eſſet, per textum not. omnibus tamen notum, in l. milites agrum. ff. de re milit. & glo. Bald. & Paul. Caſtr. in l. quamuis. C. de fideicom. cum cõcord. à me quoque adductis, in noſtro tractatu, cui titulus eſt, Ceſſante cauſa, ceſſat & effectus, in 21. limitatione, num. 7. incip. intelligendum eſt tertiò, & duobus ſequentib. Maximeque cùm fit ex ſtricta ſignificatione ad latam ex identitate rationis, glo. notab. in §. 1. in verbo, ad curationem. & ibi Angel. in authent. vt hi qui oblig. perhib. & glo. in Clem. 1. in uerbo, eligatur. & ibi Paul. Eliaz. Ant. Lap. & Imol. de elect. cum multis concor. à me collectis in eadem repet. l. ſi unquam. in verbo, donatione largitus. nu. 178. incip. ſimiliterque renuntiatio. Negari autem non poteſt ex ſupradictis, quin ſaltem ex lata & impropria, ſi non ex vera & propria ſignificatione, appellatione contractus comprǽhendatur diſtractus, & quin eadem ſit omnino ratio imbecillitatis & fragilitatis in diſtractu, quæ in contractu: ideoq; idem eſſe ſtatuendum. Neque ſic facientes dicemur extendere conſuetudinem hanc, ſed potiùs interpretari, & declarare, vt latè etiam diximus in eadem repet. in verbo, libertis. num. 45. incip. quorum ſententia.

27 *Reſponſio ad contraria.* ¶ Et hæc quidem ſatis ſunt pro ſolutione eorum, quæ adducta ſunt pro contraria parte. Quãquam & hoc quoq; dici poteſt, quòd licèt aliàs ſtatuta ſunt ſtrictè & propriè intelligenda, hoc tamen non procedit, vbi veriſimiliter ſtatuentes, ſi fuiſſent interrogati, de caſu improprio idẽ ſtatuiſſent, quod de proprio. Nam tunc idem iudicandum de improprio omiſſo ſtatuto, quod de proprio, ex doctrina glo. quam omnes dicunt ſingul. in l. tale pactum. §. vltim. ff. de pactis. omneſque in id vbique expendunt, & extollunt, vt latè diximus in repet. dictę l. ſi vnquam. in præfatione, numero 56. incip. inter tam multa. Quis autem non intelligat eos, qui hanc noſtram conſuetudinem, imò verò ſtatutum hoc noſtrum (ita enim malim appellare, quàm conſuetudinem, cum expreſſo conſenſu populi ſancitum ſit) conſtituerunt, idẽ intellexiſſe, idemq; voluiſſe ſtatuere de huiuſmodi renuntiationibus, liberationibus, & id genus diſtractibus, cùm eadem per omnia ſit ratio? Certè nemo. Quando & aliàs videmus (id quod multò fortiùs eſt) ſolennitatem in vno contractu requiſitam, trahi ad alium & diuerſum contractum, in quo eadem eſt ratio. l. cùm hi. §. ſi vni. ff. de tranſact. quam ad hoc dicit not. Franc. Aret. qui & alia quædam ſimilia ponit, in c. qualiter & quando. §. debet. colum. 6. verſ. nec obſtat, quod in accuſatione. extrà, de accuſat.

28 *Alia reſpõſio.* ¶ Illud præterea dici poteſt, text. in dicta l. vltima. C. ſi tutor vel curator non interuenerit. pro contraria parte primo loco adductum, non id velle, ad quod illum Bald. notauit: neque enim textus ibi loquitur de diſtractu, prout diſtractus eſt contractus diſſolutio. Quin dictio, diſtrahentibus, ibi poſita, accipitur pro vendentibus: ſicuti etiam intelligit glo. ibi. & ita communiter, vt ſic loquar, diſtrahere in iure noſtro pro vendere ponitur. *Diſtrahere, pro uendere.* Quòd ſi illic accipiatur, vt Bald. intelligit, & nos hic intelligimus, certè textus ille multum faciet ad hanc partem: cùm ibi ponantur huiuſ-

modi



modi verba, diſtrahentibus, vel aliàs contrahentibus, tanquam diſtractus ſpecies ſit contractus. *Aliàs, par ti alia natura.* Dictio enim aliàs, & ſimiles, ſunt implicatiuę, (vt noſtri loquuntur) ſimilitudinis: vt voluit glo. in l. ſi fugitiui. & ibi Doct. C. de ſeruis fugitiuis. & in l. quidam relegatus. in verbo, amicis. ff. de rebus dubijs. & in c. ſedes. de reſcript. cum ſimilibus. Et hoc planè expreſſit diuus Hieronymus in Apologetico aduerſus Rufinum, inquiens: Miror te hominem prudentiſſimum non intellexiſſe artem expoſitionis meæ. Quando enim dico, ita tamen vt non iuxta aliam hæreſim, omnes in vna ætate poſiti ſint: id eſt, omnes in Angelos reformentur: oſtendo, & ea, de quibus diſputo, eſſe hæretica, & ab alia hæreſi diſcrepare.

29 *Ad ſtatutum de ſoluenda gabella. Huiuſmodi ſtatutũ eſt odioſũ.* ¶ Nec mirum, ſi in ſtatuto diſponente, quòd ex quolibet contractu ſoluatur gabella, non comprǽhendatur diſtractus, cùm illud ſtatutum ſit odioſum & ſtrictè interpretandum, vt dicit Baldus in l. contractus. colum. 1. verſic. quid enim ſi ſtatutum. Panorm. conſil. 83. diſponente ſtatuto. paulò poſt medium. libro 2. vbi id dicit notandum in l. vectigalis. ff. de vectigal. & in cap. ſuper quibuſdam. de verborum ſignific. Alexand. in rubric. ff. ſoluto matrimonio. colum. 6. verſi. & ideò ſtatutum. ff. ſoluto matrimonio. vbi & alia ad hoc allegat. & Carol. Ruinus conſi. 112. circa primum dubium. colum. penultim. nume. 14. libro 5. Et bene facit quod tradit Bartol. in l. ſi pupillus. in fin. princip. ff. ad leg. Falc. in dubio inſpici, quod tollit aut minuit gabellam. Iſtud autem fauorabile eſt, vt alibi dicemus, & declarat not. Bald. à Bartol. in dicta rubric. de verbor. obligat. Præterea hic alia eſt ratio, quare ex diſtractu non debet diſſolui gabella, *Gabella cur ex diſtractu nõ ſit ſoluẽda* quia iam videlicet ſoluta eſt pro contractu. Ideo non debet iterum ſolui, ſi contractus ipſe reſoluatur: vt etiam plenè diximus in noſtris Conſuetudinibus Pictonum, titulo 2. §. primo. in gl. 2. Nec tamen perpetuum eſt, quod de diſtractu vel liberatione non ſoluatur gabella: quando multi teneant contrarium, cùm contractus ab initio valuit, & conſummatus eſt rei traditione, & poſtea ex interuallo fit diſtractus re tradita: vt per Guliel. Cu. Ang. & Paul. Caſtr. in dicta l. ab emptione. ff. de pactis. & Bal. in l. 3. §. contrarium. in fine. ff. de contra. act. tutel. Ange. conſ. 94. cum lis & quæſtio. colum. penultima, verſicul. videndum igitur reſtat. cum concordantibus adductis per Firmianum in tractatu Gabellę, in 5. part. princip. quæſtione 5. & in 3. parte 8. partis quoq; princip. in 14. quæſtione.

30 *De eadem re.* ¶ Et idem quoque dici poteſt de alijs locis, in quibus comperies appellatione contractus non venire diſtractum: vt ea intelligas procedere in odioſis, & in quibus non eadem eſt ratio vtriuſque. Ex quo planè cõſtat, non eſſe verũ quod dicit Baldus in dicta. l. ſiue apud acta. C. de tranſactionib. de ſtatuto requirente inſinuationem, in contractibus mulierum. Et illum etiam carpit nominatim Iaſon ibi, & Baldus à Bartolinis in dicta rubr. de verbor. oblig. Et hic vide quæ diximus poſtea in quæſtione proximè ſequenti. & rurſus in 11. quæſtione, in qua tractabimus de quaſi contractibus.

31 *Quid in repudiatione rerũ nõdum quæſitarum.* ¶ Illud igitur pro cõſtanti, & perpetuo apud nos eſt, vt ſtante huiuſmodi conſuetudine, vel ſtatuto, non poſſit mulier renuntiare, ſiue repudiare, aut aliàs diſtrahere. Sed hoc primùm intellige, vt procedat in renuntiatione, ſiue repudiatione rerum iam quæſitarum. Secus in rebus quærendis, quas poterit repudiare ſine conſenſu mariti, ex ſententia Pauli Caſtrenſis, qui cõſil. 171. in caſu præſenti, uiſis omnibus. libro 2. eleganter conſuluit, quòd mulier donationem ſibi abſenti factam, & nondum acceptatam, poteſt repudiare, non obſeruata ſolennitate ſtatuti diſponentis, quòd in alienationibus mulierum interſint conſanguinei: *Quid in donatione nõdum acceptata.* quia tale ſtatutum debet intelligi, ubi eſt ius quæſitum, quod non hic eſt, per textum, gloſſam, & not. in leg. ſi ego. ff. de negot. geſt. & in cap. ſi tibi abſenti. in uerbo, vt tuum. de prębendis. libro 6. Nec obſtat, inquit, textus in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eo. quia loquitur in legato, in quo ius ignoranti quæritur, licèt non irreuocabiliter. l. cùm pater. §. ſurdo. ff. de legat. 2. quod dictum ſimpliciter refert, ita vt ſequi videatur Corne. conſi. 11. in præſenti conſultatione. colum. 1. libro 3. & Socinus conſilio 53. viſo inſtrumento. colum. 6. verſic. vnde conſuluit. libro 4. & Felinus in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 19. verſic. ſimiliter conſuluit. extrà, de conſtitutionib. & Iaſon, ita quidem ut neſcias an ſequatur, nec ne, in l. ultima. columna 8. uerſic. ſucceſſiuè quærunt. ff. de conſtit. prin. ſed alibi apertè ſequitur idem Iaſon, in l. non ſolùm. §. morte. colum. 13. uerſic. tertiò aduerte. ff. de operis noui nunt. & in l. legatum. in fine. ff. de leg. 1. ubi hoc reputat not. & conſil. 236. uiſo titulo. colum. penultima. uerſiculo. pro eadem parte libro 2. Ioan. Lupus in repet. rubric. de donatione inter uirum & uxorem. §. 47. colum. 2. uerſicul. ex prædictis infertur. & iterum §. 68. colum. 3. uerſic. & iſtud teneo. Sed & idem cõſuluit Baldus in quodam conſil. incip. quidam habuit uxorem domin. Ioannam, prout illum refert, & ſequitur Felinus in c. pręlatorum. colum. penultim. de accuſat. ſed quod inter eius conſilia reperire non potui. Idem quoque reſpondit Imol. cuius Corn. Socin. Felin. non meminerunt, conſilio 74. in caſu pręmiſſo. & ſequitur Philippus Decius conſil. 624. copioſè. colum. ultim. Et in hanc ſententiam faciunt multa, quæ latè collegi in noſtris Conſuetudinibus Pictonum, tit. 2. in §. ult. in glo. 4. ubi multis probaui, poſſe pleroſque ius quærendum repudiare, qui ius quæſitum non poſſunt: cùm his etiam, quæ dixi in repeti. l. ſi unquam. in uerbo, donatione largitus, nume. 180. incip. ſed hoc tamen. & multis ſequent. C. de reuoc. dona.

32 *De eadem re.* ¶ Sed tamen aduerte, quia Bal. ut illum Felin. retulit, & Paul. Caſt. & Imo. in dicto conſ. loquuntur in ſtatuto prohibente nominatim alienationem bonorum mulierum: quo caſu clarum eſt id obtinere quod dictum eſt: tum quia repudiatio donationis nondum acquiſitę, non eſt alienatio, ut probat Paul. Caſtren. tum quia uerba ſtatuti loquentia de bonis mulierum, adaptari non poſſunt niſi ijs quæ ſunt in dominio ipſius mulieris. Nam genitiuus caſus ſignificat dominium. *Genitiuus caſus quid ſignificat.* l. ſeruum Titij. ff. man. & l. ſi hæredis ſeruus. ff. de lega. 1. & not. per Bart. ſuper rubr. ff. de ope. nou. nunt. colum. 1. ſed donata ante acceptationem, non ſunt in dominio donatarij, per not. in d. l. ſi ego. & d. cap. ſi tibi abſenti. Sed ego dubitarem, an id procederet ſtante noſtra conſuetudine, ex qua uxor non habet adminiſtrationem ſuorum bonorum, ſed maritus, in cuius eſt poteſtate: ideoq; æquiparatur pupillo, aut minori curatorem habenti, qui etiam non habet legitimam bonorum adminiſtrationem. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. Et propterea non ſolùm actus continentes alienationem facere non poteſt, ſed nec alios quoq; præiudiciales. l. iuſiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. ideoque nec repudiare donationem poteſt, ut dicit ipſemet Paul. Caſtr. d. conſil. 171. uerſicu. idem ideò dixi.

33 *Quid ſi mulier patri renuntiat.* ¶ Secundò, intellige, vt procedat, niſi mulier patri renuntiaret: nã tunc nõ eſſet neceſſarius mariti cõſenſus, per id quod not. voluit Bal. in l. pactũ. in 21. quæſt. C. de collat. quòd ſi ſtatutũ prohibeat mulieres cõtrahere ſine cõſenſu duorum propinquorũ, certè nõ requiritur huiuſmodi conſenſus, ſi filia patri renũtiat. Nã pp naturalẽ patris affectũ, ipſi plurimùm videtur cõceſſum, arg. l. Aurelius. §. Titius teſtamẽto. ff. de liber. legiti. & l. quidã cùm filium. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi furioſo puberi. ff. de cur. furio. & l. nec in ea. §. vltim. ff. de adult. Quod dictũ Bal. ſequũtur alij plerique, quos tibi congeſſimus in repe. l. ſi vnquam. in præfatione, num. 26. ex hoc quo-

que affectu. C. de reuoc. dona. ne hic iterum repetam. Sed quibus addes Philip. Decium, conſil.89. uiſo puncto.colum.ulti. dum ſimpliciter allegat Bald. ubi ſuprà. & iterum conſi.505.copioſè.colum.2.et Catel.Cot. memor.ſtatutum requirens, in ultima editione, et Paulus Pariſius,conſil. 106. circa principale. colum. penultim. num.50.lib.1.

34 *Reſponſiones ad horum rationes.*

¶Fuerunt tamen plurimi, et ex illiſmet, qui Bal. ſequuti ſunt, qui tamen alibi contrarium ex diametro tenuerunt,uidelicet Rom.in d.l.pactũ. et ibi quoq; Corn. in ſi.et Barb.in addit. Bald.ibi, et alij multi, quos et nos quoque collegimus,in d.rep.l.ſi unquam.ubi ſuprà, nu. 27.fuerunt tamẽ et ex illis.Quibus preterea addes Barb. in Clem.Romani. colum.10. uerſicu. nota ibi reuerentiam.de iureiur. Et illi quidem fundantur magnis multiſq; rationibus.Quarum prima depromitur ex ratione l. data.C.de donat.ubi text. ipſe extendit l. requirentem inſinuationem in donationibus excedentibus fines legitimos,ut procedat etiam in donationibus factis parentibus à liberis.Si quidem clandeſtinis,inquit,ac domeſticis fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate confingi poteſt.Sed huic rationi reſponderi poteſt,ut dicit Dec.in d.l.pactum.quod in d.l.data.agitur de fraude in præiudicium alterius.Hic uerò de præiudicio tantùm filij:in qua re lex confidit de patre.

35 *De eadem re.*

¶Secunda horum ratio ea eſt, quia ratio d.ſtatuti eſt, quoniam mulieres facilè ſeducuntur minis atq; blanditijs:et propterea æquiſſimum eſt huiuſmodi ſtatutum, ut dicit Bald.in l.2. ad finem.C. de collat. Sed nonnunquam filiæ à parentibus decipiuntur.l.ſi ſuperſtite.C. de dolo malo:et faciliùs ab eis poſſunt decipi, quã ab alijs. Ideo ibi magis neceſſaria eſt prouiſio ſtatuti,quàm aliàs. nam ubi maius eſt periculum, ibi cautiùs eſt agendum. l.3.§.duæ cauſæ.ff.de Carbo.edic.et c.ubi,de elect.li.6. Sed et hinc dici poteſt,quòd uerum eſt,poſſe patrem facilius decipere filiam ſi uelit, ſed uelle non præſumitur, per iura à Bal.alleg.

36 *Metus reuerentialis an & quantũ ſit conſiderãdus.*

¶Tertia,quia præſumitur metus reuerentialis in liberis erga parentes, ſicuti et in uxore in maritum, per not. per gloſſ.Bartol.& alios in l.1.§. quæ onerandæ.ff. quar. rer.actio non dat.Ex quo Bal.ipſe in l. interpoſitas, col. 2.verſ.adde quod id.C.de tranſact.dicit, quòd ſi filia renunciat patri, non valet renunciatio, tanquam facta per metum præſumptum ob reuerentiam patris.Quin etiam præſumitur metus reuerentialis in fratribus atq; ſororibus iunioribus erga fratrem ſeniorem, vt not. conſuluit Fran.Aret.conſi.24.quatuor dubia,in fi. & Claud. Seiſſel.in repet.l.vt vim,colum.15.uerſicu.& illud quod dicitur,in paruis.ff.de iur. nat. gent. & ciuil. Carol. Ruin. conſ.98.viſa renunciatione,colum.antepenultim. num. 24.lib.1.& conſ.70.de tribus,colum.5. num.16.eod.li. 1.vbi ita dicit fuiſſe conſultum à Ioan. Bapt. Caccia. & idem Ruin.conſ.60.de re quidem,colum.6.num.18. li. 3.vbi & ita quoq; dicit fuiſſe conſultum à Socin.& Doctoribus Senen.& Peruſinus.

37 ¶Et huiuſmodi quidem reuerentialis metus filiorum eſt tanti momenti (& hoc pro diſtincta ratione afferũt) vt etiam non tollatur ex præſentia amicorum & conſanguineorum,vt fit aliàs,per tex.& Doctor. in d.l. tranſactionem.C. de tranſact.quia hic metus reuerentialis cæteris omnibus præponderat,per l.veluti.ff.de iuſt. & iur. Ita expreſsè voluit Saly.in d.l.tranſactionem, quem tamen Alex.ibi impugnat leuibus(vt dicit Iaſon in d.l. pactum)rationibus, licèt ipſemet Iaſon in d. l. tranſactionem,poſt Alex. hoc quoque Salyc. dictum impugnet, adeo ſibi parum in hac re conſtat. At hoc Saly. dictum ſingulare dicit,& ſequitur.Cate. Cotta in memorali, incip.contractus mulierum,in principio.

38 ¶Adde & huic quoque rationi, hunc reuerentialem metum tantum habere virium,& pōderis,vt ſemper impediat conſenſum aliàs præſumptum,ex præſentia & taciturnitate, ſiue patientia, vt magna autoritate affirmat Bart. cui primas omnes vno conſenſu concedunt, in l. quæ dotis,colum.vltim.verſ.& iſtud quod fallit.ff. ſolu. matrimon.& Bald.in l.ſi ſine.C.ad Velleian.& in l.1.C. de bon.mater.& Anton.in cap.nonne,extrà de præſum. De quo tamen vide Panormit.ibi,& Alexan. in d.l. quæ dotis,colum.9.verſ.item in quantum Bartol.

¶Sed his dici poteſt, quòd huiuſmodi reuerentia nō facit retractari contractum, niſi aliud probetur, per d.l. 39
interpoſita.C.de tranſact.& in cap.cauſam matrimonij, de offic.deleg.& c.cùm contingat,de iureiur.& c.quam uis.& ibi Phil.Franc.in 3.not. & Georg. Na. in 2. nota. de pactis,lib.6.& voluit Barto.in d.l.1.§.quæ onerandę. ff.quar.rer.actio non dat.& in l.ad inuidiã.C.quod met. cauſ.Bald.conſ.62. ſuper primo,in princip. lib.1. quod repetitur conſil. 316.lib.4. & rurſus idem Bald. conſil. 144.ſtatuto ciuitatis,ante ſin.ibi, & prædicta ſunt vera, iunctis præcedentibus,lib.1.cum ſimilib.

¶Quarta ratio, quia lex magis confidit de tutore, quàm de patre: vt patet ex eo, quòd pupillus obligatur 40 *De eadem re.*
efficaciter cum autoritate tutoris,non etiam cum autoritate patris:vt eſt textus de vtroque, in §.pupillus, Inſtit. de inuti. ſtipul. Nemo autem dixerit illud dictum Bald. procedere,ſi pupillus renunciaret tutori:ergo nec in patre dicendum eſt. Sed reſponderi poteſt, quòd id quod dicitur in d.§.non ideo eſt, quòd lex magis confidat de tutore, quàm de patre : ſed quia patria poteſtas non eſt ad hoc deſtinata,per text.in l.vlt.§. pupillus.ff. de verborum obligat.Et quòd lex magis confidat de patre,quàm de tutore,ſatis ex eo conſtat, quòd tutor tenetur reddere rationem adminiſtratæ tutelæ,non etiam pater ſuæ adminiſtrationis,per l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bon. quæ liber. Et quòd licèt tutor non poſſit alienare bona immobilia minoris,ſine decreto iudicis.C. de præ di.mino.per totum: poteſt tamẽ pater legitimum adminiſtrator,vt voluit Azo in Summa.C. de bonis quæ liber. circa medium,verſic.habet autem. Quem ſequitur Bal. qui hoc dicit ſin.in l.præſes.& ibi etiam Fulgo.Pau.Caſtr. qui etiam dicit ſingul. & menti tenendum. & Alexand.C.de tranſact.cum concord.ibi congeſtis, per ipſum Alex.& Iaſ.& Philip.Dec.conſ.209.in caſu propoſito,col.1.& dixi pleniſſimè in d. repet.l. ſi vnquam, in præfat. numero 29. quorum omnium conſenſus.C. de reuocand.donatio.

*Pater non tenetur reddere rationem adminiſtrationis.*

¶Sed & eſt aliud in hac parte conſiderandum, quod confirmat Bal.ſententiam, non ea quidem ratione affe- 41 *De eadẽ re.*
ctionis naturalis, cui omnes innituntur, ſed alia quam nondum quiſpiam in hoc loco conſiderauit. Conſtat enim filiam per matrimonium non liberari à patris poteſtate, de iure communi, vt latè diximus ſuprà hoc §. in princip. gloſſ. 1. Conſtat item donationem inter patrem & filiumfam. de iure non valere,morte tamen confirmari, ſi non fuerit reuocata.l. donationes.C.de don. inter vir.& vxor..cùm ſimilib.At huiuſmodi conſuetudo ſiue ſtatutum, ne ſit ſuperfluum, contra l.1.§. vltim. cum gl.ff.ad munici. cum concor.quas alibi ſuperfluenter adferam,debet intelligi de contractibus, aliàs de iure validis : alioquin eſſet hoc ſtatutũ ſuperuacaneum: quia quod nullum eſt, ampliùs annullari (ut uerbis noſtrorũ utar)non poteſt.l. nam etſi ſub conditione.ff. de iniuſt. rupt.& irrit.teſta.

¶Et ſi dicatur,quòd hoc ſaltem operabitur ſtatutum 42 *De eadẽ re.*
in hoc caſu, vt impediat confirmationem per mortem, niſi interueniat conſenſus & autoritas mariti: huic conſeſtim reſponderi poteſt,quòd iſta confirmatio ſortitur effectum vltimæ uoluntatis,per ea quæ not.in authen. ex teſtamento.C.de collat.in illa quæſtio.quam faciunt ibi Doct.an donatio facta per patrem filio, veniat conferenda fratribus: & decidunt, quòd ſi erat nulla à principio, ſed



ſed eſt morte confirmata, vt fit in ſimplici donatione, quæ fit à patre filio in ſua poteſtate conſtituto,non confertur, quia habet vim prælegati. Sed iſtud ſtatutum loquitur in contractibus, nec procedit in ultimis voluntatibus, vt dicemus infrà eodem, in quinta quæſtio. & per hanc rationem conſuluit Paul. Caſtr. conſilio 82.in iſta donatione, libr. 2. quòd ſtatutum requirens conſenſum propinquorum in contractibus mulierum, non habet locum in donatione, quam facit vxor marito : ut quæ ſit aliàs nulla & inutilis, morte tamen confirmatur .Sed hæc ratio ſolùm procederet in filia, quæ eſt in poteſtate patris. Tu autem cogita . Et hoc de prima quæſtione.

43 *Secunda quæſtio.*

¶ET QVONIAM renunciatio atque liberatio,ſiue remiſſio, de quibus iam ſatis loquuti ſumus, vim donationis obtinent,per l.1.ff.de tranſact.& l.Modeſtinus.& ibi Doctor.ff.de donat.& l. ſi quis delegauerit.ff.de nouat.& latè per Alexandrum conſil. 21. uiſo inſtrumento, columna penultima & ultima, libro primo.& per Socinum conſil.91.viſa & diligenter ponderata,columna tertia, uerſiculo, ex quibus,lib.primo.& Philip.Decius in dicta l.ſi quis obligatione. ff.de regul. iur.cum alijs multis concor.à me latè congeſtis in repe.l.ſi vnquam,in uerbo, donatione largitus, num.173. incip.tamen ego contrarium. Ideo & de donatione ſecundo loco dicendum eſt, an uidelicet mulier prohibita per noſtram conſuetudinem contrahere ſine conſenſu mariti, poſſit donare. Et ſanè videtur,quòd poſſit. Nam vt dicit gloſſ.in l.contractus, in prin.C. de fid. inſtrum.per text.in l. Labeo.§.contractum.ff.de uerborum ſignific.contractus,prout refertur ad donationem, impropriè ponitur.Ex quo not.Bald.ibi,colum.2.uerſi. quid enim ſi ſtatutum dicit, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella,non debet ſolui ex donatione. Nã verba ſtatutorũ debent propriè accipi, & intelligi:quia ſiunt ſtatuta ad inſtar ſtipulationis per interrogationem & reſponſionem.l.1.ff.de legib. & ideo ſunt ſtricti iuris,quia uerba ſe habent determinato modo. l.quicquid adſtringendæ.ff.de verbor. obli.Item ſcriptura eſt de eſſe ſtatuti, quæ non ſuſcipit plus, uel minus, vt eſt tex.in d.l.contractus, & arg.l.item quæritur. §.qui impleto, in fi.ff.loca.& l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut. matri. & l. 1.§.ſi is qui nauem.& ibi gl.ff.de exerci.

*Vtrum vxor donare poſſit ſine conſenſu mariti.*

*Scriptura eſt de eſſe ſtatuti.*

44 *De eadẽ re.*

¶Hæc ferè Bal.in d.l.contractus. vbi & idem uoluit Salycet. & rurſus idem Bal. in l.ult.col.vlt.uerſi.in alijs. C.de litigio.& Ang.conſi.94.pro parte negatiua, colũ. 5.in fin.verſ.uidendum igitur reſtat.Raph. Com in leg. quod ſeruus.ff.de ſtipul.ſer. Alex. in l.ſi donationis. C. de his quæ vi metùſue cauſ.ſi.& conſi.76. uiſis dubitationibus,col.3.uerſi.præterea imo talis,lib.5.Firmia.in tract.Gabel.in 3.parte.8.partis princ.in 12.quæſt.Barb. conſi.13.clementiſſimi,col.5.uerſi.& ſi fortè quiſpiam, lib.1.Lau.Calca.conſi.1.viſo conſi.col.14.uerſic. ideo dicit Bald.& iterum conſil.74.quòd dictis filiabus, col. 8.verſ.ad hoc facit,ſub num.41.& Ant. Can. in tracta. inſinuationum,quæſt.53.

45 *De eadẽ re.*

¶Sed & quod aliàs appellatione contractus in ſtatutis nō veniat donatio, nō obſcurè ſenſiſſe videtur Imo. in l.5. in princip.ff. de verbor. oblig. & voluit expreſsè Raph.Com.conſ.173.Galuanus,colum.3.verſic.& dato etiam.vbi allegat Bart. in d.l. Labeo.§. contractum. vbi ipſe Bart. dicit, illum tex. eſſe notandum pro ſtatutis.Et facit etiam,quod ſcribit Bal.conſ.139. factum tale eſt.D.A.poſt mortem,ante ſi.libro 2. vbi loquitur in ſtatuto requirente conſenſum patris, vel coniunctorũ in contractibus minorum.Facit quoq; text.in l. interdictum.ff.de precar. cùm dicitur , Magis ad donationem & beneficij cauſam, quàm ad negotij contracti, ſpectat precarij conditio.

46 ¶Præterea ratio huius ſtatuti, aut conſuetudinis, eſt fragilitas mulierum, ſecundum Bart. & alios in l. tranſ- *De eadẽ re.*
actionem.C. de tranſact.cum concord. à me alibi adductis:quæ quidem ratio non videtur procedere in donatione.vt probatur in l.ſed ſi ego.ff.ad Velleia. vbi Senatuſconſul.Velleia. introductum ob fragilitatem mulierum non habet locum in donatione, quoniam mulier non facilè donet, id eſt, quoniam mulier non ſit fragilis,facilíſque ad donationes,vt eſt ad cæteras res. Proinde quod ob fragilitatem mulierum ſtatutum eſt, nō procedit in donationibus.Ideoque per dictam l. ſed ſi ego. conſuluit Franciſ.Aret. conſil.54. iam ſæpiùs allegato, columna 1. verſicul. ſecunda ratio fundatur, quòd mulier prohibita per ſtatutum obligari ſine conſenſu mariti, non videtur prohibita donare, ſi donatio incipiat à traditione. quia vt dicitur in d. l. ſed ſi ego . Senatus obligatæ mulieri ſuccurrere voluit, non donanti : quia mulier faciliùs ſe obligat,quàm donet. Et idem in effectu voluit ante eum Bald. conſil. 456. quæritur an filiaſam. libro 2.

¶Quin ſpecialiter & expreſſim in ſtatuto diſponente, quòd filia non poſſit contrahere ſine conſenſu pa- 47 *De eadẽ re.*
tris & duorum conſanguineorum (quod quidem proximè accedit ad caſum noſtræ conſuetudinis,poſſe filiam donare non obſeruata huius ſtatuti ſolennitate) reſpondit ex facto interrogatus Corne.vir vtique magna autoritate & iudicio, conſil. 224. cuius eſt exordium, licèt claram, colum.2. verſicul. & poteſt etiam addi, iuncto verſicu.tamen his non obſtantibus, lib.3. Vt iam id minùs dubium videri debeat, poſt tot tantorumq; Doct. ſententias & rationes.

¶Contrà tamen videtur, non poſſe mulierem donare ſine conſenſu mariti.Nam donatio eſt contractus,vt 48 *Contra ſuprà dicta.*
eſt tex.in d.l.ſi donationis.C.quod met.cau.vbi gl. dicit illic innui,donationem vocari contractum. & ibi Alberi.& omnes propè Doct.Ad idem tex. in l.bene à Zenone,poſt princip.C.de quadr.præſcript.& in d.l. contractus.vbi text.in hæc verba, contractus venditionum, donationum,& in l.pen.C.de donat.in vir. & vxor. vbi de donationibus loquens,contractus eas appellat,paulò ante finem. Et in l.2. ibi, donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet alijs contractibus. C. de litigio. & rurſus in l.ult.poſt prin.ibi,ad donationes, ſeu ad alios cō tractus, iterumque verſi.tali uidelicet pœna,ibi,nō ſolùm in alijs contractibus, uerùmetiam in donationibus.C.eodem titulo.ex quo etiam Bald. not. quòd donatio eſt contractus. Et in l.ult.in princ.C. de prędi.De cur.lib.decimo,ibi,donationes,uel permutationes, uel quoſlibet alios contractus. & in l.ulti.uerſic.ultim.cùm dicit, neque donationes, neque alium contractum. C. de pactis.Ex quo Philip. Deci.id quoque not. in 9.not. Nam dictio alius,denotat ſimilitudinem, ut not.in l.2. *Alius.*
C.de ſeruis fugit.& in c.ſede, extrà de reſcrip. Et text. denique in c.præterea,ibi, donationis titulo,alijsq; contractibus, & iterum ibi, contractus quoq; huiuſmodi, iuncta gl.& ibi etiam Doct.extrà de iu.patronat.

¶Adde tamen illum textum in l. ſi quis emptionis, 49 *Authẽ. ſacramenta puberum, an procedat in donatione.*
in princ.C.de præſcrip.30.vel 40. anno. ubi no.gl.Bal. Ang.& Saly.donationem eſſe contractum, ideoque eã comprahendi ſub Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer.vend.loquente de contractibus. Quòd & uoluerunt glo.Bar.Bald.Angel.Raph.Paul.Caſt. in ea ipſa authen.& glo.in authen.unde illa ſumitur. & Doct.in d.l. ſi donationis. quod met.cau.Bald. conſil. 331.quædam puella,colum.1.lib.3.Imo.conſi.123.in cauſa quæ uertitur,colum.2.ad fin.Corne.conſi.11.in præſenti, col. 1.lib.3.Alex.in l.Pomponius.§ præterea,col.2.uerſi.ad arg.ff.de acquir.poſſ.& conſi.53.uiſis,poſt prin.lib.3.& conſi.50.uideretur,col.2.lib.5.Franc. Are. in c.in præſentia,per illum tex.& ibi Fe..col.4.uerſi.in tex. ibi,iuramento.& Phil.Dec.in ult.no.extrà de proba.Pet.Fer

ra.in forma libel. ſuper peti.reſt. in integ.in uerbo.tunc iurauit,col.2.uerſi.item procedit d.regula. Soci. conſil. 278.uiſa donatione,col.1.lib.2.& Phil. Dec.cõſi.639. uiſa conſultatione,in prin.

50 *De eadem re.*

¶ Suntque alij Doct. qui in hac ſententia fuerunt, vt in ſtatutis,& aliàs,appellatione contractus veniat donatio.& in his Alber. in d.l. Labeo, ſtatim poſt principium ff.de uerborum ſignif.Bal.conſi. 108.Domina Ioanna, in 5.dubio,lib.3.Paul.Caſtren.in d.l.ſi donationis,per eum tex.C.quod met.cau.& conſi.164. in præſenti cauſa,colum.7.uerſi. item non obſtat quòd gratia,lib.2.Socin.conſi.130.uiſa contingentia, colum. 1. uerſic.6.& vlt.lib. 1.quod repetitur conſi. 235.lib. 2. Fab.à monte S. Sabini,in tract.de empt.& uend.in 4.parte prin.colum.20.uerſi.circa decimum quintum : vbi ex hoc dicit, quòd prohibito contractu , prohibetur donatio. Ant. Canar. in dict. tracta. inſinuationum, vbi ſuprà, dum dicit, quòd ſub ſtatuto diſponente omnes contractus minorum debere inſinuari , compræhenditur & donatio.

51 *An in ſtatutis pœnalibus.*

¶ Nec omittendum, quod ſcribit Bald. conſil.139. factum tale eſt,col.ult.lib. 2.ubi loquens in caſu ſtatuti punientis contrahentes , facientes ſimulatam ceſsionẽ, Conſiderandum eſt (inquit) quòd ſtatutum loquitur de pœna contrahentium : ſed nomine contractus propriè non intelligitur donatio, licet largo vocabulo contineatur, tamen fortè in ſtatutis pœnalibus non continetur.allegat d.leg.Labeo.§.contractum. ff. de verbor. ſigni.& d.l.vlt.C.de prædi.decur.lib.10.& no.in d. aut. ſacramenta puberum. Subiungit tamen, quòd iſta ratio poſſet ex communi uſu loquendi impugnari.Ex quibus videri poteſt,Bald. illic ſenſiſſe donationem compræhẽdi ſub ſtatuto loquente de contractu,niſi ſit pęnale.

52 *An in odioſis.*

¶ Quin & in ſtatutis odioſis loquentibus de contractibus.Nam in his compræhendi donationes ſatis ex eo conſtat,quòd pleriq; fuerunt in ea ſententia, vt ſi ex ſtatuto debeatur gabella ex contractu , debeatur & ex donatione.Ita enim ſatis apertè voluit Bart.in l.1. poſt princip.& ibi quoque Rom.& Soci.ff.ſi ex noxa.cau.aga. & idem Bart.in l.quod ſeruus.paulò ante fi.ff.de ſtipu. ſer. Bald.in d.l.ſi donationis,per eum tex.C.quod met.cau. & in d.l.ult.etiam per eum textum. C. de litig. Corne. conſi.78.quanquam,colum.ultim.uerſi. & ex quo, lib. 1.licet in hoc contrarium voluerit, ut ſuprà in princ. huius quæſtionis diximus, Bald.ibi contrarius in dicta leg.contractus,colum.2.C.de fide inſtrum.ob id quod, vt ipſe dicit,huiuſmodi ſtatuta ſunt contra ius gentium: quem ſequitur ipſe Corn.ſibi contrarius,conſi.41. videtur,colum.vltim.eod.lib.1.

53

¶ Sed vt propiùs accedamus ad caſum noſtrum,ſunt multi non contemnendæ autoritatis, qui ſi ex ſtatuto requiratur quæpiam ſolennitas in contractibus, dicunt,& in donationibus neceſſario eſſe adhibendam. Hi ſunt inter alios Bald.in l.1.verſ.propterea dico. C.ſi aduer.donat. Alter Bal.quem Nouellum vocant,in rep. rub.ff. de verborum oblig.colum.antepe.verſi.ulterius pro complemento:vbi ita dicit,ſe conſuluiſſe Florentiæ, reſpondetque acutè & luculenter ijs, quæ ſuprà adduximus in contrarium: quibus etiam reſponderi poteſt ex his quæ latè diximus in præcedenti queſt. Eius quoq; ſententiæ fuit Corne.d.conſ.41.colum.2.verſ.tamen ſecus vbi additur lib.1.& iterum conſ.126. licèt in hac, paulò ante fi. eo.lib.1.vbi loquitur de ſtatuto prohibente mulieres contrahere ſine conſenſu propinquorum. Barb. conſi. 41.Deum inuocent,colum.7.verſicu. & ſi aliter dicere mus,lib.3. Anto. Cana. in tractat.inſinuationum, in 2. parte.q.53. loquẽs in ſtatuto requirente inſinuationem in contractibus minorum.Soci.in l.2. colum.3.verſ. ex quibus etiam deciditur.& ibi quoq; Fran.Rip.colum. 5 verſ.non recedas.ff.de leg.1.Alciat.in l.Labeo , la 2. in gl.1.ff.de verb.ſign. vbi etiam loquitur in ſtatuto vetante mulieres contrahere ſine conſenſu propinquorum. Nam cùm(inquit) hoc ſtatutum factum ſit, vt mulieris imbecillitati ſuccurratur, tunc ei maximè ſuccurrendũ eſt, cùm donare cupit.& Arnol. Ferro. in conſuet. Burg.titu.1.§.2.

54 *Quid ſi vxor ei donet, à quo prius acceperat.*

¶ Sed hoc ſingulariter limita,niſi ipſa mulier ei donaret,à quo prius illud ipſum ex donatione acceperat: tūc enim non requiritur conſenſus conſanguineorum, quẽ ſtatutum requirit in contractibus mulierum : quaſi huiuſmodi donatio plus habeat fauoris & priuilegij, quàm ſi facta eſſet alteri,quàm donatori,vel de alijs bonis,quàm donatis,argum.l. ſi uerò non remunerandi.§. idem Papinianus,in fin.ff.manda.& quod not.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, in prin.ff. de leg.1. Ita enim ſing. voluit Pau.Caſt.ſub dubius tamen,nolenſq; id aſſeueranter affirmare,conſil.171.in caſu præſenti,colum. 1 lib.2.Et illum quidem nuncupatim reprobat.Iaſ. in l. cùm filioſam.colum.antepenultim.ff.de leg.1. per text. not.in l. 2.C. ſi aduer. dona. vbi minor non poteſt ſine decreto conſentire patri alienanti rem immobilem ipſius filij minoris,quam ante à patre ipſo dono habuerit. Pro quo etiam facit text.in l.litis.§.vlt.ff.de nego.geſ.& in l.ſi ad reſoluendam.C.de præd.mino.

55 *Donatio rei donatæ an reuocetur per ingratitudinem.*

¶ Sed opi. Paul. confirmat , quod pulchrè ſcriptum eſt ab And.Piſa.in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cer. pet. quòd ſi mihi dones eam rem, quam tibi antè donaueram,huiuſmodi poſterior donatio non reuocabitur ob ingratitudinem, ſicuti cæteræ ſimplices donationes, per textũ in d.§.idem Papinianus.& l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. & hoc nuncupatim ſequitur Iaſon in dicta l.ſi tibi pecuniam, in fi. tametſi Guli. Cu. Alberi. & Bald.ibi teneant contrarium. Et quòd licèt aliàs, qui perdit lucrum iam quæſitum & radicatum,ut noſtri dicunt,non ineptè dicatur pati damnum,& pœnam.l.2.§. merito.ff.ne quid in loco publi.& l.non ampliùs.§. vltimo.& ibi gloſſ.& omnes.ff.de legat.1. cum multis à me alibi adductis:hoc tamen non obtinet, cùm id lucrum ad eum reuertitur, à quo prius proceſſerat. Tunc enim, qui id lucrum ita perdit, non dicitur pati damnum, aut pœnam : ut uoluit gloſſ.in l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit. & ibi Bar. & alij, præſertim Iaſ. in fi. qui id admodum commendat. ff. de uerborum obligation. Quæ et nos alibi adduximus, videlicet in repetit. l. ſi unquam, in uerbo , donatione largitus , numero 192. intellige tertio, & 2. ſeq.

*Lucrũ quęſitũ perdẽs an et quãdo dãnum pati dicatur.*

56 *Antidoralis obligatio an & quãdo impediat repetitionẽ indebiti.*

¶ Sed quibus illud addes,quod à Plinio Iuniore iuris legumque peritiſsimo, ut ex eius epiſtolis uideri poteſt, ſcriptum eſt libro eius operis octauo ad Ruſinum Epiſtola,cuius initium eſt,falſum eſt,in hæc verba: Adducit etiam , non fuiſſe ei liberum alio teſtamento mori : neque enim reliquiſſe opes filiæ , ſed reddidiſſe, quibus auctus per filiam fuerat . Et quod etiam dicimus quòd licèt obligatio antidoralis non impediat repetitionem indebiti ſoluti.l.ſi non ſortem.§. libertus.et ibi Barto.colum.2.ff.de condict.indeb. glo. in l. ex hoc iure , ad finem.ff.de iuſtit. et iure, id tamen intelligitur cùm aliud ſoluitur: ſecus ſi illud idem, quod priùs datum fuerat, et ex quo nata erat obligatio,per tex.no.in l. ſi teſtamento.§.1. verſicul. propterea quòd creditor. et ibi Dy. et Barto. qui id declarat, et dicit eum tex. ſingul.ff. de fideiuſſo. Ange.in d.l.ex hoc iure,ad fi.et Iaſ.in l.ſi procuratori falſo,colum.3.verſicu.aduerte tamen.ff. de condi. cau. dat. Tu tamen cogita, quid dicendum in caſu noſtræ conſuetudinis : neque enim video quid reſponderi poſſit ad dictam.l.2.C. ſi aduerſus dona. et alias ſuprà allegatas.

57 *Tertia quæſtio.*

¶ At illud tertio quærimus, an hoc quoque procedat in donatione tacita vel præſumpta, ſicut in uera et expreſſa, vt videlicet non valeat ex huiuſmodi conſuetudi

ne



*An id ſtatutũ procedat in donatione tacita et præſumpta.*

ne ſine conſenſu mariti. Et primum videtur non procedere in huiuſmodi donatione , etiamſi hæc noſtra conſuetudo nominatim donationem prohiberet: quoniam talis conſuetudo eſſet, vt hæc quoque eſt , exorbitans à iure communi,quòd permittit mulieribus,inſcijs atque etiam inuitis maritis donare.l.velles.C.de reuocand. donat.ideoque reſtringenda.l.ius ſingulare.& l.quod verò contra.ff.de legib.& cap.quæ à iure communi, de regu. iur.lib.6. proindeque intelligenda in vera & propria donatione,non etiam in præſumpta,ſiue ficta,aut aliàs impropria,per dicta iura.& l.3.§.hęc verba.ff.de nego.geſ. cum ſimilibus.

58 *L. ſi quis argentum an procedat in donatione tacita.*

¶ Proptereaque cùm l.ſi quis argentum.C. de dona. ſit noua, & exorbitans,nempe quę contra iuris regulam diſponit ex nudo pacto oriri actionem: certè ea non habet locum in donatione tacita & præſumpta,ex ſententia Rayn.Forli.Bald.Angel.Paul.Caſt.Alex. & Iaſ.in l. iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.ff.de pact.Bart.poſt Guiliel.Cu.in ea l.§.quinimò,colum. vltim. & ibi etiã Alex. colum.pen.& abundè Iaſ.col.8.verſic. tertiò videndum eſt, cum alijs multis concord. à me latè collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus, num.152. incip.ſicut etiam videmus. Sed quibus addere poteris Franc.Aret.in l.licèt in fi.C.de pact.& in l. ſi creditori, eo.tit.vbi id dicit ſing.Alex.conſ.129. ſuper primo dubio,in fi.libro 7.Corn.conſ.23.viſo puncto,col.3.verſi.& per hanc rationem,lib.1.& conſ.329.oſtenſo, col. vlt.eo.lib.1.& conſ.135. de pluribus, col.5. in litera O. lib.3.& conſ.129.viſis verbis,col.2. eod.lib.3. & conſi. 238.viſo puncto,col.2.eo.lib.3.

59 *L.ult.C.de ſacro.eccl. an procedat in huiuſmodi donatione.*

¶ Vti nec l.vlt.C.de ſacroſanct.eccle.transferens dominium ex donatione,aut alio titulo,ſine traditione, cõtra l traditionibus.C.de pactis,habet locum in donatione tacita,vel præſumpta,ſi credimus Specul. tit. de loca. §.nunc aliqua,verſic.52. & Bald.in addit. illius verſicu. ſeq. & iterum ipſi Bald. etiam in additio. ipſius Specul. in tit.de confeſſ.§.nunc videndum,colum.2.verſic. confeſſio facta in iudicio.Bart.in l.ſi aliquam rem, colum.2 verſic.habui in hac ciuitate.ff. de acquiren. poſſeſ. Anton.in cap.ex parte,colum.7.de confeſſ. vti eos allegat , præter Bald.in poſteriori loco. & ſequitur Iaſon in d.l. vltim.in 3.not.C.de ſacroſanct.eccleſ.Nec ſimiliter ſtatutum,quod diſponit donationem inter virum & vxorem,non confirmari morte,contra l.1.& l.donationes , la 1.C.de donat.inter vir.& vxor. procedere in donatione præſumpta & tacita, ſi verum dicit Soc. conſil. 122. circa primum,colum.5.verſicu.nec obſtat ſtatutum, libro 3. per not. in d.§. quinimò. & in dicta l. ſi aliquam rem.& dicit de hoc eſſe caſum,in l.ſeruum filij,in fi.D. de legat.1.vt eum text. intelligit Bart.in l.1. eo.tit. Quibus adde,quod dicit Bal.in l. ait Prætor.§. vlti. per eum textum.ff.de neg. geſt. quòd licèt donatio expreſſa non poſsit fieri abſenti, ſine nuntio , vel epiſtola.l. abſenti. & ibi no.ff. de donat. cum ſi. tacita tamen & præſumpta poteſt. Ex quo intelligis non benè concludi ab vna ad alteram .

*Donatio tacita abſenti fieri poteſt.*

60 *De eadẽ re. Contra ſuprà dicta.*

¶ Contrarium tamen in caſu non admodum huic abſimili , videlicet in ſtatuto prohibente donationem ſine conſenſu iudicis,conſuluit Corne.conſi.185.tria principaliter, colum.4. verſicu.his tamen non obſtantibus. lib.2. motus his quidem rationibus.Primùm non poteſt reddi ratio, quare debeat magis valere donatio tacita & præſumpta, quàm vera & expreſſa: & vbi eadem eſt ratio,ibi ſolet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l. à Titio.ff. de verborum oblig.& l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.3.§. 1.ff. de iniuſt.teſt ibi,nec ratio diuerſitatis reddi poteſt, cum ſi. Igitur ſicut hæc conſuetudo obtinet in donatione vera & expreſſa,ita & in tacita & præſumpta obtinere debet. Item non ſolent plus operari tacita, quàm expreſſa: ſed interdum idem operantur , per not. in l. cùm quid.ff. ſi cert.pet.& in l.3. ff. de legat.1.cum ſim. Et plerumque quoque plus operantur expreſſa.d.l.nonnunquam.ff.de condit.& demonſtrat.& l.expreſſa.ff. de reg.iur. & latè probabimus infrà in gloſſ. ſeq. Ideo non debet eſſe efficacior donatio tacita,& præſumpta,quàm expreſſa.Præterea non debet plus operari præſumptio,quàm veritas, quemadmodum nec fictio,vt not. in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.& in l.filio quem pater.ff.de iniuſt.teſta.Ad hæc qui non poteſt expreſsè contrahere, nec tacitè quoque poteſt:vt eſt textus in l.qui ad certum.ff.loca. Denique ſi poſſet mulier præſumptam donationem facere, non obſtante huiuſmodi ſtatuto aut conſuetudine prohibente donationem, eſſet parata via ad fraudandum eludendùmque dictum ſtatutum:fraudibus autem eſt obuiandum.l. in fundo.ff. de rei vendi. & in l. ſ. exceptiones.ff.quarum rerum actio non dat.& l.vltim.§ vltim.C.de vſur.rei iudic.& ca.quantò.extrà de diuort. Hæc ferè Corne.

¶ Faciuntque in hanc partem pleraque à me collecta in d. rep.l.ſi vnquam.C.de reuoc.donatio.in uerbo,donatione largitus.in 7. quæſt. qua latè diſputaui , an ea l. loquens ſimpliciter in donatione, habeat locum in donatione præſumpta, & tacita,quæ nos de induſtria prætermittimus, ne rem iam actam, quod dicitur, agamus , quando & crambe bis poſita mors eſt,vt alio prouerbio dicitur. Sed quibus tamen addes, in eo quod ibi dixi ad finem illius quæſtionis , ſtatutum ex quo maritus lucratur certam partem dotis , habere etiam locum in dote præſumpta.Alex.id ipſum quoq; volentem, con.22. viſo proceſſu,col.1.lib.7.& Iaſ.conſil.50. pro nobilibus, colum.2.lib.1.Tu tamen illum vide in §.fuerat,nu.127 Inſtit.de actio. 61 *De eadẽ re.*

¶ Nec obſtat id quod dictum eſt , ſtatuta exorbitantia, eſſe ſtrictè, & in caſu uero & proprio intelligenda: quia illud verum eſt,niſi in caſu improprio ſit eadem ratio. Nam iura exorbitantia à paritate rationis ſolent extendi.Bart.quem alij ſequuntur,in l.ſi conſtante,in princip.ff.ſolut.matrimon. cum omnibus concor. collectis ab Iaſ. in authen.quas actiones. C.de ſacroſanct. eccle. præſertim ad eum caſum, qui poteſt compræhendi ſub lata & impropria ſignificatione.l.filium. ff. ad Senatuſconſul.Macedon.& l.iuſta.ff.de uerbor.ſigni. cum multis à me collectis in d.repet.l.ſi unquam,in d.gloſſ.donatione largitus,numero 178.ſimiliterque renunciatio,& alibi ſuprà diximus.Ratio autem huius ſtatuti eſt, ut ſæpiùs diximus,ut conſulatur mulierum fragilitati, aut ẽt ne mulier marito incõſulto illum priuet iure ſuo, quod habet in bonis ipſius.De quo dicemus poſtea in glo. ſequen.num.37.incip.reſtat igitur,& ſequen. Quæ quidẽ pariter habent locum in donatione præſumpta & tacita,ut in uera & expreſſa. 62 *Reſponſio ad contraria.*

¶ Neque item obſtat d.l.3.§.hæc uerba.ff. de negot. geſt. cum ſim.quia loquitur in caſu ficto,non autem in caſu præſumpto. Et longè inter vtrunque intereſt. Fictio enim eſt contraria ueritati, ut patet ex diffinitione illius,quam ponit Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore.ff. de uſucap. Ideoque non recipit probationem in cõtrariũ, etiam per confeſsionem partis,ſecundum no. per gloſſ. & Doctor.in l ſi duo.ff.de acquiren.hæred.& in l. conſicuntur,in prin.ff.de iure codicil.& in l.ultim.ff. quod met.cauſa.& in l. ſine poſsidetis.C. de probat. Præſumptio autem non aduerſatur ueritati, imò illi , quantùm poteſt,innititur,& ſemper cedit,ubi ſe undecunque exhibet,ut eſt text.in d.l. ultim.ff. quod met. cauſ. & not. in authen. ſed iam neceſſe.C. de donat. ante nupt. Alijs autem in contrarium adductis ſatis nos fecimus, ſi non fallimur,in dicta repet.l.ſi unquam,in uerbo,donatione largitus,in d.7.quæſt.ubi qui uolet, uidere poterit: ideo finem huic quæſtioni facimus. 63 *De eadẽ re.*

¶ Sed quarto quærendum ducimus , an & hoc quoque 64

que

que procedat in donatione cauſa mortis. Et ſanè ſi noſtra conſuetudo, quæ verbo contrahendi vtitur, vſa fuiſſet uerbo obligãdi, ita ſcilicet, vt vxor non poſſet ſe obligare ſine conſenſu mariti, haud dubiè non poſſet mulier donare cauſa mortis, vt conſuluit Socinus conſil. 112. libro 1. repetito conſi. 172. lib. 2. multùm abundè, colum. 6. verſi. 4. difficultas. Nam ex huiuſmodi donatione oritur obligatio: quod hinc ſatis conſtat, quod olim debebat in ea interuenire ſtipulatio. l. mortis cauſa donatio. & l. Senatus. §. vlt. ff. de donat. cau. mor. & no. Cy. in l. 1. & vlt. C. eo. Hodie verò ſecundum communem opi. ſufficit nudum pactum, ſicut in donatione inter viuos, vt dicemus poſtea. Et ideo oritur obligatio, quæ inducitur ex conſenſu partium. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſol. & l. cùm amplius. §. is natura. ff. de regul. iur. Et ita nominatim loquens in donatione cauſa mortis, uoluit Pan. conſilio 40. factum in effectu ſic proponitur, colum. 2. libro 2.

*Quarta quæſtio, an id ſtatutũ procedat i donatione cauſa mortis.*

65 *Et quid, ſi noſtra conſuetudo uſa fuiſſet uerbo obligandi. Redit ad principalẽ quæſtionẽ.*

¶ Verùm quia noſtra conſuetudo utitur uerbo contrahendi, videtur ex hoc non eſſe prohibitum mulierem donare cauſa mortis, idque multis rationibus. Primùm enim donatio cauſa mortis non eſt propriè donatio. l. 1. ff. de donat. & d. l. Senatus. §. ſed mortis. ff. de donat. cau. mortis. Ideoque permiſſa ſimpliciter donatione, non intelligitur permiſſa donatio cauſa mortis. l. filiusfam. verſicu. ſed enim. vbi Angel. id no. ff. de dona. Ex quo Bar. ibi poſt Iac. Aretin. negat huiuſmodi donationem comprænhendi in ſtatuto loquente de donatione. Quod & ipſum voluit idem Bart. in d. l. 1. in fin. eod. tit. & Bal. in auth. eò decurſum, ad fin. C. de dona. ante nupt. cùm dicit, ſtatutum loquens de inſinuatione donationum, intelligi de donationibus ſimplicibus non alijs. Quod & idem conſuluit, nulla Bal. mentione facta, Corn. conſi. 107. uidetur in hac, propè per totum, li. 4. vbi expreſſim dicit, tale ſtatutum non compræhendere donationem cauſa mortis. & Iaſ. & Phil. Decius in l. ſi tibi pecuniam, vterque in 2. not. ff. ſi cert. peta.

66 *De eadem re.* ¶ Alibi autem ipſe Bald. ſcilicet in c. quia V. ad fi. extrà de iudi. dicit, prohibita donatione inter uiuos à ciue in extraneum, non prohiberi huiuſmodi donationem cauſa mortis: quod dicit benè notandum, quia ſæpè ex facto contingit. Quod dictum negat Iaſon ſe alibi legiſſe, licèt dubitet in l. 2. colum. penultim. uerſic. nonò. ff. de leg. 2. & in l. non dubium circa prin. C. de teſtament. & Catel. Cotta. qui & id dicit ſing. in memor. incip. donatione inter viuos. Et idem quoque Bal. conſilio 168. iſta conſtitutio, libro 4. dicit, quòd generalis conſtitutio Roma. eccleſiæ dans formam circa donationes, contractus, & alienationes rerum minorum, non compræhendit donationem cauſa mortis. Quod & idem conſulerat Ioan. Milutius apud eundem Bald. in præcedenti conſil.

67 *Duæ impro prietates refugiẽdæ.* ¶ Et ſi hæc procedunt in ſtatutis, vel alijs diſpoſitionibus nominatim loquentibus de donatione, ut ſcilicet non compræhendatur donatio cauſa mortis: multò magis in diſpoſitionibus loquentibus de contractibus ſine mentione donationis, cùm ut dictum eſt in præcedenti quæſt. donatio non ſit propriè contractus: & donatio cauſa mortis, non ſit etiam propriè donatio. Ideo ſi hic intelligeremus eam donationem cauſa mortis, concurrerent duo improprietates: ſcilicet quod ſub contractu intelligeretur donatio, & ea quidem cauſa mortis. quod lõgè magis debemus refugere, quàm unicam improprietatem, per ea quæ in ſimili no. gloſ. & Doct. in l. 1. C. de dotis promiſ. & in l. cùm poſt diuortium. §. gener. ff. de iure dot. Bar. plenè in l. ſi is qui pro emptore, columna penultima. ff. de uſucapione & ibi latiſſimè recentiores.

68 *Donatio* ¶ Præterea donatio cauſa mortis magis uidetur accedere ultimæ uoluntati, quàm contractui. Regulariter enim vltimæ uoluntati æquiparatur. l. illud. ff. de do. cauſa mortis. Idq; procedit, ſiue reſpiciamus modum ineundi. l. quæ ſub conditio. §. in mortis. ff. de condit. inſtit. & l. ult. C. de donat. cauſa mort. iuncta l. ulti. C. de codicil. Siue etiam reſpiciamus perſonam donantis. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtra. Siue deniq; perſonam donatarij, l. in omnibus. & l. Senatus, in princip. ff. de donatio. cauſa mortis. At licet quò ad modum ineundi reſpectu præſentiæ donatarij æquiparetur contractui. l. inter mortis. ff. eod. & propterea ſimpliciter dixerit Bald. in dicta. l. 2. ff. de legat. 1. quòd comparatur contractui quò ad modum ineundi. Tamen uidetur, quòd in cæteris etiã quò ad modum ineundi comparetur ultimæ uoluntati, ut diximus. Et id quoque ſatis patet ex eo, quòd non poſſũt concipi ſub impoſſibili conditione. l. impoſſibili. ff. de uerb. oblig. tamen donatio cauſa mortis ita concipi poteſt, ſicuti & ultima uoluntas. l. 4. ff. de condit. & demonſt. & l. 1. ff. de cond. inſtit. & uoluit Pet. Anch. in d. l. impoſſibilis. Sed mulier etiam ſtante huiuſmodi ſtatuto, poteſt facere ultimam uoluntatem, ut poſtea dicemus: ergo & donationem cauſa mortis. Nam & qui teſtari poteſt, & donare cauſa mortis poteſt. l. Marcellus, in prin. ff. de dona. inter uir. & uxor. ſicut è diuerſo, qui teſtari non poteſt, nec donare quoq; cauſa mortis poteſt. l. 1. in prin. ff. de tutel. & rati. diſtra.

*cã mortis an et i qui bº accedat ultimæ uoluntati, ui- de inu. 69.*

¶ Ad hæc, ſi concedamus donationem cauſa mortis, non magis accedere ultimæ uoluntati, quàm cõtractui: at ſaltem negari non poteſt, quin utrique accedat, & ſic mixta ſit ex utroque. Sed mixta ex ſimplicibus contrariam aut diuerſam naturam habentibus, uidentur conſtituere tertiam ac ſeparatam ſpeciem, ut probat textus in l. ſtatu libera. §. ultim. ff. de ſtatu li. & in l. munerum, quæ eſt ulti. §. miſta. ff. de muneri. & hono. & in l. 1. in princip. ff. de uent. inſp. & l. 1. §. æſtatem. ff. de aqua quotid. & æſti. & l. Titiæ textores, in 3. caſu. ff. de legat. 1. & l. ult. poſt princip. & ibi Franc. Are. in 1. not. C. de inoff. teſta. & in cap. 1. & ibi Domi. in 1. not. de poſtul. præla. lib. 6. Signo. conſ. 48. quæritur ſi petij, colum. 2. uerſi. quartò quæro. & conſil. 95. quæſtio talis eſt, in portu, colum. 5. verſ. præterea ad idem. Et id patet in materia ſtipulationum, ubi occurrit iſta miſtura, ea certè conſtituit nouam ſpeciem, & quæ ſtipulationes communes appellari facit. l. ſtipulationum aliæ. ff. de uerborum oblig. Et nuncupatim, quòd donatio cauſa mortis ſit tertia ſpecies, diſtincta à contractibus, et ultimis uoluntatibus, dicit Baldus in l. ultima. C. de donat. cauſ. mort. et in ſua marg. in uerbo, donatio, colum. 3. uerſicu. donatio cauſa mortis non eſt: ubi ad hoc dicit eſſe tex. ſing. et in d. l. ult. de donat. cau. mort.

69 *Mixta tertiã ſpeciẽ faciunt.*

¶ Et hæc maximè procedunt in ſtatutis, in quibus ſub ſimplicibus miſtum non continetur, ut probatur in l. quid ergo. §. 1. uerſic. ex ſententia. ff. de his qui no. in fam. iuncta l. 1. §. ſi is qui. ff. de exerci. & uoluit Bar. poſt Iac. But. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. & Bald. in l. omnes populi, colum. 7. uerſ. item ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſti. et iur. ubi tenet, ſtatutum diſponẽs in contractu mulierum requiri conſenſum propinquorum, non habere locum in miſta perſona, uidelicet in hermaphrodità, per textum in l. hoc legatum. ff. de leg. 3 et idem Bald. in §. omnium poſt prin. Inſti. de actio. et conſil. 237. quidam magnificus, paulò ante fin. lib. 3. ubi dicit, quòd ſtatuta ſiue conſuetudines feudorum, deferentes feudum ad deſcendentes maſculos non includũt hermaphroditum, per d. l. hoc legatum, et alia quæ allegat. et Angel. conſ. 256. quia conſultatio, col. 2. Corneus conſi. 137. uiſo inſtrumento, col. 3. num. 10. lib. 1. et recentiores in l. 2. in princ. ff. de uerborum oblig.

70 *Mixta ſub ſimplicibº nõ continetur in ſtatutis.*

¶ Sed et hæc potiſſimum obtinent in exorbitantibus, et odioſis: cuiuſmodi eſt hæc noſtra conſuetudo ex multorum opinio. ut diximus, et dicemus poſtea, in

71 *Mixtũ nũquam ſub ſimplicibº continetur in odioſis.*



In quibus nunquam miſtum continetur ſub ſimplicibus. l. vim paſſam. §. præſcriptione. & l. mariti. §. hoc quin quenium. ff. de adult. & l. ſi ita ſcriptum, in princip. & ibi Angel. & alij. ff. de liber. & poſthu. & d. l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Ioan. And. in addit. Specu. in rubri. qui fil. ſunt legit. Bartol. Angel. & alij plerique in d. l. 2. in princip. ff. de verborum obl. g. idem Bart. in d. l. Titię textores. ff. de legat. 1. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam, circa fin. verſ. 2. quæro. ff. ſi cert. pet. Anto. in procem. Decret. Pet. Anch. in repet. cap. 1. in 4. princip. quæſtio. verſic. inter conſilia, de conſtit. & conſil. 37. contra Ioannem, colum. 2. Roma. conſ. 259. in caſu propoſito. & conſ. 294. hæc confeſſio, ad fi. Ioan. Ana. conſil. 63. præſuppoſito. Alexan. conſil. 82. viſo proceſſu, colum. antepenulti. verſ. præterea dicti, libro 3. & conſil. 76. viſis dubitationibus, colum. 3. libro 5. & conſ. 140. circa primum, eod. lib. 5. Corn. conſil. 63. licèt ex pluribus, colum. 3. verſicu. & ſub ſimplicibus, lib. 2. Socin. conſil. 81. non eſt dubium, colum. 3. verſic. 3. lib. 3. & conſil. 28. fuit quidam, colum. 6. verſic. 9. lib. 4. & Ludo. Bol. conſi. 31. inter S. & B. colum. 5. verſ. ex quo ergo. Fely. in c. vltim. colum. 2. verſicu. 3. concluſio, de ſimonia. Et hæc eſt communis opin. licèt nonnulli tenuerint contrarium, vt videre licet apud Veſputium inter conſil. Corne. conſil. 66. dominus, colum. penult. & vltim. quoſdam recentiores, in d. l. 2. de verbo. oblig. Alij item multis & non contemnendis modis id limitant & declarant, vt pleniſſimè videbis apud Socin. conſil. 116. in præſenti, colum. 2. verſic. ſed vt omni bus, libro 4.

72 *Adultus habens curatorem, liberè poteſt donare cauſa mortis, vide in fra 77.* ¶ Denique adultus habens curatorem, non poteſt ſine illius autoritate contrahere. l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtitut. minor. cum ſim. Et tamen non prohibetur liberè donare cauſa mortis, vel ſine ea autoritate. Bald. & Alexand. ibi. idem Bald. in l. 1. in princip. ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. & ſubobſcurè conſi. 108. domina Ioãna, in vltimo dubio, lib. 3. Ioan. Ana. in cap. quia ex omnibus, colum. 15. in 4. q. de vſuris. Iaſon in dicta l. 2. colum. 3. verſic. licèt omnes. ff. de leg. 2. Alci. in d. l. 2. in princip. num. 11. de verborum oblig. & libro 3. de verbo. ſignifi. in quinto principali axiomate. & Anton. Rub. conſi. 27. difficultas caſus, in fin. Nam & idem quoque liberè teſtari poteſt, ſine curatoris autoritate, imo & eo inuito, & reluctante, idque etiam in rebus immobilibus, vt multorum textuum, & Doctorum authoritate probauimus in repet. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, in 13. quæſt. verſic. ratio autem, & ſequen. Quibus tamen addes Alberi. in l. cùm pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. Barto. in l. Aurelio. §. Caius, in princip. ff. de liber. legat. Bald. in l. 1. tam in lect. colum. 4. verſic. deinde quæro quid de prodigo, quàm in repet. colum. 8. verſi. duodecimò quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. 2. C. quando decret. opus non eſt. vbi ex hoc dicit, quòd adultus in teſtamentis habet iura maioris, poteſtque permittere alienationem immobilium pro executione teſtamenti ſine decreto. & in c. 1. colum. 1. titu. per quos fiat inueſtit. & conſ. 83. an prohibita, ad fi. lib. 2. & conſ. 37. decreto, colum. 2. verſi. item alia ratione, libro 3. & dicto conſ. 109. domina Ioanna, colum. 3. verſ. ſextò eſt videndum, libro 3. & conſil. 310 ad euidentiam, in princip. eodem lib. 3. Barb. conſil. 23. clementiſſimum, colum. 3. libro 4. vbi in id facit ſing. textum in dicto. §. Caius. Iaſon in d. l. 2. colum. 3. ff. de legat. 1. & in l. quæ de legato, colum. vltim. ff. eodem titu. & Philipp. Dec. in cap. in præſentia, colum. 11. in 14. no. de probat.

*Adultus liberè teſtari poteſt in uito curatore, & de rebus immobilibus.*

73 *De eadem re.* ¶ Ex quo & illud ſequitur, quod diximus, eundem quoque poſſe donare cauſa mortis. Nam cui illud licet, & hoc quoque licere leges permittunt, vt ſuprà diximus. Nam vtriuſque eadem eſt ratio, quantum ad adultum pertinet, qui ob id teſtari poteſt ſine curatoris autoritate, quia nulla hinc læſio oriri poteſt, cùm poſſit, quandocunque libuerit, reuocare, vt dicunt Angel. Imo. Raphael, Corn. & Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. Ideoque, vt illi quoque dicunt, ei non competit in integrum reſtitutio aduerſus id teſtamentum. Quod & repetit Philippus Decius conſ. 279. placet mihi, colum. 1. & 2. & ante eos voluit etiam Bartol. in l. verbo contraxerunt. ff. de verborum ſignificatio. Quæ quidem ratio in donatione cauſa mortis, eo magis obtinet, quòd ea faciliùs liberiuſque reuocatur, quàm teſtamentum. Nempe quæ ex ſola pœnitentia reuocatur. l. non omnia, in princ. ff. ſi cert. petat. & l. mortis cauſa donatio etiam. & l. qui mortis. ff. de donatio. cauſa mortis. & dicta l. Senatus. §. mortis cauſa, eodem titu. & l. Seia. ff. de dot. præl. Teſtamentum autem non ſola voluntate aut pęnitentia reuocatur, ſed & in id requiritur aliud teſtamentum, & ipſum quidem æquè ſolennè, ac primum. §. ex eo ſolo, Inſtit. ex quibus cauſ. teſta. infir. & Fed. Senen. ſi is eſt, inter conſil. ipſius, conſil. 165. referunt in dubium. Bartol. in l. de iure. ff. de leg. 3. & Doctor. ubique. Igitur ſimiliter mulier, quæ ſine autoritate uiri contrahere non poteſt, nõ tamen per hoc prohibetur donare cauſa mortis, uti nec teſtari.

*Minor non reſtituitur aduerſus teſtamẽtũ*

¶ Et hac ratione motus Iaſ. in d. l. 2. colum. 2. uerſic. prædicta communis concluſio. ff. de leg. 2. tenet etiam mulierem per ſtatutum prohibitam contrahere, ſine cõſenſu propinquorum aut uiri, non prohiberi donare cauſa mortis. Quod & ipſum uoluit Rom. omnium primus, ibi, & poſt eum Socin. colum. 1. in quarta concluſione. & And. Alciat. neque enim unquam dubitaui, quin ea lect. ſit ipſius, ut pleniùs alibi diximus, & idem Socin. conſil. 121. viſa contingentia, colum. 2. verſic. facit quia iura, lib. 1. & conſi. 150. dominus labia. & c. & nos introducere, & c. colum. 13. uerſicu. 2. principaliter, lib. 1. & Ant. Rub. d. conſi. 27. in fi. Alciat. d. lib. 3. de uerb. ſignifi. in 3. axiomate. ubi & idem dicit uoluiſſe Roman. & Socin. locum tamen non deſignat. Addit autem Iaſon in d. l. 2. totum mundum, ut ipſe loquitur, tenere contrarium. 74

*Statutum prohibens cõtrahere, an prohibeat donare cauſa mortis.*

¶ Contrarium enim, ut ſcilicet prohibita contrahere non poſſit donare cauſa mortis, cùm ex facto contigiſſet, conſuluit Pet. Anchar. conſi. 384. dubium in iſta quæſtione facit miſtura, ea ratione motus, quia donatio cauſa mortis plus ſumit ex natura contractus, quàm ultimæ uoluntatis, ut not. gloſſ. & Bart. in l. 2. in princi. ff. de dot. prælegat. Quod & uoluerunt, ut hoc illi addas, Dyn. & Bart. in l. tam is, qui. §. 1. ff. de donat. cauſa mortis. Idem Dyn. & Cyn. in l. ſenium. C. qui teſtam. facere poſſ. & Bald. qui illam gloſſam reputat ſingu. in l. cum hi. ff. de tranſact. & in l. Labeo, in princip. ff. de pact. & conſi. 248 an cæcus, libro 5. Bartol. Bald. & recentiores, in l. 2. ff. de legat. 1. Ideoque ut dicit gloſſ. Barto. & alij in dicta l. 2. ff. de dot. prælegat. non magis ualet donatio cauſa mortis durante matrimonio, quàm ſimplex donatio, ut eſt textus in l. mortis, in princip. ff. de donat. inter uirum & uxorem. de quo tamen alibi dicemus pleniùs: quanquam ualeat legatum, ut eſt textus in dicta l. 2. Et videmus quòd licèt ultima uoluntas non poſſit pendere ex alieno arbitrio, l. illa inſtitutio. & l. captatorias. ff. de hæred. inſti. poteſt tamen donatio cauſa mortis, ut patet in filio familias, qui poteſt donare cauſa mortis, modò conſenſus patris accedat, licèt teſtari non poſſit, ne patre quidẽ conſentiente, ut eſt textus in d. l. tam is qui. §. 1. Magis ergo accedit donatio cauſa mortis contractui, quàm ultimæ uoluntati. At natura miſti, ut ſubiungit Petrus Anc. eſt accedere ad naturam eius, cui magis accedit. l. quæritur. ff. de ſtatu hominũ. & l. legatis ſeruis. §. ſi unus. ff. de legat. 3. per quos tex. uoluerunt Ang. & poſt eum cæteri recentiores, in d. l. 2. in princip. de uerb. obl. quòd diſpoſitio facta de aliquo ſimplici, cõpræhendit miſtũ, quod magis adhæret illi ſimplici, de quo eſt facta prouiſio.

75 *Contra ſupradicta.*

*Donatio cauſa mortis, contractui ne, an ultimæ uolũtati magis accedat*

*Miſtum accedit ad eius naturam, cui magis accedit.*

¶ Cui

76 *Miſtum ſemper cõtinetur in ſimplicibus, ſi eadem eſt ratio.* ¶ Cui adde, quòd in quacunque materia, ſiue fauorabili, ſiue odioſa, ſub ſimplicibus miſtum continetur, non quidem ex verbis, ſed ex mente diſpoſitionis, vbicunque eſt eadem vel maior ratio. Caſus eſt notabiliſſimus in l. interdum. §. quod ait. ff. de his qui notantur infam. iuncta l. 1. in fi. eod. tit. ſecundum Fran. Areti. in dicta. l. ſi ita ſcriptum, in prin. ff. de liber. & poſthu. qui & ad hoc dicit facere textum in l. patre furioſo, in fin. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. & in leg. ſed & ſi per Prætorem. §. ait Prætor. ff. ex quib. cauſ. maior. & in l. ſi quis in puteum. §. illud. ff. quod vi aut clam. & in leg. vltim. §. hac actione. ff. nautæ, caup. ſtab. Cui potes addere & tex. in l. ſi ita facta ſit. Vbi & hæc notat Ia. Aret. Bald. & Imol. ff. de iniuſt. teſtament. quem & ad hoc expendit, dicitque notandum Alex. conſi. 161. viſo ſtatuto ciuitatis, col. 4. verſi. quinimo plus videtur, libro 7. At eadem omnino eſt ratio in donatione cauſa mortis, quæ & in alia, vt patet ex his quæ diximus ſuprà, in prima quæſtione. Item hæc ſolennitas conſenſus viri vel conſanguineorum, requiſita è ſtatuto, eſt ſimilis ſolennitati, de qua in d. l. tam is. §. 1. Nam in vtraque hoc accidit, quòd voluntas donationis pendet à conſenſu & arbitrio alterius. Sicut ergo ibi donatio, quo ad huiuſmodi ſolennitatem, accedit ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, ita & hic ſimiliter.

77 *Donare cauſa mortis non prohibetur, qui teſtari prohibetur* ¶ Poſtremò (vt id quoque addas Petro Ancharano) donatio cauſa mortis adeò quidem magis accedit donationi inter viuos, quàm vltimæ voluntati, vt ſi è diuerſo prohibeatur quis ſtatuto teſtari ſine præſentia propinquorum, poterit tamen ſine illa ſolennitate donare cauſſa mortis, vt & donare inter viuos, vt not. conſuluit Bald. conſi. 298. quæritur vtrum vſurarius, libro 2. Vbi etiam dicit, diſpoſitionem c. quanquam. de vſuris lib. 6. prohibentem vſurarios teſtari ſine ſolennitatibus illic declaratis, non procedere in donatione cauſa mortis, per multa, quæ illic allegat. Id quod etiam tenuit ipſe Bald. in l. executorem. colum. 3. uerſic. modò vidi. C. de execu. rei iudic. vbi hoc latè diſputat. & eius frater Angel. in ſua diſputatione incipiente, Aſtenſis miles, colum. 8. uerſic. ſed de quarto dubitatur, de quo etiam tu vide Im. in d. l. tam is. ff. de donat. cauſa mor. Antonium in diſputatione incipiente, Bononienſis quidam vſurarius, Petrum Ancharanum in diſputatione incipiente vſurarius manifeſtus, Laurentium Rodulphum in tractatu vſur. q. 125. Sed & inter con. ipſius Baldi, Aluiſius Peruſinus ipſius diſcipulus, conſil. 248. an cęcus poſſit. lib. 5. latè probat donationem cauſa mortis magis accedere contractui, quàm vltimæ voluntati, ſiue ipſius ordinationem reſpicias, ſiue eiuſdem confirmationem, ſiue item efficaciam & effectum.

78 ¶ Illam autem Petr. Anchara. ſententiam, vt ad eam redeamus, nuncupatim ſequuntur Alexand. Franc. Aretin. & Barba. in d. l. 2. ff. de uerbo. obliga. ille quidem ante finem, alter colum. 4. verſi. & inter multas, hic. colum. 9. verſic. item dico. & idem Alexand. in d. l. 2. colum. vlt. & ibi Socin. colum. 3. verſi. ex quibus etiam. ff. de legat. 1. & ipſe Socin. conſi. 112. & multùm abundè, colum. 6. verſi. 4. difficultas, lib. 1. quod repetitur conſi. 172. lib. 2. & Benedictus in repetitione ca. Raynutius, in uerbo, teſtamentum, le 4. nu. 35. de teſtam. & Iaſon ſibi contrarius, in §. omnium, qui eſt ſecundus, colum. 5. verſic. ſed circa iſta, ibi, nec iſtis obſtat, Inſtit. de action. vbi ex hoc limitat Bal. Deci. in d. l. omnes populi. dum loquitur de hermaphrodita, ut procedat cùm æquè valeret in vtroq; ſexu: quòd ſi in ſexu muliebri præualeret, comprehenderetur in d. ſtatuto requirente certam ſolennitatem in contractibus mulierum.

79 ¶ Sed & idem, quod ipſe Petrus Ancharanus, illo tamen non commemorato, conſuluit Panorm. cuius etiam illi, quos ſuprà citauimus, non meminerunt, in dicto conſi. 40. ſuprà in principio huius quæſtionis, allegato in primo dubio, lib. 2. & Philipp. Corn. nullam quoque ſuperiorum mentionem faciens, conſi. 41. cuius exordium eſt, uidetur in hac conſultatione, per totum illud conſilium, lib. 1. vbi hanc rem luculenter in vtranque partē diſputat, iterumq; conſ. 126. licet in hac cōſultatione, col. 5. uerſi. itē eſſet probabile, eo. lib. 1. Et hanc dicit eſſe cõmunem opinionem Iaſ. in d. l. 2. ff. de lega. 1.

¶ Et hoc mirum in modum confirmat, quod poſt 80 *Donatio cauſa mortis cenſetur prohibita donat. ſimpliciter prohibita.* Iac. Ar. tradidit Bald. in c. 1. in princip. colum. 4. verſic. quæro ſi uaſallo, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. quòd ſi ſtatutum prohibeat mulieres donare, ita intelligitur ut nec eæ quidem donare cauſa mortis poſſint. Idque generale eſſe dicit, ubi nomen donationis prohibitiuè ponitur, vt etiam cenſeatur prohibita donatio cauſa mortis. Nam à quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies remota eſſe cenſetur, per dictam l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. ff. de donat. Quod dicit eſſe notandum, & ſequitur Cardin. Alexand. ibi, colum. 1. & Fran. Areti. in leg. qui in poteſtate. poſt princip. ff. de teſtam. & Maria. Socin. conſi. 19. pro deciſione, colum. 5. uerſi. ſed aduertendum, in 1. libro conſi. Barpto. Soc. eius filij, & Barb. d. conſi. 23. clementiſſimum, col. 1. lib. 4. ubi id dicit ſing. & Firmian. qui id quoque ſing. dicit, in tractatu donationum, in tertia parte octauæ partis princip. in 12. quæſt. & Fran. Ripa. in d. l. 2. col. 4. nu. 10. in fin. ff. de legat. 1.

¶ Pro quo optimè facit, licet non allegent, quòd l. ſi 81 *L. ſi quis argētū, habet locum in donatione cauſa mortis.* quis argentum. C. de donat. loquens ſimpliciter de donationibus, licèt ſit exorbitās, vt ſuprà diximus in præcedenti quæſtio. habet tamen locum in donatione cauſa mortis, ex ſententia gloſſ. quæ paſsim ſing. ab omnibus dicitur, in l. cum pater. §. Mæuio, in uerbo, donabat, & iterum in uerbo, reuocaretur, & ibi Bartol. Bald. & alij. ff. de leg. 2. cum alijs multis concord. & gl. & Doct. à me abundè & propè ſuperfluenter collectis in d. repet. l. ſi vnquàm, in uerb. donatione largitus, in 13. q. verſi. confirmatur item ex eo: neque enim hic illos repetendos ducimus. Sed illis tamen addes Bald. in l. dedi. la 2. quæ eſt vlt. in lect. antiqua, ante fin ff. de condi. ob cauſ. & repet. l. 2. colum. 7. uerſi. tertio modo. ff. de iureiur. & in l. ſi donationis. C. de contrah. empt. & conſi. 272. in cauſa egregiæ, col. 2. uerſi. quintò probatur lib. 5. Salyc. in l. 1. §. ſin autē aliquid ſub conditione in fine. C. de cad. toll. & in l. licet inter priuatos & ibi quoque Fran. Are. C. de pact. Ioan. Fab. in d. l. ſi quis argentū. Petr. Anchar. conſi. 76. per modū, col. 2. uer. ſed hic dubiū. Fulgo. cōſ. 217. uiſo exemplo, col. vlti. Imol. in d. l. 2. & ibi Iaſ. col. 2. ff. de leg. 1. & Ang. Are. in §. 1. in 2. locis. inſti. de donat. & in §. in perſonā. col. 4. ver. & prædicta procedunt. & ibi Iaſon. col. 10. uerſic. an autem, Inſtit. de acti. Pet. Corn. conſi. 41. uidetur in hac, colum. 2. lib. 1. Ferra. in tit. for. libel. quo agit pro donat. in gloſſ. 1. colum. 3. uerſ. amplius quæritur. Barb. qui hoc latè diſputat, in rubri. extrà de donat. colum. 2. uerſi. ſecundò conſidero. Philipp. Decius in l. ſemper qui prohibet. colum. 1. ff. de reg. iur. & Steph. Bertrand. conſi. 156. ex themate, num. 11. & 12. lib. 4. & Viglius Phryſius in §. ſed cum paulatim. in uerbo, uno contextu. Inſtit. de teſtam. ordi. Et hæc haud dubiè eſt communis op. ut etiam teſtatur Iaſ. in d. l. 2. ff. de legat. 1. licet Signo. & alij nonnulli tenuerunt contrarium, vt in d. repet. l. ſi unquàm loco ſuprà allegato, in fi. diximus.

¶ Faciunt quoque in hanc partem omnia ferè, quæ 82 *Donatio impropria continetur ſub dona. ſi eadem eſt ratio.* ſuprà adduximus in præcedentibus quæſtionibus, iunctis his quæ uoluerunt Imo. & Alexand. in addi. Bart. in d. l. 1. §. ff. de donat. & iterum in l. filiusfamiliàs, eo. titu. quòd ſtatutum loquens de donatione, procedit & in donatione impropria, ubi eſt eadem ratio. Nam & uidemus, quòd quemadmodum pupillus contrahere non



non poteſt ſine autoritate tutoris propter imbecillitatem intellectus, ita nec donare poteſt cauſa mortis, per textū qui ad hoc reputatur ſingul. in d. l. in princip. ff. de tutel. & ratio. diſ. & facit l. diſtractis. vbi & hoc notat Alexander in 1. nota. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ergo non abſimili ratione mulier, quæ ſtatuto prohibetur contrahere ob conſilij infirmitatem, vt iam ſatis ſuprà diximus, & dicemus poſteà latiùs, cenſeri debet prohibita, etiam donare cauſa mortis. Quanquam hæc poſtrema ratio nō admodum ſolida eſt, cum poſſet dici maiorem eſſe imbecillitatem in pupillo, quàm in muliere. Ille enim teſtari non poteſt. l. qua ætate. ff. de teſta. illa autem poteſt, etiam prohibita contrahere, vt dicemus in 7. quæſt.

83 *Adultus an poſſit donare cā mortis.* ¶ Ex his autem quæ diximus facilè reſponderi poteſt omnibus, quæ pro priori parte adducta ſunt: niſi quòd poſtremo loco dictum eſt, num. 72. de adulto habente curatorem: qui licèt contrahere non poſſit ſine autoritate curatoris, poteſt tamen donare cauſa mortis, ſicuti & teſtari inſcio & inconſulto curatore. Cui difficilimum eſt reſpondere, niſi neges illud verum eſſe, nam id dubitanter, & per verbum, fortè, ſcriptum eſt à Bald. in d. l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſti. mino. & contrarium tenuit ipſemet Bal. in c. 1. §. item ſacramenta puberum. colum. pen. verſicu. quæro nunquid in vltima voluntate, titu. de pac. iur. fir. quem ſequitur Alex. ſibi etiam cōtrarius in d. l. 2. in fin. & ibi quoque Franc. Ripa. vbi ſuprà citauimus. ff. de leg. 1. & Franc. Areti. in d. l. ſi curatorem habens. & Franc. Cre. ſin. 117. hæres minoris, vbi hoc dicit menti eſſe tenendum.

84 ¶ Sed & aliud eſt, quòd multùm obſtat illi poſteriori ſententiæ, vidèlicet text. in l. vltim. C. de donatio. cauſ. mort. vbi expreſsè declaratur, donationem cauſa mortis, in his quæ concernunt ſolennitatem extrinſecam, habere naturam contractus, non vltimæ voluntatis. Ex quo (vt ibi dicitur) in ea non requiritur ſolennitas inſinuationis, quæ in alijs donationibus exigitur: nec ſufficiūt duo teſtes, vt in cæteris, ſed quinque deſiderantur. Et ad hoc illum tex. expendit, & dicit ſingu. Roma. in d. l. 2. in princ. col. 2. uerſ. 1. ad illam. ff. de uerb. oblig. ubi poſteaquam retulit illud Petr. Anchar. conſil. numero tamen non deſignato, dicit ſe in illius ſententiam abiturum fuiſſe, niſi ille tex. impediret.

85 *Donatio cauſa mortis facta ſtipulanti, contractus eſt.* ¶ Hæc autem, quæ diximus, maximè procedunt, ſi donatio cauſa mortis fuerit facta præſenti & ſtipulanti. Tunc enim cenſetur eſſe contractus: ita ut ſtatutum loquens in contractu habeat locum in ea, ut tradit Pet. Anch. dicto con. 384. Nam & talis donatio non requirit aditionem hæreditatis, quæ in legatis exigitur: ut notat Bald. in l. & ſi mortis. in princ. C. ad leg. Falcid. Nec pro tali donatione competit hypothecaria, quæ datur pro legatis, ut concludit Alex. in d. l. 2. col. 3. ff. de legat. 1. Ex quibus apertè intelligi poteſt, quòd de huiuſmodi donationib. idem iudicatur, quod de contractu: vt etiam concludit Imo. in l. ut hæredibus. uer. item attende. ff. de leg. 2. & Phil. Dec. conſ. 197. in caſu propoſito, col. 2.

86 *An hac donatio requirat mortem utriuſque, ut confirmetur.* ¶ Sed quæro quinto, ſi teneamus eam partem, quæ requirit conſenſum uiri in donatione cauſa mortis, utrum ſi uxor donauerit cauſa mortis marito conſentiente, requiratur mors utriuſq; & uiri & uxoris, ut huiuſmodi donatio confirmetur, an uerò uxoris ſufficiat. Videtur utriuſq; mortem exigi, arg. l. cùm hic ſtatus. §. oratio non ſolùm. & §. in hac. & quod ibi dicit gloſſa, & l. ſi eū qui. §. ex quibus. rurſumq; l. mortis ſuæ cauſa. ff. de donat. inter uir. & uxor. & l. donatio. & ibi glo. & l. ſi ut proponis. C. eod. ubi donatio facta inter uirum & uxorem ex conſenſu patris donantis, in cuius erat poteſtate, non confirmatur, niſi morte utriuſque & donantis, & patris ipſius.

87 ¶ Dic tamen contrarium in hoc caſu, uidelicet ſufficere mortem mulieris: quemadmodum & cum filius familiàs donat cauſa mortis conſentiente patre, ſufficiat *De eadem re.* mors filij ad confirmationem eius donationis, ut uoluit gloſſ. in l. nec fratris. & ibi Cyn. & Bal. C. de donat. cauſa mortis. glo. in l. qui pretio in fin. ff. eod. titu. & ibi Barto. Imo. & Pau. Caſt. ex quibus Bart. ad hoc dicit bene facere tex. in l. ſi alienam. §. Marcellus. ff. eod. Reſpondetque ad iura in priori parte allegata, quòd loquuntur de donatione inter uirum & uxorem, quæ ab initio eſt inualida. Hæc autem donatio cauſa mortis, ualet iam ab initio: ut notatur per gloſſ. & Doct. in l. ult. §. Lucius. ff. de dona. & idem uoluerunt Raphael & Corn. in l. ſenium. C. qui teſta. facere poſſunt. & Guido Pap. deciſ. Delphi. 223. item in cauſa, uerſ. ſed poteſt.

¶ Et hanc partem confirmat, quod in non longè diſſimili caſu ſcribit Bart. in l. ſi per epiſtolam. & ibi Imo. 88 *De eadem re.* Roman. Pau. Caſt. Franc. Areti. & omnes penè, qui de ea re loquuti ſunt, præter Raph. ff. de acqu. hæred. quòd ſi pupillus conſtituerit procuratorem cum autoritate tutoris, non finitur mandatum per mortem ipſius tutoris, ſed tantùm per mortem pupilli: quoniam, vt inquiunt, actus principaliter accepit ſubſtantiam ex perſona pupilli: vnde ipſe mandaſſe videtur, non tutor. Nam vt idē Bar. alibi dicit, ſcilicet in l. & quia. quam legit cum l. more maiorum, in 1. opp. ff. de iuriſdict. omn. iudic. confirmans, ſiue præſtans autoritatem actui, non dicitur actum ipſum facere, ſed eum imperfectum perficere. Et vt dicit Bald. in leg. ſi vt proponis. C. de ſeru. pign. dat. manum. qui conſentit, non facit, ſed non impendit. l. ſi pater. §. vlt. ff. de manumiſſ. vindi. Aliud enim eſt agere, aliud agenti conſentire. l. aliud. de reg. iur. de quo & nos latè dicemus in 12. quæſt. huius gloſſ. & aliquid quæſt. ſequenti.

¶ Sed & hoc tamen intellige in caſu noſtræ conſue- 89 *Quid ſi vxor donat rē mariti.* tudinis, cùm vxor donauit rem ſuam: ſecus autem, ſi donaret rem viri ex conſenſu ipſius: tunc enim ad confirmationem huiuſmodi donationis non ſufficeret mors vxoris, ſed & viri quoque exigeretur, ſi nondum res ipſa fuerit tradita, vt voluit Cy. in d. l. nec patris. C. de dona. cauſa mortis, vbi eius rei rationem reddit ex l. Papinianus. ff. de dona. inter inter virum & vxorem. Et vide etiam ſuper hoc, quæ dicemus in ſeq. quæſt.

¶ Illud item ſextò quæri poteſt, quia huiuſmodi do- 90 *An ad reuocandam hanc donationem utriuſq; pœnitentia requiratur.* natio cauſa mortis, vt ſuprà diximus, ſola pœnitentia reuocari poteſt, vtrùm hoc caſu, cùm ſcilicet vxor donauit cauſa mortis ex conſenſu mariti, requiratur vtriuſq; pœnitentia, an alterius tantùm ſufficiat. Dic breuiter ex ſententia multorum ex his, quos in ſecundo ſequenti verſi. citabimus, quòd ſi vxor donat rem ſuam, ea poterit ſola reuocare, vt etiam non obſcurè probat, licèt illi non allegent. text. loquens de donatione inter uirum & vxorem in l. donatio. C. de donatione inter virum & vxorem, vt quæ ſola donare videatur, non etiam maritus, qui cenſuit, vt diximus in præcedenti quæſtione, & vt ſcribitur in l. aliud. ff. de reg. iur. aliud eſt agere, aliud agenti conſentire, & dicemus infrà latiſſimè in d. 12. quæſt. Et in hac quoque opinione videtur fuiſſe Guido Pap. loquens in donatione cauſa mortis facta à filiofam. conſentiente patre, Deci. Delph. 223. item in cauſa, paulò ante finem. Quibus concinit, quod eleganter conſuluit Bal. conſi. 209. licèt conſultantes. lib. 4. quòd ſi ſit ſtatutum, prohibens mulierem teſtari ſine conſenſu vel cōſilio conſanguineorum, idque ita fecerit, poterit ſola ſine eorum conſenſu vel conſilio id teſtamentum reuocare.

¶ Solus autem maritus reuocare non poteſt; ut de 91 *De eadem re.* filiofamiliàs, qui cauſa mortis donauit rem ſuam, uoluit Bart. in l. 2. §. 1. in 4. quæſt. ff. de donat. & Rapha. & Corn. in l. ſeruum. C. qui teſt. fac. poſſ. Et etiam in filiofamiliàs, qui fecit teſtamentum ad pias cauſas ex uoluntate

luntate patris, ut ſcilicet pater ſolus reuocare non poſſit, nec quò ad inſtitutionem hæredis, nec quò ad legata, tenuit Bald. in repe.l.1.colum.5.uerſi. ſed iuxta hoc quæritur incidenter, filius. C. de ſacroſ. eccleſ. & Alexand.conſil.246. placet admodum, lib. 6. vbi & ex hoc conſuluit in alio pulchro caſu. & Philip. Franc. in rub. de teſta.lib.6.char.7.uerſi.decimò quæritur. Et quod itē à Bar.differit in l.neq;. C. de proc. & in l. actor. ff. rem rat.hab. an procurator conſtitutus à pupillo cum autoritate tutoris, vel à capitulo, cum autoritate prælati, poſſit à ſolo tutore, aut prælato reuocari. Et concludit, quòd ſi tutor aut prælatus potuiſſet ſolus procuratorem conſtituere, poterit ſolus reuocare: aliàs non poteſt. & ſequuntur Alex.Franc.Aret.& alij recentiores, qui adferunt concord.in d.l.ſi per epiſtolam.ff. de acqui. hære.

92 *De eadē re.* ¶ At ſi vxor donauit rem mariti, ex conſenſu ipſius mariti, quia tunc maritus donaſſe uidetur, per l. in ædibus. §.quod filiusfa.ff. de donat.& l.ſi quis hac lege. §.ſi filius.ff.qui & à quibus: certe poteſt idem maritus ſolus reuocare. Ita uoluerunt Dy. Cy. & Salyc. loquentes in illo caſu filijſa. qui ex conſenſu patris donauit rem patris.in d.l.nec fratris. D.de dona.inter uir.& vxor.Ioan. Andr.in addit.Spec.titu.de inſtr.edi.§.porro, circa prin. in addi.incip.incidit quæſtio. Bart. in d.l.2.§. 1.ubi ſuprà.ff.de don.Bal.& Fulg.in dicta l. ſenium. C. qui teſta.fac.poſſ.Petr.An.conſi.76. per modum conſilij, in 1. dubio.Soc.conſi.114.uiſo teſtamento dominæ, col.2.& iterum ult.lib.1.

93 *An hac cōſuetudo habeat locum in teſtamentis.* ¶ SEPTIMO ex his quæ dicta ſunt in 4.q.& ſeq. ſatis ſuperq; uel cæcis apparet, hanc conſuetudinem non procedere in ultimis uoluntatibus, ut ſcilicet per huiuſmodi conſuetudinem, quæ prohibet contrahere uxorem ſine conſenſu mariti, non ea cenſeatur prohibita teſtari ſine illius conſenſu. Nam omnes tenentes prohibitum contrahere, prohiberi & donare cauſa mortis, hac potiſsimùm ratione innituntur, quòd donatio cauſa mortis, magis accedit contractui, quàm ultimæ uoluntati: tanquam aliud eſſet, ſi ultimæ uoluntati magis accederet. Quin Pa.d.conſi.40.colum.2.uerſi.item quando donatio, libro. 2. expreſsim dicit, quòd ſi donatio cauſa mortis fieret in teſtamento aut codicillis, tunc ſapere omnino naturam ultimæ uoluntatis: ideoque eſſemus extra uerba ſtatuti prohibentis contrahere: pro quo tex. eſt, licèt non alleget, in l.verba contraxerunt.ff.de uerb.ſiguif.ubi ita ſcribitur: uerba contraxerunt, non pertinent ad ius teſtandi. Per quem text. dicit gloſſ.in l. teſtamentum, in verbo, contractus. C. de teſta. quòd teſtamentum non eſt contractus. Ex quo dicit Bald. ibi, in fi. no. quòd ſtatuta loquentia de contractibus, non habent locum in teſtamentis. Quem ſequuntur Raph. & Corn. ibi & Alex. in addit. & Bart. in d.l.uerba contraxerunt.& Philip. Dec.in l.ult. col.3. verſic. ſecundò not. C.de edic.Diui. Adria.tol. Et alibi Bal.conſi.349.ſtatuto Placentię, lib.1. conſuluit per illum text. quòd ſtatutum prohibens contrahere, non comprehendit vltimam uoluntatem, ad quod etiam allegat.tex.in l.pater filium, in prin.ff. de leg. 3. Et idem uoluit ipſe Bal.conſi.253.caſus talis eſt, quidam de ciuitate, colum.2.uerſi. ſolutio. uerba ſtatuti, libr.3.per dictam l.uerba.de uerb.ſigni. & Imol. in l. ſi ita quis. §.ea lege, col.pen.ff.de uerb.obli.& Alex. conſi.90. ſuper eo quod quęritur, col.2.lib.4. Calca.conſi. 74. quòd dictis filiabus, col.6.num.10. & ſeq. & Iaſ. loquens de ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, ut nihilo minùs poſſit teſtari ſine conſenſu illorum, in l. 2. col. 4. uerſic. ſecundò pro opinione ea. ff. de leg. 1. Et hinc ſubdit Bald. in fin. illius prioris conſ. quòd prohibitus acquirere per contractum, uel alio modo, poterit tamen acquirere per uiam inſtitutionis hæredis, per multa quæ ibidem ab eo ſunt allegata. Quib. adde & tex.in l.milites.in princ. iuncto.§. ultimo. ff. de re mili.& in l.Decur.ff.de Decu.

94 *Statuta an poſſint prohibere teſtari ſine conſenſu alteri'.* ¶ Imò uerò ſunt, qui negant, poſſe ſtatutum expreſsè interdicere, ne poſſit mulier teſtari ſine conſenſu uiri aut conſanguineorum. Nam ita uoluit Paul. Ca.qui ita dicit ſe conſuluiſſe, in l.ex facto.in princi.col.2.per rationem illius tex.& ibi quoque Franc.Aret.col.4.in 8.nō. & Alex.col.2.ff.de uulg.& pupil.ſub.& idem Alex.conſi.55.conſideratis dicti ſtatuti uerbis, in fin.lib.1.& cōſ. 155.uiſis & accuratè conſideratis, col.2.uerſ.ad idem, & ſeq.lib.2.& latè Iaſon. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.in 1.no.ff.de uerb.obliga.& in l. non idcirco. C. de codicil.ubi hoc dicit ting.& conſi.127. pro parte negatiua, colum.5.uerſi.moueor in primis, lib.1.& Io. Lup. in rep.rub.extrà de donat.inter uir.& uxorem. §.81.le. 1.ſunt enim duo eius numeri, colum. pen. uerſicu. ſaltem deberet.

95 *De eadē re.* ¶ Mouentur hi primò per tex. in d.l.ex facto. ibi, cęterùm iniquum incipit fieri beneficium principis, ſi adhuc id ualere dicamus: auferret enim teſtamenti factionem homini ſanæ mentis. Ex quibus verbis not.pleriq; omnes, non valere ſtatutum, tanquam iniquum, quod homini ſanæ mentis liberam aufert teſtamenti factionem. Secundò, non valet pactum, tanquam contra bonos mores, quod aufert liberam teſtandi facultatem. d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. ergo nec ſtatutum: quia quod per pactum fieri non poteſt, eò quòd ſit contra bonos mores, nec etiam per ſtatutum, vt voluit Bartol. in l.omnes populi.in 3.q. 3. concluſionis principalis. ff. de iuſti. & iure.& Doct.in c.vlt. de conſuet.lib. 6. Debet enim ſtatutum eſſe ſanctum. c.erit autem lex.4.diſtin. Tertiò, quia lex ciuilis & canonica improbant, quòd vltima voluntas pendeant ab alieno arbitrio.l. captatorias. & l.illa inſtitutio.ff. de hæred.inſti. Et ideò etiam filiusfam.cum conſenſu patris teſtari non poteſt, ne teſtamentum filij pendeat à conſenſu patris.l.qui in poteſtate. & ibi not.ff. de teſta.& dicemus latè alibi. Sed ſi iſtud ſtatutum valeret, penderet teſtamentum uxoris à mera voluntate mariti: ergo non valet.

96 *De eadē re.* ¶ Quibus & tu adde hanc rationem, illam ſuperiorē cōfirmantem, nam quòd teſtator diſponat de rebus ſuis ex uoluntate propria, eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, ut patet ex definitione teſtamenti, quæ ſcribitur in l.1.ff.de teſt. quæ quidem definitio oſtendit qualitatem rei, l.1.§. dolum.ff.de dol. Sed conſuetudo contra ſubſtantiam diſpoſitionis cēſetur irrationabilis, & nō valet, vt notat gl. in c.2.& ibi bonus tex.de conſuet.lib. 6.Hoſti. & Ioan. An.in cap.Rom.§.1.de appel. libr. 6. Qua ratione Fran. Are.in leg.2.colum. 2. in 2. no. & ibi etiam Iaſon in 2. quoque not. vbi & aliam rationem adducit.ff.de vulg.& pupil. tenent non valere ſtatutum, vel conſuetudinem, vt valeat diſpoſitio captatoria: licèt cōtrariū voluerunt l. Ang. Imo.& Alex.ibi.& idem Angelus, & Imol.in dicta captatorias. ff. de hæred. inſtit. & Alexa. in l. captatorias.C.de teſt.mili.& Carol.Ruin.conſi.21.de validitate, nu.5.lib.2.

97 *Contra ſuprà dicta.* ¶ Contrarium tamen, videlicet quòd valeat huiuſmodi conſuetudo vel ſtatutum, ne uxor poſſit teſtari ſine conſenſu viri, præſupponere videtur Bart. in dicta l.non idcirco. C.de codic.& in l.ſi cùm dotem.§.eodem autem tempore & ibi quoque alij.ff.ſol.matr.& con.10. in nomine & c.viſo ſtatuto, in prin.& Bal. in Rub. C.de contrah.empt.in 24.q.& in d.l. omnes populi, columna 7.verſi.item ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſti. & iur. Vbi tamen dicit huiuſmodi ſtatutum eſſe iniquum, idem Bal. & Salyc.in leg. 1. C.vnde uir & vxor. dum quærunt, an ſtante huiuſmodi ſtatuto, poſſit uir vxori ſibi aliquid in teſtamento relinquenti conſenſum accommodare, & alij, quos in eam rem citabimus infrà in glo.8.in 3.q. & ipſe Bald. in lex duobus. §.ultim.paulò ante fin.ff.de vulg.



vulg.& pupil.& conſil. 208. licèt conſulentes. iuncta caſus poſitione, lib.3.& conſi.139. ſtatuto communis Aſſiſij, lib. 5. dum conſulit, quòd ſtante ſtatuto Aſsiſij, quòd mulier non poſſit teſtari ſine præſentia viri, non valebit teſtamentum, omiſſa ea ſolennitate. & Corne. conſi.241.de duobus quæritur, col.2. lib.2. & Berta. in tract. Gabel.in 6.parte prin.in 5.q.

98 *De eadē re.* ¶ Et id expreſsè voluit Angel. loquens in ſtatuto requirente conſenſum duorum conſanguineorum, in §. pronuntiatum.in Auth. vt fac.no conſt.motus, quia poteſtas teſtandi introducta eſt de Iure ciuili, vt not. Dy. in ca.indultum.de reg.iuris.lib.6. quod quidem ius tolli poteſt, & mutari per leges & conſuetudinem.l. de quibus.ff.de legibus. Nec obſtat, inquit, quòd vltima voluntas non poteſt conferri in voluntatem alterius: quia hoc verum eſt, per teſtatorem. Nam per legem id fieri poteſt: vt apparet in donatione cauſa mortis, quæ eſt ſpecies vltimæ voluntatis.l. vltim. C. de donat. cauſa mort. & tamen poteſt pendere ex alieno arbitrio. l. filiusfam. & l.tam is.ff. de donat. cauſa mortis. Et ita dicit ſe conſuluiſſe, ſicuti verè conſuluit, conſil. 88. præmitto primò, quòd ſolennitas: & iterum conſil. 126. teſtamenti factio. Sed & hoc quoque idem conſuluit Bened. Cap. conſ.21.cùm de duobus, col.2. verſicu. ſed his non obſtat. & col.3.verſicu. quod & primò. & ita etiā expreſsè tenuit Soci.in l. pactum quod dotali. ad fi. C. de pactis. Nam poteſt (inquit) ex facere, quòd voluntas teſtatoris ab alio dependeat, per l. captatorias. §. Senatus prohibuit.ff.de hæred.inſti.

99 *De eadem re.* Et idem quoque tenuit Iaſon, ſibi contrarius, in dicta l.ex facto.col.2.in 3.not.& verſic.4. verſicu. facit iſta lex. & ibi quoq; Claud. Seyſſ. col quoq; 2.ff. de vulg. & pupil.ſubſtit.& Phil.Dec.conſ.612. concluſionem, poſt princip. & Matthæ.Afflict. in Deci. Neapol. 269. nunquid mulier. Et his potiſsimùm rationib. innititur Iaſ.in dicta l.ex facto. Nam quando ſtatutum aufert liberam teſtandi facultatem homini ſanæ mentis, verè iniquum eſt, iuxta dictā l.ex facto. At in noſtro caſu ſtatutum non aufert homini ſanæ & integræ mentis, cùm diſponat de muliere, quæ propter fragilitatem ſexus facilè decipitur, quæ quidem fragilitas, huic ſtatuto occaſionem dedit ſecundum not. per Doctor. in l. tranſactionem. C. de tranſact. cum concordan. alibi à me adductis infrà in gloſſ. 6. in verbo, *conſentement*, nu. 27. reſtat igitur. Et licèt Doct. ibi loquantur de contractibus mulierum, eadem tamen ratio ſtatuendi fuit in vltima voluntate. De quo tamen vide, quæ ſcripſi in mea rep.l.ſi vnquàm. in verbo, donatione largitus, num. 253. ratio autem & quod dicam in ſequen. verſic. Item (vt redeam ad Iaſ.) iſtud ſtatutum non ſimpliciter aufert mulieri liberam teſtandi facultatem: neque enim ſimpliciter diſponit, ne mulier poſſit teſtari: id enim eſſet iniquum, per text .in dicta l. ex facto. ſed propter huiuſmodi fragilitatem requirit maiorem ſolennitatem, vt facere poſſit: vt in ſtatuto diſponente, quòd in teſtamento interueniant decem teſtes, voluit Barto. in l. cunctos. in 3. q. principali. C. de Summa Trinitate. Et hoc maximè debet procedere in hoc caſu: in quo eſt maius periculum, ideò & maior cautela eſt adhibenda. Quòd ſi quis occurrat, dicatque tolli omnino liberam teſtandi facultatem mulieri, ſi maritus vel conſanguineus nolit conſentire, cùm ſine conſenſu illius ex huiuſmodi ſtatuto non poſſit teſtari: illi confeſtim reſpondebitur. quod ſi maritus non habeat iuſtam cauſam con tradicendi, iudex illum poterit cogere, vt conſentiat: aut etiam concedere mulieri facultatem teſtandi, ſine conſenſu illius, ut per Bar. & alios in dicta l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matr. cum multis concordan. à me infrà adductis in dicta gloſ.8.in 15.q. Deniq; ſtatutum, quod habet motiuum rationis, ualet & eſt æquum & rationabile, vt dicit Bal.in l.vlt.C. de liber.præter.& alibi ſæpe. Sed hoc ſtatutum eſt huiuſmodi: igitur & cætera. Alias multas rationes afferunt Seyſſ. & Afflic.quas tu ipſe videre poteris. Sed interim non prętermittam, Platonis legibus libro ſecundo, non licere uxori cuiuſcunq; ætatis ſit, teſtari ſine autoritate mariti. *Vxori non licere teſtari ſine autor. viri, Platonis legibus.* Suntq; in id quædam expreſſæ conſuetudines, videlicet Niuernēſis, titulo *des droicts appartenans à gens mariez*, capite primo, & Burgundienſis, titulo *des fiefs*, capite 9.

100 *Alienare prohibitus an teſtamento alienare poſſit.* ¶ Nec tamen hinc priùs diſcedam, quàm admonuerimus legentes, illud quod diximus, prohibitum contrahere, non eſſe prohibitum teſtari, procedere, quādo quis prohibetur à contractu: quod ſi ab alienatione prohibeatur, res multis diſtinctionibus indiget, vt ſciamus, an, & quando videatur prohibitus à teſtamento, atque teſtamētaria alienatione. Super quo vide Alber. Bart. Bald. Ang. Raph.Co. Fran. Aret. & alios recentiores in l.ſi ita q uis. §.ea lege.ff.de verb.obliga.Bal.& Salyc.in l.ea lege.illū, col.4.verſ.2.quæro: hunc, col.7.verſ.quæro ſecundò, cū multis ſequenti.col.C.de condict.ob cauſam.& inter cætera dicit Bal.ibi, vnum quod huic loco maximè conuenit, quòd ſi alienatio eſt prohibita, ob alienantis imbecillitatem, non per hoc prohibetur teſtamenti factio, & inſtitutio. Nam minor, inquit, prohibitus alienare, poteſt tamen teſtari, l.ab Aurelio.§.vlt.ff.de lib.leg.quod & idē voluit Saly.ibi, col.pen. verſi.quæro quidam donauit, & alij multi, quos tibi collegi in noſtris Retractibus. titu. 1.§. 26. gloſſ. 1.num.3. ſed quod diximus, & ſeq. & alij item, quos addidimus ſuprà eadem gl.num.72. denique adultus.

101 *Cōtractus inter uiuos fiunt in ultima uolūtate.* ¶ Intellige ſecundò, vt licèt mulier, quæ prohibetur contrahere, poſſit teſtari: tamen non poterit in ipſo teſtamento cōtrahere. Nam, vt id intelligas, ſcire debes, contractus inter viuos poſſe fieri in teſtamentis, gloſſ. Bar. Bal.Angel.Imo.Paul.Ca.Fran. Are.& alij, in l. hæredes palàm.§.vlti.ff.de teſt.Dy.in c. quod ſemel. ad fi. de reg. iur.lib.6.Oldra.conſi.114.factum eſt tale, quædam mulier, col.1. vbi id dicit probari ex duabus legibus ſimul iunctis, ſcilicet l.1.§.ſi aſſignare.& l.aſſignare.ff.de aſſignat.libert.Ioan.Andr.in c. quanquam: de uſur. lib. 6. Bart.in l.vnum ex familia.§.ſi de Falcidia.ff. de leg. 2.& in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff. de lega. 3.Bald. in l.ſancimus.in fi.C. de teſta. & in l.ſi mulier. quæ eſt 3.ff. de lega.3.& in l.ſi tibi.§.1.in fin.ff.de pactis, & conſil.14 Antonius, colum.1.lib.ſecundò, & conſil.24.præſuppoſito ſtatuto, lib.5.Ioan.Fab.in §.1.Inſti.de lega. Lap. allegat.91.imprimis videndum, colum.2. Albe.Bal.Angel. Paul.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.cùm antiquitas.C.de teſt. idē Alberi.in l.hac conſultiſsima, in fi.princ.C.eod. titu. vbi loquitur de venditione, & in rubr.C.de donat. vbi loquitur de donatione inter viuos. Anton.conſi.21. viſo puncto, in princip.Imol.in l.vt hæredibus, verſic. item atten de.ff.de leg.2. Card. Flo. conſil.125. reſpondeo ad primùm, in princip.Pan.cōſi.95.quædam domina, col.1.li. 2.Ro.qui hanc dicit communem op.conſi.171.pro deciſione, col.vlt. Pau. Ca. conſ.330. ſuper primo quæſito, poſt prin.lib.1.& conſ.379.primò videndum eſt vtrùm, eod.lib.1.& conſ.381.primò videndum eſt qualis, col.1 eod.lib.1.vbi etiam dicit, eum contractum valere, etiam ſi teſtamentum non valeret.

102 *An talis cōtractus poſſit reuocari. uide nu. ſeq.* ¶ Et is quidem contractus ita factus in teſtamento, aut etiam confeſſio debiti inibi facta, retinet naturam confeſſionis, aut contractus inter viuos, nec ſortitur vim teſtamenti, nec poteſt reuocari vt teſtamentum, vt dicunt Dy. in d. c. quod ſemel. in fi. Oldr. d.conſi. 114 Cy. in l. 1.in vlt.q.C.de ſacroſ.eccle. Albe.in l. ſi quis in principio teſtamenti.in fi.ff.de leg.3.Barto. in d.§. codicillis. Bald. in l. vltim. ff. de reb. eorum. vbi dicit per eum text. irrito teſtamento non irritari contractum in eo factum, & in dicta l. 1. ſancimus, ad fin. C. de teſta.

teſta.vbi tamen nutat. & in l. ex teſtamento. C. de fideicom.& in l.ſi auia.in princ.D.de iure delib.Ro.d.conſil. 171.in vlt.dubio.Barb.conſ.23.clementiſsimũ,col.2.lib. 4.Guido Pap.conſi.233.in cauſa appellationis, in fi. per tex.in d.l.vl.ff.de reb.eorum.Stepha.Bertran.conſ.58.ſufficienter,col. 1. iunctis ſeq.lib. 2. Poteſtq; is contractus, vel confeſsio,duobus teſtibus probari,ut cæteri & cõtractus & confeſsiones,licèt teſtamentum ipſum ſeptem teſtes requirat. Imol.Alex.& Iaſ.in l.nemo poteſt. ff.de lega.1.Philip.Deci.conſi.292.uiſo teſtamento,col.2.uerſ. verùm ſuprà dictis.Alcia. in leg. verba contraxerunt. de verb.ſignifi.Nec valet donatio ita facta, excedens quingentos aureos, ſine inſinuatione,ut nec cæteræ donationes.Paul.Ca.d.conſi.330.

*An probari duobus teſtibus.*

103 *De eadem re.*

¶ Quanquàm in eo,quod diximus,contractus & confeſsiones factas in teſtamento eſſe irreuocabiles,multi tenent contrarium,quos ingenti aceruo congeſtos uidebis ab Iaſ.cõſi.122.in præſenti cauſſa,col.pen.uer.nõ obſtat aliud fundamentum.lib.4.Sed quibus addes Caro.Ruin. conſi.129.donatio,col.ult.verſi.nec obſtat ratio li.1.Alber.Bru.conſi.43.circa caſum,col. 3.uerſic. prætereà licèt.Quam ſententiam nonnihil confirmat, quod à Valerio Maximo relatum eſt lib.8.c.2.Caius (inquit) Viſellius Varro graui morbo correptus trecenta millia numũ ab Octacilia cum qua commercium libidinis habuerat, expenſa fieri ſibi paſſus eſt: eo conſilio, vt ſi deceſsiſſet, ab hæredibus eam ſummam peteret, quam legati genus eſſe voluit,libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando.Euaſit deinde ea tempeſtate,aduerſus vota Octaciliæ: quæ cffenſa, quòd ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet,ex amica obſequenti ſubitò diſtracta fœneratricem agere cœpit,numos petendo,quos vt fronte inuerecunda, ita inani ſtipulatione captauerat. De qua re Caius Aquilius vir magnæ autoritatis, & ſcientia Iuris Ciuilis excellens, iudex aditus, adhibitis in conſilium principibus ciuitatis prudentia, & religione ſua, mulierem repulit.

*Caij Aquilij ſanctiſſimum iudicium.*

104 *An uxor poſsit fideiubere.*

¶ OCTAVO quæro, an per huiuſmodi conſuetudinem prohibentem mulierem contrahere ſine conſenſu mariti, prohibeatur & ipſa fideiubere. Neque enim hæc quæſtio inutilis eſt: nam quamuis aliàs regulariter mulier non poſsit pro alio intercedere, ff. & C. ad S C. Velleian.per totum: ſunt tamen quidam caſus, in quibus poteſt,annotari per gl.& Doc.in l.vlt.C.eo. tit. In qua re poſſem & multa adducere in vtramque partem, vt in præcedentibus.Sed ne repetitionibus vtamur, dic quòd non poterit,rationibus per me ſuprà adductis in 1.q.huius gl. Quibus hoc peculiare addiderim, quòd Bald.in Auth. ſacramenta puberum,colum.pen.verſi.vlteriùs quæritur. C.ſi aduer.vendi.dicit, illam Auth. loquentem de contractu,compræhendere fideiuſsionem,licèt, vt diximus, ſit exorbitans.Et id quidem, quia fauorabilis, tum quia eadem ratio militat in fideiuſsione, quæ in alijs contractibus: quæ quidem rationes, & in hoc quoque caſu procedunt.

105 *Gabella an debeatur ex fideiuſsione.*

¶ Quin plus dicit & ſing. Bald.in l. 1.col.pen. verſic. extrà quæro. ff. ſi certum peta. quòd ſtatuto, vt de omni contractu ſoluatur gabella, certè debet ſolui ex fideiuſsione, nam licèt fideiuſsio non ſit propriè contractus, tamen ratio ſtatuti ponderanda eſt, maximè vbi verbum, poteſt habere ſtrictam & largam ſignificationem: quia ratio eſt mens & medulla ſtatuti: & eſſentialiter (vt ipſe loquitur) idem eſt mens ſtatuti, quod ipſum ſtatutum.leg. nominis & rei. §. verbum ex legib. ff.de verb.ſigni.& no.in leg.cùm tale.§.pen. ff.de condi. & demon. Cùm ergo ratio ſit generalis, ergo & ipſum ſtatutum.argu.in l.fraudem. §.vlti. ff. de milit. teſt. Hæc Bald.quod tamen Franc.Ripa ibi,col.10.nu. 59 non admittit, licèt ſit in ea opin. vt aliàs ſtatuta loquentia de contractibus habeant locum in fideiuſsione,vbi eſt eadẽ ratio. Ad id autem, quod dicit Bal.de mente ſtatuti,adde quæ latè diximus in rep. l.ſi vnquàm.in verbo,libertis,nu.45.quorum ſententia.& ſeq.

106 *Fideiuſsio eſt contractus.*

¶ Quid,quod idem Bal.conſ.428.ſi fideiuſſor vnius, lib.2. & iterùm conſ. 100.Petrus fideiuſsit,lib.4.tradit, quòd ſi ſit ſtatutum, vt ex contractu vnius ex ſocijs,qui libet eorũ teneatur in ſolidum,ſi quis ſociorum fideiuſſerit,alij in ſolidum tenentur ex huiuſmodi ſtatuto. Nã vt dicit primo loco, fideiuſsio contractus eſt largo modo,vt not.Doct.in l.1. ff.ſi cer.pet.Secundo autem loco dicit ſimpliciter, ꝙ fideiuſsio contractus eſt.Nam contractus dicitur omnis conuentio: vt no.in l.j.ff. de actio. & obli.Item ſi non eſſet contractus,fideiuſſor non obligaretur: quia obligatio nõ niſi ex quatuor proficiſcitur, contractu,vel quaſi,delicto,vel quaſi.§.ſequens.Inſt.de oblig.Nihil autem horum hic conuenire poteſt,niſi contractus. Denique fideiuſſor obligatur ex ſtipulatione, quæ quidem eſt contractus ſtricti iuris.l. 5.§.ſatis acceptio.ff. de uerb.oblig. & l.blanditus.C.de fideiuſſor.& l.1.§.conuentionis. ff.de pactis.Hæc ille: quamuis in caſu,de quo in poſteriori conſi. loquitur, reſpondeat, ſocios non teneri, ob alias quaſdam ſpeciales rationes.

107 *Alienare prohibitus non poteſt fideiubere pro alienante.*

¶ Sed & adde,quod qui non poteſt rem alienare, nõ poteſt etiam in contractu fideiubere pro alienante, vt voluit gloſſ.in l.exceptiones,vbi Bald.id not. C.de euictio. quam dicit nota. Iaſ. in l.ſi ita quis. §.eã leg. col.vlt.ff.de verb.oblig.Adde (inquam) hanc rationem,quòd ſi mulier poſſet fideiubere ſine conſenſu mariti, facilè fieret fraus huic conſuetudini: vt quæ non poſſet contrahere, contrahentem ſubijceret,pro eoq; intercederet. Ideoq; in ſimili gl.in Auth.ſi qua mulier.C. ad Senatuſcon.Velleian. dicit ob id prohibitum eſſe vxorem intercedere pro marito, quia eſt prohibita inter eos donatio, tanquam ſcilicet de facili fieret fraus prohibitioni donationis, per viam fideiuſsionis, vt ibi dicunt Doct. Quæ ratio hanc ſententiam admodum iuuat: licet de veritate illius ibi diſputetur: & eam optime expendit Soc. conſ. 23. circa prædictum, in fi.lib. 4. Et vide, quæ in ſimili de hac fraude pleniùs dicemus infrà in 10. quæſt. Et in hanc ſententiam, vt ſcilicet in caſu huius noſtri ſtatuti uel conſuetudinis, non poſsit uxor fideiubere ſine conſenſu mariti, eſt expreſſa lex Hiſpaniæ foro legum libr. 3.tit.vlt.l.14.uti etiam refert Io.Lup. in rep.rub.de don. inter uir.& uxor.§.33.in princ.

108 *An uxor poſsit pignorare.*

¶ NONO quęro,an poſsit mulier pignorare.Quod uidetur per tex. in l.in quorum.ff.de pign.ubi qui prohibitus eſt emere,non propterea cenſetur eſſe prohibitus pignus accipere.& ex eo dicit glo. ibi, quod officialis, qui prohibetur contrahere cum ſubditis durante officio, non prohibetur pignus accipere. Sed & Bart.ibi dicit,id generale, cùm res non prohibentur alienari, ſed tantùm perſona contrahere, trahitque ad ſtatuta prohibentia extraneos emere, vt per id non prohibeantur pignus accipere.Et proptereà etiam dicit Bald.in l.vlt.col. 2.verſic.ſecundò quæritur,& ibi etiam dicit Salyc.C.de rebus alien. non alien. quòd per pactum de non acquirendo, non prohibetur pignus accipi, quia non eſt propriè acquiſitio. l. ſi cùm venditor.in princip.ff. de euic. niſi non eſſet ſpes luitionis. l. qui habebat. & ibi Dyn. & Cyn. ff. de legatis 3. cum alijs multis concordantijs in hoc vltimo dicto, à me collatis in tractatu Retractuum, in præfatione 1. tituli, numero 36.& vt gloſ. relinquamus. Igitur ſi prohibitus emere, non prohibetur pignus accipere: conſequens eſt, vt prohibitus vendere, non prohibeatur pignus dare, argum.illo à correlatius,ſiue reciprocis. l. vlt. & ibi Bartol.Angel. & alij C. ne iudic. vidui. cum multis concordan. à me cumulatis in dicto tractatu Retractuum, in titul. 1. §. 1. gloſſ.9. num.169.verùm ego, & ſequenti. Præterea habemus in l. ſi pupillorum. §. ſi Prætor.ff.de rebus eorum. quòd ſi

Prætor



Prætor tutoribus permiſerit vendere, non poterunt illi pignorare,nec è diuerſo,tanquam ſcilicet vnius permiſſio non extendatur ad alterum: ergo nec vnius quoque prohibitio, arg. illo à contrarijs, quod in iure validisſimum eſt.Et alium tex. expreſſiorem in l.codicillis.§.inſtituto.ff. de lega.2. vbi prohibitus ſimpliciter vendere, non cenſetur prohibitus pignorare,quem ad hoc expendit Barba.in rubric.de rebus eccle. non alien.colum. 15. verſic.ſexto decimò non habet locum ibi,ego de hoc adduco.Et ideo Bart. Chaſſ. ſuper ſimili conſuetudine, in Commen.cõſuetud.Burgundiæ,tit.*des droitz & appart. à gens mariez*.§.1.in verbo,*contraulx entre vifz*, tenuerat in prima ſua editione,mulierem poſſe liberè,id eſt, ſine conſenſu mariti pignus dare,& accipere.

109 *De eadẽ re.*

Sed ego contrarium etiam in prima mea editione tenueram,vt nunc quoque teneo, ob id potisſimùm, quòd vt ſuprà ſæpius diximus,& pleniùs infrà dicemus, ſtatutum hoc eſt fauorabile. Et in fauorabilibus prohibita alienatione, & pignus quoque prohibitum debet cenſeri,per tex.& glo. in d.l. vlt. de reb.alie. non alien. vbi & hoc tenet expreſſim Bald. & idem Bal.in l.manumisſiones.ff.de iuſti.& iur.& in l.voluntas.C.de fideic. & conſil.218.præſuppoſito ſtatuto.in 1.dubio,lib.1.cum concor.adductis per Feli.in c.vlt.col.antep.extrà de accuſ.et Iaſ.in l.vlt.col.25.verſi. & quid e contra, cum multis ſequ.C. de iure emphyt.Et bene facit text.in l.1.§. eam rẽ. ff.quæ res pig.oblig.poſ. cuius hæc verba ſunt: eam rem cùm quis emere non poteſt, iure pignori accipere non poteſt.Prætereà, quoniam pignus, & fideiuſſio, in qua (vt diximus & probauimus) hæc conſuetudo procedit, æquo iure procedunt.l. fideiuſſor.§. vltim. vbi hoc not. Angel.ff.de conſtitu.pecul.

110 *De eadem re.*

¶ Deinde,quia pignus accedit obligationi,& contractui, ratione cuius conſtitutum eſt: ideò quemadmodum prohibita eſt obligatio & contractus, ita & pignus eius acceſſorium videri debet prohibitum.l. non dubiũ. C.de legibus cum ſi.Nam & hinc videmus, quòd ſi contractus principalis non valet, nec acceſſoria quoque illius, gl. in l. ſi patronus.§. patronum.ff. ſi quid in fraud. patr. & diximus latisſimè in noſtro tract.de iure Conſti. in 3.parte,in 7.limit.prope per totam eam limitationem. Item quia ratio huius conſuetudinis, quam vnicam eſſe iam diximus, militat in pignore, vt in contractibus: ideóque & hæc conſuetudo debet procedere in pignoribus, per id,quod latè probauimus ſuprà in 1.q.Et ad hoc benefacit, quod ab Iaſo. latè ſcriptum eſt, in l. principalibus.col.3.verſic.vltra alios.ff.ſi cer.pet. vbi in eo dubio, de quo ſuprà aliquid diximus,an officialis, qui prohibetur acquirere,prohibeatur & pignus accipere,poſt multa hinc inde allegata,tandem in hoc manet,vt non poſſit pignus accipere eius contractus, quem & ipſe durante officio fecit, cùm ſit eadem vtriuſq; ratio. De quo & tu vide Augu.Beroi,in c.nulli.col.10.verſi.quæro vlterius. de reb.eccle.non alienan.

111 *De eadem re.*

¶ Denique, quia uerisſimile eſt,ſtatuentes, ſi interrogati fuiſſent, idem de pignoribus fuiſſe ſtatuturos, quod de contractibus: ideo idem cenſeri debet, ac ſi id expresſim ſtatutum fuiſſet, per not. in l. tale pactum.§. vltim.ff. de pactis, cum multis ſi. à me adductis, in repet.l. ſi vnquam.in princip. nume.56. incip. inter tam multa. C.de reuoc.donat. Et ita quoque tenuit Chaſſenæus vbi ſuprà,num.19.in fi.in alijs poſt meam editionibus. & ſimiliter Arnol.Ferro.conſiliarius Burdig.in Commentarijs Conſuetudinum eius loci,titul.1.§.2. Quem librum (vt id obiter dicam) & lego & cito, ſi quando locus ſe offert: quod & anteà ſemper fecimus, quàm potuimus honorificentisſimè, aliquot locis tamen à Ferrono diſſentientes,ſed mitisſimè pro noſtra modeſtia, neque tam ſeuerè fortaſsè,quàm oportuit, aut res ipſa expoſtulauit.Interim autem cùm hanc noſtram poſtremam editionem ad prelum adornaremus, allatus eſt nobis libellus cuiuſdam Claudij Digni nomine inſcriptus, cui titulus eſt,Collatio locorum quib. Ferronus & Tiraquellus diſſentiunt: quem quidem cùm raptim deuoraſſemus, perſuaſimus ſtatim nobis bona fide,ab audaculo quopiã homine emiſſum, eo ſtudio, vt hinc ſuo nomini alioqui ignoto & obſcuro,aliquid lucis & gloriæ adijceret: indignus tamen,qui de nobis & loqueretur & ſententiam ferret, multò indignior ex digno poſteà factus. Ego verò cùm in ea opinione me obfirmaſſem, nihili faciens, & iam propè oblitus nugas leuisſimi hominis: ecce audio à fide dignisſimis eum librum à Ferrono contextum, & falſo aut certè mutuato nomine editum, ea ſola occaſione, quod ab eo diſſenſiſſem, quòd ille in animum induxiſſet, meam illam contradictionem eius exiſtimationi detrahere, aut certè ei velut tenebras offundere poſſe. Vix credidi fieri potuiſſe, Ferronum, quem ex auditu & candidum & probum ſciebamus, in eam verſutiam, aut veriùs πανουργίαν potuiſſe incidere, cùm de his prima quaque occaſione, aut librorum eius (ſi quos parturit) editione queri commodiùs & apertiùs potuiſſet. Sed & id tandem mihi ſanctiorib. teſtimonijs confirmatum eſt, & multò magis fidem fecit phraſis libelli, quæ Ferronum plane redolet, ut diligens Lector facilè depræhendere poterit. Quam rem in ſenſè(ut par erat) præſertim ab amico uiro & graui, tulimus. Et certè nunquam in animo habueram, de Ferrono aut malè aut frigidè ſentire, & loqui, quod etiam illæ noſtræ citationes, & frequens libri eius commendatio, demonſtrant: ex quibus etiam (niſi blandiuntur non poſtremæ eruditionis viri eius collegæ, quod certè faciunt) plus dignitatis & ornamenti, quàm ex ipſo opere, Ferrono acceſſit. Quod arroganter dictum nolim. Id enim ego neque mihi tribuo, neque omnino agnoſco. Sed audies præterea Lector, in hac re aliquid, quod tibi uidebitur indignisſimum. Nam cùm dubitaret Ferronus, ne is liber ad nos perferretur, atque in manus noſtras perueniret, ut pote qui nondum è Burdigala(ubi excuſſus fuit, non Lemouicis, vt audio) huc fuiſſet allatus,ſcilicet tam vendibilis liber,curauit ille,imò mandauit, vt mihi offerretur: quod factum eſt, fortè redeunti è Senatu, ſic occupato, & alijs negotijs diſtricto, vt neq; hominẽ alioqui incognitum qui mihi librum obtulit,tunc videre,neque quo nomine offerretur, reſcire potuerim.Sic enim velociter ſe homo è meo conſpectu ſurripuit (quod non ferè ſolent, qui aucupandę gratiæ aut commendationis ſtudio aliquid offerunt) cum librum in manib. accepiſſem, vt facile coniecerim, id ex compoſito factum à Ferrono, vt me perbelli illius libri commonefaceret. Sed fui in iſtis longior,quàm par fuit, pergo ad cætera,plura nominatim de omnib. dicturus,cùm dabitur.

112 *An poſsit uxor confiteri.*

¶ Decimo quæro, an poterit mulier ſine conſenſu mariti confiteri, & an valeat eius confesſio. Barto. in l. apud Iulianum.§.ſi pupillus.ff.ex quib. cauſ. in poſſ. eat. tenet,quòd ſic,quoniam per hoc propriè non contrahit, & in eadem opinione ſubobſcurè fuit Angel.in l.1. C. de præſcript.30.an.cùm dicit, quòd ſi mulier ſine mundualdo,aut conſenſu propinquorum, vendat,non ſeruata forma ſtatuti,licet contractus ſit nullus: tamẽ confeſſio de receptione pretij facta in inſtrumento, probat receptionem: quod dicit eſſe bene notandum, vti illum refert,licèt in meo codice non reperi, & ſequi videtur Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.colum.8.verſ. item in quantum.ff.de verb.oblig.& Iaſon,qui & hoc reputat not.in l.certi condictio.§.ſi nummos.colum.6.verſic.adde quod pro confirmatione.ff. ſi cert.petat. vbi tamen de hoc dubitanter loquitur.

113 *De eadem re.*

¶ Sed & ego quoque ſuper hoc multum dubitarem, tum propter rationes, quas adduximus in 1. quæſt.

quæ & in confeſſione procedunt, ſicuti & in diſtractu, de quo ibi loquimur: tum quoque, quoniam etiam hæc conſuetudo procedit in quaſi contractu, vt dicemus paulò pòſt. Tum item quoniam per confeſſiones, quas quotidie facerent mulieres, fieret facile fraus huic noſtræ cõſuetudini, per quam, vt diximus, donare non poſſunt: ideò nec confiteri, niſi ſaltem de cauſa confeſſionis conſtaret, per not. in l. qui teſtamentum. ff. de proba. & l. cũ quis decedens. §. Titia honeſtiſſima. ff. de leg. 3. & per Bart. in l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecu. cum concor. quas tibi latè congeſſimus in rep. d. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, num. 87. incip. 3. declaratio, cum multis ſeq. vbi confeſſio eius qui donare non poteſt, videtur facta in fraudem, nec probat, etiam ſi iurata fuerit.

114 *Cõfeſſionẽ vim donationis habere. An ea inſinuatione indigeat.* ¶Nam & confeſſio vim donationis obtinet. l. Campanus. ff. de oper. libert. & l. quidam in iure. ff. de donat. & l. voluit. ff. de interrog. act. & l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat. & voluit Bald. qui & alia allegat, in l. confeſſionibus. col. 2. verſicu. ſi autem confitetur. ff. de interrogat. act. Quanquam ſcio plurimos in ea eſſe ſententia, ut confeſſio non exigat inſinuationem, vt alia donatio: quos, ſi libet, videre poteris in noſtra repetit. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, in 23. quæſtio. & præter illos Bal. in d. l. quidam. ff. de donat. & Pet. Ferrar. in titu. forma libelli, quo agitur pro donati. in verbo, ſolenniter, col. 3. verſ. rurſum quæritur. Sed illud vix reciperem, propter ea quæ diximus.

115 *De eadẽ re.* ¶Nam & in hoc noſtro caſu, ſi aliter diceremus, de facili eluderetur hæc noſtra conſuetudo: cum tamen ita debeat interpretari, ne ſit ludibrio. l. vltim. §. vbi autem puerilis. C. de bonis quæ liber. & l. vlt. §. vlti. C. de vſur. rei iudic. & c. commiſſa. de elect. lib. 6. Quo genere argumenti vtitur Bald. conſ. 254. in quæſtione prædicta, ver. præterea cauendum, lib. 4. Quod etiam procedit in conſtitutione pœnali, vt ſcilicet extendatur, ne aliàs ſit illuſoria, & inutilis, ex ſententia gloſſ. in c. quanquàm, in verbo, aliter facta, quæ eſt vlt. gloſſ. de uſur. lib. 6. quæ dicit, eam cõſtitutionem reprobantem teſtamenta uſurariorum aliter facta, quàm ibi ſtatuitur, trahi ad codicillos: licèt ea ſit pęnalis, & codicilli propriè non ueniant appellatione teſtamentorum. l. ſi idem. C. de codicil. Quoniam (inquit) aliter eſſet facilè eam conſtitutionem eludere. Et ibi eam ſequuntur Guliel. Gar. Io. Mona. Arch. Ioan. And. & Domi. & illam quoq; ad hoc expendit Iaſon. in l. 1. in prin. col. 3. verſi. ſecundò quia in iſto. ff. de verbo. oblig. & Philip. Dec. qui illam dicit not. in l. non videtur. §. in pœnalibus. col. 2. verſi. tertiò regula fallit. ff. de regu. iur. & conſ. 196. in caſu propoſito, col. 1. vbi etiam ex hoc dicit, quod in materia odioſa ſit lata interpretatio, ne fiat fraus legi, aut ſtatuto, & Anton. Burg. qui illam dicit ſing. in c. ad noſtram. col. 3. uerſi. ſecunda ratio, extrà de empt. & uendit. Sed eſt ei ſimilis in Cle. 1. in verbo, ſepelire, de ſepultu. trahens eum tex. punientem ſepelientes corpora fœneratorum, ad eos qui funebri pompæ interſunt, ne ea, vt dicit, conſtitutio ſit ludibrio. Et facit tex. not. in l. 1. §. pecuniam. ff. de calum. quam ad id pro not. citat. Ant. in ſua diſputat. incip. Bononienſis. Socin. in l. Gallus. §. videndum. colum. 2. in fi. ff. de liberls & poſthu. & alius text. in cap. ſi ciuitas. de ſentent. excom. lib. 6. quem adhoc not. Panormit. in cap. ultim. ad fi. de præbend. & Ludo. Gozad conſi. 5. an in quæſtione, col. 2 num. 6. ad fi.

116 *Confiteri nõ põt qui obligari nõ poteſt.* ¶Hincq́ue omnes ubique tenent. quod prohibitus alienare, uel ſe obligare, non poteſt alienationem, aut obligationem confiteri, ſiue confitendo ei alienationi, uel obligationi cauſam præbere. Bal. in cap. ult. colum. 2. uerſ. in contrarium, extrà de confeſ. per l. cum hi. §. ſed cùm lis. ff. de tranſact. idem Bald. conſi. 496. tenore literarum, colum. vlt. lib. 1. per l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. Et quia confeſſio (ut ſubdit) tendit ad eundem finem: vnde ſicut filiusfam. non poteſt ſe obligare in mutuo, ita nec confiteri. Et idem (inquit) de cæteris perſonis, & Ioan. Fab. in l. clarum. col. vlt. C. de autorit. præſtan. & Card. Flor. loquens de prælato. conſil. 71. ſeriatim. col. pe. ver. dico tamen. Et id quidem admodum rationabile eſt, ne (vt dicit Bal. in d. c. vlt.) quòd vna via prohibetur, alia via, quæ ad eundem finem tendit, permittatur. Nam & eadem ratione fieri videmus, vt creditores poſſint reuocare confeſſionem debitorum, æquè ac alienationem. l. nam poſteaquam. §. ſed & ſi quis. ff. de iure iur. & l. ſi cui. C. de non num. pecu. & voluit Bald. in l. qua ætate. colum. penult. verſic. quid de creditoribus. ff. de interro. acti. vbi & idem dicit de quocunque, qui poteſt adeſſe, ne colludatur, vt dicit no. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſta.

117 *Confeſſio appellatione contractus continentur.* ¶Sed quid plura? cum appellatione contractus, de quo loquitur noſtra conſuetudo, poſſit & confeſſio compræhendi, vt ſatis probatur ex tex. in c. 2. in princ. de reb. eccle. non alie. quem in id not. Domi. & Phili. Franc. vterque in princip. qui & id trahunt ad ſtatuta, quæ diſponunt, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella: vt videantur includere confeſſionem: quod eo magis mirum eſt, quod huiuſmodi ſtatuta ſunt admodum odioſa, vt iam ſæpius diximus, & ideò quantum maximè fieri poteſt, reſtringenda. At conſuetudo noſtra è contrario multum fauorabilis eſt, vt & ſæpius quoque diximus, & dicemus poſtea latiùs.

118 *Reſpondet ad contraria.* ¶Quòd autem Bart. & alij ſuprà in priori parte huius quæſtionis, dicunt mulierem prohibitam contrahere ſine conſenſu proximorum, poſſe tamen ſine eorum conſenſu confiteri, non mihi placet, propter rationes ſuprà adductas: vti nec placuit Fran. Purpu. in d. l. certi condictio. §. nummos. col. 11. ver. limitetis concluſionem. ff. ſi certum peta. Quanquam etſi illud verum eſſet, tamen nõ poſſet habere locum in caſu noſtræ conſuetudinis, quæ vxori adimit ſuorum bonorum adminiſtrationem, eamq́ue omnino marito tribuit: & ita tribuit, vt ſuos faciat fructus eorum bonorum, poſſitq́ue liberè de illis, quod libuerit, facere, vti de mobilibus. Ideoq́ue confeſſio vxoris magis eſſet in pręiudicium mariti, quam ipſius vxoris. Propterea ſumus extra caſum ipſius Bar. & aſſeclarum. Et ita quoq; in noſtro caſu, vt ſcilicet vxor non poſſit cõfiteri ſine autoritate mariti, tenuit Ferro. in Commentarijs Conſuetudinum Burdigal. tit. 1. §. 2.

119 *An vxor poterit adire hæreditatem.* ¶Vndecimo quæro, an mulier poterit adire hæreditatem, aut aliàs quaſi contrahere. Nam qui adit hæreditatem, quaſi contrahit. l. apud Iulianum. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Et certè Bar. ibi dicit, quod ſtante ſtatuto, vt mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, poterit ſine illis hæreditatem adire: cùm non ſit propriè contrahere, & ſtatuta debeant accipi in propria ſignificatione. Quod & idem voluit Bal. in l. 1. in princip. ff. de contra. iud. tut. & in l. mutum, & ibi quoque Angel. Imo. Rapha. Co. Alex. & Franc. Areti. ff. de acquir. hæred. idem Angel. Imo. Raph. Co. Chriſto. Caſtel. & Alexand. in l. more. eod. titul. ipſe Angel. conſilio. 317. ſtatutum quòd mulier. Panor. in capitulo qua fronte. colum. 1. de appel. vbi id dicit notandum, & in capit. cùm eccleſia, colum. 2. verſicul. ex quo not. de immu. eccle. & conſi. 71. quinque dubia, colum. 2. verſicu. ſed his non ob. lib. 1. Fulg. conſil. 98. viſis petitionibus, colum. 2. verſicu. & cum eis Mattheſ. not. 168. nota quod hæc differentia. Ang. Aret. in §. neque. colum. 2. Inſtit. de autori. tut. & in §. omnium. colum. 4. ver. & ſic etiam facit, & ibi etiam Ludo. Gomeſ. colum. 8. ver. ſed maior eſt. Inſtit. de actio. Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. vltim. ff. de acquir. hæred. & conſil. 76. viſis dubitationibus, col. 3. verſic. præterea. imò talis contractus libro 5.

& conſ.



& conſ. 207. ponderatis, col. 2. lib. 6. Philip. Corne. con. 337. dictos actores, col. 3. uer. uidendum eſt. Laur. Calcá. con. omnium 1. uiſo conſilio, col. 14. uer. facit etiam ad hoc. & iterum conſi. 74. quòd dictis filiabus, col. 10. uerſic. & ita eſt in caſu noſtro. Iaſon, qui hanc dicit eſſe communem opi. in l. poſſideri. in prin. col. 2. uerſ. tertiò ad idem. ff. de acquir. poſ. Anto. Nico. in concord. cõtrarietatum. Bar. cõcord. 3. Franc. Ripa. in rub. de cauſ. poſſeſ. & proprie. col. 7. uerſi. ſecundò infertur, & Alciatus in d. l. Labeo. in uerbo, actum. ff. de uerborum ſignifica.

120 *De eadem re.* ¶Et generaliter, quòd ſtatuta loquentia in contractibus, non habeant locum in quaſi contractibus, tenet Alberi. poſt Dy. in 1. parte ſtatutorum, quæſt. 100. incip. itẽ quæro an ſtatuta, ubi ſpecialiter loquitur, & generaliter de quaſi contractibus, & Ang. conſi. 302. uiſis & diligenter inſpectis, col. 1. & Alex. conſil. 8. uiſis ſubtiliſſimis diſputationibus, in fi. li. 3. ubi dicit, quod ſtatutum loquens de debito ex contractu, non procedit in debito ex quaſi contractu. Quod & uoluit Phili. Corn. conſil. 20. licet in præſenti, col. 1. & iterum col. ult. lib. 1. dum dicit, quod ſtatutum inducens præſcriptionem debiti ex contractu, non procedit in debito ex quaſi contractu, & Franc. Aret. in l. ſi tibi pecuniam. in 4. no. ff. ſi cer. pet. ubi per hoc dicit, quod ſtatutum de ſoluenda gabella ex quolibet contractu, nõ habet locum in quaſi contractu, quod & idem dicit Firmia. in tracta. gabellarum, in 3. q. 8. quæſt. prin.

121 *De eadem re.* ¶Et pro hac quidem parte facit, quod etiam de iure communi, loquentes leges de contractu, non procedunt in quaſi contractu. Quod planè conſtat ex tex. in l. 2. §. omnes. ff. de iud. iuncta l. de eo eo. tit. nã in primo loco legati domum reuocant, niſi contraxerint ubi conueniuntur, in ſecundo uerò non prohibentur reuocare, licet hæreditatẽ adierint. Et eſt tex. qui noſtro caſui propiùs accedit, in l. 1. §. tutores. uer. & ſi iure. ff. de falſis, ubi ſi interdicitur à lege contractus, non propterea prohibetur hæreditatis aditio. Nam appellatione contractus non uenit quaſi contractus, niſi largiſſimè, vt dicit gloſſ. in c. vlt. in verbo, ſeu contractus, & ibi Pan. extrà de foro compet. Et ſi hoc procedit in legibus, quæ ſi loquantur de contractu, non procedunt in quaſi contractu: multò magis id obtinet in ſtatutis, quæ ſtrictè & propriè ſunt intelligenda. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. cum ſimili.

122 *De eadẽ re.* ¶Ad hæc, quaſi contractus, dicitur eſſe quædam miſta ſpecies: vt colligitur ex glo. in d. §. omnium. Inſtit. de actio. & tenent recentiores, in l. 2. ff. de verbo. oblig. & in l. 2. ff. de lega. 1. per ea, quæ not. in l. 1. ff. de actio. & oblig. Sed in ſtatutis, ſub ſimplicibus miſta non compræhendũtur, ex ſententia Bar. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. & Bal. in l. omnes populi. colum. 7. verſicu. item ſi ſtatutum dicit. ff. de iuſti. & iure. cum alijs multis concord. à me adductis ſuprà in hac eadem gloſſ. in 4. quæſt. num. 70. & hæc maximè. Vnde conſequens eſt, vt quaſi contractus, veluti ſpecies miſta non compræhendatur ſub hoc noſtro ſtatuto, ſeu conſuetùdine, loquente de contractibus.

123 *De eadẽ re. Quaſi poſſeſ. non eſt poſſeſſ. vide infrà nu. 121.* ¶Nam & videmus in re non abſimili, quòd quaſi poſſeſſio, cuiuſmodi eſt in iuribus ſiue rebus incorporalibus, cùm non ſit propriè poſſeſſio, ſed veluti res quæpiã diſtincta & ſeparata, non compræhenditur in ſtatuto loquente ſimpliciter de poſſeſſione. Hoc enim magna autoritate affirmat Anto. in repe. c. vlt. col. 2. ver. venio ad primum, extrà de cau. poſ. & propri. & Alex. in l. poſſideri, in princi. in 1. not. ff. de acquir. poſſ. & ibi quoque Iaſon ille recentiorum coryphæus, col. 2. & 3. hac ratione motus quam iam diximus, quod ſtatuta debent propriè intelligi, & Carol. Ruinus in rub. eiuſdem tit. col. vlt.

124 *De eadem re.* ¶Præterea ſi ſtatutum hoc intelligimus, vt mulier ſine conſenſu viri non teneatur ex quaſi contractu: id futurum eſt, vt ſi in debitũ receperit: ex quo & quaſi cõtractus oritur. §. item is cui, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſ. aut ſi quiſpiam mulieris negotia adminiſtrauerit, & in eam rem pecunias impenderit, vnde mulier fuerit facta locupletior, ex quo etiam oritur obligatio ex quaſi contractu, eo. tit. §. igitur cùm quis, non tamen tenebitur mulier reddere: quod abſurdiſſimum eſt, & propterea omnino reijciendum. l. obſeruare. §. vlt. ff. de offi. Proc. & l. nam abſurdum. de bon. libe. & c. quẽadmodum, extrà de iureiu. cum ſi. Ex quo etiam Bald. in l. 1. in prin. C. de contra. iud. tute. tradit, quòd ſtante ſtatuto, vt filiusfam. non obligetur ſine autoritate patris, ſi tamen quis geſſit negotia filijfam. ſine autoritate patris illius, poteſt agere negotiorum geſtorum: quia illa autoritas (inquit) non deſideratur in quaſi contractibus, per illum text. quod dicit bene not. *Abſurda fugienda.*

125 *Contra ſuprà dicta.* ¶Contrarium tamen, videlicet quòd mulier ex ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu proximorum nõ poſſit hæreditatem adire, aut aliàs quaſi contrahere ſine ea ſolẽnitate ſtatuti, tenet Bartol. in d. l. more. ff. de acqui. hæred. & expreſſius in d. l. mutum, eod. titu. & ibi Paul. Caſt. col. 2. qui dicit hanc opi. vidiſſe ſe ſeruari de facto, & ibi quoque Roman. qui adducit rationem, quam ſuprà adduximus de vnica ratione huius ſtatuti, & idem Rom. conſ. 12. viſo facto propoſito, ad fi. & conſ. 280. repetito conſ. 394. præpoſito quod viua voce, col. 1. uerſic. accedit quod not. ubi & eam quoq; rationem adducit Raph. Com. in ſuo elegant. conſi. 176. ſtatuto Papienſi. alter Rapha. Fulgoſ. conſi. 75. ex facto proponitur, col. 2. iunctis ſeq. vſque ad fin. Steph. Fed. uir maximi optimiq́ue iudicij, in lib. de legum interpretatione, char. 3. verſ. vnde inferunt Doct. Alexan. in addi. Bar. in d. l. apud Iulianum. §. ſi pupillus. ff. qui. ex cau. in poſſ. eatur. Angel. Aret. in §. hæres quoque, colum. 1. Inſti. de oblig. quæ ex qua. contract. naſc. ubi addunt alias, & quidem optimas rationes. Barb. in ca. 2. col. 16. ſub num. 82. de conſue. dũ allegat Bart. in d. l. more, & rurſum in d. c. vlt. de fo. com. & in Cle. auditor, ante fi. de reſcrip. Bald. quem Nouellũ appellant, in repe. rub. ff. de uerb. oblig. colum. penultim. vbi id dicit veriſſimum. Laur. Calca. ſibi contrarius. conſil. 18. pro parte hoſpitalis. colum. 4. verſi. vndecimo hoc probatur, & iterum conſil. 25. Titius nobilis, ad fin. Anton. Roſel. in ſuperſcriptione illius conſi. etiam paulò ante fi. Iaſon latè in l. Barbarius. colum. 3. ff. de offic. Prætor. & in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, colum. 9. verſicul. ſextò facit. ff. de pactis, & in l. ſiue apud acta. colum. 2. verſic. ſecundò moueor. C. de tranſact. vbi dicit, quod pluries hanc opi. defendit. & in d. l. more. colum. 3. verſi. nota ex iſto textu. ff. de acquir. hæred. vbi dicit hanc opi. ſemper ſibi viſam fuiſſe veriorem in puncto iuris, licet alia ſit communior, ſitq́ue durum ab ea recedere in iudicando & conſulendo, & in d. §. omnium colum. 7. verſi. & per hoc infert. Inſtit. de acti. & Ioan. Campe. in tracta. dotium, in 5. parte, quæſti. 107. & Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 68. colum. 3. verſicu. & hinc eſt, quod ſtante ſtatuto. & Ferro. in commentarijs Conſuet. Burdig. tit. 1. §. 1. Ex quibus vides hanc opi. eſſe communiorem, quicquid dixerit Iaſ. in d. l. poſſideri. ff. de acquir. poſſ. Videſq́ue etiam ipſos Bar. vtroſq; Raph. Alex. Ang. Aretin. Laur. Calca. & Iaſo. ipſum, & omnes quidem non vno in loco ſibi in ea re contrarios fuiſſe.

¶Et in hanc partem adduci poſſunt multi text. qui quaſi contractum appellant ſimpliciter contractum, ut l. interdum. §. vltim. ff. de iudi. & l. ſed & cum aliquis. ff. de negotis geſtis qui loquuntur de geſtione negotiorum, quæ hauddubiè quaſi contractus eſt. & lege vltima. ff. in quibus cauſis pignora. vel hypo. taci. contr. & l. ex contractibus, ff. de actionib. & obligationib. quæ loquuntur de tutela, quæ & 126 *Quaſi cõt. uocatur cõtractus.*

ipſa quaſi contractus eſt,& d.l. apud Iulianum. §. vlt.cū l.ſequenti.& l.eandem rem.ff.de duobus.reis,quæ loquūtur de aditione hæreditatis,in qua Doct.ſuprà pro utraque parte citati, maxima ex parte loquuntur.

127 *De eadem re.* ¶Et uidemus quoque illam gloſſ. in cap. ult. de foro compet. quæ dicit, ut ſuprà diximus, & Pan. poſt eam, quaſi contractum, largisſimè contractum dici: trahere tamen conſtitutionem illius c. loquentem de foro ratione contractus ad quaſi contractum.Et. Bart. in Authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendit,trahere eandem authen.(quæ alias eſt,ut etiam ſuprà diximus, iuris communis correctoria) loquentem de contractu ad quaſi cōtractum,ſcilicet ad iudicium:cum alijs, quos tibi adferā infrà hac eadem gloſſ.nu.208. incip. ſed & uidemus. Et Pet.Anch.in c.Roma.§.contrahentes, de for.compet.dicentem eum text.qui etiam loquitur in contractu, habere locum & in quaſi contractu. In quo ei conuenit cum glo.& Panor.in d.c.ult. de for.comp. Et id regulare eſſe in omnibus caſibus tradit Fran. Aret. in l. impoſſibilis. col.1.ff.de uerb.obli.

128 *Reſpondet ad contraria.* ¶Quod ſi quiſpiam dicat,id uerum eſſe, ut uidelicet appellatione contractus ueniat quaſi contractus, ſed tamen largè & impropriè,ut omnes fatentur,& ego quoq; recipio:tamen id ſatis mihi eſt, ut ſtatutum noſtrum intelligatur de quaſi contractu, per rationem ſuprà à me adductam in prima quæſtione: quam & in hanc rem adducit Ro.in d.l.mutum,& in d.conſ.280.& in omnibus ferè locis ſuprà citatis; quoniam videlicet vnica ratio huius ſtatuti adduci poteſt, ſcilicet vt conſulatur fragilitati mulierum.ideò pro expreſſa habetur, poteſtq; ea trahi ſaltem ad cauſam, quæ impropriè & largè continetur ſub caſu expreſſo, vt latè deduximus in d.1.q. Cui quidē rationi nititur Alex.in d.l.mutum reſpondere,& probare non eandem eſſe rationem in aditione hæreditatis, quæ in contractu:ſed illius conatus alacriter refellit, hācque poſtremam opi.luculenter confirmat & defendit Iaſon,quem omnino videbis(neq; enim huc omnia transferre voluimus)in d.l.Barbarius.

129 *De eadem re.* ¶Fateor tamen, quòd aliàs vbi non eſſet eadem ratio in contractu, & in quaſi contractu, certe diſpoſitio loquens in vno,non procederet in altero: & ob id certe diſpoſitio d.l. 2.§. omnes.ff. de iudi. loquens in contractu, non procedit in aditione hæreditatis, vt eſt text. in d.l.de eo. ff. de iudi.quia, ut ibi dicit Bar. poſt antiquiores, diuerſa eſt in vtroque ratio. Quòd ſi eadem eſſet ratio,ſecus eſſet, vt liquido patet ex tex. in d.l. interdum.§. vlt.ff.eod.vbi diſpoſitio dicti §.omnes,procedit in negotiorum geſtione, quæ & quaſi contractus eſt: quoniam eadem eſt ratio in ea, vt in cæteris contractibus, vt dicunt,Docto.in d.l.de eo.Et ſimiliter in d.l.1. §. tutores. verſi.ſed & ſi iure.ff.de falſis, prohibitus contrahere, nō prohibetur hæreditatem adire: quoniam in illo caſu diuerſa eſt vtriuſque ratio:vt oſtendit Raph.Co. d. conſil. 176.in fi.& ita non obſtant prima contraria.

130 ¶Quod autem ſuprà dictum eſt ex multorum ſententia, ſtatutum loquens de poſſesſione non procedere in quaſi poſſesſione: ſunt & plurimi, nec leuioris quidem autoritatis, qui contrarium tenent, & in his gloſ. quam omnes ſequuntur in l. ſi quis in tantam. in verbo, rerum.C. vnde vi. trahens illam conſtitutionem pœnalem,loquentem de poſſesſione, ad quaſi poſſesſionem iurium,& Bal.in c.licet cauſam, in fi. de probat. vbi dicit, quod ſtatutum loquens de turbante poſſesſionem, trahitur ad turbantem quaſi poſſesſionem, per text. quem dicit not.in l.nam & poſteà.§. item ſi iurauero.ff. de iureiur. quo in loco Iaſon col.vlt.in 5. not. id dicit multum not.cum id ſtatutum ſit pœnale,& Fran.Aret.in Rub.ff. de acq.poſ. col.vlt. ver.illud autem,& conſi.30. viſo themate,col.antepe.

131 ¶Suntque, qui has contrarias opin. ita concordant. Nam ſi in quaſi poſſesſione obtinet eadem ratio, quæ in poſſesſione,tunc ſtatutum loquēs de poſſesſione, habet locum & in quaſi poſſesſione,aliàs ſecus. Ita enim voluit Socin.vir acerrimi iudicij, in d.l.poſſideri, in princ. ff.de acquir.poſſ.& idem propè Fran.Ripa in Rubr. extrà de cau.poſſ.& propr.colum.7.vbi ſuprà citauimus,& Alcia.in libro 2.de verbor.ſign.char.9. quo loco tractat de limitatoria diſpoſitione. Hic autem conſtat eandem eſſe rationem in vtroque,& contractu, & quaſi contractu: nempe vt ſuccurratur mulierum imbecillitati, vt diximus,ergo idem ius ſtatuendum eſt. *De eadē re.*

132 *De eadē re.* ¶Ad abſurdum vero nouisſimè inductum, illud reſpondendum eſt, huiuſmodi ſtatutum eſſe intelligendū in quaſi contractu,in quo propoſitum mulieris principaliter, aut ſaltem conſequenter ad obligationem tendit, vbi verò mulier nec principaliter, nec etiam conſequenter ſe intendit obligare, ſed ſola naturali ratione obligatur,tunc ne cum alterius iactura locupletetur, hoc caſu ceſſat ſtatutum.Nam iuris eſt regula, vt qui obligari non poteſt,tenetur tamen,ſiue is ſit pupillus,ſiue alius, quatenus locupletior factus eſt,l.naturaliter. §.vltimo, cum l. ſequen.ff.de condict.indeb. & l.tertia, §. pupillus. & l.ſi pupilli.in princip.ff.de negot.geſt. & l.eatenus. ff.de inſtitut.actio.& l.prima.§.an in pupillum. ff.depo. & l.furioſus.ff.de actio.& obligat.& l.pupillus in princ. & iterum.§.primo.ff.de autor.tutor.& l.3.in princip.ff.commo.& l.ſi pupilli.ff.de ſolu.& l.quamuis.§.vlt.ff.ad Senatuſconſ.Velleian & l.vlt. C. de vſucap.pro empt. Quod & in eccleſia quoque voluit glo.& Bart.in auth.qui res. C.de ſacroſ.eccl.Bald.in l.iubemus.§.ſanè in prin.C.eo. tit.& in l.ſi prædium.in princip. C.de prædi.mino. Pan. in c.ſi quis presbyterorum,in fi.de reb.eccl.non alie.Alexand.conſi.4.viſo proceſſu,col.1.lib.3.Et ita ſoluit Rapha.Cō.in d.conſi.176.in fi. vbi per hoc limitat hāc noſtram concluſionem, quod imprimis notandum eſſe legentes moneo.Et hoc videtur intellexiſſe Bal.in d.l.1.in prin.ff.de cont.iud.tut.per tex.ibi,& Raph.in d.l.more. ff.de acq.hæred.& ibi Alex.tam in lectu. quàm in addit. Bar.& rurſum idem Alex.in d.l.mutuum. in fi. ff.eo.tit. & in addit.Bar.in d.l.apud Iulianum.§.vlt.ff.qui.ex cau. in poſſ.eat.in verſi.item ſi fieret locupletior, & Roman. conſi.453.viſa principali conſtitutione. *Pupillus & cæteri qui obligari nō poſſunt, obligātur quatenus locū pletiores facti sūt.*

133 *Vxor an poſſit aſſumere tutelam.* ¶Et per hoc quidem dici poteſt,quod ſi aliquo ſtatuto aut conſuetudine mulier poſſet gerere tutelam filiorum,poſt contractas à ſe ſecundas nuptias,certè nō poſſet eam aſſumere ſine conſenſu mariti. Vt etiam expreſſim voluit in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum,in contractibus mulierum, Bald. ipſe Nouellus in d.Rub.de verb.obl. col.pen. & ibi quoque Lancel. Gal. col.29.verſi.item per hoc videtur.quod proximè accedit ad caſum noſtræ prin. quæſtionis.

134 *An mulier prohibita obligari, poſſit adire hæreditatē.* ¶Illud poſtremò non prætermiſerim, quod conſuluit Signo.Homod.in caſu magis dubio,in conſ.164.ſtatuto ciuitatis, quòd mulier prohibita ſe obligare ſine cōſenſu mariti,poteſt tamē hæreditatem adire,in qua ſunt creditores,quibus ex aditione obligatur,iuxta d.l.more. & l.pupillum.& l.neceſſarijs.ff.de acqu.hæred. & l.non enim.ff.ad Senatuſcon.Treb. Quibus autem rationibus moueatur,fruſtra huc adſcriberemus, tum quia illic omnibus videre promptum eſt, tum quia huc parum pertinent,vbi non de obligatione ſed contractu loquimur,tū poſtremò, quia ab omnibus ferme ea ſententia non admittitur, vt plenè no.ab omnibus in d.l.more. & in d.l. mutum.& Raph.Co.d.conſi.176.Ang.Aret. in §.hæres quoque,in prin.Inſt.de obl.quæ ex qua.contrac. naſc.et in d.§.omnium,et ibi Iaſ.Inſt. de act.Alex. conſil.234. puto,col.1.ver.hoc ergo,lib.6.et Soc.conſi.112. multū abundè,col.6.in 4.dubio, lib.1. quod repetitur conſilio 172.lib.2.et Metheſ.d.no.168.et Io.Roger.Mota. in repet.l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam, nu.12. ff. de iudici.

¶Sed



135 *De eadē re.* ¶Sed illud tantùm dixerim,omnes ipſius Sign. rationes in id recurrere, vt oſtendat obligationem, quæ ex aditione contrahitur, non eſſe actum principalem, ſed tantùm conſecutiuum, vt noſtri loquuntur,quia ſcilicet venit in conſequentiam ipſius aditionis:proindeq; non eſſe cōſiderandum,per l.1.ff.de auto.tutor.cum alijs multis ſi.ab eo adductis. Et in eadem ſententia, ad eandem rationem,fuit in eodem quoq; caſu Barb. qui nullam illius mentionem facit,conſi.5.bene etenim, col.5. verſic. ad aliud dubium,lib. 3. & ante illū Ang. cuius etiā Barb. non meminit,vti nec ipſe Angel.Signo.d. conſ.317. ſuprà citato, & in d.l. mutum. vbi dicit ita ſe obtinuiſſe in ea cauſa,in qua conſuluerat. Quæ ratio,ſi quid habet virium, poſſet dici & hic quoque obtinere, quaſi aditio ſit actus principalis,ex quo oritur quaſi contractus,ſicut & obligatio.Quid autem ſi hæreditas eſt opulenta, nulliſq; legatis,aut debitis onerata,an tunc ad aditionem illius requiritur conſenſus mariti, aut alterius qui ex ſtatuto interuenire debet:videbis ex his, quæ dicam infrà in gloſſ. 8.in verbo.*De ſon mary*. in 8. quæſt.præſertim, num.59. inci.nec disſimile eſt,& iterum numer.77.incip. nec longè abeſt,& ſeq.

136 *An poſſit uxor alteri conſentire cōtrahēti. Aliud facere aliud facienti cō ſentire.* ¶Duodecimo quæro,quod ſi mulier non contrahat, ſed contrahenti conſentiat,an id poſſit facere, non conſentiēte marito. Et nos quidem multa de hac re diximus in noſtra repetit. l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus,in 22. qu. qua illud diſſero, an ea lex habeat locum in conſentiente alienationi rei ſuæ: quæ nunc neceſſe eſt magna ex parte repetere, quoniam multa addituri, quæ commodè cæteris detractis dici non poſſent. Videtur igitur vxor nō prohiberi conſentire contrahenti de re ſua, licet ipſa contrahere non poſſit. Aliud enim eſt facere, aliud facienti conſentire.l.ſi pater.§.vlt.ff. de manu. vindic.& l.ſi minor.la 1.eo. tit. Ex qua no.glo. quòd poteſt quis alij conſentire, in eo quod quis per ſe facere non poterat.& ita illum text.ſummat, vt cum noſtris loquar, Bene.Plumb.qui non poteſt manumittere,poteſt manumittenti conſentire. & l. aliud.ff. de reg. iur. & l. vlt. C. de pact.& l. iubemus.§.œconomus.C. de ſacroſ. eccle.& l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de admi. tut. uti eum text. citat. Pet. Anc. conſilio 204. viſis & ponderatis,colum.1.

137 *De eadē re.* ¶Et hinc Doct.multa deſumunt,ex quibus nonnulla huc adferemus, hanc partem adiuuantia.Et primo quidem loco,quæ ad caſum noſtrum propiùs accedunt. Nā Signo.Homod.conſi.145. in quæſtione uertēte, colum. 2.reſpondit mulierem quæ ex ſtatuto non poteſt uendere,niſi adhibita quadam ſolennitate, poſſe tamen liberè vendenti conſentire,valereque huiuſmodi vēditionem, & dominium ex ea transferri,per d.l.ſi pater.§.vltim. Et idem propemodum dicit Bal.in rub.C. de pactis, in fin. ſcilicet quòd ſtatuto diſponente, ne mulier contrahat,ſine præſentia propinquorum, non videtur ſimplex conſenſus prohibitus,per d.§.vlti.& eum ſequitur Pau. Pic. ibi.& Laur.Calca.conſ.omnium 1.viſo conſilio col.14. & conſ.74.quòd dictis filiabus.col.9. in prin. & Philip. Deci.conſ.475.in cauſa quæ Mantuæ,colum.2.verſ.ſed ad hoc reſpondeo.Sed & idem Deci.alio præcedenti cōſi. videlicet 124.placet mihi.verſ.quinto ſtatutum generaliter, tradit ſtatutum prohibens vendere, non habere locum in conſentiente alienationi.

138 *Conſentiēs ſimpliciter nō tenetur de euictione.* ¶Hincq; gl.in d.l. aliud. dicit quod licet venditor teneatur de euictione,etiamſi dictum non fuerit.l. non dubitatur.C.de euicti. non tamen qui conſentit ſimpliciter venditioni,niſi id promiſerit.Quod & voluit Inno. in c. ſi quis,col.2.ver.item no.ext.de reb.eccl. non alie. Bald. in l.quidam ex parte.ff.de euictio. & in ſua marg.in verbo,electio,verſi.tertio. & Pet. Anch. conſi.76. per modum,in 4.dubio,& nō obſcurè probat tex.in l. exceptione.C.de euict.& in l.inter ſtipulātem,in prin.ff. de verb. obliga.uti eum citat Iaſon in l.quoties ab omnibus. in 2. not.C. de fideicom. Sed & alia glo. & poſt eam Bart. & Bald. qui eam dicit notandam:in l.cum pater.§. libertis. ff. de lega.2.dicunt,quod in caſu illius.§.ſi quis non alienauit, ſed alienanti conſenſit, admittitur ad reuocationem eorum, qui poſtea alienarunt, quia non venit contra voluntatem defuncti, ſed ſuo fauori renunciauit: licet ſecus eſſet, ſi ipſe alienaſſet, allegatque. Bald. d.l. ſi pater.§.vlt.

¶Cy. quoq; poſt Iac.Ra.in l.ſi prædium.in princ. C. de iur. doti. tradit, quod licet maritus non poſſit fundū dotalem alienare,poteſt tamen vxori alienanti conſentire,per d.§.vltim. Sed tu tamen, quia id non eſt ſine dubio,vide Bald. & Saly.ibi.& Bart. in l. ſi æſtimatis.ff. ſol. mat.& Iaſ.con.44.ad dubia,col.3.verſ. tertiò pro eo.lib. 1.Sed & And.Iſer.in c.1.in prin.titu.de prohi. feud. ali. per Fed. ſcribit Legatum,aut, vt noſtri appellant, Locū tenentem principis ab ipſo principe prohibitum alienatione,non prohiberi conſenſu alienationis,per d.§.vlt.& ſequitur eum Mart.Laud.ibi.col.3.uer.ſed quid ſi dedit. & Card.Alex.col.5.ver.qui eſt eodem initio.& Iacob. à S.Georg. in tract. feud. in verbo, vicariusq; perpetuus, col.2.ver.ſed pone Dux vel Rex. 139 *Vir an poſſit vxori dotem alienanti conſentire.*

¶At Bal.in l.vlt.paulo ante fi. C.de ſuis & legit. dicit quòd conſenſus præſtitus alienationi,non dicitur alienatio,ſiue alienatiua diſpoſitio, ſed quædam confirmatio, ſi quid confirmabile inuenit,per d.l.ſi pater. in fi. & d. l. aliud.Et idem Bal.in l.2.col.antepe.ver.19.quæro.C.de reſcin. vend. dicit, quod non propriè dicitur venditor, qui conſenſit venditioni: nec ei competit remedium illius l.2.per d.§.vlt.& ſequitur Anton.Burg.in c.pen. verſicu. decimononò dico, ext. de empt.& vend. ubi dicit no.tex.in d.§.vlt.& Philip.Dec.d.conſ.475.vbi ſuprà citauimus.Et dicit idem Bald.in l.cum alienam.col.2.ver. ſed pone,teſtator.C. de legat.quod ſi leganti rem meam conſenſi,non poſſum conueniri actione ex teſtamento, vt præſtem:quia,qui ita conſentit alteri, non contrahit, ſed potius dicitur pati,per d.l.ſi pater.ff. de manu. vind. 140 *De ijſdēre bus.*

¶Eiuſdem Bal.frater Ang. in l.1. ad fi.C. com. de legat.tradit,quod licèt dominium rei legatæ ipſo iure tranſeat in legatarium ſine alia traditione, ut in ea l. dicitur, hoc tamen procedit,cùm teſtator legat rem ſuam: ſecus ſi alienam,etiam conſentiente domino. Neque enim qui conſentit, legare videtur, per d.l. aliud. & hoc ſequitur Iaſ. in l.1.col.antepe.ver.tertiò requiritur.ff. de legat. 1. vbi id dicit ſing. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum. col.vlt.verſ.aduerte etiam.ff.eo. tit. vbi dicit not. Quod & procedit, vt id addas ad Angel. etiam ſi legauerit rem hæredis de ipſius conſenſu,ut tradit Bald.in d.l.1. col.5. uer.quæro teſtator legauit.C.com. de legat.& in l. hæredum.C.de fideic.Iaſ.in l.1.ff.de legat.1.& in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum,colum.2.uerſic.tertius caſus, eo.titu.& in l.ſi hæredes.colum.2.uerſic.amplia iſtam regulam,eo. quoque titu. 141 *Deijſdēre bus.*

¶Hucque pertinent alia multa à noſtris Doctoribus alibi pasſim ſcripta, ut uidere licet apud Pet. Anch. conſil. 271. de titulis criminum, colum. 2. uerſicu. tertiò dictum ſtatutum, & Franc. Aretin. in l. Gallus. §. uidendum, colum. ultim. de libe. & poſthu. Vt interim omittam alios text. probantes, quod ſupra diximus, actum attribui facienti, non conſentienti, uidelicet cap. paſtoralis, & ibi Collect. colum. 1. uerſic. & iſta Decretalis, extr. de donat. & in cap. 1. in prin. ne ſed. uac. lib. 6. & c. ſi annum..de iudi. eod. lib. 6. & no. in cap. cùm eccleſia Vulterana, extrà de elect. quæ loca in id citat idem Collect. in d. cap. paſtoralis. Vt tamen interim non relinquamus vnum aliquid non contemnendum, quòd ſi quis alienauit, aut pignori dedit rem alienam, quæ poſtea ad eum peruenit confirmatur emptio aut pignoris datio, ita ut is contradicere 142 *Deijſdēro bus.*

non poſſit.l.rem alienam.ff.de pign.actio.et l.ſi quis alienam.ff.de actio.empti.cum ſi.utrobiq; adductis à glo. At ſecùs eſt, ſi quis ſimpliciter conſenſit emptioni aut pignori: neque enim tunc ſibi præiudicat in iure poſteà quæſito, ut no. reſpõdit Paul.Caſt. cõſ.375.ne ſub æquiuoco.col.ult.uer.quò ad materna.li.1.p tex.in l.1.§. qđ ait Prętor uolũtate.ff.quor.lega.et no.in l.1.C.de pactis.

143 *Contra ſupradicta.*

¶ Contrarium tamen mihi uerius uidetur, ut ſcilicet mulier non poſſit alteri rem ipſius mulieris uendenti cõſentire: uti nec, qui donare non poteſt, donanti conſentire poteſt, l.3.§.non tantùm.ff.de donat.inter uir.et uxor. et l.creditor, et ibi Bal. C.eo.tit. et l. cùm quis.et ibi gl.ff. de regulis iuris.et l.filium.ff.ad S.C.Macedonianum, ex qua notat Baldus, quod inhabilis ad contrahendum, eſt inhabilis ad conſentiendum alteri. et l. 2. C. ſi aduerſus donationem, ubi Franc. Aret. no. nihil intereſſe, alienes an alienanti conſentias. Et ibi Bal. ſibi contrarius tenet, quòd mulier uel minor à ſtatuto prohibitus uendere ſine conſenſu proximorum, nec uendenti conſentire poteſt. Et ſequitur Saly.ibi et Franc. Aret.in d.l.ultim. colum.1.et ſequen.et ibi quoq; Philip. Deci.col.4.uerſi. in glo.in uerbo, accommodauerit.C.de pact. Et Firmia.in tracta.de epiſcopo, in 4.parte, lib.4.col.35.uerſi. ſed nũquid prohibitus.et Barb.in c.decernimus. col.2. uerſ. et plus etiam dico, de iudici.et in c.ſi quis presbyterorum, per eum text.iuncto c.præcedenti, de reb.eccleſ. nõ alie. et in capit peruenit.circa fin.de emptio.et uend. et conſ. 51. ſcribit ſapientiæ fons, colum.15.uer.et facit quod uoluit.lib.1.et conſi.41.Deum inuocent, col.antepe.uerſi. ſecundò oſtendo.lib. 3.Soci.in l. Gallus. §. uidendum. col.2. in fin.ff.de liber.et poſth.ubi loquitur de alio ſimili ſtatuto, & conſi.230.uiſo teſtamento, colum.3.uerſic. poſtremò non omitto, li.2.ubi plus dicit, hunc ſic prohibitum alienare, nec alienationi iuris futuri poſſe conſentire. Philip.Deci.in d.l.aliud.de regul.iur. Fabia. à monte S.Sab.in tract. empt.et uend.in 25. q.3. qu. prin. Alciat.in d.rub.C. de pactis. Arno. Ferro. loquens in caſu noſtræ conſuetudinis, in Comment. Conſuet. Burdig. titu.1.§.2.

144 *De eadem re.*

¶ Ob idq; Bald.in d.l.2.C.ſi aduer. donati. et alij pleriq; ex illis ſupra citatis nuncupatim repræhendunt Iac. But. qui in ea ipſa l. 2. contrarium tenuerat, ea ratione motus, quod licet ius commune prohibens venditionem poſſit trahi ad ſimiles caſus, per l.non poſſunt.ff.de legibus.non tamen ius municipale, quod aduerſatur iuri cõmuni. Sed interim non uidet, facile fieri fraudem ſtatuto, ſi id concedamus, ut dicit, Bal.in d.l.2.Non uidet (inquam) prohibitionem ſtatuti (ut dicit Barb. ubi ſuprà) non fieri propter ipſam uenditionem, quæ in facto tantùm conſiſtit, ſed propter iuris effectum, qui inde oritur, nempe ob alienationem, quæ ex ea procedit. Quæ quidem ratio habet locum, et in conſentiente alienationi rei ſuæ. Non uidet denique, in ſtatutis (quod et ipſe Barb. dicit) mentem ſtatuti potiùs eſſe inſpiciendam quàm uerba.l.cùm mulier.ff.ſolu.mat.et l. ſcire oportet. §. aliud. uer.ſed et ſi maximè.ff. de excuſat. et c.cum uoluntate, extrà de ſentent. excom. quæ mens potius dicitur interpretatiua, quàm extenſiua: vt not. in l. Cæſar.ff. de publica. De qua poſtrema Barb. ratione multa diximus in repe. d.l. ſi vnquam. in verbo, libertis, num.54. incip. & quoniam.

145 *Cõſentiẽs iura ſua perdit.*

¶ Sed quantum ad primam illius rationem pertinet, quæ multùm huc facit, qua ſcilicet dicit, iuris effectum, id eſt, alienationem ipſam conſiderari, quæ ex conſenſu robur accepit: illud addes, hunc eſſe huiuſmodi conſenſus effectum, ut qui alij conſentit, iura ſua perdit. atque ſi ipſe actum ipſum, cui conſentit, faceret.l. cùm quædam. C.de admi.tut.cui & ſatis concinit text.in l.nihil.§. proponitur, & ibi Alber.ff.de lega.1.& in c.1.§.præterea, & ibi gloſſ. in verbo, regreſſum, titu. quibus modis feud. amit. & ibi quoque Bal. qui in id alia iura citat, & inter alia l. ſicut. §. venditionis.ff. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. quam dicit in ea re eſſe ſingu. vt qui conſentit alium de re ſua teſtari, ſibi præiudicet, quam & ad id quoque dicit ſing. ipſe Bald.in l.venditioni.poſt prin.C.de vſucap. pro empt.& in l.quoties ab omnibus, col.2. ver. quæro, quid ſi quis conſenſerit.C.de fideicom.& in l.ſi tibi.§.de pignore.col.2.verſic.quid ſi teſtetur.ff.de pactis. & in ca. 1.§.donare col.3.verſi. ſed hoc dictum, titu.qual.olim. feud.ali.pot.& con.89.dominus Thomas, colum.2.verſi.ad euidentiam, lib.1.& Iaſon.in l.cùm proponas. la 1. col.2.ver.nota etiam diligenter.C.de pactis, & conſil.13 caſus talis eſt, ſpectabilis, col.1.lib.1.& conſi.57.in cauſſa mota, col.3.uerſ.quartò, eo.lib.1. & conſi. 89. aggredior nunc ſextum, eo. lib.1. qui omnes, vt iam diximus, eum text. dicunt ſing.

146 *De eadem re.*

¶ Et eum quidem, præter eos, in id quoque expendit Bar. in l. cùm quis decedens.in prin.ff. de lega.3.& ipſe Bal.in l.ult.col.pen.ver.quintus caſus.C. vnde legi. & in l.1.col.4.verſic.ſed hic quęro, nunquid.C. de ſacroſ eccleſ.& in l.cum alienam. colum. 2.verſi.ſed pone, teſtator: vt ibi quoq; Saly. col.2.verſ.primum dubium, & Iaſ. col.2.verſic. quartò vltra.C. de leg. & idem Bal. in l. ſenium.col.1.C.qui teſta.face.poſ.Iaſon.in l.ſi quãdo.§.& generaliter. col.2.ver.4.& vltimo.C.de inoff.teſta.& Steph.Bert.conſ.329.ponitur, nu.4.lib.1.& conſ.173. quia difficultas, col.6.num.15.lib.4.Et eſt ſimilis text.licèt ille ſingul.ab omnibus propè dicatur, in d.c.1. in princip. titu.de prohib.feud.ali.per Feder.vbi & Bal.ipſe colum. pen.in id quoq; annotat. Et idem quoq; voluit, licèt eos tex. non alleget, Rom.in l.quæ dotis.col.9.uer. ſecundò adde membrum.ff.ſolu.matr.de quo & tu multa uidebis per Iaſ.poſt alios multos antiquiores. in d.l ſi fundũ per fideicommiſſum, col.pe.& vlt.ff.de leg.1.

147 *De eadem re.*

¶ Suntq; alia infinita propè loca, probantia, quod diximus, eum ſibi præiudicare, qui conſentit actui, nec poſſe illum reuocare, aut aliter impugnare, non magis quàm ſi ipſe eundem feciſſet: ut uidere licet ex l. non uidetur. ff.ſi quid in frau.pat.& d.l. cum pater.§. libertis.ff. de lega.2.Ex quo Bart.no.à pari procedere, actum celebrare, & ei conſentire.& l.codicillis.§.1.ff.eo.tit.& l. apud Celſum.§.quæſitum eſt, ſi cũ fundi.ff.de dol. excep. & dict. l.ſi fundum per fideicommiſſum. & d.l. quidam ex parte.ff.de euicti.& l.fideiuſſor impetrauit.§.pater.ff. de pignor.& l.ſi debitor.§.1.& l. ſi conſenſit. in princip. & l. Titius.§.1. & l. Lucius.& l. Paulus.ff. quibus mod. pig. uel hypo.ſol.& l.ſi ſeruus communis.ff.de don. inter uirum & uxorem, & l.mater.C.de rei uendi.& l.ſi probaueris, & l.cùm te, & ibi Bald.Saly.& alij, iterum l.ulti. & ibi quoque ijdem Bald. & Salyc.C.de remiſ.pign.& l.ſi debitor.C.de diſtract.pigno.& l.ſi conſentiente.C. de donatio.ante nupt. & d.l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. & ibi concord. in glo. et d. cap. paſtoralis. de donat. et ca. Titius filius, et ibi gl.Bald.et alij tit. ſi de feud. defun. cont. ſit inter dom. et agn. et capit. 1. in prin. & ibi gloſſ. in uerbo, conſentientibus, titu. de ali. feud. pat. & capit. præterea, & ibi Bald. et alij. titu. quib. mo. feu. amit.

148 *De eadem re.*

¶ Et quod uoluerunt glo. Iac. Ra. Cy.& cæteri in l.2 C. ſi quid in frau.pat. Iac.Bel.in ca. 1.§.ult. ad fin. & ibi Iac.Alua.in 30.conclu.& Cardin.Alex. colum.5.uerſic. & ſciendum, tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit. Iac. Aretin. Cy.& Bal.in l.dotalem fundum.ff. ſol. mat.Bald. conſil. 16. facti euidentia, in fin.lib.1. & conſil.102.punctus ſuper quo.lib. 2.& con.319.matrimonium, in 8. eodemque ult. dubio.lib.4.Raph. Co.conſi.33. quidam ponamus B. & alter. Raph.Fulg.conſil.213.domina, col. ult. Rom.conſ.87.circa id, de quo quæritur, col.1.et conſil. 457. circa propoſitum, col.2.uer.tertiò non eſt dubium Pau. Ca.conſ.84.quæſtio iſta vertitur.lib.2.& con.190.

viſa



viſa col.2.ver.reſtat, eod.lib.2.& conſ.319. viſis & examinatis, col.vlt. eo.lib.2. Alexan.con.184. viſo themate dicti ſylueſtri, poſt prin.lib.2.& conſ. 150. viſo themate & his, in fi.lib.7. Fran. Aret. con.3.conſultatio præmiſſa. Corne.con.3.in præſenti, col.1.& iterum pen. lib. 3. conſ.41.videtur in hoc, col.pen.eod.lib. 3.& conſ. 144. licet in hac, colum.2.verſic.his tamen non ob.eod.lib.3. & Socin.conſ.44. viſo teſtamento, col. 1.& iterum pen. lib.4. Iaſ.in l. filiusfa.§.diui. col. 10. verſ. octauò limita ff.de lega.1.in 2.lect.Philip.Dec.con.389.viſa longa ſerie, col.4.& con.543.in caſu propoſito, col.1.& Matth. Afflic. Dec.Neap.112.inter dominam, ad fin. Alb. Bru. conſ.80. circa primum, col.5.verſ.& quia conſiderata, & Doct.paſſim et vbique.

149 *Conſentiẽs donationi rei ſuæ, donare videtur.*

¶ Nam et videmus, quòd qui conſentit alij donanti, rem ipſam donare videtur.l.ſi liqueat, et ibi quoque Bal. in 2.no. C. de inoffic. donat. et voluit etiam Bartol. per alia multa iura, in d.l. quæ dotis, colum.3.verſ.tertiò pone, & ibi omnes poſt eum.ff.ſol.mat.& in d.l.ſi fundum, & ibi quoq; Raph.Co.& cæteri, de leg.1.Pau.Ca. conſ. 319.viſis & examinatis, col.vlt. lib. 2.per l. in ædibus.§. quod filiusfam. ff.de donat.vbi eſt text.optimus, & Matth. Affli.in trac.protomiſ.col.18.ver.decimò no. & alij vbique. Ex eoque Bal. in d.l.ſi liqueat, dicit inſinuationem huiuſmodi donationis factæ conſentiente domino, fieri debere, tanquam factam ab ipſo conſentiente, non à donante. Quod & ſequitur Franc.Aret.conſ. 127.eximie, col.3.verſ.ſecundò hoc patet.& Alb. Bru.in repertorio ſtatutorum, in verbo, inſinuatio, col.2.verſic.ſtatutum dicit, quod inſinuatio.

150 *Conſentiẽs alienationi rei ſuæ, alienare videtur. An autem propriè.*

¶ Et ſemper aliàs, qui alienanti conſentit, & ipſe alienare cenſetur, vt dicit Bald.in d.c.1.§. illud, verſ. quæro ergo, tit. de prohib. feud.ali. per Fede. Alber.in l. iubemus, in fi. C.ad S.C.Velleia. per tex.in l.ſi ſic.ff. ſol.ma. & d.l. in ædibus. §. quòd ſi filiusfam.ff. de don. & Ang. in lect. Flor. Fulg.Corne. et Iaſ.in d.l.quoties ab omnibus. C.de fideicom. Et ita quidem, vt ipſe id facere propriè cenſeatur, atque ſi ipſe feciſſet, cùm conſentiens eſt dominus rei, ex ſententia Bald. in l.ſi vt proponis. C.de ſer. pign. dat. manu.per l. ſi fundus.§. ſi neſciente. ff. de pign. Secus ſi non eſſet dominus, vt ipſe ſubiungit, per d.l.ſi pater. §. 1. ff. de manu.vindic. Quam quidem differentiam non obſcurè intellexit, ante eum Bart. in d. l.vltim.colum.1.C.de pactis, cum dicit, quod qui actum per ſe facere non poteſt, nec facienti conſentire poteſt, cùm habet plenum ius in re, alias ſecùs, per illa eadem iura ſuprà citata. Et hoc quoque voluit ipſe Bartol. conſil.70.reuerendiſsimè vbi, id dicit eſſe infallibile.

151 *Reſpondet ad contraria.*

¶ Et ita poſſunt dilui, quæ adducta ſunt pro parte cõtraria, vt ſcilicet procedant, quando conſentiens non eſt dominus rei, cuius alienationi conſenſum præſtitit. Aut etiam dici poteſt, eadem procedere, cùm eſt diuerſa ratio facientis & conſentientis. Quod ſi eadem ſit, eodem quoque iure procedunt, ita vt qui facere prohibetur, facienti quoque conſentire prohibeatur, vt expreſsè voluerunt Bar.Bald.in d.l.ultim.C.de pactis. idem Bal. qui & id trahit ad ſtatuta, in l.filiusfam.in prin.col.1.ff.de procura.Saly.in d.l.2.C.ſi aducr.don.Pet.Anch.conſi. 204. viſis & ponderatis.col.penult.ver.non ob.ſecunda ratio. Soc.in d.l.Gallus §.videndum, col.2.verſi. circa primã. ff.de lib. & poſth.& Phil.Dec.in d.l.aliud.ff.de reg. iur. & d.conſi.543.& Doct.ubique.

152 *De eadem re.*

¶ Sed illud quoque dici poteſt, quod diximus pro hac poſteriori parte, vt ſcilicet, qui prohibeatur alienare prohibeatur et conſentire, haud dubiè id procedere cum quis prohibeatur ratione inhabilitatis, aut etiam imbecillitatis conſilij et intellectus, vt minor, et mulier: vt tenet Bart. poſt gl. in d.l. ſi fundus §.1.ff.de pign. Bened.Plum.in d.l.ſi minor, capit.1.colũ. 1.ff.de manu. vindic.Bal.conſi.331.quædam puella. col.1. uerſ.tertiò præmitto, lib.3.Alberi.in d.l.filium.ff.ad S. C. Macedo. Fran.Aret.conſi.67. diligenter & maturè.col. 3. uerſic. nec obſtat prædictis.

153 *De eadem re.*

¶ At hic in ſpecie propoſita noſtræ conſuetudinis omnia hæc concurrunt: nam ipſa mulier quæ conſentit, eſt domina rei, cuius alienationi conſenſum præſtat, eſtque eadem ratio utriusq; idemq; præiudicium, quantum ad iuris, & dominij amiſsionem: vtpote cùm ea conſentiendo, æque amittat dominium, & quoduis aliud ius, quod in ea re habet, ac alienando, ut ſuprà latè probauimus. Et hic quidem eſt iuris affectus, quem, ut dicit Barb.d.conſi.41.conſideraſſe uidetur hæc noſtra cõſuetudo, interdicens mulieri rerũ ſuarũ alienatione ſine cõſenſu mariti, idq; ob eiuſdem imbecillitatem, ex multorum ſententia, vt ſępe diximus, & dicemus poſteà latius. Ex quo illud conſequens eſt, ut nec cõſentire poſſit alienationi, non magis, quidem, quàm alienare. Quanquam ſunt & aliæ ſolutiones, quæ dari poſſunt ad contraria, ex not.per Bart.& Fran.Aret.in d.l.ult.C.de pactis. Bart.in d.l.ſi fundus.§.1.de pigno.& d.conſi.70.poſt prin.& Benedic.Plum.in d.l.ſi minor, la 1.ff.de manu.vindi.& Bal. in d.l.ſi ut proponis.C.de ſer.pig.da.manu. & in l.2.col. 2.verſi.ſecundò conſiderandum.C. qui accuſ.poſſ.& d. conſi.133.lib.1.& Philip.Dec.d. conſil. 124. colum.3. uerſi.quintò ſtatutum, & ex his quæ dicam infrà in glo. 8. in 5. quæſt.

154 *An uxor poſſit ſe ex delicto obligare ſine conſenſu viri.* *Statuta de obligationi. non intelliguntur de his quę ſunt ex delicto.*

¶ Decimotertiò quærò, an mulier poterit ex delicto ſe obligare, ſine conſenſu mariti, id eſt, an ſi deliquerit, delictum pro nullo cenſebitur tanquam factum ſine conſenſu mariti, vt ex eo puniri non debeat ipſa mulier, ſaltem quantùm ad bona ipſius uxoris. Hec certè quæſtio.nullo pacto dubia eſt in terminis noſtræ conſuetudinis, quæ de contractu loquitur. Nam aliud omnino eſt contractus, aliud delictum. Sed ſi noſtra conſuetudo loqueretur de obligatione, ut quia prohiberet, ne mulier obligaretur ſine conſenſu mariti, poſſet ſatis appoſitè in quæſtionem deduci, an ſi delinqueret, obligaretur. Nam ex delicto oritur obligatio. Hinc tit. Inſtit. de obliga. quæ ex delict. naſc. Sed tamen adhuc talis conſuetudo intelligeretur in obligationibus ex contractu, uel quaſi, non etiam ex delicto, uel quaſi: ne delicta manerent impunita. Ita voluit Rapha. in l. more.& ibi Alex.tam in lectu. colum. 5. quàm in addit. Bar.ff.de acqui.hære. & idem Alex. etiam in addi. Bart. in d.l. apud Iulianum. §.ultim. ff. quibus ex cau. in poſ. eat. Matheſ.qui id dicit perpetuò menti tenendum, not. 148.nota quòd eſt differentia, in fi.& Iaſ.in d. l. ſi unus. §.pactus ne peteret, col.9. uerſi. ſextò limita, & in d.§. omnium, col.8.uerſi.addo, ꝙ ad hoc, Inſtitut. de actio.

155 *Minor & prodigus an obligentur ex delicto.*

¶ Adducunt omnes, quod in ſimili uidemus, prohibitiones legis uetantis minorem & prodigum ſe obligare, nõ trahi ad obligationem ex delicto, uel quaſi, quin ipſi puniantur, ſi deliquerint, ut uoluit gl. in l.ſi quis in tantũ, in 3.quæſt.& ibi Bart.col.3.uerſi. quæro an dominus, & omnes ferè Doctores. C.unde ui. Bart. in l. is cui bonis, col.ult.uerſ.quæro nunquid prodigus delinquendo. & ibi quoque Paul.Caſt.ad fi.Alex.col.4. uerſi. quærit etiã Iaſ.col.8.uerſi.ſecundò quærit.ff. de uerbo. oblig. idem Bart.in l.1.ad fi.& ibi Bal.col. 2.uerſi. ultimò quærit. ff. de curato.furio.& Ang.in l.Fulcinius.§.adeo, in ſi.ff.ex qui cau.in poſſ. eat. Paul. Caſtr.conſi.183. in cauſa quæ vertitur, col.vlt.uerſi.nec obſtat ſtatutum, lib.1.Alexan. conſi.24.opportunè, col.2.lib. 1.quod repetitur cõſi.89. lib.3.Phil.Dec.in l.furioſi, col.2.verſi. & ſuprà dicta.ff. de regul.iur.& Steph.Bertr.conſi.248.donatio, num.8. verſi.etiam ut ibi dicit, lib.1. & benè facit tex. citatus ab Alex.in d.l.apud Iulianum.& Iaſ.in d.§.omnium, qui illum dicit ad hoc optimum, ut certè eſt, in l.ſed & ſi ex parte.§.quanquam.ff.quod cum eo.

¶ Illud autem certum eſt, quòd cùm alienatio prohi 156

bita

*Prohibita alie. inſa uorem alterius delinquens ei nõ præiudicat.*

bita eſt fauore alterius,tunc etiam quiſpiam delinquẽdo non alienat in præiudicium illius l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus & ibi Bart.col.vlt.ff. de dam.infect.& l. Statius. §.vlt.ff.de iure fiſci. & in l. quicunque. ff.de bo. dam & idem Bart.in d.l.ſi quis in tantam. ubi ſuprà.C. unde ui. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe.& Bald. conſi. 215. proponitur,in fin.lib.2.Franc.Areti.conſi.14.uiſo & diligenter, colum.4.uerſi.ſicut enim vaſallus. Et id quidem optimis rationibus.Primùm,quia nemo iure ſuo priuatur ſi ne ſuo facto, aut culpa. l. id quod noſtrum. ff.de regul. iur.& c.quæ in eccleſiarum, de conſtitut. cum ſim. Deinde,quia pœna ſuos autores tenet, nec ad alios progreditur.l.ſancimus.C.de pœnis.& ibi corcord.in gl. Negari autem non poteſt,quin mulier contrahere non poſsit ſine conſenſu mariti,partim fauore mariti,ſi non omnino:quia ſcilicet maritus conſtante matrimonio,facit fructus ſuos bonorum patrimonialium uxoris , poteſtq; de eiſdem , atque etiam de conquæſtibus communibus, & mobilibus ad libitum diſponere. Quanquam etiã negari non poſsit,id partim introductum fuiſſe, ut imbecillitati mulierum ſuccurreretur,de quo dicemus latiùs infrà in glo.ſequen.nu.37.reſtat igitur, & ſequen. vſque ad finem eius glo. Et facit ad id, quod ſuprà dictum eſt, id quod ſcribitur in leg. res vxoris. C.de don. inter uirum & vxor. uirum delinquendo non præiudicare vxori, in reb. ei primum ab eo donatis, quamuis contrahendo potuiſſet.

157 *An uxoris bona delinquentis in fiſco mariti publicẽtur.*

¶ Et hinc poteſt dubitari, an mulier ſine conſenſu uiri committens delictum,quod pœnam confiſcationis bonorum irrogat,confiſcationi locum faciat.Nam præterea ea quæ dicta ſunt,quia alienare non poteſt,nec confiſcare quoque poteſt, arg. illo de rebus ad perſonas qđ eſt valium.l.miles ita heredem,in princi.ff. de teſta. milit.cum ſimilib. Bona enim, quæ alienari non poſſunt, nec eadem confiſcari poſſunt.Bart.in d.l.finita.§.ſi de uectigalibus,col.2.uer. quærit gl. ad idem, & ibi latiùs Alex.qui alios citat,colum. 9.uerſi.& iuxta prædicta.ff.de damn.infect.& probatur in l.Imperator, in prin.ff.de fideicom.lib.ubi Bart.eam ad hoc expendit, & plenè ipſe Alex.cõſ.23.oportunè conſideratis,col.2.uerſi.ſed præmiſſis non obſtantibus, libro 1.& Carol. Ruin.conſil. 24.quia copioſè, colum. 4. nu. 10.libro 1.Ego autem puto confiſcationi locũ eſſe, per ea quę diximus de minore, & prodigo : ſed fortè eam non auferre ius marito, quod in ipſis bonis habet conſtante matrimonio, per ea quę diximus in pręcedenti uerſic.

158 *Alienationis permiſſio non trahitur ad delictum.*

¶ Nec illud interim omittam, quòd ſi cui facta ſit poteſtas alienandi,intelligitur ut alienatio fiat contrahẽdo, non delinquendo,ut not. voluit Bal.in ca.1.§.feudũ.qui eſt pen.in 1.oppoſ.tit.ſi de feudo fuerit controuer.inter domi.& agna.per eum tex.in quo feudum ita datum fuerat,ut ipſe & hęredes,& quibus dederit,habeant,ex quo liberè poterat illud in quemcumque alienare : tamen iiſdem culpis id amittitur, quibus & aliud feudum:quoniam ut dicit Bal.delictum non eſt propriè alienatio ſiue datio.Et illum ſequitur Matthęus Afflict. ibi, colum vlt.uerſi.9. & ult. Id quod facit. ad multas conſuetudines Francię,quæ ius faciunt maritis alienandi conquæſtus,& mobilia communia inter uirum & uxorem.Nã ſi maritus delictum commiſerit,ob quod bona ſua publicẽtur,non putarẽ uxoris partem publicari. Nam ex ſuprà dictis conſtat, aliud eſſe ſimpliciter alienare, aliud delinquere,ex quo alienatio ſequatur.

159 ¶ Et quod hanc opinionem confirmat, illud uidemus,quòd ſi uir uxori quippiam donauerit, licèt huiuſmodi donatio non ualeat,nec priùs uires accipiat,quàm maritus prior mortuus ſit, nulla illius reuocatione facta : tamen ſi ipſe maritus ex delicto bona ſua confiſcet, ea quæ uxori antè donauerat, manent uxori incolumia:ut eſt textus expreſſus in l. ſed ſi mors. ff. de donat.inter uir.& uxor.quem dicit ſing. Bal. in l. executorem,col.8.uerſ.quæro quidam timens.C.de execu.rei iudi.& Rom.in l.poſt contractum,col.3.uer.quod hoc fallit.ff. de don.tamẽ eſt alius ſimilis in l.res uxoris.C.eod. tit.Idemq; dicit ipſe Bald.in d.l.executorem, de donatione filiofamiliàs facta à patre, nam & aliàs videmus has donationes æquipararí.l.pe C.eodem tit.

160 *An poſsit trãſferre poſſeſ. rei ſuæ.*

¶ Decimoquartò quæro , an ſtante huiuſmodi conſuetudine poſsit mulier ſine autoritate viri transferre poſſeſsionem rei ſuæ?Quod minimè videtur,ex eo quod in ſimili dicitur, in l.is cui bonis.ff. de verborum obligatio.quod quemadmodum prodigus, cui bonis interdictũ eſt,alienare non poteſt,ita nec tradere.Ex quo not.Ang. quòd prohibitus contrahere,vel ſe obligare , non poteſt rem ſuam tradendo, poſſeſsionem transferre. Quod dicit eſſe notandum propter minores & mulieres,quæ prohibentur contrahere, aut obligari ex forma ſtatuti. Et eum ſequitur Alexander in l.prima.§.ſi vir vxori,col.vltim.ff.de acquirenda poſſeſ.

161 *De eadẽ re.*

¶ Sed Imo.Paul.Caſtr.Rom.Alex. Franciſ. Aret. & plerique omnes in d.l.is cui bonis, atque etiam Fran. Aret.in d.§. ſi vir vxori,colum.2.& Carol. Rui.conſ.137. viſo inſtrumento,colum.vlt.lib.1.illud dictum Ange.repræhendunt, moti,quòd ex contractu prohibito & inutili poteſt transferri poſſeſsio, per dictum. §. ſi vir vxori. Et quia pupillus poteſt perdere naturalem poſſeſsionem,quæ eſt facti,ſicut & alius quiuis.l.poſſeſsionẽ pupillus.& ibi Bar.ff.eod.licèt non ciuilẽ.l.pupillus.ff.de acquir.rer.dom.Et probatur in dicta l.poſſeſsionem,à contrario ſenſu,quòd licèt pupillus non poſsit alienare rem immobilem cum autoritate tutoris , ſine decreto iudicis,per totum tit.C.de præd.mino.poteſt tamen cum ſola autoritate tutoris, ſine decreto transferre poſſeſsionem.Quod & voluit glo.in l.2.§. ſi à pupillo. & ibi Imo. qui eam reputat valdè not.ff.de vſucap. pro empt. Nam non alienat,qui poſſeſsionem tantum ammittit.l. item ſi res. §.ſunt & alia.ff.de alien. iud mut. cauſ. fact. & l.non alienat.ff.de regul.iur.

162 *De eadem re.*

¶ Et ideo dicit etiam Bal.in l. 2.ad fi.ff.de iuriſd.om. iudi. quòd ſi ex forma ſtatuti res prohibetur alienari in forenſem, non prohibetur tamen ipſius poſſeſsio transferri,per d.§.ſi uir uxori . In quo quidem §.illum refert, & ſequitur Iaſ.col.3. uerſ.item adde, in 2. lect. Et idem tenent ante illos Archid.in c.2. ut lit.penden.libro 6. & Io.And.in c.ult.in uerbo, præſumitur,de reſtit. ſpol.eodem lib.6.Et hoc uſque adeo procedit,ut etiam ſi ſtatutum procederet ulterius,diceretq; quod traditio non ualeret,non propterea impediretur poſſeſsionis tranſlatio, per tex.not.in l.3.§.ſciendũ,le 2.ff.de don.inter uir.& uxor.iuncto d.§.ſi uir uxori.Quod dicit Fran.Are. in d.l. is cui bonis.ſemper tenendum menti,ad ſtatutum, quod prohibet fieri traditionẽ,dicitq; quod ſi fiat, non ualeat.

263 *De eadẽ re.*

¶ Nec obſtat,inquiunt,quod ſuprà citauimus, d.l. is cui bonis,quia ut dicit Pau.Caſt.ipſe Are.& Iaſ.loquitur de prodigo,cui non ſolùm interdicitur contractus, uel obligatio,ſed & bonorum adminiſtratio, per l.1.in prin. ff.de cura. furio. Quod longè plus eſt, quàm prohibitio obligationis,uel contractus, quia qui prohibetur adminiſtrare bona ſua , nihil poteſt de ipſis attingere. Et ut dicit tex.in l. Iulian.ff. de cura.furio. nihil poteſt ad alium transferre. Et lex reſiſtit illius actibus, ita vt nec ex iis oriatur naturalis obligatio.l.1.ff.de nouatio. Aut,ut alij dicunt, poſt Dyn. uerbum, Tradere ,quo d.l.is cui bonis utitur,intelligitur de tranſlatione dominij.

164 *De eadem re.*

¶ Ego autem ſequutus opin. Paul. & ſequacium , in hoc caſu noſtro, puto mulierem non poſſe transferre poſſeſsionem , cum & illi expreſsè interdicatur bonorum adminiſtratio, ſine conſenſu mariti, ut hic etiam dicitur. Quin licèt conſuetudo id expreſsè non diceret, tamen ſatis uidetur prohibere & tollere adminiſtrationẽ bonorum,



bonorum, cùm interdicit contractibus ſine conſenſu & autoritate mariti: vt expreſsè voluit in contractu diſponente,quòd mulier non poſsit contrahere ſine præſentia propinquorũ, Bal.in c.1.col.2.tit.de conſuet. recti feud. Et facit quod conſuluit Corn.conſi.128. viſo copioſiſſimo,col.2.verſi.& aduertentem,lib.1.quòd prohibitus à ſtatuto alienare rem immobilem, non poteſt transferre etiam poſſeſsionem eius rei , quam ſolam habet in ea re.Et facit etiam l.nõ ſolùm,in princ.ff.de alie.iudi.mut. cau.fac.& l.ſi mulier.§.qui poſſeſsionẽ.ff.quòd met.cau. & quod voluit Inno.in ca.Epiſcopi, de reb. eccle. non alie.cũ ſimil.adductis per Fely.in rub. extrà de reſcript.

165 *Quid ſit ſi prius uẽdiderat cũ autoritate uiri.*

¶ Sed hoc intellige,niſi daret poſſeſsionem rei prius à ſe venditæ, cum conſenſu uiri: quia in iſta traditione non requiritur ampliùs uiri conſenſus,per id quod in ſimili dicitur,quod ſi pater conſenſerit filio agenti,aut defendenti in iudicio,non eſt neceſſe in executione ſententiæ nouum præſtari conſenſum.Ita uoluit gl.no.in l.3.§. ſed utrum,in verbo,inuito patre,per illum tex.ff.de mino.quam ibi ſequitur, & dicit no.Bald.qui per eam dicit, quòd ſi pater conſenſerit filio contrahenti in inſtrumento guarentigiato,quod habet executionem paratam,poterit huiuſmodi inſtrumentum mitti executioni pro filio,aut contra ipſum,ſine alio conſenſu patris. & ſequitur etiam ipſe Bal.in cap.paſtoralis.§.quia verò , colum. pen. verſi.& nò.quòd in iſta executione, de offic.deleg. & Barb.qui & illud dictum Bal.ſequitur,conſi. 86. illud referam in medium,col.2.verſi.cùm ergo iſti, lib. 3.vbi & illam gl.dicit not.& Alex.conſi.61. viſo proceſſu,col. 2.verſi.allegatur etiam contra,lib.5.& Carol.Ruin. conſi.63.videndum eſt,ad fi.lib.5.

*Conſenſus trahit ad conſequentia.*

166 *De eadem re.*

¶ Eſt & omnino ſimilis glo.in l.vlt.§. neceſsitate, in gloſſ. magna,poſt medium. C. de bon.quæ lib.etiam per tex.in d.§.ſed vtrùm.& illam ſequitur Bald. colum.pen. verſic.quæro ſi pater conſenſit, Ang.Raph. qui hoc pulcherrimum dictum reputat Corn. qui ſingulare , & fermè omnes.Et vtramque glo. allegat & ſequitur ipſe Bal. in l.inuitus,paulò ante finem.C.de procur.& Ang.cõſi. 180.præmitto ad euidentiam, col.vlt.vbi per illas eleganter conſuluit,quòd ſi pater conſenſit matrimonio filiæ, non eſt ampliùs eius conſenſus requirendus, cùm vxor ducitur ad domum mariti,& ſequitur Alex.in addi.Bar. in d.§.ſed vtrùm.Sed & illas gl. ſequitur Socin. cõſi.80. præſens conſultatio,col.4.uerſi.ſed ad hoc reſpondetur, lib.4.vbi & pro hoc dicit eſſe caſum in l. ſi pupillorum. §.ſi pupillus.ff.de reb.eorũ , vbi ſi pupillus cum decreto iudicis rem aliquam pignori dederit, poterit eam poſtea creditor alienare ſine decreto.

167 *Decretum trahit ad conſequentia contractus.*

¶ Ex quo dicit Bald. ibi, quòd decretum interpoſitum ſuper vno contractu , trahitur ad conſequentia illius. Sicuti etiam ex eodem dicit Rom. in l. ſi conſtante,in prin.in addit.ad 4.quæſt.3.quæſt. princ.Bart. ff.ſolut. matrim . Sed & idem Bald.vbi ſuprà , hoc trahit ad eccleſiam,vt ſi cum decreto. Epiſcopi obligauerit prædium creditori, poterit ipſe creditor poſtea id alienare,non obſeruata ſolennitate Auth. hoc ius porrectum. C.de ſacroſanct.eccl.ubi etiam hoc voluit Bar. in colũ. vlt.verſi.quæro,pone quædam eccleſia. Et idem de minore dicit idem Bart. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſt. & Alexan.conſil. 189. viſo ſtatuto, colum.3.num.14.& ſeq.lib.7.Phil.Dec.in l.mandata,in 3.not.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd. vbi hoc limitat. A quo non longè abeſt,quod ſcribit ipſe Bal.in d.l.vlt.§. ſin autem in ſecunda,in fi.C.de bonis quæ lib.quòd ſi pater cõſenſit in officio tutoris filij , non eſt neceſſarius alius conſenſus pro exercitio illius,& allegat gl.quam dicit ſing.in l. Lucius Titius Caium,in gl.2.ff.de admi.tut. quam dicit ſing. & ſequitur Matth. Afflict. in Conſtitut.Sicil.incip.conſtitutionem,colum. 12. verſ. decimò quæro.& ex hoc dicit, quòd ſi in promiſsione vendendi feudum interuenit conſenſus principis , non eſt neceſſe poſtea,vt interueniat in venditione.

168 *Tutor qui à patre pupilli emit, poteſt ſibi tradere.*

¶ Sed & ad hoc optimè facit præter illos, quòd licet tutor non poſsit autoritatem præſtare pupillo ad ſuum commodum , nec aliàs res pupilli ad ſuum commodum tractare,per textum in l.1. ff. de autorita. tut. & in l.ſi in emptione.§.vlt.ff. de contrahen. empt. cum ſi. tamen ſi is,qui nunc tutor, aliàs à parte pupilli emit fundum , poteſt tutor ipſe,ipſam venditionem exequẽdo fundũ ſibiipſi tradere,per textum not.in l.ſi fiſtulas,§. fundum. ff. de contrahen.emp.quem ita intelligit Bar.in l.2. ad fi.& ibi etiam Imo.& Raph.Com.ff.de ſtipu.ſer.Bal.in l.ſingularia.& ibi etiam Saly.Rom. & Alex.col.3.verſ.præterea etiam.ff.ſi cer.pet.Bald.in l.bonorum,col.vlt.C. qui admit.& l.cùm ipſe,in fin.C.de contrah. emp.& conſil. 289.quæſtio iſta,col.1.li.3.Ang.Are.in §. actionum, in 17.q. in materia tutelarum ,Inſti. de act. de quo etiam multa per Bar.Imo.Raph.Co.Ro. Alex. & Iaſ.in l.1 §. fuit quæſitum.ff.ad Treb.& aliquid dicemus poſtea.

169 *De eadem re.*

¶ Et nonnihil etiam facit tex. in l. tutor rerum.ff. de adminiſt.tut.quem dicit Bart.ſing.& no.ad hoc,quòd tutor ſe autore, poteſt ueluti in conſequentiam, & ut ita loquar, ſequelam uenditionis rei minoris alteri factæ ſibi rem ipſam retinere,ſi emptor pretium non ſoluit, & tutor de ſuo in utilitatem pupilli conuertit. Quem etiam textum ad hoc ponderat,& reputat ſing. Ro.in d. l. ſingularia,col.5.uerſi.quibus adde.ff. ſi cert.pet. Iaſ. in l.1. §.item acquirimus,colum.2.ff.de acquiren. poſſ.in vtraque lect.Facit & quod tradit Bal. in l.iubemus, C. de eman.lib.quòd ſi pater conſenſerit filio impetranti reſcriptum, non ampliùs requiritur ipſius conſenſus in proceſſu cauſæ.& ſequitur Alexand.conſi.59.uiſo proceſſu, col.2.uerſi.unde dicit , lib.2.Et facit etiam tex.in l.ſi ita ſcripſero.ff.de condit.& demon. & in l. quem hæredi.ff. de reb.dub.ubi diſpoſitio ſequens, ſumit robur à pręcedenti,quæ dirigitur in ipſam.Et faciunt quę dicam infrà eodem,in 8.gl.in 23.q.

170 *An autem uxor poſsit tradere nudã poſſeſ.*

¶ Secundò intellige, ut procedat in tranſlatione rei ſuæ. Nemo enim eam transferre poſſet ſine autoritate mariti: ſecus ſi nudam poſſeſsionem in re quapiam haberet. poteſt enim eam liberè tradere ſine aliqua ſolennitate ſtatuti exemplo minoris, qui & ſine decreto idipſum facere poteſt, non ſi aliter obligando , ſi credimus Bald.idipſum affirmanti in auth.ſacramenta,col.2.uerſ. reuoco in dubium,C. ſi aduer.vendit. per l. magis puto. §.1.ff.de reb.eorum. Qui tamen tex. hoc non dicit, ſed potiùs videtur velle contrarium . Eius enim hæc uerba ſunt: Si pupillus alienũ fundũ bona fide emptum poſsideat,dicendum puto:nec hunc alienare tutores poſſe.& ſubdit Accurſ.ibi , ſine decreto, cùm ſit pupillus quaſi dominus:habet enim publicianam.l.1. ff.de publi.Quin & in gl.ſeq.ad fi.dicit,quòd ſi etiam ſine titulo rem alienam bona fide poſsideat,non poterit ea res alienari ſine decreto.Cæterùm Iaco.Aretin.quem ſequitur Barto.& ipſe Bal.ibi,tradunt,aliud eſſe,ſi pupillus nudam poſſeſsionem habeat:tum quia de poſſeſsione nihil dicitur in oratione , tum quia ſine tutore pupillus eam transferre non poteſt.l.poſſeſsionem.ff.de acq. poſſ. Ergo cum tutore poteſt.Ex quibus & ego in hoc noſtro caſu concludo,quòd non poteſt mulier etiam nudam poſſeſsionem ſine autoritate mariti tradere.

171 *An uxor poſsit officium procur. ſuſcipere, & exercere ſine cõſenſu uiri.*

¶ Decimoquintò quæro, An poterit mulier officiũ procurationis ſuſcipere & exercere. Quæ quidem quęſtio pleriſque ſtatim uidebitur ridicula , quia fœmina non poſsit eſſe procuratrix. l. neque fœmina. ff. de procur.& l.ſecunda. ff. de regul. iur. Sed hoc certè intellexit Bartol.in dicta l.2. procedere in iudicio, ſecus extrà iudicium,& ad negotia: & idem voluit Alberic. & alij, in l.alienam.C.de procur. & ipſe Alberic. in l. ſi procuratorem.§.1.ff.manda.Bal.in l.1.§. ſecundo loco. ff. de

poſtu-

*Caſus, in quibus mulier poteſt eſſe procuratrix.*

poſtulat. Panorm. & Dec. in cap. cùm dilecta, de confir. vtili, vel inuti. Et eſt etiam bonus tex. in l. idemque. §. ſi cui mandauero. ff. manda. & facit tex. in l. 1. §. parui autē refert. ff. de exerci. & in l. ſed & ſi quis. §. parui autem refert. ff. de inſtito. Quinetiam poteſt eſſe procuratrix in iudicio voluntariæ iuriſdictionis, per textum in l. 1. §. illud quoque. vbi & hoc no. Bal. C. commun. de manu-quamuis ille tex. (ne hoc ſilentio prætermittam) loquatur in caſu ſpeciali, vt no. glo. ibi. per l. nec mulierem. ff. de manu. vind. Sed & in iudicio quoque in cauſa ad ſalutem animarum pertinente, vt in repetitione vſurarum, decimarum, & aliorum id genus, vt voluit Archid. in capit. ſcriptum. 6. quæſtio. tertia, per capit. duæ ſunt. 19. quæſt. 2. vbi ſcribitur non eſſe diſputandum de apicibus iuris, cùm tractatur de ſalute animarum. Illud autem, non poſſe quempiam eſſe procuratorem vel arbitrum, eſt & ex iuris apicibus. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. & ibi gl. manda. Et hoc dictum Archid. ſequitur & dicit ſingul. & Canoniſtis incognitum, Bom. ſing. 687. tu audiuiſti. Sequitur etiam Anton. ab Alex. in d. l. alienam. C. de procurat. & Philip. Dec. in dicto capit. cùm dilecta, de confirma. vti. vel inutil. & in d. l. 2. ff. de reg. iur. In quibus locis & alios caſus ponit, in quibus mulier poteſt eſſe procuratrix, & alios quoque Specul. in tit. de procurat. §. 1. colum. 1. verſic. item in caſibus, & multis ſeq.

172 *Deciſio quæſtionis.* ¶ Verùm vt ad quæſtionem propoſitam redeamus, Ang. poſt Iacob. Aretin. loquens in illo primo caſu in l. quamuis, in princip. ff. de acquir. poſſ. eleganter decidit per illum tex. quòd licèt mulier ex forma ſtatuti nō poſſit obligari ſine conſenſu mariti, poteſt tamen officium procuratoris extra iudicium ſuſcipere, & tenebunt geſta per eam. & hoc modo dicit ſe obtinuiſſe Florentiæ, vbi eſt huiuſmodi ſtatutum. & ſequuntur Rom. Alex. & Fran. Aret. ibi, & pro ſingu. citat Phil. Dec. in d. c. cum dilecta, col. pe. verſi. & hoc procedit, extrà de confir. vti. & in d. l. 2. col. 4. de reg. iu. & conſi. 268. concluſio. col. 1. & Catel. Cotta: qui & id dicit ſingu. & memoria dignum, memo. incip. mulier regulariter, in fi. Sed idem voluit ipſe Ang. in l. mutuum. vti & Alex. in fi. ff. de acq. hær. Franc. Aret. & Iaſ. in l. more, eod. tit.

173 *De eadē re.* ¶ Simile eſt, quod voluit idem Aret. in l. moris. ff. de pœnis, quòd ſi ex forma ſtatuti bannitus agere non poſſit, poterit tamen procuratorio nomine alterius agere, & valebit, quod per eum eo nomine factum fuerit. Quod dictum ſequitur, & dicit ita ſe de facto obtinuiſſe Albe. in vlt. parte ſtatutorum. quæſt. 63. cuius eſt initium, item quæro ſi bannitus, vbi ad hoc multa allegat, quæ ibi in promptu ſunt omnibus, ſi quis noſſe deſiderat.

174 *Filiusfamilias pōt eſſe in iudicio alieno nomine.* ¶ At ſimilius eſt, quòd licèt filiusfamil. non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. l. vlt. §. neceſſitate. C. de bonis quæ liber. admittitur tamen procuratorio nomine, vt eſt tex. in c. non iniuſtè, & ibi gl. Hoſt. Bald. & alij, extrà de procur. & tex. in l. filiusfam. §. ipſe quoque. & ibi Guliel. Cu. Bar. & Bal. ff. eo. & omnium optimus in cap. qui generaliter. §. 1. eo. tit. lib. 6. & voluerunt gl. & Bar. in l. ſi longiùs. §. ſi filius. ff. de iud. & glo. in c. vlt. in verbo, regulariter, in prin. de iud. lib. 6. Spec. tit. de actore, verſic. ſed an egeat, & ibi Io. And. in addit. ipſius. & Bart. & alij in d. §. neceſſitate.

175 *Prohibitio contrahendi intelligitur nomine proprio.* ¶ Sed & propiùs quoque accedit, quod voluerūt Roman. Alex. Soc. & Iaſon in l. quæſitum, per illum textū. ff. de in ius vocan. quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd non poſſit mulier, vel minor contrahere ſine conſenſu propinquorum, tale ſtatutum non procedit, quando contrahunt nomine alieno. Quod etiam voluit Fulgoſ. conſil. 75. ex facto proponitur, columna ſecunda, verſic. conſequens eſt. & item col. 3. verſ. deinde & ſi ad filiam. Paul. Caſt. in l. cuicunque. §. ſi ab alio, in fi. ff. de inſtito. & Ale. in addit. Bart. in l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quibus cau. in poſſ. eat. & Iaſon in l. ſi vnus ex argentarijs. §. pactus ne peteret, col. 9. ver. ſecundò intellige. ff. de pact. & l. exigendi, col. pen. C. de procur. & in d. l. more, col. vlt. ff. de acq. hær. Io. Bap. Cacia. in repet. l. cunctos populos, char. 16. col. 4. verſi. hic inſeramus. C. de ſum. Trin. & Caro. Ruin. conſi. 53. de duobus, col. 5. nu. 16. lib. 2. & Hiero. Gratus conſi. 46. caſus ſatis clarus, in fi. lib. 1.

176 *Mulier prohibita contrahere, an vt tutrix poſſit contrahere.* ¶ Ex quibus planè videri poſſet pleriſque, decidi poſſe illud dubium, An ſtāte illo ſtatuto, quod prohibet, mulieres contrahere ſine conſenſu vel autoritate Mundualdi, vel propinquorum, poſſit mulier tutrix ſuorum filiorum contrahere eo nomine, ſine ea ſtatuti ſolennitate. Quod poſſe videtur ex ſuprà dictis. Verùm contrarium tenuit Raph. Co. qui & ita dicit, ſe aliquando, cùm ex facto contigiſſet, reſpondiſſe. & poſt eum Iac. à Puteo, in d. l. apud Iul. §. 1. Quos nuncupatim ſequitur Alc. ſi is eſt in tract. præſumptionum, regu. 1. præſump. 52. nu. 6.

177 *Pater pōt agere contra filium familias alieno nomine.* ¶ Facit etiā ad ſuperiora. quod voluit Accurſ. in l. lis nulla. ff. de iud. limitans illum tex. quo cauetur, non poſſe quempiam agere contra eum, quem habet in poteſtate, vt videlicet procedat, cùm ageret ſuo ipſius nomine, non etiam. ſi alieno, videlicet tanquam procurator alterius, aut aliàs, per d. l. quæſitum. & illā gl. ſequitur Alex. in addi. Bar. in d. l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. & Iaſ. in d. l. quæſitum. ff. de in ius voc.

178 *Laicus alieno nomine tractat nego. eccl. & ſpiritualia.* ¶ Nec longè abeſt, quòd licèt laicus non poſſit tractare negotia eccleſiaſtica, vel ſpiritualia, per cap. decernimus, de iud. cum ſim. hoc tamen intelligitur, quādo proprio nomine id faceret, ſecus ſi alieno, per tex. expreſſum in c. 1. de procur. lib. 6. Et ideo poteſt laicus nomine clerici abſentis acceptare beneficium, vt no. Io. And. Pano. poſt alios in capit. accedens, de præbend. & Calde. conſi. 1. eodem tit. de præbend. & Paul. Eleaz. in Clem. 1. eod. quoque tit. & ibi quoque Card. in 3. q. de renunc. Poteſt & nomine clerici permutare, & reſignare beneficium, ſecundum Collect. in d. cap. decernimus, quem refert & ſequitur Rota, deciſio 104. nota quòd vbi aliquis, in antiq. & deciſ. 418. nota vtrum permutatio, etiam in antiq. & de hoc eſt gl. ord. in d. 1. Clem. in verbo, procuratorem, & ibi Pau. Elea. & Cardin. in 3. quæſt. de renunc. Poteſt & ex mandato Abbatis recipere monachum ad profeſſionem, vt voluit Io. Ligna. in cap. ad apoſtolicam, de regula. Poteſt conſtitui procurator clerici ad eligendum certam perſonam, vt expreſsè voluit Deci. in repet. d. c. decernimus, col. 6. verſ. ſubſequenter Abb. hic dicit arg. c. ſi Epiſcopus nullis, de preb. lib. 6. et c. is cui, de offi. deleg. eo. lib. Secus ſi conſtitueretur procurator ad eligendum ſimpliciter, et ita relicto illi arbitrio, quem vellet, eligendi, quia id fieri nō poſſet, vt per Io. And. in c. quod alicui, col. vlt. de reg. iur. lib. 6. cum concor. per Decium adductis in d. c. decernimus.

179 *Pupillus an reſtituatur contra id, quod alterius mādata geſſit.* ¶ Poſtremò licèt pupillus non poſſit obligari ſine tutoris autoritate, d. l. quamuis. ff. de acquir. poſſ. et l. more. ff. de acquir. hæred. cum ſimil. tamen ſi alienum negotium eius mandato geſſerit, qui mandare potuit, valebit quod ab eo geſtum eſt alieno nomine, nec reſtituetur. l. cum mandato. ff. de minor. quam ita allegat Fulgo. dicto conſilio 75. loco ſuprà allegato. Sed aduerte, quod ea lex ſimpliciter loquitur de minore, nec de pupillo quicquā dicit, nec fortè intelligi poteſt, vt qui non poteſt eſſe procurator ad negotia: nam ea res exigit ætatem decimumſeptimum annorum, per textum in l. ſi collectaneus. ff. de manu. et in §. eadem lege, Inſtitut. qui et quib. ex cau. manu. non poſſ. et in d. c. qui generaliter. §. vlt. de procu. lib. 6. de qua re tamen vide latè per Bar. Bal. et alios in l. exigendi. C. de procu. Bal. in l. minor autem. ff. eo. Quicquid ſit, tex. habemus, quòd pupillus nomine alterius, videlicet tanquam inſtitor, poteſt contrahere, et obligare dominum, in l. ſed et ſi quis, verſi. pupillus. ff. de inſtito. quem ipſe Fulg. allegat.

180 *Limitatio præcedentium.* ¶ Hæc limita primum procedere, vt videlicet minor et mulier non obſtāte prohibitione legis vel ſtatuti poſſint nomine alterius contrahere, et obligari, quantum ad hoc, vt valeat, quod fecerint in preiudicium domini, cui imputandum eſt omnino, quòd talem elegit, per d. l. cū mandato. et ibi concord. non etiam quantum ad id, vt ipſe minor, aut mulier priuatim obligetur, niſi interueniat ſolennitas requiſita à lege vel ſtatuto, vt expreſsim dicit Pau. Caſt. in d. l. cuicunque. §. ſi ab alio ff. de inſtito. et Soc. in d. l. quæſitum. ff. de in ius vocan. Super quo vide Corn. conſi. 16. in præſenti conſultatione, lib. 4.



181 *Altera.* ¶ Limita ſecundò, vt non procedat in mādato legis, quod exercere non poteſt is, qui propria negotia nō poteſt adminiſtrare, per tex. in l. vlt. C. de legi. tut. et in l. non ſolum. §. ſi libertus. ff. de excuſ. tut. quibus iuribus cauetur, ꝙ ſicut minor non poteſt adminiſtrare propria bona, ita nec poteſt eſſe tutor legitimus. Et ita nominatim limitat Fr. Are. in d. l. quamuis, in prin. ff. de acq. poſſ.

182 *Tertia.* ¶ Limita tertiò, vt non procedat etiam in mandato hominis, quòd reſpicit publicam vtilitatem, vt etiam ſpeciatim limitat Fran. Aret. vbi ſuprà, per id quod voluit Io. And. in regula, quod alicui, de reg. iur. lib. 6. in Merc. ꝙ non poteſt conſtitui procurator ad eligendum Prælatum is, cui per indiſcretionem ætatis, vel ex alia inhabilitate, quæ non pōt remitti per eligentes, eſſet inhabilis ad eligendū nomine proprio, quod reputat ſing. ipſe Aret.

183 *An vxor liberè poſſit conſtituere procur. ad contrahen.* ¶ Decimoſextò quæro, quid è diuerſo? An mulier poſſit ſine conſenſu mariti conſtituere procuratorem ad contrahendum? Bald. in l. 1. colum. 7. verſi. dicet aliquis. C. qui admit. dicit, quòd ſi mulier ſecundum conſuetudinem loci, non poſſit adire hæreditatem ſine autoritate coniunctorum, ea tamen poterit ad hoc procuratorem conſtituere. et ita dicit voluiſſe Bar. in l. gerit, in penult. quæſtione. ff. de acquiren. hæred. vbi tamen nihil de hoc dicit, nec puto ſimpliciter eſſe uerū, per id quod in ſimili dicitur, quòd ſicuti minor non poteſt regulariter ſtare in iudicio ſine autoritate tutoris, aut curatoris. l. ſecunda, & tertia. C. qui leg. perſo. ita nec etiam procuratorem ad iudicia conſtituere, per l. neque tutore. & l. non eo minus, & ipſe Franciſ. Aret. C. de procurat. quod quidem non alia ratione fit, quàm quòd is per ſe ſine ea ſolennitate agere aut defendere non poteſt, vt diximus. *Minor qui per ſe pōt agere, in id pōt procuratorem conſtituere.* Quod hinc liquidò patet, quòd in caſibus, in quibus minor ſine tutore, aut curatore habet legitimam perſonam poteſt & ipſe ſolus in id conſtituere procuratorem, per l. tertia, in princip. & ibi glo. Bartol. & Angel. ff. rem rata hab. & l. ſi vnus. §. idem ait. ff. de iniur. & l. etiā. §. abſens & ibi Bartol. ff. de manu. vind. & in capit. ex parte. & ibi Doctor. de reſtitutio. ſpoliato. & Specul. titu. de acto. §. primo. verſiculo, licet filiusfamil. Bartol. Bald. & alios in dicta l. neque tutores. & Bar. in l. Diuus, quam legit cum l. 2. §. curatores, qui eſt vltim. ff. qui peta. tuto. & in l. nullus. §. is qui. ff. de procurat. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligat. & in l. mutus. §. is qui. ff. de procur. Bald. in cap. vlt. de iura. cal. & Ang. conſi. 143. tria videntur, in princip. & Socin. conſi. 239. præſentis conſultationis difficultas, columna quarta, verſic. probatur ratione, lib. 2. quod conſ. repetit conſi. 131. libro quarto. & Iaſon. conſi. 48. in caſu conſultationis, colum. 2. verſ. tertiò confirmatur, lib. 1. Et idem dicemus de filiofam. vt poſſit ſine autoritate patris procuratorem conſtituere, quibus & ipſe caſibus ſpreta patris autoritate poteſt agere, per textum in l. filiusfam. in princ. ff. de procur.

184 *Quæ per ſe facere non poteſt, nec procura. in id cōſtituere poteſt ſine ſolennitate.* ¶ Et propterea conſuluit Socin. d. conſi. 239. lib. 2. repetito, vt ſuprà diximus, columna 2. verſic. ſed difficultas oritur, atque iterum conſil. 254. viſa & conſiderata, colum. 1. eod. lib. 2. quòd ſi ſtatutum exigat aliquam ſolennitatem in factis minorum, ſi minor ad ea conficienda procuratorem conſtituat, debet interponere ſolennitatem ſtatuti: aliàs non valet. Et idem ante eum voluit Franc. Aretin. in l. mutum, columna vltima. ff. de acquir. hær. & ſentit Barb. conſi. 39. benè etenim cuncta geruntur, in 3. dubio, in princip. lib. 3. Et idem quoque voluit in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum, ſiue Mundualdi, Cæſar Lamber. in tracta. de iure patronatus in 9. art. 4. q. princ. 1. partis, lib. 2.

¶ Quibus adde, quod & in re non admodum diſſimili ex facto reſpondit Feder. Senen. conſi. 100. Abbas ſub iectus monaſterio maiori, quòd Abbas non poteſt conſtituere œconomū, ſiue procuratorem ad alienationem cuiuſpiam rei eccleſiaſticæ, niſi in id interuenerint eæ ſolennitates, quæ requirūtur ad eiuſdem rei alienationem. Id quod nuncupatim refert & ſequitur Lauren. Rodol. in repet. cap. ſine exceptione, in 56. q. 12. q. 2. & ipſe Socin. conſi. 52. viſo inſtrumento Syndicatus, in primo dubio, lib. 4. Et faciunt etiam ſcripta per Bald. conſil. 417. primum dubium, per totum lib. 2. 185 *De eadem re.*

¶ Nec id certè mirum eſt, quia prohibito aliquo, prohibetur & id, per quod ad illud peruenitur, per textum no. in l. oratio. ff. de ſponſa. & in §. quia tamen, Inſtitu. vi bonorum rapt. & in c. nam concupiſcentiam, ext. de conſtit. Igitur prohibita alienatione, id quidem prohibetur, ex quo alienatio ſequi poteſt. l. codicillis. §. mater. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & l. ſi ad reſoluendam. & ibi Bart. & Sal. C. de præd. minor. cum ſim. à me adductis in tracta. Retractuum, tit. 1. §. 1. in glo. 2. nu. 50. & hac eadem, & iterum in gl. 14. num. item 14. ex quo & titulo ſecundo, in fi. num. 30. & hæc quidem. Ex quo etiam illud fit, vt cùm in alienatione requiritur aliqua ſolennitas, eadem quoque requiritur in actu, ex quo alienatio ſequi poteſt, iuxta no. per Bal. in l. Præſes. C. de tranſ. & in l. 2. C. ſi aduer. tranſact. & per Pan. & alios in c. cum tempore, de arbit. Item quia qua facilitate induceretur mulier ad contrahēdum, eadem quoque induceretur ad cōſtituendum pro curatorem, Ideo æquè nihil valere debet. l. doli mali. ver. diuerſum. ff. de noua. Et vide quid dicam in ſeq. q. 186 *Rationes præcedentium.*

¶ Decimoſeptimò ſucceſſiuè quæro, an ſi mulier cōtrahat per procuratorem, requiratur conſenſus mariti. Bartol. in l. apud Iulianum. §. vltimo. in fi. ff. quib. cau. in poſſ. eat. dicit primum videri quod ſic, per §. præcedentem. vbi cum pupillo videtur contractum, ſi cum tutore illius contrahatur. Poſtea dicit in contrarium facere, ꝙ non propriè contrahit, & ſubdit, & cogitabis. In quo ita ſe dubium oſtendit, vt tamen in eam partem magis inclinare videatur, quæ poſterior eſt, iuxta tex. in l. ſi idem. §. vlt. & ibi Bald. Angel. & recent. qui afferunt concord. ff. de iuriſd. omnium iud. Et hanc etiam poſteriorem partem apertè tenuit Ang. Aret. in §. hæres quoque, col. 2. uerſi. quærit Bar. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contract. Et hoc cōfirmat tex. in l. licèt. §. 1. ff. de peculio. vbi ſi ſeruus impuberis contraxerit, dominus impubis obligatur de peculio. Non enim cum ipſis impuberibus contrahitur, vt tutoris autoritas requiratur. 187 *An ſi uxor contrahat per procuratorem, requiratur conſenſus viri.*

¶ Angel. autem in dicta l. apud Iulianum. §. vltimo, poſteaquam retulit Bartol. dicit, quòd contractus initus à procuratore mulieris, eſt nullus, quia mulier conſtituendo procuratorem, uerè contraxit, unde mandatum eſt nullum, quia continetur ſub prohibitione ſtatuti. Et ſi aliud diceretur, eſſet aperta uia fraudandi legem. Sed contractus initus à tutore, uel curatore mulieris, ualet, quia non includitur ſub uerbis ſtatuti, quoniam pupilla uel adulta tunc non contrahit, licèt contrahere uideatur, per dictam. §. præceden. ibi, quaſi cum eo cōtractum ſit. Verba enim ſtatuti ſunt propriè accipienda, non impropriè. l. prima. §. is qui nauem. ff. de exerci. et l. tertia. §. hæc uerba. ff. de negot. geſt. et l. eum qui uectigal. ff. de uerborum ſignificat. Et quia etiam ubi tutor contrahit, uel curator, ceſſat ratio ſtatuti, quæ fuit, ut conſuleretur fragilitati ſexus. Cui ſatis prouiſum eſt per interuentum tutoris, uel curatoris, qui tenetur ad rationem adminiſtrationis. Vnde ceſſante ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio. 188 *De eadem re.*

ceſſat eius diſpoſitio. leg. quod dictum. ff. de pactis. Hæc Angel.

189 *Si uxor cõſtituit procura. conſentiente viro, an is contrahẽs adhibere debeat cõſenſum ipſius uiri.*

¶ Poſt quem, Raph. Co. dicit, quòd ſi mulier conſtituerit procuratorem cum ſolennitate ſtatuti, quod quidem neceſſarium eſt, non opus eſt poſtea in contractu celebrato à procuratore ipſam ſolennitatem adhibere, illis duabus Angel. rationibus: quia tunc mulier propriè non contrahit: & ceſſat ratio ſtatuti, ſcilicet fragilitas ſexus. Et idem conſuluit Socin. conſil. 245. viſa & conſiderata, colum. 1. lib. 1. vbi & ad primum caput addit rationem, quòd qui non poteſt per ſe actum gerere, non poteſt per alium eius nomine gerentem, ſecundum Bar. in l. Ariſto. in fin. ff. quę res pign. oblig. poſſ. Sed idem conſi. 112. lib. 1. repetito in lib. 2. conſi. 172. multum abundè, colum. vlt. dicit in d. ſecundo caſu non ſatis eſſe, conſtitutum fuiſſe procuratorem cum conſenſu conſanguineorum, ſed eandem ſolennitatem eſſe adhibendam in contractu celebrando per ipſum procuratorem. & ita conſuluiſſe Maria. Socin. patrem ipſius, & alios plures celeberrimos Doctor. id quod etiam tenuit Ioan. Bapt. Cacia. in repet. l. cunctos populos, in 15. charta, colum. 4. verſi. & prædictis accedunt. C. de Summa Trinit. & in repetio. Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. vbi & hoc dicit conſuluiſſe plures illuſtres Docto. et Hippol. Marſil. ſing. 255. ſurrogatus, vbi et hoc reputat ſing.

190 *Reſolutio præcedentium. Primum cùm conſenſus nec in mandato interuenit, nec in contractu.*

¶ Ex quibus patet, hanc rem eſſe ſatis ambiguam: tamen vt eam faciliùs intelligas, in tria membra totã hanc tractionem diuidemus. Primum quando mulier contrahit ſine ſolennitate ſtatui, per procuratorem conſtitutũ, etiã ſine ſolennitate ſtatuti: et tunc haud dubiè non valet, per ea quæ diximus in præcedenti quæſtione. Quibus adde, quod in quolibet mandato ſubintelligitur, quòd ſolennitates iuris et ſtatutorum ſeruari debent, argum. l. miſsi opinatores. C. de exac. tribut. lib. 10. et quod voluit Bar. in l. 1. C. ſi propter pub. pen. et expreſsè tradit Soc. d. conſi. 239. præſentis, colũ. 3. lib. 2.. Propterea niſi procurator eas ſeruauerit, nihil egit. Et quòd ſubrogatus tenetur ſeruare eandem ſolennitatem, quam ſeruare tenebatur ille, cui fuit ſubrogatus, vt tradit Bald. in l. vlt. C. ſi emancip. ita fuer. alien. ubi dicit, quòd Epiſcopus, qui in locum executoris per negligentiam illius fuit ſubrogatus, iuxta leg. nulli. C. de Epiſcop. et cleric. tenetur bona diſtribuere, ſecundum conſilium Gardiani: quemadmodum executor, cui hoc teſtator mandauerat. Sequitur Alex. in addit. Barto. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fuer. et Bar. in cap. cùm dilecta, col. 10. ſub nu. 112. et ibi Fely. col. 16. uerſic. amplia. 7. de reſcript. et idem Fely. in cap. cùm acceſsiſſent, col. 8. uerſi. et ex hoc dicto, de conſtit. Et ſimile eſt, quod etiam voluit Ioan. Andr. in regula contra eum, in Mercur. quòd Epiſcopus cui deuoluta eſt electio competens certis monachis, et ita in eorum locum ſubrogatus, tenetur, ſicut illi tenebãtur, eligere unum ex gremio illorum. Pro quo facit bonus text. quem tamen ille non allegat, in Cle. 1. de ſupplen. negli g. prælat.

191 ¶ Nam et ſemper aliàs, nondum in illis caſibus, ſubrogatus eadem omnino habet onera, et incommoda, eademq́, commoda, atque is, in cuius locum ſubrogatus eſt: vt patet ex l. decernimus. et ibi ex Barto. et alijs. C. de aquę duct. lib. 11. et l. in fin. C. de Colleg. eod. lib. 11. et l. unicuique. C. de prox. ſacro. ſcrin. lib. 12. et l. 2. et ibi not. ab And. Barul. C. de Comit. rei milit. eod. libro. et voluit Stephan. Bertr. qui ex hoc in pulchro caſu conſuluit, ut per eum uidere licet, conſi. 73. legatus ſanctiſsimi, colũ. 2. nu. 3. lib. 4. Quibus etiam adde, quæ et nos ſcripſimus in Tractatu, *Le mort ſaiſit le if*, parte 2. declaratio. 9. nu. 8. incip. præterea ſubſtitutus.

192 *De eadẽ re.*

¶ Et ſi aliter diceretur, in hoc caſu noſtro, facilè fieret fraus ſtatuto, cui omnibus modis obuiandum eſt, iuxta l. in fundo. ff. de rei vend. Et vt id fiat, debet iſte caſus intelligi in ſtatuto, arg. l. pupillus. §. 1. ff. de autorita. tutor. & l. fraus. ff. de legi. cum ſim. Etiam ſi pęnale eſſet, aut exorbitans, vt diximus, & multis probauimus ſuprà nu. 115. inci. nam & in hoc, & in ſeq. Ex quo nõ obſtat, quod dictum eſt, mulierem contrahentem per procuratorem, non propriè, ſed fictè contrahere, & ſtatuta debere intelligi propriè. Et quòd præterea dici poſſet conſtitutionem exorbitantem, loquentem de contractu, non habere locum in contractu ficto, per tex. not. in l. ſi quis in legatione. vbi id not. Bal. ff. de iud. quia id debet intelligi, niſi aliàs facilè fraus fieret ſtatuto, vt diximus.

193 *Qui per alium facit, an propriè facere dicatur vide in gl. ſeq. nu. 27*

¶ Quanquam & his obiectionibus alijs quoque multis modis reſponderi poſſet. Primò quidem, quòd illud non ſemper verũ eſt, vt qui facit per aliũ, fictè & impropriè facere dicatur, vt videre licet ex Barto. latè in l. ſed ſi vnus. §. ſeruus. ff. de iniur. & in l. 3. §. ſi procurator. et ibi quoque Ang. Pau. Caſt. et Alex. ff. quod quiſq; iuris. Barto. in l. ſi is qui pro emptore. in materia fictionis tranſlatiuè de vna perſona in aliã, & ibi quoque Imo. in vlt. char. Roma. et Iaſon char. antepen. verſic. circa fictionem. et multis ſequen. ff. de vſucap. et Bal. in c. cauſam quæ. col. 1. uerſi. item qui facit, et ſequen. de elect. et in c. qualiter, in fi. et in ca. ſeq. ad fi. eod. tit. et conſi. 30. præſuppoſito ſtatuto, col. 1. lib. 1. et conſi. 384. ſtatuto ciuitatis, col. 1. lib. 5. et Pet. Anch. conſi. 171. col. 2. uerſi. 3. dictum ſtatutum. Philip. Dec. in l. is damnum dat. ff. de reg. iur. Et ex tex. optimo in l. certè §. 1. ff. de prec. et l. ultim. ff. ſi men. ſal. mod. dixe. et c. mulieres. §. ult. extrà de ſenten. vbi ita ſcribitur, cùm is committat uerè, cuius mandato delictũ committitur. quem ad hoc expendit Domin. conſ. 129. circa iſtud dubium, col. 1. in fi.

194 *De eadẽ re.*

¶ Secundò ſi etiam concedamus, non verè et propriè id ab eo fieri, cuius mandato factum eſt, vt ſatis apertè innuit alius tex. in l. aut qui aliter. §. et cùm interdictum. ff. quod vi aut clàm: tamen cùm in hac noſtra ſpecie nõ valeat (vt iam ſatis diximus) conſtitutio procuratoris, ſiue mandatum à muliere datum ſine conſenſu mariti, quod quidem mandatum eſt fundamentum contractus à procuratore initi: conſequens eſt, nec ipſum contractum factum, ui illius mandati nõ valere, ar. c. cùm Paulus. 1. q. 1. cum ſi. nam et deſtructo antecedenti, deſtruitur et conſequens. l. ſi homo mortuus, et ibi Bald. ff. de uerbor. oblig. et no. gl. in l. eum qui, in prin. ff. de public. in rem actio.

*Conſequẽs ſequitur antecedẽs*

195 *De eadem re.*

¶ Denique ſi hic actus fictus eſt (vt nonnulli cõtendunt) tamen ſubrogatur loco veri: quia procurator uerè contrahens repræſentat perſonam mulieris, cuius nomine contrahit. l. ita autem. §. geſsiſſe. ff. de admi. tutor. et l. qui per aliũ. ff. de reg. iur. Vnde ſicut diſpoſitio facta à ſtatuto de perſona vera, trahitur ad fictã, quæ uerã perſonam repræſentat. l. poſtulante, in princip. et ibi Bar. ff. ad Treb. et in l. 2. ff. de leg. præſt. et benè facit l. libertum. §. Senatus. ff. de ritu nupt. Ita diſpoſitio facta de vero cõtractu, trahitur ad fictum, qui ſubrogatur loco ueri: et eò quidem faciliùs, quò faciliùs fit extenſio de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonã, vt uoluit Raphel Com. in l. commodiſsimè. ff. de libe. et poſthum. Franc. Aretin. et Iaſ. in ca. Gallus. §. et quid ſi tantùm, uterque col. 5. ff. de libe. et poſthum. et Iaſ. in l. cùm res. ff de leg. 1. cum alijs multis concor. à me traditis in repet. l. ſi unquam, in uerbo, libertis, nu. 27. incip. ſi igitur. Propterea Bart. in l. 2. §. liberis, qui 1. eſt. ff. de legatis præſtan. dicit, quòd ſtatutum prohibens ſub pœna contrahi cum bannito, habet locum in contrahente per procuratorem. Et ita expreſsim in noſtro caſu voluerunt Ang. et Rapha. Com. in d. l. apud Iulianũ. §. vlt. et Franc. Aret. in d. l. mutũ, col. vlt. ff. de acqu. hæred. Socin. quoque, et Iaſ. in l. 1. §. item acquirimus, ille, col. 3. uerſi. ſed aduerte quia iſte: hic, col. 2. et 3. ff. de acqui. poſ. in ult. lect.

Secundum



196 *Quid ſi procurator ſit ſpecialiter cõſtitutus viro conſentiente.*

¶ Secundum membrum eſt, quando mulier contrahit per procuratorem, cum ſolennitate ſtatuti conſtitutum, & quidem ſpecialiter ad certum & ſpecialem contractum faciendum: & tunc non amplius neceſſe eſt adhibere eam ſolennitatem, cum contractus ipſe ab eo procuratore conficitur: vt in ſpecie conſuluit Fede. Senen. conſ. 110. Abbas ſubiectus. & latius Lau. Rod. in rep. c. ſine excep. in 10. q. & iterum in 19. q. 12. q. 2. & Raph. Co. in d. l. apud Iul. §. vlt. & Alex. conſ. 189. viſo ſtatuto, col. 4. ver. eſt verum, li. 7. Soc. in l. ſi quis nec cauſam, in prin. col. 2. verſ. extra materiam. ff. ſi cer. pet. & d. conſ. 254. & Iaſ. in d. §. item acquirimus. & Ioã. Camp. in tract. de dote, partè 5. q. 108. Et ad hoc faciũt, quę collegimus ſuprà nu. 165. incip. ſed hoc intellige, & ſeq. ad probandum, quòd in executione contractus facti cum ſolennitate ſtatuti, non amplius requiritur eadem ſolennitas. Et vide multa ad hoc quoque facientia, infrà in gl. 8. in q. 23.

197 *Quid ſi generaliter.*

¶ Tertium membrum eſt, quando mulier contrahit per procuratorem cum ea ſolennitate conſtitutum, non quidem ſpecialiter, ſed generaliter tantùm: & hic caſus eſt magis dubius. Et primò quidem videtur, quòd ſufficiat procuratorem fuiſſe generaliter conſtitutum cum ſolennitate ſtatuti, vt poſsit poſtea contrahere ſine huiuſmodi ſolennitate, per textum in dicta l. 1. §. item acquirimus, vbi conſenſus generaliter adhibitus, in conceſsione peculij, cenſetur etiam adhiberi in acquiſitione poſſeſsionis, poſtea per ſeruum facienda ex cauſa peculiari, & conſequenter in actibus peculiaribus, qui fiunt poſtea. Et propterea in ſimili dicimus, quòd licèt lex requirat conſenſum patris, quando filiusfam. agit in iudicio. l. vltim. §. neceſsitate C. de bon. quæ liber. tamen ſufficit à principio generalis conſenſus patris præſtitus pro omnibus cauſis futuris: vt voluit Cyn. in d. §. neceſsitate, in 3. q. & ibi Bald. & alij. Et idem in conſenſu, quem debet pater præſtare filio donanti cauſa mortis. dicit Bart. in l. tam is. §. 1. in pen. q. ff. de dona. cauſ. mortis. Er idem quoque in conſenſu, quem conſanguinei debent interponere in contractu mulieris, dicit And. Alciat. in lib. 2. de verbor. oblig. char. 19. Et ſi aliter diceremus, ſolennitas interpoſita in ipſa conſtitutione procuratoris generalis, nihil operaretur.

198 *De eadem re.*

¶ Contrà videtur non ſufficere conſenſum mariti fuiſſe adhibitum in conſtitutione generali procuratoris, niſi adhibeatur, cùm procurator poſtea contrahit. Primò, quia non ſufficit hoc caſu conſenſus generalis, ſed debet eſse ſpecialis, & ad certum, ſpecialem, & expreſsum caſum, ut latè poſtea dicemus infrà in 7. gloſ. Secundò, quia maritus debet in ſpecie intelligere actum, cui debet præſtare conſenſum, vt latè etiam dicemus infrà in gloſ. 8. in 22. quæſt. Et hanc partem expreſsè tenent Fede. Senen. d. conſil. 100. Lauren. Rod. in repet. d. c ſine exceptione: & Iaſon, qui ad hoc alia pleraque allegat, in dicto §. item acquirimus, in vtraque lect. vbi & reſpondet illi tex. quod loquitur in acquiſitione poſſeſsionis, & ſic in actu vtili, in quo non requiritur huiuſmodis ſolennitas. ſicut & latè dicemus infrà in eadem 8. gloſ. in 8. quæſt. Item loquitur in perſona habili, quæ ſola ſibi poteſt in omnibus præiudicare. ideo non mirum, ſi ab initio ſufficiat conſenſus generalis. Hic autem loquimur in perſona inhabili, quæ non poteſt liberè diſponere: vt & in ſimili dicit Bar. in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſſeſ. reſpondendo ad d. l. iubemus nulli, in ti. C. de ſacr. eccl. Et ita etiam (inquit) reſpõderi poteſt ad aliud fundamentum ex doctrina Cy. & aliorum in d. §. neceſsitate. Sed & hanc quoq; partem nouiſsimè ſecutus eſt Alc. in l. tranſactionem. C. de trãſact.

199 *De eadem re.*

¶ Et hoc quidem nota. extende ex eo, quod multis rationibus ſuffultus voluit Socin. in d. §. item acquirimus, colum. 4. verſicul. octaua, & vltima concluſio. referens Maria. patrem conſuluiſſe (& id quidem eſt, de quo etiam loquitur, licèt non adeo clarè, in d. cõſ. 112.) in quęſtione facti, in qua videlicet minor conſtituit procuratorem cum ſolennitate ſtatuti, ad renouandas ſocietates finitas per patrem, quòd nihilominus tenetur huiuſmodi procurator adhibere ſolennitatem, dum renouat: aliàs quod agit, non valet: dicitq; huic conſilio ſubſcripſiſſe plures Doctores. Et ſecundum hanc ſententiam intelligi debet Paul. Pariſ. conſ. 68. circa præſentem. nu. 46. lib. 1. vbi & alios allegat. In qua re animaduertẽdum eſt, quòd is procurator erat conſtitutus ad certos actus renouandos, licèt non in ſpecie ad certum actum, & hoc ſimpliciter refert & ponderat Iaſon in d. §. item acquirimus, col. 3. in 2. lect. Quę res euidenter oſtendit, non ſatis eſſe procuratorem fuiſſe conſtitutum cum ſolennitate ſtatuti ad aliquos actus, ſine ſpeciali declaratione actuum.

¶ Decimooctauò, quæro, an poſsit vxor ludere iniuſſu viri. De ludo autem permiſſo loquor: nam alium, ne conſenſus quidem mariti licitum vxori poteſt facere. Atqui ſuapte natura licitus eſt, vxori tamen interdicitur, ſi fiat ob pecuniam: & ſi ludat, & perdat, poteſt maritus repetere, ad quem bonorum vxoris adminiſtratio pertinet, ex noſtra conſuetudine, quemadmodum & de cæteris, qui non habent bonorum ſuorum adminiſtrationem, voluerunt Canon. c. clerici. de vita & honeſt. cler. cum alijs conc. adductis per Par. Pute. in tractatu de Ludo, char. 7. verſ. an perditum in ludo. 200 *An vxor poſsit ludere iniuſſu viri.*

¶ Quibus adde quod ſcribit Bal. in rub. C. de cõd. ob turp. cauſ. per l. ſeruus. C. de condi. indeb. quod qui in ludo ſcienter lucratur pecuniam ſerui, aut alterius, qui nõ ſit ſui iuris, furtum cõmittit, furtiq; tenetur. Et ſequitur Iaſon in d. l. ſeruus. Quodq; tradit ipſe Bald. in l. 1. ad fi. C. ſi quid in fraud. pat. quòd ſi pater ludendo (ludis quidem illicitis) omnia bona ſua diſsipauerit, filij poſt eius mortem poterunt reuocare vſque ad legitimam. & ſequitur Ang. Aret. in tract. malefic. in verbo, Metidore de mali dati, col. 3. verſ. quæro an uincens. Barb. conſ. illud. col. 1. lib. 3. & Paul Pic. qui id dicit ſing. in l. poſt contractum. col. 1. ff. de don. Iaſon in l. ſi arrogator, col. 9. verſ. ſecundò principaliter. ff. de adopt. & in §. item ſi quis, le. 1. num. 28. Inſtit. de act. & Fab. Gioch. in rep. authen. nouiſsima. in 23. q. princ. col. 2. verſ. ſed nunquid perditum. C. de inoffic. teſtam. Fran. Rip. in c. ſæpe. colum. 16. verſic. nonò dubitatur. de reſtit. ſpol. Hinc itaque potes intelligere, minùs licere etiam his, qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habent, ludere, quàm vendere, neque enim vendita reuocantur per filios, nec ad legitimam quidem, ſi fraus abfuit, ut patet ex toto tit. C. de inoffic. donat. 201

¶ Decimonono, quæro, an mulier poterit compromittere ſine conſenſu mariti? Et non poſse ex eo ſatis probatur, quod compromiſſum eſt quidam contractus tranſactitius: in idq́; fit, vt alter alteri obligetur ad ea quę ab arbitris iudicata fuerunt, vt not. in §. 1. in auth. vt diffe. iud. & tradit Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Bal. in l. 1. in 2. oppoſ. C. ſi aduerſus tranſact. Canon. in c. Quinta vallis, de iureiur. Ex quo Pau. Caſtr. conſ. 465. viſo compromiſſo, col. 1. lib. 1. reſpondit, filiũ è ſtatuto prohibitum, contrahere ſine conſenſu patris, non poſse ſine eius conſenſu compromittere, nec ſi fecerit, teneri ſtare arbitri ſententiæ. Et quod propiùs accedit ad noſtrum caſum, videlicet in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, voluit Lanfran. in tract. de arbit. in 5. q. 5. patris princip. qui & ad hoc alios allegat, vt ibi videre poteris. 202 *An compromittere.*

¶ Illud autem proculdubio verum eſt, alienari prohibitum, nec compromittere quoque poſse, vt ſatis probatur in c. peruenit. iuncta glo. & Panor. col. 2. verſic. & ex hac glo. de arbitr. & in ca. cum tempore. & ibi Hoſti. & Ioan. Andr. in verbo, licentia. Petr. Anchar. Imol. & Anton. colum. vlt. & Panor. col. 2. eodem tit. & uoluit 203 *De eadem re.*

etiam

etiam Hoſt.in Summa eiuſdem titul.§. de qua re.uerſic. nunquid vaſallus. Bar.conſi. 159. viſa quadam conſtitutione,col.3.uerſic. præterea iſta eſt regula. Bald. loquens in tutore & curatore,in d.l.1.C.ſi aduerſ.tranſact. Ang.ſimiliter de his loquens,in l.Imperatores.ff.de pactis.Paul. Caſtr.Alex.& alij recentiores,qui & de illis ipſis loquuntur,in l.iuriſgentium.§. vlt. ff.eod.tit. Lapus allega. 102. non poteſt clericus.Cardin.Florent.conſi.95. ad primū. col.vlt.verſi.ad aliud.Rom.conſi.175. dictū vltimū. col. 2.verſic.ſecundò principaliter.& conſil. 369. circa primum.col.4.verſi.tria autem. Alex. conſil. 22. oportunè. col.2.uerſi.qđ autē compromiſsio.lib.2.Carol.Rui.cōſ. 11.viſo compromiſſo.col.1.nu.2.& 3.li.4.& conſi. 129. & quod eſt eiuſdem initij.col.1.in fi.lib. 5.& Phil. Dec. conſi.39.iuridicam.col.1.verſi.tertiò nullitas.& cōſ.44. cuius ſuperſcriptio incipit,ſtatutū.col. 2.verſi.prædictis & conſi.445.in caſu ad me tranſmiſſo.col.5.uerſ.& ideò ille.& conſi.475.in cauſa quæ Mantuæ.ad fi. & con.479. in controuerſia.col.1.& conſi.502.ex duobus. col.1. & Maria.Socin.Iunior,conſ.77.lièt in præſenti.colum.16. nume.76.lib.1.

204 *Vaſallus non poteſt de feudo compromittere.* ¶ Ex quo Hoſt.& alij ſuprà allegati in d. c.cum tempore.de arbit.tenent,quòd cùm vaſallus non poſſit feudum alienare,niſi conſentiente domino, nec poſſit quoque ſine illius conſenſu de eo compromittere. Quod & ſimiliter voluit And. Iſer. in ca.1.§. ſin autem inter,col. 2.verſi.hodie putamus.tit.de leg.Cor.Bald. conſi. 121.à capite inchoantes.col.4.uerſi.ſecundò alia principali ratione.lib.3.Mart.Laud.in tract.de Principibus, cōcluſione 261.dux vel comes.Alex.conſi.1.ponderatis his.col. penult.verſi.nec ad hoc obſtat. lib.5. Iaſon in l. vlt.colū. 34.uerſi.nonò quæro. C. de iure emphyt. Decius dicto conſi.445.ubi ſuprà.Maria.Soc.Iunior, dicto conſi.77. nu.77.lib.1.Et id quidem ueriſimum eſt, licèt dubitet Franc.Cur.Iunior in tractatu feudorū,chart.42. uerſic. octauò principaliter quæro. & quamuis contrarium teneat Specul.tit.de arbitr.§.reſtat.uerſ.ſed nunquid vaſallus.Bald.in l.vlt.§.ult.ad fin.C.com.de legat. Roman.in leg.iuſiurandum, quod ex conuentione. §. 1. ff.de iureiurand.& lib. 1. §. & poſt operis in fin.ff.de ope. nou. nunt.& alij nonnulli, quos retulit Iacobus Aluar. in d. c.1.§.ſi inter duos.titul.de leg.Cor.

205 *An uxor poſſit tranſigere.* ¶ Vigeſimò,quæro ( & hæc quidem quæſtio admodum affinis præcedenti ) an vxor poterit tranſigere ſine conſenſu vel autoritate mariti. exiſtente hac noſtra conſuetudine. Et certè non poſſe, ſatis videtur ex his,quæ diximus in præcedenti quæſtione. Nam & in ſimili videmus, quòd minor, qui non poteſt rem immobilem ſine decreto alienare, aut de illa aliter contrahere, nec de illa quoque tranſigere poteſt.leg.non ſolum.C. de prædi.minor. glo.Bal.Salyc.& Angel.in dicta.l.1.C.ſi aduer.tranſact.Tranſactio enim ſpecies eſt alienationis,l.1.verſi.at ſi tranſegerit.ff.ſi quid in fraud.patron. Bal. in d.l. 1. ſtatim poſt principium.C.ſi aduerſus tranſact. Et contractus dicitur Bartol.in l.ſiue apud acta.col.4.verſi.his præmiſſis.C.de tranſact.& probat tex.in l.ſi donationis . in fin.& ibi Bal. C. quod metus cauſa. cum alijs multis concord.text.& Doct.à me adductis in tract. Retractuum, tit.1.§.14.gl.1.nu.65.& quicquid ſuprà.

206 *An litigare.* ¶ Vigeſimoprimò,quæro,an vxor poterit litigare,aut rem in iudicio deducere ſine marito? Et poſſe videtur, quia conſetudo noſtra,in his verbis,quæ commentamur, vtitur, verbo contrahendi . At in iudicijs non contrahimus , ſed quaſi contrahimus,l.3.§.idem ſcribit.ff. de peculio.quæ dictio improprietatem ſignificat ex propria ui ipſius.l.2.& ibi Bartol.ff.de inoffic.teſtam. & in l. diuortio.§.ſi fundum. in princip.ff.ſoluto matrimonio.cum ſimil. Statuta autem propriè intelligenda ſunt , vt iam toties diximus . Ideòque multi ſunt in ea opin. vt ſtatutum id noſtrum aliàs locum non habeat in quaſi contractibus,nec impediunt quò minus vxor ſit in iudicio : vt Bart.in l.apud Iulianum.ff.ex quib. cauſ.in poſſ. eat.& in l.Labeo.§.contractum.de verbor.ſignifi. cum alijs multis concordantibus à me latè congeſtis ſuprà hac eadem gl.in 11.quæſt.in princip.

¶ Ego verò in ea ſum ſententia, vt vxor non poſſit actiones exercere, ſine conſenſu & authoritate mariti. 207 *De eadem re.* Nam cum ea alienare prohibeatur ſine huiuſmodi conſenſu, actiones quoque exercere prohibetur. l. ait Prætor.§.1.ff.de iure delib.cuius hæc verba ſunt:Quid ſit,diminui vetabo, videamus. His autem uerbis Prætor non tantùm alienationem impedit, verùm etiā actiones exerceri non patitur. Eſt enim abſurdum,ei, cui alienatio interdicitur,permitti actiones exercere. Ex quo not. Bart. quod qui non poteſt alienare,nec actiones quoque exercere poteſt:vti etiam Andr.Iſer.in c.ſi vaſallus de feudo. tit.ſi de feud.fuer. controu. inter dom. & agnat. & Bald. cōſ.250.uiſo iſto proceſſu.poſt princ.li.4. & Paul.Caſtr. conſi. 119. dicendum in 2. dub. lib.2.Philip.Dec.qui & alia ad id citat,conſi.435.in caſu.col.5. nu. 24. & multis ſeq.& Dd.alibi ſæpe.

¶ Sed & videmus, quòd aliàs valeat argumentum à contractibus ad iudicia, cum vtrorùque eadem eſt ratio. 208 *Authen. ſacramenta habent locum in iudicijs.* Nā hinc authen.ſacramenta puberum. Cod.ſi aduer. ven. quæ loquitur in contractibus,habet locum in iudicijs,gl. quæ tamen nonnihil nutat.in d.auth.in uerbo,contractibus,in fi.& ibi aſſeuerantiùs Iac.Ra.Bar. Angel.Salyc.& cæteri prope omnes.Spec.tit de actore.§.1.verſ.ſed quid ſi iurauit.Mart.Laud.in l.1.& ibi Iaſon col.2.uerſi.ſecundò limita.ff.ſi quis in ius vocatus.& omnes penè,vt diximus. Pauci enim tenent contrarium, vt Iacob.Bald.& poſt eum Cyn.in d.auth.ſacramenta.& poſt eum Ang. ſibi contrarius in d.l.1.ff.ſi quis in ius vocatus.

¶ Poſſemuſque hic alios propè infinitos caſus adducere,in quibus iudicia & contractus æquiparantur. 209 Sed nos ſuprà in 11. quæſt. multis docuimus, leges & ſtatuta loquentia de contractibus, trahi ad quaſi contractus, cuiuſmodi iudicia ſunt. Et Pictones noſtri in eam rem, de qua tractamus,habent conſuetudines expreſſas, quibus ſcilicet vxores prohibentur litigare in iudicio,ſine cōſenſu virorum,niſi in certis caſibus , vt patet ex tribus.§. hunc noſtrum ſequentibus,qui ſunt 194. 195.& 196.Cuiuſmodi ſunt & aliæ plurimæ conſuetudines, *Conſuetudines.* vt Pariſienſis,cap.106.Trecenſis,cap.80.Caluimontēſis, capit. 66. Carnutenſis,cap.63.Santonenſis,cap. 74. Borbonienſis, cap.169.Bleſenſis,cap.3.Rochellenſis,cap.23.Niuernenſis,titul. *Des droitz appertenans à gens mariez*,cap.1.Claromontenſis,cap.183.Bituricenſis,tit.1.c.1.Burgundienſes,tit.*Des fiefs*,cap.9.Burdigalenſis,cap.3.Et ita,ut ſcilicet uxor non poſſit intereſſe iudicijs ſine conſenſu mariti, voluit Ioan. Lup.in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxo.§.68.colum.3.uerſic.& ex iſtis. ubi tamen poſtea diſtinguit. Licèt indiſtinctè contrarium tenuerit Nic. Euer.in locis legal. colū. 2.Quid autem ſi litigauerit,an ualebit iudicium,uide in gl. 8.nu. 61. 68.69. 70. 71.72.

¶ Sed in hac re poſſet quæri,quid ſi conſuetudo quæpiam ſimpliciter dicat, quòd vxor non poſſit in iudicio litigare, ſine conſenſu uel authoritate mariti , nec expreſsè dicat,quòd non poſſit contrahere, nec quòd vxor ſit in poteſtate mariti : 210 *Sed an uxor prohibita ſimpliciter litigare,cenſeatur prohibita contrahere.* vti eſt in Conſuetudine Syluanectenſi, cap.270.& Burdigalenſi, capit. 3. vtrùm tunc uxor poterit contrahere ſine conſenſu mariti, vt ita trahamus conſuetudinem loquentem de iudicio, & ſic de quaſi contractu,ad contractum.Quod videtur. Nā ſicut ualet argumentum de contractu ad quaſi contractum,ut diximus,ita è diuerſo de quaſi contractu ad contractum:ut patet ex leg. de qua re . §. cùm abſentem.ff. de iudi.& leg.Paulus.ff.de ſent. ſine appel. reſcin. vt per eos tex. uoluit Bal. conſilio 200. verba Cyn. in lectura, col.2.uerſi.item arguendo.lib.2. *Argumentū de quaſi contractu ad contractum.*

¶ Verùm



211 ¶ Verùm id non ſine dubio eſt. Neque enim tanta ratio eſt , vt quaſi contractus trahat ad ſe contractum : id eſt,res impropria propriam, quanta, vt contractus quaſi contractum:id eſt,res propria impropriam: cùm non tā tùm virium habeat improprietas,& imago,quātum proprietas & veritas, arg.l.filio quē pater.ff.de liber.& poſthu.& l.liber homo.ff. de ſtipul. ſeru. & l. electio.§. ſi is qui.ff.de noxal.cum ſimil.

212 *Non eadē eſſe in hoc caſu iudiciorum rationem & cōtractuū.* ¶ Et præſertim in hoc caſu,vbi maior eſt ratio,vt mulieres non interſint iudicijs ſine maritis,quàm vt non cō trahant ſine illis.Ipſa enim natura & pudor, ac verecundia ſexus,fœminis non permittit fora ac iudicia frequentare,nec ferendi quoque teſtimonij cauſa.c.mulieres.de iudic.lib.6.ne ſcilicet vagentur,& cœtibus virorum immiſceantur,vt ibi ſcribitur. Quod depromptum eſt ex l. maritus.C.de procur.vbi ita ſcribitur: Maritus citra mādatum vxoris intercedendi liberam habeat facultatem, ne fœminæ perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, ne cōuentibus virorum,vel iudicijs intereſſe cogātur. De qua re & nos multa diximus ſuprà,in 10.leg. connub. num.31. incip. igitur non temere,& ſeq. Sed quibus addes, *Platonis lex.* Platonis legibus,libro 2. non licuiſſe vxori, cuiuſcunq; ætatis eſſet, iudicio intereſſe ſine authoritate mariti: cùm tamen idē ipſe alibi ſæpe ius faciat mulieribus cætera omnia, vt viris,faciendi.

213 *De eadem re.* ¶ Ideò cùm ſit ſpecialis quædam ratio interdictionis iudiciorum, quæ non obtinet in contractibus , cumque iure communi non interdicantur mulieres cōtractibus, vel inſcijs maritis.l. velles.C. de donat. & alibi latè diximus.Cùm item interdictus iudicijs,ſine alicuius conſenſu,non interdicatur contractibus, vt patet in filioſam. qui non poteſt eſſe in iudicio ſine authoritate patris.l. ſi longiùs.§.1.ff.de iudic.& l.cùm non ſolùm.C.de bonis, quæ liber. poteſt tamen liberè contrahere , præterquam in mutuo, vt patet ex titu.ff.& C. ad S. C. Maced. Ita tamen (ne erres) non perpetuum eſt , nec generaliter concludit.

214 *Ratio diuerſa facit ceſſare argumentum à contractibus ad iudicia & è diuerſ.* ¶ Sed illud dubitatum eſt, quòd cùm non eſt eadem ratio contractuum & iudiciorum, ſiue quaſi contractuum,vnum ad alterum non eſt trahendum, præſertim cùm quærimus, an quaſi contractus ad contractum trahi debeat,vt patet ex gloſ.in cap.decet.in verbo,proceſſus.& ibi Dd.de immun. eccl. lib. 6. Nam etſi nonnulli eorum innituntur ea ratione, quòd ea conſtitutio ſit pœnalis: multi tamen hanc quoque rationem afferūt, quòd iudicia prohiberi in templis prohibentur, ob illorum ſtrepitum:quæ in contractibus locum non habent.Propterea ea conſtitutio prohibens exerceri iudicia, nō procedit in contractibus.

215 *Et cætera argumēta.* ¶ Et generale eſt, vt cùm valet argumentum de vno ad alterum, intelligatur,cùm vtriuſque eadem eſt ratio : vt uidere licet in argum.de toto ad partem,in l.ſed ſi lege.§.adeò.& ibi gl.in verbo, dimidiam.ff. de petit. hæred.& l.cùm de indebito.verſ.ſed hoc ita.& ibi Sal. in 4. notab.ff. de probat.cum ſimilibus à me collectis in tractatu Retractuum,tit.1.§.1.gl.7.in verbo,*ou autres choſes*,num.46.incip.tum poſtremò.Et in argum. ab æquiparatis.glo. 1.in c.præſenti.& ibi Dom.colum.2. verſic. nota bene iſtam glo.de ſent.excom.lib.6.cum alijs quoque concord. à me adductis in eodem tractatu Retractuum,titul.1.§.15.glo.1. num. 12. incip. verùm huius contrarium. Et argumentum à correlatiuis.l. curatorē. C.de interdict.matrimo.& l.vltim.cum glo.vltim.C. de reſcind.vend.Bart.Bald. Angel. in l. vlt.C. de indic. viduit.cum concord. ibi aggregatis à Iaſone, & à me in d. tract.Retractuum,tit.1.§.9.in glo.1.nu.4.incip.ſed hæc poſtrema.Et argumentum à contractibus ad delicta , & è conuerſo.Salyc.poſt Cyn.l.1.C. vbi de pœnit. aga.Et argumentum de milite armatæ militiæ,ad militem militiæ cœleſtis.Doc.in l.1.C.de iur.& fact.ignor.Panor.in c.1.de cler.ægrot.Alex.in l.miles.ff.de re iudic. Et argumentum ab alimentis ad piam cauſam. Rom. in repet. auth.ſimiliter.in 6.ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia.Et cętera omnia:nam ſi ea ſigillatim perſequi vellem,dies me potiùs deficeret.

¶ Vigeſimoſecundò,quæro, an uxor poterit ſine con ſenſu mariti res ſuas communes cum ſocijs diuidere . 216 *An uxor poſſit diuidere rē cōmunem.* Et breuiter dicas, eam non poſſe. Nam prohibitus vendere,aut permutare,cenſetur prohibitus diuidere.Vnde minor non poteſt ſine decreto diuidere eas res, quas ſine decreto non poteſt ueudere,aut permutare,l. non ſolùm,C.de præd.minor.& l.1.& ibi Bald.col.2. verſ.deinde opponitur,C.ſi aduer.tranſac. Diuiſio enim vicem emptionis, aut permutationis obtinet: vt de primo eſt text.in l.1.& ibi Dd.C.com.utriuſq; iud. De ſecundo, in l.cùm pater.§. hæreditatem poſt mortem.& ibi Bart. & Bald.ff.de leg.2.& latè diximus in noſtro tract.Retractuum,tit.1.§.32. glo.1.nu.88. incip. quid uerò in hac ſpecie. Dubium autem non eſt,quin contrahat, qui uendit & permutat:ergo & qui diuidit.

¶ Vigeſimotertiò,quęro,an & uxor poſſit commodare inſcio, ſiue non conſentiente marito . 217 *An commodare.* In qua re hic diutiùs immorandum eſſe, operæ precium nō ducimus, quando habemus text. id non obſcurè definientem , in l.ſi cōſtitutio.§.ſi uxor.& ibi Dd.ff. ſolut.matrimonio. & Flor.in l.pen.ff.ad leg. Aquil. ex quibus facilè intelliges,quid hic dicendū ſit,in caſu noſtræ conſuetudinis.

¶ Vigeſimoquartò, quæro, an & uxor poſſit inſcio marito, eleemoſynam largiri? 218 Gloſ. in c.quod Deo, in uerbo,hunc. & ibi Archid.32.q.5. dicunt, quòd de rebus dotalibus, non poteſt : quoniam earum dominium penes maritum eſt.l.doce.C. de rei uendi. Ac ne de rebus quidem paraphernalibus , ut dicit ea glo. Nam cui uxor corpus commiſit,honeſtum eſt,ut res quoq; committat,l.hac lege.C.de pact.conuent.& c.ult.de donat.inter uir.& uxor.Et ſequitur Alberi.in rubric.ff. rer.amo. Hoſtiēſis autem in Summa, de pęnit. & remiſ.§. quibus & qualiter. verſi.quid de facientibus eleemoſynam. ibi, quid de vxore,hanc rem latiùs tractat: quem tu omnino vide,atque Ioan.Andr.& Pan.in c.ſi quis,de furtis. Bar. in l.1.in vltim.quæſt.ff.rer.amo.& Bal.generaliter loquētem de prohibito alienare, in l. ſi ſponſus,§. conceſſa, le 2.ff.de donati.inter vir. & vxor. Flor. in l. pen.ff. ad leg. Aquil.Card.Floren.in Clem.2.verſic.ſed tales in 6.q.de vita & honeſta. cleric. Panor. in diſput. incip. Sempronius clericus,colum.5.verſicu.item uxor de bonis.Barb. in cap.quod quibuſdam.colum.2. de fideiuſ. & in capit. cæterarum,colum.vltim.de decim.Ioan. Lup. in repet. rubr. de dona.inter uir.& vxo.§.48. colum.2.verſic. ex iſtis etiam infertur.Et è Theologis diuum Thomam 2. 2.quæſt.32.ar.8.& in 4.Sent.diſt.25.art.1.4.7.per totū, & in opuſculo 83.cap.17.& Ant.Flor.in 3.par.ſuæ Summæ,tit.1.cap.24.verſ.17.Ita vt non prętermiſerim quod de muliere forti ſcribitur Prouerb. 31. eodēque vltim. cap.Manum ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extendit ad pauperem.

¶ Si autem vis ſcire de monacho , an ſcilicet inuito , 219 *Quid de monacho.* aut inſcio Abbate poſſit id facere(nam & hoc proximè accedit ad noſtram quæſtionem)uide gl.in c. non dicatis.in verbo, poſſidere.& ibidem Archid.colum.2. uerſ. ita nec obſtat. 12.quæſt.1.& gloſ.in Clem.2.§.ſed & tales,in uerbo, conuertendum, & ibidem Zenzel. Matth. Card.Flor.in 3. & iterum in 4. & 5.q. & Imol. colum. ultim. illius Clem. in duobus locis. de uita & honeſt. cleric. Hoſtien. in Summa, de pœnit. & remiſ.dicto,§. quibus & qualiter. uerſic.quid de facientibus. poſt prin. ibi, ſed nunquid monachus.Guil.Laud. in Clem. ad noſtram, de cenſib. Albe. in auth. ingreſſi.colum.ult.C. de ſacroſ.eccle.Henric.Boh. in c. ad aures. per totum id c.

& ibi Ægid. Bellame. colum. 2. verſi. quærit & tractat. de tempor. ordin. Card. Flor. in Clem. etſi principalis. in 19. quæſt. de reſcrip. & diuum Thomã, vbi ſuprà, in 1. loco.

220 *An promittere facere contractum.*
¶ Vigeſimoquintò, quæro, vtrum vxor, quæ contrahere non poteſt ſine marito ex noſtra conſuetudine, ſaltem poſſit promittere id ipſum facere. Cuius quidem quæſtionis deciſio ex his pendet, quæ longè latèque tractauimus in noſtro tractatu Retractuum, titul. 2. in fine. in 5. quæſt. præſertim verò numero 30. incipiente, & hęc quidem, & numero 45. incipiente, nunc ad Baldum veniamus. & num. 52. incip. dies me deficeret. Quibus addes hanc noſtram quæſtionem in ſpecie fuiſſe deciſam à Carol. Rui. conſ. 145. circa primum. colum. 2. verſicu. ſed his non obſtat. lib. 1. vbi loquitur de ſtatuto Florentino, quod interdicit mulieribus rerum ſuarum alienationem ſine conſenſu mariti: dicitque & promiſſionem alienandi cenſeri eſſe interdictam, cùm per eã ad ipſam perueniatur, per l. oratio. ff. de ſponſ. Ad quam rationem adde, quæ & nos diximus ſuprà, nume. 186. nec id certè. Et idem quoque in eadem ſpecie reſpondit Philippus Decius, conſil. 502. ex duobus, colum. 1.

221 *An preſentare ad beneficium.*
¶ Vigeſimoſextò, quæro, an mulier patrona eccleſiæ poſſit præſentare, vel ad id faciendum procuratorem conſtituere ſine conſenſu mariti, ſtante hac noſtra conſuetudine. Et hanc certè quæſtionem poſuit Cæſar Lambert. in tractatu de Iure patro. in 9. artic. 4. quæſt. princip. 1. part. lib. 2. Et poſtquam in principio concluſit, prohibitũ contrahere, non poſſe conſtituere procuratorem ad id faciendum: de quo & nos diximus ſuprà, in 16. quæſt. tamen poſtea decidit, eam poſſe per ſe ſine marito præſentare, aut ad id faciendum procuratorem conſtituere, per ea, quæ, vt dicit. latè dicunt Moderni, & maximè Felin. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 28. verſ. quartus caſus. & ſeq. verſic. bene facit quod not. de conſtit.

222 *Patronus impubis præſentare poteſt.*
¶ Nam & aliàs videmus in fortiori, vt videtur, caſu, patronum impuberem poſſe præſentare ſine autoritate tutoris, & puberem ſine autoritate curatoris, vt voluit Bapt. Brix. in ſua diſput. Domi. incip. tutor cuiuſdam, per multa, quæ illic allegat. Et Paul. Eleaz. in ſua 4. diſp. incip. patronus eccleſiæ, colum. 2. Archid. in c. decernimus. in princ. 16. quæſt. 7. Ioan. Andr. in c. ex eo. in verbo, ſuffragium, col. 2. & ibi quoque Domin. col. quoque 3. de elect. & alij plurimi, quos tibi latè cumulauimus, ad aliud tamen propoſitum, infrà in glo. vlt. nu. 6. vbi videre poteris.

223 *Quid ſi vxor verè non contrahat, ſed à lege fingatur contrahere.*
¶ Poſtremò illud quæremus, Quid, ſi vxor verè non contrahat, ſed fingatur à lege contraxiſſe? Verbi gratia, mulier primo marito dotem conſtituit, & illo mortuo alteri nubit, nulla dote conſtituta: tamen fingit lex, eandem dotem, quæ primo conſtituta fuerat, huic quoque conſtitui, per l. dotem. & l. diuus, ff. de iur. dot. & l. 1. cùm maritus. §. Titius. ff. de pact. dot. & l. penultima, §. vxor, ff. ſolut. matrim. Cyn. in authen. ſed quamuis. in 3. queſt. C. de rei vxor. act. Bart. in diſput. incip. mulier. in princ. ſoluti. cum ſimilib. Aut fac eſſe ſtatutũ, vt mulier nupta, quæ nullam certam dotem conſtituit, cenſeatur omnia bona ſua in dotem dediſſe, cuiuſmodi ſunt quædam ſtatuta Italiæ. Vtrùm igitur mulier, quæ à ſtatuto prohibita eſt contrahere, vel alienare ſine conſenſu propinquorũ, aut alterius, cenſebitur dotem præcedentis matrimonij ex lege, vel omnia bona ſua ex illo ſtatuto in dotem conſtituiſſe.

224 *De eadem re.*
¶ Quæ quidem ſpecies adaptari non poteſt huic noſtræ conſuetudini, requirenti conſenſum mariti, vt potè cùm hæc mulier ſecundò nubens, tunc cùm nubit, nõdum maritum habeat, cuius conſenſus adhiberi poſſit, ſed tantùm ad aliorum conſenſum pertinet, tamen ſi ſit caſus, in quo id euenire poſſit, reſpectu conſenſus mariti (quem nos lectoribus cogitandum relinquimus) id nõ erit omnino inutile, imò verò ſemper vtile erit in illis ſtatutis Italiæ noſtro ſimilibus. Igitur Carol. Ruin. de hac re interrogatus, conſ. 61. ex themate. colum. 4. verſ. tertiò principaliter. lib. 3. reſpondit valere iſtam tacitã ex lege vel ſtatuto conſtitutionem, non obſtante ſtatuto, prohibente mulierem contrahere: nempe quod intelligi debet, cùm mulier verè contrahit, nõ cùm fictè, per l. 3. §. hæc verba. & ibi not. ff. de neg. geſt. & l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis impet. & latè per Imol. & recentiores in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. & in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de libe. & poſthu. Cui adde quod ſuprà diximus, nu. 192. incip. etſi aliter.

225 *De eadem re.*
¶ Et licèt (inquit Carol. Rui.) contra id facere videatur, quod ſcribit Paul. Caſt. in l. ſi mulier. ff. ſolut. matr. quòd ſi ex ſtatuto mulier quæ nupſit, cenſeatur omnia bona ſua dediſſe in dotem, ſi quæpiam mulier primò dotata nubat, dote aliter non conſtituta: id ſtatutum intelligitur, nulla dote conſtituta, tacitè vel expreſsè, verè vel fictè. Et ſic vult Paulus, quòd ſtatutum loquens de dote conſtituta, intelligatur etiam de hac tacita, & ficta conſtitutione. Tamen (vt Ruin. dicit) in illo Pauli caſu non derogatur iuri communi, intelligendo caſum fictum, vt hic fieret, ſi hoc pacto ſtatutum huiuſmodi intelligeremus.

226 *De eadem re.*
¶ Ego verò (vt dicam quod ſentio) non admodum moueor illa Caroli Ruin. ratione, qua nititur probare ſtatutum huiuſmodi intelligendum de contractu vero & proprio, cùm ſuprà in 1. q. huius gl. & alijs multis apertè oſtenderimus, id noſtrum ſtatutum procedere etiam in contractu improprio, ficto & præſumpto, cùm eadẽ eſt ratio. Tamen cum hic contractus, de quo loquitur Ruin. ſit ex conſequentia, & veluti quadam neceſſitate legis, vel ſtatuti, idem omnino cẽſeo cum Ruin. per multa, quæ dicemus in gl. 8. nu. 23. q. præſertim vero nu. 197 incip. nec hinc longius.

# GLOSSA SEXTA, IN VERBO,
## Conſentement.

SI HOC ſolùm verbo, conſenſus, vſa fuiſſet noſtra conſuetudo, nec adiecisset verbum, autoritatis, cùm dicit, *& autorité*: fortaſſis dici potuiſſet, maritum huiuſmodi conſenſum potuiſſe nõ ſolùm in ipſo actu, ſed & antè & pòſt adhibere. Hoc enim dicunt noſtri legum Interpretes inter ſimplicem conſenſum, & autoritatẽ intereſſe, quòd conſenſus ſemper, ſcilicet ante & poſt actum, nedum in ipſo actu præſtari poteſt: autoritas autem ſolùm in ipſo actu, aut confeſtim pòſt accommodari debet. Vt de primo eſt text. in l. vl. ff. ad S.C. Maced. & in l. 1. §. prodeſt. in 2. reſpon. ff. quo. lega. & in c. cùm nos. de his quæ fiunt à prælat. & in c. cura. ibi, aut Epiſcopi poſtea habuerit conſenſum. & iterũ in c. ſuggeſtum. & vtrobique Pan. in vltima. nu. de iur. patr. & voluerũt omnes, prçter Rap. Co. 1 l. ſi quis mihi bona. §. iuſsũ. ff. de acq. hęr. & Ang. cõſ. 87. ſpurius naturalis. col. 2. & plerique ex his, quos ſeq. ver. citabimus. 1 *Conſenſus ſemper præſtari poteſt.*

¶ De ſecundo eſt etiam text. in l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tutor. & in §. tutor. Inſtit. eod. tit. & ſentit glo. ordin. in c. edoceri. & ibi Collect. & Bald. col. 3. verſ. dico, quod ea. & Panorm. in 6. q. & Felin. col. 6. verſicu. ſequi poteſt conſenſus, & alij. extrà, de reſcript. Innoc. Bald. qui de hac re adducit tres rationes, Anton. & alij, in c. cum conſuetudinis. extrà, de conſuet. Innoc. Ioan. Andr. & Dom. in c. 1. de rebus eccle. non alien. lib. 6. & Archid. in c. quidam. col. 2. verſ. & nota quòd differentia 2 *Autoritas tantùm in ipſo actu.*



tia eſt, 18. q. 2. Cyn. Bar. Bal. Paul. Caſtr. & alij in l. cùm non ſolùm. quæ eſt vltim. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. Bart. in d. l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tut. & in l. tam is qui. §. 1. ante fin. ff. de donat. cauſa mort. & in dicta l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi & alij Dd. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſi autem. ff. de aqua pluui. arcenda. Bald. in d. l. vlt. §. ſin autem. C. de bon. quæ libe. & in l. cùm ipſe. colum. 2. verſ. extrà quæritur. C. de contrahẽda empt. & in l. 1. col. 2. verſ. tertiò opponitur. C. ſi ſer. exter. & in l. quid ergo. in 2. lect. in princ. ff. de his qui notan. infam. & in l. 1. col. antepenult. verſic. extrà quæritur. C. qui admit. & in l. ſi vxorem. ante fin. C. de cond. inſer. in l. 2. C. de ſer. reip. ma. & in cap. quia propter. colum. 2. verſic. & not. quo ad capitulum. extrà, de elect. & in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 2. verſic. in aſſenſu. extrà, de conſtit. & in c. 2. extrà, de pactis. & in c. 1. colum. 1. titu. de alien. feud. pater. & conſil. 475. quidam I. abbas. col. 2. lib. 1. Angel. in l. 1. §. quæſitum fuit. & ibi Alexand. col. 4. & iterum colum. 5. ff. ad Trebel. Petrus Anchar. conſ. 337. de efficacia. colum. 1. Card. Flor. in Clem. 1. in prin. de ſuppl. negl. præl. & in Clem. 1. §. verùm ad finem. & ibi Imol. colum. 4. verſic. ſed quærit hic. de hæret. & conſil. 62. in eccleſia. colum. 2. verſicul. in eo autem. Collegium Paduanum inter conſilia eiuſdem Card. qui illud dictauit, conſil. 29. iudex. colum. pen. verſi. ſic diximus. quod item ponitur inter conſil. Petr. Anch. conſ. 208. & Anton. Imol. & Pan. in d. cap. cũ nos. de his quæ fiunt à præla. Anto. conſ. 32. pro examinatione. colum. 3. verſi. in contrarium videtur. Panor. in ſua diſput. incip. Augerio, col. 3. verſ. tertiò probatur. & iterum colum. 7. verſi. ex quibus verbis clarè innuitur. & multis ſeq. & iterum colum. 12. verſicu. tertiò probatur, & colum. ſeq. verſic. circa hoc diſtinguebant, & alibi ſæpe in ea diſput. Iac. Aluar. in cap. 1. colum. antepen. verſic. quæro an conſenſus, tit. de prohib. feud. alien. per Fed. Paul. Caſt. conſil. 406. ſatisfaciendo, in 6. dubio. lib. 1. & conſ. 253. ſuper 1. dub. lib. 2. Rom. conſil. 356. circa primum, in 2. dubio. Alex. conſ. 116. quo ad præſens, col. 2. verſ. & differentia, lib. 1. Barb. conſ. 61. à Ioue principium, lib. 3. & conſ. 60. præclarè ſcriptum eſt. col. 4. uerſ. quinimò plus dico, lib. 4. & Firm. in tract. de Epiſcopo, in 4. parte, lib. 4. in 35. q. Calc. conſ. 56. in cauſa dominæ, col. 2. verſi. tertiò pro iſta ſcientia. & nouiſſimè Phil. Dec. in c. cùm acceſſiſſent, col. 7. verſ. vlt. in hoc primò, de conſtit. & conſil. 172. in cauſa venerabilis, poſt princ. & iterum col. vlt. Et in multis ex dictis locis inuenies, quid etiam in conſilio, præſentia, decreto, conſcientia, mandato, iuſſu, licentia, vt noſtri appellant.

3 *Conſenſus, formæ & ſolennitatis in ipſo actu interponi debet.*
¶ Sed hoc non ſemper perpetuum eſt, quin fallit, quãdo cõſenſus requiritur pro ſolennitate, aut forma actus: tunc enim poſtea interuenire non poteſt, ſed debet in actu ipſo adhiberi, per text. in c. auditis. iuncto cap. quia propter. de elect. & voluerunt Innoc. & apertiùs Anton. Imol. & alij, in d. c. cùm conſuetudinis. de conſuet. Cyn. & Bal. in d. l. vlt. C. ad Maced. Io. And. in d. c. 1. de reb. eccl. non alie. Bal. d. l. 1. qui admit. & in d. l. quæcunque. & in d. l. vlt. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. & in repet. l. 1. colum. 5. verſ. iuxta hoc quæro incidenter. C. de ſacroſanct. eccle. & in dicta l. 1. in 3. oppo. C. ſi ſer. exte. & in capit. 2. titu. de feud. ſine culp. non amit. Angel. in l. Titius. in fin. princ. ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſol. Anto. Imol. & Panor. in d. c. cùm nos. de his quæ fiunt à pręlat. Imol. Paul. Caſtr. Alex. Franc. Aret. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. Rom. conſ. 54. viſis circa id, col. 1. verſ. & primò, per gl. ult in c. quàm ſit. de elect. lib. 6. Alex. d. conſ. 116. lib. 1. Socin. conſil. 87. in præſenti conſultatione. col. 2. verſic. prçterea differentia magna eſt, lib. 1. Et facit quod voluit glo. in l. 2. C. de iure fiſci. lib. 10. & in l. licèt. ff. de iudic. & Innoc. in cap. prudentiam. de offic. deleg. & Spec, in tit. de ſen. §. ſequitur, verſ. quid ſi ſunt duo, & verſic. ſeq. & Bar. in l. ſi vni. in fin. ff. de re iudic.

¶ Et eſt ratio, quia, vt pulchrè dicit Bal. in d. ca. 1. col. 1. tit. de alie. feud. pater. indiuiduum eſt, quicquid ad ſolennitatem exigitur: id eſt, ab actu diuidi, & ſeparari non poteſt: vt eſt text. licèt non alleget, in l. cùm autoritas. C. de teſtam. & in l. hæredes palàm, in fi. ff. eod. Et actus formalis eſt indiuiduus, quia forma eſt indiuidua. l. furioſũ. ubi Bar. & alij not. C. qui teſta. fac. poſ. cum alijs multis concord. à me collectis in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. glo. 21. in verbo, *en telle quantité*. nu. 12. incip. ſed & ea res. Et ut præterea dicunt Card. & Imol. in Clem. cauſam. §. penul. de elect. quæ ſunt de forma vel ſubſtantia, debent eſſe contemporanea, & ſimul explicari, l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. Et propterea cùm actus ex defectu ſolennitatis corruit, non poteſt poſtea confirmari ex interuentu ipſius ſolennitatis, ut not. Io. Andr. in c. 2. de vſur. lib. 6. & Bar. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſtam. & in l. 1. §. ſed ſi filius. ff. de lega. 3. Et hoc quidem uerum eſt, quicquid conatus fuerit latè contrarium probare Mari. conſ. 15. viſis prædictis publicis inſtrumẽtis. col. 14. & ſeq. Sed uidebis tamen poſtea, quomodo id ſit intelligendum, nu. ab hinc 5. & duobus ſeq. 4 *Indiuiduũ eſt, quod ſolennitatis eſt. Forma indiuidua.*

¶ Eſt autem omnium fermè ſententia, tum demùm conſenſum non uideri ad ſolennitatem requiſitum, quãdo actus priuatim tangit commodum uel incommodũ eius, qui debet conſentire, nec propter aliud conſenſus illius requiritur. Ideoque poſt actum poteſt interponi, ſecundum Bartol. in d. §. ſed ſi filius. per textum in dicta l. filio præterito. & l. ſi impubes. in fi. ff. de Carb. edict. & idem quoque uoluerunt Imol. & Dom. in d. c. cùm conſuetudinis. Paul. Caſt. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. col. 2. ff. ſolut. matrimo. & Rom. d. conſ. 54. & Felin. in d. c. edoceri. loco ſuprà citato, de reſcript. 5 *Conſenſus quãdo ad ſolennitatẽ requiratur, et quãdo non, uide nu. 7.*

¶ Nec refert, quantum ad hoc, an diſpoſitio utatur uerbo, conſenſus, an uerò autoritatis: quia ſicuti conſenſus pro autoritate plerunque accipitur, ſecundum ſubiectam materiam, ut apparet ex his quę nunc diximus, & ex not. per Panor. in c. quoties, de pactis. ita & authoritas etiam pro ſimplici conſenſu, qui poteſt interuenire poſt actum, ſecũdum ſubiectam materiam ſæpius accipitur, per textum in d. ca. cura. de iure patro. quem textum ad hoc ponderat Anton. in dicto c. cùm conſuetudinis, col. vlt. & Fran. Aret. in dicto, §. iuſſum, colum. antepe. Sic etenim uidemus, quòd uerbum, iuſſus, quod eſt eius naturæ, ut procedere debeat, per not. latè in d. §. iuſſum. tamen propter ſubiectam materiam impropriatur, & capitur pro ſimplici conſenſu, qui ſequi poteſt: ut in cap. ſi quis miles. & ibi Bal. qui hoc not. tit. de feud. ſine culpa non amit. 6 *Conſenſus et autoritatis appellatio ex ſubiecta materia intelligitur.*

¶ At ſi requiratur conſenſus eius, cuius priuatim nihil intereſt actum geri, uidetur requiri ad integrandam (ut noſtri loquuntur) & legitimandam perſonam illius, qui actum ipſum facit: & propterea uidetur eſſe de forma & ſolennitate, & habet uim authoritatis, nec poteſt poſt actum interponi: ut uoluerũt ultra dictos Dd. Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & ibi omnes recentiores. ff. de acq. hæred. per l. quid ergo. in prin. ff. de his qui not. infam. & Bald. in d. l. 1. C. qui admit. & in d. l. ſi uxorẽ. col. 2. uerſ. ex quibus uidetur concludi. C. de cõd. inſer. Anton. in d. c. cùm conſuetudinis. de conſuetud. Paul. Caſtr. in d. §. eo autem tempore. & in l. liberorum, §. notatur, ff. de his qui notan. infam. Panor. in dicta ſua diſputatione, incipiente, Augerio, non ſemel, & conſil. 40. factum in effectu ſic proponitur, in 2. dubio, lib. 2. & Alex. in d. l. 1. §. fuit quæſitum, colum. 4. & iterum 6. ff. ab Trebel. & Franc. Aret. in l. 2. §. uoluntatem, colum. 1 ff. ſolut. matrim. 7 *Conſenſus eius cuius priuatim nõ intereſt ſolẽnitatis eſt.*

¶ Ex hoc plerique inferunt ad caſum fermè ſimilem noſtræ conſuetudini, quòd ſi ſtatutum requirat con- 8

 ſenſum

*Conſenſus propinquorum requiſitus in cõtractu, debet in ipſo contractu interponi.*

ſenſum duorum conſanguineorum,in contractibus mu
lierum,vel minorum,cùm talis conſenſus videatur exi-
gi ad integrandam perſonam,vt ibi volunt, debet inter-
poni in ipſo contractu,nec ſatis eſſet, quòd poſtea inter
ueniret.Ita voluit Bal.in d.l.1.col.antepenult.C. qui ad
mit.& in rubr.C.de reſcin.vend. poſt medium.Anto. &
Imol.in d.c.cùm conſuetudinis.Imol. in d.c. cùm vos.
de his quæ fiunt à prælat.Card. in c. vltimo. de maio. &
obe.Rom.in d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.& ibi etiam
Alex.col.3.ff.de acquir.hære.& ipſe Rom.in d.conſ.54
Panorm.in dicta diſputatione,Augerio,col.8.Paul. Ca-
ſtr.in d.l.liberorum.§. notatur.ff. de his qui not. infam.
& in d.l.ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.col.2. verſi.
ſecundò not. & ibi Alex. col. 1.ff. ſoluto matrim. Idem
Paulus etiam loquens in ſtatuto, huic noſtræ conſuetu-
dini ſimili,in d.l.vltim.§.neceſſitate col. pen.C. de bon.
quæ li.Barb.in c.cauſam matrimonij.in vlt.chart.extrà,
de offic.deleg.& in c.cùm in iure.col.27. eod.titu. & in
repet.rubr.de fid.inſtru.in 13.char.Alex.in d.l.1.§. fuit
quæſitum.col.5.ff.ad Trebel.& conſ.189. viſo ſtatuto.
col.3.lib.7.Calca.qui id dicit not. conſ.56. in cauſa do-
minæ,colum.2.verſ.tertiò pro iſta. Fran.Curt. Senior,
in repe.auth.ſacramenta puberum.colum.2.C. ſi aduer.
uend.vbi ad hoc multa citat.Io.Campe.in tract.dotium,
in 4 par.Iaſon in l.uniuerſa.col.3.in fi.& iterum colum.
ſeq.adde quòd ex ea.C.de precibus Imper. offer. & in l.
1.§.qui præſens.col.2.verſic.hinc eſt, quòd ſi ex forma.
ff.de verbor.oblig.Hippol.Marſil. in ſua Practica cauſa
rum criminalium.§.diligenter.nume.185.Sed hoc,vt vi
demus,ex eo dependet, an huiuſmodi conſenſus requi-
ratur ad legitimationem perſonæ, nècne. De quo dice-
mus poſtea ante finem huius glo. Et hæc erunt vice pri-
mæ fallen.ad ea quæ in principio huius gl. diximus,con-
ſenſum interponi poſſe & ante, & poſt actum: autorita-
tem,non niſi in ipſo actu.

9 *Autoritas habẽs uim confirmationis, poſt actum interponi poteſt.*

¶Fallit ſecundò,quando autoritas, ſiue conſenſus au
toritatis interponitur vice cuiuſdam confirmationis,
ſiue approbationis, quia tunc ſequi poteſt actum, ſicuti
& confirmatio,vt dicit Bal.in d.l. 1. C. qui admit. quod
& idem voluit in effectu idem Bald.in d.l.2.C.de ſer.rei
publ. ma. cùm dicit, quòd quando autoritas requiritur
ad executionem,id eſt, approbationem, poteſt interpo
ni ex interuallo,per l.vlt.C. arbit.tut. & ſequitur Romã.
conſ.5.idem in præfat. & rurſum idem Bal.in l.quæcun-
que.C.de bon.quæ libe.Et propterea ſcribũt Dyn.Cyn.
Bal.Imol.Rom.Alex.Franc.Aret.& omnes,ſolo Angel.
reclamante,in d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqu.
hæred. quòd ſtante ſtatuto, quòd ſyndicus non poſſit
creari ſine autoritate Poteſtatis, poteſt ſequi hæc autori
tas,quia eſt vice confirmationis.Sequitur Felin.in d. ca.
edoceri.

10 *Autoritas poſt actum iterpoſita, præſentibus partibus facit eum ualere ut ex præſenti.*

¶Imò plus dicit Bald. dicto conſ.475.quidam l. ab-
bas,colum.2.verſ. quæro igitur, ſi celebrato.li.1.quòd ſi
celebrato cõtractu ſuper re eccleſiæ, ſine autoritate Epi
ſcopi, quæ interuenire debuit in ipſo contractu, ambæ
partes poſtea corã Epiſcopo petant contractum confir-
mari,& Epiſcopus cauſa cognita confirmet, valebit hu
iuſmodi cunfirmatio,per l.1.§.ſolent.ff.quan. appel. ſit.
& l.ſi quis.C.de Decur.lib.10.& d.c.cura.de iur.patrõ.
Nam tunc partes videntur denuò contrahere in præſen
tia Epiſcopi.Quia cùm aliquid ſubſtantiale adijcitur cõ
tractui,videtur contractus denuò reuocari.l. pacta con-
uenta.§.Paulus.ff.de contrahen.emptione. & l.iuris gen

*Donatio ex interuallo inſinuata, valet à tẽpore inſinuationis, non donationis.*

tium.§.adeò.ff.de pactis.Sicuti in ſimili dicemus, de do
natione,quæ vltra ſummam legitimam non valet,niſi in
ſinuata fuerit coram iudice præſente, & autoritatem in-
terponente,vt not.Guil.Cun.in l.illud.C.de ſacroſanct.
eccleſ. Et tamen ſi præcedat donatio, & vtraque pars
eam præſentat iudici,ea reconualeſcit, ut ex nunc, quia
retro factum trahitur ad præſens.l. obſeruare.§. vltimo.
ff. de offic. Proconſ. & hoc tenet Bartol. in l. Modeſti-
nus.ff. de donat. Secus ſi vna pars tantùm peteret con-
firmationem,altera abſente: quia quòd nulliter factum
eſt,non conualeſcit. Hæc ille. Qui & idem propemo-
dum voluit conſil. 221. primò quæritur. in 3. dub.
lib. 1. & in cap. 1. colum. 2. verſic. verùm decretum.
extrà, de confirm. vtil. vel inut. & Lud. Bol. conſil. 59.
Titius.colum.4.verſicu.& ſi diceretur. vbi reſpondet ra
tionibus Imol.contrarium tenẽtis,in d.c.cum vos.extrà,
de his quæ fiunt à Prælat.

¶Sed hæc velim intelligas, vt etiam diximus ex Bal- 11
do, vbi ſuprà, vt ſcilicet huiuſmodi autoritas poſteà in-
terpoſita actum validet:non quidem vt retro trahatur ad
tempus ipſius actùs,ſed vt valeat ex hoc tantùm tempo-
re autoritatis præſtitæ. Quod & nuncupatim voluit idẽ
Bald.in dicto c.edoceri. colum.4. verſ. videtur quòd ſi
durat.& in dicto c.1.vbi ſuprà,de confirm. vtil.uel inu-
til.& utrobique per dictam l. obſeruare.§. vltimo.ff. de
offic. Procon.& Salyc.in l.ultima. colum. quoque vlti-
ma.verſic.ſed qui non ſimul.Cod.ad S.C.Maced. vbi id
intelligit, modò is qui priorem actum fecit, in conſenſu
permaneat tempore autoritatis, aliàs nullo modo vale-
ret.& Anton.in dicto c. cùm conſuetudinis. col.2. verſi.
aduerte tamen.extrà,de conſuetudine.Lucas Pen.in l. 2
col.1. verſic.ſciendum eſt etiam.C.de iure fiſci.lib. 10.
vbi & alia quædam allegat.Pan.in dicto ca. cura.de iure
patro.Franc.Aret.conſ.127.eximie domine.col.2.Phi-
lip.Decius in l.ſemper qui non prohibet. col.3. verſicu.
quartò regula.ff.de regul.iuris.& conſ.367.viſo puncto.
col.2. verſic.quia reſpondetur. & ante hos omnes Inno.
in c.1. circa medium. de eo qui duxit in matrim. quam
pol. per adult. Et hæc erunt vice tertiæ fall. eius quod di
ctum eſt, autoritatem non niſi in ipſo actu interponi
poſſe: vt ſcilicet is actus valeat,non à tempore ipſius,ſed
à tempore authoritatis interpoſitæ: ita vt tãquam nouus
actus valeat.

12 *Autoritas poſt actum interponi poteſt, ſi ei utilis ſit, cui præſtari debet.*

¶Fallit igitur quartò, vbi actus eſt vtilis ei, cui debet
autoritas accommodari: quia tunc poteſt præſtari poſt
actum,vt dicit Panor.in dicto c.edoceri. quem ſequun-
tur Barb.& Felin.ibi,& Socin.dicto conſ.15.col.14.ver
ſic.& pro prędicta ſententia.De qua re omnino nihil du
bitandum eſt, quia etiam ſine autoritate valet cõtractus
hoc caſu,vt dicam poſteà latiſſimè in gl.8. in verbo, *De
ſon mary*,in 8.q.Et uide etiam quæ dixi ſuprà, nu.5. in-
cip.eſt autem omnium.

13 *Autoritas de æquitate Can. ſequi poteſt.*

¶Fallit quintò de æquitate Canonica, quæ non conſi
derat rigorem Iuris ciuilis, exigentis huiuſmodi autori-
tatem in ipſo actu,per c.dilecti.de iudic. Et ita expreſsè
voluit Socin.dicto conſil.15. colum.14. uerſ. vel poteſt
ſecundò reſponderi.Sed an hoc ſit verum, uideant cæte
ri, quia mihi hoc uidetur eſſe contra mentem omnium
text.Iuris canonici ſuprà allegatorum: & id ſolus Socin.
quod nunc meminerim,tenuit.

14 *Autoritas interpoſita in ratificatione actus geſti à procura. ſine authoritate facit eũ valere.*

¶Fallit ſextò, ubi aliquis tanquam procurator eius,
cui autoritas præſtari debet, actum ipſum fecerit: quia
tunc licèt in ipſo actu confecto ab eo, qui ſe dicit pro-
curatorem, non interuenerit autoritas, poteſt tamen
is, de cuius negotio actum eſt,poſtea ratificare cum au-
toritate, quæ ab initio interuenire debuit. Verbi gra-
tia, in caſu noſtræ conſuetudinis, aliquis nomine pro-
curatorio mulieris contraxit cum alio, nec in hoc con-
tractu interuenit autoritas uiri, poſtea tamen mulier
ipſa cum autoritate uiri illum contractum ratificat, ſa-
tis eſt, ex eoque comprobatur contractus factus à pro-
curatore. Ita notabiliter conſuluit in ſimili fermè caſu
Dom. non is quidem, cui Gemi. cognomentum eſt,
ſed alius inter conſil. Bald. conſi.499. circa primum du
bium uidetur dicendum, in 2. dub. lib.2. multa ad hoc
allegans, quæ quiſque uidere poteſt. Cui in ſequenti
conſil. ſubſcripſit ipſe Bald. Et idem quoque expreſsè
uoluit



voluit Bart.in l.ſi procurator.col.2.verſ.quęritur.Et iſta
eſt pulchra quęſtio.ff.de cõdit.indeb.ad hoc quoque al-
legans l.3.§.1.ff.rem rat.hab.quod dicit tenendum men
ti.Et ſequitur Alex. in l. de pupillo. in princ. quam legit
cum.§.vlt.l.præcedentis.ff.de noui oper.nunt. ad hoc ẽt
allegans text.in l.ſi pupillus.in princ.ff.de noua.

15 *Quid ſi interponatur in ratific. facta ab eo ipſo qui actum fecit.*

¶Fallit ſeptimò, vbi is, qui ſine autoritate actũ fecit,
in quo requirebatur autoritas,illum poſtea iterum facit,
aut ratificat, cum autoritate requiſita: certè ex hoc con-
firmatur primus actus,vt ad cuius tempus retrò trahitur
ſecundus actus cum autoritate factus. Ita voluit Bar. in
d.l.de pupillo in princip. & poſt eum Angel. & Imol.ff.
de noui oper.nunt. argum.§. ſi quis ipſi Prætori. qui eſt
in eadem lege.Quod dictum licèt Rom.ibi repræhẽdat,
motus, quia autoritas debet interuenire in actu, nec re-
trò trahitur,per textum in d.l.obligari.§.tutor.ff. de au-
tor.tutor. cum concord.ſuprà adductis: tamen Alex. &
Iaſon ſequuti partes Bartol.huic ſtatim occurrunt,dicũt
que verum eſſe, autoritatem per ſe non trahi retrò, ſed
cum ſecundo actu retrò trahi,vt videlicet per illam pri-
mus actus effectum habeat,per dictum.§.ſi quis ipſi Prę
tori.Sed & reſpondet Iaſon alteri rationi Hieron.Tort.
qui conatur tueri ſententiam Rom.vt ibi videbis per eũ.
Ego verò multum de hac re dubito, per ea quæ ſuprà di
ximus,num.10.& ſeq.Nam quod hi dicunt, hic authori
tatem non retrò trahi ad priorem actum,ſed ipſum prio
rem ad ſecundum trahi:nihil video,præterquam verbo-
rum differentiam: nam quantùm ad rei effectum, nihil
hæc inter ſe differunt. Verùm arbitror hunc ſecundum
actum factum cum autoritate neceſſaria valere, vt actũ
quidem per ſe, nulla ſcilicet prioris ratione habita, qui
omnino nullus erat, nec impediebat,quin de integro res
ipſa legitimè conficeretur.

16 *An vxor quæ ſine uiri cõſenſu contraxit, poſſit reuocare, ut poſtea vir cõſentire nõ poſſit.*

¶Sed quid ſecundò, pone quòd huiuſmodi conſen-
ſus ſine authoritate poſſit præſtari, poſt contractum fa-
ctum ab vxore, vxor autem, quæ ſine conſenſu mariti
contraxit, poſtea reuocat, antequam maritus conſenſe-
rit:an poterit nihilominus ipſe maritus conſentire, ad
hoc,vt ualeat huiuſmodi contractus? Dic quòd non,per
id quod in ſimili dicit Bar.in l.tam is.§.1.in fi.& ibi poſt
eum Imol.ff.de donat.cauſa mort.quòd ad hoc,ut dona
tio,quam fecit filius ſine conſenſu patris,debet filius per
ſeuerare in eadem voluntate,per not.per eundem in l. in
mortis.ff.eod.tit.& ſequitur Paul.Caſtr.conſ.438.quan
tùm ad primum quæſitum.in 1.dub.lib.2.& Angel.Are.
in §.1.col.2.Inſti.quibus non eſt permiſ. facere teſtam.

17 *De eadẽ re.*

¶Niſi diceres,quòd Bart.vbi ſuprà, loquitur in dona
tione cauſa mortis, quæ aliàs ſemper poteſt reuocari
vſque ad mortem: quod non procedit in contractibus,
per l. ſicut.ff. de act. & oblig. Nihilominus tamen ego
idem ſentio,etiam in contractibus, quia cùm in hoc ca-
ſu fiant contra hoc noſtrum ſtatutum, vel conſuetudi-
nem,poteſt ipſa mulier nondum conſenſu uiri interpo-
ſito,liberè ab eo recedere,per l.iubemus.§. ſanè. & l.1.
& ibi Dd.C.de ſacroſ.eccleſ.& l.quemadmodum.C. de
agri.& cenſi.lib.11. cum concord. alibi à me adductis.
Et ita expreſsè in ſtatuto diſponente, quòd filius non
poſſit ſe obligare ſine cõſenſu uel licẽtia patris, tenuit
Salyc.in l.ult.col.ẽt vlt.C.ad Mac.ubi tamẽ nihil allegat.

18 *An uir poſt mortẽ vxoris poſſit conſentire cõtractui illius.*

¶Quid autem & tertiò, retenta eadem opinione, ſi
uxor,quæ ſine conſenſu mariti contraxit,decedat,ante-
quam maritus conſenſerit, nunquid poteſt poſt mor-
tem illius, maritus conſentire ad hoc, ut ualeat? Dic
quòd non, ut in ſimili conſuluit Paul.Caſtr.in d.conſ.
438. in 1. dub.lib.2. hac ratione motus, quia uxoris uo-
luntas eſt iam extincta. l. 4. ff. loca. ergo in ea non po-
teſt dici perſeueraſſe. Et quia actus ſine conſenſu, qui
interuenire debuit, non fuit à principio ualidus, ſed
poterat validari ex futuro conſenſu, & ita erat interim
in pendenti. Siue ergo ſequuto conſenſu actus ipſe pri-
mus confirmetur,ut ex tunc,& ſic actus trahatur ad con
ſenſum: ſiue vt ex tunc, & ſic actus trahatur ad primum
actum,vtrumque fit per quãdam fictionem, quę dicitur
translatiua:quia vnum tempus transfertur, ſiue trahitur
ad aliud,iuxta plenè not.per Bar.in l. ſi is qui pro empto
re.ff. de vſucap. In qua fictione requiritur habilitas ex-
tremorum: id eſt, quòd omnia ſint in eodem ſtatu, ita
quòd actus poſſit de nouo, & tunc fieri, cùm conſenſus
interuenit,ſecundum Bart. ibidem, & probatur in l. qui
balneum.§.Titia prædium.ff.qui pot.in pign. hab. Ideò
requiritur,quòd is qui fecit primum actum, viuat eo tẽ-
pore, quo actus ex ſecuto conſenſu approbatur: quia
tunc poſſet actus de nouo fieri:non etiam cùm is,qui fe-
cit,mortuus eſt.

19 *De eadẽ re.*

¶Adde, quod ad hanc noſtram conſuetudinem pri-
uatim pertinet, quòd mortua vxore, maritus quondam
illius deſinit eſſe maritus illius,cùm matrimonium mor-
te alterius diſſoluatur, vel teſtimonio diui Pauli, 1. ad
Corinth.7.& legum noſtrarum, in §. deinceps. in auth.
de nupt.cum ſimil.Et ita quidem diſſoluatur, vt etiam ſi
reſurgat,qui mortuus eſt, non recuperet coniugem, ut

*Mortuus reſurgens, vxorẽ non recuperat.*

uoluit glo.in c.licitè.32.q.5.Guliel.Bar.Bald.& alij in l.
nam ad ea.ff.de legi.cum concord. ibi adductis per Ale-
xan.At hæc noſtra conſuetudo exigit conſenſum mari-
ti, & per conſenſum ſequentem non confirmatur pri-
mus actus, niſi conſenſus ſequens eo tempore adhibea-
tur,quo actus primus poſſet explicari.l. bonorum. & ibi
Bart.ff.rem rat.hab.& uoluit Bald.in auth.hodie.colum.
2.verſ.quæro nunquid aliud.C.de appel.& Alex. conſil.
78.viſo & diligenter ponderato.col.5.verſi. tertiò reſpõ
deo.lib.5.vbi ad hoc facit illum tex.ſing.& iterum conſ.
81.reuocatur in dubium.col.2.eod.lib.5.& Franc.Aret.
conſ.122.in cauſa quæ vertitur.col.1.& Dd.ſæpe.

20 *An hic viri conſenſus poſſit præſtari per procuratorem.*

¶Sed quæro quartò, an conſenſus mariti poſſit præ-
ſtari per procuratorem,nuntium, uel epiſtolam. Et for-
tè multis videbitur ſuper hoc nequaquam dubitandum,
quin fieri poſſit. Nam regulam habemus, vt quod poſ-
ſum per me expedire, poſſum & per procuratorem. l.1.
§.vltim.ff.de procur.& l.licèt.C.eod.& eſt glo. not. quã
ibi not.Bart.& Angel.& alij in l.3.in princ.ff. rem rat.ha
be.quæ dicit,quòd illum actum, quem poteſt minor per
ſe expedire, poteſt & per procuratorem, cum concord.
ſuprà adductis in gl.præcedenti,nu.183. decimoſextò.
Et dicit etiam Spec.in tit.de procur.§.1.col.vlt.verſicu.
item generaliter, quòd omnia poſſumus expedire per
procuratorem,quæ non reperiuntur prohibita.

21 *Conſenſus ſimplex poteſt præſtari per procuratorẽ.*

¶Verùm hoc non adeò expeditum, quin ſit dubitan
di materia.Igitur vt hanc rem omnibus obuiam præbea
mus, breuiter dicendum eſt, quòd ſimplex conſenſus,
qui videlicet non adhibetur pro ſolẽnitate, aut etiam au
toritas,quæ ſumitur pro ſimplici conſenſu, prout ſuprà
in 1.q.declarauimus, poteſt interponi per procuratorẽ,
nuntium,vel epiſtolam.At autoritas propriè ſumpta,aut
etiam conſenſus,qui habet vim autoritatis, vt qui inter-
ponitur ad ſolennitatem & integrandam perſonam, de-
bet adhiberi perſonaliter,vt ita dixerim, nec ſatis eſt in-
teruenire procuratorem,nuntium,uel epiſtolam.

22 *Iuſſus quoque.*

¶Quantum ad primum, videlicet ſimplicem con-
ſenſum, ita uoluit Bartol. in lege.3. ante fin.ff.de con-
trah. empt. & omnes in hoc vbique conueninnt, ad
hoc allegantes, quod in ſimili dicitur de iuſſu, qui
poteſt interponi per nuntium, vel epiſtolam, per
textum in lege ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & ibi
Bartolus. & alij.ff. de acq. hæredit. & quod ſcribitur
in l. honores. §. vltimo. ff. de decuri. quem ad hoc
ponderant Ang. & Alexand. poſt Iac. Bel. in l. ſi cùm
dotem.§. ſi patri.ff. ſolut. matri. Ille tamen tex. loqui-
tur de diſſenſu, ſiue contradictione. ſed text. eſt om-
nium optimus in lege 2. ff. de pact. & in Clem. 1. §.
verùm. vbi & hoc not. Card. Flor. de hæret. Sed &

quòd aliàs contrahi poſſit per nuntium vel epiſtolã, tex. habemus in d.l.1.in fin.ff.de contrah.empt.& in l. conſenſu.ff.de action.& obli. vbi & illud optimè probatur, ſimplicē cõſenſu poſſe per nũtiũ vel epiſtolã interponi.

23 *Autoritas propriè sũpta, minimè.*

¶De autoritate quoque text.eſt in l.obligari.§.tutor. ff.de autor.tut.& in §.tutor.Inſtit.eod. tit. & voluerunt glo.Paul.Caſtr.Alex. Franc. Aret. ac fermè omnes in d. §.iuſſum. Ex quibus ipſe Aret. dicit, etiam eſſe textum not.in l.minorem. ſecundum vnam lectur. quam Bald. ibi dicit ſing.C.de præd.minor.vbi tutor non poteſt petere per procuratorem, vt interponatur decretũ. Cuius rei(vt dicit Aret.) nulla alia eſt ratio, quàm quia petendo interponi decretum à iudice, ipſe authoritatem præſtat venditioni.Et illum etiam text.in id dicit ſing. idem Aret.in l.ſingulos,ante fin.ff.de teſta. & illum quoque ad hoc ponderat Ang. in l. poſt mortem.§. 1. de adopt. & Rom.in l.2.ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. & ita eo tex.non citato,uoluit Spec.poſt antiquiores in tit. de actore.§.1.verſ.ſed nunquid poterit.& rurſum in tit.de procur.§.1.verſ.quid ergo ſi conſtituerint.

24 *Ratio eius rei.*

¶Ratio autem, quare autoritas debeat per ſe accommodari,eſt,quia debet interponi in ipſo contractu, vt diximus ſuprà in 1.queſt. At qui autoritatē præſtat per procuratorē,nuntium,vel epiſtolam,non videtur interponere in ipſo contractu, ſed antè. Niſi diceres, poſt Paul. Caſt.in d.§.iuſſum.col.2. quòd confertur in tempus ipſius actus.Sed vt dicit Aret.ibi, ante fin. hoc eſſet fingere de tempore ad tempus, quod non eſt in poteſtate hominis.l.ſi fortè.ff.de caſtr.pecul.& not.Bart.in l. ſi is qui pro emptore.ff. de vſucapione. Tamen ſi quis mitteret nuntium, vel procuratorem ad conſentiendum, cùm actus fieret,vel epiſtolam præſentãdam tempore actus: tunc quia ille qui agit per procuratorem, nuntium, uel epiſtolam, per ſe agere videtur,l. qui autem.§. vltim. ff. de conſti. pecu. hoc fortè poſſet tolerari, ut dicit Aret.vbi ſuprà.

25 *Conſenſus ſolennitatis per procuratorē præſtari nõ poteſt.*

¶Sed & quòd conſenſus,qui præſtatur per ſolennitatem, non poſſit adhiberi per procuratorē, nuntium, vel epiſtolam, tenet Paul.Caſtr.& Aret.in d.§. iuſſum.Mouetur Paul. ea ratione, quam ſuprà diximus de autoritate.Allegat Aret.textum, quem dicit not.in l. poſt mortē. §.vlt.ibi,nec per alium huiuſmodi ſolennitatem peragere poteſt.ff. de adop. Sed & tu potes addere text. in l. ſicut tribus.&,ibi glo.1.ff. de arbit. vbi non ſufficit, quòd unus iudicum,ſiue arbitrorum,conſentiat alijs iudicantibus in abſentia, & per procuratorem. & text. in l.2. in princip.C.de his qui veni æta.impet. vbi quando aliquis debet quicquam facere ad ſolennitatem actus.debet ipſe per ſe facere,non per procuratorem. quem ita ponderat Angelus in l.3.ff.rem rat.hab.Et hoc etiam voluerunt Innoc.Hoſt.Io.Andr.Anton.& Panorm.in c.cùm deſideres.extrà,de ſententia excommunicationis.

26 *Ratio. Solennitas per æquipollens non impletur. Nec forma.*

¶Cuius ratio eſt, quia ubicunque aliquid debet fieri ad ſolennitatem actus, id fieri non poteſt per ſimile, per text.in d.l.ſingulos,quem ad hoc not.Are.ibi, col.2.ver. ſecundò not.ff. de teſta. Et quod pro forma requiritur, non poteſt impleri per æquipollens, per not. per Bald. Ang.Imo.& recentiores.in l.1.ff.de lib.& poſth. cũ concor.ibi adductis per Alex.& Iaſ.& per Feli.in c.cum dilecta.col.17.verſ.amplia vndecimò.de reſcrip. vbi videre poteris. In caſu autem ſtatuti requirentis conſenſum proximorum,non poſſe huiuſmodi conſenſum præſtari per procuratorem,tenuit Alex.in l.vlt. & ibi quoque Iaſon,vterque ad finem.C.de procur.& idem Alex,conſi. 189.viſo ſtatuto.col.1.lib.7.

27 *Qui per procuratorem facit nõ propriè*

¶Et hoc quidem minimè procedit,quando ex ſtatuto requiritur conſenſus alterius, ſicuti in caſu noſtro. Nam debet huiuſmodi conſenſus à ſtatuto requiſitus verè præſtari,& propriè,non fictè,per l.3. §.hæc verba. ff. de neg. geſt. cum infinitis ſimil. Ille autem, qui per procuratorem conſentit, non id propriè verèque facere dicitur,ſed fictè & impropriè,vt uoluit Dyn,in cap. qui per alium.de reg.iur.lib.6.& Bart.in l.ſi is qui pro emptore.in 5.q.princ.verſicu. venio ad ſecundum. & ibi Imol. char.ult.ff. de vſucap. Idem Bar. in l.ſed ſi minus.§. ſeruus.col.2.ff.de iureiur.Bald.in l.1.colum.2.verſ.in mãdante etiam.C.de ſer.fug.& in l.non ideò minus. col.5. in 6.q.de accuſ.cum concord.adductis per Alex. conſil. 65.uiſa quadam conſtitutione.col.2. lib.4. Et eſt bonus text.in l. 1. §. deieciſſe.ff. de vi & vi arma. & in l. item ſi obſtetrix.in prin.ff.ad leg.Aquil. & in l. ſi pater. & ibi gl. in uerbo,ipſe feciſſe.ff. quæ in fraud. cred.& in l. ita aũt. §.geſſiſſe.ff.de admin.tut.Nam illi tex.utuntur uerbo,uidetur,ut uidelicet,qui per alium facit,per ſe feciſſe uidetur,quod quidem verbum fictionem importat, l.3.§, ex contrario.& ibi Dd.ff.de acq. poſ.& not.Bart.in d.l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.cum alijs ſimil. *facere uidetur. Videtur uerbum fictionem importat.*

28 *Pater an poſſit per procur. conſentire filio agenti.*

¶Ex quibus uidetur reddi dubia illorum deciſio,qui tenent,patrem poſſe conſentire filio agenti per procuratorem,in caſu l.ult.§.neceſſitatē.C.de bon.quæ lib.ut ibi uoluit Pet.diſtinguens inter maiorem filium, & minorē. Iac.Aret.Cy.in 3.q. etiam diſtinguens Bart. in ult.q. C. de bon.quæ liber.Spec.in tit.de actore.§.2. uerſ.ſed nunquid poterit per epiſtolam.Bart.in d.l.honores.§. ult. ff. de decur.per illum text.& in l. filiuſf.in fin.ff. eod.tit. & in l.1.C.eo quoque tit.lib.10. & in d.§. iuſſum.in fin. & ibi etiam Alex.col.1.Bald.diſtinguens,ut ſuprà, in auth. cauſa quæ.col.ult.C.de epiſc.& cler. Alex. in d.l. ſi cùm dotem.§.ſi patri.col.2.ff.ſolu.matr. Quin huiuſmodi deciſionem expreſsè reprobant Paul. Caſtr.in d.l. ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.col.pen. Fran. Aret. in d. §. iuſſum.col.vlt.moti,quia hic conſenſus requiritur ad integrandam ſiue legitimandam perſonam filij, ut dicit gloſſ. in d. §. neceſſitate. in illa quæſt.an filiuſfam poſſit procuratorio nomine agere in iudicio, ſine conſenſu patris. De quo tamen ibi per Bartol. Paul. Caſtren.latè, & alios, quos uidere poteris, quia ex hoc pendet ueritas huius deciſionis.

29 *Quid ſi uir eſſet relegatus, uel bannitus.*

¶Sed ſi tenueris opin.Paul.& Aret.eam limita procedere,niſi pater eſſet relegatus,aut cui aliàs in ciuitate eſſe non liceret,quia tunc poſſet conſenſum adhibere per procuratorem,nuntium, uel epiſtolam, ut uoluit gloſſ. quam ponderant Dyn.Angel.Paul.Caſtr. Alex.in d.l. ſi cùm dotem.§.ſi patri.& facit quod ſtatim dicam.Et hoc idem dicendum eſt in autoritate,cùm autoritas, & conſenſus, qui ad ſolennitatem interponitur, à pari procedant, ut iam ſæpius ſuprà diximus. Et hoc quidem erit pro limitatione generali omnium caſuum,in quibus cõſenſus uel autoritas non poteſt interponi per nuntium, uel epiſtolam. Et ex hoc quoque intelligere potes, uirũ relegatum,deportatum,bannitum, poſſe haud dubiè cõſentire uxori per procuratorem, etiãſi aliàs non poſſet. Ad quod & tu vide, quæ dicam in 8.gl.in 4.q.præſertim uerſ. ex quibus.

30 *Quid in hæreditatis aditione.*

¶Secundò limita, ut etiam ſi conſenſus nõ poſſit ita præſtari in contractibus,poſſit tamen in quaſi contractibus, ut in hæreditatis aditione. Ita enim uoluit in hac ipſa aditione hæreditatis gl.ord.in l.ſi per epiſtolã. in 2. ſolut.ff.de acq.hæred.ubi Frã. Are.col.1.dicit illã ualde ſingul.ſed periculoſũ eſſe, eã tenere, quoniã id non reperiatur iure cautum. Super quo uide quæ in ſimili latè diſputauimus ſuprà,in glo.5.in uerbo, *contracter*, in 11.q.

31 *Quid ſi præſentia requireretur. Præſens quis dicatur.*

¶Præſentia autem ſi requiratur,perſonalis, ſiue corporalis, eſt neceſſaria, ſecundum gl. in Clem. dudum. uerſ. ac deinde. in uerbo, præſentari. de ſepult. quæ addit rationem, quia præſens dicitur, qui præbetur ſenſibus corporis, arg. l.1.in prin.ff.de uerb.oblig.quam glo. ſequuntur Lap. Paul. Eleaz. Card. Flor. qui illam dicit ſing. & Panor. ibi & idem quoque Panor. qui illam dicit not. in c.cùm parati. col.1.in fin. & ibi quoque Phil.

Dec.



Dec. extrà,de appel.vbi Panor. & Dec. dicunt, hoc eſſe notandum.pro ſtatutis,& alijs diſpoſitionibus requirentibus præſentiam alicuius,ad certum actum. Et ad hanc ſententiam refert Panorm.text, ibi, quem alij in contrarium trahere conabantur.& idem Panor.in ca. ea noſcitur.in 2.not.extrà,de his quæ fiunt à Prælat. & in ca. vlt. col.5.verſ.glo.ſecunda quærit. de dilat. & Fel.in c. cùm omnes.col. 10.verſ. ſed aduerte, quia iſtud dictum, extrà,de conſti.& idem voluit Franc. Aret. in d.§.iuſſum. col.antepen.verſ.ex prædictis poteſt inferri.Idem præterea voluit Bal.in l.1.colum.antepen.C. qui admi. vbi dicit,quòd ſi ſtatutum requirat præſentiam,debet interuenire preſentia corporalis;& propterea ratihabitio ſequẽs non ſatisfaceret ſtatuto:quia licèt repræſentaret conſenſum, non tamen præſentiam corporalem. Et iterum in fin. omnino d. l.1. dicit, quòd ſi ſtatutum requirat præſentiam aliquorum conſanguineorum in contractu mulieris,non poſſunt conſtituere procuratorem:quia ſtatutum requirit præſentiam veram,non fictam. & Angel.in l.Titius.ff.quibus modis pign.vel hypoth. ſolu. & Felin. in dicto c.cùm omnes.colum.2.verſi. quinta declaratio. extrà,de conſti. Et Catel.Cot.qui hoc dicit ſingul.in memor.ſtatuta,quòd bannitus.

32 *Quid in præſentia Capituli, vel alterius collegij.*

¶Sed hoc primùm limitandum eſt procedere,vbi preſentia alicuius perſonæ ſingularis requiritur: ſecùs ſi requiratur præſentia Capituli,quia poterit nihilominus Capitulum aliquos conſtituere, qui nomine Capituli actũ expediant,ut poſt Archid.in c.epiſcopus.in 15.q.7.uoluit Panorm.in c.non poteſt.in 3.col.verſi. ex quo potes inferre. de re iudic.& Phil.Dec.in d.c.cùm parati.col.2. verſicul. ſecundò prædicta concluſio. de appel. Ex quo & tu intelliges,id procedere in omni vniuerſitate & collegio.

33 *Quid ſi nõ præſentia perſonæ, ſed cuiuſpiam requiratur.*

¶Limita ſecundò, vt procedat, quando requiritur præſentia cum adiectione huius dictionis, perſonæ,videlicet ſi dicatur præſentia perſonæ.Secùs, ſi ſimpliciter requiratur præſentia alicuius:quia tunc huiuſmodi præſentia poteſt exhiber per literas, vt voluit expreſsè Archid. in cap.2. per illum text.75. diſtin.vt illum allegat Franc. Aret.in d. §. iuſſum. Sed non videtur intellexiſſe diſtinctionem illius. Et certè ea diſtinctio mihi ſatis frigida videtur, nec quod de mentione perſonæ dicit, probatur per iura, quæ in eam partem allegat. Textus autem in d. c.2.per quem videtur probari, præſentiam poſſe exhiberi per literas,vt etiam ex eo not. glo. ibi, debet intelligi, ſecundum quartam limitationem , quam infrà ſubtexemus.

34 *Quid ſi ſit iuſtum impedimentum.*

¶Limita tertiò,vt procedat, niſi iuſtum impedimentum eſſet,quia tunc poterit actus expediri per procuratorem eius, cuius requiritur præſentia, vt dicit Angel. in l. Pomponius.in princ.de procurat. quem ſequitur Franc. Aret.in c.licèt ex quadam.in 8.not. in fin. de teſtibus. & Philip.Dec.in d.c.cùm parati.col.2.verſic. ſed tamē iſta concluſio, dicens hoc ſibi veriùs videri. Et bene facit, quod ſuprà diximus,de relegato,nu.29.& quod in ſimili dicimus,quòd licèt id quod pro forma requiritur,non poſſit adimpleri per æquipollens,vt ſuprà diximus: fallit tamen, cùm aliqua neceſſitas impediret illud præciſè, & in forma adimpleri: quia tunc per æquipollens poſſet fieri,vt colligitur ex not.per Bald.in l.1.C. vt qui deſunt ad uoc. arg. l.1. cùm ibi not. per gl.C. qui & aduer. quos. quod & multis iuribus & rationibus probat Rom.conſ. 433.incip.quòd ad primum.& Alex. in d.l.1. col. vltim. verſ.vnum etiam non omitto.& ibi Iaſon col.3.verſ. ſecundò contra communem.ff.de liber.& poſth.quos omnino vide.& Felin.in c.cùm dilecta.colum.17.in 11.ampliat.verſ.& vnum conſidera. & iterum colum.21.verſi. limita ſeptimò. de reſcript. licèt Bald. ſentiat contrariũ in l.1.in fine.C.qui admit.

35 ¶Limita quartò, vt procedat, quando fieret mentio præſentiæ in materia, quę ſuapte natura non exigit præſentiam corporalem: tunc enim poterit exerceri per procuratorem,per text.in c.penult.ibi, modò ſe conſpectui præſentarent, iunctis illis verbis, quorum procuratoribus.extrà,de iuram.calum.per quem tex. dicit Panorm. in d.c.cùm parati.quod ſecundũ ſubiectam materiam, præſentia impropriè ſumitur, nõ pro præſentia corporali.Id quod generale & perpetuum eſt in omnibus, vt verba ex ſubiecta materia improprientur,vt latè diximus in repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur.nume.37. & aliàs etiam,& alibi ſæpe.C. de reuoc. donat. Et ita vides, lector amantiſſime,in idem recidere, quod dicimus de cõſenſu & præſentia: vt videlicet poſſit adhiberi per procuratorẽ,nuntium, vel epiſtolam, ſi materia in eam rem ſit ſubiecta. Aduerte tamen quod Fran.Aret.in dicto.§.iuſſum.quo loco nuper citauimus,videtur huic rei contradicere,cùm dicit, præſentiam non poſſe ſuppleri per literas,non ſolùm ſi requiratur ad ſolennitatem, ſed etiam, ſi ad partis obligationem, vt dicit ſingul. voluiſſe Bart. in l.3.§.ſi pupillus.ff.de tutel. & in hoc differre à conſenſu:ideò cogita. *Quid ſi requiratur ĩ materia, quæ nõ exigit præſentiam corporis.*

36 *Præſentia requiſita, an conſenſum requirat.*

¶Illud autem non omittemus in hac mentione præſentiæ,quòd ſi ſimpliciter lex, uel ſtatutum requirat præſentiam alicuius,ſatis eſt illum præſentem fuiſſe, etiamſi non conſentiat,uel etiamſi diſſentiat.l.ſicuti.ff.de arbitr. Et ſi nolit intereſſe,ſufficit unica interpellatio. ca. ultim. eod.tit.lib.6.Hæc quidem Bal.in c.ex parte Epiſcopi.colum.1. uerſicul. item ſi ſtatutum: extrà, de reſcript. Sed quantum ad priùs dictum pertinet, vide quæ latiùs dicemus in glo.ſeq.num.32.limita quartò.& ſequent.

37 *An conſenſus et autoritas hic requiſita, ſit ſolennitatis.*

Reſtat igitur, vt ſciamus, utrum conſenſus & autoritas mariti,quæ hic debet interuenire ex noſtra conſuetudine,ſit pro ſolennitate, & ad integrandam, (ut noſtri loquuntur) perſonã vxoris, an verò pro commodo vel incommodo ipſius mariti: vt proinde etiam ſciamus, an poſſit adhiberi per procuratorem, nuntium, vel literas, necne.Quod & ad alias multas quæſtiones huius tractationis pertinet.Et certè ſunt plerique omnes in ea ſententia, vt in huiuſmodi ſtatutis requirentibus conſenſum propinquorũ, ut mariti in contractibus mulierum, requiratur huiuſmodi conſenſus illorum, in fauorem mulierum, & ad integrandam perſonam : id eſt, ſupplendam illarum imbecillitatem, atque fragilitatem . Ita voluerunt Bart.Bald.Paul. Caſtr. in l.tranſactionem.C. de tranſact.Bar. in l. qui exceptionem. & ibi recentiores.ff. de cond. indeb. Bald. in l. pactum quod dotali. in 12.q. Cod. de colla. & in l. 2. circa medium.C. de adopt. & in authent. ſacramenta puberum.C. ſi aduer. vend. & in l. 2.in 9.q.C.de reſcind. venditione . & in d. §. iuſſum. & ibi Alexand. & Aretin. & idem Bald. Raph. Co. Imol. & Alex. in d. l. 1. §.fuit quæſitum. ff. ad Treb. idem Bald. in capit. cùm contingat. colum. 2. uerſicul. ſed nunquid ciuitas . extrà, de iureiur. & conſil. 407. præſupponendum eſt.col.2.lib.2.& conſil. 60. quædam ſoror. lib.5.& conſil.394. ſtatuto communis Papiæ,lib.5. Bened. Plumb.in l.2.ff.de manu.uind. Ang.in l.apud Iulianum.§.ultim. in fi. & ibi Raph. Co.ff. quib. ex cau. in poſ. eat. & idem Ang. conſil. 170. reuocatur in dubiũ. col.2.uerſ.in propoſito. & conſ.101. ſuper puncto. col. 1.& conſ.217.ſtatutum quod mulier.& conſ.333.ſtatuto Tudertino.Pet.Anc.in repet.c.1.in 12.q.princ.uerſi. hic cadit quæſtio diſputata. de conſtit. Fulg.in l. ſi unus. §.pactus ne peteret.ff.de pact.Ant.in cap.2. ne ſede vac. Pan.conſ.40.factum in effectu ſic proponitur.col.2.lib. 2.& conſ.65. Chriſti Ieſu.col. vlt. uerſ. pręterea ratio. eod.lib.2.Paul.Caſtr.in d.l.ult.§.neceſſitate.col. penult. C.de bon.quæ liber.& conſ.91.in caſu domini Antonij.col.antep.uerſ.ex quo autem ſumus.lib.3. Corn. conſil. 254. uidetur in hac conſultatione.colum.2.verſic.tertiò reſpondetur.& iterum col.4.uerſic.præterea conſenſus.

lib.1.& conſ.11.in præſenti conſultatione.col. vlt.lib.3. Franc.Aret.conſ.2.intellecta diligenter. col. pen.& Iaſon in l.2.§.voluntatē.col. 2.ff.ſolut.matr.Phil.Dec.conſil.502.ex duobus.col.2.& conſ.ſeq.col.2.verſ.2. reſpōdetur.vſq; ad fin. vbi dicit,quòd etſi non ſolùm propter fragilitatē mulieris conſenſus viri requiratur, ſed etiam propter intereſſe,ipſius viri:negari tamen non pōt, quin fragilitas ſit principalis cā. Quibus cōcinūt, quę lōgè lateq; cōgesſimus ſuprà,in 1.leg.connu.nu.71.ſed quiſnā mireť,& ſeq. & quę dicemus īfrà,gl.8.nu.1.& duobus ſe.

38 *De eadē re.* ¶Sed Bal.in l.1.poſt princ. & ibi poſt eū Salyc.C. vnde vir & vxor.in ea fuerunt ſentētia, vt ſtatutū requirens conſenſum viri, in contractu mulieris, ſit introductum in fauorem ipſius uiri.arg.l.cum pater.§.libertis.ff. de lega.2.& ſequitur Barba.in c.poſſesſiones.col.ult. de reb. eccl.non alien.& Ioa.Lup.in repe.rub. de don.inter vir. & vxo.§.68.col.1.

39 *De eadē re.* ¶Et hanc opinionem non modicùm fulciunt nōnullæ conſuetudines Franciæ, quę reponunt vxores in poteſtate maritorum,illisq; denegant ius contrahendi, aut in iudicio litigandi,ſine conſenſu maritorum: id tamen nūcupatim intelligunt, niſi facta fuerit bonorum ſeparatio tunc enim eis licere liberè contrahere, vel litigare ſine conſenſu vel autoritate mariti. Huiuſmodi enim inter cæteras ſunt Pariſienſis,cap.105.& 106.Bleſenſis,ca. 3. tit. *de communautè d'entre bomme,& femme mariez*, ca. 6.& Claromontenſis,cap.183. quibus planè oſtenditur, eum conſenſum vel autoritatem,exigi ob id, quòd maritorum intererat ratione bonorum, quorum adminiſtrationem habebant, ita vt fructus bonorum vxoris ſuos facerent,poſſentq;, vt libebat, diſponere de bonis mobilibus,& conquæſtibus communibus,inſcia,atque etiam renitente vxore,vt illis ipſis conſuetudinibus cautum erat. Et idē in ſtatuto requirēte cōſensū propinquorū,voluit Ang. ſibi cōtrarius,cōſ.191.hoc capite,ſuper pūcto.col. 3.verſ.& quia hoc nō requiritur.Et ſētit Panor.in c.cùm in veteri.in gl.1.de elect.& Alexand.conſ.29. cuius hoc caput eſt,prę̨clarè ſubtiliter.col.3.ver.cōfirmari pōt.li.3

40 *De eadem re.* ¶Et ego certè credo, noſtram cōſuetudinem potiùs cōſideraſſe viri commodum, quàm vxoris fragilitatem, vtpotè quæ huiuſmodi conſenſum mariti requirat in vxore maritata : nullum autē requirit in non maritata, quamuis par eſſet vtriuſque ratio, ſi fragilitatem conſideraſſet:neque enim prudentior eſt ſoluta,quàm maritata. Ideò videtur ſolùm habuiſſe rationē mariti, cui alibi defert commodum fructuū omnium bonorum vxoris,cōſtante matrimonio:propterea non mirum,ſi ſine cōſenſu mariti,ſuper illis contrahere non posſit. Et propterea pasſim vtimur, vt posſit vir hanc authoritatem vel conſenſum interponere per procuratorem. Et id quoq; poſſe fieri in ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum in contractu mulieris,conſuluit Bal.conſ.54. cuius hoc caput eſt, ſtatuto terræ Nurſiæ,lib.4. quem refert,loco tamen conſilij non deſignato.& ſequitur Bapt.Seuer. qui hoc dicit eſſe menti tenendum,in repet.l. omnes populi.char.61.in paruis.uer.27.quæritur.ff.de iuſtit.& iu.

41 ¶Quamuis, vt hoc concludam, posſit etiam dici, utrumque noſtram conſuetudinem conſideraſſe, & mariti commodum,& vxoris imbecillitatem. Nam & idem in ſimili ſtatuto requirente præſentiam filiorum in teſtamentis mulierum, voluit Angel. vtramq; cauſam copulans,ſcilicet fauorem filiorum, & mulieris fragilitatem, conſ.88.præmitto primò. verſic. ſecundò præmitto. Et ideò de hoc iudicandum eſt peræquè ac ſi fragilitas tantùm in cauſa eſſet, vt pulchrè voluit Soci. conſ.23. circa prædictam.col.4.verſ.aliquando & tertiò conſideratur. lib.4.Sed cùm noſtra conſuetudo,vt diximus,nō loquatur vniuerſaliter de fœminis,ſed de maritatis tantùm,nō etiam de cæteris, vt dictum eſt, viſa eſt principaliter reſpexiſſe ad viri intereſſe.

# GLOSSA SEPTIMA, IN VERBO, EXPRES.

QVANQVAM gl. aliquando fuit in ea opin. vt autoritas tacitè preſtari poſſet, videlicet in l.quod dicimus.§.1.ff. de autor. tut. & in l. vbi non voce.ff.de regul. iur. & videtur eſſe bonus textus in l. 1. §. vlt.ff. de auto.tut. per quem probatur à contrario ſenſu,quod præſentia tutoris,& eius quidem intelligentis,inducit autoritatem, & ita per illum text. uoluit Iac.Aret.ibi. Tamen contrarium voluit alibi gloſ. requirens autoritatem uerbis exprimi,in l.3.& ibi Bar. & alij. ff. de auto.tut.Et ipſe Bar.in d.l.1.§.ult. eod. quoque tit. & in d.l.quod dicimus.§.1.& in l.gerit.ante finem.& ibi Imol.Rom.& Fran. Aret. qui hanc dicit eſſe communē opinionem.ff.de acq.hæred.Dyn.in d.l.ubi non voce.de regul.iur.& in c.qui tacet.ad fin.eod.tit. lib.6. Guil. Cu. & Bal. in utraq; lect. in l. ſi pater filium.ff. de adop. Signor.conſ.190.Simonolus,col. 2.uerſ. uenio ad ſecundum.Bal.in l.ſi ſine.col.1.ver.ſecundò quæro.C. ad Vellei.& in l.ult. §.neceſſitate. col.pen. verſ. quæro an ſufficiat.C.de bonis quæ liber.& in l. obſeruare.§. poſt hæc. in fin. ff.de offic.Proconſ.& in l.inſtar.de iur.fiſc.lib.10. & in c. cùm conſuetudinis.col.1.verſ.quandoq; requiritur.extrà,de conſuet.& in rubr.de reſcript.col. 2.verſic. an Epiſcopus mutus.& in c.cùm in veſtri. col. 1. verſic. pone ſtatutū.de elect.& in c.vlt.col.2.de confeſ.& in addi.Spec.tit.de reo.ad fin.Card.Flor. in c. vlt. de maio. & obed.Panor.in c.dilecti.col.4.verſ.nunquid ſufficiat. extrà,de arbitr.Roman.in l.2.§.uoluntate.ff.ſolut.matr. & conſ.413.quò ad primum.in 6.dubio. & Barb.in l.ſciendum.col.27.ff.de uerbor.oblig.& in ca. poſſesſiones. de rebus eccl.non alien.in repet.rubr.C.qui admit.char. 13 col.4.& conſ.1.colum.1. lib. item 1.& iterum conſ. 12. ſcribitur apud Prophetam.col.9.verſic. & eſt ponderandum.eod.lib.1.& conſ.10.illud referam.col.7.uerſ. fuit ergo opus.lib.4.& alibi ſæpe.& Iaſon in l.quæ dotis.col. ult.uerſ.ultra Bart.ſextus caſus eſt.ff.ſolut.matrim. 1 *Autoritas expreſſè præſtari debet.*

¶Et ad hoc plerique omnes allegant text.in l.1.§. mutus.ff.de tutel. ubi mutus dari tutor non poteſt, quia (ut ibi dicitur) autoritatem præſtare nō poteſt. Ex quo ſatis perſpicuum eſt, autoritatem non niſi verbis poſſe accōmodari:aliàs enim mutus quoque id ipſum facere potuiſſet nutu,& ſignis,per l.mutum.ff.de acquir. hæred. & in d.l.ubi non uoce.ff.de regul.iur. Et ad hoc illum text. in d.§.mutus.dicit elegantem Barb.in dicto.conſ.12.li. 1. & ſolennem.d.conſ.10.lib.4. & meliorem de iure idem Barb.d. conſil. 20.lib.2. & in cæteris ferè locis,ſing. Et hoc uidetur intellexiſſe Tullius in 1. Oratione in Catilinam: Quid expectas authoritatem loquentium,quorum uoluntatē tacitorum perſpicis? Quibus uerbis uides authoritatē in verbis eſſe,uoluntatem & in mente tantùm. 2 *De eadē re.*

¶Et adeò expreſsè authoritas interponi debet, ut quando ea requiritur, non ſufficit ſimpliciter conſentire,ſed ſicut ſonat verbum, debet autoritas præſtari. Ita uoluit Innoc.in d.c.cùm conſuetudinis. & ibi poſt eum Bal.col.1.& Ant.& idem Bal.in d.l.vlt.§.neceſſitate.col. 5.verſ.conſidera elegantia verba.C.de bonis quæ libe.& in l. quæcunque. ad fi. eod. titu. & Archi. in ca.in venditionibus.colum. 2.in verbo, autoritatem rei.17.q.4. & iterum in ca. quidam. colum.2. in uerbo, deſtinatus. 18. q.2.& Angel.in l.ſi is qui mihi bona.§.iuſſum. & ibi quoque Imol. circa princ. qui hoc reputat notabile.ff. de acquir. hæred. Et Barba. in c.2.de pact. Felin.in c. cùm dilecta.col.10.verſ.& hinc eſt.de reſcript.Et Iaſon qui hoc commendat, in l.1.col.4. verſi. quartò not. 3 *Autoritas cum requiritur, an & autoritatis uerbo expreſſim utendum ſit.*

facit.



facit.ff.de vulg.& pupil.Et iterum conſi.97.ſtatutum Bononienſe.col.pen verſ.quartò facit, li.4.Hippol. Marſil. conſi.9. adiuuante.colum.item 9.uerſi.nec obſtat, ſi dicatur.lib.1.

4 *De eadē re.* ¶ Veruntamen idem Imol. poſtea, & Paul. Caſtren. Alex.& Fr.Aret.in d.§.iuſſum.tenent contrariū, per tex. in d.l.3.cum glo.ff.de aut.tut. vbi eſt optimus tex. apertè probans, ſatis eſſe, ſi tutor verbo probandi vtatur, ſine mentione autoritatis. Et quia etiam ( vt illi ſubdunt) verba,condemno, & abſoluo, quæ ſunt de ſolennitate ſentētiæ.l.præſes.& l.cū iudex.C.de ſenten. quę poſſunt proferri per alia verba æquipollentia.l.in ſumma.ff.de re iud.& l.ſi quid tamen.§.arbiter. ff.de arbit. & in l. ſi Prætor.in princ.vbi bonus eſt tex.de iudic.Et hanc etiam partem expreſsè tenet Sign.d.conſi. 190 vbi ſuprà, Pan.in d.c.2.extrà,de pact.per c.in venditionibus.17.q.4.& ca. placuit.12.q.2.& Ang.Aret.in §. actionum.col.20.uerſ. decimoſeptimò,non valeret.Inſt.de actio. Iaſ. ſibi contrarius in d.l.ſi quis mihi bona.§. iuſſum.uerſ. adde vltra ſcribentes. ff. de acq. hæred. vbi etiam eſt bonus text. in verſic.ſed quid ſi mandauit.loquens in iuſſu, qui uim habet autoritatis.Et Corſe.in ſuis ſingul.in verbo, minor ſi *Iuſſus.* ex diſpoſitione ſtatuti. Et bene facit quod in ſimili voluit Bar.in l.legitimos.in princ. ff. de leg. tut. & in l.prætor.in prin.ff.de nou. ope. nunt. Et quod etiam non obſcurè ſentit Ioan.Andr.in d.c.qui tacet.de regul. iur.lib. 6.in Mercur.quod vbi requiritur licentia, quam vocant, *Licentia.* ſufficit eam interponi per viam conſenſus. Id quod etiā expreſsè voluit Dom.in c.quorundā.§. circa. in princip. ibi quoque Philip.Franc.de elect. lib.6.

5 *Conſenſus ſolennitatis, an expreſsè interponi debeat.* ¶ Similiter autem conſenſus, qui ad ſolennitatem actus adhibetur, videlicet qui non tangit priuatim illum, qui debet conſentire, ſed qui tantùm adhibetur ad integrandam alterius actum conficentis perſonam ( hic enim, vt ſæpe diximus, vicem autoritatis obtinet) debet etiam expreſsè præſtari, vt notat Dynus in dicto ca. qui tacet.in fi.de reg.iur.lib. 6 & Bart. in d. l. quæ dotis. colū. vlt.ibi, in quarto caſu.ff. ſolut.matri.& expreſsiùs Bal.in d.l.ſine.col.1.in 2.q.C. ad S.C. Velleian.& Panor. in d.c.dilecti.col.2.uerſ. nunquid autem ſufficiat.de arbitr.& conſ.40.factum in effectu ſic proponitur.lib. 2.allegans inter cætera not.in c. quia propter. de elect.iunct. not.ibi c.quod ſicut.& in c.eccleſia. eodem titu. & idem voluit Franc. Are.in d.§.iuſſum.col. penult.& in l.2.§.uoluntatem.col.1.ff.ſolut. matri. Ad quod etiam benè facit tex.quem nullus illorum in illis locis allegat, in cap.cum ab vno.iuncta gl.in uerbo, mandantibus. & ibi Dom. in 2.notab.de re iudi.lib. 6. ubi non habetur præſentia, & taciturnitas pro cōſenſu,qui debet interuenire ad ſolenitatem actus. Quem tex.dicit ad hoc ſingul. ipſe Franc. Aret.in l.ſingulos.col.ult.ff. de teſtam. Et idem præterea voluit Calca.conſi.56.in cauſa dominæ.col.3. uerſi. non obſtat, ſi dicatur.

6 *Quid in ſimplici cōſenſu.* ¶ Sunt tamen etiam, qui putant ( ne illud quoq; omittam ) conſenſum ſemper ex natura ipſius verbi eam uim habere,vt expreſſus eſſe debeat, in hocq; vno differat à voluntate,vt nuncupatim not.Fran.Aret.in d. §.voluntatem.col.2.uerſ.& aduerte. per illum tex. & ibi etiam Iaſ. col.2.uerſ.3. & ſubtiliter. ubi tamen dicit, hanc verborum differentiam eſſe periculoſam. Et hoc quoque poſtremò voluit Philip. Dec.conſ.38.propter primum dubium.col. 3.verſi. præterea & ſecundò. Sed ego uix huic ſententiæ accederem.

7 *Quid ſi expreſſus cōſenſus requiratur.* ¶ Illud autem minimè dubium eſt, Quòd ſi lex, uel ſtatutum exigat conſenſum expreſſum nuncupatim, tunc tacitus non ſufficit: etſi huiuſmodi conſenſus non ſit ad ſolennitatem, ſed tantùm reſpiciat eius, qui conſentire debet,commodum aut incommodum : ut in caſu cap. ſtatutum. §.in nullo. de reſcript. lib.6.uoluerunt gl.Ioan.Adr.Archid.& alij,ibi.& Rom. deci. 380. ſi iudex delegatus, in nouis. ubi & hoc dicitur generale in omnibus caſibus. Quamuis aliud videri potuiſſet, cùm plus ſit facto conſentire,quàm verbo, vt dicitur in d.deciſ.Rot.ſed ſufficit ita ſcriptum eſſe, vt neceſſariò obſeruari debeat.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.

¶ Porrò vbi licentia requiritur,ea ex natura vocabuli expreſſa requiritur, vt voluit gl.in Clem.1.in verbo,obtenta.de teſta.& Archid. & poſt eum Ioan.And.in ca.ſi. Abbatem.in princ. & ibi quoq; Dom.etiā in prin. & Philip.Fran.qui hoc dicit ſing.de elect. lib. 6.& Bal. in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.Procō. & Lapus alleg.86. in cauſa & quæſtione. col. 6. in paruis.Rom. qui & hoc reputat ſing.in d.l.2.§. voluntatem. & ibi quoq; Alexan. col.2.verſi.iuxta prædicta.ff.ſol. matr.Fran. Aret. qui & hoc dicit notabile & ſolenne,in d.§. iuſſum. colū.antep. Phil.Franc.in c.quàm ſit. §. electus. poſt princ. de elect. lib.6.Barb.d.conſi.12.col.11.lib.1.& in addi.Bald. in l. exceptione.C.de euict.Philip.Dec.d.conſi.38.vbi ſuprà allegauimus.& Lancelot.Gal.in l.1.col. antepen. verſic. ſextò requiruntur.ff.de verb.obliga.& Corſ. in ſuis ſing. in verbo, licentia. 8 *Licentia expreſſa eſſe debet.*

¶ Ex eo autem, quod de conſenſu diximus, manare poteſt, quòd cùm filiusfamil. non poſsit donare cauſa mortis, niſi conſentiente patre. l. tam is.§.1.ff. de dona. cauſ.mort.& ita videtur requiri talis conſenſus ad ſolennitatem, cùm exigatur, non in facto proprio, ſed alterius, ſecundùm not.per Anton.in cap.cùm conſuetudinis. extrà, de conſuet.& ſæpiùs ſuprà diximus. Ideò talis conſenſus patris expreſsè eſt interponendus, per tex. in l.filiusfam.§.pari autem ratione.verſic. ſed enim meminiſſe.in verbo, ſpecialiter.ff.de donat.per quem ita tenet.gl.in l.qui in poteſtate.& ibi latè Franc.Are.ff.de teſta.& Spec.tit.de inſtrum.edit.§. compendioſè. verſicu. quòd ſi filius. & ibi Ioan. Andr. qui ad hoc allegat.Alb. Gal.& ibi item Bal. Idem quoque tenet Dyn. Cy. & latè Bal.reprobans Guil.Cu.contrarium tenentem,in l.ſeniū. C.qui teſtam.fac.poſ.Bart.& Rom.in d.l. tam is. §. 1.ff. de donat.cauſ.mort.Bald.in l.Labeo.ff.de pact. Ang. in d.l.vlt.§.filius autem.C.de bon.quæ lib.vbi dicit,ita fuiſſe deciſum Peruſij.& Pan.d.conſi.40.in 2.dub.Soci.latè conſil.112.lib. 1. repetito conſi. 172.lib.2. cuius initium eſt,multum abundè,in 3. dub.ubi dicit, quòd nullus contradicit.& Ang.Aret.in §.r.col.2.Inſti. quib. non eſt permiſ.fac.teſtam. 9 *Conſenſus patris in donatione cauſa mortis filijfa. debet eſſe expreſſus.*

¶ Ex hoc etiam fit, vt cùm conſenſus, quem debet præſtare pater filio agenti in iudicio, ſit de ſolennitate, & ad integrandam perſonam filij, ſecundum gl. in d.l. ult. §.neceſsitate.C.de bon.quæ liber. & Bal. conſ. 492. incip.in cauſa uertente.col.2.uerſi.propterea ſecundùm d. lib.3.de quo tamen per alios in d.§.neceſsitate. Ideò talis conſenſus debet expreſsè interponi, nec ſatis eſſet, quòd pater eſſet præſens,& non contradiceret, vt not.gl. in l.ſi cùm dotem.§.1.in princ.ff.ſol.matr.Ioan.Andr.in c.vlt.ad fi.de iudic.lib.6.Bart.in l.non ſolùm.in prin.col. 2.uerſi.ſed contra hoc facit.ff.ſol.matr. & Paul. Caſt.in l.2.§.uoluntatem.col.pen.verſ. item nota quòd licèt. & ibi Iaſ.col.2.verſic.ego addo.ff.eod. tit. 10 *An & conſenſus quē præſtat pater filiofamil. agenti.*

¶ Sed & ex hoc quoque fit, vt cùm conſenſus, quem debet accommodare dominus vaſallo alienanti feudum, ſit de ſolennitate, vt dicit Rom.ſing.715.de ſolennitate. Ideò etiam talis conſenſus debet eſſe expreſſus. nec ſufficit præſentia & taciturnitas domini. quod ipſe Rom.dicit uoluiſſe glo.ſing.in c.1. in uerbo.permiſsionem. tit. de prohibi. feud. alien. per Lotha. ubi & id tenent Andr.Iſer. & Bald. vterque tamen ſubobſcurè, & clariùs Bertrand.Capr.etiam ibi, & iterum in ca.1.& ibi quoque Card.Alex.poſt princ.& Ioan.Rayn. in §. habito.col.25.in paruis.uerſic. quæro, dicitur hic prohiberi. tit.de prohi.feud.alie.per Fed.Fel.in d.c. ratione.colum. 4.uerſi.per iſtam regulam de præſcrip.& Iac.à S.Georg. 11 *Conſenſus domini in alienatione, feudi, an debeat eſſe expreſſus.*

in

in tract.feud.in verbo, & cum pacto de non alienando. col.6.uerſ.ſed hic cadit. Pro quib. facit, quòd etiam hic cōſenſus debet adhiberi in ipſo actu alienationis, nec po teſt ſequi ex interuallo,ſi credimus Andr.Iſer.in d.c.1.in princ.& ibi Iac.Aluar.col.7.verſ.quæro an conſenſus.& Mart.Lud.col.pen.verſ.vtrum autem conſenſus. titu.de prohib.feud.alie.per Fed.& Philip.Dec.conſ. 144.quoniam ex ſancto.& Franc. Curt. Iunior, in tract. feudo. chart.17.4.part.uerſ.ſecundò cadit neceſſaria dubitatio.

12 *De eadē re.* ¶ Sed aduerte,quia hic conſenſus domini non uidetur exigi ad ſolennitatem, ſed quia intereſt domini rem non alienari,niſi conſentiat.Nec etiam dicit d.glo.id, ad quod eam allegat Roman.imò potius contrarium,uidelicet dominum præſentem,& non contradicentem uideri conſentire alienationi,per multa iura ibi allegata: modò inquit) intelligat,quid agatur,aliàs enim eum videri errare,per l.2.ff.de iudi.& ita illam glo.intelligunt & ſequuntur And.Iſer.Iac.Bell.Bald. Aluar. Mart. Laud. & Card.Alex.ibi, & alij plurimi, quos tibi congeſsi in noſtro tract.Retractuum,tit.1. gl.9.in verbo, *ou lignagier*, nu.115.& ſimile quippiam.

13 *Conſenſus Prælati in alie rei ec cl. expreſſus eſſe debet.* ¶ Item cùm inter cæteras ſolennitates,quæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiruntur, ſit & conſenſus capituli,per cap. ſine exceptione. 12. q.2. certè is conſenſus in perpetua alienatione expreſſus eſſe debet, nec ſufficit tacitus,ut uoluit gl.in c.2.& ibi Innoc.Hoſti. & Pan.qui ſemper not. dicit, & alij, extra, de his quæ fiūt à Prælat.& gl.in c.1.in uerbo,perpetuis.& ibi Dom. de reb.eccleſ.non alien.lib.6.& Archid.in d.c.ſine exceptione.ante fi.

14 *Conſenſus viri hic re quiſitus expreſſus eſſe debet.* ¶ Ex eo denique fit,vt cùm conſenſus mariti, aut cōſanguineorum requiſitus ex ſtatuto, in contractibus mulierum,ſit de ſolennitate ex multorum ſententia ( vt iā ſuprà ſæpius diximus ) is etiam ſit expreſsè interponendus,nec ſatis ſit,maritum eſſe præſentem,& non contradicentem.Sicuti in ſpecie voluit Bal.in l.ſi ſine,in 2.q. C. ad Velle.& in d.l.2.§.uoluntatem.ff. ſol. matri. licèt non ea ratione, quòd talis conſenſus ſit de ſolennitate, ſed quia cùm præſens, & non contradicēs habetur pro conſentiēte,id ex quadam fictione eſt,& impropriatè, per illum tex. in verbo, videri conſentire:nam hoc verbum, videtur,denotat fictionem,& impropriatatem, l.1.§.deſeciſſe.ff.de vi ar.& leg.3.§.ex contrario.in fin. ff.de acq. poſſ.& not.Bart.in l.is qui pro emptore.col.4.ff. de vſucap.Præterea tacendo non dicitur propriè velle.ca.is qui tacet.de reg.iur.lib.6.Ergo ſtatutum huiuſmodi conſenſum requirens,non habet locum in tacente, quia intelligi debet in caſu vero, non ficto. l. vlt. C. de his qui ven. æta.impet.& l.3.§.hęc verba.cum gl.in verbo,hæredis.ff. de neg.geſt.& c.in noſtra. de iureiur. cum ſimil.

15 *De eadē re.* ¶ Quam Bald. deciſionem ſequuntur Ang.Imo Raph.Co.Pau.Rom.Alex.Fr.Aret.& Iaſ. in d. §. voluntatē inter quos Aret.addit illam rationem,quia talis conſenſus eſt de ſolennitate & obtinet vim autoritatis. Et Pau. latè d.conſi.4.in 2.dub.lib.2.& Alex.conſi. 114. viſa ſcri pturarum.col.3.verſ.tamen veriùs videtur.lib.5.& conſ. 218.ponderatis narratis.col.1.lib. 6.Et Soc.conſ.80.præſens conſultatio.col.4. verſi.ſed poſſet iterum inſtari.lib. 4.Iaſ.in l.quæ dotis.col.vlt.verſ. quartus caſus eſt. ff.ſol. matr.& Felin.in d.c.nonne.col.2. verſi. per iſtam regulā inferri poteſt.extrà,de præſump.Alcia.in l. tranſactionē. ante fi.C.de tranſact.tametſi Fr.Rip.in d. §. voluntatem. ſuboſcurè dicat contrarium. Et ita licèt hæc noſtra conſuetudo non expreſsiſſet hoc verbum, *Expres*, fuiſſet tamen intellectum,ſi tamen hic cōſenſus(de quo in pręſentiarum ſermo habetur) ad ſolennitatem requiratur, de quo alibi latiſsime diximus, ſcilicet in gl. præced.nu. 37. reſtat igitur,& ſeq.vſque ad fi.eius gl.

16 ¶ SVNT tamen iſta multis modis declaranda, atque limitanda.Primum, vt videlicet conſenſus, qui pro ſolennitate adhibendus eſt,poſsit tacitè, videlicet nutu, & ſignis adhiberi,cùm is, cuius conſenſus requiritur, loqui non poteſt.Ita voluit expreſsè Fran. Aret. in d.leg.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.col.pen. ff.de acq.hæred. ad hoc allegans tex.in l.ſi pater naturalis.ff.de adop.vbi etiam dicit Ang.per illum tex.quòd ſi pater non poſsit expreſsè conſentire filio agenti,quia loqui non poſsit, ſatis eſt, vt nutu & ſignis conſentiat, quia tunc lex fingit verba, per tex.quem dicit not.in l.cùm oſtendimus.§.vltim.ff.de ſideiuſ.tut.qui tamen non loquitur de eo,qui loqui nō poteſt.Et idem dicit Angel.de autoritate tutoris, vt videlicet ſatis ſit, ſi loqui non poſsit, vt autoritatem nutu & ſignis interponat. Quod tamen videtur eſſe directè contra text.in dicta l.1.§.mutus. ff.de tutel.vbi dicitur,quòd mutus non poteſt præſtare autoritatem, & ideò tutor eſſe non poteſt. *Quid ſi is cuius conſenſus requiritur mutus eſt.*

17 *Verba in matrimonio neceſſaria. Mutus matrimoniū contrahit nutu & ſignis.* ¶ Facitque ad id,quod in ſimili dicimus, quòd licèt verba ſint ad matrimonium contrahendum neceſſaria,ut dicit gl.in l.cùm notiſsimi. in princ. C. de præſcript. 30. vel 40.an.& in c.tuæ,de ſponſal. illud tamen intelligitur in his,qui loqui poſſunt.Mutus autem ſignis & nutu poteſt contrahere,vt & in d.cap.tuæ.dicitur. & in cap.cum apud.eo.tit.& vtrobique gl.& Dd.& not. etiam gl. in ca. ſit rector.in verbo,opera.in. fin.43.diſt.& Hoſt.in Summa,de ſponſ.§. qualiter contrahatur. & Zenz. in Extrauag.Ioan.22.cuius caput eſt,execrabilis verſi. ſtatuimus. in verbo,uerbaliter.vbi & hoc generale dicit in omnibus Lapus alleg.57.viſis,perlectis, ac diligenter examinatis. col.3.& iterum alleg.110.in ciuitate Florentiæ, col.16. in paruis.Bald.in l.1.in fin.ff.de ſponſ.& in ca. 1.§.vlt.tit. de ſucceſ.feud.& è Theologis Diuus Thomas,in 4.ſententia.diſt.26.q.2.artic.4.Id quod multum facit ad hanc limitationem,quia certa eſt verborum forma matrimonio contrahendo ſtatuta,per textum in c.ſi inter. eodem item tit.de ſponſ.& in c. licèt.extrà, de ſponſa duo. Sed tu tamen vide latiùs Lapum ipſum,dicta allegatione 57. fermè per totum.

18 *Mutus iuramentum præſtat nutu.* ¶ Similiter,licèt iuramentum verba requirat, per tex tum in §.ſed neque.in authent de mand.princ. & in c.pe. nul.& ibi Anton.Imol. & Panor. extrà, de iureiurando. & notat gl.in l.& per iuſiurandum.in princ. in verſic.uerius eſt ibi Bart.ff.de accept. Guil.Cu.Bal. & Salyc.in l. qui iurare.in princ.ff. de iureiur. hoc tamen intelligitur in his,qui loqui poſſunt, vt dicit Alex.in l. 1.in princ.col. 3.uerſi.& an mutus poſsit.ff.de verb. oblig. & propterea mutus iurare poteſt nutu,aut ſignis,aut ſcriptura, ut voluit Bald.in rubr.ff.de iureiur.& Ant.in d.l. cùm apud.de ſponſal.& Paul.Caſt.in d.l.qui iuraſſe.

19 *Mutus teſtificari poteſt nutu & ſcripto.* ¶ Nec abſimiliter mutus teſtificari poteſt dummodò ſciat ſcribere,vt notat glo.in c.teſtes.3. quæſtio. 9.& Specul.in tit.de teſtibus,§.nunc tractandum.uerſi. quid de muto.& Doctores in c.teſtibus, extrà, de teſtibus.cū tamen teſtis iurare debeat, l. iuriſiurandi, Cod. de teſtibus,& c.fraternitatis,extrà, eodem tit. Ex quibus facilè poteſt videri, malè dixiſſe glo.not.in l.item quia mutus, ff.de pactis,quòd illud dicitur expreſſum, non tantum, quando verbis exprimitur,ſed etiam, quando euidentibus ſignis, quam gl.ad hoc not.Bal.ibi, niſi eam intelligas ſecundum ea quæ diximus,in i js,ſcilicet, qui loqui non poſſunt.Sed uide quid & de ea gl.dicam infrà,num. 160.quintum genus expreſsi.

20 *Autoritas in actibus tacitis,an tacitè præſtari poſsit.* ¶ Secundò limita, ut uidelicet autoritas & conſenſus ſolennitatis debeant expreſsè adhiberi in actibus ex preſsis,ſecus in actibus tacitis, qui videlicet fiunt per actum facti:quo caſu ſufficit tacita etiam tutoris autoritas ſine uerbis,argum,l.fiſtulas.§.fundum.ff. de contrahenda empt.& ita expreſsè voluit Bald.loquens de autoritate præſtita ad continuandam ſocietatem, quæ tacitè per actus ſcilicet ſociales contrahitur,in l.ſi patruus,col. penult.C.commu.utriuſque iudic.& in leg. mandatum, col.



columna ſecunda in tertia oppo.C. mand. & ſequitur Paul.Caſt.conſi.366.omnipotentis Dei. lib. 2.&Bar.in in l.1.in princ.col.30.& iterum in l.ſciendum, col.28.ff. de verbor.oblig.vbi dicit,hanc diſtinctionem eſſe mirabilem,& conſi.31.ſapienter ſcribitur,col. 3.verſi.& ſi di cas,tutor.lib.1.& d. conſi.20.illud adferam in medium, col.16.uerſi.& adduco quod voluit,lib.2.& conſi.60.illud in medium adferam,col.6.in 3.dub.lib.3. & conſi.1. col.item 6.uerſi.& ſi quiſpiam dixerit, lib.4.& Iaſ.in l.1. col.2.verſi.primò limita.C.qui teſtam.face. poſ. & Lancel.Gal.in l.1.in prin.col.antepen.verſi. ſextò requiruntur.ff.de verb.oblig.

21 *De eadem re.* ¶ Et idem quoque voluit ipſe Bald. quem ſuperiores Dd.non allegant,in l.2.col.vlt.C.de iure fiſci.lib. 10.vbi etiam loquitur de autoritate tutoris, & in l. potuit. in vltima quæſtionee.C.de iure delibe.cùm dicit,quòd ſi pupillus maior infante,vnà cum tutore poſſeſsionem hæreditariam eſt ingreſſus,videtur per hoc hæreditas legitimè & cum autoritate tutoris appræhenſa, licèt tutor nihil ſit loquutus, quia hic actus aditionis ſiue appræhenſionis eſt tacitus,& circa actus tacitos tacitè loquimur re bus ipſis,& factis,ar.l.de quib.§.nam cùm ipſe.ff.de legibus.& l.item quia.ff.de pactis.& d.l.ſi pater naturalis. ff. de adopt.& l.cùm oſtendimus. §.vlt.ff.de autoritate tuto. Quam deciſionem ſequitur Roma.ibi, & Soc. conſil. 135.pulchra & ſubtilis,col. 1.lib.2. & eſt 1. eius vol. & Barb.conſi.3.benè etenim cuncta geruntur,col. 4.uerſi. præterea iſtam quæſt.lib.3.

22 *De eadē re.* ¶ Verùm Franc.Aret.in l.gerit, col.vlt.ff. de acq. hæred.dicit hanc differentiam Bal.iure non probari. Nam d.l.fiſtulas.§.fundum.non loquitur in actu per pupillum faciendo,in quo requiratur autoritas, ſed de executione prioris contractus facti cum patre pupilli, quam tutor ip ſe exequi poteſt,etiam ad commodum ſuum, ſicuti illam ponderat Bal.ipſe in leg.cùm ipſe, in fin. C. de contrah. empt.& in l.bonorum,col.ult.C.qui admit.& ſuprà alibi diximus.videlicet in gl.3.in 14.q.num. 68. ſed & ad hoc. Ideo tibi ampliùs cogitandum eſſe cenſeo.

23 *Quid ſi ſola præſentiam ante actum,uel ipſo quicquā actum dictumue ſit quod autoritati adſtipulatur. Conſilium pro autoritate.* ¶ Limita tertiò, vt ita procedat, quòd uidelicet ſola præſentia & patientia non habeatur pro autoritate,licentia,aut conſenſu, qui debeat adhiberi ad legitimandam perſonam: ſed ſi præter præſentiam ante actum vel etiam in ipſo actu quicquam dictum factùmue fuerit ab eo,qui debet interponere autoritatem vel conſenſum, quod illum denotet velle conſentire,aut autoritatem præſtare,licèt expreſsè non dicat, quòd conſentit, uel autoritatem præſtat:ſatis tamen eſt,vt autoritas uel conſenſus præſtitus videatur. Quantùm ad primum pertinet,tex.eſt notabilis,in cap.dilecti,extrà de arbit.vbi conſilium prius datum ab eo,cuius in actu autoritas requirebatur, deinde illius præſentia in ipſo actu pro autoritate habetur.& ita ibi not.Panormita.col.3.verſi.Epiſcopus ergo, dicit illū textum eſſe ad hoc benè notandum,& Roman.qui etiam illum textum commendat,in d.l.quæ dotis.& ſoluto.matr. & Corſe.qui illum textum dicit ſingul. & vnicum in ſuis ſing.in verbo,minor ſi ex diſpoſitione ſtatuti, ante finē.

24 *Pater agens cum filio, et cōſenſum præſtare uidetur.* ¶ Secundum autem probatur per id, quod voluit Bart.in leg.cùm pater. §.libertis, in pen.quæſt.ff.de lega. 2.ſi pater & filius ſimul agant, videtur pater præſtare con ſenſum filio, per textum ibi, & in leg. Titius, in princ. ff.quib.mod. pign. vel hypoth. ſoluit. Sequitur Imo. in dicto §.libertus,& Bal.in l.vlt.colum.2.verſi. quæro, dicit ſtatutum,& ibi quoque Salyc. colum.2.uerſic.quæro quid ſi ſtatutum, C. de Senatuſc. Macedon. vbi per hoc dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd filiusfam. non poſsit ſe obligare ſine patris licentia, vel conſenſu, ſi pater & filiusfam. ſe ſimul in eodem inſtrumento obligent, ſatisfactum eſt ſtatuto.Ad quod etiam dicit facere text. in l.is qui hæres.§ .vlt.ff.de acquir. hæred. vbi & hoc idem voluerunt ipſe Bald. qui id dicit notandum, & Angel. *Idem ſi ſe ſimul obligent.*

Imo. Rom. Alex.& Franc.Aret. qui & hoc dicit ſing.& tamen limitat.Et idem Bal.in l.filius, in fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.& in dicta l.Titius,in prin.vbi etiam loquitur in ſtatuto huic noſtro ſimili, ne vxor donet aut contrahat ſine conſenſu mariti,& ibi etiam Angel.ff.qui bus mod.pign.vel hypoth. ſolut. & idem Bal. in l. quoties ab omnibus,colū. 1. & ibi quoque Ang.in lect.Flor. Fulgo.& Iaſ.in fi. C. de fideicom. vbi dicit ipſe Bal.paria eſſe plures vendere, & inuicem conſentire. Et rurſum idem Bald.in addit.Spec.tit.de reo, in fi.Ang.Imol.& recentiores,in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſoluto matrimonio.Imo.& Alex.in l. 1.§.quæſitum, ff. ad Trebel. Raph.Co.conſi.40.quidam filio ſtudenti, col.vlt.& Paul.Caſt.conſi.52.ſuper primo dubio, licèt fuerint diuerſæ opiniones,in fi.lib.2. & Pan.in ca.cùm dilectus, in 1.nota.& ibi Barb.colū.2. de conſuet.vbi etiam dicit Panor.quòd quis alium eligendo, videtur illi dare licentiā acceptandi,& rurſum idem Panorm.in ca.cùm in veteri, colum.3.verſi.nota tamen primū dictum, extrà de elect. & in c.ſicut noſtris,in fi.de iureiur. Alex.in l. ſi conſtante.§.ſi vxor,poſt prin.ff,ſolut.matrim. & conſi. 29.præclarè ſubtiliter,col.3.verſi.confirmari poteſt, lib. 3.& cōſil.8.viſo themate,col.2.in prin.lib.5,Franc.Aret.loquēs de licentia,conſi.160.longa eſt iſta conſultatio,colū.10. in 8.dubio.Barb.in c.edoceri,char.5. de reſcript. Corn. conſi.45.duo principaliter veniunt,colum.4.verſic.præterea quando pater, libr. 1.vbi loquitur de conſenſu patris requiſito ex ſtatuto in contractu filij, & conſil.254. videtur in hac conſultatione, col. 1.eo.lib. 1. & conſi.51. licèt in hac conſultatione,colū.2.lib. 2. & Socin. conſil. 200.quoniam ex forma ſtatuti,colum.2.in fi.cum princi. ſeq.lib.2.& conſi.80.præſens conſultatio,col.3.verſi.capio primam,lib. 4. vbi hoc trahit ad ſtatutum requirens conſenſum viri in contractu vxoris, & rurſum conſilio 125.quoniam ex forma inſtrumenti, colū.3.verſic.quod autem in caſu noſtro, libro 4. Ang. Aretin. in §. ius autem,Inſtitu. de patr. pot. & in §. 1. Inſtit. qui dari tuto. poſſ.& in §.pupillus,col.3.verſic. unde ſing. tene menti, Inſtit.de inuti.ſtipul.vbi hoc dicit ſing.Barb.conſi.5.benè etenim cuncta geruntur, col.4. uerſi. & ſi dicatur, libro 3.& Fely.in c.cùm nuntius, in ſi. de teſtib. & in cap. cùm Bertoldus, conſil.4.verſi. limita ſecundò, de re iudic. Philip.Dec.conſ.418.viſa & iterum lecta, colū.2.uerſic. poſtremò conſiderandum, & Fab. in tract. de empti. & vend.in 39.q.3. quæſt.princ.Steph.Bertr.conſi. 329.ponitur in facto,col.3.nu.6.& 7.lib.1. & conſi.18.viſo conſultationis themate,nu.5.lib.2. Hippo.Marſ.conſi.7.adiuua me,col.antepe.verſ.ſepoſito,lib. 1.& ſingu. 447.faciens contractum. *Idem ſi licentia.*

25 *Quid ſi fideiubeat.* ¶ Nec ab iis diſſentit,quod ſcribit Bald. in l.exceptione.C.de euict.quòd cùm quis fideiubendo cenſeatur cō ſentire contractui, cuius ſe fideiuſſorem conſtituit per textū ibi,& in l. Pomponius.§.1.ff.in quib.cauſ.pign.uel phypoth.taci.contr.& l. venditionem. C. de vſucap. pro empt.cum alijs concor.à me collectis in tracta. Retract. tit.1.§.1.in gl.9.in uerbo, *ou linager*, n.268.incip.poſtremò, ſi ſtatutum eſt, quòd filius non poſsit obligare ſine conſenſu, certè ſi pater pro filio fideiubeat,ſatis conſenſiſſe videtur.Subdit tamen hæc uerba,cogitabis, quia nō determino nunc. Hoc tamen pro indubitato firmat idē Bal.in ſua Marga.in verbo,ſtatutum,verſi.pen.et eum ex priori loco refert,et ſequitur Alex. in d.l.is qui hæres.§. vlt.col.1.ff.de acquir.hæred.et Soci.d.conſi.80.lib.5.Et Hippo.Marſil. conſi.9.vbi ſuprà.Et uide,quæ dicam infrà.nu.39.adſtipulatur.

26 ¶ Huc quoque ſpectat, quod in non longè diſsimili cauſa ſcriptum reliquiſſe dicitur Cardi.Flo. is eſt Zabar.in c.olim,le 1.extrà de reſtit. ſpoli. quòd ſi Epiſcopus vendit aliquem fundum, ut in eo ædificetur templum, eo ipſo videtur pręſtare autoritatem id templum ædifi-

ædificandi,licèt aliter aut ſpecialiter non dicat ſe in id autoritatem præſtare. Et id nuncupatim ex eo refert, & ſequitur Barb.in d.ca. dilectus, extrà de conſuet.et iterum in addi.Bal.in d.l.exceptione,in fin.C. de euict. Tametſi illud non inueni in meo codice Zaba.

27 *Epiſcopus emens à clerico, ei licentiam dare videtur.*

¶ Quibus concinit, quod pulchrè voluit Ioan. And. in c.qui tacet,col.2.verſi.ſecundum principale, & in fin. dum decidit quæſtionem,quam illic tractat,de reg.iur.in Merc.quòd ſtante ſtatuto,quòd clerici non poſsint alienare res immobiles eccleſiæ ſine licentia Epiſcopi, ſi clerici vendant ipſi Epiſcopo,ex hoc videtur illis data licentia,& ſatisfactum eſt ſtatuto,& ad hoc allegat plurima,& inter cætera dict.l.Titius.ff.quib.mod.pig.vel hypo. ſolu quam deciſionem idem Ioan.And.repetit in c. nònne,& ibi etiam Imol.& Pan.col.pen.Barb. & Fely.col. 3.verſi. & per hanc fallentiam extrà de præſumpt. Alber.in l. qui tacet,colum. 3.verſ.idem Ioan.format.ff.de reg. iur. Bal. in l.voluntas,in princ.C. de fideicom. Petr. Anch.in repe.c.1.in 12.q.princ. verſi. hic ſubiungi poteſt, de conſtit.Et Pan.dicto cap.cùm dilectus,in primo not. de conſuet.& in d.c.cùm in veteri,colum.3.vbi ſuprà, de elect. & conſi.11.tria ſunt,in 1.dubio,lib.2.& Fely.in d.c.cùm nuntius,in fin. de teſtib. & in d.cap.edoceri, de reſcript. De quo tamen dubitat Iaſ.in l.1.§. fuit quæſitum, col.1. 1.verſ.vlt.aduerte.ff.ad Treb.proter ea, quæ dicemus poſtea infrà in gloſſ.pen.in 13.quæſt.vbi tractamus,an quis ad ſuum ipſius commodum autoritatem alteri præſtare poſsit.

28 *Patronus ſatis uidetur nõ ſentire inſtit. de ſe facta.*

¶ Simile propemodum eſt, quod voluit idem Ioan. And.& alij poſt eum in cap.per veſtras,de iure patron.ꝙ licèt non valeat inſtitutio facta patrono inconſulto,per cap. decernimus.15.quæſt.7.idque etiam,ſi inſtituens eũ putabat non eſſe patronum,d.c.cùm Bertoldus, & ibi Panor.de re iudic.tamen ſi Epiſcopus contulerit ipſi patrono,ſatis videtur ipſe patronus conſenſum accommodaſſe,& valet collatio. Et facit quod ſcribit Cardi. Flor. in c.ult.in 1.quæſtio.de iure patron.quòd qui patitur ſe pręſentari,intelligitur conſentire pręſentationi,per Clem.1. §.ſecus,de conceſſ.præben.

29 *Pater ſolicitans pro filio litigãte,illi conſenſum præſtare uidetur.*

¶ Adſtipulatur etiam,quod voluit Bal.quem ſequuntur plerique ex recentioribus,quos ſuprà citauimus,in d. l.vlt.§.neceſsitate,colum.pen.verſi. quæro an ſufficit pręſentia.C.de bonis quæ libe. cùm dicit, quòd in caſu d.l. non ſufficit præſentia patris, quia per hoc non intelligitur conſentire,per l.filius. §.inuitus. ff. de procurat. Niſi apparerent indicia conſenſus, vt quia pater ducat aduocatum,vel inſtruat,ar.d.l.ſecundæ.§.voluntate.ff. ſolu.matrimonio.& l.vbi non voce.ff.de reg.iur.& d.l.ſi pater naturalis.ff.de adoptio.& l.mutus.ff. de procur. & l. ſeruo inuito.§.ſi pupillo.ff.ad Trebel.Licèt ( vt ſubdit ) aliud ſit in autoritate tutoris qui debet loqui, quando interponit autoritatem. Et idem in dicto caſu,ſi pater ſatiſdet iudicio ſiſti,vel fideiubeat pro filio, quia id agens cẽſetur conſentire filio agenti,& ſufficit,vt voluit Spec.in tit. de acto.§.1.verſ.ſed quid ſi præſentes,per d.l.exceptione.C. de euictio.& idem dicit Bald.in addit.eiuſdem , in tit. de reo.§. 1.uerſi. quæro ad perfectionem. Super quo etiam vide,quæ diximus ſuprà,nu.25.nec ab his. Et prius illud dictum Bal.ſequitur Pau.Caſt.conſ.276. quia probabiliter,colum. 2.uerſ.præterea cùm maritus,li.1.vbi & hoc trahit ad ſtatutum requirens conſenſum viri præſtari agenti vxori: vt ſcilicet ſatis conſentire videatur,cùm cauſam ſolicitat.Quod vtique notandum eſt, quia ſtãte hoc noſtro ſtatuto, vxor ſine conſenſu uiri litigare non poteſt,vt diximus ſuprà in gloſſ.in uerbo,*contracter*, in 21. q.& nos habemus conſuetudinem expreſſam,ut ibi quoque diximus.

*Et qui pro eo ſatiſdat.*

30 *Quid ſi alius actus poſitiuus i*

¶ Nec illud prætermiſerim, quod generaliter voluit Panorm.in cap.cùm uirum , in 3. not. de regulari. quòd quando vltra præſentiam & taciturnitatem alicuius interuenerit aliquis actus poſitiuus tũc tacens habetur pro conſentiente,& idem penè voluit idem Pan.in c.non iniuſtè,col.pen.de procura.& Iaſon,qui ad hoc multa allegat,in l.quæ dotis,col.antep.verſicu. 17. ff.ſolut. matrim.

*teruenerit cum præſentia.*

Quin etiam plus voluit Franc.Aret.in l. Gallus, in princ. col.3.verſi.ex quibus iuribus.ff.de lib.& poſth. quòd actus,qui debet interuenire pro forma,ſicut autoritas, vel iuſſus,ſatis ſufficienter videtur interuenire, ſi tacitè reſultet ex verbis illius,qui debet iubere,aut autoritatem præſtare:non etiam ex ſola iuris præſumptione, puta ex præſentia,& patientia tutoris, vel ex actibus non habentibus verba,per textum in d.l.is qui hæres. §. vlt. iunctis no. in l.3.ff.de autot.tut. & hoc reputat ſing. Ludou. Lancelo. Gal.in d.l.in prin.col.antepe.verſi.item ex alia.ff.de verbor.oblig. Ex quo potes intelligere,ſenſiſſe Aret.neceſſaria eſſe quædam verba, licèt non expreſſa, cum actibus conſenſum,aut autoritatem quandam denotantibus:nec ſatis eſſe actus ipſos ſine verbis.

*Quid ſi cõſenſus tacitè reſultat ex uerbis.*

*Quid ſi nulla ſint uerba.*

31 *Declaratio præcedentium.*

¶ Poſtremò nec illud omittendum, quod dicit idem Aret.in d.l.is qui hæres.§.1.col.1.quòd id quod diximus ſatisfactum eſſe ſtatuto requirenti licentiam, vel conſenſum patris in contractu filij, ſi pater & filius ſimul contrahant,eſt intelligendum, quando ſtatutum requirit ſimpliciter licentiam,vel conſenſum . Sed ſi requirat licentiam, vel conſenſum expreſſum, requiri verba, hanc licẽtiam,vel conſenſum exprimentia: vt videtur determinare Bal.poſt longam diſputationem, in addi. Specu. in tit. de actore, verſ. ſed quid ſi ſtatutum , ad fin. additionis, vbi etiam in fi.dicit,quòd ſi tutor ſimul cõtraheret cum pupillo,non ſufficeret ad probandum actum: quia in autoritate requiruntur,uerba, per notata in dicta l. 3.ff. de auto.tut.id quod Aretin.dicit valdè notandum . Sed aduerte,quia ille §.ſed quid ſi ſtatutum,in quo Are.allegat. Bal.non eſt in tit.de actore,ſed in ſequenti, de reo: & eſt poſtremus illius tituli. Et illud idem de tutore dicit Bald. in d.l.vlt.§.neceſsitate.C.de bonis quæ liber. vt dicemus uerſ. ſeq. ex his vides , lector candidiſsime, rem hanc eſſe ualdè tenebroſam, & Cimmerijs ( vt dicitur ) tenebris atriorem. Sunt enim iſta, quæ ex alijs, maximè noſtris ſcriptoribus,huc tranſcripſimus,adeo ſecum pugnãtia,vt fermè neſcias,qua tibi ſit via incedendum. Verùm ut omnem prorſus ſcrupulum amoueas, omnemque dubitandi materiam ſubducas,illud conſulo,ut ſi cum muliere quapiam contrahere uelis, facias adhiberi autoritatem & conſenſum mariti verbis expreſsis:ita enim fiet res minimè obſcura.

32 *Præſentia ſi requiratur,& an conſenſus, uel conſiliũ requiratur.*

¶ Limita quartò,procedere quæ diximus , in autoritate,conſenſu ſolennitatis, & licentia , de quibus ſemper loquuti ſumus. At ſi ſtatutum prohibeat aliquid fieri ſine præſentia alicuius,ſatis eſt illum eſſe præſentem: quãuis nec conſentiat,nec conſulat id fieri, nec etiam ab eo petatur conſilium,ut uoluit Bal.in ca.ex parte Epiſcopi, col.1.extrà de reſcript.& Fran.Are.qui illius non meminit in d.l.ſi quis mihi bona.§.ſi coram,in 1.not.ff.de acquir.hære.per id quod uoluit Bar. in l. Modeſtinus, col. 1.ff.de donat.quòd cùm in inſinuatione ſola iudicis præſentia ſufficiat,per l.omnium.C.de teſtam. ſatis eſt,quòd donatio fiat coram iudice, abſque eo, quòd iudex aliquid faciat,aut interponat decretum . Et ſequitur Bal. in l.illud,col.2.in 1.q.C.de ſacroſ.eccleſ.ubi & ad hoc allegat tex. quem dicit ad hoc apertum, & meliorem de iure,in l.ult.C.de prædi.curi.10.& idem Bal. & ante illum Barto.in d.l.omnium, uterque ad fi.& ibi etiam Alex.colum.1.C.de teſta.Bal.in l.ſancimus,ad fi. C.de diuerſ.reſcrip.Quòd ſi quis dixerit,quare igitur, & ad quid requiritur,præſentia conſanguineorum, niſi uel conſentire, uel conſuli debeant? Certè dicit Aret. multùm poterit operari.quia non eſt uerſimile,ſi uideant contrahentem decipi dolo, uel re ipſa, quod id patiantur, quin ſponte illum moneãt: nec ita facilè incutietur metus, per not. in l.



in l.Pola.ff.de his quib. vt indign.& in l.tranſactionem. ff.de tranſact.

33 *De eadẽ re.*

¶ Sunt tamen,qui putant, conſilium ab eo eſſe neceſſariò petendum,cuius præſentia in aliquo requiritur : ſicuti voluit glo.in d.§.ſi coram , ſuper verbo, rectè relata ad vtrunque exemplum poſitum in textu, vt etiam eſt de mente ipſius Bal.qui tamen illam non allegat, in l.nã ita Diuus.ff.de adopt.& Panorm.in c.non poteſt, ad fin.de re iudic.vbi dicit, quòd iura diſponentia, quòd Epiſcopus debet definire cauſas in præſentia clericorum, importat, quòd Epiſcopus debet requirere eorum conſilium .

34 *De eadẽ re.*

¶ Nec deſunt,qui etiam ſentiant, hoc caſu illos quoque conſentire debere,tanquam ſint & ipſi iudices, vt gl. in c.ſumma.1.ſ.q.7.& gl.in c.Epiſcopus nullius, & ibi etiam Arch.ea.quæſt.& cauſa. Et hoc quoque ſentire videtur Bal.ſibi contrarius,in l.cùm hi, in prin. ff. de tranſact.dum dicit,quòd quia in inſinuatione donationis requiritur præſentia iudicis, ideo non intelligitur donatio inſinuata,niſi iudex eam admittat. Sed tu de hoc poſtremo Bal.d.vide Anton.Cana.in tract. de inſinuatione.

35 *Scientia, vel conſcientia an conſenſum requirat.*

¶ Limita quintò,etiam non procedere, quando ſtatutum loquitur de ſcientia, ſiue conſcientia : quia videlicet prohibet ne fiat contractus ſine cõſcientia alicuius : quo caſu certè non modò præſentia ſtatuto ſatisfacit, ſed & ſimplex,nudaque contractus ſcientia,etiamſi ille nõ conſentit. Ita voluit Angel.in §.emphyteuſis,le 2.in authen. de ali.& emphyt.per textum ibi facientem diſcrimen inter conſenſum , & conſcientiam. Sequitur Rom.qui & ſing.illum tex. dicit,ſing.793.ſtatutum dicit, & Alex. in d.l.1.§.voluntatem.ff.ſolu.matrimon.reprehendens eũdem Angel.qui alibi tenuit contrarium,videlicet in §.nõ aliter,in authen.quo.opo.epiſcop.& cleri.& etiam in d.l.. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff. de acquir. hæred. Et illam quoq; priorem partem tenuit ipſe Bal.in l.nemo, ante fi. C.de ſent.& in d.l. omnium , ad fi. verſi.item not. quod dicitur,& ibi Cor.& Iaſ.vterque poſt princ.C.de teſta.et Fran.Aret.in d.§.iuſſum,col.antepen.Fely. in ca.nònne, colum.2.de præſump.& Phil.Dec.in §.1. colum. vlt.C. de bon.poſſ.ſecund.tab.& Franc.Ripa in d. §.voluntatẽ, col.1.id intelligens, modò cùm præſentia adſit & intelligentia,per not.à Bar.in l.diem proferre.§. coram.ff.de arbit.cum ſim.Sed & illam priorem partem ſequuntur ij etiam,quos nunc citabo.

36 *Et quid ſi ſcientia uel conſcientia ſuperioris requiratur.*

¶ Fallit enim illud Ang.dictum, quando conſcientia requiritur alicuius ſuperioris conſtituti in dignitate : videlicet Epiſcopi: quia tunc conſenſus illius requiritur, ſecundum Archi.in c.quidam,per illum tex.18.q. 2.quẽ ſequitur Bal.in d.l. vl. §. neceſsitate. C. de bonis quæ liber.& fuit de mente ipſius Bal.in rub.C.de exerci. col.3. verſi.quid ſi verba dictant,& idem tenet ipſe Ang.& Roma.in d.§. iuſſum,& hoc dicit Alex.vbi ſuprà,in d.§.voluntatem , eſſe menti tenendum . Et ita etiam videtur intellexiſſe Angel. in d.l. non aliter, cùm loquatur de conſcientia Epiſcopi, & propterea non eſt ſibi contrarius, vt dicit Alex.Socin.autem in d.§. voluntatem,colũ. 1.& ibi poſt eum Fran.Ripa,col.2. in princ. dicunt hoc, quod dictum eſt de Epiſcopo, confundi per tex. in d.§. emphyteuſis,cùm dicitur, cum licentia & conſenſu : ibi enim conſenſus & ſcientia Epiſcopi non requiritur pro autoritate: ſed requiritur ſcientia Epiſcopi, tanquam vnius ex contrahentibus,c.1.de reb.eccleſ. non alie.

37 *Quid in actibus iudicialibus.*

¶ Limita ſextò procedere, vt videlicet autoritas aut conſenſus ſolennitatis debeant expreſsè interponi in actibus extraiudicialibus, videlicet contractibus, & ſimilibus. At in iudicialibus ſufficit eius præſentia, qui debet conſentire , vel autoritatem præſtare, ſi non contradicat,per leg. minorem. C. ſi tut.vel curat. Nam & in iudicijs uidetur loqui, qui tacet. l.1. C. de error. aduoca.& dicta l.cùm oſtendimus.§. vltim. ff. de fideiuſſ.Et ita expreſsè voluerunt Guliel.Bald.& Angel.etiam in autoritate tutoris , in dicta l. ſi pater naturalis. ff. de adopt. Quibus adde tex.in cap.2.de accuſ. lib. 6. vbi probatur, quòd in iudicialibus ſemper taciturnitas habetur pro cõſenſu. Quod tamen intelligit Angel.vbi ſuprà,procedere in iudicialibus actibus iuriſdictionis contentioſæ: nam in his,quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, idem eſſe,ꝗ in actibus extraiudicialibus.

*Præſentia & taciturnitas in iudicijs pro conſenſu habetur.*

¶ Limita ſeptimò, quòd dictum eſt, autoritatem aut conſenſum ſolennitatis tacitè præſtari non poſſe, vt id 38
procedat in eo,qui ſit inferior principe:nam princeps ipſe id poteſt facere,peræquè ac expreſsè,vt magna autoritate expreſsim voluit Inno.in c. cũ P.tabellio. & ibi poſt eum Bal.col.vlt.uerſi.quæro, dictum eſt , extrà de fid.inſtrum.per tex.in l.1.§.omnia.C.de vete. iur.enucl.

¶ Limita octauò,vt procedat,niſi poſt contractum factum interuenerit eius, qui ex forma ſtatuti conſentire, 39
aut autoritatem præſtare debuit, diuturna ( ſcilicet decẽ annorum) ſcientia & patientia: quia ea vicem expreſsi cõſenſus & autoritatis obtinebit: aut certè faciet præſumi expreſſum conſenſum, & autoritatem interueniſſe: quod in diem recidit. Ita voluerunt in ſtatuto,quòd minor,aut mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu propinquorum. Bal. Ang. Imo. Franc. Aret. & Iaſon in l. qui in aliena,in princ.per illum tex.ff. de acquiren. hæred. Ang. & Imo.in l.ſciendum.ff.de verb.obl.Cor.conſi.337.dictos actores,col.4.uerſi.& ex hoc capite , lib.1. Alex. in d.l.§. voluntatem,vbi hanc dicit eſſe communiorem opi.& Fely.in c.Albericus,col.ult.extrà de teſtib.& in d.c.nònne, col.2.verſi.per iſtam regulam,de præſumpt.& Iaſ.latè cõſi.89.aggredior itaque primum, colum.vlt.verſ.ſecundò & fortius,lib.1.

*Quid ſi uir patitur eũ qui ab vxore emit, diutius poſsidere.*

¶ Et idem in ſimili ſtatuto diſponente,quòd filius nõ poſsit contrahere ſine expreſſo conſenſu patris, uoluit 40
Bal.in l.ſi filiusfam.per illum tex.in fi.C. de petit.hæred. ſequitur Alex.conſi.69. circa primum de quo quæritur, col.3.uerſi.ſed præmiſsis,lib.1.& Fran.Are. conſi. 36.caſus talis eſt,præſupponit, poſt prin. vbi & per hoc dicit, quòd ſi Cardinalis non poſsit teſtari ſine conſenſu Papæ,præſumitur huiuſmodi conſenſus interueniſſe ex tẽporis diuturnitate,per not.per Anton.in ca. ea noſcitur, extrà, de his quæ fiunt à prælat.& in ca.peruenit.de empt. & vend. Sequitur quoque illud Bal.dictum Barb. in l.1.colum. 12.& iterum in d.l.ſciendum,col.26.ff.de verb.obl. & in repet.rub.de fi.inſtrum.charta pen.colũ. 1. & in repe.rub.C.qui admit.col.3.& conſi.33. Pſalmiſta , col.2. lib.& conſi.1.ad Reuerendiſsimum, col.5.uerſic.& pro præſentis,lib.4.

*Pater præſumitur conſenſiſſe filio contrahenti, ex diuturnitate temporis.*

¶ Et ſimile quippiam conſuluit Alex. conſi.113.viſo & diligenter conſiderato,col.pen.uer. quarto comproba- 41
tur,lib.4. quòd ex patientia decennali, poſt alienationẽ rei emphyteuticæ,præſumitur dominus conſenſum pręſtitiſſe,per textum in d.l.qui in aliena.& in d. l. filiusfam. Quod dictum ſequitur Iaſ.in l.ſi certis annis,colum.3.in princi.C.de pact.& in l.1.col.6.verſi.5.limita,in fi.C.qui admit.vbi hoc dicit nota.& conſi. 175.ſuper caſtro, col. 2.uerſi.ad idem facit,lib.2.& Phil. Dec.conſi.222. viſo puncto,col.4.uerſi.quarto.

*Et dominus in alienatione emphyteuſis.*

41 *Contra ſuprà dicta.*

¶ Tamen quod diximus conſenſum ex ſtatuto requiſitũ,in contractu minoris & mulieris præſumi interueniſſe ex ſcientia & patiẽtia decennali, nõ omnino eſt expeditũ,nã cõtrariũ tenuit Bal.ſibi cõtrarius, in l.2.uerſic. itẽ ſi ſtatutũ.C.de leg.hæred.& cõſi.22.præſuppoſito ſtatuto,li.4.& Saly.in d.l. ſi filiusfam.de petit. hæred.& Ro. in d.l.ſciendũ.de uerb.obl.Raph.Cmo. & Alex.ſibi quoque cõtrarius in d.l.qui in aliena,in prin. de acquir. hær, & idẽ Alex.conſi.17.uiſo inſtrumento locationis,col.2. verſ.quia reſpondeo quãtũ ad propoſitũ, lib.4.& latè cõſi.218.põderatis narratis,col.1.& 2.& ſeq.li.6.& Iaſ.ſibi quoq; cõtrarius in d.l.ſi certis annis col.3.uer.nonò facit.

¶ Nec

43 *De eadem re.* Nec obſtant (inquiunt) d.l.ſi filiusfam.& d.l.qui in aliena·quibus maximè innituntur aduerſarij: tum quia loquitur in patre,& filio, qui iuris fictione reputantur vna eademq́ue perſona, l.vlt.C.de impub. & alijs ſubſt. cum ſim. Ideo inter eos faciliùs præſumitur conſenſus interueniſſe. Tum quia ibi agebatur de commodo patris, propter vſumfructum: propterea facilè præſumitur conſenſus illius. Secus, vbi nullum eſſet illius incommodum, qui conſentire debuit. Sed & alijs multis modis reſpondet Alexand.d.conſi.218.lib.6. vt ibi videre poteris. Et huc facit, quod conſuluit Angel.conſi.318. dictus punctus eſt dubius, col.1.

44 *De eadem re.* ¶ Quicquid dicunt iſti, prima op.videtur eſſe verior, & etiã eſt communior, vt dicit Alex.& illam multis ſimilibus fulciam infrà, tit.de præſcriptio. §.1. ubi videre poteris. Vnum tamen eſt, quod in terminis noſtræ cõſuetudinis requirentis expreſſum conſenſum, me ancipitem reddit: quia propter huiuſmodi qualitatem expreſsionis, videtur non ſufficere longum tempus, vt huiuſmodi expreſſum conſenſum præſumamus, quemadmodum ſufficeret in tacito, per notata per Anton. Imo.Panorm. in d.ca.ea noſcitur, colum.vlt.extrà de his quæ fiunt à prælat. Et Alex.conſi.9·viſo themate, col.pe. verſic.non obſtat ſi diceretur, lib.3.

45 *De eadem re.* ¶ Niſi diceres, eos Docto. qui tenent priorem partẽ, etiam id intelligere, cùm expreſſus conſenſus requiritur, vtpote qui loquantur in caſu, in quo requiritur conſenſus expreſſus, licèt ſtatutum non exprimat, cùm talis conſenſus (vt multis placuit) ſit ad integrandam (vt noſtri loquuntur) perſonam, ideoq́ue habet vim autoritatis, vt latè dictum eſt ſuprà in ea gloſſ. in principio & in glo. præcedenti, ad finem. Et hoc tenet expreſsè Alexand. ſibi contrarius, in leg.2.§.voluntatem, in princ.verſic.hoc tamen limita.ff.ſolut.matrimon.cùm dicit, quòd ſcientia, & patientia diuturna idem operantur, quod expreſſus conſenſus, & expreſsiùs Carol.Ruin.conſil.111. quamuis, colum.2.nu.6.lib.4. Phil. Dec.conſi. 409. viſo conſilio, columna 1.vbi & ſuprà adductis rationibus hoc confirmat: nec id negare aſſerit Panormitan. in dicto c. ea noſcitur, quia non loquitur in caſu diuturnitatis temporis, dicitq́ue de hoc eſſe dubitandum. Et huc quoque pertinet, quod ſcribit Bartol.in leg.gerit, ad fin. ff. de acquirend.hæred. Nam cùm primùm dixiſſet, autoritatem verbis expreſsis eſſe interponendam, per not. in l.3. ff. de autor. tutor. & alibi diximus: tandem ſubdit, eum præſumi, ſi tutor vel pupillus diu tenuerit rem hæreditariam.

46 *Statutum de expreſſo conſenſu intelligitur de vero.* ¶ Sed & aliud quoque eſt, quod contra priorem ſententiam dici poteſt. Nam cùm ſtatutum requirat expreſſum conſenſum, videtur eſſe intelligendum de conſenſu expreſſo vero tantùm, non etiam de ficto, & præſumpto, qualis is eſt, qui ex diuturnitate temporis proficiſcitur, vt probat tex.in d.l.qui in aliena, dum vtitur verbo credendum, quod fictionem ſignificat, leg.conficiuntur, in principio iuncta gloſſ. in verbo, quoniam creditur.ff.de iure codicil.& leg. retro creditur.ff.de captiuis, & poſtliminio reuerſ.qui ideo non ſufficit, vbi verus requiritur, vt in ſimili voluerunt Bald. Imo. Rapha. Com. Paul.Caſtr.& Roma.in d.leg. 2.§.voluntatẽ. ff.ſolut. matrim.& Panor.in d.cap.ea noſcitur, in fin.de his quæ fiunt à præla.& Ro. in l. ſciendum, & ibi etiam Franc.Aret.col. 10.verſi.tangit etiam.ff.de uerb. obliga. Nam verba ſtatuti debent verè & propriè intelligi, non fictè, ſiue præſumptiuè.l.3.§. hæc verba, cum ibi not. ff. de negot.geſt.cum ſi. Ideo cogita, quid huic obiectioni reſpondeas.

47 *Præsũpta probatio tẽporis ſufficit, Vbi etiam pro forma requiritur certa.* ¶ Nam quòd hic autoritas, ſiue conſenſus, pro forma ſiue ſolennitate requiratur, ſi verum ſit, nihil nos mouere debet, quin & præſumpta ſufficiat, per id quod in ſimili tenet Franc.Aretin.conſil.51. videtur dicendum prima facie colum. 1.ſcilicet, quòd vbi prõ forma requiritur determinata probatio certi temporis, ſufficit tamen præſumpta probatio, per text. ſign. vt dicit in cap. propoſuit, & ibi Inno.& Anto. extrà de cleri.excom.min. Et ſequitur Iaſ.in l.non hoc, col.4.verſic. confirmo per hoc, C.vnde legi.& Fran. Ripa in ca. cùm eccleſia Sutrina, col.8.verſi.ampliari poteſt, extrà de cauſ. poſſ.& propri.

48 ¶ Sed & illud quoque dici poteſt, quòd vbi caſus fictus ſiue præſumptus à lege æquiparatur vero & proprio caſui, tunc diſpoſitio loquens in caſu uero, trahitur ad caſum fictum vel præſumptum, vt uoluit gl. not. in c.ſuſceptum, de reſcrip.lib.6. & Domi. in c. ultim. in princ.colum.pen.uerſi.ſi uerò eſt contra ius, de conſue. libr. 6. Igitur cùm hic conſenſus à lege præſumatur ex patientia & diuturnitate temporis, & idem operetur ex ipſius legis diſpoſitione, ac ſi expreſsè interueniſſet, vt diximus: conſequens eſt, ut pro expreſſo habendus ſit.

49 *Expreſſus conſenſus potentior, quàm tacitus.* ¶ Nunc reſtat, ut ad alia pergamus. Hæc noſtra conſuetudo requirit expreſſum conſenſum, is enim eſt potentior, quàm tacitus, ut patet ex multis, quæ ſuprà diximus, & præterea ex l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legitim.& l.pen.ff.de iniu.teſt· Ex quibus probatur uoluntatem expreſſam magis eſſe priuilegiatam, præferriq́ue tacitæ, præſumptæq́ue uoluntati, ut ex illis not. Socin. conſil. 51. uiſa facti narratione, columna 7. uerſic. non obſtat ratio, libro 4. Et ex leg.2.§.ultim.ff.de bonor.poſ. ſecund.tab. Ex qua, & d.l.ſi ex pluribus, dicit Franc. Aretin.in l.ſi ita quis.§.ea lege, colum.4.uerſic. dicit etiam notandum hic, ff.de uerborum oblig. expreſſam teſtatoris uoluntatem eſſe fortiorem, quàm tacitam. Et leg. aſsiduis. C.qui poti.in pign.hab.& leg.3. C. ſi pen.appel. mors inter, & l.ult.C. de pact.conuen.& l. maritus. C.de procur. Ex quibus Bald.in leg.arrogator, colum.4.ff.de adop.ſcribit, potentius eſſe expreſſum, quàm tacitum. Quod & in conſenſu uoluit in uniuerſum Io. Andr. in cap.ſcienti, de reg.iur.lib.6.in Mercur. & Panor.in ca.ſi diligenti, colum.13.uerſi.quæro cum gloſſ.de for.comp. & in c.dilecti, colum.1.eo.tit.& in c.ex ore, col. 2.de his quæ fiunt à maio.par.cap.& in c. cleri. colum. pe.uerſic. tertiò not.de iudic.

50 *Tacitum nõ extenditur, vt expreſſum.* ¶ Quod & ex eo ſatis patet, quod uoluit gl.no.in Cle. ſæpè, in uerbo, partibus, ad fi.de uerborum ſign. quæ dicit, tacitum conſenſum nunquam extendi ultra actum, in quo interuenit: expreſſum autem extendi. Quam gloſſ. ſequitur Pan.ibi, & in ca.ſi quis contra clericum, colum.13.uerſi.ſed circa prædicta, de fo.compet.& in c. quoniam contra falſam, colum. ult. de proba. & in cap. præſentium, col.4.uerſi. ſed eſt dubium, de teſtib. Paul. Caſt.in l.ſi conuenerit, ante fi.ff.de iuriſd.omn.iudic. vbi illum dicit ſing.& conſi.33. uiſa appellatione, colum.3. verſi.interdum verò infertur, lib.1.Ro.conſi 133.in propoſito caſu, vbi & illam gloſſ.dicit ſing.& Iaſ. in leg.quæ dotis, in fin.ff. ſolut. matrim. vbi eam gloſſ. dicit ſolennem & auream Fely.in c.cùm acceſsiſſent, colu.14.uerſ. ſecundò limita, extrà de conſti.Philip.Dec.in leg.1.in 4. not.in 2.locis.C.qui admit.& rubr. extrà de conſtit. col. 1.in fi.vbi eam dicit not.& in c.clerici, colum.pen.verſi. tertiò nota.extrà de Iudi.& in c.cùm ſuper, col.2.uerſi notandum tamen eſt, extrà de offic.deleg. & in cap.dilecti, le 1.col.1.in 3.not.extrà de appel.quibus locis dicit not.& conſi.416.in teſtamento, colũ.4. verſi.tertiò dato quod eſſet verum.

51 *Tacita iudicis repulſio non extenditur ut expreſſa.* ¶ Allegat autem ea gloſſ.in d.Cle. ſæpè, quod uoluit Spec.titu.de appel. parte 2. §.reſtat, uerſic.& not.ſecundum, & iterum tit.de citatione, §.1.uerſ.quid ſi reus, quibus locis dicit, quòd tacita iudicis repulſio, uel declaratio, quæ fit per iudicem, procedendo ad ulteriora, ſecundum c.ex parte M.de appel.& not. per Barto. in l. à procedente.



cedente. C. de dilat. non cenſetur facta, niſi reſpectu illius petitionis, quæ tunc fuit facta, non alterius, quæ poſtea fieret. Expreſſa autem declaratio cenſetur generalis eſſe, & præiudicat omnibus etiam futuris & ſequentibus. Quod bellè declarat Paul. Caſtrenſ. dicto conſilio 334.

52 *Profeſsio expreſſa, fortior tacita.* ¶ Facit etiam, quod voluerunt Inno. Anton. Imo. & Pan.in c.1.quod met. cauſ. quòd fortior eſt, difficiliùſque retractatur poſſeſsio facta per verba expreſſa, quàm tacita, per declarationem, & aſſumptionem habitus, quod & ſequitur Socinus conſi.270.conſideratis, columna 3. libro 2. Et huius eſt ratio, quam & ipſi afferunt. Nam verbalis (vt cum noſtris loquar) & expreſſa profeſsio, patenter, certò, apertè, profeſsionem demonſtrat, quia verba naturaliter mentis conceptum exprimunt, l. Labeo.ff. de ſupel. leg. & cap. is autem, 22.quæſtio 2. At receptio & declaratio habitus non neceſſariò infert certam mentem poſſeſsionis, licèt in dubio iura ex hoc præſumant profeſsionem: præſumptio autem facilè tollitur, nempe per aliam præſumptionem, l. Diuus.ff.de in integ. reſti. & cap. ex tranſmiſſa, extrà qui filij ſunt leg. Igitur fortius eſt, quod fit per veram probationem. Quibus & tu adde, quod in ſimili diximus in repet. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nume.132. nec ſolum eadem.

53 *Expreſſa cõditio impedit tranſmiſsionẽ, nõ tacita.* ¶ Ad hæc expreſſa conditio in vltimis voluntatibus, impedit tranſlationem, ſiue tranſmiſsionem, leg.1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tollen. Non autem tacita, leg.conditiones extrinſecus. ff. de condi.& demonſtra, & voluit gloſſ.in leg.item quia, in verbo, malè petitur, ff.de pact. Etiamſi huiuſmodi tacita conditio ſit à lege ſubrogata in locum conditionis expreſſæ appoſitæ à teſtatore, leg. quæ ſub conditione, §.vltim.& ibi gloſſ.& Bart. ff. de condit. inſtit. quem tex. ad hoc multum commendat Fran. Aret.in l.3.ff.de legat.1. Sed hic vide Iaſonem in l.nemo poteſt, ſcilicet in priore ſect. colum.pen.num.91.& in poſteriore, in vlt.col. nu.124. ff.de legat.1.

54 *Expreſſũ legatũ ipſo iure trãſit in legatarium nõ tacitum.* ¶ Præterea quando res expreſsè legatur, dominium ipſo iure tranſit in legatarium, l.à Titio, in fin. ff.de furt. & l.ſi tibi homo, §.cum ſeruus.ff.de legat.1. Non ſic autem, quando tacitè legatur, l.emptor, §.ancillam, cum gl. & ibi quoque Bart.ff.de rei vendi.& l.ſeruum filij.§. vlt. & ibi etiam Bart.Raph.Com.Fran.Aret.& Iaſon de leg. 1. Et voluit quoq; ipſe Bar.in l.1.col.vl.ff eo.tit.in leg.vxore.§.agri plagam.ff.de legat. 3.& Franc.Aret.in leg.ex duobus, la 1.col.1.ff.de duob.reis, & in l.ex duobus, la 2. col.2.eod.tit.& in l.ſi rem, col.5. verſ. unde quantum.ff. de acq.poſſ.vbi dicit ſing.eſſe tex.in d.l. ſeruum filij.§.ul. & Soc.conſi.41.in præſenti, col.7.ver. confirmatur, lib. 4.& Iaſ.in l.ſi fundum ſub conditione, §. qui fundũ, col. 2.uerſi.2.not.ff.de leg.1.

55 *Expreſſa ademptio legati, ipſo iure adimit, non tacita.* ¶ Et è diuerſo expreſſa ademptio legati, ipſum adimit ipſo iure, l.ſi ita ſit adſcriptum. ff. de legat. 1. non etiam tacita ademptio, vt magna autoritate adfirmat gloſſ. ibi, in uerbo, ipſo iure, in fin.per tex.in leg.3.§.ult. & l.ex parte. ff. de adi. lega. Et idem quidem magna ratione, vt hoc addam. Nam ſi legatum expreſſum ipſo iure tranſit, & tacitum non item, vt diximus: conſequens eſt, vt expreſſa legati ademptio ipſo iure adimat, non item tacita, argumento illo à contrarijs in noſtro iure validiſsimo, l.1.uerſi.huius rei, ff.de offic. eius, cui man. eſt iuriſd.

56 *Pactum nudum expreſſum, pignus ipſo iure tollit, non tacitum.* ¶ Et vt redeamus ad principale noſtrum inſtitutum, confine eſt ſuperioribus, quòd pactum nudũ expreſſum ipſo iure pignus tollit.l.maior, & ibi glo.& Doct.C.de pigno.non autem tacitum, vt non obſcurè probat l. ſi tibi, §.de pignore, & ibi gl.magna, Bar.Bal. col.2. Ang. Paul. Caſt.Alexand.Iaſ. & alij, ff.de pact.& l.2.ibi, exceptione eam ſubmouebis, C.de remiſ.pign.

57 *Expreſſa prohibitio alienandi, reddit alienationẽ ipſo iure nullam, et repellit alienantẽ, non tacita.* ¶ Sed & hoc ex eo optimè probatur, quòd expreſſa hominis vel teſtatoris prohibitio alienandi, reddit alienationem ipſo iure nullam: & præterea alienantem tanquam indignum repellit à reuocatione rei alienatæ: vtrunque tamen ceſſat in tacita, gloſſ.not.in leg. cùm pater, §.libertis, in gloſſ.1.& ibi Bar.& alij, ff.de leg. 2.iunctis not.in leg. ſeruo legato, in prin. ff.de leg.1.& voluit Bar.in l.filiusfam.§.diui, col. 2. & ibi etiam alij, & inter cæteros Iaſ.in 1.lect.col.9.uerſi. ſed tu potes, & iterum in 2.lectu.col.10.verſi.amplia primò, & iterum colũ.14. verſ.iſta ſunt quæ reperio, & Ferd.Loaz.in repe. col.56. verſi.item aduertendum eſt.ff.de leg.1.& Alex.in l.Marcellus. §. res quæ, col.2.verſi.quartò limitat. ff. ad S. C. Trebel.& conſi. 23. prima conſideratione, colum. pen. verſi.non obſtant allegata, lib.1. & Iaſon in d.l. ſeruum filij.§.ſi idem ſeruus, colum.vlt.ff. de legat. 1.& in d. leg. cùm quid, colum. 1. in 2.lect. ff.ſi cert.pet.& in authen. res quæ, colum.5. verſic. 5.not.C.com.de leg.& conſil. 23.octo dubia, in fin. lib. 3. Carol. Ruin. conſi.76.viſo, col.1.lib.2.

58 *Tacita alienationis prohibitio non afficit ignorantem expreſſa afficit.* ¶ Et vt intelligas aliam huiuſmodi prohibitionũ differentiam, & maiorem uim eſſe alio quoq; modo in expreſſa, quàm in tacita, illud nõ ignoras, tacitam hanc alienandi prohibitionem non afficere ignorantes, quãdo huius rei habes tex.expreſſum in d.l.vl.§.vl. ff.de leg. 2. quẽ ad hoc dicit ſingul.Iaſ.in d.l.filiusfam.§. Diui, in 2. lect. in priore loco ſuprà à nobis deſignato. Verùm expreſſa afficit, ut dicit Pau.Caſt.ſubdubius tamen, & loquẽs per verbum fortè, in d.§.ult. Sed hoc conſtanter adfirmat idẽ Pau.conſi.257.in cauſa quæ vertitur Saonæ, col.6.uerſi. ſed & alia reſponſio, lib.1.

59 *Tacitus error iuris non reddit ſententiã nullam. Etiam ſi ex expreſſo ueniat.* ¶ Eodem ſpectat, quod dicimus, ſententiam, quæ continet expreſſum errorem iuris, eſſe nullam ipſo iure, iuribus vulgatis: non quæ tacitum, l.ex diuerſo. §.ſi in iudicio, & ibi gloſſ.Imo.& Alex. ff.ſol.mat. cum ſi. Idq́; etiam, ſi is tacitus proficiſcatur ex eo, qđ expreſſum eſt, id eſt, vt meliùs intelligas, intellectualiter, & ex mẽte uerborum, ſecundum Innoc.in cap. P. & G. ante fin. gloſſ. magnæ, de offic. deleg. quem ibi omnes ſequuntur, & præſertim Pan.col.2.verſi.& nullum, vbi id dicit eſſe no, & Ioan.And.in ca. pe.ad fi. eo.tit.Bald.qui id dicit valdè not.in c.quò ad tranſlationẽ, col.vlt.de offi.deleg.Ant.& Imo.in cap.1.& ibi Pan.qui id comendat, col.1. uerſ.itẽ vt ſententia, de re iudic.Idem Anto.in capit.ſicut, ad fin. eo.tit.& in cap.1. & ibi etiam Imo. columna prima, de reſcrip.& in cap.ab excommunicato, & ibi quoque Pan. columna 3.eod.titu.vbi ipſe Anto. dicit ſingu. & perpetuò menti tenendum. Idem Anton.in capitulo ad aures, & ibi idem Imo.eod.tit.& in cap.cùm contingat, colum. 1.eod.tit.& in c.2.de teſtib.cog.& conſi.2.uiſis literis legitimationis, col.2. Panor. in Prœmio Decret. numero 15.& in ca.cum ſpeciali, in prin.col.2.de appel. Domin. in cap.ſolet, quod eſt 2. in prin.per illum text.de ſent. excom.lib.6.& in cap. uenerabilibus, §.ult.etiam per eum tex.eod.tit.& lib.Alex.in l.cum prolatis, col.3. uerſic.ex prædictis, & ibi Iaſon colu. quoque 3. uerſic. in eadem gloſſ.ibi, & idem, ff.de re iudic. Ipſe Alexand. qui id dicit ſingul.in l.qui.Romæ.§.duo fratres, col.28.uerſi.nec obſtat quòd tacita, & ibi latè Iaſ.col.21. uerſic. ſecundò principaliter.ff.de uerbor. oblig. et conſil.79. perſpectis verbis, ad fi.lib.2. et idem Iaſ. in l. licèt Imperator. ff.de legat.1.dum allegat tex.et Domi.in d.c. 2.de ſen·excom. et Iac.à S.Georg.in l.1.col.2.nu.12.C. de erro.cal.quicquid dixerit Pan.in cap.ex parte, in 3. no. per illum text. de cap.mona. ubi tamen tandem videtur ſe remiſiſſe ad Inno. in d.c.P.et G.

60 *Expreſſa ſubſtitutio excludit tacitam.* ¶ Ex his fit, vt expreſſa ſubſtitutio plus uirium in multis habeat, quàm tacita. Primùm enim expreſſa excludit tacitam, vt expreſſum facit ceſſare tacitum, leg. cùm ex filio. §. 1. et ibi Bart. et alij, & leg. qui plures

libe

liberos, §. itaque & l. ex facto, §. idem quæro, ff. de vulg. & pupil. Et voluit Bar. in l. 1. ff. eo. tit. & Bald. in l. teſtamento, in ſecunda oppo. C. de impub. & ali. ſubſtit. & in leg. cum proponas, col. 3. verſi. confirmatur, C. de hære. inſti. Et Raph. Com. conſi. 118. teſtator inſtituit, col. 2. & Doct. vbique.

61 *Expreſſa ſubſtitutio pupil. excludit matrem, non tacita.*

¶ Secundùm, expreſſa conſtitutio pupillaris excludit matrem à ſucceſsione filij, tacita minimè. De primo eſt tex. in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſt. & in c. ſi pater, de teſta. lib. 6. De ſecundo eſt etiam tex. ſecundum communem intellectum, in l. precibus, C. de vulg. & pupil. & in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. & not. glo. Bar. & alij in leg. Lucius, ff. de vulga. & pupil. ſubſti. Bar. in l. Centurio, col. 1. verſi. iſta gl. præſupponit, & ibi quoque Bal. qui diſtinguit, col. vl. eo. tit. idem Bald. in l. Titius, ff. de hær. inſtit.

62 *Expreſſa ſubſtitutio vulg. tollit ſuitatem, & impedit transmiſſionem nõ tacita.*

¶ Tertium, expreſſa ſubſtitutio vulgaris, tollit ſuitatem quam vocant, atque ita impedit tranſmiſsionem nõ autem tacita contenta ſub expreſſa pupillari. Primum probatur ex tex. in leg. ſi filius hæres, & ibi Bart. & alij. ff. de libe. & poſth. Et voluit præterea idem Bartol. in leg. filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. ſub. cum ſim. Secundum ex leg. filius qui ſe paterna. & leg. Iulianus, ff. de acqui. hæred. & no. etiam Bar. in leg. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum. Bald. in d. leg. cùm proponas, col. 3. verſic. tertia eſt tranſmiſsio, C. de hæred. inſtitut.

63 *Subſtitu. præfertur coniuncto venienti iure accreſcendi.*

¶ Quartùm, cùm ſubſtitutus veniat ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, coniunctus autem ex tacita tantùm. l. ſi Titio, §. Iulianus, ff. de lega. 3. Ideo ſubſtitutus præfertur coniuncto volenti venire per ius accreſcendi, leg. 2. §. duo. ff. de bono. poſſ. ſecun. tab. & l. vnica, §. pro ſecundo, C. de caduc. tol. Ex quo Bald. in l. quidam elogio, colum. 2. uerſi. tertiò præmitto, C. de iur. delib. dicit potentiorem eſſe ſubſtitutionem, quàm ius accreſcendi: quod nil aliud eſt, quàm ſi dicas, potentiorem eſſe expreſſam voluntatem, ſiue diſpoſitionem teſtatoris, quàm tacitam.

64 *Seruitus expreſsè legata, ipſo iure conſtituitur, non ſi tacitè. Non autẽ tacitè intellectum.*

¶ Et vt ſubſtitiones relinquamus, ſi ſeruitus in teſtamento expreſsè legata fuerit ea ipſo iure conſtituta cenſetur, leg. 1. ff. de ſeruit. legat. & leg. partem, §. 1. ff. quemad. ſeruit. amit. Aliud autem, ſi tacitè legata fuerit l. ſi ſeruum filij, §. ſi ſtatuliberum, qui eſt vltim. & ibi Iac. Are. & Bart. ff. de leg. 1. & l. emptor, §. ancillam, coniuncta gloſſ. & ibi quoque idem Bartol. ff. de rei vendi. Et voluit item ipſe Bartol. in cap. 1. colum. vlti. & ibi etiam Paul. Caſtrenſ. ff. de lega. 1. & idem Bartol. in leg. binas, ff. de ſeruit. vrb. præd. Tu tamen ſuper hoc vide Imol. Rapha. Com. Alexand. et Franc. Aret. in dicta leg. 1. ff. de lega. 1. Raph. Com. Franciſc. Aretin. et Iaſon in dicta §. ſi ſtatuliberum.

65 *Expreſſũ in uno capite, in alio repetitum cenſetur.*

¶ His concinit, quòd expreſſum in vno capite ſtatuti, aut alterius diſpoſitionis, cenſetur repetitum in alio. leg. quemadmodum, §. vlt. et ibi gloſſ. ff. ad legem Aquil. gloſſ. in §. item lapilli, in verbo, inuentoris, Inſti. de rerum diui. Bartol. in l. 4. §. eritque hæc differentia, ff. vi bono. rap. Quod autem tacitè in vno intelligitur, non videtur in alio repetitum: vt voluit Bald. in l. 1. in princ. per gloſſ. ibi, in verbo, ſi quis, ff. quod quiſque iur. in lect. antiqua, quam ſequitur Alexand. ibi. et Phil. Dec. conſi. 353. in caſu propoſito, et conſ. 416. in teſtamento, columna 3.

66 *Clauſula derogatoria expreſſa præcedens, tollit uoluntatẽ ſequentẽ expreſſã.*

¶ Eodem ſpectat, quòd licèt clauſula derogatoria expreſſa præcedens, tollat voluntatem ſequentem, etiam expreſſam, l. ſi quis in principio teſtamenti, de legat. 3. nõ id tamen facit clauſula tacita præcedens, quæ ſcilicet reſultat ex mente, non ex verbis teſtatoris, l. ult. in prin. et ibi Bar. ff. de leg. 2. Bal. qui eum tex. dicit no. in l. humanum, col. 2. uerſi. ſecundo caſu, C. de legib. Franc. Aretinus in leg. prima columna ſeptima, uerſiculo circa primum, ff. de teſta. vbi illum dicit ſing. et in l. 3. col. 2. verſic. unde infert, eod. titu. ubi etiam dicit not. et Socin. qui no. quoque dicit, conſil. 198. primo aſpectu, columna tertia, uerſi. licèt in caſu, et Iaſ. in l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus, colum. ult. ff. de leg. 1. et in l. filio quem pater, ff. de lib. et poſthum. quibus locis dicit ſing. et l. cùm quid, col. 2. verſi. quartò, in 1. lect. ff. ſi certum petat. ubi dicit notab. Ex quo vides, quod iam ſuprà ſæpiùs diximus, potentiorem eſſe uoluntatem expreſſam, quàm tacitam.

*Non tamẽ tacita.*

67 *Alienatio voluntaria inutilis adimit legatũ tacitum, non expreſſũ.*

¶ Mentio autem d. l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus, vnum aliud ad memoriam reuocat, quod ad hanc tractationem pertinet, nempe quod dicit gloſſ. ibi in uerbo vænierit, in 1. oppoſi. ſcilicet, quòd voluntaria alienatio inutilis rei legatæ adimit legatum tantum, per leg. 3. §. vltim. de fide inſtrumen. non etiam expreſſum, per textum in d. §. ſi idem ſeruus, et eam nuncupatim ſequitur Angel. et Paul. Caſtren. ibi, quanquam Imo. Alex. et Fran. Aretin. ibi reclamant. Sed priorem tutatur Iaſ. in eodem loco.

68 *Principis prohibitio expreſſa, actum irritat, non tacita.*

¶ Sed ad id, quod ante diximus de clauſula derogatoria, proximè accedit, quo traditum eſt ab Imo. in cap. dilectus, le 2. (ſunt enim tria eius initij capita in illo titu.) colum. 4. uerſi. in ea glo. ibi, prohibuit, et ibi quoque Panor. licèt non ita expreſsè, colum. ultim. ext. de præb. quòd licèt actus factus contra prohibitionem expreſſam principis non valeat, capitulo propoſuit, de conceſ. præbend. cum ſimilib. adductis à gloſſ. in cap. dilectus: ſecus tamen in tacita, quæ ſcilicet venit per quandam ſequentiam, per textum in cap. dilectus, & adducit ex Imo. quæ in ſimili is no. in d. l. ſeruum filij, §. vltim. ff. de leg. & id quoque ſequitur Soci. dicto conſil. 198. ubi ſuprà, lib. 2.

69 *Expreſſus conſenſus in multis caſibus requiritur.*

¶ Huc quoque pertinet, quòd in multis caſibus requiritur expreſſus conſenſus, nec ſufficit tacitus, quaſi ſcilicet plus ponderis & momenti ſit in expreſſo, quàm in tacito: vt in caſu cap. ſtatutum, §. in nullo, & ibi gloſſ. in verbo, expreſſus, & alij, de reſcript. lib. 6. Et in alio caſu Hoſtien. in ca. nuper. & ibi Panor. colum. 1. uerſi. glo. prima eſt facilis, extrà, de teſtibus. Nam & videmus, quòd in alienationibus temporalibus rei eccleſiaſticæ ſufficit tacitus conſenſus capituli. c. 2. de his quæ fiunt à Prælat. In perpetuis, expreſſus requiritur, gloſſ. Innoc. Hoſti. & Panor. ibi. & glo. in c. 1. in verbo, perpetuis, de non ali. reb. eccl. lib. 6. Et cùm clericus tranſit ad aliam eccleſiam eiuſdem diocœſis, ſufficit tacitus conſenſus Epiſcopi: ſi alterius, requiritur expreſſus, glo. in cap. placuit, 7. q. 1. & in c. 1. 21. q. & Ant. poſt Vincent. & Tancre. in c. admonet, de renunc.

70 *Procurator non poteſt tacitè reuocare ſubſtitutũ.*

¶ Et quod ſcribit Old. conſi. 130. omiſſa, col. 1. quòd procurator, qui habet poteſtatem reuocandi inſtitutũ ab eo, poteſt expreſsè reuocare, non tacitè: quem refert & ſequitur Nellus in tract. bannitorum, in 2. parte præteriti temporis, q. 9. de quo nonnihil per Domi. in c. ſi quẽ, §. ſecus, de procur. lib. 6. Et quod tradit Bald. in ca. 1. §. iudices, in fin. tit. de pac. iura. fir. quòd expreſsè renuncians appellationi, videtur fateri, ſe malam cauſam habere, per l. 3. C. de fid. inſtr. ſecus ſi tacitè, per leg. properandum, C. de iudic.

71 *Expreſſus conſenſus tacito potentior.*

¶ Et generale eſt, ac propè perpetuum, ut potentior ſit expreſſus conſenſus, quàm tacitus: vt uidere licet ex Io. And. in c. ſcienti, de reg. iur. lib. 6. in Merc. Pan. in ca. clerici, col. pen. verſ. tertiò no. de iudic. & in c. ſi diligẽti, col. 10. uerſi. quarto cum gl. pe. extrà de for. compet. & in c. dilecti, col. 3. no. in fi. eo. tit. & in c. ex ore, colũ. 2. de his quæ fiunt à maio. par. c. & Doct. ubiq;. Nam is conſenſus, ea uoluntas propriè dicitur, quæ expreſſa eſt, ut dicit Bald. in d. l. 2. §. uoluntatem, & ibi quoq; Alex. & alij. ff. ſol. mat. & Philip. Dec. conſi. 308. in caſu ad nos tranſmiſſo, col. pe. Et ideo conditio, ſi conſenſerit, ſi uoluerit,

*Cõditio, ſi uoluerit.*



rit, expreſſam voluntatem requirit. Bart. in l. ſi ita legatum. §. ſi ille volet, ff. de leg. 2.

72 *Coniecturæ ſæpè nos fallunt.*

¶ Et ſanè voluntas, ſiue conſenſus expreſſus eſt clarior, apertior, manifeſtior, vt qui verbis concipitur. Tacitus eſt quodammodo occultus, tectus, præſumptus tantùm. vt probat, l. qui ad certum. ff. loca. Et plerunque fallax, vt qui à mente & coniecturis proficiſcitur, in quibus ſæpiſsimè decipimur, vt dicit Bald. aliud tamen agens, in l. precibus, col. 7. verſ. dixi ergo de duabus. C. de impuber. & alijs ſubſti. & Franc. Curt. conſil. 64. antiquiſsima, colum. 2. uerſi. quia in vltimis voluntatibus, & Iaſ. in l. licèt Imperator, colum. 3. in 4. no. in fi. ſub num. 18. ff. de legat. Et alibi dicit ipſe Bald. videlicet in l. 1. col. 7. verſ. modò ſequitur alia. C. de confeſſ. de mente hominis nullum eſt directum teſtimonium, per not. in l. iuriſgentium. §. pactorum, ff. de pactis. cum alijs multis à me collectis in repe. l. ſi vnquam, in uerbo, libertis, nu. 22. incip. vuum tantùm, & præced. C. de reuoc. donat.

73 *Tacitum cum legis adminiculo, quandoque fortius eſt expreſſo.*

¶ Ex quibus planiſsimè conſtat, illud ueriſsimum eſſe, quod iam ſæpiùs diximus, conſenſum expreſſum plus habere momenti, virium, & ponderis, quàm tacitum. Id quod omnino & ſine exceptione obtinet, ubi conſideratur conſenſus ſimpliciter ſine adminiculo, ſiue fomento. At ſi cum eo occurrat legis aliquod adminiculum, tunc certè conſenſus tacitus quandoque eſt potentior expreſſo, vt pulchrè & ſcienter declarat Panormita. in dicto c. dilecti, colum. 1. in 3. not. extrà de for. compet.

74 ¶ Et id quidem patet in renunciatione expreſſa hæreditatis paternæ, quæ intra triennium reuocari poteſt. l. vlt. C. de repu. hæred. & l. ſi quis ſuus, ff. de iur. delib. non autem ea, quæ tacitè inducitur à lege, per lapſum temporis. l. 3. vbi id expreſsè not. Barto. Bal. Paul. Caſt. & recentiores. C. de iur. & facti ignor. & not. etiam ijdem. Bar. Bald. & Paul. in d. l. ſi quis ſuus, ff. de iur. deli. & Bar. in l. ſeruus, §. vlt. ff. de bon. poſſ. & Bald. in l. 1. in 27. oppo. & ibi latè Alex. & Philip. Dec. in 4. not. C. qui admit. Pau. Caſtr. & Alex. in d. l. vlti. C. de repud. hære. & his prior Accurſ. in l. 2. in 3. ſolut. & ibi quoque recẽtiores. C. de iur. & fact. igno.

75 *Expreſſa filij renunciatio hæredi. patri non nocet: tacita nocet.*

¶ Similiter expreſſa filijfamil. renunciatio hæreditatis ſibi delatæ, non præiudicat patri, quin poſsit ex ſua perſona adire. l. vltim. in princ. & iterum in §. pen. C. de bon. quæ lib. Verùm illi nocet tacita repudiatio, lapſu temporis à lege inducta, per l. vltim. ff. quis ord in bon. poſſ. ſeru. & l. j. & ibi Bartol. ad fi. ff. de acquir. hæred. & l. is qui hæres, §. neque filius, et ibi etiam Barto. et alij, eodem tit. et d. l. ſeruus, §. vlt. ff. de bon. poſſ. et d. l. 1. et ibi glo. Bart. in fi. Bald. in 27. oppo. et recentiores. C. qui admit. Ex quibus ipſe Bald. dicit generaliter, quòd renunciatio expreſſa excludit perſonam à iure ſine præiudicio tertij: ſed præſcriptio, et negligentia, excludit ius ab omnibus perſonis, et ſic eſt in rem. Bart. Rom. Alex. Iaſ. in l. is qui. §. neque filius, ff. de acq. hære. Iaſon in l. ſi conſtante, colum. 2. uerſ. hinc uidemus, et iterum col. 37. verſ. 3. in quantum. ff. ſol. matrim. Et propterea dicit idem Bal. in l. Claudius, quæ eſt antepe. ff. de acqui. hær. & in l. eam quam, col. 4. verſ. ex prædictis collige. C. de fideic. poſt Iac. Aret. in l. facta, §. ſi quis bonorum, ff. ad S. C. Trebe. quòd fortiùs excludit tempus propter legis autoritatem, quàm expreſſa renunciatio, vbi agitur de præiudicio tertij, l. natura, §. ulti. ff. ad S. C. Trebel. ſed nulla lex eſt eius initij, in eod. tit.

*Renunciatio expreſſa eſt perſonalis, tacita realis*

*Tẽpus fortius excludit quàm expreſſa renunciatio.*

76 *Prælatus tacitè præiudicat eccleſiæ.*

¶ At Bal. in l. Centurio, col. 2. et ibi expreſsiùs Imol. col. 4. verſ. nec obſtat, ſi dicatur, ff. de vulga. et pupil. dicunt id quod dici ſolet, Expreſſum plus operari, quàm tacitum: non procedere, quando agitur de excludendo aliquo ab hæreditate. Verùm id non tantum non procedit in excluſione hæreditatis. Nam et uidemus, quòd prælatus non poteſt expreſsè renunciare iuribus eccleſiæ, quia id eſſet donare, quod prohibitum eſt, c. 2. de donat. Et tamen tacita repudiatione ex lapſu temporis, à iure introducti, illi præiudicat, c. de quarta, et cap. veniens, extrà de præſcrip. de quo per Fely. in cap. cum acceſsiſſent, col. pe. verſ. tertia concluſio, extrà de conſtitutio.

77 *Et præſes ciuitatis.*

¶ Id quod etiam in alijs multis videmus. Nam Præſes ciuitatis ei non poteſt expreſsè præiudicare, l. Præſes. C. de tranſact. Poteſt tamen tacitè ex lapſu temporis. l. aduerſus, cum glo. C. de uſur. Et in cauſa criminali, vel in cauſa ſtatus, non poteſt renunciari expreſsè appellationi, vt not. in l. pactum inter, et l. ius publicum. ff. de pact. et l. 2. et 3. ff. de liber. cau. Sed tacitè poteſt patiendo labi tempus appellandi, ut dicit Bal. in l. ultima, colum. 1. verſ. oppo. quòd non poſsit, C. de temp. appe. Nam tacitum (inquit) pactum curſu temporis roboratum, plus operatur, quàm expreſſum, per dictam l. facta. §. ſi quis bonorum, ff. ad Trebel. Et hoc (ut ille ſubdit) propter autoritatem præſcriptionis, quam à lege aſſumit. Et idem de procuratore, vt non poſsit expreſsè renunciare appellationi in præiudicium domini, poſſit tamen tacitè per lapſum temporis. Ang. et Imo. in l. ab executore. §. ſi procurator, qui eſt ulti. ff. de appel.

*Et procurator domino.*

78 *Procurator omittẽdo nocet domino.*

¶ Et aliàs ſæpe plus præiudicamus alijs omittendo, quàm renunciando. Nam ut dicit idem Bal. et ante eum Inno. in c. cùm olim Abbas, uterque ad fi. extrà de offic. deleg. poteſt procurator omittendo præiudicare domino: et ſic (ut ſubdit Bald.) plus poteſt omiſsio, quàm renunciatio: et pro ſimili allegat. d. §. ſi quis bonorum. Et curator, qui non poteſt renunciare exceptioni peremptoriæ, nocet tamen adoleſcenti, non opponendo. Bald. et recentiores in l. pactum curatoris, C. de pactis, cum infinitis alijs ſimilibus, quæ ſi huc congerere uellem, tempus me citiùs deficeret.

*Et curator minori.*

79 *Filius tempore excluſus à primo capite non excluſus eſt à cæteris.*

¶ Nec fruſtra dixi ſuprà, quandoque hoc caſu eſſe potentiorem conſenſum tacitum, quàm expreſſum: neque enim hoc ſemper procedit. Nam filius excluſus de iure Prætorio per lapſum anni, uel de iure Ciuili per lapſum 30. annorum, intelligitur ſolùm excludi à primo capite, non à ſequentibus, l. j. §. ſed uidendum, ff. de ſucceſ. edict. gloſſ. in dicta l. 3. ad finem. C. de iur. et fact. ignor. vbi Iaſon illam reputat ſingul. cum alijs multis à me collectis in Tractatu Retractuum, tit. 2. §. item 2. gloſſ. 1. num. 19. hinc fit et duodecimò, et ſequen. Tamen ſi expreſsè repudiauerit ſimpliciter, excluditur ab omnibus capitibus, vt voluit glo. in d. §. ſed uidendum, in verbo, ſucedat, quam ad hoc dicit ſingul. Paul. Caſt. in l. 1. colum. 3. verſ. ſed quærit ibi glo. C. qui admit. ubi ex hoc not. quòd plus operatur expreſſa renunciatio, quàm tacita ex lapſu anni ex lege inducta. Sed illam quoque dicit ſingul. et not. idem Pau. et Iaſ. in dict. l. 3. C. de iur. et fact. ign. et rurſum no. idem Iaſ. in d. l. cùm quid, in 2. lect. col. 2. uerſ. et è contrà, ff. ſi cer. pet. Sed tu circa hoc omnino uide Phil. Dec. in d l. 1. C. qui admit. in 4. notab.

80 *Iuramẽtũ calum. expreſsè remitti non poteſt tacitè poteſt.*

¶ Item ſecundò illud procedit, ut ſcilicet in dubio ſit potentior expreſſus conſenſus, quàm tacitus: ſecus autem, ſi lex ulterius procedat diſponendo contrarium. uerbi gratia, in iuramento calumniæ, quòd expreſsè remitti non poteſt. l. 2. §. ſed quia, C. de iuram. calum. tacitè tamen poteſt ſecundum gloſſ. et Doctor. ibi, et eſt textus in cap. 1. §. item 1. eodem titul. libro 6. et in alijs quoque adductis per gloſſ. in dicto §. ſed quia, et gloſ. in l. longè. ff. de diuer. et tempo. præſcript. et iterum in l. ſed ſi inter, ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. et gloſſ. in c. inolita. 1. q. 11. & in c. ſi fortè, in uerbo, euidentem, ad fi. de elect. lib. 6. et Doctor. in c. cum tempore, de arbit. quæ in hunc modum intelligit Dec. in dicto cap. dilecti, de for. compet.

81 *Expreſsũ quid ſit, quidue tacitum. Expreſsũ verbis. Tacitum mente, & ex factis.* ¶Sed & illud conſequens eſt, vt declaremus, quid expreſſum dicatur, quidue tacitum. In quam rem multa poſſumus decerpere ex his, quæ ſuprà diximus. Sed nunc clariùs paulò id tractandum ducimus. Sunt qui vno tantùm diſcrimine vnum ab altero diſtinguant, vt videlicet Expreſſum dicatur id, quod verbis exprimitur: Tacitum, quod magis intellectu concipitur, quàm verbis: ſiue quod ex factis inſurgit, non ex verbis. Ita videtur voluiſſe gloſſa in Clem. ſæpè, in verbo, partibus, ante fin. de uerborum ſignificationibus, & Bald. in l. vltim. colum. 2. verſic. ad primum dico. C. de inſtitut. & ſubſti. Et idem quidem ſatis probat tex. in l. ſi ſeruus. ff. de aſsig. libe. cùm dicitur, ſiue expreſſum eſt, ſiue certè intellexit, & cæt. & expreſsiùs in l. ratum. ff. de ſolut. ibi, quod magis intellectu percipi, quàm locutione exprimi poſsit.

82 *Expreſsũ quod per ſcripturã apparet.* ¶Baldus autem in c. vlt. colum. 4. verſ. quæro nunquid conſuetudo, extrà de conſuetud. hoc vnum tradit expreſſum etiam dici, quod per ſcripturam apparet: quod & idem quoque dicit in l. ſed ſi quis. §. quæſitum, colum. 4. uenio ad quæſtionem. ff. ſi quis cautio. cùm ſcribit, Expreſſum dici, quod voce profertur, uel quod per ſcripturam apparet ad oculum. Quod autem (inquit) per rationem intellectus ſolùm colligitur, dicitur Tacitum. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & l. non rectè. C. de fideiuſ. & l. 1. ff. de his quæ in teſta. delen. Cui concinit, quod ſcribit Ioã. Fab. in §. qua ratione, colum. 1. Inſtitu. de pupil. ſuſti. id dici Expreſſum, quod ex certa ſignificatione & vi verborum deprænenditur prolatum: Tacitum autem, quod vis verbi ex ſua recta ſignificatione non importat, ſed ex coniecturata mente & voluntate verbis patentibus deprænenditur. quod non longè abeſt ab eo, quod diximus in præcedenti verſic. *Tacitum quod per rationẽ intellectus colligitur.*

83 *Tacitũ aliter. Tacitum alijs modis.* ¶At ipſe Bal. vt ad eum redeamus, in l. ſi is qui, colum. 2. verſic. ſed quæro quid vocas. C. ſi pend. appellat. ſcribit id Tacitum dici, quod ſine uerborum prolatione habetur pro expreſſo, ſiue quod lex ſupplet. Idem conſil. 52. caſus talis eſt, ſtatuto, libro 1. quod repetitur conſ. 384. lib. 5. tradit, id omne, quod ex interpretatione venit, eſſe tacitum, non expreſſum: vt diximus (inquit) in vulgari & tacita pupillari ſubſtitutione. d. l. iam hoc iure, ff. de vulgari ſubſtitut. Id autem Expreſſum eſſe, quod uenit ex ſignificatione vocis. Rurſus idè in tractatu de pactis, colum. 16. verſ. illud eſt not. dicit id pactum eſſe Expreſſum, quod habet conſenſum expreſſum: Tacitum, quod habet conſenſum præſumptum: nec intereſſe, vtrùm ſit expreſſum verbis, an facto. Nam pactum, quod nutu contrahitur, expreſſum eſt, non tacitum, arg. l. certum. ff. ſi cert. peta. & not. in l. item quia. ff. de pactis, quo in loco gl. in uerbo, & mutus, & ibi Bald. in 2. lect. col. 2. dicit id expreſſum eſſe, quod fit nutu, & alijs ſignis euidentibus, per l. ſi ſtipuler. §. vlt. ff. de verb. oblig. De quo nos dicemus pleniùs infrà, nu. 160. incip. quintum genus expreſsi.

84 *Expreſsũ & tacitũ alijs aliter intelliguntur.* ¶Porrò Ang. conſ. 17. pro deciſione quæſiti, col. vlt. ita hoc uidetur intelligere, ut id dicat eſſe expreſsè dici, quod tacitè ineſt ex natura uerbi hoc importantis, per d. l. Prætor. §. interdictum hoc, & ibi gloſſ. in verbo, expreſſum. ff. de oper. noui. nunti. Hincque dici in ſubſtitutione breuiloqua, quatuor ſubſtitutiones continere: duas ſcilicet uulgares, & duas pupillares, & eas quidem expreſſas, licèt non uerbis ſpecificis, ut uoluit glo. in l. Lucius. in uerbo, non ad matrem. & quod ibi dicit Bart. col. 3. uerſic. quæro utrùm hæc ſubſtitutio. ff. de vulga. & pup. coniuncta gloſſ. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſub. Et facit (inquit) tex. in l. 1. §. vltim. ff. de verb. obl. Et ante eum Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe, circa med. ff. de leg. 1. vbi dicit, quòd id quod natura verborum importat, non dicitur tacitè legatum, ſed expreſsè. Quod & idem ſcribit in l. uxorem. §. agri plagam, poſt medium. ff. de legat. 3. & Iaſ. in l. 1. col. 16. uer. confirmo per doctrinam. ff. de legat. 1. & Carol. Ruin. conſ. 64. ſuper primo, col. 3. num. 10. lib. 1. & conſil. 76. viſo, col. 4. num. 14. lib. 2. & conſi. 132. uiſis, columna 2. nu. 4. eod. lib. 2.

85 *De eadẽ re.* ¶A quibus non longè abeſt, quod ſcriptum eſt à Philip. Dec. conſ. 68. pro reſolutione, colum. 4. uerſic. poſtremò, ſcilicet id expreſſum dici, quod ex uerbis ipſis infertur, & colligitur, licèt id uerba apertè non exprimant. Nam & id (inquit) dicitur eſſe in ſcriptis, quod ex ſcriptis infertur, & colligitur. l. 1. §. ſin autem. & quod ibi no. Barto. ff. de hæred. inſtit. & quod ſcribit Angel. in l. quoties, in prin. per illum text. ff. eo. tit. Hæc Decius.

86 *Expreſsũ tribus modis dicitur. Expreſsũ generaliter. Expreſsũ ſpecialiter. Expreſsũ ſingulariter.* ¶Hanc autem rem latiùs atque diſtinctiùs tractat Barto. in l. 1. colum. 3. uerſ. uideamus ergo de prima. & ibi per eum recentiores. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. ſcilicet expreſſum dicit tribus modis. Primò, quòd in genere dicitur. l. ult. in fi. & quod ibi not. ſecundum unam opi. C. quod cum eo. Secundò, quod ſpecialiter exprimitur l. 1. §. inter filium. ff. ad legem Corne. de falſis, & d. l. ult. ſecundum aliam opinionem. Tertiò, quod ſingulariter & proprio nomine exprimitur. l. quod in rerum. §. ult. & ibi parua gl. ff. de legat. 1. Et idem fermè tradit idem Bart. in l. ſi quis, in princ. colum. 4. uerſic. quæro quid ſi teſtator. ff. de legat. 3. & in l. 1. in fin. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Bald. in repetit. cap. ſi pater. in materia uulgaris ſubſtit. de teſta. lib. 6. & in tracta. de ſubſtitut. colum. 2. Pet. Anchar. in c. duobus, quod eſt pen. col. 3. in 3 quæſtio. de reſcript. lib. 6. Paul. Caſt. conſi. 278. paſſus iſte, colum. 1. & iterum 2. lib. 1. & conſi. 441. pro declaratione, colum. 4. uerſ. cùm igitur, eod. lib. 1. Franciſ. Curt. Senior, conſ. 49. memoriæ, colum. 15. uerſic. ad ſecundum: ubi & alia multa ad primum illud genus allegat, & iterum conſ. ſeq. colum. 50. uerſic. ad quartum fundamentum. Barb. in rep. c. Raynaldus, char. 32. uerſic. ſed iudicio meo, extrà de teſta. & conſi. 25. ſcribitur ſapientiæ, colum. 9. uerſ. præterea ad prædicta, lib. 1. & conſ. 89. clementiſsimi, colum. 6. & 7. lib. 4. & Guido Pap. conſ. 66. uiſo themate, colum. 13. uerſ. item expreſſum dicitur. Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, ſi abſque liberis moreretur, num. 14. & multis ſequen. de teſtamen.

87 *Iterum de primo genere.* ¶Quantùm ad primum pertinet, quod dictum eſt, id expreſſum dici, quod in genere dicitur, adde, quod idem dicit ipſe Bart. & Bal. in d. l. Prætor. ff. de nou. ope. nuntia. & idem Bartol. in l. Centurio, colum 1. ff. de uulga. & pupil. Sign. conſ. 176. quæſtio proponitur, col. 3. uerſ. præterea licèt: vbi ad hæc allegat l. ſed an vltro, in princ. ff. de nego. geſt. & l. negotium. & quod ibi no. C. eo. ubi etiam eſt bona gloſ. Et idem quoque uoluerunt Bald. Imo. & Franc. Aretin. in l. illud. ff. de acquir. hære. Bald. conſ. 319. quiddam Nicolaus, colum. 2. lib. 5. Petr. Anchar. conſil. 393. uiſa diligenter gratia, colum. 1. Pau. Caſt. conſ. 91. præſuppoſito, colum. 3. uerſ. aut ſi hoc abſurdum, lib. 2. Alexan. conſ. 76. uidetur in præſenti, colum. 4. uerſ. & ſi dicatur, libro 5. & conſi. 201. perſpectis uerbis, colum. 2. uerſic. confirmantur prædicta, libro 6. Franc. Aretin. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. ubi id dicit probari ex l. Lucius, eo. tit. Et idem Are. in d. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe, col. 2. uerſ. ſuper ſecundo articulo. ff. de legat. 1. Barb. in c. ad aures, col. 4. ſub nu. 18. de reſcrip. Pet. Beſu. & Iaſon in l. Stichum, qui meus. erit. ff. de leg. 1. ipſe Iaſon in l. 1. col. 16. uerſic. confirmo per doctrinam. ff. eodem tit. Philip. Dec. conſil. 389. uiſa longa ſerie, colum. ult. & Carol. Ruin. conſ. 159. quamuis loquendo, colum. 4. num. 6. lib. 3. & Pau. Pariſ. conſ. 97. ut præſentis conſultationis, col. 14. num. 106. lib. 1.

¶Et



¶Et hoc quidem confirmatur vltra ſuprà dicta, per
88 *De eadem re.* tex. in l. qui vſumfructum. ff. de uerborum oblig. in illis verbis, ſpecialiter expreſſerit, quibus ſatis oſtẽditur etiã generaliter aliquid exprimi: fruſtra enim alias ea dictio, ſpecialiter, adijceretur. Et eſt ſimilis text. in l. 2. §. 1. ff. de doli mali exceptio. & in l. in fundo. ff. de ſupel. lega. & in l. ſi is qui. §. ult. in fi. ff. de reb. dub. & in l. quærebatur. ff. de milit. teſtam. & in d. l. ſed ſi hoc, in prin. ff. de cond. & demon. & in leg. Balliſta. in fi. ff. de Senatuſconſ. Trebel. & in leg. vlt. §. Camelelaſia. ff. de muner. & hono. & leg. 1. §. quòd ſi ab initio. ff. de exercit. act. & in leg. diem §. ſi quis. ff. de arbitr. & in leg. circa. C. de loca. & in leg. cùm multæ. §. ſi igitur dote. C. de don. ante nupt. & in leg. neque. C. de iur. dot. & in leg. ultim. §. omnem. C. de admi. tuto. & in leg. ſi quis argentum, in princ. ibi generaliter, vel ſpecialiter expreſſum. C. de donat. & in leg. ſecunda. C. in quibus cauſ. pignor. uel hypothec. taci. contra. & in leg. illud. C. de collat. & in capit. 2. in fin. extrà de depoſit.

89 *Generalis diſpoſitio tantũ operatur quo ad compræhenſa ſub genere, quantum ſpecialis ſub ſpecie.* ¶Et hac quoque ratione, quòd tantum operatur diſpoſitio generalis, quoad omnia compræhenſa ſub genere, quantum ſpecialis ad compræhenſa ſub ſpecie. leg. ſi duo, in fi. & ibi Bart. ff. de admi. tutor. et l. ſi chorus. ff. de legat. 3. & l. omnes, vbi & hoc no. Bald. & Angel. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. gloſſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, verſic. ſed vtrùm. ff. de acquir. hær. & poſt eum Bart. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, poſt princ. ff. ſi quis caut. Alex. Fran. Aret. & Soc. in d. l. 1. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Fran. Curt. Senior, d. conſi. 49. colum. 15. ver. in propoſito. Phil. Dec. conſil. 259. viſis his, columna 2. cum alijs multis concor. à me latiùs collectis in repe. leg. ſi vnquam, in præfatione, nu. 118. incip. & hæc quidem. C. de reuo. dona.

90 *Poteſtas legitimãdi.* ¶Ex quo illud fit, quod ex facto reſpondit Socinus conſ. 3. in cauſa domini, colum. 3. verſic. tertiò quòd dicta, lib. 3. quod licèt poteſtas legitimandi non trahatur ad feuda, ex ſententia Signo. coſi. 218. quidam dictus Ioannellus, cum concor. à me traditis in tractatu Retractuum, lib. 1. §. 1. gloſſ. 3. in uerb, *ou autres biens*, num. 6. nec in generali, & in Tracta. *Le mort ſaiſit le vif*, in 4. parte declar. 5. num. 8. præterea, ut inquit, & ſeq. tamen ſi ex generalitate uerborum colligi poſsit, Principem voluiſſe hanc facultatem ad feuda quoque trahi, id ſatis eſt. Et quod etiam voluit Franc. Curt. Senior, in dicto coſi. 49. colum. 15. uerſi. ad ſecundam. & latiùs conſi. ſequen. col. 50. uerſi. ad quartum fundamentum, & multis ſeq. quod cùm, vt frater poſſit ſuccedere, requiratur id in inueſtitura noui feudi expreſsè dici, per c. 1. ff. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. §. cùm uerò Conrardus, tit. qui feud. dare poſſ. certè ſatis erit, vt ex verbis generalibus id colligi poſsit. Et vtrumq; ſequitur Franc. Ripa in d. l. 1. nu. 52. & ſeq. ff. de vulg. & pupil. *Frater an & quãdo in feudo ſuccedat.*

91 *Expreſſum generale etiã in materia ſtricta.* ¶Et hæc quidem procedunt etiam in materia, in qua fit ſtricta interpretatio, vt non obſcurè patet ex dicta l. vltim. C. quod cum eo, quæ quidem loquitur de contractu, qui haud dubiè ſtrictè interpretatur, vt ex ea ipſa leg. Iaſon expendit, in dicta leg. 1. colum. 5. verſic. item adde. ff. de vulg. et pupil. Et id confirmat, quòd generalis diſpoſitio in odioſis, & pœnalibus, quæ ſtrictè interpretanda ſunt, generaliter intelligatur, vt voluit Angel. in l. vlt. col. vlt. verſi. tertiò quæritur. ff. de conſtitut. Princip. cum concordan. à me adductis in repe. l. ſi vnquam, in præfat. numero 119. & hæc quoque. & iterum in noſtro Tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. gloſſ. 14. verbo. *ou equipollent à uente*, numero 102. ſed & hæc. Quamuis contrarium eius, quod primum diximus ex Iaſ. teneat Franciſc. Ripa in d. cap. ad aures, col. 6. verſi. tertiò adducitur, extrà de reſcrip. per tex. cum gl. in c. inquiſitores, de hæret. libr. 6. Sed priorem opi. adiuuant multa à nobis congeſta in d. rep. leg. ſi vnquam, in prin. vbi ſuprà citauimus. Quomodo autem ille tex. & gl. in d. c. inquiſitores, intelligantur, dicemus in ſeq. verſi.

92 *Limitatio primi generalis expreſsi, dũ reſpectu certæ perſonæ dēt fieri expreſſa mentio.* ¶Nam illud primum genus expreſsi, multis modis limitatur. Primò, vt non procedat, quando reſpectu & fauore certæ perſonæ debet fieri mentio expreſſa. neque enim tunc ſufficerent verba quantumcunque generalia, verbi gratia, ſi diceretur, Contra quaſcunque perſonas cuiuſcunque qualitatis, aut cõditionis exiſtant, ſed requiritur ſpecialis expreſsio perſonæ, ut voluit glo. not. in dicta cap. inquiſitores, in uerbo, expreſsè, per illum tex. & ibi etiam Domin. qui id dicit benè notandũ, & hæret. lib. 6. Anton. & Imo. in Clem. conſtitutionem, per illum tex. de elect. Rom. in rep. authen. ſimiliter, in fin. C. ad leg. Falcid. Alexand. qui illam gloſſ. dicit ad hoc multum ſing. conſi. 122. viſo puncto, col. 3. uerſi. ſecundò adducitur, libro 4. Barbat. qui ad hoc alia citat, conſi. 24. illud adferam, columna 3. uerſi. facit etiam, quia ubicunque, libro 1. Iaſon in dicta l. 1. col. 3. verſicu. limita iſtam regulam. & ibi Fran. Ripa, colum. 8. nume. 56. ff. de vulga. & pupil. vbi & ipſe Iaſon dicit illam ſingu. & idem Iaſon in leg. 1. colum. 5. verſic. quintò adde. ff. ſi quis in ius voc. non ier. ubi & illam glo. ſ. dicit valdè ſingu. & in d. leg. Prætor, in princ. col. 2. & ſequen. ff. de oper. noui nunc. ubi illam quoque dicit ſolennem, & ſingu. & conſil. 97. in præſenti teſtamento, col. 3. uerſi. item vbi requiritur, lib. 4. ubi etiam dicit not. & Bened. in d. ca. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur, lib. 2. num. 15. de teſtamen.

¶Et id quidem non modicum fulcit, quòd aliàs dixi- 93 *Diſpoſitio generalis non includit perſonas, & cauſas priuilegiatas.*
mus, diſpoſitionem generalem non includere perſonas & cauſas priuilegiatas, & fauorabiles. l. Decurionibus. & ibi glo. Bart. & Ioan. Plat. C. de ſilen. lib. 12. Bald. in l. 1. ante medium. C. de no. Codi. confir. cum multis concord. collectis ab Alexand. aut quod magis credo, Barb. inter conſ. ipſius Alexand. conſil. 123. ſcripſit eccleſiaſticus, colum. 5. verſ. facit quod voluit, & ſeq. lib. 4. & Fely. in c. 1. colum. 8. verſ. ſecunda diſpoſitio, extrà de præſcri. & Franc. Ripa in d. l. 1. colum. 8. num. 56. & ſeq. ff. de vulg. & pupil. & à me in tract. Retractuum, tit. 1. §. 1. d. gloſſ. 14. num. 104. & id quidem. & Carol. Ruin. conſ. 126. præmiſſa, colum. 4. num. 8. lib. 1.

¶Secundò limita, vt procedat, quando lex noua in- 94 *Limitatio 2. quando lex noua inducit nouã formã, cuiꝰ expreſſam mentionem requirit.*
duceret nouam formam in aliquo actu celebrando, & uellet de ea expreſſam mentionem fieri: tunc enim non ſufficit expreſsio per uerba generalia, vt voluit Franc. Aret. in d. l. 1. colum. 6. verſ. ſecundo videtur, & ibi quoque Socin. col. 8. verſ. ſecundò limita, de uulg. & pupil. ad id allegantes Bar. in d. l. Prætor, in princ. ff. de noui operis nuncia. vbi uoluit, quòd ſi tutor iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere, iſta verba non ſufficerent, neque ſatisfacerent formæ, per quam tutor tenetur promittere expreſſam defenſionem pupilli, per l. vltim. §. defenſionem, verſic. omnem autem dubitationem. C. de adminiſt. tuto. vbi & Bar. illum tex. multum commendat, & dicit nouum & ſingul. & ibi etiam Cyn. Angel. & Saly. & ipſe quoque Bar. in l. legitimos, ante fin. prin. & ibi quoque Rapha. Commen. in princip. ff. de legit. tuto. quibus poſtremis locis dicit Bartol. ſe uidiſſe multas tutelas ob id caſſari. & Bald. in additio. Specul. titul. de tuto. colum. ultim. uerſic. tutor tenetur. Angel. in §. ultim. in Authen. ut hi qui oblig. Raph. Com. Paul. Caſtren. & Roma. in dicta l. Prætor, in princip. de ope. noui nuncia. Matheſ. notab. 108. incip. nota tex. ſingul. ubi ad hoc dicit tex. in dicto §. defenſionem. ſingul. & Alexand. conſ. 119. ponderatis his, colum. 2. uer. & ideo dicit, lib. 1. & Barba conſil. 19. ſcripſit Propheta, col. ult. lib. 1. & conſ. 25. ſcribitur ſapientiæ, colum. pe. eo. lib. 1. ubi illum quoque text. dicit ſingul. conſil. 47. præclarè ſcribit, col. pen. eo. lib. 2. ubi & illum dicit ſing. & conſil. 4. illud in medium referam, colum. 1. lib. 3. & conſ. 91. *Tutor dēt promittere expreſſam defenſionẽ vide num. ſeq.*

illud referam, col.4.uerſi.circa tertiam,lib.3.Ang.Aret. in §.actionum,colum.19.uerſi. 8. quæro, quid incūbat. Inſtit.de actio.Maria.Soci.conſi.24.uiſis, colum.7.uerſic.nec obſtat,quod Imo.Et Iaſon in l.1.col.5. uerſicul. quintò not.facit.ff.de libe.& poſthu. & d.conſil.97.col. pe.verſi.quintò facit,lib.4.Et huius rei rationem reddūt Franciſc.Are.& Soci.ubi ſuprà, quia ſi uerba generalia ſufficerent in hoc caſu,ius nouum nihil adderet in effectu ad id,quod erat diſpoſitum de iure veteri : quoniam de natura adminiſtrationis tutelæ eſt, vt tutor non relinquat pupillum indefenſum. l. tutoris officium. ff. de adminiſt.tutor.

95 *De eadē re.* ¶ Super hoc tamen aduertendum eſt, quòd Bal.in d. l.legitimos.& in d.§.omnem dubitationem. & præterea in cap.ex parte M. col.pen. verſi.adhuc reſtat in intellectu.& ſequen.extrà de appell.negat neceſſarium, vt nuncupatim apponantur verba poſita in dicto verſiculo omnino,ſed ſufficiant æquippollentia,quibus in effectu promittatur ſpecialis defenſio : quia iura magis conſiderāt, effectum , quàm formam uerbi. l. quoniam indignum. C.de teſta.& formulæ uerborum ſunt ſublatæ.l.1.& 2. C.de formul. & ſequitur Alexan. ſibi contrarius in d l. Prætor.& Fely.in c.tranſlato,col. 3.uerſic.ſecundus caſus ſit,de conſti.Fran. Cur.Senior d. conſ. 94. colu.15. num.60.dum ibi allegat Bal. in d.locis. & conſ. ſeq. colum.1.& in tract.de arbitr.in 19.q.in fi.ubi id dicit ſemper tenuiſſe.

96 *Limitatio 3. cùm requiritur expreſsū uerbis.* Sed & illud aduerte,quod Bart.in dicta l. Prætor, in prin.dicit,quòd in d.§.defenſionem, non ſufficit generalitas, quia text. nominatim requirit expreſſum verbis, cùm dicit,ſolennibus verbis. Quod dictum ad hoc ponderat Alex.d.conſi.129.col.1.uerſi.ſecundò limita,ff.de vulga.& pupil.per hoc limitans, quod dictum eſt, illud dici expreſſum , quod compræhenditur uerbis generalibus,ut non procedat,quando lex requirit expreſſum uerbis . Tandem tamen ſubiungit hæc uerba : Quod an ſit verum,non dico nunc, quaſi de hoc dubitare uideatur. Idem tamen in dicta leg. Pætor, in princ. columna 2. verſic.iſta regula,hoc aſſeueranter affirmat, ad hoc allegans Anto.& Domi. in c. tranſlato, de conſtitut. vbi tenent,quòd ſtante ſtatuto, quòd poſitioni reſpondeatur verbis expreſsis: certè ſi in reſponſione ponatur aliquod uerbum,per quod aliud in conſequentiam ſequatur,non videtur expreſsè uerbis, ſed intellectualiter reſponſum. Quod & ſequitur Felyn.ibi,& illud quoq; de expreſſo uerbis voluit Bened.in d.c.Raynutius , in uerbo,ſi abſque liberis,lib.2.nu.15.uerſi.ſecundò limitabitis,de teſtam.

97 *De eadē re.* ¶ Et ita hoc erit uice tertiæ limitationis , ut videlicet non procedat illud primum genus expreſsi,cùm requiritur,ut aliquid uerbis exprimatur, ſiue ut quid fiat uerbis expreſsis.tunc.n. non ſufficeret ut uerbis generalibus id fieret.Sed huic ſententiæ non accedit Franc.Ripa in d.l. 1.col.9.uerſi.tertiò limitatur.ff.de vulga.& pup.Quia ita (inquit) dicitur uerbis expreſſum quod exprimitur verbis generalibus,ſicuti uerbis ſpecialibus,per tex .in §.præterea,Inſtit.de inutil.ſtipu.& l.doli clauſula.ff.de uerbo. obli.Nec obſtat,ut ſubdit d.§. defenſionē. quo innitunt alij: quia ibi tex.vnū aliquid requirit prætereà,ut ſcilicet ſpecialiter exprimatur quo caſu haud dubiè non ſufficit generalis expreſsio,ut & nos quoque dicemus nu.150.illud tandem dixerim.

98 *Limitatio 4. cùm aliquid expreſsū pro forma requiritur* ¶ Limita igitur quartò , vt non procedat, ubi lex in aliquo actu pro forma requirit aliquid expreſſum, quia hoc non ſufficit adimplere uerbis generalibus,quamuis videantur æquippollere. Ita nominatim voluit Iaſon in d.l.Prætor,in prin,col.4.uerſi. ex qua diligenter , ex no. ibi per Bar.Confirmatq; per illud, quod voluit gl.in ca. vt circa,de elect.lib.6.& in Cle.1.in verbo,tacta, de hæret.quæ uoluit, non ſatiſfieri ſtatuto exigenti iuramentum, tactis ſcripturis, ſi præſtatur iuramentum præſentibus ſcripturis,non tamen tactis. Et hac quoque ratione, quòd uerba ſpecialia magis mouent, & plus operantur, quàm generalia. l. item apud Labeonem. §. & hoc edictum,ff.de iniur.quia non egent aliqua declaratione, ſicuti generalia.l.emptor.§. Lucius.ff. de pact.& leg.cùm Aquiliana.ff.de tranſact.

99 *De eadē re.* ¶ Cui adde , quod voluit Fel.poſt alios antiquiores, quos allegat in d.c.ad aures,col.2.verſi.nihilo minus ſequenda eſt,de reſcrip.quòd ſi lex requirat expreſsionem pro forma, non ſuficit expreſsio , ſub quodam uerborū inuolucro.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.& c.qui ad agendum.& cap.ult.de procu.lib.6.Et quod itē voluerunt Imo.Alex.& Franc.Areti. in l. qui Romæ.§. duo fratres. ff. de uerb. obl. quòd ubi forma requiritur ſpecifica ſcientia,non ſufficit eam haberi in genere . De quo tamen uide Iaſ.ibi,col.28.uerſi.defendendo Barto. Et quod etiam tradiderunt Bald.& Ang. in l.1.ff. de lib. & poſth.quod licèt aliàs ſufficiat exprimere nomen proprium alicuius, ſine expreſsione cognominis, aut alterius demonſtrationis:fallit tamen, cùm id requiritur pro forma: tunc enim non ſufficeret exprimere nomen proprium, quantumcunque ſingulare, cuiuſmodi fuit nomē cuiuſpiam Galloprefsi , qui fuit Bidellus Azo. Et idem voluerūt ipſe Ang.Roma.& Alex.qui alios citat, & recētiores in leg.hac conſultiſsima. C. qui teſta.fac.poſſ.ipſe Ange.& Imo.in l.quoties.§.ſi quis tamen.ff.de hęr.inſt. Pet.Anch.in repet.cap.1.in 6.q.princ. uerſic. quero etiā ſi ſtatuto cauetur, de conſti.Ma.Socin. conſi.24.uiſis ac diligenter,columna.7. uerſic. nec obſtat quod Imo. Et Hippo.Marſil.conſi.29. ſolamen omnium , columna 2. verſi.& faciunt,lib.1.Et hæc faciunt ad eam inſinuationem nominis & cognominis,quæ debet fieri in nominationibus beneficiorū ex concor.ſummi Pontificis & Regis. Et vide,quæ dicam inferiùs nume. 141. incip. & ex hoc.& num.158.incip.intellige ſecundò, & 2.ſequen. & num.178.incip.ſed id tamen,& nume. 188.inci.& ideo cum formam,& ſeq.

200 *Limitatio 5. quādo lex noua correctoria requirit expreſſum.* ¶ Limita quintò, vt non procedat, quando lex noua correctoria iuris antiqui requirit aliquid expreſsè fieri: quia tunc non ſufficiunt verba generalia,ſed debent nominatim fieri, & ſpecialiter,vt voluit Ang.in §.ſi verò ex preſsim.per illum tex. in auth. de trien. & ſemiſ.nam cū lex noua ( inquit) permittat teſtatori,expreſsè prohibere Falcidiam,in l.ſi vt allegas C. ad leg. Falc. quæ quidē corrigit ius antiquum, in l.quod de bonis. §. 1. & §. vlt. D.ad leg.Falcid.Ideo debet illud exprimi à teſtatore ſpecialiter, & nominatim:nec ſufficit generaliter id fieri,iubendo integram aut totam hæreditatem reſtitui, aut alijs verbis ſimilibus , per tex. in d. §. ſi verò expreſsim. Et idem quoq; voluit ipſe Ang. in §. illud quoque, per eum tex.in auth. de trien.& ſemiſ.& in auth.ſed cùm teſtator prin.C.ad leg.Falcid.

¶ Sed & idem tenuit Rom.nulla Angel. mentione facta, in repet. d.authen. ſimiliter, colū.vlt.C.ad leg. Falcid. ad id quoque allegans tex. in l. ſi quis, in princ. verſi.ſed hoc ita demum.ff.de lega.3. & tex.vt ipſe dicit,meliorem totius iuris,in l. vltim. C. de indic. vidui. Et rurſus idem Roman.conſi.75.neſcio qua ex re, vbi & multa alia allegat. iterumque conſil. 79. per totum fundamentum.Alex.dicto conſi.122.colū.3.ver.quia reſpondeo,lib.4.Barb.conſi.19.ſcripſit Propheta , col.vlt.libr. 1.& conſi.24.illud afferam,col.2,& 3.eod.lib.1. & cōſ. 25.ſcribitur,colum.pen.eod.lib.1.& inter conſi.Ale.conſi.122.ſcripſit Eccleſiaſticus,col.1.lib.4.Maria.Socin.inter cōſ.Barptol.eius filij,conſi.15.ſequendo ordinem,col.vlt.lib. 1. & ipſe filius in d.l.1.col. 8.verſi. hanc tamen regulam.ff. de vulg.& pup. & conſi. 209. quoniam præſens conſultatio,col.2.lib.item 2.& ante hos omnes Oldra. ( cuius nullam illi mentionem fecerunt) conſ. 48.præſuppoſita conſuetudine,in 4.dubio.& Bart. in l.Centurio,colum. 7.verſ.quid dicemus dubito. & ibi quoque ipſe Ang. & Imo.ff.de vulg.& pupil.



102 *Contra ſuprà dicta.* ¶ Verùm ſunt alij,qui tenent contrarium,& inter cæteros Paul. Caſtren. ſibi contrarius latè in conſil. 27. in cauſa quæ vertitur, per totum lib.2.vbi dicit, ſatis eſſe, ſi verbis generalibus id concipiatur, vt ſi legauit omnia bona,ſiue pleno iure,uel integrè,aut ſine diminutione, per multa quæ ibi allegat. Et Alexand. ſibi contrarius, Franc. Aret.& Iaſon etiam ſibi contrarius in d.l.1 ff.de vulgar.& pupil.neque enim iura (inquiunt) allegata ab Angel. dicunt id nominatim , aut ſpecificè debere fieri, ſed tantùm expreſsè: quod etiam intelligitur verbis generalibus, ut diximus.Et idem Alex.conſil. 5. circa primum,colum.vlt. lib.3.vbi & alios multos antiquiores allegat , quos de induſtria prætermittimus. Et Fran.Aret.conſil.12.in cauſa Nicolai,col.2.per textum, quem dicit not.in §.ſi quando, in fin.in auth. vt ſponſa. larg. Fran. Curt.Senior,d.conſil.49.col.15. num.59. & multis ſeq.& iterum conſ.ſeq.col.10..in reſponſione ad quartum arg.& Bened.in rep.d.ca.Raynutius,in uerbo, ſi abſque liberis,le.2. num. 15.verſic. tertiò limitabitis, de teſtam.

103 *De eadē re. Collatio an ceſſatur prohibita verbis generalibus.* ¶ Et in hac quoque opi.fuit Soci.ſibi item cōtrarius, conſi. 127.quoniam in præſenti conſultatione,col. ante pen.verſi.ſed hic inſurgit,libro 3.vbi ex hoc dicit in caſu Authen. ex teſtamento.C. de collatio. exigentis expreſſam collationis prohibitionem,ſatis eſſe,id eſt, verbis generalibus, & mente donantis colligi, licèt non ſit aliàs ſpecialis, aut ſingularis expreſsio , quamuis ea authen. ſit iuris antiqui correctoria. Id quod etiam aſtruit text. in l. ex parte.§. inteſtato, & quod ibi dicit gl.ff. famil. herciſc. Et quod voluerunt Fulg.& Roman. in l. ſi emancipati. & ibi Alexan. ad finem.C. de collat. Et facit bonus textus in l. decem, iuncta gloſſ. vlt.ff. de fideicom. libe. Et illam gloſſ.probauit, & dicit ſingu. Barb. in rep.c.Raynaldus, col.144.verſ. quoad intellectum, de teſtam. Ex quibus radicitus euelli uidetur illa Ang. ſententia.

104 *De eadem re contra Ang.ſententiam.* ¶ At Iaſon ſibi ex diametro contrarius, tum in dicta l. prætor,colum.2.verſic.4.& ult.ff. de noui ope. nunc. tum in l.Marcellus,colum.12. uerſ. licèt iſtam ampliationem.& uerſ. tu aduerte.ff.ad S. C. Trebel. eam Angel. ſententiam & ſequitur, & tuetur ,non ijs iuribus, quibus Ang. ipſe innititur, ſed hac ratione,quòd in correctorijs non eſt procedendum per coniecturas, aut tacitos intellectus,vt dicit illa gloſſ. no. in c. cupientes.§. quòd ſi per 20.de elect.lib.6.Sed hæc ratio mihi admodum debilis & frigida eſſe videtur: quia quod fit uerbis generalibus,id expreſſum dicitur,non tacitum, ut iā dictum eſt ſuprà ſæpiùs.Ideo cogita,& uide etiam, quæ dicam infrà nu.172.quarto modo

105 *Limita.6. in eo quod venit in cōſequētiā.* ¶ Limita ſextò,ut non procedat in eo, quod uenit in conſequentiam, etiam neceſſariam ad actum expreſſum: quia illud non dicitur expreſſum, ſed tacitū, cùm nudis verbis compræhendi non poſsit, text. habes, & exemplum, in l.ſicut certi. C.de teſtam. mil. vbi ſi miles ſciens ſe habere filium , inſtituat extraneum hæredem, intelligitur exhęredare filium, ſed tacitè. Et illum tex.no uiter ad hoc ponderat, & dicit perpetuò menti tenendum,& notandum Franc.Aret.ibi,& Iaſ.etiam ibi, col. 3. verſic. notandum etiam ex hoc tex.in d.l.1. colum. 5. verſic. quartò vltrà ſcribentes, de vulg. & pupil. & in d. l. Prætor, colum. 2.verſ. ſeptimò. & Bene. in d. c. Raynutius, in verbis, ſi abſque liberis, lib. 2. num. 15. verſ. quartò,de teſtamen.

106 *De eadem re.* ¶ Et in id quoque facit, quod ſuprà adduximus in 3. limita,num.96.inci. ſed & illud,ex Anto.& Domi.in d. c. tranſlato, de conſtit. & quod dicam infrà in ſeptimo genere expreſsi.Et quod dicit gl. in c.1.in verbo, prohibetur.1.diſt.nunquàm,inquit, inuenimus expreſsè prohibitum in l.niſi per quandam conſequentiam. Ex qua not.Domin.ibi, colum. 5. non id dici expreſſum, quod ex quadam verborum conſequentia proficiſcitur. Et ideo (inquit) vbicunque requiritur expreſſa mentio,nō ſufficit mentio deſcendens ex conſequentia verborum, vtpotè ſurda,& tacita.nam & illum vidi à nonnullis allegari,licèt non ſit in meo Codice.

¶ Sed aduerte, quia contra hanc limitationem faciūt multa,quæ dicam infrà in 8. genere expreſsi. Et etiam contrarium tenuit Franciſc. Ripa in d.l.1.col.8. nu.61. ff.de vulg.& pup. ſubſtit. per l. ſi quis locuples.ff.de manumiſ.teſtam.ex qua no. Barto.id quod colligitur ex argumento à contrario ſenſu,procedere ex expreſſa verborum ſignificatione . Nec obſtat (inquiunt) d.l. ſicut certi. quia( vt dicunt nonulli) exhæredatio, de qua loquitur illa l. non veniebat ex conſequentia uerborum, ſed ex interpretatione legis. Sed,ut ſubdit Ripa, ea ſolutio illi non placet, quia unius incluſio cenſetur expreſſa excluſio alterius.l.ex eo.ff.de teſti.cum ſi. Ideo aliter reſpondet, quòd ibi exhæredatio dicitur tacita uerbis ſingularibus, & ſic reſpectu formæ, quia nominatim fieri debuit, l. 1. ff. de lib. & poſth. Non autem dicitur tacita, quòd expreſsè non colligatur. Subiungitque poſſe dici,quòd ubi conſequentia eſt infallibilis, hæc poſterior opin. poſſet procedere: ſecus ſi conſequentia poſſet eſſe non uera,uti declarat Felyn.in c. noſtra,in 2.correl. de reſcrip. Et idem propemodum uoluit Franciſc. Cur.Iunior, conſ. 159. ſacratiſsimæ, colum. ult. uerſic. ſed quia negari,lib.2. 107 *De eadem re cōtra ſuprà dicta.*

¶ Limita ſeptimò,ut non procedat,quando uerba eſſent generalia in genere( ut ita loquar ) generaliſsimo, aut (ut alij uocant) ſummo, ſed opus eſt , ut ſaltem ſint in genere ſubalterno, id eſt , ut deſcendant ad quandam ſpeciem, nec tamen neceſſe eſt, ut ad indiuiduum ueniant,uerbi gratia, quis non tenetur de caſibus fortuitis, niſi eis expreſsè renunciauerit. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. & l. opus quod aduerſione. ff. loca. Certè ſi quis ſuſcipiat in ſe omne periculum,non uidetur renuntiaſſe omnibus caſibus fortuitis, ſed opus eſt ut ſaltem in genere ſuſcipiat caſus fortuitos, quod ſatis erit, etiam ſi non dicat incendij , naufragij, & cæterorum,per text. in l. ſi quis fundum , in princip. ff. loca. & uoluit gloſſ. & Doct. in d. §. quæſitum . ubi latè per recentiores,qui adducunt concor. & per Alexand. multas etiam concor. afferentem in l. Titius, in princip. ff. de liber.& poſthumis. 108 *Limitatio 7.in genere ſummo.* *Caſib⁹ fortuitis non renunciat, qui ſuſcipit omne periculū.*

¶ Similiter ſunt multi caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum,qui numerantur per gloſ. in l. Pomponius,in prin.de proc.& in ca.qui ad agendum,eod. titul. lib.6.inter quos eſt reſtitutio in integrum . Propterea ſi quis conſtituat procuratorem in omnibus caſibus, in quibus requiritur ſpeciale , & expreſſum mandatum, non ſatis eſt ad hoc ut poſsit petere reſtitutionem in integrum, aut aliud quicquam facere, quod requirit ſpeciale mandatum per text.in d.cap.qui ad agendum, ſed ſi conſtituerit ad petendum in integrum reſtitutionem, cùm opus fuerit, ſatis eſt,etiam ſi non dicat in tali cauſa, ut per Bartol.& alios,in d.l. Titius, & in d.l. filiusfa. ff. de dona.& Bald.Ang. & Salyc. qui hanc dicit eſſe communem opin.in l.1.C. etiam per proc. cau.in integ.reſt. agi poſ. Bal.d.§. quæſitum, col.4. uerſ. & ex hoc infert, et in l.illud.§. 1. ff. de minori. ubi ita dicit communiter teneri. Pet. Anch.in c.procurator,de elec. lib. 6. ubi hoc limitat certis modis, cum multis concord. adductis per Alex.in d.l. Titius,et conſ.189. uiſo ſtatuto,col,2.uerſ. quartò probatur,lib.7.quibus adde & Phil. Dec. conſil. 20.in cauſa iſtorum fratrum, colum.pen.uerſic.ſecundo reſpondetur. 109 *Mandata ſpecialia ī genere demandare nō ſatis ē.*

110 *Generalis legum derogatio.*

¶ Et multa alia exempla videre poteris per Bar. in d. l.ſi quis in principio teſtamenti, col.4. verſi.quæro quid ſi teſtator.ff.de leg.3.& in l.vlt.in fin.C.ſi contra ius, vel vtil.pub.vbi dicit, ſatis eſſe ſi dicatur, non obſtante quacunque lege contraria, nec eſſe neceſſe, vt dicatur, tali lege.& in l.1.in fin. ff.ſi quis in ius voca.non ier. vbi dicit, quòd in illo caſu, in quo requiritur ſpecialis renunciatio, ſimiliter non ſatis eſt renunciare omni exceptioni, ſiue priuilegio, ſed ſufficit renunciare omni priuilegio fori, licèt non deſcendat ad aliam ſpeciem, ſiue indiuiduum priuilegij fori, cum multis concord. ibi per Iaſon adductis, quem ibi vide.& in dicta l.ſed ſi quis. §.quæſitum.ff.ſi quis cautio.

*Generalis renunciatio exceptionum.*

111 *Vbi verſatur graue periculum ibi ad indiuiduũ deſcendendũ*

¶ Sed hoc fallit, vbi verſaretur graue aliquod & magnum præiudicium. nam tunc nulla generalitas, quantumcunque expreſſa, ſatis eſſet, niſi re ipſa eſſet omnino ſpecialiter & nominatim expreſſa, vt voluit Barto.in d.l. filiusfam.colum.penul.& vlt.ff.de donat.adferens duos caſus, videlicet in aditione hereditatis, per tex.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum, verſi.ſed vtrum. & ibi Docto.ff.de acquiren.hæred.& Alex.& Iaſ.in d.l.Titius, ponderantes grauitatem præiudicij. Similiter in matrimonio non ſufficeret mandatum ad contrahendum matrimonium, ſed requiritur, vt nominatim exprimatur, cum tali, propter grauitatem præiudicij. per l.generali. ff.de rit.nupt. & c.vlt& ibi gl.& Doct.de proc.lib.6.& no.Bart. in d.l. filiusfam.in 3.q.de donat.Saly.in l.1.de ſponſa.Alexan. conſ.146.in cauſa & lite vertente, circa prin.lib.5.Alex. & Iaſ.in d.l.Titius. Et hic erit generalis fallentia, ad hoc primum genus expreſsi, vt videlicet expreſſum non dicatur, quod in genere dictum eſt, vbi vertitur ingens periculum. Id quod erit vice 8.limitationis.

*Limitatio 8.*

112 *Limitatio 9. vbi agitur de fauore aduerſarij.*

¶ Fallit & ſecundò, vbi requiritur mandatum ſpeciale, principaliter in fauorem aduerſarij, qui dubitat, ne dominus poſtea reuerſus dicat, ſe de hoc non intellexiſſe, & ſic aduerſarius ipſe damnificetur, quia tunc requiritur, vt exprimatur ſpecialiter in indiuiduo, vt voluit Bart.in d.l.filiusfam.§.vlt.per tex.in l.qui ita. ff.ad Treb, & in capit.procurator, de elect.libro 6.& in Cle.non poteſt, de procur. Ideo enim ibi exigitur ita expreſſum mãdatum, ne dominus poſtea dicat, ſe non intellexiſſe, vt euitet pœnas, c.1.de elect.lib.6. Et id quoque erit 9.limitatio ad primum illud genus expreſsi.

113 *An ſufficiat virũ præſtare generalem conſenſum omnibus contractib.*

¶ Ex quibus hoc potes colligere, an ſufficiat maritũ generalem conſenſum præbuiſſe vxori, vt ipſa poſsit quoſcunque contractus facere. Super quo & tu præterea vide, quid in ſimilibus caſibus voluerunt glo. & Bartol. in l.ſi longius.§.1.ff.de iudic.Iacob.Are.Cy. in 3.quæſt. Rayn.Bal.col.pe.verſi.quæro vtrum ſufficiat, & Fulg.in l.vlt.§.neceſsitate.C.de bo.quæ liber.Spe. & Ioan.And. in tit.de actore.§.1.verſi.ſed quid ſi pater filio. Barto.& Ang.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed vtrum.quem legunt cũ §.iuſſum.& ibi quoque Raph.Co.Rom.Pau.Caſt. Alexand.qui adfert concord.& Franc.Aret. ff.de acq.hære. Bart.in l.tam is.§.1.colum.2. verſ.quæro an requiratur. ff.de dona.cauſa mort.And.Iſer. in c.imperialem, tit.de prohib.feu.alie. per Feder.vbi loquitur de generali conſenſu domini in alienatione feudi.Bal.in repet.l.1. C.de ſacroſ.eccl.cùm loquitur de teſtam.filiusfa.ad pias cauſas, & conſi.285.caſus coram R.D.Epiſcopo, col.2.verſi.ſed ad hoc reſpondetur, lib.2.Alex.conſi.59.viſo proceſſu, col.2.ver.vnde dicit, lib.2.& d.cõſ.189.col.2.ver. quintò probatur, lib.7. & Soc. conſil.112.lib.1.repetito lib.12.conſi.172.multum, col.4.verſi.ſuccedit nunc tertia, & ſeq.& Phil.Fran. in rubr.de teſtam.lib.6.charta 7. verſi.11.quæritur.& Caro.Rui.conſi.7.prima facie, col. 5.nu.14.lib.2. Eſt autem expreſſa conſuetudo Rochellenſium, c.23.ſufficere generalem conſenſum.

114 *Limitatio 10. in reſcriptis ad beneficia.*

¶ Limita decimò, vt non procedat in reſcriptis ad beneficia, in quibus vel expreſſa, vel ſpecialis mentio requiritur. Nam verba generalia non ſufficerent, verbi gratia, in caſu Clem.2.de offi.ord. vbi in collatione beneficij facta à legato ſedis Apoſtolicæ, requiritur ſpecialis mentio beneficij, quod impetrans obtinet, nec ſufficeret generalis, de qua in capit.non poteſt, de conceſ.præben. libro 6.videlicet quòd aliud beneficium obtinet: vt voluit glo. in dicta Clem.2. & ibi Card.in 13.quæſt.Ioan. And.in c.in noſtra, ad fi.& ibi Ant.col.5.verſic.ſecundò principaliter. Calder.& Imo.in fi.& Panorm. in vlt.not. extrà de reſcript. Domi.in d.c.non poteſt. Panor.in c.aures, in prin.per illum tex. & ibi Fel. qui adducit concor. col.2. de reſcript.

115 *De eadem re.*

¶ Et etiam in caſu Clement. ſecunda, de præbend. vbi per literas, ſuper prouiſione clericorum ad beneficia, non includuntur hoſpitalia, niſi expreſſa de illis fieret mentio. Et ibi dicit glo.vlt. quòd non ſufficerent verba generalia, vt quòd de quibuſque beneficijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs, & cæt.& ibi Cardina. in ſeptimo notab. dicit, ibi eſſe caſum, vbi non idem operatur genus, quod ſpecies, dicit tamen poſt Gemin.quòd ſatis erit, fieri mentionem de hoſpitalibus in genere, quod in idem recidit cum ſeptima limitatione.ſed & quod in caſu dictæ Clement.2. requiratur ſpecialis mentio hoſpitalium, tenet Barbat.conſi.64. illud in medium referam, columna prima, libro primo.

116 *De eadem re.*

¶ Et ad hanc limitationem referri poteſt, quod voluit Domin.in capit.humanum genus, columna quinta, & ibi poſt eum Fely.columna ſecunda, diſtinct.1. quòd vbi in reſcriptis beneficialibus, ex iuris diſpoſitione requiritur expreſſa mentio alicuius qualitatis, non ſufficit, ſi fiat mentio per quandam conſequentiam. Et huius rationem reddit Iaſ.in d.l.Prætor, columna ſecunda, verſi. 3.fallit. ff.de oper. noui nunciat. quia huiuſmodi reſcripta ad beneficia, propter nimiam ambitionem clericorũ ſunt odioſa. Et per hoc dicit, hoc quoq; procedere ſemper in materia odioſa, ad hoc referens, quod ſuprà diximus in 5.limitatione, iuncta l.cum quidam.ff.de liber.& poſthum. Ad quod etiam facit, quod voluit Panorm.in c.in Lateranenſi, columna vltima, extrà de præbend. Et id erit pro 11.limitatione huiuſmodi expreſsi generalis, vt ſcilicet non procedat in odioſis.

*Limitatio 11. in odioſis.*

117 *Limitatio 12. cũ expreſſio per verba geminata requiritur.*

¶ Limita duodecimò, vt non procedat, cùm aliàs cõſtitutio requirit expreſsionem per verba geminata, verbi gratia, ſi dicat, exprimit omnia, & ſingula, tunc enim non ſufficeret expreſsio in genere, ita expreſsè voluit gl. in capit.circa, in verbo, omnia & ſingula. & ibi quoque Io.Mo.Ioan.And.& expreſsius Phil.Franc.de elect.lib. 6.& Fran.Ripa in l.1.colum.10. verſic.ex hoc infertur. ff.de vulg.& pup.& ead.glo. approbatur per tex. in Cle. conſtitutionem, verſi.cæterùm, vbi & hoc no.glo. in verbo, circunſtantijs, eodem tit. Et bene facit, quod dicam infrà eod.numero 147.limita tamen non procedere, & iterum nu.150. illud tandem, rurſumque numero 198. intelliges ſecundò, & quæ latiſsimè ſcribam in noſtro opere, cui titulus eſt, Nihil fruſtra.

118 *Limitatio 13. quãdo certitudo requiritur reſpectu ſpeciei.*

¶ Limita decimotertiò, vt procedat, quando requiritur expreſſum ſimpliciter, ac ſi certitudo requiratur reſpectu ſpeciei, non ſufficeret huiuſmodi certitudinem fieri per verba generalia, ſed requiritur, vt fiat per verba denotantia ſpeciem, ita nuncupatim voluit Domin.qui hoc dicit benè notandum, & poſt eum Phil.Franc.in capit.ſi Epiſcopus, ante fin.per glo.ibi, in verbo, certas, de præbend. libro 6.

119 *Limita. 14. cũ aliquid debet fieri ſpecialiter*

¶ Quin generale eſt, vt cùm aliquid debet fieri ſpecialiter, non ſufficiat verbis generalibus fieri, vt voluit glo.in l.1.in uerbo, ſpecialiter. & ibi Bar.Bald.Sal.Fulg. & recentiores.ff.ſi quis in ius vocat.& glo. in Clem.1.in verbo, ſpecialiter.& ibi Cardina.Flor.in 7.not. de iudic. Ioan.And.in cap.1.de except.libro 6. Bartol.in l.legitimos, ad ſi.princ.ff.de leg.tuto.Anton. & Imol. in Clem.

con-



conſtitutionem.columna 2.de electio. Iaſon in l.1. col. 1.verſiculo quartò adde gloſſam.ff.ſi quis in ius vocatus Bertran.conſilio 28.ad maiorem.colum.2.num.7.libro 1.& Franc.Rip.in l.1.col.9.verſ.iſta limitatio.& iterum verſi.ex his infertur.ff.de vulg.& pupil. Et faciunt notata per Guil.Cun.Bald.& Saly.in l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inofficio.teſtamen.Bartol.in l.ſi duo.ff.de adminiſtr.tutor.Alber.Bald.& Angel.in l.de his. ff.de tranſact.& pleniſsimè Bald.in l.3.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Franc.Aretinus in l.quod in rerum. §.ſi nauem.ff.de legat.1.Barbat.qui in id multa allegat, conſil.19. ſcripſit Propheta.colum.7.verſ.facit etiam ad prædicta.libro 1. & conſi.37.illud adducam.colum.8.verſic. & ſi dicatur quòd in caſibus.eodem libro 1.& conſ.15.præclarè ſcribitur.colum.7.num.12.libro 2.Franc.Rip.in d.l.1. col. 6.num.68.ff.de vulgar.& pupil.& libro 2. reſpon.capit. 19.Titio.col.1. Et quæ diximus ſuprà ex Bartol.& alijs, tribus modis expreſſum dici, primum generaliter, alterũ ſpecialiter, tertium ſingulariter. Si ergo expreſſum ſpecialiter requiritur, non ſufficit generaliter, aliàs enim fruſtra huiuſmodi expreſſa diſtingueremus. Vide tamen quid dicam poſtea num.148. & per hæc Lector, habes, & ſeq. Et id quidem erit vice 14. limitationis.

120 *Limitatio 15. cũ aliquid nominatim fieri debet.*

¶ Limita decimoquintò, vt non procedat quod dictum eſt, id expreſsè dici, quod in genere dicitur, vbi lex vel ſtatutum requireret nominatim expreſſum, vt in caſu l.lecta.verſi.pactum autem. ff.de reb.credit. Tunc enim non ſufficerent verba generalia, vt expreſsim reſpõdit Barbat.conſil.48.illud adferam.colum.4. verſic.ego pondero.libro 1. Et videre licet ex eo, quod voluit Pau. Eleaz.in ſuo tractatu Appellationum, in 10.quæſtione, quòd cùm in appellatione à grauamine debeat exprimi cauſa grauaminis, capitulo 1. de appellat. libro 6. idque nominatim, Clem.appellanti. eod.tit. Certè non ſufficit id exprimere per verba generalia. Quod & idem tradit Bal.in l.eos.§.ſin autem in iudicio.colum.1. C.de appel. & in l.vlt.colum.1.verſi.item no.vald.text. C.de his qui prop met.iud.non appel.& Socin.conſil.45. viſa appellatione.colum.4.verſi.4.& vlt. Super quo tamen vide quæ dicam infrà, num.162.ſeptimum item.& ſeq.& nu.190. atque etiam.& ſeq.& Panor. in d.cap.in Lateranenſi, in vlt.q.extrà, de præbend.vbi ſuper hoc caſu diſtinguit.& Bartol.in l.filiusfam.colum.vlt.ff.de donat.vbi expreſsè dicit fieri nominatim, quod fit verbis generalibus, per l. Titius.in princip. ff.de liber.& poſthum.

*Cauſa grauaminis verbis ſpecialib. exprimenda.*

121 *Limitatio 16. in iuramento. Iuramentum debet præſtari verbis ſpecificis. Nec ſufficit dicere per iuramentũ aliàs præſtitum.*

¶ Limita decimoſextò, non procedere in iuramento, quod in genere præſtitiſſe non ſufficit, vt interueniſſe dicatur, ſed nuncupatim & verbis ſpecificis exprimi debet, per capit. penult. extrà, de iureiuran. quem text. ad hoc not. Dd.è quibus Panorm. ibi dicit not.ſing.autem dicit Anton.in capit.ab excommunicato. colum.5. verſi.ille error ergo actorum. de reſcript. Ex eoque dicunt Abb.antiq.Ioan.And.Anto.Imo.& Pan. ſuper eodem, cap.quòd prouinciales, qui aliquid falſum domino affirmant per iuramentum, quod antea fecerunt, non incurrunt periurium. Et dicit præterea Anton. in dicto capit. ab excommunicato, vbi ſupra, quòd ſi per iuramentum aliàs à me præſtitum promitto dare centum, non ex hoc obligor ad iuramentum, & periurium. Et ſequitur Socinus conſi.99.ſereniſsimus Rex. columna 2. verſi.tamen clauſula.libro 3.vbi ex hoc conſuluit, quòd inter aliquos factum ſit compromiſſum iuratum, deinde & inter eoſdem fuerit huiuſmodi cõpromiſſum prorogatum cum omnibus ſuis clauſulis, non tamen cenſetur iuramentum interueniſſe, ſed opus eſt, vt expreſsè & ſpecificè interponatur, adeò vt non ſufficiat generalis cõſenſus, ſiue expreſsio, ac nec per relationem ad aliud certum, quod notandum ad id dicemus infrà in vndecimo genere expreſsi, præſertim numero 189. nam cùm iuramentum.

*Nec cum omnib. ſuis clauſulis.*

122 *Iuramentum adijci non poteſt ex clauſula, quòd cõtractus extendi poſſit, &c.*

¶ Ex his autem dicit Panorm. in d.c.penult.quòd ſi partes conſenſerunt, quòd inſtrumentum poſsit extendi ad ſenſum & conſilium ſapientis, aut ut notario uidebitur, non tamen poterit adijci iuramentum, cùm requirat ſpecificam expreſsionem. & ſequitur Socin. in l. Gallus. §. idem credendum.col. 2.ff. de lib.& poſth. & Philip.Dec.in l.ſemper in ſtipulationem. col.ultim.ff.de regul.iuris. Sed tu his adde tex.optimum in l.qui per ſalutem.ff.de iureiur. ubi licèt qui per ſalutem ſuam iurat, videatur iurare per Deum, cum reſpectu numinis ita iurat, tamen non uidetur ſatisfeciſſe delationi iuramenti, niſi ita fuerit ſpecialiter delatum. Et ita non ſufficit in genere per Deum iurare, ſed in ſpeciei id debet fieri ut per Deum iuraſſe dicatur.

123 *Limitatio 17. ut id generaliter expreſſum dicatur, tacitum verbis ſpecialib.*

¶ Limita decimoſeptimò, ut licèt huiuſmodi expreſſum generaliter, ſit verè expreſſum uerbis generalib. eſt tamen tacitum uerbis ſpecialibus, ut nuncupatim voluit Petr.Beſutius, non modicæ autoritatis Doctor, in l.Stichum qui meus erit. & ibi poſt eum Iaſon, col. ult.uerſ.mihi plus placet illud.ff. de legat.1. Et hoc quidem ſatis conuenit cum eo, quod ſuprà diximus, nume. 119.incip. quin generale. Et uide etiam quod in ſimili dicemus infrà, nu.173.quinto item modo & nume.195. uerùm Franc.

124 *Limitatio 18. ut plus roboris habeat, quod ſpecialiter eſt expreſſum, quã quod generaliter.*

¶ Limita decimooctauò, ut procedat in illis ipſis terminis (ut ita cum noſtris loquamur) de quibus tractamus, uidelicet ut pro expreſſo habeatur, quod generaliter dictum eſt. Verùm in hoc plus habet energiæ & ponderis, quod ſpeciale eſt, ut ſcilicet magis timeatur, magiſq; animos ſubeat, quod in ſpecie dicitur, quàm quod in genere, per text. in c.quanquam. 23. diſtin. ubi gl.multa in hanc ſententiam colligit, quæ tu uidere poteris, ne ſim longior in re, quæ pauiò longiùs à propoſito diſtat. Sed tu tamen adde tex.in c. ſi aduerſus. extrà, de hæret.& in Clem.1.ad fin.de excell.Prælat. & gl. in cap. 1.tit.qua.iura.deb.uaſ. Et Iac.Alua.& Card. Alex. in ca. 1.utrunque in 4.notab.tit. de noua fidel. for. & text.in l. apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniur. ubi quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur uidentur quaſi neglecta & ibi multæ concord.in gl.

125 *De eadẽ re.*

¶ Adde, inquam, quod alibi dicitur in generali ſermone, non includi quod uериſimile eſt, loquentem non comprehendiſſe, l.obligatione. ff. de pign. cum ſimil. in fin. Et id quod uulgò dicimus ſpeciem derogare generi.l.alimẽta.§.baſilicæ.& l.Stichus nutricis. ff.de alim. & ciba.leg.& l.in toto iure.ff.de regul.iur.ubi ita ſcribitur, in toto iure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſsimum habetur, quòd ad ſpeciem directum eſt. & in c.generi.eod.tit.lib.6. & ibi concord. Non autem è diuerſo derogat genus ſpeciei.cap.dudum. circa medium. de præb.lib.6. Et quod magis impedit quod ſpeciale eſt, quàm quod generale.l.1.cum glo.in uerbo, pignori. & ibi Bal.C.de neceſ.ſer.hæred.inſtit. Ex quo multa ualent ſpecialiter facta, quæ non generaliter. l.2. C. de ſer. pign.dat.manumiſ.quem ita ſummat Bal. Quod ſpecialiter declaratur, ualidiùs operatur, quàm quod in genere prædicatur: & in l. ſeq. ubi ſeruus generaliter pignori obligatus, manumitti poteſt: ſecùs, ſi ſpecialiter. & alijs propè infinitis iuribus.

126 *Limitati. 19. nouum ſit, quod ſpecialiter ſit.*

¶ Limita decimononò, ut non ita procedat, quin nouum id ſit, & dicatur, quod cùm antea uerbis tantùm generalibus eſſet compræhenſum, nunc uerò ſingulatim & ſepeificè eſt expreſſum, ut expreſsim tradidit Bal.in cap.1.poſt princ.tit. de noua form. fidel. in id allegans gl.in l.1.ff.de lega. 1. Quamuis tamen aliàs declaratio nihil addere, nihilque noui inducere dicatur.l. aſſe toto.ff.de hæred.inſtit.& l.hæredes palàm.§.1. ff.de teſtam.& ibi concord.

127 *Limitatio 20. cùm quis ...*

¶ Limita uiceſimò, & ultimò, ut non procedat, quando requiritur quæpiam expreſsio ad eum finem, ſiue

 eſſe-

*deret in pœnam.*

effectum faciendi ( vt noſtri loquuntur ) aliquem inci-dere in pœnam: tunc enim nõ ſufficeret expreſsio in genere, per glo. in Clem. 1. in verbo, nominatim. de vita & honeſta. cleric. quam ſic declarat & intelligit Panormi. in c. in Lateranenſi. ad fin. extrà, de conceſſ. præbend. Et ita voluit Fran. Rip. in l. 1. colum. 9. uerſicu. ultimò limitatur. ff. de vulgar. & pupil. Sed tu aduerte, quod ea gloſſ. & Panormit. loquuntur de eo quod debet fieri nominatim: quod aliud videtur eſſe, quàm expreſsim, vt conſtat ex his quæ diximus ſuprà, numer. 120. incip. limita decimoquintò. Et ad hanc limitationem facere videntur, quæ diximus ſuprà, numer. 91. incip. & hæc quidem procedunt. Et uide quæ dicam infrà, nume. 138. & quod ſimiliter.

128 *Diſpoſitio generalis, quæ non niſi in vna ſpecie verificari poteſt, cenſetur ſpecialis.*

¶ Sed & illud ſciendum eſt in hoc genere expreſsi, quòd ſi verba generalia non poſsint verificari, niſi in vna ſpecie, cenſetur diſpoſitio eſſe ſpecialis, & ſpecialiter exprimere id, quod diſponit, & ita tranſit in ſecundum genus expreſsi, per tex. in l. 2. & ibi Dd. ff. de lib. & poſthum. quem text. ad hoc dicit not. Iaſon. conſil. 56. in cauſa & lite. colum. penult. verſic. tertiò. lib. 1. & l. ſi domino. & ibi Bartol. & alij. ff. de leg. 1. & l. patronus. §. primo. ff. de legat. 3. & l. ſi tibi. §. primo. & ibi Bartol. & rurſum l. ſi hæres. & l. ſi optio. ff. de opti. leg. & l. fundus qui locatus. in fi. ff. de fun. inſtruct. & §. nominatim. Inſtitu. de exhæred. liber. & cap. ex parte. le 1. & ibi glo. vlt. Panorm. & Felin. in fin. qui eum tex. dicit ſingul. de offic. deleg. Bal. qui ex hoc in pulchro caſu reſpondit, conſil. 46. quidam Ioannellus. lib. 1. & Panor. in c. Paſtoralis. § quoniam. col. 2. verſic. nota quòd in materia, de reſcript. & Dd. vbique.

129 *De eadem re.*

¶ Et facit, quod voluit gloſſa, quam ſimpliciter ſequuntur Io. And. & alij in capit. conſtitutionem. in verbo, nominatim. de ſentent. excommunic. lib. 6. quòd monitio dicitur nominatim facta, ad hoc vt poſsit excommunicari, qui participat cum excommunicato, ſi dicatur, moneo filium Petri, cùm ipſe Petrus vnicum filium haberet, per tex. in d. l. 2. Et illam glo. reputat ſing. Fran. Aret. in l. 1. col. 2. C. de lib. & poſthu. ad hoc quòd in actibus, qui etiam ipſo iure irritantur, niſi quicquam nominatim fiat, vt eſt in illo caſu, ſatis ſit exprimi per alias demonſtrationes idem ſignificantes.

130 *Teſtamentum derogatorium præcedentium cum vnum tantum præcederet, pro ſpeciali derogatione habetur.*

¶ Et quod voluit Bart. in d. l. 2. per illum tex. de liber. & poſthum. quòd ſi vnicum teſtamentum præceſsiſſet, in quo teſtator appoſuit clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, videlicet, quod non valeat aliud teſtamentum poſtea factum, niſi certa verba in eo apponantur: poſtea fecit ſecundum teſtamentum, in quo generaliter rèuocat omne teſtamentum præcedens, per iſtud ſecundum teſtamentum cenſetur primum reuocatum, tanquam fuerit facta mentio expreſſa, & ſpecialis præcedentis teſtamenti, & clauſulæ derogatoriæ in eo appoſitæ, cùm ſit vnicum, de quo illa generalis reuocatio appoſita in ſecundo poſsit intelligi. & idem tenet ipſe Bartol. in l. ſi quis in principio teſtamenti. columna quarta, verſiculo ſed quæro ſi eſſet ponere caſum. & ibi etiam Angel. verſic. tertiò quæro. ff. de legat. 3. & idem Bartol. conſilio 21. vt dicit & aſſeruit, ad fin. Bal. in l. humanum. columna vltima. C. de legat. & Aug. conſi. 365. quædam domina Vanna, colum. vlt. Roma. conſil. 385. in caſu præmiſſo, quo quæritur. Ioan. Ana. conſil. 56. in nomine, &c. his quæ in facto. & ibi Ludouic. Bolog. in additio. & Alex. conſi. 134. præuiſo themate, col. 4. verſic. & nedum ſpecialiter, & ſequen. lib. 1. Benedict. Capra. conſi. 30. punctus fuit, quædam domina Conſtantia, col. 3. & conſil. ſequent. punctus, quædam domina Magdalena, col. pen. & Barb. in c. cum eſſes. col. 24. verſi. dicit etiam ibi, de teſta. Guido Pap. conſi. 65. viſo themate, col. 10. verſic. item dicta dubia. Socin. conſil. 2. in cauſa teſtamentaria. colum. 3. verſic. poſtremò. lib. 3. & Iaſon, qui id reputat ſingul. conſi. 56. circa primum ſcilicet priuilegium, columna penult. verſiculo, & ad hoc confirmandum, libro primo.

131 *De eadem re.*

¶ Contrarium tamen tenuerunt Angel. ſibi contrarius, Imola, Rapha. Co. Paul. de Caſt. Alexand. ſibi contrarius, & Franc. Aret. in dicta l. 2. Bal. ſibi item contrarius in Authent. hoc inter liberos. paulò poſt principiũ. C. de teſtam. Rapha. Co. in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. Paul. Caſtr. conſi. 284. in facto præſenti. col. 3. verſic. ſecundò ad idem op. lib. 1. & Alexand. conſilio 25. viſo teſtamento, colum. 2. & 3. lib. 3. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, quam ſemper ſequutus eſt legendo & conſulendo, & iterum conſilio 17. videretur prima fronte. colum. vlt. libro 4. quod errore impreſſorum repetitum eſt. conſilio 44. eiuſdem libro 4. et idem conſi. 156. viſo teſtamento. col. 1. verſi. nec obſtat. ſi diceretur, libro 7. et conſi. 172. viſis narratis. colum. 3. uerſic. non obſtat prædictis. eod. lib. 7. et conſi. 172. viſis teſtamentis. colum. 1. eod. libro 7. quibus etiam locis hãc dicit eſſe communem opinionem. Socin. in l. cum filiofam. §. vltimo, colum. penult. verſic. tertio infertur. ff. de legat. 1. Ludo. Bolog. in addit. Io. Ana. conſi. 56. et ſi diligenter & accuratè. in l. ſancimus. colum. 3. verſic. vltra Bald. adde quintam. C. de teſt. Stephan. Bertr. conſil. 61. quamuis donatio. num. 3. lib. 3. Anto. Rub. conſi. 23. præſupponitur in facto. colum. 4. verſi. & ſuppoſito. Sed eorum rationibus & argumentis alacriter, eruditè & ſubtiliter reſpondit idem Iaſon, ſibi etiam contrarius, nempe ſequutus Bartol. in d. l. quem videre poteris, ne ſi omnes retulerim, ſim longior.

132 *Accuſatio de crimine facta in palatio ſine alia declaratione confinium valet.*

¶ Facit item, quod voluit idem Bartol. in ea ipſa l. 2. & poſt eum Alexan. ibi, quòd ſi aliquis accuſat alium de maleficio cõmiſſo in palatio Poteſtatis Bononiæ, & non appoſuit confinia. iuxta l. libellorum. ff. de accuſatio. & l. forma. in princip. ff. de cenſibus. procedit tamen talis accuſatio, cùm ſit vnicum & notum Poteſtatis palatium. Et idem voluit ipſe Bartol. in d. l. demonſtratio falſa. in 7. quæſt. de condict. & demonſtrat. & in d. l. libellorum. in princip columna 2. verſiculo, circa hoc quæro. & in l. cùm ſeruo. per illum text. de contrahen. emptio. Iacob. Aret. Cyn. & Imo. in l. cùm pater. §. vlt. per illum tex. ff. de leg. 2. Bal. & Ro. in l. certum. ff. ſi cert. pet.

133 *De eadem re. Contra ſupradicta.*

¶ At contrarium tenet Angelus, in l. hac conſultisſima. C. qui teſtam. fac. poſ. vbi refert ita fuiſſe determinatum Bononiæ, in perſona Gandini, tempore ſui ſyndicatus, ſicuti ipſe Gandinus refert, in ſuo tractatu maleficiorum. dicitque Angel. hanc opinio. ſeruare conſuetudinem. Iaſon autem in dicta l. 2. dicit, quòd licèt dictum Bartol. ſit verum, quò ad confinia ipſius palatij, per d. l. 2. ex alio tamen capite non procederet illa accuſatio, niſi ea apponeretur, in quo loco palatij crimen fuerit commiſſum. quia cùm delictum non ſit vniformiter punibile, in quocunque loco palatij fuerit perpetratum, quia grauius punitur commiſſum in aula ſuperiori, quàm in inferiori. Ideò locus loci debet poni, vt declarat ipſe Bartol. in dicta l. libellorum. in princip. colum. 2. ad finem. & in l. de pupillo. §. qui nuntiat. & ibi recentiores. ff. de operis noui nuntia. Sed huic reſponderi poſſet, non ex hoc vitiari accuſationem, cùm ſemper puniatur delictum commiſſum in palatij quocunque loco, ſed niſi probatum fuerit de aula ſuperiori, mitius punietur, tanquam ſcilicet in aula inferiori deliquerit.

134 *Renuntiatio vel remiſsio generalis quæ de vno tantum poteſt intelligi, pro ſpecifica habetur.*

¶ Facit præterea quod tradit ipſe Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. quæſtione, ad fin. de verb. obliga. Quòd ſi fratres tempore diuiſionis ſibi mutuò remittũt omne ius, quod habent, aut habere ſperant in rebus alteri relictis, ſi non erat alia cauſa ſperandi, niſi ſolum ius fideicommisſi, per talia verba videtur nominatim & ſpecialiter remiſſum illud ius, per text. in d l. 2. de liber. & poſth. Et idem in ſimilibus caſibus conſuluerunt Paul.

Caſt.



Caſt. conſ. 193. ſuper iſto puncto occurrunt, ad fin. lib. 2. & Socin. conſ. 150. Dominus labia, &c. & nos introducere, col. 6. verſ. pondero etiam ſecundò, lib. 1. & Philippus Dec. conſ. 386. hoc capite, in ciuitate Placentiæ. colum. vlt. Ex quibus intelligere poteris, renuntiationem, ſiue remiſsionem generalem haberi pro expreſſa ac ſpecifica, ſi de vno tantùm poſsit intelligi.

135 *Generalis ſubſcriptio teſtamẽti habet vim ſpecialis, cum teſtamentũ vnicum caſum continet.*

¶ Sed & huc ſpectat, quod voluit quoque idem Bar. in l. 1. §. inter filium. ff. ad leg. Cornel. de falſ. quòd generalis ſubſcriptio facta in teſtamento, habet vim ſpecialis ſubſcriptionis, ad hoc, vt faciat ſubſcribentem cadere in pœnam falſi, perinde ac ſi ſpecialiter ſubſcripſiſſet, quando teſtamentum ipſum vnum ſolum caſum continet, per d. l. 2. ff. de liber. & poſth. quod tibi maximè annotandum eſt, vt intelligas id quoque procedere in pœnalibus, quod ex alijs quoque poſtea cognoſcemus. Et vide quæ diximus ſuprà, num. 127. incip. limita viceſimò. & quæ dicemus num. ab hinc 2.

136 *Generale legatũ cõprehendit res venales, ſi nulla alia ſunt.*

¶ Quodque voluerunt Bald. & Angel. in l. 1. ff. de ſtat. hom. Quòd licet in generali legato, vel donatione facta hoc modo: Dono, vel lego quicquid habeo in tali domo, non videantur venire res venales illic exiſtentes, niſi expreſsim dictum eſt. l. generalis. §. vxori. ff. de vſufruct. legat. Tamen ſi nihil aliud in domo reperiatur, præter res ipſas venales, perinde eſt, ac ſi ſpecialiter fuiſſent legatæ, arg. l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtr. & l. pediculis. §. item. ff. de aur. & argen. lega. & ſequitur Ferdin. Loaz. in l. filiusfam. §. diui. in repet. col. 26. verſ. hinc dicit, ſub nu. 143. ff. de leg. 1. vbi & alia & quędam ſimilia aggregat.

137 *Conceſsio feudi pro filijs procreatis, cõprehẽdit filiũ naturalẽ, qui ſolus erat.*

¶ Et id quoque notanter voluit ipſe Bald. in l. eam quam, col. 8. verſ. demùm quæro. C. de fideicom. quod ſi Princeps conceſsit in feudum cuipiam pro ſe & hæredibus ſuis procreatis & procreandis, cum non niſi vnum filium naturalem haberet procreatum, vti Princeps ſciebat, peræquè id habetur, ac ſi Princeps ipſe conceſsiſſet feudum pro ipſo & filio naturali, cùm illa verba procreatis & procreandis, non niſi in hoc filio verificari poſſent, quamuis aliàs filij naturales non ſuccedant in feudum, niſi dictum fuerit. c. naturalis, tit. ſi de feu. fuer. controuer. inter domi. & agnat. & de hoc dicit eſſe caſum ſingul. in l. hæredibus. §. vltim. ff. ad Senatuſconſultum Trebel.

138 *Procurator, quãdo facit cadere dominũ in pœnam.*

¶ Et quod ſimiliter conſuluit idem Bald. conſ. 13. magnifico. lib. 5. Quòd procurator cenſetur habere mandatum ſpeciale ad actum, ex quo dominus poteſt incidere in pœnam, ſi is actus generaliter expreſſus mandato, ſit vnicus, quamuis ſpecialiter non fuerit declaratus, per d. l. 2. ff. de liber. & poſthum. Licet procurator non poſſit facere dominum cadere in pœnam, niſi expreſſum ſit mandatum. l. ſi pater. ff. quæ in fraud. cred. & not. per Guil. Cu. & alios in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. de quæſtio. Hæc Bald. vbi ſuprà, qui & idem repetit conſil. 181. factum ſuper quo petitur conſilium, eodem li. 5. Et vide quod dixi ſuprà, num. 127. incip. limita viceſimò, & num. ab hinc 2.

130 *Clauſula derogatoria cenſetur ſpecialis, cũ vna tantũ gratia præcedit.*

¶ Et quod not. conſuluit Angel. conſ. 274. cuius hoc caput eſt, Bonifacius Epiſcopus, quod ſi Papa facit gratiam electo in epiſcopum, retinendorum beneficiorum, quæ antè obtinebat cùm clauſula derogatoria, poſtea autem eadem beneficia alteri conferat, declarando gratiam illam, ſiue ( vt vocamus ) diſpenſationem ita à ſe conceſſam, vt ad tempus conſecrationis eiuſdem electi tantùm is ea beneficia poſsit retinere, ſatis illi gratię per hoc videtur derogatum, licèt in hac poſteriori prouiſione non omnino exprimantur verba prioris, ſed tantum illius in genere fiat mentio, cùm una tantum gratia præceſſerit, & propterea ad aliam referri non poſsit hæc poſterior.

140 *De mẽtione notarij.*

¶ Et Paul. Caſtr. in l. errore. ad fin. C. de teſtam. ubi dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ, ubi ſtatutum diſponit, quòd qui agit nomine alieno, debet ſtatim, & in primò actu cauſæ producere mandatum, & facere mentionem notarij, qui de illo fuit rogatus, aliàs non ualet proceſſus, quidam autem produxerat inſtrumentum mandati, dixeratque de illo fuiſſe rogatum notarium de Alexandrinis, omiſſo proprio nomine, unde dicebatur, non ualere proceſſum. Contrarium determinauit Paul. ex eo, quòd in domo Alexandrinorum Florentiæ unicus erat notarius, qui propterea uidetur expreſſè, & in ſpecie nominatus. Sequitur Franciſc. Curt. Senior, conſ. 50. memoriæ, colum. 21. num. 126. & iterum colum. 5. num. 333.

141 *Præcedentia an præcedant, cũ expreſsio requiritur pro forma.*

¶ Et ex hoc potes hanc noſtram regulam ampliare, ut procedat etiam, quando aliquid expreſsè requiritur pro forma, ut etiam ponderat ipſe Curt. dicta colum. 21. Et quidem bene: nam illa uerba, aliàs non ualeat proceſſus, denotant hoc requiri pro forma, ut not. Bartol. in l. de his, circa medium. ff. de tranſact. & alibi latè nos diximus. Sed & hoc quoque uoluit Iaſon, qui nullam Curt. mentionem facit, in l. Gallus. §. quidam rectè, colum. 2. uerſic. nota ex iſto text. in 2. lect. ff. de lib. & poſth. ubi & ad hoc allegat text. in d. l. 2. ff. eod. titul. Sed hoc non admittit Lancel. Politus in tractatu Subſtitutionum, in materia uulgaris ſubſtitutionis, in 2. q. hac ratione motus, quod quæ pro forma requiruntur, non ſufficit impleri per æquipollens. Vide quæ dixi ſuprà, num. 98. limita igitur quarto, & quæ dicam infrà nume. 158. incip. intellige ſecundo. & 2. ſeq. & num. 188. & ideò cum forma, & ſeq.

142 *Pater quãdo dicetur ſpecialiter conſentire donationi cauſa mortis.*

¶ Huc etiam ſpectat, quòd Alex. in l. ſenium. colum. penult. & verſ. circa hic notata. C. qui teſta. fac. poſ. dicit, poſt multos antiquiores à ſe relatos, quòd ſi filiusfa. qui non poteſt teſtari etiam cum conſenſu patris, poteſt tamen donare cauſa mortis, ſi in id pater ſpecialiter conſentiat, per l. filiusfam. ff. de don. Si, inquam, filiusf. facit teſtamentum de conſenſu patris, adiecta clauſula, quod ſi non ualeat iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, aut iure cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis, cùm ultra teſtamentum & codicillos nulla ſit alia ſpecies ultimæ uoluntatis, quàm donatio cauſa mortis, perinde eſt, ac ſi ſingulariter ac nominatim, de ipſa donatione cauſa mortis, fuiſſet facta mentio, per d. l. 2. de uulga. & pupil. Et ita uidetur ſatisfactum eſſe d. l. filiusfam. requirenti ſpecialem mentionem. Et idem uoluit Corn. in d. l. ſenium, colum. 2. uerſic. in ea. in fi. & Sign. quem neuter eorum allegat, conſil. 30. factum tale eſt, quidam nomine Arnoldus.

143 *Subſtitutio compræhenſa, ſub breuiloqua ſubſtõne; dicitur ſpecialiter facta, ſi nõ niſi in vna verificatur.*

¶ Nec hinc longe diſtat, quod ſcribit Franc. Aret. in l. 1. colum. 6. uerſ. ſecundo uidetur limitanda, & ibi poſt eum Socin. & Iaſon, qui hoc reputat ſing. col. 5. uerſic. adde ad doctrinam. & etiam Franc. Rip. col. 10. uerſic. quam limita primùm. ff. de uulg. & pupil. ſubſt. quod licet ſubſtitutiones compræhenſæ ſub breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutione, dicantur expreſſè compræhenſæ in genere, & tacitè in ſpecie, ut declarat Bartol. in d. l. 1. colum. 2. tamen ſi huiuſmodi ſubſtitutio non uerificatur, niſi in unica tantum, ut in caſu l. 2. C. de impu. & ali. ſubſt. & l. iam hoc iure. §. 1. ff. de uulga. & pupil. hoc caſu dicetur ſpecialiter facta, & non in genere. Quod & ſequitur et dicit ſing. Ferd. Loaz. in repet. d. §. diui. quo loco nuper citauimus.

144 *Renuntiatio generalis compræhẽdit legitimam, cũ tantũ ratione illius poteſt operari.*

¶ Et quod item de facto reſpondit Marianus Socinus Iunior, conſil. 136. habita animaduerſione, col. 4. nume. 18. et ſeq. lib. 1. quod generalis renuntiatio, quæ non poteſt uerificari, niſi reſpectu legitimæ, habet uim ſpecialis renuntiationis ipſius legitimæ: licet aliàs huiuſmodi generalis renuntiatio nihil operetur, quin debeatur legitima, per l. ſi quando. §. et generaliter. C. de inoffi. teſta. Idque innixus autoritate d. l. 2. et ibi not. à

Dd. ff.

Dd. ff. de liber. & poſthum. Ad quod etiam facit quod diximus de alia renuntiatione generali, ſuprà num. 134. incip. facit præterea.

145 *Ratio vnica tacita, pro expreſſa habetur.* ¶ Adde & tu ſuperioribus, quòd cùm vna tantum ratio, vel cauſa legis, vel alterius diſpoſitionis reddi poteſt, ea habetur pro expreſſa, & æquè ex ea ſumitur argumentum à ſimilitudine illius, vel ab illa ceſſante, ac ſi verè fuiſſet expreſſa, vt voluit gloſ. notab. in l. quamuis. & ibi Bald. Paul. Caſtr. Raph. Fulg. Philip. Corn. & alij recentiores. C. de fideicom. & gloſ. in Clem. 1. in verbo, eligatur. & ibi Paul. Eleaz. & alij. de elect. cum alijs multis concord. adductis à recentioribus, in dicta l. quamuis. & à me latiùs in noſtro tract. cui tit. eſt, Ceſſante cauſa ceſſare effectus, in 21. limit. num. eiuſdem 7. incip. intelligendum eſt tertiò, cum 3. ſeq. Adde inquam, alia multa ſimilia, ſparſim à noſtris tractata, vt per Iaſon. d. conſ. 56. vbi ſuprà, lib. 1. & conſ. 75. magnificus, colum. vlt. verſ. 4. lib. 1.

146 *Ampliationes præcedentium. Quid ſi diſpoſitio vtatur verbis pluralis numeris.* ¶ Ex eo autem quod diximus ſuprà, num. 141. ſatis patet ex quorundam ſententia (alijs tamen reclamantibus) hanc noſtram regulam ampliari etiam, cum aliquid expreſsè requiritur pro forma. Tu verò nunc aliter & ſecundo modo amplia, vt procedat, etiam ſi diſpoſitio loquens generaliter, & quæ in vna tantùm ſpecie verificatur, vtatur verbis pluralis numeri, quia nihilo minùs cenſebitur eſſe ſpecialis, textum habes & exemplum in dicta l. Titius, in princip. ſecundum vnam lectur. ff. de liber. & poſthum. vbi ſi teſtator, qui vnum tantum habet filium, dicat, Exhæredo filios meos, talis exhæredatio cenſetur eſſe ſpecialis, quò ad illum vnicum filium. & ita illum text. intelligunt Saly. Imol. Fran. Aret. qui hoc dicit not. & Alex. ibi, & Paul. Caſtr. in d. l. 2. in fin. & ibi etiam Iaſ. colum. 2. verſ. iſtum text. ſic corroboratum. ff. de liber. & poſthum.

147 *Limita, quádo diſpoſitio requirit certum ſimul & expreſſum.* ¶ Limita tamen non procedere, quando lex vel ſtatutum requireret aliquid eſſe certum & expreſſum. Quia quod fit in genere, non dicitur certum & expreſſum, etiam ſi genus non poſsit verificari, niſi in vna ſpecie. Ita voluit Dom. c. ne captandæ, colum. 1. & ibi quoque Philip. Fran. per text. ibi, de conceſ. præb. li. 6. quod dicit not. Dom. pro priuilegijs, quæ requirunt certam & expreſſam mentionem, quod & pro ſingul. & valde not. allegat Iaſon, in dicta l. 2. colum. 2. verſ. limita ſingulariter iſtum textum, dicitque neminem Legiſtarum huius rei meminiſſe, nec ibi, nec alibi. Confirmatque ea ratione, quia verba illa geminata certum & expreſſum, debent aliquid operari, per l. Balliſta. ff. ad Treb. cum ſimilib. debentque ſemper ampliare effectum, ſecundum Bald. in l. fructus. C. de act. empt. & in c. eam te. col. 2. de reſcrip. Et idem præterea voluit ante Dom. gl. in c. ſi epiſcopus. in verbo, certis. vbi & hoc not. ipſe Dom. & Philip. Franc. de prabend. & Franc. Ripa, in l. 1. colum. 9. verſ. ſeptimò limita. ff. de vulg. & pupil. Et vide quæ dixi ſuprà, num. 117. incip. limita duodecimò. Et quid dicam ſtatim verſ. ab hinc 3. illud tandem. & iterum num. 191. intelliges ſecundò.

Et per hæc, Lector, habes ſatis illuſtratum primum illud genus expreſsi, à Bartol. tractatum in dicta l. prima. ff. de vulgar. & pupil. videlicet quod in genere dictum eſt.

148 *Expreſsi ſecundum gen⁹ quod fit in ſpecie.* ¶ Secundum autem, quod ſcilicet in ſpecie fit, non adeo longis ambagibus indiget, tum quia non pauca de eo cum primo genere diximus, tum etiam, quòd nihil inter ſe differunt ſpecialiter & expreſsim, ſi vera eſt gl. ſententia, quæ ſapius Specialiter, exponit pro Expreſsè, vt in l. 1. in princip. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. ſed an vltrò, in princ. ff. de neg. geſt. & in l. negotium. & in l. vlt. C. eod. tit. & in l. 2. §. 1. ff. pro ſocio. & in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. Petr. Cyn. & Ray. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Archid. in c. 2. de rebus eccle. non alien. lib. 6. Angel. in §. ſoluto. per illum text. in authen. de nupt. Raph. Co. conſ. 188. ſpectabilis miles, poſt medium. Barba. conſ. 19. ſcripſit Propheta, col. vlt. lib. 1. & conſ. 22. eiuſdem initij, col. antepenult. verſic. præterea eſt ponderandum, eodem lib. 1. Et eſt optimus textus in l. ſi expreſſum. ff. de appellat. vbi id quod antè Expreſsim dictum eſt, mox Specialiter dicitur. Et alibi probatur idem eſſe Specialiter, & nominatim, quod idem eſt atque Expreſſum, l. in fundo, de ſupel. leg. *Specialiter & expreſsim eadem ſunt.*

149 *De eadem re.* ¶ Quanquam, ne id omittam, aliquando ſpecialiter dictum aliquid dicitur. licèt non ſit expreſſum, ſi credimus Oldr. id ipſum affirmanti conſ. 179. quæſtio proponitur, colum. 3. verſ. item eſt ſpecialiter dictum, per l. nominatim. ff. de manu. teſt. & l. aſſe. ff. de hæred. inſt. & l. 2. ff. de liber. & poſthum. Quæ iura, quantum ad id faciant, cæteri dijudicent. Sed hic tandem vide, quæ diximus ſuprà, num. 119. incip. quin generale. Ex quibus & alijs multis ſuprà dictis facilè intelliges, non omnino idem eſſe ſpecialiter & expreſsim, vt etiam not. Do. in c. 2. in vlt. not. per eum text. de prabend. libr. 6. Alioquin enim fruſtra poneremus differentiam expreſsi in genere, & expreſsi in ſpecie.

150 *Specialiter & expreſsim cũ quid fieri debet, ſingulariter exprimi debet.* ¶ Illud tandem dixerim. in hoc ſecundo genere expreſsi, quod vbi aliquid debet fieri ſpecialiter, non ſufficit fieri verbis generalibus, vt ſatis diximus ſuprà, d. nume. 119. Et cùm aliquid requiritur fieri ſpecialiter & expreſsim, vti requiritur (verbi gratia) in d. c. 2. ibi, ſpecialis et expreſſa depræhend. lib. 6. tunc non ſatis eſſet, id ſpecialiter fieri, ſed ſingulariter exprimi neceſſe eſſet, propter verborum geminationem, vt nuncupatim voluit Barb. conſ. 25. ſcribitur ſapientiæ, colum. antepenultima, verſic. et ſi dicatur quod idem, lib. 1. & Franc. Rip. in d. l. 1. col. 9. verſic. ſeptimo limita. ff. de vulga. & pupil. Et facit ad hoc, quod ſuprà diximus, numer. 117. incip. limita duodecimo, & dicemus infrà, nu. 191. intelliges ſecundo & abundè in noſtro tractatu, cui titulus, Nihil fruſtra.

151 *Tertiũ expreſsi gen⁹* ¶ Porro tertium genus expreſsi, à Bartol, & ſequentibus poſiti, adeo ſeſe exhibet obuium, atque expoſitum omnibus, vt nulla omnino interpretatione, aut declaratione indigeat. Quis enim vnquam dubitauit, ea expreſſa cenſeri, & eſſe, quæ ſingulariter ac proprio peculiarique nomine, atque ſine vlla verborum ambage, aut inuolucro dicuntur, & manſa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris, in os inferuntur? vt interim vtar verbo Tulliano, lib. 2. de Oratore 2. Ideò ſuper eo diutius immorari nec volo, nec opus eſt.

152 *Quartum expreſsi genus. Iuramẽtũ vim habet expreſsi.* ¶ Quartum autem genus expreſsi dici poteſt, cum iuramentum in aliquo actu interponitur. Nam et iuramentum habet vim expreſsi, ita vt ubi requiritur quicquam ſpeciale, nec ſufficit generale, ſi interueniat generale cum iuramento, ſufficit, ac ſi eſſet ſpeciale, ſecundum Bald. qui dicit, id eſſe menti tenendum, in l. 1. in 2. quæſt. et ibi Salyc. col. vlt. C. commod. per l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Angel. in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſ. Rom. in l. 1. §. ſi quis ita, col. 6. uerſ. ſecundo allegatur, et ibi Alexand. col. 3. uerſ. ſecundò in quantum Bart. ff. de uerb. oblig. Fran. Aret. conſ. 33. conſultatio, col. penult. uerſic. 2. et Franc. Curt. Senior, conſ. 1. circa primum, col. 2. verſic. ex quo enim iurauit, et col. ſeq. uerſ. et in primis moueor, et conſil. 44. ſuper contingentia facti. colum. 5. uerſ. et benefacit. ſub nume. 17. Socin. conſ. 147. uiſa facti contingentia. ad fin. lib. 1. et Iaſon in l. ſi conuenerit, col. 3. uerſ. ultimò facit. ff. de iuriſd. om. iud. et in l. certum eſt, col. 1. ff. ſi cert. pet. & in in l. ſub prętextu. la 2. colum. 2. uerſ. adde quod idem. C. de tranſact. ubi hoc dicit ſing. Phil. Dec, conſ. 345. uiſis his, circa medium, et conſ. 404. uiſo eleganti, colum. 2. et conſil 432. cùm ſit quod Almaricus, col. ult. Marian. Socin. Iunior, conſi. 136. habita diligenti animaduerſione. colum. vlt. num. 26. libro 1. & Dd. quos ſtatim in verſ. abhinc 2. & ſeq. allegabimus, inter quos Barbat. vbique dicit eius rei eſſe tex. in capit. ex reſcripto. de iureiur. vbi mulier, quæ fideiusſit, obligatur propter iuramentum, licèt expreſsè non renuntiauerit beneficio Velleiani, quãuis requiratur in eam expreſſa renuntiatio, per l. vlt. §. penult. ff. ad Vellei. *Mulier fideiubens cum iuramento obligatur.*

153 *Iuramentum in 2. teſt. appoſitum, habet vim clauſulæ derogatoriæ.* ¶ Ex quo fit, vt iuramentum in ſecundo teſtamento appoſitum, habeat vim ſpecialis clauſulæ derogatorię ad teſtamentum præcedens, vt dicit not. idem Bald. in l. ſancimus. columna vltima, verſiculo, quærunt hic Dd. & ibi Fulgoſ. Paul. qui hoc dicit ſingul. Alexand. & recentiores. C. de teſtam. & ſequitur etiam Guid. Papę, qui ita dicit fuiſſe deciſum, quæſtio. 128. & pro iſta parte. & Iaſon, qui id quoque reputat ſingul. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. columna ſecunda, ad fin. & ſeq. ff. de legat. 1. in 1. lectu. & Decius dicto conſilio 345. & ante hos Io. And. in cap. quod ſemel. ad fin. de regul. iur. lib. 6. & Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. in princ. ad finem. ff. de legat. 3. quos ad id allegat Pau. Caſt. conſi. 284. in facto pręſenti ponam. col. 1. lib. 1.

154 *Iuramentum nõ habet uim expreſsi, vbi eſt præſumptio defectus conſenſus.* ¶ Quod tamen intellige, vt iuramentum habeat vim expreſsi, niſi cùm quod generale eſt, non valet ex præſumptione defectus conſenſus: quo caſu non valet, etiam ſi iuramentum interueniat, & ita non habet vim expreſsi, vt declarant Bald. & Saly. in dicta l. prima. C. commod. Aret. & Alex. vbi ſuprà, Ratio eſt, quia iuramentum non ſupplet conſenſum, per l. vlt. C. de non numer. pecun. & voluit Bartol. in l. ſi quis pro eo. in princip. columna vlt. in octauo membro. ff. de fideiuſ. & Bald. conſilio 349. ſuper eo quod quæritur. in fi. libro 3. & Imol. in cap. per tuas. de arbitr. & in c. 1. de iudic. & Fran. Are. qui hoc dicit ſing. conſi. 24. quatuor dubia. columna ſecunda, verſiculo, nec obſtat iuramentum. & dicto conſilio 33. Et propterea Cynus in dicta l. prima. C. cõmod. dicit, non valere renuntiationem generalem iuratam in non cogitatis. Bal. autem conſi. 250. conſiderandum eſt. ante fi. lib. 5. dicit, quòd annullato conſenſu, iuramẽtum non habet fundamentum de iure naturali, per l. iuriſgentium. §. & generaliter. ff. de pact. & l. ſi quis inquilinos. q. vlt. ff. de legat. 1. & l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. libro vndecimo.

155 *Iuramentum ad id tantũ refertur, quod comprehenditur in renunciatione.* ¶ Et ſecundùm hoc debet intelligi, quod voluit Bar. loquens in eodem caſu, in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fi. & ibi quoque Bald. Alber. Angel. Fulgoſ. & recentiores. ff. ſi quis cauti. dum dicunt, iuramentum ad eos tantum caſus referri, ad quos refertur renuntiatio, in qua interponitur. & Ioan. Andr. Anton. Petr. Anchar. Card. Flor. & Imol. in c. 1. extrà, de commod. Bald. in c. 1. col. 2. tit. de contr. feud. ap. par. tert. Imol. in cap. cùm contingat. in 28. char. de iureiurando. & Alex. conſil. 3. viſo inſtrumento. colum. 3. verſi. fortius voluit. libro 1. & item conſi. 28. viſis accuratè. colum. vlt. verſi. non obſt. quòd interuenerit iuramentum. libro 1. quod & repetitum eſt conſil. 31. libro 2. ubi hoc optimè declarat. & conſil. 61. etſi puto. ad fin. lib. 3. Soc. in conſilio 70. inſtrumentum identitatis. col. vlt. lib. 3. & conſi. 103. in caſu conuentionis. col. 2. verſi. nec præmiſsis ob. eo. lib. 3. Phil. Dec. conſil. 374. in caſu propoſito. in fi.

156 *De eadem re.* ¶ Ideoque etiam Roman. conſi. 517. in caſu propoſitæ conſultationis, circa celeberrimorum Doct. conſilia, col. penul. verſ. ſed certè reſpondeo, dicit quòd tex. in d. l. cùm pater. §. filius patrem. non procedit in actu, in quo eſt defectus conſenſus; & idem dicit Franc. Aret. in l. qui ſuperſtitis, columna 5. ff. de acqui. hæred. & in d. l. 1. ſi quis ita. col. 5. verſi. adde dictis. ff. de verb. oblig. Barb, conſi. 55. præclarè ſcribitur. col. penult. lib. 2. et Iaſon in d. l. ſi mihi et tibi. §. in legatis. col. 3. verſic. contra iſtam limitationem. in 1. lectura. ff. de legat. primo. vbi circa hoc diſtinguit. & in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, ad fi. ff. ſi quis caut. & in l. eam, quam, col. 8. verſic. limita tamen. C. de fideicom. & in l. ſancimus, colum. 2. verſ. ſecundò firma. C. de teſtam.

157 *Declaratio præcedentium.* ¶ In quo quidẽ poſtremo locò, paulò poſt, id ipſum declarat ipſe Iaſon, vt ſcilicet quando non adeſt conſenſus iurantis, nec in ſpecie, nec genere, tunc nihil omnino operetur iuramentum, quantum ad conſenſum, per dictam legẽ vltim. Cod. de non numer. pecun. & alia ſimilia. At ſi adeſt conſenſus, ſaltem in genere, tunc iuramentum operetur expreſsionem, argument. l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit. Et id quoque ipſum voluit Imol. tum in dicto cap. cùm contingat. de iureiur. tum in dicto cap. 1. de commod. & alij item, quos Iaſon ipſe, vt ſuprà allegat. Quibus adde Bened. in repet. capit. Raynutius. in verbo, duas habens filias, nu. 269. extrà, de teſt.

158 *Iuramẽtũ nõ ſufficit, vbi expreſſũ pro forma requiritur.* ¶ Intellige ſecundo, procedere, niſi expreſsim aliquid pro forma requiratur: tunc enim iuramentum non haberet vim expreſsi, vt voluit Barb. dicto conſil. 55. col. penult. lib. 2. & poſt eum Stepha. Bertr. conſ. 28. ad maiorem. col. 3. lib. qui primus inſcribitur, licèt poſtremo impreſſus ſit, per id quod voluit Nicol. Neap. poſt Cyn. Richar. Mal. Iac. But. & Rayn. Forl. in l. legitimos. ff. de legi. tut. Nam cùm gl. ibi quatuor annumeraſſet, quæ debet facere tutor, antequam adminiſtret, & inter cætera quod iuret vtilia ſe facturum, & inutilia prætermiſſurum, per text. in §. vltim. in authen. vt hi, qui oblig. addunt & iſti, & cum his etiam Bar. quintum neceſſarium, vt videlicet expreſsè promittat defenſionem ſe pro pupillo ſuſcepturum, per tex. in l. ult. §. omnem. C. de admini. tut. Quaſi non ſatis ſit, iuraſſe in genere, niſi & illud ſpeciatim interueniat, quod ueluti pro forma ille §. omnem exigit. De quo tamen Bart. dicto uide quod ſcripſimus ſuprà, num. 94. incip. ſecundo limita. & 2. ſeq.

159 *Iuramẽtũ nõ operatur ſpecialẽ renũtiationem legitimæ.* ¶ Ex hocque putat Barb. conſ. 55. lib. 2. quod in caſu l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofic. teſta. in quo uidelicet requiritur ſpecialis, & expreſſa renuntiatio legitimæ, non ſufficit iuramentum, cùm pro forma huiuſmodi renuntiatio exigatur. Id quod etiam in eo caſu uoluit Rom. cuius Barb. non meminit, in d. l. qui ſuperſtitis. in 3. limita. ff. de acquir. hæred. & Franciſc. Aret. in d. l. 1. §. ſi quis ita, col. 5. de verbor. obliga. & ante hos Bal. in rubr. ff. de iureiur. col. pen. verſic. ſed ius Canonicum. Licèt tamen in hoc poſtremo caſu contrarium conſuluerit idem Barb. ſibi contrarius, conſ. 25. ſcribitur ſapienter. colum. 8. verſ. & adduco. quod ſingul. ſub numerò 21. libro 1. poſt Rom. ſibi contrarium, in d. l. 1. §. ſi quis ita. & ibi quoque poſt eum ipſe Barb. col. 13. & Iaſon in l. ſi quis maior. C. de tranſact. de quo & nos diximus in repet. l. ſi vnquam. in præfat. numer. 144. ſed quoniam, & iterum num. 160. ſicuti & eius. C. de reuocanda donat. Ad illud autem, quod de forma dictum eſt, vide ſuprà, num. 98. limita igitur quarto. & ſequen. & iterum num. 141. & ex hoc. & quæ dicam infrà, numero ſequent. & iterum nume. 188. & ideò cùm formam. & ſequent.

160 *Quintũ expreſsi gen⁹ quod fit nutu & ſignis euidentibus.* ¶ Quintum genus expreſsi, quod fit nutu, aut alijs ſignis euidentibus, vt voluit glo. notab. in l. item quia, in princip. in verbo, & mutus. ff. de pactis. per textum in l. ſi ſtipuler. §. vltimo. ff. de verbor. obligat. & ad hoc expendit eam gloſ. Bal. ibi, & in tractatu de pactis. colum. 16. verſic. illud eſt notandum. & Socin. conſil. 112. multùm abundè, colum. 5. verſic. aliquando & ſecundo. libro. 1. repetito conſil. 172. li. 2. vbi illam gloſ. dicit not. & Franc. Curtius Senior, conſil. 50. memoriæ recolendæ, colum. 48. in fin. 8. reſpon. ad 3. argument. vbi & illam dicit not. & Iaſon in l. licet Imperator. colum. 2. uerſic. ſexto adde. ff. de legat. 1. Sed id non procederet, vbi expreſsio

expreſsio eſſet de forma, quia tunc non ſantis eſſet, ut fieret per ſigna, etiam indubitabilia, vt non obſcurè voluit Angel. in leg. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit. neque enim forma impleri poteſt per æquipollens, vt not. ab omnibus in l. 1. ff. de liber. & poſthum. cum ſimilibus. Et id confirmatur ex ijs, quæ diximus ſuprà, dicto num. 98. & in verſic. præcedenti, & alijs locis ibi deſignatis. Sed ſuper eo quod dictum eſt de nutu & ſignis, vide ſuprà num. 17. facitque et num. 19. nec abſimiliter. num. 83. at ipſe.

161 *Sextum expreſsi genus, qđ ex natura exceptionis præſupponitur.*
¶ Sextum et illud expreſſum addere potes, quod ex natura exceptionis præſupponitur, regulam eſſe expreſſam, authent. ex teſtamento, & ibi Alexand. colum. 1. C. de collat. et Fran. Rip. in dicta l. 1. colum. 8. num. 55. ff. de vulgar. et pupil. Ex quo fit, vt ille ſubdit, quòd à Rom. traditum eſt, conſil. 271. vis tota. et Philipp. Dec. conſi. 197. in cauſa inquiſitionis, colum. 2. uerſ. tertiò ad prædictam, quòd exceptis quibuſdam regularibus, cætera cõceſsa intelliguntur, quamuis ipſa regalia nunquam intelligantur conceſsa, niſi expreſsè de ijs caueatur, c. 1. tit. de capit. qui curi. vendi.

162 *Septimũ expreſsi genus, qđ ex mente & coniecturis neceſſariò colligitur.*
¶ Septimum item genus expreſsi hoc adijcies, quod videlicet ex mente, & coniecturis neceſsariò colligitur, textus eſt in dicta l. Prætor. iam toties ſuprà allegata, in princip. verſic. interdictum eſt hoc. iuncta glo. in verbo, expreſsum. ff. de nou. oper. nunt. ubi id not. Bart. Bal. Angel. Imol. Rom. Alexand. Iaſon, & omnes, inter quos Angel. & poſt eum Rom. & Alexand. dicit, hoc eſse utile ad appellantem ab interlocutoria, ut ſi in appellatione allegat cauſam grauaminis mentaliter quidem, ſiue uirtualiter (ita noſtri loquuntur) neceſsariò comprænhenſam ex uerbis, dicitur illam cauſam ſigillatim expreſsiſſe, & ſic ſatisfactum erit Clemen. appellanti. de appell. requirenti cauſam grauaminis nominatim exprimi. id quod etiam repetit Alexand. conſil. 126. repetitus, col. ultim. lib. 6. & Socin. d. conſ. 112. colum. 5. uerſ. aliquandò, & tertiò. libro 1. & Felin. in cap. tranſlatio. extrà, de conſtitut.

163 *De eadẽ re.*
¶ Sed tamen de hoc priuatim uide per Inno. & alios, in c. penult. extrà, de oper. nou. nunt. & Doct. in c. 1. de appel. lib. 6. Bald. in l. minoribus. C. de his quib. ut indig. & in l. terminato, col. ult. in princip. C. de fruct. & lit. expen. & in l. eos. §. ſiue autem, colum. 1. Cod. de appel. Angel. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. et in l. ubi autem §. qui illud. ff. de uerbor. obliga. Anton. in ca. ut debitus, colum. 3. et ibi Philip. Franc. in 17. colum. uerſ. 17. quæritur. extrà, de appel. et Card. in dicta Clem. appellanti. in 3. quæſt. Alexan. conſil. 80. uiſo et opportunè animaduerſo. colum. 5. verſi. vnde dicimus. lib. 1. & Socin. cõſ. 227. quoniam in præſenti. colum. antepenult. libr. 3. & Philipp. Dec. conſi. 389. viſa longa ſerie. colum. vltim. & quod ſuprà diximus, nume. 120. incip. limita decimoquintò. & quod dicemus infrà, num. 190. atque etiam in caſu. & ſeq.

164 *De iiſdem rebus.*
¶ Adde & ad hoc quintum genus expreſsi, quod idẽ voluit Roma. conſi. 371. vis tota præſentis dubitationis. ane fin. per dictam l. prætor. iuncta glo. & hoc ſubdit, quòd ſicuti euidens dicitur, id quod ex coniecturis declaratur, d. leg. licèt Imperator. ff. de legat. 1. & l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſtam. & not. in l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cogan. ita & expreſſum dicere poſſumus, quod ex multiplicatis coniecturis colligitur. Id quod etiam voluit, & multis confirmat Barb. in reper. cap. Raynaldus. col. 144. uerſi. item quò ad intellectum. de teſtam. & conſi. 25. ſcribitur. col. penul. lib. 1. & conſ. 89. clementiſsimum. colum. 4. lib. 4. & Guid. Pap. ſingul. 699. verſi. illud videtur. & ante hos Bald. (ſi is eſt) cõſi. 3. factum tale eſt, quidam nomine Paulutius. lib. 5. Expreſſum (inquit) dicitur non tantùm, quod verbis expreſsis, ſed & quod ex coniecturis deprænhenditur, per d. l. licèt Imperator. Sed & de hoc eſt optimus tex. in l. triticum. ff. de verb. oblig.

165 *De iiſdem rebus. Nominatim factũ, quod ex præſũptionib. colligitur.*
¶ Imò plus ſentit ipſe Bar. in l. 1. ff. vi bon. rapt. id nominatim cenſeri factum, quod ex præſumptionibus colligitur. Quod & ipſum approbat, & multis concord. & ſimilibus comprobat Barbat. conſilio 89. Clementiſsimi Dei. columna 3. & duabus ſequen. libro 4. quæ tu videre poteris: neque enim hic repetere volumus, quæ alibi collecta videmus. Verum id mihi admodum dubium eſſe videtur, propterea quę ſtatim dicã, verſiculo, ab hinc ſecundo, & ſequen. neque enim quicquam differre videtur, an dicas nominatim, euidenter, patenter, aut expreſſim. Sed non interim prætermittam, quod à Signo. Homod. traditum eſt illi Bartol. ſententiæ admodum affine, conſilio 176. quomodo proponitur. columna tertia, verſiculo, item eſt ſpecialiter, id ſcilicet ſpecialiter cenſeri dictum, cùm de mente apparet per coniecturas, per l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. cum §. ſeq. ff. de acq. hæred. & l. cùm proponebatur. ff. de legat. 2. ſed & id quoque verum eſſe non videtur, vt dicemus infrà, num. 173. incip. quinto item modo.

166 *Cõtra ſuprà dicta.*
¶ Scio quoque multa adduci poſſe aduerſus huiuſmodi ſeptimum genus expreſsi, vt ſcilicet expreſſum nõ ſit, quod ex coniecturis aut mente colligitur, quæ tu videre poteris apud Felin. in capit. tranſlato. columna prima, & ſecunda, de conſtitutio. & in cap. humanum. col. 2. verſiculo, illud dicitur eſſe à lege prohibitum. & verſi. ad primum. & columna ſequen. verſic. ad illud etiam. & verſic. in quantum etiam dicebat. 1. diſtinct. & Iaſon in d. l. Prætor. col. 2. quos videbis, ne ſi omnia repetam, improbus videri poſsim, qui iam ab alijs congeſta latè, iterum fruſtra colligam, præſertim quia bona pars eorum diluetur ex ijs ſex declarationibus, quas tibi continenter adſcribemus.

167 ¶ NAM hoc quidem ſeptimum genus expreſsi multis modis intelliges. Primò, ubi licèt euidens probatio ea ſit, quæ fit ex coniecturis, vt diximus ſuprà, verſic. ab hinc 3. incipi. adde & ad hoc. & latiùs in repet. leg. ſi unquam. in verbo, donatione largitus. nume. 158. ad hæc ſi verum. & ſeq. C. de reuocanda donat. Licèt, inquam, probatio coniecturalis dicatur manifeſta probatio, ex ſententia Bart. in leg. ſi quis ex argentarijs. §. ultim. de edendo. Illud tamen non dicitur euidenter expreſſum, quod ex coniecturis tantùm elicitur, ex verbis teſtatoris. nam hoc probat tex. not. in leg. qui plures. in illis verbis, niſi euidens, & cætera, prout declaratur in gloſſ. vltima. ff. de vulg. & pupil. & ibi Franc. Aret. qui id dicit menti tenendum. colum. 2. verſi. vltimò not. & Iaſon poſt eum, in fin. & idem dicit ipſe Aretin. in leg. quidam teſtamento. in 3. not. in d. l. licèt Imperator. col. 3. uerſ. ſecundò not. limita.

*Euidẽter expreſſũ non eſt, quòd ex cõiecturis eſt.*

168 *Nec patẽter.*
¶ Idemq; dicas, vt ſcilicet non dicatur patenter expreſſum, quod ita expreſſum eſt: verbi gratia, in caſu ca. 2. poſt prin. ibi. errorem fuiſſe in ſententia patenter expreſſum. de ſenten. excom. lib. 6. & iterum in ca. venerabilibus. §. ultim. in ijſdem verbis, eod. tit. in quibus locis Dom. not. quòd ad hoc, vt ſententia dicatur nulla, ob expreſſum iuris errorem, non ſatis eſt, errorem percipi ex mente, vel intellectu, vel coniecturis, ſed requiritur, vt oculo corporali ex verbis deprænhendatur. Id quod etiam affirmarunt Innoc. Hoſt. & Panorm. in ca. P. & G. de offic. deleg. Ioan. Andr. in c. penul. in fi. eod. tit. Bal. in c. quod tranſlationem. de offi. delegati. cum alijs multis concord. à me collectis ſuprà, in ea glo. nu. 59. incip. eodem ſpectat. De quo tamen vide Panorm. in c. ex parte. in 2. notab. extrà, de capel. mon. & quæ dicam infrà, nu. 184. quibus adde.

169 *Nec uerbis, ſed lege.*
¶ Secundo modo intellige, vt licèt id, quod ita ex mente & coniecturis, atque ex natura contractus, & tacita conuentione, & alijs id genus percipitur, dicatur



tur expreſſum, non tamen verbis expreſſum dicatur, ſed lege, vt ſcribit Franciſc. Aret. in l. cùm quid. ff. ſi certum petatur, per l. 3. in princip. & ibi Bar. ff. de leg. tuto. & dicta l. Prætor. ff. de oper. noui nunt. Ex quo illud fit, vt licèt Angel. in l. illud. ff. de acquirend. hæredit. tradiderit, præſumptam renuntiationem legitimæ hæreditatis, ſcilicet ex cauſa inteſtati, quæ oritur ex renuntiatione expreſſa teſtamentariæ hæreditatis, de qua is textus loquitur, dici etiam expreſſam, cum ea colligatur ex mente illius expreſſæ renunciationis. Et Bald. & Imol. ibi contra omnino dixerunt, ſcilicet, quòd cùm iſta renuntiatio ex teſtamento non comprænhendatur ſub ſignificatione verborum illius renuntiationis ab inteſtato, impoſsibile ſit eam dici expreſſam: nam expreſſum, inquiunt, dicitur, quod fit verbis generalibus, vel ſpecialibus, per not. per Bartol. in dicta l. 1. ff. de vulgar. & pupil. Tamen Franciſc. Aretin. ea ipſa l. illud colum. 2. dicit, poſſe ad id reſponderi, quia ex quo ex natura rei expreſſæ in diſpoſitione ſtatim apparet de mente diſponentis ſuper eo, quod non eſt expreſſum in verbis, ſatis dicitur expreſsè factum, per dictam l. Prætor. cum gloſſ. vnde illud, inquit, quod eſt ex mente legis, licèt non ſit ex verbis legis, dicitur tamen expreſſum in lege, per dictam l. 3. in principio. & ibi Bartol. ff. de legi. tut.

170 *De eadẽ re.*
¶ Igitur defendendo Angel. poſt Aretin. dici poteſt, quòd cùm ita planè conſtet, de mente renuntiantis propter naturam actus expreſsi, etiam diſpoſitio hominis dicatur expreſſa, non quidem expreſſa verbis, quod ſatis ſenſiſſe videtur gloſ. in dicta l. Prætor. cùm dicit, expreſſum tacitè, quaſi dicat, id tacitum eſſe, quia verbis non comprænhenditur, ſed expreſsum tamen, quia patet manifeſtè de mente legis, ex verbis in ea poſitis. Vnde (vt ipſe Aret. ſubdit) Bal. ſingul. dicit, in l. obſeruare. §. proficiſci, colum. 2. ff. de offic. Proconſ. quòd licèt aliàs argumentum à contrario ſenſu dicatur eſse ex tacita mente legis, ideoque non habeat locum in ſtatutis correctorijs, vel exorbitantibus: hoc certè verum eſt, niſi natura actus expreſsi, ex diſpoſitione ſit excluſa, ſicut eſt reſcriptum, quod apponitnr in ſtatuto limitationis cauſa; tunc enim dicetur expreſsum in ſtatuto. Alibi tamen (vt idem ſubiungit) ipſe Bal. ſcilicet, in l. 1. colum. penult. C. ſi rect. prouinc. ſcribit, tantùm abeſse, vt dicatur expreſsum antecedens, expreſso conſequenti, vt nec dicatur expreſsum ex mente legis, ſed tantùm ex extenſione, per l. oratio. in verbo, ſuppleatur. ff. de ſponſal. illud (inquit ipſe Aret.) poteſt obtinere in antecedenti, ſiue præambulo, ſine quo ſequens actus eſse poteſt, ſicut matrimonium poteſt eſse nullis præcedentibus ſponſalibus. Sed quando actus ſequens non poteſt eſse ſine antecedenti, vt in illa renuntiatione, de qua agitur in dicta l. illud. tunc verius eſse videtur, vt id ſit ex manifeſta mente legis, ideoque dici poſset expreſsum. Subdit tamen, quòd forte poſset dici in diſpoſitione hominis veriorem eſse Bald. & Imol. opinionem, quia quod non continetur in uerbis expreſsis ſed elicitur de mente diſponentis ex verbis in teſtamento, dicitur contineri in diſpoſitione per ſubauditionem. leg. 1. in fin. ff. de hæred. inſtitut. Subauditio autem videtur dicere tacitum intellectum, ſecundum gloſ. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. libro 6. Tandem dicit articulum hunc eſse dubium, ſed ex mente Bart. in l. 2. ff. de vulg. & pupil. iſtam poſteriorem partem eſse veriorem, dum dicit, quòd ea eſt, tacita pupillaris, quæ elicitur ex verbis teſtamenti, & matrem excludit. Sed tu vltra Fran. Aret. ad hoc potes reſpondere, ex eo quod ſuprà dictum eſt, ex gl. in d. l. Prætor, quòd vidilicet id dicitur tacitum aliquo reſpectu, quia ſcilicet non comprænhenditur in verbis ſed eſt tamen expreſsum eo reſpectu, quod ex verbis ipſius de mente apparet.

171 *Expreſſũ ex mente & coniecturis dicitur, cũ ex eo cõijtur quod expreſſũ eſt.*
¶ Tertio modo intelliges, vt ſcilicet expreſsum dicatur, quod ex mente & coniecturis deprænhenditur, cum videlicet colligitur ex eo, quod expreſsum reperitur, vt ſatis apparet ex his, quæ iam ſuprà diximus, & facilè colligitur ex his, quæ ſcribit Bald. in l. 1. colum. vlt. verſicul. ſed reſponde. C. de his qui ante aper. tab. quem refert, & ſequitur Philip. Deci. conſ. 269. iuridicas eſse arbitror. poſt princ. & iterum conſil. 397. viſo puncto, col. 1. Et id quidem veriſsimum eſse arbitror. Aliòqui enim nihil omnino video, quid intereſset inter tacitum & expreſsum, niſi aliquid ſit expreſsum, ex quo aliud colligimus. Et vide quæ dicam infrà num. 177. à quibus.

172 *Quid ſi ĩ caſu ſpeciali requiritur expreſsio.*
¶ Quarto modo intellige non procedere, vbi in caſu quodam ſingulari, ſiue vt vocamus, ſpeciali, requireretur alicuius rei expreſsio, verbi gratia, Falcidia, atque etiam Trebellianica regulariter detrahitur. verùm ab ea regula hic ſpecialis caſus excipitur, cùm teſtator expreſsim detrahi prohibuit, per authent. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcid. Igitur ſi teſtator omnia ſua bona, uel integram rem quampiam reliquerit, ex mente teſtatoris cenſetur prohibita Falcidia, vt not. in cap. Raynaldus. in fin. de teſtamen. tamen per hoc non cenſetur expreſsim prohibita. Ideò in eo caſu debetur, per leg. nam quod. §. vltim. cum duabus legibus ſequentib. ff. ad Trebel. Aliàs enim occureret duplex ſpecialitas, videlicet quod Falcidia non detraheretur, contra regulas iuris: & quod expreſsum cenſeretur, quod ex mente tantum colligitur. Ita nominatim & in hac ſpecie voluit Maria. Socin. Senior, conſilio 14. cuius hoc caput eſt, ſequendo ordinem, columna vltim. Quanquam nondum excidit memoria, dixiſse me ex aliorum ſententia ſuprà, numero 100. incipiente, limita quintò, & 4. ſequentib. alia ratione in hoc caſu, de quo loquimur, non cenſeri per huiuſmodi verba generalia expreſsim prohibitum: quamuis & alij contrarium tenuerunt, vt ibi videre poteris, nolui tamen ſubijcere, quod à Mariano dictum reperimus, huic loco accommodatiſsimum.

173 *Expreſſũ generaliter dicitur, nõ ſpecialiter, quod ex mente & coniecturis, colligitur.*
¶ Quintò item modo intellige, vt quod ex mente & coniecturis collectis, ex verbis diſpoſitionis (ſicuti iam declarauimus) deprænhenditur, dicatur expreſſum non quidem ſpecialiter, ſed generaliter tantùm, per id quod voluit Bartol. in dicta l. Lucilus, colum. 3. uerſicul. ſecundò quæro, vtrùm hæc ſubſtitutio. ff. de vulgar. & pupil. limitando quod ſuprà diximus, ſubſtitutiones contentas in breuiloqua, cenſeri expreſſas, ſed generaliter, non ſpecialiter. Quod & idem voluit ipſe Bar. in l. 1. in princip. in 2. quæſt. princip. eodem tit. & in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. Bald. & Angel. & Salyc. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Angel. & Salyc. in l. in teſtamento. C. de teſtamen. mil. idem Ang. conſil. 151. quidam Nicolaus. Et vide quid dicam in ſimili, infrà, nu. 195. verum Franciſc. & quæ diximus ſuprà, num. 123. limita decimoſeptimò.

174 *Expreſſũ ex mente & coniecturis, dicitur expreſſũ impropriè.*
¶ Sexto modo intellige, vt id quod ex mente & coniecturis eſt, dicatur expreſſum, non quidem propriè, ſed impropriè, vt probat textus in l. triticum. ff. de verborum obl. ibi, id habebitur pro expreſso. & in dicta l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. in illis verbis, pro cauto habendum eſt: & rurſum ibi, agi intelligitur. nam & verba, habetur, & intelligitur, improprietatem denotant, vt de primo voluit Bart. in l. mercis. ff. de verborum ſignific. & alibi ſæpe. & de ſecundo eſt textus in l. 1. in princip. C. de rei vxor. actio. & in l. quoniam. & ibi Bald. in 6. notab. ff. de his qui notantur infamia. & in l. hæres quandoque. ff. de acquir. hæred. quem ad hoc allegat Rom. conſil. 405. præſuppoſitis, colum. 1. & Pan. conſil. 20. caſus in effectu. colum. 1. lib. 2. vbi & ad hoc allegat c. ex ſtudijs, iuncta glo. de præſumptionibus. & Carol. Ruin. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 16. & ſeq. Et

hoc

hoc nuncupatim annotauit Philip. Decius, in d. l. cum quid, col. 1. in 3. notabili, vbi per hoc dicit, quòd huiuſmodi expreſſum non compræhenderetur in ſtatuto loquente de expreſſo.

175 ¶ Septimò intellige, vt licèt argumentum, quod ſumitur à contrario ſenſu, ſit ex coniectura quadam, vt probat text. in l. apud antiquos. ibi, quam interpretationem priſca quidem iura per coniecturam introducebant. C. de furt. id tamen non dicitur expreſſum, etiam generaliter, vt probat text. in ca. cum Apoſtolica, ibi, per quod indirectè datur intelligi, de his quæ fiunt à Pręlatis. & ibi not. Panor. colum. 2. verſ. nota ibi indirectè. & Bald. in l. 2. poſt princip. verſic. item nota hic. C. de condi. inſer. per glo. in verbo, edicti. & Carol. Ruinus, conſ. 44. quia ſuper. colum. 3. num. 4. lib. 3. Ex quo ſatis intelligis, non leues coniecturas eſſe debere, vt ex illis expreſſum eſſe dicamus, cùm ad id argumentum à contrario ſenſu non ſufficiat, cùm tamen id in iurę ſit fortiſsimum. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio.

176 *Octauum expreſsi genus, quod tacitè ineſt ex natura verbi.*

¶ Octauũ genus expreſsi, quod proximè accedit ad præcedens, eſt quod tacitè ineſt ex natura verbo illud importantis, vt tradit Angel. in l. Prætor. per tex. & gl. ibi, vbi etiam Alexand. & Iaſon. ff. de oper. nou. nun. idem Angel. conſ. 17. Comes Branduſius. colum. penul. & iterum conſ. 331. pro conſultatione. col. vlt. Fr. Curt. Senior qui id commendat, dicto conſil. 50. memoriæ. col. 48. in fi. 8. reſpon. ad 3. argum. Hincque dicit Ang. vtrobique, in ſubſtitutione reciproca omnes ſubſtitutionum ſpecies in ea contentas, eſſe expreſſas, licèt non verbis ſpecificis, per l. Lucius. iuncta gloſ. & ibi Bar. ff. de vulgar. & pupil.

177 *Expreſſũ cẽſetur id tacitum quod ex expreſſo ſequitur.*

¶ A quibus non longè abeſt, quod ex Bar. & eius ſequacimus diximus ſuprà, numero 84. incip. porrò. & quod ex facto reſpondit Petrus Anchar. conſil. 393. viſa diligenter gratia. colum. 1. id expreſſum dici, quod tacitè ex natura diſpoſitionis compræhenditur, quòdque includitur ſub natura verbi expreſsi, ex iuris communis interpretatione declaratiua, vel extenſiua, per multa iura quæ illic allegat. Ideoque nepotes videri expreſsè contentos in diſpoſitione loquente de filijs, in re ad nepotes tranſmiſsibili. & ſequitur Iaſon dicta l. Prætor. colum. 1. & Franciſc. Curt. Iunior, conſilio 159. ſacratiſsimæ, colum. 2. verſic. ſed dato. lib. 2. quodque tradiderunt Anton. & Panor. in cap. cùm olim. per text. ibidem, in verbis, patebat expreſsè. de cenſibus. quòd inſtrumentum dicitur expreſsè probare, non id ſolùm, quod directè, ſed & quod indirectè ex eo colligitur. Quod & ſequitur Curt. vbi ſuprà. Et id quidem genus expreſsi ijſdem propè modis intelliges, vt illud præcedens.

178 ¶ Sed tamen interim potes ampliare, vbi etiam expreſsio requiritur pro forma, ut patet ex ijs, quæ tradit Franc. Aret. in l. Gallus. in princip. colum. 3. verſic. ſecundo eſt conſiderandum. ff. de liber. & poſthum. quòd exhæredatio etiam tacita, quæ reſultat ex verbis expreſſis in teſtamento, ſatisfacit formæ, per textum in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtamen. Et idem, inquit, in tacita inſtitutione, quæ ex verbis reſultat. & allegat etiam l. is qui hæres. §. ult. cum ibi notatis per Bal. ff. de acquiren. hæred. & not. per gloſ. & Bartol. in l. 2. ff. de antorit. tutor. ubi probatur, iuſſum & autoritatem, quæ pro forma requiritur, ſufficere, ſi reſultat ex verbis expreſsis. Et eum ſequitur Carolus Ruin. conſ. 56. quamuis teſtator. colum. 4. num. 10. lib. 2. ubi ex hoc pulchrè conſuluit in caſu l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſta. & idem Ruin. conſil. 122. de duobus. colum. ult. num. 11. eodem lib. 2. Sed tu tamen hic uide, quæ dixi ſuprà, nume. 98. incip. limita igitur quartò. & ſequentib. & iterum num. 141. & ex hoc potes. & num. 158. incip. intellige ſecundò procedere. & duobus ſeq. & dicam infrà, nume. 188. incip. & ideò cùm formam. & ſequent.

179 *Nonũ expreſsi genus.*

¶ Nonum genus expreſsi, quod & non longè diſtat à præcedenti, cùm ſcilicet ex expreſſo ſequitur tacitum. Id enim expreſſum quoque cenſetur, vt à Baldo proditum eſt in l. ultim. colum. 3. in 10. oppoſ. C. de hæred. inſtit. per l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſione ſecund. tabul. & quod idem Baldus dicit in l. 1. colum. vltima. C. de his qui ante apert. tabul. quòd omiſſum, quod ſequitur expreſſum, habetur pro expreſſo, per l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & ſequitur Card. Alexand. in cap. per uenerabilem. § quod autem. colum. 8. in nono modo. extrà, qui filij ſunt legitimi. ubi & ad hoc refert quod dicitur, ſubſtitutiones contentas ſub breuiloqua, ex natura ipſius cenſeri expreſſas, & ideò eas matrẽ excludere, ſecundum glo. in dicta l. Lucius. & ibi Dd. Et quod idem reſpondit idem Bald. conſil. 209. caſus talis eſt, Titius, circa medium, lib. 1. nihil intereſſe inter expreſſum & tacitum, quod includitur ex natura expreſsi, per dictam l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. & l. non rectè. C. de fideiuſſ. & l. hæc verba. ff. de leg. 1. Aliud in tacito, quod non includitur ex natura expreſsi, id enim facit cenſeri literas ſubreptitias, per capitu. cùm in illis. §. in illis uerò. & §. ſeq. de præbendis. libro. 6. Hæc ille.

180 *Decimum expreſsi genus quod ex uerbis apparet fuiſſe omiſſum.*

¶ Decimum genus expreſsi, quod nec multum differt à præcedentibus, quod ſcilicet ex præcedentibus & ſequentibus uerbis ſcripturæ apparet, errore ſcribentis fuiſſe omiſſum: id enim peræquè habendum eſt, ac ſi fuiſſet expreſſum in ſcriptura, per l. 1. & quod ibi not. Bart. ff. de hæred. inſtit. & l. cùm pater. §. cùm imperfecta. ff. de leg. 2. & quod not. Bar. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſth. Et ita per hæc voluit Paul. Caſt. conſ. 6. hoc capite, pro euidentia eius quod quæritur. in duobus locis. lib. 1.

181 *Vndecimũ expreſsi genus, quod diſponẽtes interrogati veriſimiliter ſtatuiſſent.*

¶ Vndecimum genus id quoque dicere poſſumus, in quacunque diſpoſitione, quod diſponentes veriſimiliter expreſsiſſent, ſi de eo cogitaſſent, aut interrogati fuiſſent. Id enim pro expreſſo habendum eſt, ut nuncupatim voluit Alexand. conſil. 46. ponderatis verbis antè dicti cap. colum. 1. lib. 2. quod repetitur conſil. 29. libro 6. innixus authoritati l. Titius. §. 1. & ibi not. per Dd. ff. de liber. & poſthum. & gloſ. in l. tale pactum. §. vltimo. ff. de pactis. De qua re, quia iam latiſſimè diximus in repet. l. ſi vnquam. in princip. verſicul. 56. inter tam multa. C. de reuocand. donat. ideò legentes illuc relegamus.

182 *Expreſsi genus quod per relationem ad aliud.*

¶ Duodecimum genus expreſsi, cùm quid refertur ad aliud quippiam aliàs expreſſum: id enim & expreſſum quoque dicitur. l. ait Prætor. §. ibi, accipiendum ſic eſt, quaſi quantitatem nominarint. & ibi Bartol. & recentiores, & maximè Franc. Ripa. qui id tractat ad multas quæſtiones. ff. de re iudicata. & l. in ſumma. in princ. eodem tit. & l. inſtitutio talis. ff. de condi. inſt. & l. ſi ita ſcripſero. et ibi Bart. Bald. & alij. ff. de condi. & demonſtr. & l. aſſe toto. & ibi Imol. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi filio. §. pater. ff. de alim. & cibar. leg. & l. ſi prior. ff. ſolut. matrim. ex quo not. Bal. & Angel. quòd talis, & tanta eſt obligatio in termino referente, qualis & quanta in termino, ad quem fit relatio. *De relatione multa.* & l. certum. ff. ſi certum petatur. & l. ubi autem. §. illud. verſicu. ſed qui unum. & ibi Bart. & recentiores. ff. de verb. oblig. & l. qui ſic ſtipulatur. & ibi Iaſon, colum. 2. verſi. ex hoc text. eodem titul. & l. hæc uenditio. §. huiuſmodi. ff. de contrah. empt. & vendit. & l. quem hæredi. & ibi Bart. & Socin. ff. de rebus dubijs. & l. ſi defenſor. §. qui interrogatur. verſ. niſi fortè. ff. de interrog. actio. Ex qno no. Bald. quòd ea quæ ſunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata in termino referente. & l. penultima.



nultima. C. de ſen. quæ ſine certa quanti. & cap. inter dilectos. de fide inſtrum. & cap. cùm venerabilis. verſ. quia verò. de exception. & c. veniens. de præſcript. & c. cùm venerabilis. in fi. de religio. domi. & cap. præterea. & ibi Domi. in 3. notab. 23. diſtinct. & c. ſi quis homicidium. 50. diſt.

183 *Relatũ in referente cum ſuis qualitatibus.*

¶ Et id plerunque aſſumunt noſtri Doctores, inter quos Bartol. citatur à nonnullis ſæpiſsimè dixiſſe, Relatum eſſe in referente cum ſuis qualitatibus: ſcilicet in l. 1. ff. de recep. & in l. 1. §. 1. ff. ſi fami. fur. fecíſ. dic. & in l. ſi quis ſeruum. §. vltim. uerſi. ſed quæro quid ſi teſtator. ff. de leg. 2. & in l. ſanctio legum. poſt prin. ff. de pœn. tametſi Bar. in illis locis non ita mihi dixiſſe videatur. Bal. conſil. 99. quidam Ioannellus. lib. 1. Domini à Rota loquentes de Inuentario, quod ſe refert ad aliud, deciſione vltima, vtrùm inuentarium. in antiquis, quæ reperitur inter deciſ. Bernard. Biſque. tit. de procurator. deciſ. 14. quæ eſt eiuſdem initij. Anton. conſil. 2. repetito conſilio 49. viſis literis legitimationis. Panorm. conſ. 28. omiſsis allegationibus. verſic. 4. lib. 1. & conſilio 4. in quæſtione quæ vertitur, in 1. dubio. lib. 2. Dom. conſil. 47. ſupplicatur Papæ. colum. 2. verſic. item quando. & verſ. quid plura. & iterum colum. vlt. & conſi. 82. circa thema. colum. vlt. & conſil. 120. quia in facto. col. 2. verſic. ad idem facit Alexã. in l. hac conſultiſsima. col. 3. verſic. mihi ſatis ſuſtentabilis. C. de teſtam. & conſ. 75. in cauſa & lite. colum. 2. verſi. ſecundò reſpondeo. libro 7. Socin. conſilio 788. viſa bulla Pauli. colum. 3. verſic. ex quibus videtur inferri. lib. 2. & conſil. 227. præſens conſultatio. colum. 12. verſ. ſed pro certo. eodem lib. 2. & conſil. 251. quoniam in præſenti. col. 3. verſ. relatio autem. eod. lib. 2. & Felin. in c. 1. colum. 3. diſt. 1. Deci. conſ. 532. pro vera. colum. 1. Hieron. Gratus conſil. 105. caſus hic, num. 3. lib. 2. cum alijs multis concord. adductis à Iaſone, in d. l. ait Prætor. col. 1. ff. de re iud.

184 *Error per relationẽ ad aliud, facit ſententiã nullam.*

¶ Quibus adde, quod dicit Bartol. in l. 1. & ibi quoque Iacob. à S. Georgio, C. de error. calcu. quòd quemadmodum nulla eſt ſententia, in qua error eſt expreſſus, l. 2. C. quando appel. non eſt neceſ. ita & ſententia, quæ fertur per relationem ad acta, vel quæ nulla ſunt, vel in quibus eſt error expreſſus: quia tunc etiam videtur eſſe error expreſſus in ipſa ſententia, per quædam iura, ex ijs quæ ſuprà citauimus. Et idem voluerunt Innoc. Anton. colum. 6. verſic. quintus caſus. Imol. & Pan. in cap. cùm Bertoldus. de re iudic. Innoc. Ant. Imol. & Pan. in cap. quoniam contra falſam, de probat. Imol. in l. diuus. chart. vlt. ff. de re iudic. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. & in l. ex diuerſo. §. vlt. & ibi Alexand. colum. penul. ff. ſolut. matrim. Panor. in cap. inter cæteras. de re iudic. Dom. conſil. 48. pro examinatione. colum. 5. verſicu. quia approbat pro iuſto. Alexand. conſil. 123. diſcuſsis. columna 4. verſic. tamen quò ad propoſitum. lib. 1. vbi dicit, quò eſt uera & communior ſententia. Franc. Aretin. conſil. 75. diligenter & maturè. colum. 2. vbi dicit, hanc eſſe communem Modernorum opinionem, Barba. conſilio 44. ſcribitur. columna penult. verſ. & eſt alius. lib. 1. Guid. Pap. in l. Præſes. ff. de re iudic. Socynus, qui hanc quoque dicit communem opinionem, conſ. 99. ſereniſsimus Rex. col. 8. verſ. ſeptimò dicitur. lib. 3.

185 ¶ Tu tamen in hoc, quia nonnulli huic opinioni, (quod iam ſubodorari ex præcedentibus potes) refragantur, aut ſaltem eam limitant, vide Bald. & Paulum Caſtr. in dicta l. 1. & ibi quoque Philip. Dec. col. 3. uerſ. 2. Bar. concluſio. C. de error. calcu. Anton. conſil. 27. uiſis præſentibus, colum. 1. Alexand. & latè Iaſon in dicta l. Præſes. ff. de re iudic. Et Franc. Aret. in l. ſi is ad quem, col. penult. uerſ. ſed quæritur ſuper iſto. ff. de acq. hære. & in d. c. quoniam contra falſam, & conſil. 157. uiſis diligenter. Stephan. Bert. conſ. 281. duo inducunt, lib. 1. & quæ diximus ſuprà, num. 59. incip. eodem ſpectat quod diximus, & iterum num. 168. idemque dicas, & quæ dicam infrà, num. 192. illud autem.

186 *Mandatũ relatũ ad aliqd ſpeciale, cẽſetur eſſe ſpeciale.* *Oĩa hæc procedunt ẽt in pœnalibus.*

¶ Et hæc quidem omnia amplia, vt procedant etiam in pœnalibus, per id quod not. voluit Bal. conſil. 13. magnifico. lib. 5. repetito conſil. 182. factum ſuper quo. eodem libro 5. idem eſſe, concedere mandatum ſpeciale, vel aliud quod refertur ad rem ſpecialem & certam, ad hoc vt concedens cadat in pœnam. Nam & in ſimili (vt id illi addas) videmus, quòd prærogatio termini, quæ cenſetur eſſe idem terminus (vt alibi latè diximus) intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, etiam quoad pœnam, vt dicit Bart. in l. 1. §. & poſt operis. col. 2. verſicu. quandoque continet. & ibi quoque Alexand. colum. 3. verſ. & inquantum, & Iaſon colum. 2. in fin. ff. de oper. nou. nunt. Bald. in l. acceptam. in 7. quæſt. C. de vſur. & in l. 1. in 10. quæſt. C. de his qui pe. nom. Paulus Caſtr. in l. lecta. per text. ibi, in verſ. dicebam. & ibi clariùs Alex. in 5. not. ff. ſi cert. pet. idem Paul. in l. in ſulam. §. 1. per eum text. ff. locat. & in l. cùm in plures. §. lege. ff. eod. tit. & in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. etiam per illum tex. ff. de verbo. oblig. cum alijs ſim. & concord. text. & Dd. adductis à Iaſone, in dicto §. & poſt operis.

187 *An hæc expreſſio per relationẽ ſit propria an impropria.*

¶ At hoc genus expreſsionis intelliges primò procedere, vt dicatur ficta & impropria expreſsio, non vera & propria, per l. Titia. §. vltim. in verbo, perinde eſt. vbi not. Franc. Aret. in 1. not. ff. de verbor. oblig. nam ea dictio, perinde, fictionem denotat. l. ſed & ſi lege. §. perinde. ff. de petit. hæred. & l. qui à patre. & ibi Barto. ff. de confir. tut. gloſ. & Barto. in l. ſacrilegij. §. 1. ff. ad leg. Iul. pec. Bart. in dicta l. 1. in prin. ff. de recept. & in l. ſi is qui pro empt. colum. 3. in 3. oppo. 1. par. & ibi Iaſon non ſemel. ff. de uſucap. Rom. & Alex. in l. ſi quis vi. in princ. per illum text. & glo. ff. de acquir. poſſeſ. & eſt communis opinio, quamuis contrarium teneat Bald. in dicta l. ſed & ſi lege. §. perinde. Et in idem quoque eſt alius text. in dicta l. ait Prætor. §. 1. ff. de re iudi. cùm dicitur, quaſi quantitatem nominauerint. Nam ea dictio quaſi, ex propria & genuina natura fictionem quoque ſignificat, & improprietatem. l. item ait Prætor. §. item & ibi gloſſa. ff. ex quibus cauſis maior. & l. in factum. & ibi etiam gloſſa. de condict. & demonſtra. cum ſimilibus. Et ita quoque illum poſteriorem textum, ſcilicet in dicta l. ait Prætor. §. 1. expendit Franc. Aret. in dicta l. ſi quis ad quem. colum. penult. ff. de acquir. hæred. Iaſon & Franc. Ripa, in eo ipſo. §. 1. & idem Iaſon in dicta l. vbi autem. §. illud. colum. 1. ff. de verb. oblig. & Stepha. Bertr. d. conſi. 281. duo inducunt. nu. 4. lib. 1.

188 *Forma nõ impletur per æquipollens.* *Ideo nec per relationem.*

¶ Et ideò cùm forma impleri debeat verè & propriè, & non per actum fictum, & improprium etiã æquipollentem, gloſ. in Clement. 1. in verbo, quinetiam. de conceſ. præbend. Bald. Angel. Imol. & alij recentiores in l. 1. ff. de lib. & poſthum. cum concordan. adductis per Alexand. ibi & Felin. in c. cùm dilecta. col. 17. verſ. amplia vndecimò. extrà, de reſcrip. Certè etiam, vbi expreſsio rei cuiuſpiam eſt de forma, non ſuficit eam fieri per relationem ad aliud, vti voluit Franciſ. Aret. in dicta l. ſi is ad quem. colum. vlt. ff. de acquiren. hæred. & in dicta l. 1. col. 1. ff. de liber. & poſthum. Et Mar. Socy. conſ. 24. viſo colum. 7. uerſ. ad quod accedit. vbi id dicit ſing. & Iaſon in l. Gallus. §. idem credendum. col. 4. uerſic. confirmo, nam cum, &c. ff. de liber. & poſthum. & in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. col. 1. uerſ. 2. contra. C. de teſta. & in d. l. ait Prætor. §. 1. col. 2. uerſ. ſuprà ſcriptum. ff. de re iudic. & Franc. Rip. in d. l. 1. col. 9. nu. 64. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & Bertand. d. conſ. 181. col. 2. lib. 1. & patet ex ijs, quæ mox dicemus. & Hieron. Gratus conſ. 28. euidentia. colum. 1. verſicu. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 1.

¶Nam

189 *Iuramentum in forma ſpecifica impleri debet.* ¶Nam cùm iuramentum in forma ſpecifica impleri debeat, ut ex eo patet, quòd ſi quis ſoluere iurauerit, non ſatisfacit compenſando, per tex.in c.ad noſtram.& ibi gloſ.Innocen.Hoſt.Ioan.And.Collect.Anton.Imo. & Felyn.qui hanc dicit eſſe communem opinionem, cum alijs multis concord. à me traditis in tractatu Retractuum,tit.1.§.3.glo.3.in verbo,*à payer*,nu.6.aduerte tamen : nam compenſatio eſt ficta, & impropria ſolutio.l. Iulianus.ff. de condit. & demonſtr. & ibi quoque Franc. Aret. col. 1. Ideoque etiam iuramentum ipſum non poteſt interponi per relationem ad aliud, vt bene probat text. in cap. penul.& ibi Anton.& Panor.de iureiurando.vbi Pan. ipſe hanc rationem tradit nuncupatim, quia forma iuramenti explicitè eſt de ſubſtantia, & Iaſon in l.ſcire debemus.col.3.uerſic.confirmo vltra eum.ff. de verb.oblig.vbi illum tex.dicit ſing.& in l.ex ea parte.col.vlt. verſ.ſimiliter non poſſet.eod.tit.& in d. §. per nuncupationem. col. 1. Et uide quæ dicam infrà, num.199.intelliges tertiò. *Ideò nec per relationem inter poni tur.*

190 *Expreſsio grauaminū an fiat per relationem.* ¶Atque etiam in caſu dictæ Clemen. appellanti. de appel. in quo pro forma requiritur expreſsio grauaminum,non ſuſficit ea exprimere per relationem ad acta, aut aliud quippiam, vt expreſsè voluit Angel. in l. 1. & ibi quoque Franc. Aret. col.1. & Alexand.col.vlt.ff.de liber. & poſthu. & idem Angel. vti citatur, licèt non ſit in medio Codice, in d.l. vbi autem,§.illud,& ibi Alex. qui alios citat, col. 1. ff. de verbo.obligat.Anton.in c.vt debitus. col. 2. verſ. nunquid autem. extrà, de appellat. ipſe Alexan.in l. Prætor.in prin.ff.de operis noui nunt. Thomas Falſto.in deciſ.Rotæ,cauſa 22.dub.43.die Lunæ.Fely. in c. cùm dilecta.col.18. in 2.limitat. extrà,de reſcrip. ubi per hoc generaliter dicit, quòd ubi eſt certa forma, non ſufficit eam adimplere per relationem ad aliud. Iaſon in d. §. idem credendum. ubi ſuprà.& in dicto §.per nuncupationem,colum.1.uerſicu. confirmatur,& in d.l. ait Prætor.§.1.col. 2.ubi ſuprà.ff. de re iudicata.

191 *De eadē re.* ¶Contrarium tamen in caſu dictæ Clem. appellanti.uoluit Alexand. poſt alios à ſe citatos, conſil. 80.uiſo & opportunè.col.4.uerſicu. unde dicemus.lib.1.& hoc præſertim nonnullis placet, ſi fiat ſpecialis relatio ad certam partem actorum. Nam id uoluit Bal. in l. minoribus.col. 1, verſ. ſed in appellatione. C. de his quib. ut indign.arg.l.ne cauſas. C. de appel. Angel.Areti.qui id ualde commendat, in §. ſi minus. col.19. verſ. aduertas tamen ad unum. Inſtitu.de actio. dum allegat Bald. ubi ſuprà Philip. Franc..in c. conſuluit. le 2. de appell. Pro quibus faciunt, quæ mox dicemus ex Carolo Ruino, numero abhinc 3. Sed his tamen non aſſentitur Philippus Decius in dicto c.conſuluit.colum. 2. & in dicta l.1.colum. 3.uerſi.2. concluſio. C.de error. calc.& in l. certum.colum. 1.ff.ſi certum petatur.tum quia in dicta Clement. grauamina debent nominatim exprimi, et ita non ſola, et ſimplex expreſsio requiritur, & licèt relatio ſpecialiter ſit facta ad quædam acta, tamen nominatim non eſt facta. Et ideò licèt cauſa grauaminis ſit notoria, ea tamen exprimi debet; vt not. Card.Flor. ibi in 5. quæſt. & Panor.in c.accedens. le 1.extrà,ut lite non conteſt.

192 *Relatio neceſſaria æquè uitiat ac ſi eſſet expreſſa.* ¶ Illud autem minimè dubium eſt, quòd relatio neceſſaria, æquè uitiat ſententiam, ac ſi in ea eſſet expreſſa: verbi gratia, ſententia neceſſariò refertur ad libellum,l. cùm fundus. ff. communi diuidundo . Item ſententia appellationis conformatoria prioris, neceſſariò quoque refertur ad eam priorem. Igitur ſi prior ſententia continebat iuris errorem, & hæc quoque eundem continere dicitur, Barto.in dicta l.1.& ibi quoque Philippus Decius, colum. 4.verſic. 3. concluſio.C.de erro. calcu. Angel.in l.1.§.item ſi calculi.ff. quæ ſentent.ſine appel.reſcind. cum alijs concord. adductis ab Alexandro,colum. 79. perſpectis,colum. 1.uerſic.bene fateor, libro 2.& conſ.111.viſo themate.col.1.uerſ.facit quod not.lib.2.

193 *Hæredis nomen an ſatis ſit exprimi per relationē.* ¶ Porrò in alio caſu, Bald.Angel. & Imol.in dicta l. aſſe toto.ff. de hæredib. inſtituend.ſcribunt,ſatis eſſe,ſi exprimatur nomen hæredis per relationem ad aliud; quamuis expreſsio requiratur pro forma. l. iubemus. C.de teſtam. & l.hæredes palàm.in princ.ff. eodem tit. Et idem uoluerunt Bald. in l.captatorias.in 5. quæſt.C. de teſtamen. milit. & Nicol. Neapol. in l. his verbis. in princip. ff.de legat. 3. Salyce.in l.ultim.C. de fideicom. Imol. in l.illa inſtitutio. ff.de hæred inſtit. & in c.cùm tibi.extrà, de teſtam.Paul. Caſtr. in dicta l. hæredes palàm.in princ.& in l. hac conſultiſsima. §.per nuncupationem. C. de teſtamen. & in dicta l.ubi autem. §.illud. uerſ.ſed qui unum.& ibi etiam Alex. ff.de uerb. obligat. & ipſe Alex.conſ.176.viſo proceſſu.col.2.lib.5.Sunt tamen, qui id negant procedere in hæredis inſtitutione, ſed tantùm in legatis, vt videre poteris apud Fr. Aret. in dicta l.hæredes palàm. in princip.& Iaſon.in d.§.per nuncupationem. col. 2. C. de teſtam. & in d. l. ait Prætor.§.1.col.1.ff.de re iudic.

194 *Expreſsio relatiua generalis impropria.* ¶ Ex quibus apertiſsimè vides, id admodum controuerſum eſſe, an hæc expreſsio relatiua ſit propria, necne,ut formæ ſatisfaciat, aut minimè. Quam controuerſiam cupiens componere Carol. Ruin. vir certè & doctrina & iudicio celebris, in repet. dictæ l.Gallus.§. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthum.dici triplicem eſſe hanc expreſsionem relatiuam. Vnam generalem, uidelicet quæ refertur ad generale quippiam, & iſta non ſatisfacit formæ, cùm ſit generalis, & impropria: & ita procedunt, quæ primo loco dicta ſunt. Cui in hoc adde quæ ſuprà diximus, numero 96.limita igitur quartò, & ſequentib. Alteram relationem ( vt ad Ruinum redeamus ) eſſe ſpecialem. Tertiam ſingularem, quæ uidelicet referuntur ad aliquid ſpeciale, aut ſingulare. & utraque iſtarum dicitur vera, & propria expreſſio,per l.2.& l.Titius. in princ. & ibi Bart.ff.de liber.& poſthum. et l.turpia. §. ultimo. ff. de legat. & l. penult. ff.de duob. reis. et uoluit Angel. in l.pluribus. in princ. per illum text.ff. de uerbor. obliga. qui & hoc trahit ad ſtatutum, quòd ſcriptura facta manu propria, habeat executionem paratam, ut procedat & in ſcriptura aliena manu facta, ſubſcripta tamen manu debitoris. Nam cùm ſubſcriptio ſe referat ad ſcripturam precedentem, non ſecus habendum eſt, ac ſi totum propria manu ſcripſiſſet. Quod & idem voluit ipſe Angel. & poſt eum Imol. Alexand. et Franc. Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus.§. Chyſog. ff. de uerborum obliga.et Franc. Aretin.in l.ſi per epiſtolam. in princip. ff. de acquiren. hæred. quod hunc locum admodum confirmat: quoniam in ſtatutis uerba propriè, & uerè, non fictè, debent intelligi.l. 3.§.hæc uerba. ff. de negot.geſt. cum ſimilibus.Facit & quod not. Franc.Aret. in l. 1. in princ. circa ſecundam quæſtionem. Barto.in l.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.quòd ſubſtitutio reciproca dicitur expreſſa ſpecialiter, tamen vulgarem tantùm continet,per d.l.3.ff. de libe.& poſth Aliàs dicitur etiam expreſſa generaliter, vt per Bart. ibi.& hæc ferè Ruinus,quibuſdam à me adiectis. *Specialis, & ſingularis propria.* *Statutum dans executionem ſcripturæ factæ manu propria habet locū in ſcriptura ſubſcripta.* *Subſtitutio reciproca expreſſa dicitur ſpecialiter.*

195 *Alia opinio.* ¶ Verùm Frã. Aret. cui ego malo accedere, in dicta l.pluribus in princ. ff.de uerbor. oblig. ita breuiùs hanc controuerſiam componit, vt ſcilicet expreſſa per relationem, dicantur propriè expreſſa generaliter : impropriè uerò et fictè, ſpecialiter. Multis enim modis, ut ſubdit, dicitur expreſſum , ſcilicet generaliter, ſpecialiter,ſingulariter, ut et latè ſuprà docuimus ex Bart. et alijs,numero 86.incip.hanc autem.et ſeq. Et ad hoc optimè facit, licèt Aretin. non dicat, quod dicit Angel. in l.prima. §. inter filium. ff. ad legem Cornel. de falſ. prout illum retulit et ſequutus eſt Alex. in addit. Bart.

In d.



in dicta l. Prætor, in princ. ff. de oper. nou. nunt. quòd dicitur ſpecificè expreſſum, quod ſit per relationem ad aliud. Et vide quod diximus ſuprà in ſimili numero 123.incip.limita decimoſeptimò,& nu.173.incip.quin to item modo.

196 *Idem.* ¶At Baldus(quem illi non memorant) conſi.212. ea quę veniunt,libro 5. ſimpliciter dicit, quòd illud quod intelligitur per relationem ad aliud, dicitur uerè & propriè intelligi, per l. Theopompus, ff. de dot. præleg. ex eoque infert, quòd fideiuſſor verè & propriè promittit eandem ſummam, quam reus principalis promiſit, licèt non ſpecificè promittat in inſtrumento fideiuſſionis, ſed relatiuè ad inſtrumentum rei principalis. Nam natura, inquit relationis, eſt natura veritatis, ex coniectione ſcripturarum patentis : & omne quod ex natura dicitur, propriè dicitur, l.legaui, ff. de liber.legat. & l.qui ſic ſtipulatur quod te mihi, ff. de verbor. obligat. Item quicquid continetur in termino ad quem ſit relatio, continetur in termino referente, ſaltem implicitè. Qui verò explicat, nihil noui facit, ſed detegit,l. adeò, §.cùm quis, ff.de acquirendo rerum dominio. Et verè & propriè dicitur, etiam illud quod implicitè & generaliter dicitur. Hæc Bald. qui ſubdit, de hoc non eſſe dubitandum : & id quoque in ſtatutis procedere. Et hoc pro ſingul.& egregio refert Iaſon, in dicta l.vbi autem,§.illud, colum. 1.ff. de verbor. obligat. & Catel. Cotta,in memorab. incip.relationis natura,& refert etiam ipſe Iaſon, qui tamen non probat, in dicta l. ait Prętor.§. 1.colum. 1. verſicu. ſecundò principaliter,ff. de re iudic.

197 *De eadē re.* ¶Cæterùm Franc. Ripa, arbitrum ſe veluti honorarium præſtans,in dicta l.ait Prætor, §.j. ſtatim poſt principium, tradit aliud eſſe cùm quæritur, an contenta in relato, dicantur propriè ineſſe in referente: & proculdubiò (inquiunt) inſunt propriè, vt dicit Bald. & benè probatur in dicta l.aſſe toto, ff. de hæred. inſti. aliud eſſe, ſi quæritur, an contenta in relato, dicantur nominata à referente : & tunc dicendum eſt, quòd referens, ea propriè non nominauit relationis tempore, & ita procedat ille text. vtens nota improprietatis. Ex quibus nihil aliud voluit dicere, quàm quod intereſt inter nominatum & expreſſum, ſitque plus in nominato, quàm in expreſſo. De quo cæteris iudicandum relinquo. Sed ita tamen, vt videas, quæ diximus ſuprà, num. 120.incip. limita decimoquintò, & iterum num. 165.incip. imò plus,& quæ dicam infrà, nume.abhinc 3.in fine.

198 *Expreſsio relatiua non ſufficit, cum quid certum & expreſſum requiritur.* ¶Intelliges ſecundò, id genus expreſsionis relatiuæ, vt procedat, niſi aliquid requireretur eſſe ſimul certū, & ſimul expreſſum, tunc enim non ſatis eſſet id fieri per relationem ad aliud,vt voluit gloſſ. in cap.ſi epiſcopus.in verbo, certas. de præben. lib. 6.quam ſequuntur Ioan.Andr.Domin. & Philip.Francus ibi,& Iaſon, qui eam dicit notabilem, in l.certum, in princ. & ibi quoque Philipp. Decius, circa medium, ff. ſi certum petatur. Et facit,quod ſuprà diximus, num.117.incip.limita duodecimò, & iterum num. 147. incip.limita tamen non procedere, & rurſum numer. 150.incip.illud tandem,& in noſtro tractatu,cui titul.nuncupauimus, Nihil fruſtrà.

199 *Expreſsio relatiua non ſufficit in his quæ verba requirunt.* ¶Intelliges tertiò, vt procedat in his, quæ ſolo conſenſu fiunt, ſecùs in his, quæ verba requirunt. Nam tunc non ſufficeret relatio ad aliud, vt interpoſita fuiſſe viderentur: verbi gratia, ſtipulatio verba requirit, l. 1.ff.de verbor.oblig. igitur ſi aliquis promittat alteri eo modo, quò antè aliquid aliud promiſerat, certè in hac vltima promiſsione non cenſetur ſtipulatio interpoſita,ſicut in prima, in qua uerè fuerat interpoſita: quemadmodum etiam nec iuramentum, quod uerba requirit, de quo nos ſuprà diximus, numer. 121.incip.limita decimoſextò. & iterum numer. 189. incip.nam cùm iuramentum. Ita voluerunt omnes ferè Doctores in dicto cap. penult. de iureiurando. & Socin. dicto conſ. 99. sereniſsimus Rex. colum. 2. lib. 3.vbi dicit expreſsè his caſibus, & ſimilibus, non ſufficere expreſsionem per relationem ad aliud. Et facit quod ſcribit Bart. in l. item quæritur. §. qui impleto colum. vlt.verſic. quæro, dicitur hic. ff. locat. & Bald. in addi.Specul.titul. de inſtru. edit. §. inſtrumentum ergo. verſ.quid ſi à contrahentibus, vbi tenet contrarium eius, quod Panorm. in dicto c.penult. de iureiur. dicit, de ſtipulatione, quæ extenditur à notario.

¶Intelliges quartò, vt hæc expreſsio relatiua non ſatis ſit, quando quid patenter exprimi debet : vt in caſu capitul. per tuas, extrà, de ſententia excommunicationis, & in c.2. eodem titul. lib. 6. Ita enim nuncupatim voluit Franc. Aret.l. ſi is ad quem, ff. de acquir. hæred. per priorem illum text. & in c.quoniam contra falſam, de probat. & Steph. Bert.conſil.281. duo iudicant,col. 2.num.5.lib.j. Et faciunt quę diximus ſuprà,num.168. incip. idemque dicas, & numer. præced. ex quo intelliges,idem eſſe, ſi quid euidenter exprimi debet; & idē ſi quid nominatim exprimi debet. Neque enim tunc ſufficit exprimi per relationem, vt videre licet ex Phil. Decio,in dicto c.conſuluit,le 2.columna 2.verſi.ſed ta men non videtur, de appel. ſuper quo etiam vide, quæ diximus ſuprà,num.197.incip. cæterùm,& in alijs locis ibi citatis. 200 *Expreſsio relatiua non ſufficit, cum quid patēter fieri debet.* *Idem cùm euidéter. Et cùm nominatim.*

¶Intelliges quintò,vt licèt huiuſmodi expreſsio relatiua dicatur ſpecialis, non tamen ſit ſingularis, vt vo luit Carol. Ruin. conſil.165.cuius initium eſt,circa caſum. colum. 4. num.8.lib.2.vbi id dicit voluiſſe Bart.in d. l. Titius.in prin. ff. de liber. & poſth. & in d.l.turpia, §. vltimo, ff. de legat.1.& in l.pen.ff.de duob.reis,& in l.ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 3. & in l.1.in princ.ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Et ex hoc latè tractat ipſe Ruin.an & quando quis per relationem ad inſtitutionem dicatur nominatim ſubſtitutus, vt ibi uidere poteris. 201

¶Decimumtertium genus expreſsi eſt, ſi in aliqua diſpoſitione fuerit appoſita ea clauſula , vt habeatur pro expreſſo, ac ſi ſpecialiter & nominatim eſſet expreſſum,aut ſimilis : tunc enim ſatisfactum eſt conſtitutioni requirenti aliquid expreſſum, per textum in l. omnes, quem ad hoc expendunt & dicunt meliorem totius iuris Bald.& Angel. C. de præſcript.30.vel 40.annorum,& voluit etiam Oldr. conſil. 117.bonæ memoriæ Bonifacius, & Federic.Senen. conſil.47.habita ſuper caſu, vbi dicit ita communiter teneri. Alberic.in l. 1.ad fin.C.quand.Imper. inter pupil. & vidu. vbi dicit, ita fuiſſe ſe patrono Romæ iudicatum, Collect. in cap. cùm dilecta,colum.1.verſic. quid ſi Papa,& ſequentib. & ibi etiam Bald. colum. vltim.extrà, de reſcript.idem Bald. & Angel.in l.diui, §.licèt, ff.de iure codic. & ipſe Bald. in titul. de pac. Conſtant. in verbo libellariæ, & conſil.119.quidam vxoratus,in fin. lib.5. Domini à Rota, deciſ. 214.ſi cauſa committatur in eo ſtatu, in nouis. Angel. Paul. Caſtr. & recentiores in l.ſi mihi,§.in legatis,ff.de leg.1.idem Angel.in l.3.§.hæc verba,ff.de neg. geſt. vbi tamen id limitat, non procedere in ſtatutis, & in l.ſed & ſi quis, §. quæſitum,in fin.ff.ſi quis cautio.& conſil.274.non eſt dubium, colum.penult. Paul. Eleaz. & Imol.in Clem. 1.ad fin.de ſepult. Anton.& Dom.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.Idem Anton.in c.1.de reſcript.& in c. cùm inſtantia, & ibi Panorm.colum.2. de cenſib.idem Anton. conſil.2. iterum repetito conſil. 49. viſis literis legitimationis, vbi id dicit eſſe de ſtilo curiæ,Pet.Anchar.in c. cùm in præſentia,de deci.Imo, in l.licitatio, §.earum, ff.de publica. & in Clemen. 1.de ſepult.Domin. conſil.15.Reuerende pater,colum.2.& 202 *Decimumtertiū expreſsi genus clauſula, habe ri pro expreſſo.* *An autē in ſtatutis.*

-conſil.65.diſcutiam,colum.6.uerſi.quid plura, & conſi. 120.quia in facta, colum. 2.verſic.præterea,& hic Paul. Caſt.conſi. 284. in facto præſenti. colum.1.& iterum 3. verſic. tertiò adhuc opponitur,libro 1.Ioan.Ana.conſil. 56. his quæ in facto. vbi & hanc dicit eſſe communem opinionem Alexand. conſilio 30. quoniam omne datum,colum.3.uerſi.& ita etiam colligitur,& conſil.217. nec arguendi, colum.6.uerſic.8.fortificantur, libro 2.& conſil.155. videtur in conſultatione, colum.penultima, verſi.plus dicit,lib. 6.Bened. Capra.conſil.30.punctus, fuit quædam domina, colum. 3. & conſil. ſeq. columna penult. Socinus conſil. 169. circa primum, colum. antepenult.verſic. reſpondeo aliter, lib.6.& conſil. 266.in cauſa quæ uertitur, colum. vltim. eodem lib.2.& conſil. 172.non proſequendo, colum.penul. verſi.2. quòd illis, eodem lib. 2. & conſil.63. viſo teſtamento, colum.3.& ſequent.libro 3. & conſilio 115. fundata, colum. 1.eodem libro 3.& conſi. 127. quoniam in præſenti, colum. vlt.eodem libro 3.& conſil. 120.circa primum, colum. 5.verſi.confirmo hoc,lib.4.Guid.Pap.conſ.65.viſo themate,colum.10.verſi.item quòd rectè. Franc. Curt.Senior,dicto conſi. 50.colum.67.in fin.reſpon. ad 6.argu. Felyn. in c. in noſtra,col.9.in 9.corollario, de reſcrip.& in cap.1.colum.3.& ſequent.diſtinct.1. & Carol.Ruin. conſil.31.quia dubium, colum.4. verſic.præterea & ſecundò,libro 1.& conſil.228. circa caſum, colum. 3. nu. 7.eodem lib.2.

203 *De eadem re.*

¶Sed contra hæc videtur eſſe textus in c. qui ad agendum,de procur.libro 6. & quod voluerunt Barto. Ang. Fulgo. & recentiores, in dicta l. ſed & ſi quis, §. quæſitum,ff.ſi quis cautio, Cyn.in dicta l. 1. C. quan. Impera. inter pupil.Archid. in Summa.25. quæſt. 2.colum. vlti. Feder.Senenſ. ſibi contrarius, conſi.234. caſus talis eſt, monaſterijs, Bald. ſibi etiam contrarius, in c.ſuperliteris,colum.2.verſicu.quid ſi Papa, de reſcrip.Laurentius Rudulphus, in quodam conſil. quod retulit, & ſequutus Paul.Caſtren. ſibi etiam contrarius,conſilio 3. quoniam adiectione,colum. 3.libro 1. & ipſe Paul. conſilio 278.paſſus iſte.eodem libro 1.Calderic.conſi.11.habet ordo,titul.de priuileg. Card. Flor.in dicta Clem. 1.in 3. oppoſi.de ſepultur. & conſil. 51. in præmiſſo, & conſil. 136.permitto,colum. 6.Petrus Anchar. in dicto c.cùm inſtantia, de cenſib. vbi dicit ita ſe conſuluiſſe. Romanus conſil.127.iſtæ ſunt rationes,colum.3.uerſic.ſecundò reſpondeo, & conſi. 436. quod indultum, colum. 2. uerſicu.quintò, principalis ratio, & conſil.498.in caſu, quo quæritur,colum. ultima,lib. 2. Felin.in c. accedentes, columna 4.de reſcript. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem, & in cap.nonnulli,in princip. colum. 9.verſicu.amplia ſecundò,de reſcript.Iaſon conſil.121. viſo themate, libro 4. qui. & ipſe dicit, hanc eſſe opinionem communem. Philippus Decius in l. certum, colum.3.ff.ſi certum petatur,& conſil.165.uiſo tenore. vbi hanc quoque dicit eſſe communem opinionem, & conſil.373.uiſo conſilio, in fine. vbi & idem dicit,& conſilio 392. quæritur an filia, columna vltima, vbi & hanc dicit eſſe opinionem communem.

204 *De eadem re.*

¶ Verùm hanc diſcordiam ita ſedare poteris ex ſententia Ange.& Fulg.in d. §.quæſitum, ad fin. & Angel. in dicta l.diui, §. licèt, ff. de iure codicillorum, & conſilio 246.Philippus, columna vltima, & ante eos Baldus, in dicto cap. cùm dilecta, de reſcriptionib. quòd dicta l. omnes, procedat, quando talis clauſula apponitur in lege, aut etiam in reſcripto principis, qui eſt lex animata in terris, §. vltimo, in authen. de Conſul. & gloſſ. in l. & quia, ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Ideoque poteſt fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt,per cap.illa, de electione, & in cap. primo, de tranſaction. At dictum cap. qui ad agendum, procedit, ſicuti etiam loquitur, quando talis clauſula apponitur à priuato, vt tunc nihil importet in caſibus, in quibus requiritur ſpecialis expreſsio. Et ita quoque nominatim voluit Alexand. & Iaſon, in dicto §. quæſitum & idem Iaſon in dicta l.Prætor, colum.3. verſicu. quid autem de clauſula, ff. de oper. noui nunti. & in l. prima,ad finem, ff. ſi quis in ius vocatus, & ita, inquit, concordatum eſt dicto cap. qui ad agendum, cum dicta l.omnes, C.de præſcriptione triginta annorum. Alios tamen huius controuerſiæ componendæ modos attulit Philippus Decius, poſt alios, in dicta l. certum, columna 2.ff.ſi certum petatur, & conſilio 142. cuius ſubſcriptio incipit, an & quando alienatio. columna vltima. Ioannes Salua. qui hanc rem latius omnibus diſputauit, in tractatu de beneficijs, in 14. quæſt. tertiæ partis principal. vbi quilibet videre poterit. & Franciſcus Ripa, in dicta l.prima,colum.10.verſic. ſecundò limitatur, & multis ſequentibus, ff. de vulgar. & pupil. Sed & tu omnino vide Socinum, conſilio 3. in cauſa domini Guidonis, columna tertia & quarta, libro 3.& Felinum qui & hanc rem latiſsimè tractat, in dicto cap. nonulli, colum.7. verſic. fallit ſecundò, cum 3.ſeq.col. de reſcript.

205 *Expreſsū cum requiritur, an ſatis ſit in foro cōſciētiæ id mēte concipere.*

¶Illud quoque in quæſtionem cadit, an ubi expreſſum aliquid requiritur, ſatis ſit in foro conſcientiæ illud mente ſolùm concipere: verbi gratia, poſſunt clerici conqueri de ſuis malefactoribus, coram iudice tẽporali, etiam de criminibus, ex quibus debet pœna ſanguinis irrogari, modò expreſsè proteſtentur, quò ad vindictam, ſiue pœnam ſanguinis non intendunt, cap. prælatis, de homicid. libro ſexto. Quid igitur, ſi clericus eam proteſtationem expreſsè non fecerit, ſed eam animo retinuit, nunquid in foro conſcientiæ excuſabitur ab irregularitate? Ioan. Calder. ibi dicit notandum, quod non, per illum text. et quod ibi dicit gloſſ. & Archid.& ſequitur, dicitque ſingulariter Philippus Francus, ibi. Nec obſtat, inquiunt, cap. tua, de ſponſalibus, quia ibi non requirebatur expreſsio. Ego tamen non poſſum huic ſententiæ aſſentiri, vtpotè cùm Deus ſolùm cor reſpiciat, cuius eſt ſpectator, ſcrutatorque egregius, & minimè fallitur, nec verba deſiderat, cùm dixerit, Non omnis qui dixerit, Domine, Domine &c.





# GLOSSA OCTAVA, IBI,

## De ſon mary.

1 *Fœminis non licere quicquam agere ſine autoritate virorū.*

NON Noua res eſt hæc, ſed ab vſque priſcis illis temporibus repetita. Nam vt apud Liuium libro 4. Belli Macedonici teſtis eſt M.Cato Cenſorius, Maiores quidem noſtri, ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine autore voluerunt, easque in poteſtate eſſe parentum, fratrum, virorum. Cui adſtipulatur, quod ſcribit D. Auguſt. ad Ediciam: Nihil de tua veſte, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut de rebus illis terrenis tuis ſine arbritrio eius facere debuiſti. Quod repetitur in c.quod Deo.33.queſt. 5.Et idem rurſus paulò poſt, in ea ipſa Epiſtola: Mulierem (inquit) coniugatam non licet dicere, facio quod volo de meo, cùm & ipſa non ſit ſua, ſed capitis ſui, hoc eſt,viri ſui. Et rurſus Homi.49.Aurum tuum vendidit maritus pro neceſsitate tua: ferto fœmina, ferto ancilla:noli litigare, noli contradicere. Ex quo eſt & illud Phidippi Terentiani in Hecyra: Vxor quid faciat, in manu non eſt mea. Quem locum enarrans Donatus, Vxor (ait) mea quid faciat, non eſt in manu, deeſt, eius, vt ſit, in manu eius non eſt, ſed in poteſtate mea poſitum eſt. Sed & Theodoſius & Valentinianus Imperator.in l.hac lege, C. de pactis conuen. Bonum eſt (inquiunt) mulierem, quæ ſe ipſam marito committit,res etiam eiuſdem pati arbitrio gubernari. Pro qua etiam ratione vide tex. in l.2.§.vlt.& quod ibi not.Bald.ff.de adop.& quod voluit glo.in c.quod Deo, in uerbo, hunc.33.q.5.Et iſtud quidem ius ad Romanos ab Athenienſibus translatum fuiſſe, probat Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ. De quo & nos alia diximus ſuprà in 1. Lege Connub.num.72.incip.quod ex veterum.

2 *Repudij verba ſolennia.*

¶Hincque prodierunt verba illa ſolennia, quibus antiqui in repudijs vtebantur, Tuas res tibi habeto, Tuas res tibi agito. Quorum mentio fit in l. 2. ff.de diuor.Horum enim alterum (vt clariſsimè patet) dotem reddi, alterum, munus tutoris, ſiue adminiſtratoris in rebus vxoris abdicari ſignificat. Et ex hac diuortij formula eſt illud Alcmenæ Plautinæ matrisfamiliàs in Amphitryone:

*Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.*

Et illud in Trinummo, Lyſitelis adoleſcentis amorem eijcere meditantis:

*Apage ſis amor: tuas res tibi habe, amor mihi amicus*
*ne fuas vnquam.*

Et Cupidinis Apuleiani ad Pſychen, libro 5. Aſini aurei: Confeſtim toro meo diuerte, tibique res tuas habeto. Et Martial.lib.10.Epigr.41.

*Menſe nouo Iani veterem Proculeia maritum*
*Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas.*

Et illud quoque Ciceronis Philip. 2.Mimam illam ſuã, ſuas res ſibi habere iuſsit. Quod paulò poſt declarat, Cum Mima fecit diuortium. Et illud item Quintilliaui, Declamati.263. Tunc repudiatam credis vxorem, tùm res ſuas ſibi habere iuſſa eſt. Et huc quoque alludit illud Ouidianum,lib.2. de Remedio amoris:

*Munera, quæ dederas habeat ſine lite iubeto.*

Vt etiam ibi obſeruauit Mycillus Interpres.

3 *Redit ad principiū.*

¶ Denique Homerus ille apertè declarat, non eſſe quicquam mulieribus, inſcijs maritis, & ſine eorum autoritate conandum, cùm Iunonem inducit Iouem ita alloquentem, lib.14. Iliados:

Νῦν δὲ σεῦ εἵνεκα δεῦρο κατ' οὐλύμπου τόδ' ἱκάνω,
Μήπως μοι μετέπειτα, χολώσεαι αἴ κε σιωπῇ
Οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυρρόου Ὠκεανοῖο.

Nam cùm primùm à Ioue interrogata, quò pergeret, reſpondiſſet, ſe velle ad terrarum fines conferre viſuram Oceanum, & Tethyn, vt eos ex diſcordia in gratiam reduceret, ſubiunxit, quod ſuprà ad ſcripſimus: quo ſignificatur, ſe priùs ad Iouem ipſius gratia ab Olympo veniſſe, ne is poſtea ſuccenſeret, ſi tacitè (id eſt, non impetrata ab eo venia) ad Oceanum ſe contuliſſet. Quod & ex Homero ingenioſè, ut cætera omnia, annotauit Plutarchus in vita ipſius. Et Platonis legibus, libro 11. de Legibus) mulieri maritatæ, cuiuſcunque ætatis eſſet, non licebat teſtari, nec iudicio intereſſe ad agendum, ſine autoritate mariti: quod & nos alibi diximus.

¶ Eſt autem huius noſtræ conſuetudinis ſimile ſtatutum Florentiæ, vt dicit Bald.in l. velles, ante fi.C.de reuo.donat. & Angel.in l.quamuis,in prin. ff.de acquir. poſſ.& conſil.191.ſuper puncto,colum.j & Phil.Dec. conſ.502 ex duobus,in princip. & conſi. ſequen.etiam in prin.& Carol. Ruin. conſi.145.circa primum,col.2. verſ.nec hinc, libro 1.Atque Papiæ,vt refert ipſe Bald. conſi.488.ſequens quæſtio, in prin.lib. 1.& conſi.394. ſtatuto communis Papiæ, lib.5.& Raph. Com.conſilio 176.ſtatuto Papienſi, in prin. Simile quoque eſt Mediolani,vt retulit Signor.Homod. conſi. 164.ſtatuto ciuitatis. Mediolani. in princip.Et Cortonæ, ſicuti memorat Fran. Aret. conſ.54.in caſu magiſtri Blaſij,in princi.& Corn.conſi.147.quia cauſa eſt,col.j lib.2.Atq; Aſsiſij, vt clarè patet ex caſu,qui ponitur ante conſ.Bal.208.licèt conſulentes,lib.4.& conſ.eiuſdem 139.ſtatuto communi Aſsiſij, lib. 5.Et in terra Caſtri,teſte Bened.Cap. conſ. 144. pro præfati dubij declaratione, in princi. Et Spoleti ſtatutum eſt, ne mulier poſsit contrahere ſine præſentia viri, vt refert ipſe Bald.conſi.23.præſuppoſito ſtatuto, libro 5. Et ſimiliter in Marchia,id atteſtante Ang.conſi. 88.item ſtatuimus, in princi.iunctis ijs, quæ dicit col.2.uerſi.pro eo etiam.

4 *De eadem re ſtatuta, Florentiæ.* *Papiæ.* *Mediolani.* *Cortonæ.* *Aſsiſii.* *In terra Caſtri.* *Spoleti.* *In Marchia.*

5 *Quid de Iure Ciuili.*

¶At Ius noſtrum Ciuile aliud conſtituit, vt videlicet liceat mulieri inſcio inuitoque marito contrahere, ſuaque ipſius bona alienare: vt eſt text. expreſſus in dicta l.velles,& ibi Doctor. & uoluit Bald.conſi.130.verus maritus,lib.4. vbi & ſimilis ſtatuti meminit, & Angel.conſi.353. præmitto pro deciſione,in princi.& præſupponit Petr.Anch.conſi.364.dubium eſt in iſta quæſtione, & omnes quos ante citauimus. Et benè facit etiam tex.in l. ſi vxor tua, C.de pigno.Quin & non ſolùm mulier ipſa, ſed & curator poteſt ipſius bona, abſente, atque etiam renitente marito, alienare, in caſu permiſſo curatori, per textum in l. ſiue generalis,in fi. ff.de iure dotium. Ideoque hæc conſuetudo prohibens ne mulier poſsit alienare, aut contrahere ſine conſenſu mariti, eſt ſtrictè, veluti correctoria iuris communis interpretanda, vt in ſpecie conſuluit Imol. conſilio 74. in caſu præmiſſo, & ante eum idem voluit Bald. (quem tamen non allegat,) in l. omnes populi, ff. de iuſtit.& iure, prout illum nuncupatim refert & ſequitur Corne. conſil. 241. de duobus quæritur, in fine primi dubij, libro ſecundo. De quo tamen vide, quæ dixi ſuprà in gloſſ. 5. & quę dicam infrà in eadem gloſſ. in 25. quæſtione.

*Hæc cōſuetudo ſtrictè interpretanda.*

6 *Si maritus abeſt, an eius cōſenſus requiritur.*

¶Sed hic de multis quærendum ducimus vltrà ea, quæ ſunt in præcedentibus gloſſ. expedita. Primò, vtrùm ſi maritus abſit à patria, poterit uxor contrahere ſine eius conſenſu.Bald. loquens in caſu noſtræ conſuetudinis,dicto conſi.488.lib.1.& dicto conſilio 394.lib. 5.dicit,quòd ſi abeſt,& quidem in longinquis partibus, & neſcitur vbinam terrarum degat, poteſt uxor ſine conſenſu illius contrahere, per multa quæ allegat.

At ſi eſſet in loco quopiam propinquo, debet eius præſentia expectari, per c. ſciendum, quod eſt 1. in fi. tit. de conſuet. rec. feud. vbi & ipſe Bald. id quoque tractat, ſed non omnino idem dicit.

7 *Idē in conſenſu propinquorū.*

¶ Et hæc deciſio multis poteſt comprobari. Primò per id, quod voluit idem Bal. in l. tranſactionem, in fin. & ibi quoque Alciat. C. de tranſact. vbi in caſu ſtatuti requirentis conſenſum propinquorum, in contractibus mulierum, & minorum, dicit, quòd ſi ipſi conſanguinei ſint abſentes in remotis partibus, poterunt ſine eis contrahere, argum. l. multa, in princip. ff. de condi. & demon. & idem voluit ipſe Bald. in l. in coniunctione, verſ. aduerte tamen, C. de nupt. & Pet. Anch. in rep. c. 1. in 14. q. prin. verſ. tranſeo ad ſtatuta, quæ quandoq; prohibent, qui eſt in charta 61. in paruis, & uerſi. ſeq. extrà de conſtitu. & Paul. Caſt. diſtinguens etiam, an diu conſanguineus ſit abfuturus, in l. cùm antiquitas, in tertio no. C. de teſtam. & in l. ſi cùm dotem, §. ſi pater, poſt princip. ff. ſolu. matrimo. & Rom. in repe. l. ſi uerò, §. de uiro, in 28. fal. verſi. 8. ff. ſolu. matrim. & in l. ſi quis mihi bona, §. vlt. & ibi Alexan. ff. de acq. hær. & idem Roma. conſ. 36. viſa diſceptatione & Ang. Are. in §. cōſequēs, in fi. Inſtit. de ſuſpect. tut. Fran. Aret. loquens etiam de marito, qui non ſperatur proximè rediturus, in l. cùm hæres, in princip. ff. de acqui. hær. & Corn. conſ. 241. de duobus, col. 3. verſ. & huiuſmodi ſtatuta, lib. 2. & conſi. 151. videtur in hac conſultatione, colum. vlt. verſ. tamen quòd valeat, lib. 4. & Hippo. Marſ. in l. j. §. præterea, colum. antepe, ff. de quæſt.

8 *De eadē re.*

¶ Secundò item, per id quod ex facto interrogatus reſpondit idem Bal. conſil. 201. in prouincia Anconitana, col. 2. verſi. in contrarium videtur, lib. j. quòd ſtante ſtatuto, vt minori octodecim annis non liceret rem immobilem alienare ſine conſenſu duorum proximorum conſanguineorum, ſi ij qui ſunt proximiores, abſunt à prouincia, poterit huiuſmodi minor alienare, ſine conſenſu illorum, adhibitis alijs, qui poſt eos proximiores ſunt, per multa quæ illic allegat.

9 *Pater dēt conſentire filio agenti, etiā in cauſa ſummaria. Si præſens ſit.*

¶ Tertiò per tex. qui in id ſolet ſæpiùs allegari, in l. ſi longiùs, §. vlt. ff. de iudi. vbi propter abſentiam patris, qui aliàs debet conſentire filio agenti, l. ultima, §. neceſsitate, C. de bonis quæ liber. etiamſi ſummariè, & de plano procedi debet, Bald. in l. nequicquam, §. de planò, colum. vltim. verſi. ſed nunquid vbi poteſt, ff. de offic. Proconſ. & Alex. conſi. 59. uiſo proceſſu, col. 1. verſi. nam in primis, lib. 2. poteſt filius ſine conſenſu illius agere, vt dicitur in d. §. vlt. & concordat, l. filiusfa. §. non ſolùm, §. hoc amplius, & iterum, §. ſed & filiusfa. ff. de procur. & no. in l. ſed ſi vnius, §. ait Prætor, & §. filio, ff. de iniur. & not. in l. cùm filiusfa. ff. ſi cert. peta. & voluerunt Bart. & Bald. in dicto §. neceſsitate, Bartol. Ange. & Raph. in d. l. ſi longiùs, Bartol. in l. 1. C. de Decurion. lib. 10. per l. honores, ff. eod. Bal. conſ. 285. caſus, coram R. D. Epiſopo, colum. 2. verſi. ſed ad hoc reſpondetur, lib. 2. Pau. Caſt. conſ. 276. quia probabiliter, colum. 3. libro 1. vbi idē dicit in ſtatuto requirente conſenſum uiri in vxore agente. Quod intelligendum eſt ſecundum ea quæ diximus uerſi. ab hinc ſecundo, uidelicet ſi pater longè abſit, nec ſtatim ſit reuenturus, ita etiam declarat textus in dicta l. ſed ſi vnius, §. quod autem ait, ff. de iniur.

11 *Monachus abbate abſente agit.*

¶ Quartò, huc pertinet tex. in auth. vt cleri. apud propri. Epiſ. conue. in prin. vbi Abbate abſente poteſt monachus eſſe in iudicio, & actiones intentare, præſertim cùm eſt periculum in mora, de quo & per Cano. in ca. cùm dilecta, de reſcrip.

11 *Socius ſocio nouum opus nunciat, iudice abſente.*

¶ Quintò ſocius aliàs prohibitus ſocio nunciare nouum opus, per text. in l. & in prouinciali, §. 1. ff. de ope. nou. nunc. poteſt tamen, ſi deſit copia iudicis, vt voluit Bart. in l. 3. §. ſi ego ſuperficiarius, per textum ibi, ff. eod. & ſequitur ibi Pau. Caſt. & Iaſ. qui hoc reputat ſing. col. pen. verſic. & moueor. & iterum idem Iaſ. in l. pupillo, in prin. col. pe. eod. tit.

12 *Filius ſine cōſenſu patris abſentis matri. contrahit.*

¶ Sextò, licet filiusfam. non poſsit de iure Ciuili matrimonium contrahere ſine conſenſu patris, l. 2. ff. de ritu nup. cum ſim. poteſt tamen ſi pater abſit, & ignoretur ubi nam terrarum ſit, l. ſi ita pater, & l. ſeq. ff. eo. titu. quod intellige, prout ibi ſcribitur.

13

¶ Septimò, textus notabilis in cap. j. §. vltim. ne ſed. vacan. lib. 6. vbi ſi collatio beneficij ad aliquem pertineat, conſulto tamen prius Epiſcopo, ſi Epiſcopus beneficio vacante agat in remotis, ita quòd ipſius præſentia breui non poteſt haberi, poteſt eo inconſulto beneficium conferri. Et ibi gloſſ. quærit, quid ſi conſenſus requiratur: quam vide & Ioannem Andr. Petr. Anch. & Domi, ibi.

14 *Idem de elect. quæ fieri debet requiſito cōſēſu principis.*

¶ Octauò, quod voluit Angel. in l. adoptio, colum. 2. ff. de adopt. quòd ſi ex conſuetudine, vel ex priuilegio debeat ad electionem Prælati requiri conſenſus Regis, ſi Rex abſens ſit in remotis partibus, poteſt eo incōſulto procedi ad electionem, & idem voluit, Angelo tamen non citato, Roma. ſing. 696. ex longæua, per d. c. 1. §. vltim. ne ſed. uacan. lib. 6. ſed uide quid de hoc diximus ſuprà tit. 9. Conſuetudinum Pictauicarum, §. 4. in gloſſ. 2.

15 *Filiusfa. poteſt dotem exigere ſine conſenſu patris abſentis.*

¶ Nonò, licèt non poſsit filiusfam. dotem exigere ſine conſenſu patris, per auth. quod locum, C. de collat. poteſt tamen ſi pater eſt abſens, vt voluerunt Pet. Cyn. Bal. Rom. Corn. & Philip. Dec. & alij ibi, & Bar. in l. ſi conſtante, in prin. c. in 3. quæſt. 2. quæſtio. principalis, ff. ſolu. matrimo. de quo etiam tex. eſt ad literam, quem tamen ſolus Alex. allegat. in d. l. filiusfam. verſic. ſed puto ſi fortè, ff. de procur.

16 *Conſilium abſentis nō requiritur*

¶ Decimò, quod voluit Bar. in l. j. §. ſi plures, col. 4. verſ. quæro ſecundò, quid ſi ille, ff. de exercit quòd ſi ille, cuius conſilium debet requiri ad aliquem actum, ſit abſens, & fortè mora eſt periculum allatura: poteſt ille huiuſmodi actus expediri, ſine eius cōnſilio, per d. l. ſi longius, ff. de iudi. & alia ſimilia, quæ allegat.

17 *Partes abſentes non ſunt citandæ.*

¶ Vndecimò, quod pulchrè voluit Alua. & poſt eum Card. Alex. in c. 1. col. vltim. tit. quid ſit inueſtitu. limitantes id quod dicit Bal. ibi, citandos eſſe Partes abſentes in caſu illius tex. vt videlicet procedat, niſi eſſent abſentes in loco multum remoto, & lōginquo adeo, quòd non poſsint actui adeſſe ſine magna difficultate, argu. l. Prætor, §. vlti. & quod ibi not. per Doctor. ff. de uaca. muner.

18 *Epiſco. abſente, an liceat ſine eius cōſenſu alienare res eccleſiæ.*

Duodecimò, quod ſingu. conſuluit Barb. conſi. 61. à Ioue principium, col. 5, uerſi. præterea poteſt, non tamē conceſſo, lib. 3. quòd licèt in alienatione rerum eccleſiæ requiratur conſenſus Epiſcopi, cap. Abbatibus, & alijs multis. 12. q. 2. cum ſimilibus: ſi tamen Epiſcopus ſit in remotis partibus, poteſt ſine conſenſu illius in caſu aliàs permiſſo fieri alienatio, per multa ſimilia, quæ ibi allegat.

19

¶ Ex his autem quæ diximus, præſertim nu. 6. 7. in 3. locis. 9. ad fi. 12. 13. 17. 18. ſatis conſtat, tum demum abſente marito vxorem poſſe contrahere ſine illius cōſenſu, ſi hæc interueniant, vt. ſ. ipſe maritus abſit, & id quidem in longinquis & remotis partibus, & diutiùs ſit abfuturus, aut ignoratur vbi nam terrarum degat, & fortè imminet neceſsitas contrahendi. Neque. n. quælibet abſentia, niſi ſit huiuſmodi, quā diximus, ſatis eſſet vt mulier licitè poſſet cōtrahere, vt clariſsimè patet ex his quæ in d locis dicta ſunt. Nec enim abeſſe videtur, qui propè eſt, aut ſtatim rediturus eſt, vt conſtat ex multis quæ nos ſcripſimus in repe. l. ſi vnquam, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 176. quibus adde. Aliàs enim facilè fieret fraus huic conſuetudini, ſi pro qualibet abſentia liceret mulieri arripere occaſionem contrahendi ſine conſenſu viri.

¶ Sed



20

¶ Sed & tunc. cùm vir abeſt, in remotis partibus, nec ſperatur proximè rediturus, ſi quis tutorem ſuum agere velit, conſulo, vt loco mariti abſentis adhiberi faciat autoritatem iudicis, ſicuti etiam in ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum, dicit Baldus in dicta l. tranſactionem, in fi. & ibi poſt eum Pau. Caſt. & Alcia. ar. l. bonorum, C. qui admit. ad bonor. poſſeſ. & §. ſi uerò abſunt, in auth. de hæred. & Falcid. & ſequitur Petr. Anch. in repet. c. j. in 14. quæſtio. quo loco ſuprà citauimus, de conſtit. & Roman. dicto conſ. 36. viſa diſceptatione, & Paul. Caſtren. conſi. 119. videtur dicendum ſuper primo, in 2. dubio, lib. 2. & Alcia. in lib. j. de uerbor. ſign. char. 11.

21 *Abbas nō habens c. debet adhibere autor. ſuperioris.*

¶ Et hoc confirmatur per id, quod in ſimili dicimus, quòd cùm Abbas, aut alius quiuis Prælatus non poſſit rem eccleſiaſticam alienare ſine conſenſu conuentus, ſiue capituli, per totum, extrà de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. capi. certè ſi aliquis Prælatus conuentum non habeat, aut capitulum, debet adhibere Prælati ſuperioris conſenſum: vt eſt textus ad literam in Clemen. j. de rebus eccleſ. non alien. Ex quo videtur non benè dixiſſe gloſſ. in cap. potuit, in gloſſ. magna, poſt medium, extrà, de loca. quæ concedit poteſtatem ſoli rectori, non habenti capitulum, quantam habet Prælatus cum capitulo, quò ad alienationem rerum eccleſiæ. Quam tamen ſequuntur Anto. Imol. & Pano. in c. edoceri, ext. de reſcript. ſed ibi videas omnino Felyn. col. 9. uerſicu. etiam in alijs.

22 *Epiſc. abſēte adhiberi debet autorit. ſuperioris.*

¶ Et quod voluit gl. notab. in c. ſi qua de rebus. 12. q. 2. quòd cùm in alienatione rerum eccleſiaſticarum debeat accedere conſenſus Epiſcopi, vt ſuprà diximus, ſi Epiſcopus abeſt, & imminet neceſsitas, requirenda eſt autoritas ſuperioris, arg. dict. l. bonorum, C. qui admit. quam gloſſam ſequitur & commendat Rom. d. conſil. 36. in repet. d. l. ſi verò, §. de uiro, in 28. limita. verſ. decimo, ff. ſol. matrim. & Barb. conſi. 61. à Ioue principium, col. 2. lib. 3. & eſt ſimilis glo. quam illi non allegant, in d. c. in verbo, ſede vacante, poſt prin. ext. ne ſede vacante, & ibi Doct.

23 *Iudex ſupplet cōtradictionem eius, qui debet conſentire.*

¶ Facit item, quod voluit Antiſtes ille noſtrorum Interpretum Bart. & alij poſt eum in l. ſi cùm dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut. matrimo. quòd iudex ſupplet, quando is qui debet conſentire, ſine iuſta cauſa contradicit: de quo poſtea latè diximus infrà in 15. q. huius gloſſ. ubi omnino uideas.

24 *Conſanguineorum inhabilium, aut nō exiſtentiū cōſēſum ſupples iudex*

¶ Et quod etiam dicit Rom. in l. ſi quis mihi bona, §. pater filio, ff. de acquir. hær. quòd in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum, ſi non ſunt conſanguinei, aut ſunt inhabiles, tutius eſt, iudicis interponere autoritatem, & latè Corn. conſil. 243. circa primum, col. 3. verſicu. dicit autem, libro 4. ubi & ad hoc allegat tex. in l. profectitia, ff. de iure dot. & in l. ſi infanti, in fi. C. de iure deliberan. de qua re etiam latè dicemus infrà in 7. quæſtio.

25

¶ Nota tamen, quòd nullus illorum, quos ſuprà citauimus, neceſſariò dicit exigi autoritatem iudicis loco abſentis mariti, vel conſanguinei: quin ſentiunt contrarium, dum conſulunt (vt diximus) veluti ad tollendum omnem ſcrupulum, vt id fiat. Et benè facit, quod infrà dicemus in 3. q. vbi de furioſo ſciſcitabimur, & quod item dicemus in d. 7. q. de vxore, quæ non habet maritum, quia qui abeſt, perinde eſt, ac ſi non eſſet, per text. in l. 1. §. & quidem, ff. quod cuiuſque uniuer. & ita ſtatutum debet intelligi, ar. l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & ita expreſsè voluit Paul. Caſtr. in d. l. ſi cùm decem, §. ſi poteſt, poſt prin. ff. ſol. matrim.

26 *Iudex interponit autoritatem loco tutoris.*

¶ Quanquam videretur neceſſariò exigi autoritatē iudicis, loco mariti abſentis, ſicuti in ſimili diximus, quòd iudex interponit autoritatem loco tutoris, vel curatoris, l. bonorum, C. qui admit. & l. ſi infanti, in fi. C. de iur. delib. Ex quo etiam dicit glo. in d. c. ſi qua de rebus, 12. q. 2. quòd iudex ſupplet defectum Prælati eccleſiæ, quam ſequitur Ang. in l. bonorum, & Rom. qui eam ſolennem dicit, in l. 1. col. pen. uerſic. vlteriùs circa materiam, C. vnde vir & uxor. ubi & ex hoc dicit in caſu ſtatuti requirentis conſenſum propinquorum in contractibus minorum, iudicem debere autoritatem interponere, nullis exiſtentibus propinquis. Et ad hoc quoque allegat gloſſ. vlt. in l. ſi furioſi, C. de nupt. & in l. profectitia, circa prin. ff. de iur. dot. & in Cle. j. de reb. eccl. non alien.

27 *De ijſdem rebus.*

¶ Sed & idem in caſu eiuſdem ſtatuti, dicit Pau. Caſtren. conſi. 124. in cauſa quæ vertitur in 2. dubio, lib. j. per not. in l. ſi curatorem, C. de in integ. reſtit. & alia iura, quæ allegat. Id quod etiam uoluit conſi. 119. uidetur dicendum ſuper primo, in 2. dubio, lib. 2. Idem autem in d. l. 1. circa medium, C. vnde vir & uxor, dicit, quòd iudex loco conſanguineorum alios nouos viros ſubrogabit: & vtrobique id dicit uoluiſſe Bal. in d. l. tranſactionem, qui tamen nihil aliud voluit, quàm quod ſuprà ex eo diximus. Sed & poſteriori loco adducit Bal. in l. cùm ſententiam, ad fi. C. de ſent. ubi dicit, quòd ſi ex ſtatuto debeant ſententijs criminalibus adeſſe duo priores: ſi abſint, vel nolint intereſſe, debent eorum loco ſubrogari duo alij viri publica autoritate fungentes, arg. l. hac conſultiſſima, §. at cùm humana, C. qui teſta. face. poſſ. & d. §. ſi verò abſint, in auth. de hæred. & Falc. Sed & quòd in hoc caſu neceſſariò requiratur iudicis autoritas, videtur voluiſſe Rom. in d. l. j. C unde vir & uxor. & Cæp. caut. 237. vt vxor poſsit, & ante hos non obſcurè Bal. in c. 1. col. vlt. tit. de conſuet. rec. feud.

28 *De ijſdem rebus.*

¶ Sed tamen attende, quia id quod primo loco adduximus, iudicem ſupplere abſentiam tutorum, nihil hic videtur obeſſe, quoniam tutoris & curatoris conſtitutio ad iudicem pertinet. Ideo illorum defectum & abſentiam iudex faciliùs poteſt ſupplere, quàm mariti, vt in ſimili caſu uoluit Alexan. conſi. 206. ponderatis verbis teſtamenti, in fin. lib. 6. & probatur per id, quod habetur in l. 1. §. idem Pomponius, cum ibi not. per Doctor. ff. quod fal. tut. & per no. per Cyn. in l. licèt, C. de procur. & ibi Bar. col. vlt. dum allegat d. §. idem Pomponius. Sed vide in hac quæſt. quid dicam infrà in 3. q. nu. 32. & iterum in 4. q. in fi.

29 *Si dubiū ſit, an vir fuerit præſens an abſens, quid præſumēdum.*

¶ Sed hic ſecundò quæro, quid ſi vxor reperitur contraxiſſe ſine autoritate mariti, dubiumque eſt, an maritus tempore contractus fuerit abſens, nec ne, dicente eo, qui cum muliere contraxit, eum abſentem fuiſſe, ut proinde valeat contractus, contrarium dicente marito: an in dubio præſumetur abſentia: uel præſentia ipſius? Spec. in tit. de actore, §. 1. uer. ſed quid ſi iſte eſt alienigena, tenet in caſu l. ult. §. neceſsitate, C. de bon. quæ lib. vbi filius non poteſt agere ſine conſenſu patris, quòd ſi dubitatur vtrùm pater fuerit in ciuitate præſens, quando filius egit ſine conſenſu illius, an abſens, in dubio præſumi fuiſſe abſentem, vt iudicium ualeat. Et idem ex autoritate Marti. Fan. tacito nomine Specu. voluit Alber. in vlt. parte ſtatutorum, q. 84. ſed quid ſi minor, paulò ante fin. per tex. in l. optimam, C. de contra. & commit. ſtipul. & ar. l. ſi ideo, C. de his qui. ut indig. & Alexan. qui nuncupatim citat Spec. conſi. 80. viſis, col. vlti. libro 5. vbi id trahit ad ſtatutum requirens conſenſum duorum propinquorum in contractu minorum, & conſil. 92. viſo & opportunè, in fi. eodem libro 5. & Felyn. in c. quoniam, in princ. colum. ult. extrà ut lit. penden.

30 *De eadem re.*

¶ Sed tu tamen dic contrarium per id quod dicit Barto. in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. quòd in dubio quis præſumitur eſſe præſens in loco. ubi habitat, uel habet domicilium, niſi probetur abſentia, ca. cùm in tua, extrà qui mat. accu. poſ. quod dictum ſequitur Imo. ibi,

& Alexand.ſibi contrarius, colum.5.verſi. ponderanda ſùnt, qui ad hoc allegat bonum textum, vt ipſe dicit in l.cùm quidam, la grande, in fin.ff. de lega.2. & ibi quoque Frauc.Aret.colum.8.verſ.quartò adde. ubi & rationem adducit ex argumento à communiter accidentibus, quod ualet de iure, l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi certum pet. Contingit enim communiter, quòd qui habet domicilium in loco, frequentius ibi habitat, & eſt præſens, quàm alibi. Et idem Franc. Aret.conſil. 102.in cauſa & quęſtione, colum.6.num.7. in prin.Sed & idem quoque uoluit Alexand. ipſe, reputans notab. conſilio 130.ponderatis his quæ in ſuperiore, colum.2. libro 5.& Socy. conſil.121. uiſa contingentia facti, in princip. ubi & de hoc dicit eſſe bonum tex. in d. l. cùm quidam, & Corn. conſi.50.in cauſa uertente, col.ultim. lib.2. & conſil.151. uidetur in hac conſultatione, col.2. uerſi.præterea ciuis, & iterum col.ult.verſi.tamen quod ualeat, libro quarto. ubi loquens in ſtatuto diſponente, quòd adultus non poſsit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, dicit, quòd propinquus ciuius loci contractus præſumitur fuiſſe in loco, dum contractus celebraretur, niſi contrarium probetur, per id quod dicit Bartol. in dicta l. is poteſt, quod dicit notab.

31 *De eadem re.* ¶ Baldus autem in d.l. vlt. §. neceſsitate, in fin. poſtquam adduxit Spec.in d. tit. de actore, ſubdit, ego dico quòd ibi debet fieri rimatio, aliàs imputet ſibi actor: tanquam ſcilicet nec in præſentia, nec abſentia præſumatur, ſed ſemper incumbat actori onus probandi. Id quod facilè crediderim, ſi non conſtet de domicilio, aut habitatione eius qui debuit conſenſum adhibere, per id quod voluerunt Iac. But.in l.ult. C.de lon.temp. præſcript.Bald. & Angel.in l.præſcriptione, C.qui. non ob.long. temp. præſcrip. quòd qui allegat præſcriptionem longi temporis 10. annorum, debet probare præſentiam eius; contra quem præſcripſit, aliàs non obtineret, niſi probaret poſſeſsionem 20.annorum. Tamen vt dicit Corn.d.conſi.50.ſatis eſt quòd probet illum eſſe eiuſdem ciuitatis, ut præſentia illius hic præſumatur, ex ſententia Bal. & Angel. in l. emptor, C.de long. temp. præſcript. An autem & quando aliàs præſentia aut abſentia præſumatur, uide per Bald.& Ang. in l.j.& iterum in l. optimam, C. de contrah. & commit.ſtipula.Paul.Caſtr.in l.illud, uerſi.vltimò allegatur, C.de ſacroſ.eccl.& in l.Titia, §.idem reſpondit, le 2.ad.fi.ff.de verb.oblig.& omnino Fely.in c.tenor, col.2.uerſi.ad illud de inueſtitura, extrà de re iudic. & quos ibi allegat. & Franc.Balb. in tracta.præſcrip. in 4. parte princip.in j.quæſt.

32 *Quid ſi vir ſit furioſus.* ¶ Tertiò quæro, Quid ſi maritus ſit furioſus, an uxor poterit contrahere liberè? In qua quæſtione non adeo neceſſarium videtur longiùs immorari, cùm idem videatur dicendum, quod in prima quæſtione, cùm furioſus ſit loco abſentis, l.2. §.furioſus, ff.de iure condict. cum concord. alibi à me adductis. Quia tamen & noſtri legum Interpretes, nuncupatim hanc rem tractauerunt, pauca ex illis dicenda putauimus. Bald. in l.ſi furioſi, poſt princi. C.de nupt. dicit per illum textum, quòd ſtante ſtatuto, quòd filius non poſsit contrahere ſine conſenſu patris, ſi pater eſt furioſus.eſt adhibenda autoritas iudicis, quæ conſenſum patris ſuppleat. Et illum nuncupatim ſequitur Rom. in l. cùm hæres, col. 2.verſic.& inducitur, ff.de acquir.hæred.Idem quoque Bal.in l.filiusfa. ff.de ſolut. dicit per tex.ibi, quòd ſtante ſtatuto, ne mulier contrahat ſine conſenſu conſanguinei proximioris, ſi is proximior ſit furioſus, requiritur conſenſus curatoris illius.

33 *De eadem re.* ¶ Sed idem Bal.in l. cùm hæres, ff.de acq.hære.dicit per illum tex. quòd tunc filius poterit contrahere liberè.& ibi Angel. Imo.& Franc.Aret.etiam loquentes in ſtatuto requirente conſenſum mariti, ut facit hæc noſtra conſuetudo: aut propinquorum, idque per illum textum, qui ad hoc eſt optimus. Et Rom.ſibi contrarius in l. ſi quis mihi bona, §. pater filio, ff.de acquir. hær.& Alexan.in l.2. §.voluntatem, col.2.verſi.vnde infertur, & ibi etiam Fran.Ripa, colum.2.verſi. iſtum tex.ff.ſol. matr.vbi reſpondet ad d.l.ſi furioſi, & Caro.Rui.conſ. 145.circa primum, col.2.verſ.& alia ratione, lib.j.Et benè facit, quòd cùm de iure Ciuili requiratur conſenſus patris in matrimonio, per l.2. ff.de ritu nup.non tamen requiritur, ſi pater ſit furioſus, per l.ſi nepos, eodem tit. & l.tam dementis, C.de Epiſcop.audi. & d.l. ſi furioſi, & Inſtit.de nupt.in prin.

¶ Et ſimiliter filiusfam. iniuriam paſſus, patre furioſo, ipſe per ſe poterit iniuriarum agere, l.ſed ſi unius, §. filiofam. ff.de iniur. quæ reddit illam, quam diximus, rationem, quia hic pater eius loco abſentis eſt. Et ex alijs quoque videmus filiumfam. habentem patrem furioſum, perinde haberi, ac ſi ipſe paterfa. eſſet. Ideoque poſſe eum hæreditatem, in qua inſtitutus eſt, adire ſine patris iuſſu, d.l.cùm hæres, ff.de acq.hæred. vbi Bart.dicit illum tex. eſſe ſing.& ex hoc colligit Bal. ibi, argum. quòd filius, cui pater eſt furioſus, poteſt accipere mutuò pecunias, nec habet locum S. C. Macedon. Sed id repræhendunt Raph. Co.& Fran.Aret.ibi multis rationibus, quas apud eos videre poteris. At tu in hac noſtra quæſtione vide, quæ dicam in ſequen.quæſt.in fin. & quæ diximus in 1. quæſt.Ex quibus intelliges, an loco huius mariti furioſi autoritas iudicis interponi, aut alij ſubrogari debeant, de quo & aliquid diximus, uer.j. huius quæſt. 34 *De eadem re. Filius patris furioſi pōt per ſe iniur. agere. Et hæreditatem adire. An et mutuò accipere.*

¶ Quartò, quid ſi maritus bannitus certè idem dicendum eſt, quod & in abſente diximus. Is enim uerè abeſt. Et propterea poteſt filius ſine conſenſu patris banniti dotem exigere, vt eſt tex. in d. l. ſi cùm dotem, §.ſi patri: & rurſum in l.in inſulam, in princ. ff.ſol.matrimo.per quos tex. dicit Alb.in ult.parte Tracta.Statutorum.q.84. ſed quid ſi minor, col.ult. quòd filiusfam. poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſn patris banniti. Et eſt etiam bonus tex.in l.ult.C.de ſen.paſ.ubi ualet, quod facit filius patre deportato, ſine conſenſu illius, qui aliàs requireretur, nec retractatur patre poſtea reuocato. 35 *Quid ſi maritus ſit bannitus.*

¶ Et in ſimili conſuluit Bal.conſil.201.in prouincia Anconitana, libro j. quòd ſi ex ſtatuto minor non poteſt contrahere ſine præſentia, aut conſenſu duorum ex proximioribus, non requiritur præſentia aut conſenſus banniti proximioris, quia qui non poteſt intereſſe intra territorium ius dicentis, citari non debet, per glo. ordi.in l.hæc autem, §.j.& l.2.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& probatur, vt dicit expreſsè in l.obſeruare, C.de Decu.libro 10.& facit l. ſi longius, §.vlt.ff.de iud. & auth.quod locum, C.de colla. & no.in l.ult.§.neceſsitate, C de bo. quæ lib. Item iudex ſupplet locum abſentis, l. ſi infanti, C. de iure delibe. Nam illius abſentia Dei præſentia ſuppletur, l.propemodum, §. ſin autem, C.de iudi.& l. bonorum, C. qui admit. ad bon. poſſ. & l. tam dementis, C.de Epiſc.audi. & l.profectitia, in princi.ff.de iure dotium. 36 *De eadem re.*

¶ Hæc Bald.qui & ipſe in non diſsimili caſu ſcribit conſil.399. ſtatuto ciuitatis Aſsiſij, lib.3.quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd nulla mulier poſsit condere teſtamentum ſine præſentia filij, ſi quem habeat, & mulier habeat filium bannitum, poteſt abſente illo teſtamentum condere. Nam perinde eſt, quoad hoc, ac ſi non eſſet in rerum natura, l.in ſin.ff. de bon. poſſ. contra tab.& l.ſi necem, §.ſi deportatu s, ff.de bon.poſſ. libe. & l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff.de liber. & poſthum. & facit etiam ad prædicta tex. in l.Iulianus, §.ſed & ſi filiusfam. ff.ad Macedon. 37 *De eadem re.*

¶ Ex



38 *De eadem re.* ¶ Ex quibus uidetur, malè alibi conſuluiſſe eundem Bal.videlicet conſi. 54.ſtatutó terrę Nurſiæ, lib.5.quòd ſi ſtatuto caueatur, ut nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, uel matrem, ſine conſenſu fratris: et mulier habet fratrem bannitum, eius cō ſenſus requiritur quem poterit pręſtare per literas, nuntium, uel procuratorem, per multa quę illic allegat, ut probet bannitum retinere ea, quæ ſunt naturalia, uidelicet affectionem, quam conſideraſſe uidetur ſtatutum. In quo Bald. (pace tanti uiri dixerim) non mediocriter aberrauit, ut qui dixerit contra tot iura, non requirentia conſenſum abſentium, nulla affectionis naturalis habita ratione.

39 *Conſenſus domini bāniti requiritur in alienatione feudi.* ¶ Et contra ſuprà dicta facere uidetur, quod uoluit gloſſ. not.in c.j.in glo.j. tit.hic fini. lex, quòd uaſallus in alienatione feudi tenetur requirere conſenſum domini banniti. Quam gloſſ. ſequuntur And.Iſer.Bal. Alua. Mart.Laud. et Card. Alex.ibi, et Fran. Curt. Iunior, in tract.feud. 4.parte princ.char.totius operis 45.uerſi.vigeſimoſeptimò quęro, nam et apud bannitum ſtat autoritas et facultas conſentiendi, l. ex facto, §. ex facto, ff.ad S.C. Trebel.Et poteſt adhibere conſenſum ſuum per procuratorem, l.Papinianus, ff. de minor.quos tex. ad hoc expen dit, et allegat Bald. dicto conſi.201.col.j. libro j.

40 *De eadem re.* ¶ Verùm quod de domino bannito dictum eſt, nihil hic obeſſe uidetur, quia hic domini conſenſus in re ſua, quem et vaſallo ea lege conceſsiſſe uidetur, interponendus eſt, nec propter bannum dominus ſua iura amittit, vt etiam dicit ipſe Bald. in d.c.j.& eſt bonus textus in §. quin verò, in auth.ut nulli iudi. hic uerò loquimur de conſenſu ſuperioris in re non ſua, nec propter ſuum præiudicium requiſito. Ex quo uidetur, quòd cùm ex noſtra conſuetudine, maritus debeat conſentire, non ſolùm propter fragilitatem mulieris, ſed & quia ipſius intereſt, quippe qui ſuos faciat fructus rerum omnium uxoris, ut ſuprà latè diximus in glo. 6.num.37.reſtat igitur, & ſeq.vſque ad fi.num poſsit uxor mariti banniti, aut abſentis, aut furioſi liberè de ſuis rebus diſponere, in præiudicium mariti, qui ius in illis habet. Ideò cogita. S d quod dictum eſt, hunc conſenſum poſſe pręſtari per procuratorem, an id ſit verum, latè tractauimus ſuprà in d.gl. 6.in 4. q.quæ eſt in num.20.& multis ſeq. Quod autem diximus ex eodem Bald. iudicem ſupplere locum abſentis, uide etiam, quæ diximus ſuprà, in hac eadem glo.in 1.q.

41 *Quid ſi maritus ſit minor.* ¶ Quintò quæro, Quid ſi maritus eſt minor? Bald.in l.in coniunctione, in fin. C. de nupt. dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd non poſsit contrahere mulier ſine conſenſu duorum conſanguineorum, & mulier non habeat conſanguineos maiores, ſed tantùm minores, prudentes tamen, & capaces conſilij: poterit contrahere cum conſenſu illorum, & erit ſatisfactum ſtatuto, cùm non diſtinguat circa ætatem, arg.l. ſi pater, in fi.ff.de manu. uind.& ſequitur Pet. Anch.in rep.cap.j.in q.prin.uerſi. poſtremò circa hoc quærit, qui eſt in char.61.in paruis, extrà de conſtitutio. & Alcia.in l. tranſactionem, C.de tranſact.

42 *De eadem re.* ¶ Et facit, quod alibi uoluit idem Bald.in l.ſi ut proponis, C. de ſeru. pig. dat. manu. quòd in cauſa illius l. qua cauetur ſeruum pignori ſpecialiter obligatum, poſſe manumitti conſentiente creditore, poteſt ipſe creditor, etiam minor 20. annis conſentire, & ualebit manumiſsio ea ratione, quòd qui conſentit, non facit, ſed tantùm non impedit, per d.l. ſi pater, §. vlt.vbi eſt text. formalis. Multùm enim refert, an conſentiens ſit dominus: & tunc conſentiens propriè facit, l.ſi fundus, §. ſi neſciente, ff.de pign. an non ſit dominus: & tunc non facit, ſed non impedit, id eſt, ut ipſe Bal. dicit, quandam obſtantiam tollit,

¶ Verùm Bened: Plumb.in l.2. colum.2.ff.de manu. vindic. hanc rem paulò latiùs tractat. Nam hinc occaſione ſumpta, quòd per illum tex. poteſt minor an. 20. libertati ſerui, cuius fructuarius eſt, conſentire, licèt tamen ipſe manumittere non poſſet, quærit in caſu ſtatuti requirentis conſenſum conſanguineorum propinquorum in contractu mulieris, an poſsit pròximior conſanguineus minor conſentire. Et primùm dicit uideri, quòd ſic, per illum tex.& alia, quæ ipſe allegat. Et ita dicit conſuluiſſe Fran. Piſ.& alium quendam Doct. Poſtea dicit contrarium uideri, quia ideo conſenſus propinquorum requiritur, ut illorum conſilium ſuppleat contrahentis defectum. Item quia paria ſunt, non eſſe, & inhabilem eſſe, l.quoties, ff.qui ſatiſd.cogan. & propter ea huiuſmodi ſtatutum debet intelligi de habilibus, & idoneis ad ſupplendum ſuo ipſorum conſilio contrahentis defectum: ut etiam in ſimili uoluit Bartol.in l. ſi tertius, ad fin. ff. de aqua pluuia arcen. Tandem diſtinguit Bened. Plumb. Nam aut ſtatutum requirit conſilium: & tunc non includitur minor, quia debet tale ſtatutum reſtringi ad idoneos, vt l. gradatim, §. & ſi lege, ff.de mu. & ho.& no. in l j.C.de ſacro.eccl.& proinde ad habentes conſilium & animo & ætate, per l.ult. ad fin.ff. qui pe.tut. & ideo minor carens conſilio non includitur, l.j.ff. de minor. & l.ſi minor, ff.de ſeru. expor. & l.ult. ff.de manu. uind. Aut ſtatutum requirit conſenſum: & tunc quoque diſtinguendum eſt. Nam aut ex tenore ſtatuti apparet requiri conſenſum, propter defectum iurium contrahentis, in præiudicium conſentientis: puta in ſtatuta, quòd conſors non poteſt alienare partem ſuam ſine conſenſu conſortis, aliàs poſſit eam reuocare; & tunc perſona minoris includitur, per tex. ut ipſe dicit not. in cap.conſtituens, extrà, de in integ.reſtit. Aut propter defectum perſonæ contrahentis, requiritur conſenſus alterius ad eam habilitandam; ut in caſu per eum propoſito, uidelicet in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum: & tunc non includitur minor: quia ſtatutum de conſenſu minoris non uidetur cogitaſſe: quia debet intelligi de pleno conſenſu, non defectiuo, ut ipſe loquitur, l. cùm filio, ff.de lega.3. & l. quanquam, ff. de rit. nupt. non poteſt autem minor ſupplere defectum alterius, l. ultim. C. de leg.tuto. Nam qui in ſe deficit, non poteſt alium ſupplere defectum, l. filium habeo, ff. ad Macedo. Alioquin ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt, c. quæ ipſis. 38. diſt.Et de hoc uidetur caſus expreſſus in l.ſi ſpurij, §.j.ff. de Decur. iuncta l. pupillus, §.decuriones, ff.de uerbo. oblig.Hæc fermè Bened.Plumb. 43 *De eadem re.*

¶ Sed Pau. Caſt.in d.l. ſi cùm dotem, §.ſi patri, col.j. ff.ſolu. matr. ita de hoc loquitur, ut uelle uideatur non requiri conſenſum minoris: poſſeque mulierem, ſi nullos habeat conſanguineos maiores, liberè & ſine ſolennitate ſtatuti contrahere, & ad hoc allegat Bald. in l.1. colum. ulti. C. qui admit. ubi hoc non dicit, ſed illud, uidelicet primùm uideri huiuſmodi ſtatutum etiam intelligi de pupillo conſanguineo: quia ſuffragio tutorum poterit intereſſe, l.diem proferre, §.coram, ff.de arbit. Poſtea dicit contrarium uideri, quòd debeant conſanguinei eſſe legitimæ ætatis, argum. d.l.ult. C.de leg. tut. uel quòd ſaltem ſint adulti. Nam cum eorum præſentia requiritur, redacti ſint inſtar teſtium: ergo impuberes repellentur propter lubricum conſilium, l.3.§.lege Iulia, ff.de teſtib. 44 *De eadem re.*

¶ Et hoc uidetur ſequi Rom. in l. ſi quis mihi bona, §.pater filio, ff.de acq.hære.cùm dicit huiuſmodi ſtatutum requirens conſenſum conſanguineorum, intelligi, ſi ſunt conſanguinei habiles, per not.per Bald.in d.l. 1.in fi.C.qui admit. & poſt Ro.ipſum Cor.conſ.241.de duobus quæritur, col.3.uerſi.& huiuſmodi ſtatuta, li.2. & conſ. 42.circa quæſitum, col.2.uer.ſed ſi non habuiſſet, 45 *De eadem re.*

ſet,lib.4.& Io.Bapt.in repe.omnes populi,char.6.in paruis, verſ.29. ff. de iuſt. & iur. Et idem ſanè videtur voluiſſe Ang. conſi.243. ſtatuto Tudertino, vt videlicet ſi conſanguineus ſit minor 14. annis,non poſſit huiuſmodi conſenſum præſtare.

46 *De eadem re.*

¶ Sed & Bal.ipſe in l.de pupillo, in princi. quem ſequitur Iaſon ibi,col.2.ff.de ope.no.nun. dicit & hoc caſu pupillum conſanguineum non poſſe interuenire cum autoritate tutoris, per illum textum,tum etiam quia autoritas præſtaretur ad id, quod non eſt in patrimonio, & adminiſtratione perſonæ, nec bonorum pupilli, videlicet ad conſenſum alteri præſtandum : ergo nihil autoritas facere poteſt, per l.vltimã, ff.de cur.fur.& l.ſeruus furioſi.ff.de ma.& no.Barto.in d.l.de pupillo.quod Bal. ibi reputat benè notandum.Et ſequitur etiam Franciſ.Areti.in l. cùm hæres,col. 1.ff. de acquiren.hæred.Et idem videtur voluiſſe Ange.in l.1.§. & quidem.ff.quod cuiuſque vniuer. dum dicit per illum tex. quòd in caſu huius ſtatuti, ſi mulier non habeat conſanguineum,niſi vnum pupillum, poterit libere contrahere, eo non requiſito,aut conſentiente.

47 *De eadem re.*

At idem Bald.in d.l.in coniunctione, in fin.omnino, C. de nupt. ſentit & hoc caſu poſſe pupillum conſentire cum tutoris autoritate. Nam loquens de huiuſmodi ſtatuto,poſt ea, quæ ſuprà in princip.huius quæſt.ex eo retulimus. Quid ( inquit) ſi conſanguinei ſunt pupilli? videtur quod eorum conſenſus non valet ſine autoritate tutoris, quia nec dicuntur præſentes, per dictam,l. diem proferre, §. ſed coram, & argu.l.1. in fi. C. de fal. mo. hæc ille, quem ſequitur etiam Pet. Anch. in repet. dict. cap.1.de conſtitut.quo loco ſuprà in princ.citauimus,vbi & ad hoc allegat not. in ſimili,in cap.ex eod.de elect.libro 6. Verùm Franc.Areti.in l.quamuis,in prin. ff.de acq. poſ.ita Bal.vbi ſuprà,allegat, tanquam ſi dixiſſet ſimpliciter,conſanguineos pupillos non comprehendi in ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum in contractibus mulierum.

48 *De eadem re.*

¶ Adde his,quæ ex alijs diximus, & id quoque poſſe dici, quòd autoritas mariti aut requiritur ad integrandam ( vt loquimur) perſonam vxoris : aut ob id, quòd in eo vertitur commodum, vel incommodum mariti adminſtratoris bonorum vxoris, & quorum fructus facit ſuos, ex conſuetudine propè generali Franciæ, de quo nos diſputauimus ſuprà in glo.6.in uerbo, *conſentement*, in vlt.quæſt.Si igitur primum, quomodo poterit autoritatem alteri præſtare, qui ipſe autoritate indiget? d.l.vlt.C. de legi. tutel. & facit.l. filium,ff.ad S.C. Maced. ubi filij conſenſus in mutuo facto nepoti, non tollit S. C. cùm & ipſe in ea cauſa ſit, vt mutuam pecuniam inuito patre accipere non poſſit, & ibi concord. in glo.Si ſecundum, certum etiam eſt, maritum minorem non poſſe ſine decreto in rebus immobilibus contrahere, per totum titu. C. de præd.mi.& ff. de reb.eor. Ex quibus, iunctis ijs, quæ diximus in præce. quæſt. & quæ item dicemus in ſeq. quæſt. facilè poteris colligere,quid in hac quæſt. ſit dicendum.

49 *Si vxor ſit minor, an ſufficiat autoritas viri maioris.*

¶ Sextò quæro, Quid è diuerſo, ſi mulier ſit minor 25. annorum, nunquid venditio, quam facit de re immobili, cum conſenſu mariti maioris 25. annis,ſine decreto iudicis valeat ? Breuiter dic,quòd non. Neque enim ſolennitatem ſtatuti interueniſſe, niſi & ea, quæ à iure communi ſtatuta eſt, intercedat, à quo quidem iure communi debet ſtatutum ſuppleri, argum.l.4. §.ſi quis condemnatus, verſ. ſed ſi quidem, ff.de re iu. nam hoc ſtatutum non eſt conditum ad tollẽdam iuris communis ſolennitatem , ſed ad ipſam augendam, cùm aliquid præter illud requirat. Ideo non debet operari contrarium effectum.l.cùm tale, §.falſam.ff. de condit. & demonſt. Et ita in ſimili caſu, videlicet in ſtatuto requirente conſenſum duorum propinquorum in contractibus minorum, conſuluit Pau.Caſt.conſi.106.incipien.à ſecundo,col.1.lib.2.

50 *An mulier cælebs poſſit libere contrahere.*

¶ Septimò quæro, Si ſtatutũ dicat ſimpliciter, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu mariti, nulla diſtinctione facta, an ſit maritata, nec ne, quid dicendum de muliere non maritata ? Nam ſi de nupta,ſiue maritata nuncupatim loquitur ( vt facit noſtra conſuetudo ) haud dubiè non obtinebit in non nupta, ut expreſsè voluit Angel.conſ.318.dictus punctus eſt dubius,in princ. Igitur cùm de muliere ſimpliciter loquimur, videtur quòd nullo modo poſſit contrahere, vt quæ non habet maritum, qui conſentiat, nec ſtatutum diſtinguit, ſed generaliter loquitur: ergo generaliter eſt intelligendum, per l.in fraudem, §.vlt. ff.de mili.teſta.& l.1.§. generaliter, ff.de lega.præſt.& ibi concord. in glo. & hanc ſententiam fulcit, quòd olim legibus & Græcorum & Romanorum mulieres omnes ſub tutela erant, vel parentum, vel fratrum, vel virorum, vel aliorum,vt patet ex his quæ diximus ſuprà in prima Lege Connub.nu.72. incip.quod ex veterum,& iterum in prin.huius gloſ.

51 *De eadem re.*

¶ Tu tamen dic contrarium. Nam cùm maritum non habeat,nec proinde poſſit ſeruari ſtatutum, ſeruari debet ius commune, ſicut in ſtatuto requirente conſilium proximorum,in contractibus mulierum,vel minorum. vt ſcilicet ſi non habeant proximos, poſſint liberè contrahere, vt voluerunt Bal. Ang. Raph.& Alex. in l.turpia. §. ſi Titiæ,ff.de leg.1. Bal.in l.poſt princi.& ibi Saly.Rom.col.pen. verſ.vlteriùs circa. Corne.& alij recentiores. C.vnde vir & vxor. Idem Bal.in l.cùm hæres,per illum tex.ff.de acq.hære. Raph. Co. in l.4.§.toties,per illum tex.ff.de dam. infect. Rom. in d. l. ſi quis mihi bona,§.pater filio,ff.de acq.hæred.& conſ.36.viſa diſceptatione. Pau. Caſt. conſ. 124. in cauſa quæ vertitur, in 2. dubio, li.1. vbi plus dicit, quòd qui impugnat contractum factum à minore ſine conſenſu duorum conſanguineorum, qui ex ſtatuto requirebatur, non ſolùm debet probare illum fuiſſe minorem, ſed & tempore contractus habuiſſe conſanguineos : & Cor. conſil.241.de duobus, col.3.verſ.& huiuſmodi ſtatuto,lib. 2.& conſ.131.in hac conſultatione,col.2.ver.ſolùm autem vertitur, lib.4.& d.conſ. 242. col. 2.eo.lib.4.Barb. conſ.20.benè etenim, col.4.præterea eſt etiam, lib.3.& conſ.61.à Ioue,col.antepe.eo.lib.3.& conſ.72.magnanimus,col.2.lib.4.& in tract.de preſtan.Card.in 1.q.1. partis, col.7. verſ.ſtatuto cauetur,ſub nu.3. & in Clem. vlt.verſ.pen.in gl. in verbo,ſtatuimus,de reſcript.Alex. conſil. 206.ponderatis uerbis teſtamenti, col. vlt. lib.6. Alciat.in l tranſactionem.C.de tranſact.

52 *De eadẽ re.*

¶ Et propterea ſubdit ipſe Bal. in d.l.j.C.vnde vir & vxor, ad ea quæ ſuprà ex eo diximus, quòd ſi vnus ſolùm minoris conſanguineus eſt, ſatis eſt illius conſenſus , licèt ſtatutum plurium requirat. Quod & ſequuntur Paul.Caſt.Alexan. & recentiores ibi, & idem Paul. Caſt.in l.ſi cùm dotem.§.ſi patri, ff.ſolut. matrim.& in l.ſi tertius,§.1. ff. de aqua plu.ar.& Fel.in c.propoſuiſti, in 3.limitat.2.concluſionis,extrà de proba.& in c.quoties,in 3.no. de teſt.Iaſ.in l.Stichum, qui meus erit, colum vlt.verſ.tertiò adde,ff.de leg.j.

53 *De eadem re.*

¶ Et ſimile voluit idem Bal. in d.l. in coniunctione, C. de nupt. quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum matris, & duorum propinquorum, matre mortua ſufficit conſenſus duorum propinquorum . Debet enim intelligi ſtatutum requirens conſenſum matris, ſi mater viuat. Et ſi ſtatutum requirat conſenſum duorum conſanguineorum ex parte patris, ſi quos habeat, alioquin ex parte matris, & ſit vnus tantùm ex parte patris, & vnus etiam tantùm ex parte matris, ſufficit illorum conſenſum adhibere. Et vtrunque ſequitur Pet. Anchar.in repet.d.cap.1. in 14.q.uerſ.circa hoc in ſimili quærit,& verſ.



verſ.ſeq. de conſtit. Et prius etiam ſequitur Ioan.Bapt. in repe.l.omnes populi, char.60. in paruis,verſ.28.ff.de iuſt.& iure. Et poſterius etiam voluit Bart.conſi.10.viſo ſtatuto communis, & ibi Ber. Land.in addi. & idem Bar.in d.l. Stichum,qui meus erit,col.ult.uerſi.ſecundò facit, ff.de legat. 1. Quem ſequuntur Bald. ipſe, Ange. Fran.Aret.Alex.Iaſ.& omnes ibi,& Pan.in d.cap.quoties,in 4.no.& ibi Fran.Are.etiam in 4.not.& Fely.in 3. not.de teſtib.& Alex.conſil.109.ſuper prima conſultatione,col.3.lib.7.

54 *De eadẽ re.*

¶ Priori autem, quod de matre mortua dicit Bald. ſimile eſt,quod poſt Vber.Bob.ſcribit Alberic.Roſa.in 2.parte ſtatutorum, quæſt.119.quid ſi ſtatuto,quod ſtãte ſtatuto, quod filij non ludant ſine licentia patris, poterunt patre mortuo ludere , allegat l.4. ff.loca.& cap.ſi gratioſè,de reſcrip.lib.6. et utrobique notata.

55 *De eadem re. Pupillus carens tutore & iudice, an poſſit nunciare nouum opus. Et an hæreditatem adire.*

¶ Accedit et ſuprà dictis, quod uoluit gloſſ.notab. in l.de pupillo , in prin.in uerbo, rata habebitur,ff.de ope. nou. nunc. quod pupillus carens tutore et iudice, poteſt ſolus nunciare nouum opus , ar.l. bonorum , C.qui admit. Ex qua gloſ. dicit Rom.ibi, ampliari d.l. bonorum, et l.ſi infanti, in ſi. C. de iure delibe. quibus cauetur poſſe pupillum non habentem tutorem cum iudice, ſine autoritate tutoris agnoſcere bonorum poſſeſſionem,et adire hæreditatem,ut uidelicet ſi pupillus careat tutore, et etiam iudice, poſſit ſolus ſine tutore, et iudice id facere, et ad hoc dicit illam gloſſam eſſe ſing. et à ſe ſolo ponderatam . Verùm Bartol. et omnes ibi illam gloſſ.repræhendunt, et inter cæteros Alexan.et Iaſ. illud etiam Ro.dictum repræhendunt , et rurſum idem Alexan.in d.l.bonorum, colum. 2. in uerſic.3.limi.Faciunt et ad hanc quæſtionem, quæ diximus ſuprà in præced. quæſt. Nam ſi hoc caſu poteſt mulier contrahere non obſeruata ſolennitate ſtatuti, ſi maritus ſit abſens, furioſus, et bannitus, multò magis quando non habet maritum.

56 *Quid ſi vxor fecerit contractum ſibi vtilẽ ſine conſenſu viri. Eccleſia, vel minoris alienatio ſibi vtilis,an valeat ſine ſolennitate.*

¶ Octauò quæro, Si vxor ſine conſenſu mariti fecerit contractum ſibi vtilem, & commodum, an valeat huiuſmodi contractus,nec ne? Primum uidetur non valere,per id,quod in ſimili voluerunt Iac. Butr. Alberic. Bartol. Angel. Fulgo. Paul. Caſtren.Iaſon, & penè omnes in l. cùm hi, §. eam tranſactionem, ff. de tranſact. quòd ſi eccleſia,uel minor fecerit alienationem ſibi utilem, non ſeruata iuris ſolennitate, non ualebit huiuſmodi alienatio. Quod & uoluit Bal.in c.1.extrà, eo.tit. & in l.pupillorum,in fi.princ.ff. de reb. eor. & in l. ulti. §.neceſsitate,colum.5.verſ.& ideo dicit,C.de bon.quæ libe.& conſ.475.quidam.L.Abbas,col.2.lib. 1.& Soc. id tamen dicens procedere in contractu rerum immobilium,conſ.80.præſens conſultatio.colum. 2. uerſi. ad hanc obiectionem,lib.4.& Alciat. lib. 1. de verb. ſigni. char.4.& Fran.Ripa in l.is cui bonis,col.11.num.47.ff. de uerb.oblig.

57 *De eadẽ re.*

¶ Pro quibus apertè faciunt 3.aut 4.tex. quos tamen ibi non allegant,uidelicet in c.ſine.12.q.2. & in cap.tua nuper, extrà de his quæ fiunt à Prælat. in illis verbis vtrobique poſitis,niſi fortè aliquid faciat, ut meliora proſpiciat, & totius cleri tractatu atque conſenſu. Ex quibus uerbis clarè colligitur, non ſatis eſſe alienationem vtilem eccleſiæ, niſi & ſolennitas interueniat. Et ita illum tex. in d. c. tua,ponderat Pan. ibi, & Barb. in dict. l.is cui bonis,colum. 7. in prin.ff. de verborum obligat. & conſ. 41. immortalem, colum. 2. libr. 4.Et præterea tex.in c.1.ibi,præſertim cùm euidens,& c.de reb.eccle. non alien. vbi decernitur non valere quandam alienationem rei eccleſiæ factam ſine ſolennitate , præſertim cùm euidens neceſsitas, vel vtilitas non ſubeſſet. Ex quo clarè intelligitur, etiam non valere, ſi adſit vtilitas, quia dictio præſertim eſt implicatiua . leg. ſi ſine. §. vlt. in tex. & gl. ff.rem rat.hab. Et ita etiam illum tex. ponderat Fran. Aret.in l.mutum.ff. de acq. hær.Et tex. in Cle.1.eo.tit.de reb.eccl.non alien.vbi expreſsè dicitur, quòd ad hoc, vt res eccleſiaſtica poſsit alienari,debet hoc neceſsitas aut vtilitas eccleſiæ expoſcere, & nihilominus aſſenſus conuentus, aut ſi non ſit conuentus, Prælati accedere, & ibi gl. in verbo, nihilominus.

58 *De eadem re.*

¶ Et ita quoque huius ſententiæ fuit in glo. in ſumma.12.q.2.Io.Regius inter conſ. Fed.Senen.conſ.142. domino Io.Pano.& alij in c.2.de in integ.reſtitut.idem Pan.in c. cùm cauſa, colum.vlt. de re iudic. & in c.nulli,col.3.verſ.& concludo, extrà de reb.eccl.non alie.& Barb.conſ.12.difficilè,col.pe.verſ.præterea eſt etiam,libro 3. vbi & alios multos citat, vt ibi videbis, De quo etiam per recẽtiores, in c. quę in eccleſiarum,de conſt. Domin.& alios in cap. 2. de reb. eccle. non alien. lib.6. Fab. à Monte S.Sabin.in tracta.emptio. & uendit.in 5. quæſt. princip. colum. pen. uerſi. & quod requiritur.& Fely.in c.cauſam,le j. colum.pen. de iudi. & Phil. Dec. conſ.142. cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando,colum.2.uerſi.eſt ergo uidendum,& conſil.282.uiſo puncto,col. 3.uerſi. nam ſecundum communem, ubi & alios adfert.

59 *Pupillus an ſolus poſſit adire hæreditatem locupletem, aut etiam opulẽtam.*

¶ Nec diſsimile eſt, quòd pupillus ſine autoritate tutoris non poteſt adire hæreditatem etiam locupletem, & ſibi magno commodo futuram, vt voluerunt Cyn. Bald.& Saly.in l.quod fauore,C.de legi.Bal.in l.potuit, & ibi Iaſ.colum.pen.& alij, C.de iure delib.Bal.Ange. Saly. & Roman. in l.mutum, ff.de acquir. hære.& Doctor.in §.neque, Inſtitut.de autorit. tutor.ubi etiam eſt bonus tex.uti quoque eſt in l. obligari, §.pupillus,ff.eodem tit.Imo uerò nec opulentam adire poteſt,vt tenuit Iaſon in l. ſi quis mihi bona, §. ſi ſeruus,colum.2. ff.de acq.hær.& in l.more, colum.3.uerſi.quintò not.ff.eod. titu. & in l.pupillus,in princ. per tex.ibi,eodem quoque titu.& in d.l. potuit. Quid autem interſit inter locupletem,& opulentam, declarant glo. Bald.Ang.Imol.Rapha. Com.Pau.Caſt. & alij in d.§.ſi ſeruus,& Ang.conſil.317. ſtatutum quòd mulier, circa medium,ubi eam glo.dicit ſing. Super quo vide,quæ dicemus infrà num. 77.nec longè abeſt.& ſeq.

60 *De iiſdem rebus. Bonum & vtile fieri nõ debet, niſi eo modo, quo debet.*

¶ Quibus etiam accedit tex. in c.monachi.16.quæſt. 1. ubi prohibetur, ne monachus ſit forenſis cuiuſpiam negotij ſuſceptor, uel executor, niſi id monaſterij expoſcat utilitas. Abbate ſibi nihilominus imperante. Ex quibus uerbis ſatis conſtat, non ſatis eſſe illic verſari vtilitatem monaſterij, niſi Abbas conſentiat. Ideo & ex eo not.gloſſ.ibi, in uerbo, utilitas, quòd licèt aliquid ſit bonum & utile, non eſt tamen agendum, niſi eo modo quo fieri debet, & adfert concord. quæ illic omnibus ſunt obuiæ. Et in gl.ſequen.dicit,quòd ſi monachus iniuſſu Prælati egerit pro eccleſia,& obtinuerit,non valet quod actum eſt : quam gloſ.pro notabili citat,& ſequitur Fran.Aret.in c.cauſam quæ,col.4.de iudic.

61 *De iiſdem rebus.*

Quin in ſtatuto , quòd mulier non poſsit agere, petere , requirere etiam , niſi de conſilio duorum propinquorum, dicit Cal.conſi.417.primum dubium eſt,in fi. lib.2.quòd ſi mulier egerit ſine conſilio propinquorum & obtinuit, non ualet quod geſtum eſt, quia uidetur deficere forma, quæ dat eſſe rei,& quia inhabilis,& nullus æquiparantur, l.j.§.pe. ff.quod cuiuſque uniu.Et ad hoc quoque dicit facere tex. in l. cùm hi, §. ſi Prætor,ff. de tranſact. cum ſi. Id tamen non omnino aſſerit Bald. ſed ueluti in medio relinquit.

62 *De iiſdem rebus. Contra ſuperiora.*

¶ Nec id quidem abs re: nam contrarium uidetur ex tex.in d.l. cùm hi, §.eam tranſactionem, ff.de tranſact. ubi licèt non poſsit alimentarius tranſigere ſuper alimentis ſine autoritate Prætoris:ualet tamen tranſactio, ex qua facta eſt eius conditio melior ſine autoritate ipſius Prætoris.Ex quo not.gl.ibi,quòd ſi eccleſia,uel minor alienat in cauſam non conceſſam , tenet alienatio, ſi id fe-

id fecerit vtiliter, & ex re ſua. Quam glo. licèt plerique omnes ibi repræhendant, vt ſuprà diximus, non tamen ſola fuit in ea opinione. Quandoquidem idem uoluit Iac. Aretin. in l. magis puto, §. ſi æs, ff. de reb. eor. Dyn. in d. l. ſi fundus ſit ſterilis, prout eum refert & ſequitur Bal. ibi, eodem tit. Idem Bald. in d. §. eam tranſactionem, in vtraque lect. & in l. contra iuris, in princi. per illum tex. ff. de pactis, & in l. ita conſtante, ff. de iur. dotium. & in l. quæcunque, poſt princ. C. de bonis, quæ liber. Alber. in auth. hoc ius. colum. ult. C. de ſacroſ. eccl. Io. Fab. in §. & ne huius, Inſtit. de eo cui liber. cauſ. Cardin. Floren. in Clem. 1. in prin. de reb. eccle. non alien. Cæpol. in l. vlt. colum. 13. verſ. extrà gloſſ. quæro, C. de vſucap. pro empto. & conſil. cauſarum ciuilium 14. caſus talis eſt quidam dominus, colum. 2. uerſic. ſecundò etiam probatur. Barb. ſibi contrarius (vt aliàs ſæpe) in rub. de reb. eccleſ. non alien. colum. 4. uerſi. tertiò limita, & conſ. 35. ſapienter, colum. pe. verſ. modò in propoſito, lib. 2. & conſ. 5. benè etenim, colum. 5. ver. ſecundò facit, quia in iſta, lib. 3. & conſi. 39. cui ſimile eſt initium colum. 8. verſ. præterea tollitur, eo. lib. 3. & conſ. 61. à Ioue principium, colum. 3. eo. quoque lib. 3. & conſi. 86. illud referam, col. 4. verſ. præterea facit, eo. lib. 3. & conſi. 91. cuius idem eſt caput, colum. 4. uerſi. circa tertiam dubitationem, eodem lib. 3. Iaſon ſibi contrarius conſi. 219. egregius vir, colum. 3. uerſi. nec ob illud, lib. 2. ubi dicit illam gloſſ. not. Philip. Dec. ſibi quoque contrarius in dicto c. quæ in eccleſiarum, col. 3. uer. addatis tamen, extrà, de conſtitut. & conſi. 124. placet mihi, colum. 2. uerſic. quartò etiam dici poteſt. Marianus Socy. Iunior, conſil. 28. quia difficultas, colum. pen. uerſi. ſecundò facit, ſub num. 10. lib. 2.

*De eadem re.*

63 ¶ Et optimè probatur hæc ſententia per textum in d. §. eam tranſactionem, cui ſoli omnium Ange. & Paul. Caſt. nixi ſunt reſpondere, ſed Angel. adeo malè, ut & Fulgoſ. qui eſt eiuſdem factionis, dixerit, quòd loquitur inter dentes. Paul. autem nihil aliud pro reſponſione tradidit, quàm quòd illud ideo obtinet in eo caſu, quia text. ibi vlterius procedit, hoc exprimendo. Quæ quidem reſponſio ſatis leuis eſt, quia is tex. non ulterius procedit per viam extenſionis, ſed ut uidere licet, per viam declarationis, à ceſſante ratione. Propterea Iaſon, qui etiam illorum partes ſequutus eſt, reliquit cogitandum de ſolutione, quam ipſe reperire non potuit, nec etiam commode reperire poſſem, quia text. eſt apertus niſi dicas eum procedere in forma, ſine ſolennitate, priuato tantùm fauore introducta, ſecus ſi publica, ut in alienationibus rerum eccleſiæ, & minorum, quę ſententia fuit Alciat. lib. 1. de uerborum ſign. & ante eum Ioan. Fab. in dicto §. & ne huius, Inſtitut. de eo cui lib. cauſ.

*De iiſdem rebus. Solẽnitas facit præſumi actũ utilem contrahenti.*

64 ¶ Et quòd id procedat etiam generaliter, comprobatur non leui ratione, quam adducit Decius, ubi ſuprà, quia ſolennitas requiſita in alienationibus rerum eccleſiæ, & minoris, eorum fauore requiritur: & ubi adhibetur, præſumitur, quòd ſit in utilitatem eorum, ut nota. dicit Bal. in c. j. colum. 2. uerſ. quæritur Iacobus, titu. qui feud. dare poſſ. & in c. ſicut, in fin. de re iudic. & Alex. conſi. 79. circa primum, de quo quæritur, colum. 5. verſ. fortificatur, quia ibi interuenit, lib. j. & ipſe Deci. conſ. 532. pro vera reſolutione, col. 2. uerſ. & in dubio. Si ergo conſtat de vtilitate eccleſię, ſumus in caſu claro, nec eſt opus coniecturis, l. continuus, §. cùm ita, ff. de verborum obli. Et ideo in foro conſcientiæ, ubi ueritas attenditur, valet contractus, licèt ſolennitas non interuenerit, vt not. Panorm. in cap. j. in gloſſ. ult. extrà de in integ. reſtit. cum concor. à me adductis ſuprà eod. §. in gloſſ. 4. in verbo, *ne peut*, num. 21. incip. contrà uidetur, et multis ſeq.

65 ¶ Et quicquid ſit in eccleſia, certè in minore perſpicuum eſt, quòd poteſt contrahere ad ſuum commodũ: & vtilitatem, per tex. in l. neque, C. de contrah. et commit. ſtipul. & voluit Bal. allegans no. in d. §. eam tranſactionem, conſil. 72. ſuper quo petitur, lib. 4. et Roman. conſil. infrà allegandi, num. 76. nam et huc ſpectat Panorm. conſi. 22. quanquam, colum. 2. uerſ. non ob vltimum, lib. 1. & Alex. conſ. 59. uiſo proceſſu, col. 2. uerſi. ſecundò poteſt reſponderi, lib. 2. et Barb. omnibus fermè locis, etiam infrà ſeq. num. citandis, quòd procedit non ſolùm in adulto, ſed et in pupillo, per text. in d. l. contra iuris, in princ. ff. de pact. et in l. j. C. de autor. præſtan. & in §. 1. Inſtit. de auto. tut.

*Minor poteſt contrahere ad ſuum commodum.*

*Quid de pupillo.*

*Pupillus obligare ſe poteſt ad ſuum commodum.*

66 ¶ Et id quidem vſque adeo, ut pupillus etiam ſe obligare poſſit, ſi ipſi commodum ſit, et utile, per text. in l. ſi pupilli, in princip. ff. de nego. geſt. et in l. pupillus, §. 1. ff. de autor. tutor. & in l. 1. ff. de uſuc. pro empti. ut iam mirari deſinamus gloſſ. in l. 2. ff. de acc. hoc poſtremum voluiſſe, quam Angel. et Imo. ibi annotant. et omnes vbique allegant, extollunt, commendant, imo et plerique ſingularem faciunt, præſertim Barb. in l. 2. col. 12. ff. de verborum oblig. et in Procem. Clem. colum. 3. in 2. lect. & conſ. 34. præclarè optimus, colum. 13. uerſ. nec obſtat, cùm dicitur, lib. 2. et d. conſi. 35. colum. pen. eo. lib. 2. & conſ. 5. benè etenim cuncta geruntur, col. 5. lib. 3. & conſ. 39. col. 8. eo. lib. 3. et conſ. 86. col. 4. eo. lib. 3. et d. conſ. 91. col. 4. eo. quoque lib. 3. et conſ. 41. immortalem, col. 2. lib. 4. Quin in multis locis non ſolùm ſing. dicit, ſed valdè ſing. Qua in re ſubit recordatio Catonis Sacci, viri inter iuris interpretes celeberrimi, qui in Præfatione cuiuſdam ſui opuſculi ſcribit eum, qui dicit gl. aliquam, aut tex. ſingu. exuperare debere memoriam Mithridatis, aut Themiſtoclis, ſicuti etiam refert Iaſ. in §. actionum, col. 11. Inſtit. de actio.

*Et quibus eſt interdicta bonorũ admini.*

¶ Sed vt reuertamur ad inſtitutum, id quidem generale eſt & perpetuum in omnibus, quibus interdicta eſt bonorum ſuorum adminiſtratio, ut poſsint liberè, & ſine ſolennitate ſuam conditionem meliorem efficere, per tex. in l. is cui bonis, et ibi latè Rom. Barb. et Iaſ. ff. de verb. obliga. & in l. cui bonis, ff. de nouat. et quòd uoluit Bal. in rep. l. j. colum. 9. in 12. quæſt. C. de ſacroſ. eccleſ.

*Minor pôt obtinere ſentẽtiam ſine autorita. tutoris.*

68 ¶ Et quoniam etiam in iudicijs contrahimus, l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pecul. propterea ſimiliter quamuis aliàs illegitimum, irritumque ſit iudicium à minore aſſumptum ſine tutoris aut curatoris autoritate: tamen ſi ceſſerit ad commodum ipſius minoris, ualęt per tex. in l. non eo minùs, et ibi Doctor. C. de procur. Collect. & Aegid. Bellamer. in cap. accedens, de procu. et Arch. in cap. ſi annum, de iudic. lib. 6. Nec id ſolùm in minore adulto, ſed etiam pupillo, ut uoluit gloſſ. in l. neque tutores, C. eodem tit. quam ponderant Bal. qui eam dicit notandam, Salyc. & nouiſsimè Iaſon in dicta l. non eo minùs, & Ang. Aret. in l. furioſo, ff. de re iudi. et in §. neque, colum. pen. Inſtit. de autor. tutor. In quibus locis etiam dicit ipſe Angel. quòd habeat locum in infante, quicquid dixerit Raph. in dicta l. furioſo. De quo tamen dubito propter ea, quæ dicam infrà nu. 83. eiuſdem notæ. Nec ſolùm quoque procedit, quando minor ipſe litigauit per procuratorem, quem conſtituit ſine tutoris aut curatoris autoritate, in quo caſu loquitur d. l. non eo minus, ſed etiam ſi ipſemet ſine tutoris aut curatoris autoritate litigauit, ut uoluit gloſſ. in l. j. C. qui legi. perſon. quam ponderat, et ſequitur Pano. in c. cauſam quæ vertitur, ad fi. extrà de iudic. ut et Alex. conſi. 59. viſo proceſſu, colum. 2. uerſi. ſecundò poteſt reſponderi, lib. 2.

*Et pupillus.*

*Et infans.*

*Tutor qui nõdum ſatiſdedit, poteſt obtinere ſententiam pro minore.*

69 ¶ Quibus germanum eſt, quòd licèt tutor, antequam ſatiſdederit rem pupilli ſaluam fore, non poſſit adminiſtrare, nec gerere tutelam, neque in iudicio, neque extra iudicium. l. neque, ff. de reb. eor. et in l. in dubium.

&l.



& l. vlt. C. de tutor. vel curat. qui nond. ſatiſd. tamen ſi iudicio expertus, ſententiam pro pupillo reportarit, valet quod ab eo geſtum eſt, vt voluit gloſſ. in l. tutor, in verbo, non potuit, & in gloſ. ſeq. C. in qui. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. quam ſequuntur, & commendant Bart. Bald. & alij ibi. & Panor. in d. cap. ſuam, col. penult. verſicul. vltimò quæro, extrà de iudic. vbi illam glo. dicit not.

*Eccleſ. ſi litigauerit, & obtinuerit ſine autoritate Prælati, valet ſententia.*

70 ¶ Et ſimile eſt, quòd licet conuentus, vel collegium eccleſiaſticum (nam & eccleſia & minòr à pari iudicantur c. 1. de in integ. reſtit.) non poſſit etiam litigare ſine autoritate Prælati, per textum expreſſum in dicto cap. cauſam, de iudic. ſi tamen commodum & vtilitatem ex lite reportet, quia ſententia pro eo lata eſt, valet, vt per d. l. non eo minùs, voluerunt poſt antiquiores Io. And. Collect. Imo. Cardin. Flor. Panor. qui hoc multis iuribus & rationibus comprobat. Fel. & nouiſsimè Phil. Dec. in d. c. cauſam, de iudic. Lap. & Dom. in c. 1. poſt prin. de pact. lib. 6. Imo. in l. quæſitum, in gloſſ. 1. ff. de re iud. & Iaſon in d. l. non eo minus, quicquid dixerint Anton. Fran. Aretin. & Barb. in d. c. cauſam. quorum rationes abundè refellunt Panorm. & Dec. ad quos ſtudioſos relego.

*Sententia lata pro fiſco, abſente aduocato fiſci, valet.*

71 ¶ Sed & finitimum eſt, quòd licèt cauſa fiſcalis debeat agitari præſente aduocato fiſci, aliàs ſententia lata, videlicet abſente aduocato fiſci, nulla eſt per textum in l. non intelligitur. §. diuus. & l. ſi fiſcus. ff. de iure fiſci: tamen ſi res benè ſucceſſerit, & ad vtilitatem fiſci, quia ſententia fuit lata pro eo, valet, non obſtante abſentia aduocati: vt voluit gloſ. in d. §. diuus, ar. d. l. non eo minus. & Io. And. in cap. 1. & ibi Pan. colum. 3. extrà, vt lit. non conteſt.

*Filius ſi agit vtiliter ſine autoritate patris, valet.*

72 ¶ Quibus & hoc accedit, quod latè conſuluit Barb. d. conſ. 86. illud referam, col. 4. verſ. præterea faciat, lib. 3. quòd licèt filius non poſſit agere in iudicio ſine conſenſu patris, per not. plenè, in l. vlt. §. neceſsitate. C. de bon. quæ liber. ſi tamen egit, & quidem vtiliter, valet per multa ſimilia, quæ illic adducit. Et idem quoque reſpondet Alexan. conſ. 59. viſo proceſſu, col. 1. verſic. ſecundo poteſt reſponderi, lib. 2.

*Dos vtiliter alienari poteſt.*

73 ¶ Confirmantur ſuprà dicta per textum not. in l. vltima. ff. de iure dotium, ubi licèt aliàs non poſſit vxor etiam conſentiente marito dotem alienare, nec contrà maritus conſentiente vxore: poteſt tamen, vbi res cedit ad vtilitatem mulieris, & illum textum generaliter intelligunt gloſſ. & Bartol. ibi. Et eum quidem reputat ſingul. Bal. in l. ſi æſtimatis. ff. ſol. matrimo. Et idem quoque uoluit Baldus Nouellus, in Tractatu dotium, in 7. parte princip. priuil. 1. in 2. & 3. fallen. retentionis lib. 1. ff. ſolut. matrim. Maria. Socin. Iunior conſil. 28. quia difficultas, colum. pen. verſ. & hoc fundamentum, ſub numero 9. lib. 2. vbi & ad hoc allegat l. ita conſtante. ff. de iure dotium. & l. mutus. §. manente, eod. tit. & l. quamuis. ff. ſol. matrim.

*Pater poteſt bona aduẽtitia filij pro eius vtilitate alienare.*

74 ¶ Huc etiam vergit, quod pulchrè voluit gloſſa. in d. l. quæcunque, in princip. in parua gloſ. in verbo interdicto. Co. de bon. quæ liber. quòd licèt pater non poſſit alienare aduentitia delata filio, vt ibi cauetur, poteſt tamen pro filij vtilitate. Sequitur Bald. ibi, qui illam dicit mirabilem, & perpetuò menti tenendam. & Franciſc. Aretin. in l. mutum, ad fin. ff. de acquiren. hære. vbi illam dicit notabilem. & Barb. in l. is cui bonis, colum. 6. ff. de verborum obliga. vbi & illam dicit ſingu. & ibi etiam Iaſ. col. 2. qui dicit nota. & benè notandam, & idẽ Barb. in d. procemio Clem. vbi dicit ſolennem, & dicto conſ. 35. col. pen. lib. 2. vbi illam dicit ſing. & d. conſ. 5. colum. 6. libro 3. & dict. conſil. 39. colum. 8. eodem lib. 3. quibus locis illam dicit valdè notabilem. & dict. conſil. 86. colum. 4. eodem lib. 3. & Iaſon in l. Barbarius, colum. 4. verſic. limita tamen concluſionem. ff. de offic. Præto. in dicta l. non eò minùs, vbi illam dicit notab. & in dicta l. contra, ff. de pact. vbi & illam dicit not. & in l. is cui bonis, colum. 1. ff. de verborum oblig. vbi etiam id dicit not. & d. conſil. 229. colum. 3. libro 2. vbi id idem dicit not.

*Mulier ſtatuto prohibita agere, ſi agit & obtineat, valet ſententia.*

75 ¶ His quoque adſtipulatur, quod pulchrè conſuluit Paul. Caſtr. conſil. 119. videtur dicendum, in 2. dubio, libro 2. Quòd ſi ſtatutum diſponat, ne poſſit mulier alienare ſine conſenſu duorum proximorum: & ideo non poſſit etiam in iudicio rem deducere, per textum in l. ait Prætor, §. quid ſi autem. ff. de iure delib. vbi abſurdum eſt ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exerceri. & plenè diximus ſuprà gloſſ. 5. in verbo, contracter, in 21. q. Tamen ſi egerit vxor ſine huiuſmodi ſolennitate ſtatuti, & ſententiam ad ſuum commodum reportauerit, valet ſententia, per tex. in d. l. non eò minus. Qui quidem caſus ad noſtrum proximè accedit, vt & proximis ſeq verſ.

*Idem, ſi prohibita ſit contrahere, & contrahat ad ſuam vtilitatẽ.*

76 ¶ Nam & huc ſpectat, quod voluit Bald. in d. l. neq;, per illùm tex. C. de contrah. & commit. ſtipu. quod ſtatutum, ne poſſit minor, aut mulier contrahere ſine conſenſu duorum proximorum, intelligitur de contractibus damnoſis, non de utilibus, & fauorabilibus: quod dicit eſſe menti tenendum. & idem etiam voluit idem Bal. in l. 1. in princ. ff. de cont. iudic. tut. & Angel. qui & loquitur in ſtatuto requirente conſenſum Mundualdi, in dict. l. 2. & ibi poſt eum Imo. ff. de accept. quod dicit ipſe Angel. etiam eſſe menti tenendum, & ſe ita conſuluiſſe Florentiæ, & Paul. Caſtrenſ. conſil. 160. ad primum quæſitum, colum. 1. verſic. nec etiam in caſu noſtro, libro 1. & Rom. conſil. 316. circa propoſitam conſultationem. & iterum conſ. 453. viſa principali conſtitutione. & in l. ſi quis mihi bon. §. vltimo. & ibi Alex. ff. de acquiren. hæred. Idem Roma. in l. mutum. & ibi Alex. in addit. Bar. in l. cùm lex, in fi. ff. de fideiuſſ. Cæpol. dicto conſil. cauſarum ciuilium 14. caſus talis eſt, quædam domina, col. 2. uerſ. tamen hoc non obſtante, & in d. l. ult. ubi ſuprà. C. de vſuc. pro emp. Barb. in omnibus fermè loeis ſuprà allegatis. & præterea in l. 1. col. 9. ff. de verb. obl. & in c. edoceri, extrà de reſcrip. & con. 58. ſapienter, in fin. lib. 2. & Corne. conſ. 254. uidetur in hac conſultatione, colum. 2. uerſ. tertiò reſpondetur, libro 1. Socin. conſ. 160. in præſenti conſultatione, col. antepenul. uerſ. item & tertiò reſpondetur, li. 2. & conſ. 80. præſens conſultatio, colum. 2. uerſic. ſed ad iſta reſpondet, lib. 4. Felyn. in cap. dilectus, le 2. colum. ultim. uerſ. ſimiliter, extrà de reſcript. & in dicto cap. cauſam, le 1. colum. 3. de iudic. & in ca. tuis quæſtionibus, col. 1. de teſtib. Iaſon in dicta l. Barbarius, colum. 4. de offic. Prætor. & dicta l. is cui bonis, colum. 1. & ibi Fran. Ripa colum. 11. num. 45. de uerbo. oblig. ubi Iaſon ipſe reputat no. & idem Iaſ. in l. ſi unus ex argentarijs. §. pactus ne peteret, colum. 9. uerſ. 5. dictum ſtatutum intelligitur. ff. de pact. & in dicta l. contra iuris. ff. eodem tit. & in d. l. non eò minùs. C. de procur. & in l. more. col. 6. uerſ. tenendo iſtam partem. ff. de acquir. hæred. & in l. qui iuraſſe, colum. 1. ff. de iureiur. & d. conſ. 229. col. 3. lib. 2. & in §. omnium, col. 8. uerſ. aduerte tamen, Inſtit. de actio. ubi id dicit not. Philip. Dec. conſ. 331. pro reſolutione, col. 3. uerſ. ſecundò principaliter, & Fran. Ripa in l. furioſo, poſt prin. ff. de re iudic.

*Pupillus an poſſit adire hæredit. opulentam.*

77 ¶ Nèc longè abeſt, quòd contra id, quod ſuprà diximus, nume. 59. incipiente, nec diſſimile eſt, non poſſe pupillum ſolum & ſine tutore adire opulentam hæreditatem, tenuerunt, uidelicet quòd adire poſſit, Dy. in c. quod ad gratiam, de regul. iur. lib. 6. Ange. Pau. Caſt. & Alex. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. her. Raph. Com. in l. pupillus ſi fari, in princ. ff. eodem tit. & in l. more, per gl. ibi, eo quoque tit. Paul. Caſtr. in d. l. potuit. C. de iure delib. ubi & Iaſon, qui aliam partem

tem

tem tenet, hanc tamen fatetur procedere in pupillo proximo pubertati, & qui intelligit quod ipſe facit, ar. d.l. pupillus ſi fari. ubi & hoc expreſsè tenuit Bartol.& idem Pau. in l.mutum,poſt medium,ff.de acqui.hæred. Cœpol.conſi. cauſarum ciuilium 14. col. 2.uerſi.tertiò hoc idem. Sed tu hic uide Socyn. conſil. 8. poſt redditum, col.j.verſic.ſecundò principaliter,lib.4.ubi ſimiliter dicit intereſſe,inter hæreditatem locupletem,& opulentam,quæ ſine uexatione adfert opes,ut illam non poſſit pupillus ſine tutore adire, hanc poſſit. Vide item Philip. Decium, qui alios citat, d.conſi. 331.ubi ſuprà. Illud autem certum eſt,pupillum acquirere poſſe ſine tutoris autoritate, §.j. Inſtit. de auto.tutor. & §.pupillus, Inſtit.de inutil.ſtipul.

78 *Mulier prohibita contrahere, an poſſit adire hære. opulentam.*

¶Cui adfine eſt, quod conſuluit ipſe Angel. conſilio 317. ſtatutum quòd mulier,quod eſt vltimum veterum conſilium, quòd ſtante dicto ſtatuto, quòd mulier non poſſit contrahere,vel ſe obligare ſine conſenſu propinquorum: poterit tamen non obſeruata tali ſolennitate, adire hæreditatem opulentam, nullis debitis obnoxiam, & ita dicit ſe ſcripſiſſe in l. more,ff.de acq. hæred.ubi tamen nihil dicit, ſed hoc utique tradit in d. l. mutum, eodem titu. ubi illum ſequuntur Imo. Raph. Co. & Paul. Caſt. qui ita ſe dicit conſuluiſſe Florentiæ, Ro.Alex. & Fran. Aret. qui tamen dubitant, & Raph. Co.in d. l.more, et ita certè conſuluit ipſe Paul. Caſtr. conſi.91.in cauſa appellationis,col.4.uerſi.ſecundò dicitur,non fuiſſe facta,lib.j. et idem quoque tenuit Barb. in multis, ex locis ſuprà allegatis: et Iaſ.in d.l.is cui bonis,et in d..l.contra iuris, ff.de pact. et in d. §.omnium, Inſt.de actio.et d.conſi.229.col.3.lib.2.et quæ diximus ſuprà nu.67.incip. ſed ut reuertamur.

79 *Quid de filiofamil.*

¶Et idem quoque de filiofam. prohibito contrahere, uel ſe obligare ſine conſenſu patris, ut poſſit tamen adire hæreditatem opulentam ſine patre, reſpondit ex facto Rapha. Fulgo. conſil.75. cuius caput eſt,ex facto proponitur, colum.vltim. et Alex.(qui Fulgo.non meminit)conſi. 234.hoc initio,puta circa dubium,colum. vlt.lib. 6.per ea quæ ſuprà diximus ex alijs. Nec obſtat, (vt ſubdit poſt Angel.d.conſ.317.) quòd filiusfamiliàs poſſit de facto vexari: id enim non eſt conſiderabile, per id quod in ſimili dicitur in l. eo tempore, in princ. ff.de peculio.

80 *Procurator Cæſaris pôt eo inconſulto facere contractum et vtilem.*

¶Adde et quod voluit glo. not.in l.nulli,C.de tranſact.quòd licèt procurator Cæſaris non poſſit uendere, uel tranſigere inconſulto Principe, per tex.ibi, et in l.j. §.ſi rem, ff.de offic. procurat. Cæſar.poteſt tamen,ſi ex hoc efficiat conditionem Cæſaris meliorem. Quàm gloſſam ſequuntur, et commendant omnes Docto.ibi, illamque trahunt ad adminiſtratores rerum alienarum, uidelicet Prelatum, tutorem,curatorem, et cæteros, ut uidelicet ſine conſenſu alterius, aut alia ſolennitate id facere poſſint: ſicuti etiam illam ad hoc ponderat Pet. Anch. et Pan. qui illam dicit not.et Barb.in ca. contingit,extrà de tranſact. et idem Pan.conſi.62.illud de iure quæritur,verſi.item procurator,lib.j.

81 *Et procurator ſine ſpeciali mandato.*

¶Nec in procuratore tantùm Cæſaris, & alijs adminiſtratoribus locum obtinet, ſed in alio quocunque, qui licèt tranſigere ſine ſpeciali mandato non poſſit, per textum in l. tranſactionis, C. de tranſact. tamen ſi tranſactio facta à procuratore, ſpeciale mandatum non habente, ſit vtilis domino, valet, vt voluit Pet. Anch.in cap. qui ad agendum, de procura.lib. 6. quem ſequitur Franc.Cur.in addit. ad Alexandrum, in d. l.tranſactionis,in prin.magnæ addi.

82 *Et monac. ſine licentia Abbatis.*

¶Quibus non abſimile eſt, quod ſcribit Anton.in c. cùm olim, le 2.colum. antepenult. uerſic.idem dicit de priuilegijs, quòd licèt non poſſit monachus contrahere ſine licentia (vt noſtri loquuntur) Abbatis, ſi tamen id fecerit, & quidem utiliter, valet,licèt non interuenerit licentia Abbatis. Et idem in rectore eccleſiæ voluit Ioan. And. Lap. & Domin. in c.j.de pact.lib.6.vt videlicet quamuis non poſſit tranſigere, aut paciſci de rebus eccleſiæ ſine autoritate ordinarij. c. ſtatuimus, extrà de tranſact. ſi tamen id fecerit ad commodum eccleſiæ, ualet,per textum, in d.c. & in d.l.non eo minùs,C. de procu. Et vtrumque ſequitur Fel.in d.c.cauſam quę, le j.col. 3.extrà de iudi. ubi & alia multa ſimilia adfert, quæ videre poteris.

*Et rect. eccleſia ſine auto. ordinarij.*

83 *Ebrius an poſſit contrahere ad ſuam utilita.*

¶Eiuſdem notæ eſt,quod ſing.Barb.voluit in l.j.colum.6.ff.de verborum oblig. quod licèt ebrius contrahere non poſſit per tex.in c. vnuſquiſque,& ibi glo.22. q.4.ſi tamen reperitur contractus ipſi utilis, & commodus, tenet d.gloſſ. ff.de accept. & alia quædam ſimilia. Sed non ego cònfeſtim huic ſententiæ ſubſcriberem. Nam cùm ebrius nullius omnino mentis ſit, vt à furioſo nihil differat, c.venter. 35.diſt. videtur nec ſibi poſſe acquirere,ar. eorum qnæ de furioſo & infante, qui nullum adhuc intellectum capit, ſcribuntur in l. j. §. j.ff.de acquir. poſſ.& in d.l.j.de uerborum oblig & in §.furioſus,Inſti. de inutil. ſtipul. cum ſim. Niſi diceres Barba. intelligere de eo, qui non adeo ebrius eſt,vt non omnino non intelligat quid agat, ſed eſt ueluti medius inter ebrium & non ebrium: ſed hoc caſu mero iure valeret contractus ab eo factus, etiam in ſui præiudicium, per no.in l.dolum,C.de dol.Ideò cogita.

84 *Prodigus ad ſuum commodũ contrahit.*

¶His concinit, quod ſcribitur in l. is cui bonis,ff.de verbo.oblig. quòd prodigus, tametſi alienare, aut obligari non poteſt, poteſt tamen ſibi ſtipulando acquirere.Imo uerò ſentiunt Doctores ibi in Summario, poſſe etiam obligari ad ſuum commodum, dum dicunt prodigum poſſe conditionem ſuam facerem eliorem, & præterea Pau.Caſt.dicit prodigum fingi carere iudicio, tunc tantùm quando diſſipat. & ita uoluit expreſſim Franc. Ripa,ibi, col.11.nu.46.quamuis textus eo in loco ſimpliciter & indiſtinctè dicat promittendo non obligari,ideoque nec fideiuſſorem pro eo interuenire poſſe, ſicut nec pro furioſo. Mox autem ſubdit ipſe Rip. an ex contractu obligatorio facto à prodigo ad ſuum commodum, ſequatur alienatio bonorum ipſius. Tu ibi eum uide, & quæ diximus ſuprà nu. 67.incip.ſed ut reuertamur.

85 *Quæſtionis princi. deciſio.*

¶Sed quid in huiuſmodi ſimilibus tantùm laboramus? Quando Baldus noſter,qui omnium copiam longè ſuperauit,in caſu noſtri huius ſtatuti,prohibentis ſcilicet mulierem contrahere ſine autoritate, uel conſenſu mariti,non obſcurè ſentiat,poſſe tamen eam ſine ea ſolennitate contrahere ad ſuum ipſius commodum & vtilitatem. Ita enim,ſi ſolerter inſpicias, voluit conſi.488. ſequens quæſtio,poſt prin.l.j.motus ea ratione,quam ſecundo loco adſcribemus, verſ. ſeq.

86 *Rationes præcedentium.*

¶Nam horum omnium duæ ſunt potiſſimæ rationes. Prior, quia inducta ad vnum effectum, non debent eius oppoſitum operari, l.3. §. ſi emancipatus, ff. de bonorum poſſeſ. contra tab. & l.3. ff.de adi. leg. & l. legata inutiliter, ff.de legat.1.& l.ſi à milite,§.j.ff.de teſta.mili. & l.ſi Rufinus, C.eodem, & l.3.§. Diui Seuerus,ff.de Carbo. edict. ubi eſt optimus text. in illis uerbis,non debet aduerſus pupillos obſeruari,quod pro illis excogitatum eſt. Secunda, quæ ad primam proximè accedit. Nam ſolennitates introductæ in fauorem mulierum, minorum, eccleſiarum, & aliorum, de quibus ſuprà loquuti ſumus, non debent illis damnum adferre,l. quod fauore, C.de legib.& l.nulla, ff.eodem, & optimus textus in l. plures à paucis, in fin. C. de fide inſtrum.

87

¶Propterea que ſunt, qui id generale & perpetuum dicunt, vt cùm actus quiſpiam prohibetur fieri ſine ſolennitate, vel aliàs fauore cuiuſpiam, ſi is actus fiat, & interſit potius eius, ob cuius fauorem prohibetur, vt fiat, valebit. Ea enim ſententia Imolæ in l. cùm lex,an.fin.ff. de fideiuſſ. declarando text.& gloſſ.in Clemen.1. de iure patro.quem ſequitur Maria. Soci. Iunior d.conſi.28. quia difficultas,colum. vlt. numer.11.libr.2.& ante hos Io.Faber.in dicto §. & ne eius, Inſtitut. de eo cui liber. cau. vbi dicit,aliud eſſe, ſi id introductum eſſet in fauorem publicum.



88 *Declaratio præcedentium.*

¶At hæc omnia intellige procedere, ubi is cum quo actus ſit, aut conſentit, aut ſimpliciter patitur fieri: ut quia contrahit cum muliere, qui eſt caſus noſter: aut quia litigat, nec tamen quicquam obijcit, quo etiam caſu non valet iudicium, vt dicemus infrà, eod. titul. §. ſeq. in gloſſ.1. Quòd ſi pars aduerſa opponat,non poſſe mulierem litigare ſine conſenſu viri, certè huiuſmodi oppoſitio facit, vt non proſit mulieri ſententia lata, ea oppoſitione neglecta, quin ab ea appellari poſſit, per id quod pulchrè voluit Bald.in cap.1. colum. 3. uerſic.capio primam gloſſ. extrà de præſcriptio. ubi ita intelligit d.l.non eò minus,ſuprà citatam. Sequitur & commendat Io. Lup. nunncupatim loquens in caſu ſtatuti prohibentis vxorem intereſſe iudicio ſine conſenſu mariti,in repe.rub. de donatio.inter uir.& uxor.§.68. columm.1. uer.ex iſtis infertur.

89 *An in dubio præſumatur utiliter an inutiliter factum.*

¶Intellige ſecundò procedere, cùm euidenter conſtat, huiuſmodi contractum factum ſine ſolennitate huius ſtatuti, eſſe illi commodum & utilem. Nam in dubio,deficiente ſolennitate, præſumeretur non ùtiliter factus,ut nuncupatim uoluit Bal.in l. quæcunque, uerſic. ſcias tamen.C.de bono. quæ lib. & Philip. Dec.conſil. 532.pro uera reſolutione,colum.2. uerſic. & in dubio, & non obſcurè ſentiunt ij omnes, quos ſuprà citauimus. Sicuti è contrario,cùm ſolennitas legitima interuenit, præſumitur contractus factus ad vtilitatem minoris,eccleſiæ,& ſimilium,in quorum contractibus debet quædam ſolennitas interuenire,ut ſatis diximus & probauimus ſuprà num.64. incip. & quòd id procedat. Ex quibus planè conſtat, ad quos pertinet onus probandi, contractum, qui petitur reſcindi, fuiſſe commodum, vel incommodum contrahenti. Nam ſi interueniat ſolennitas,præſumitur vtilitas:ideo minor,& eccleſia debent probare contrarium. At ſi non interuenerit ſolennitas,ij qui cum illis contraxerunt,debent è diuerſo probare vtilitatem.

90 *An mulier, quæ emit poſſit dare facultatẽ redimẽdi ſine autoritate mariti.*

¶Nonò quæro, ſequendo caſum proximæ quæſtionis,Mulier quæ utiliter ſibi contraxit, emendo fundum quempiam ſine conſenſu mariti, an in contractu ipſo, aut etiam poſt, poſſit dare facultatem uenditori redimendi eum fundum, reſtituendum pretium uenditionis intra quodpiam tempus, uel etiam ſimpliciter. Et nos quidem hanc quæſtionem in poſtrema editione huius operis tractaueramus: ſed multò latiùs eandem poſtea tractauimus in noſtro tractatu Retractuum, tit. 2. in fi.in prin.finis eiuſdem, & multis ſeq. verſi. uſque ad numerum 16. incluſiuè. Ex quibus poteris intelligere, licere vxori in ipſo contractu,non poſtea ex interuallo, eam facultatem concedere ſine conſenſu mariti.Sed & duobus numeris ſeq. videbis, an poſſit poſtea ex interuallo prorogare tempus datum in ipſo contractu. Ideo ea hic repetenda non ducimus.

91 *Vxor poſt mortẽ viri pôt ratificare cõtractum à ſe factũ ſine conſenſu illius.*

¶Decimò quærò (& hæc quæſtio multum conuenit cum octaua) Vxor uiuente marito contraxit ſine illius conſenſu & autoritate:mortuo marito ipſa tum ſui iuris effecta, & propterea non ligata huic noſtræ conſuetudini, ut latè dixi ſuprà in 7.q. vult illum contractum omnino ſeruare: at is,qui cum ea contraxit, non vult ſeruare, dicitque nullum fuiſſe ex defectu conſenſus,qui in eo adhiberi debuit.Quid iuris? Et ſanè nemini dubium eſt, quod licèt à principio contractus non tenuit: tamen vxor cum ſui iuris effecta eſt, nec ampliùs requiritur uiri autoritas, poteſt ad ſuum præiudicium habere ratum,id eſt,ad hoc,ut is, qui cum ea priùs contraxit, illam poſt ratificationẽ cogatur obſeruare, per not.in titul.C.ſi maior factus,per totum, & in leg.ſi pupillus,in princ. ff.de noua. cum ſimilibus. Sed hic aliud quærimus, An videlicet poſſit ea cogere eum, qui cum ea contraxit, obſeruare contractum. Et uidetur quòd ſic,per id quod in ſimili dicitur in l. cùm interdictæ. C. arbi. tut. ubi minor poteſt approbare contractum uenditionis,aliàs nullum, & factum ſine ſolennitate requiſita: & ita cogere emptorem, ut pretium reſtituat. Et propterea ex ea not. Bal. quòd contractum nullum ob fauorem alicuius, poteſt ille approbare. & allegat optimum tex.pro concord.in l.Iulianus.§.ſi quis colludente.& §.ſeq.ff.de actio.empt.vbi & illud idem de minore & pupillo dicitur. Et illud præterea, quòd ſi quis à meo procuratore colludente emerit, licèt ſtare non teneatur huic uẽditioni:ſi tamẽ velim,poſſum cogere emptorem,ut ſtet.Et illum tex. dicit ſing. Bal.in l. dolum, in fi.C.de peri.& commo. rei uend.& not.Pet.Anchar. in c.quàm ſit,col.1.de elect.lib.6.Et ita quod de minore diximus, expreſsè uoluerunt Fulg.& Alex. in l.cùm hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſact. Ale.in addi.Bar. in l.cùm lex,in ult.addi.ff.de fideiuſſ.& Matheſil.in no. 156.nota quòd ſi minor: ubi tamen iura ſuperiora non allegat,ſed alia quædam,in arg. & Soc.conſ.80.præſens conſultatio,li.4.

*Sed an poterit cogere aduerſarium, ut eum obſeruet.*

92 *Epiſcopus poteſt ſtare contractui facto ab eccleſia ſine autoritate illius.*

¶Et idem quoque in eccleſia,ut uidelicet ſi alienauerit ſine conſenſu Epiſcopi, poſſit tamen Epiſcopus ſi uelit,poſtea eum cogere,qui cum eccleſia contraxit, ut obſeruet contractum adhibendo legitimas ſolennitates,per textum notab.in l.ſi qua de rebus.12.quæſtio.2. quem ita intelligit gloſſ.poſt Hugo.in c. 1. in uerbo, ſede uacante,paulò ante fi.extr. ne ſede vac.& ibi ſequuntur Hoſt. Anto. & Panormita. ante finem. qui dicit illum textum eſſe ad id menti tenendum, & illam glo.eſſe not. Atque etiam Imo. Hoſtien. Ioan.And. Cardin. Flor.Panorm. qui & id dicit notandum, & communiter omnes in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu cap.Anto.in cap. ſi quis presbyterorum, colum. 1.in fin. de rebus eccle.non alien.& conſi.22.viſis punctis,colum.1.ad fi.Raph. Fulg.& Iaſ.in d.§.eam tranſactionem.Matheſ.in d.no.156.Alexand. in d.l. cùm lex, ubi ſuprà.ff.de fideiu.Guid.Pap.deciſ. Delph.159.duodecima concluſio,poſt prin.Phil.Dec.in c.quę in eccleſiarum, colum. 3. ver. addatis tamen, quod ſi alienatio, de conſti.& Carol.Ruin.conſil.11. uiſo compromiſſo, col.3.num.6.li.4.

93 *Contract. dolo initus ualet, ſi paſſus uelit.*

¶His confine eſt, quòd licèt contractus bonæ fidei initus dolo aduerſarij, ſit ipſo iure nullus: eſt tamen in arbitrio eius, qui dolum paſſus eſt, approbare contractum, & cogere aduerſarium,ut eum obſeruet. Ita voluit gloſſ.in l. & eleganter, in princip. in uerbo,nullam, & iterum in uerbo,ipſo,uer. item ad quid,& ibi Bartol. Bald.colum.3.in priori lect. ff. de dol. mal.& gloſſ.in l. iuriſgentium. §. Prætor ait, in uerbo,dolo malo, & ibi etiam Bal.Ang.Alexand. & Iaſon. ff. de pactis. & gloſſ. in l.à Diuo Pio.ff.de ritu nup. & in leg. in cauſæ, la 2.in princip. & ibi quoq; Bal.in tertia lect. ff.de minor.& gl. in l.tranſactionem, & ibi Iaſon. C. de tranſact. Feder. Senenſ. conſil. 89. puto Bald.in quod fauore,colum.2. per eum tex. C. de legib. & in l.1. colum. 2.C.plus ual. quod agi. & in dicta l. dolum. C. de peric. & commo. rei uendit.& in l.ſi res.§.ſi mulier,per eum textum.ff.de iure dot.Anto.dicto conſil.22. Panor.in c.cùm dilecti, colum.2.uer. item cape aliam, extrà de emptio.& uenditio.Pau.Caſt.conſ.295.ſi dicta pignora,colum 1.li.2. ubi & ex hoc conſuluit in alio pulchro caſu, Iaſ.in dictò §.eam tranſactionem. Fely. in c. dilectus,le 2. col. 5.uer.tertiò facit, extrà de reſcriptis.& in c.tuis quæſtionibus,colum.1.de teſtib. Carol.Rui.conſi.198.uiſo & per-

perlecto,conſ.6.nu.12.lib.1.D.Igneus in l.contractus, col.34.verſ.nunc reſtat articulus, & multis ſeq.ff.de regul..iur. Ludou. Gomez.in §.actionum,col.10.verſic. ad tex.Inſtit.de actio.

94 *Simulans cogitur ſtare contractui ſimulato, ſi non ſimulans velit.*

¶ Huiuſque rei argumento & exemplo,quod de dolo diximus, Bald.in d.l.j.col.2. verſic.ſed hic quæro,& ibi quoque Saly.col.2.verſi. quæro,vnus ex contrahentibus, C. plus val. quod agit. dicunt, quòd ſi ex duobus contrahentibus, alter tantùm ſimulabat, is qui non ſimulabat,ſed verè contrahebat, poteſt cogere ſimulantem,velit,nolit,ſtare contractui, niſi aliàs lex ei reſiſteret. Nam & id generale eſt, vbicunque contractus annulletur fauore alicuius, ſi is velit, ſtabitur contractui, nec contra eum poterit ea nullitas allegari, vt per quædam ex ſuperioribus voluit Barto. conſi. 159.uiſa quadam conſtitutione, col.3. & faciunt not.per eundem in d.§. ſi quis à colludente, & in l.ſi quis,C.de Decurio.libro decimo.

95 *Decretum non irritat niſi velit is,cuius fauore poſitũ eſt.*

¶ Hinc clauſula decreti irritans, tum demum nullitatem operatur,ſi is,ad cuius commodum poſita eſt,velit,non aliàs, vt no.Ioan.Mo.Io.And.Domi.in d.c.ſtatutum,quod eſt 3. & ibi quoque Phil.Franc.colum.vlti. qui id declarat poſt Lapum ibi, de præb. lib. 6.Imol.in c.ſtatutum,§.cùm verò, & ibi etiam Domi.col.5.uerſi. not. tamen ex gloſſ. de reſcrip. lib. 6. Bened. in repe.c. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens le j.nu.91.ubi & in alijs præcedentibus huc refert,quod in ſimili dicitur emphyteutam alienantem, vel non ſoluentem, non cadere emphyteuſi, niſi dominus velit, & alia quædam ſimilia. Sed nos multò plura eius monetæ.collegimus in repet.l.ſi vnquam, in uerbo, reuertatur,num. 10. fuerunt tamen,& ſequ. vſque ad numerum 16. incluſiuè. Sed tu tamen, quantum ad decretum priuatim ſpectat,vide Fely. in cap.cùm dilecta,colum.14. verſi. ſed quicquid dicatur, extrà de reſcrip.& quæ ſcripſimus in d.l. ſi vnquam, vbi ſuprà, num.331. illud autem omnino.

*Emphyteuta non ſoluens, vel alienans, cadit ſi dominus velit.*

96 *Contrauenientis contractui,cogitur ſtare contractui ſi alter velit.*

¶ Eiuſdem farinæ eſt, quod pulchrè conſuluit Petr. Ancha.conſi.141.ſuper prędicto dubio,quòd ſi in contract. fuerit conuentum, quòd ſi vnus contrahentium contrauenerit, contractus ipſe erit nullus, & poſtea vnus contrauenerit, poterit nihilominus alter, ſi velit, ſtare contractui, & cogere aduerſarium, vt adimpleat: & idem dicit conſuluiſſe Dyn. in conſil. incip. in quæſtione quæ vertitur. Et ſequitur Felyn. in dicto cap.dilectus,le 2. & in dicto cap. tuis quæſtionibus, in quibus locis, & alia quædam ſimilia allegat, quæ uidere poteris, ne ſi omnia referre tentauerim, omnia cogar relinquere.

97 *Caſus noſtræ quæſtioni ſimilis.*

¶ Quid Plura? cùm Caſt. conſi.91.in cauſa appellationis,col.3.verſi.ſecundò dicitur non fuiſſe facta,lib.j. conſuluit in ſimili fermè ſtatuto, videlicet, quòd mulier non poſſit ſe obligare ſine præſentia proximorum conſanguineorum: ſi mulier tamen ſe obligauerit ſine huiuſmodi ſolennitate, ea poteſt ſtatutum allegare cõtra alios, vt obligationem impugnet: at alij contra eã, in cuius fauorem factum eſt, minimè poſſunt, per notat. per gloſſ. in l. his conſequenter, ff.famil.herciſcun. & alia, quæ ibi allegat, & idem propè voluit ipſe Paul. conſi.110. videtur dicendum ſuper primo, in 2.dubio, libro 2.

98 *Duplex declaratio præcedentium.*

¶ Sed hæc omnia velim intelligas,ne fallaris Lector, vt ſcilicet is,in cuius fauorem contractus eſt nullus,poſſit ſi velit ei ſtare, & cogere etiam aduerſarium eum ſequi,niſi tamen lex reſiſteret ipſi contractui,vt quæ prohiberet fieri. Tunc enim nec is quidem, cuius fauore introducitur, poſſit eum approbare. Cuius rei textum habes & exemplum in dicta l. à Diuo Pio, iuncta glo. D. de ritu nup. quam gloſſ. ad id expendit, & dicit ſingu. Bald. in dicta l.1. vbi ſuprà citauimus, C. plus vale. quod agi.& in l.non dubium,col.7.in 9.oppo. C.de leg. & in l.ea quæ.C.de don.ante nup. & Panor. in d. c. cùm dilecti, vbi ſuprà, de empt. & vend. & Alex. in d.l. iuriſgentium.§. Prætor ait.ff.de pact.vbi idem dicit, cùm talis contractus continet cauſam impoſsibilem,per tex. in d.l.ea quæ.vbi & ipſe Bal.id not.

99 *An ſoluto matrimonio teneatur mulier quæ cõtraxit ſine cõſenſu viri, ſtare contractui.*

¶ Vndecimò quæro,Quid è diuerſo,an ſaltem ſoluto matrimonio teneatur, & poſſit cogi mulier, aut eius hæredes, obſeruare contractum factum ab ea conſtante matrimonio ſine conſenſu mariti? In antiquo libro noſtrarum conſuetudinum id erat expreſsè cautum, videlicet vt teneret huiuſmodi contractus ſoluto matrimonio, in præiudicium vxoris, & hæredum ipſius, & ita obſeruabamus: ſed id fuit reſectum, ideo relictum diſpoſitioni iuris communis. Videtur autem primum tenere contractum, & ita mulierem ſoluto matrimonio, ad ipſum obſeruandum teneri. Quia quando aliquid fit à non domino, aut aliàs inhabili, ſi is poſtea efficiatur dominus, aut aliàs habilis diſpoſitio ſortitur effectum. l. rem alienam. ff.de pignor. actio. & l. qui balneum.§. Titia.ff.qui pot. in pigno. hab. & l.ſi quis alienam.ff.de act.empt.& l. 1. in princip. & l.2.ff.de excep. rei iudic. & l.ſi à Titio. ff.de rei vendit. & l. apud Celſum.§.ſi à Titio.ff.de dol. mal. excep. & l.filiam fratribus.ff.ad S.C. Trebel.& l. quod in rerum.§.1. ff. de legat. 1. Præterea cùm quid venit ad eum caſum, à quo incipere potuit, illud reconualeſcit. l. ſi rem. ff. de verborum obligat.& l.minorem.ff. de ritu nupti. & l. interuenit. ff.de leg.præſt.& l. cognatis.ff.de reb. dub.& l.1. §.1.& §.ſi quis.ff. de leg.3. Item quis non poteſt venire contra factum ſuum, ex eo quòd de iure non teneat. l. poſt mortem. ff. de adopt. & l. per fundum. ff.de ſerui. ruſti. præd. & l. vendicantem.ff.de euict. quæ loquitur in venditione. Nec tunc habet locum argumentum de tanquam (vt noſtri appellant) quando contra factum ſuum quis venit. l. ſiue poſſeſsio. C. de euict. et quod not.in l. eos, in princip. C. de appel. Et facit text. in l. ſi non ſortem. §. ſi filius.et ibi not. ff. de conditio. indeb.

100 *Dotis aliẽ. facta conſtan.matr. tenet ſoluto.*

¶ Propterea in ſimili dicimus, quòd licèt vxor non poſſit,conſtante matrimonio dotem alienare, quatenus viro præiudicat. l. ſi prædium. C. de iure dot. et l. conſtante. C. de dona. cum ſim. quoniam videlicet maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis,vt ibi dicitur, et in l. doce. C.de rei vendi. cum ſi. valet tamen ea alienatio ſoluto matrimonio, in præiudicium ipſius mulieris,vt voluit gloſ.ſing.in d.l.conſtante, quam ſequuntur Ioan.Fab.et Bald.ibi,et Iaſ.Ra.Cyn.Bald.et Raph.Co. in d l.ſi prædium.et Specul.in tit. de empt.et vend.§.tertio loco,verſ. ſed nunquid. et voluit etiam Bald.conſil. 422.res dotalis,in princ.lib.2.et conſ.53.quædam domina Ruſabella,ad finem,verſ.modò ſequitur videre, lib. 5.vide tamen infrà num.104.

101 *Filia ſola poteſt remittere reſtit. dotis ad ſui præiudicium.*

¶ Et facit etiã quod in ſimili ſcribitur in l. et hæredi. §.filiaſa.ff.de pac. vbi licèt filiaſa.ſola et ſine patre, non poſſit remittere mariti reſtitutionem dotis profectitiæ, quin poſſit pater cum ipſa dotem repetere, poſtquam tamen ſui iuris fuerit facta filia, nocebit illi huiuſmodi liberatio. De quo etiam eſt tex.et quidem expreſſior in l.2.§. quòd ſi patris, verſ.item ſi voluntate.ff.ſoluto matrimon. Id quod dicit Nicol. Neapol ad id facere, vt ſi filius patre uiuente liberauerit debitores patris, huiuſmodi liberatio ſibi præiudicabit hæredi ipſius effecto. Quod et idem voluit Alber.in rubr.ff.de pecul. legat.colum.2.et item in l. dominus.§. vlt. poſt Dyn. ibi, eodem tit. et in l. filiusfamil. etiam poſt Dyn. ibi. ff. de ſolutio.

102 *Filij liberatio debitorem patris et poſtea hæredi effecto.*

¶ Et idem,ſi filius vendiderit rem patris, viuẽte ipſo patre, vt ei hæredi patris poſtea defuncti noceat, tenet gl.in l.nec nos,in verbo, tranſigi, et ibi quoque Alber. Bal.Ang.et Salyc. C.de poſtli.reuer. Guid.Suz.& poſt eum idem Alber. in l. cùm vir. ff. de vſucap. & l. filius paciſcendo. C. de pact. vbi dicit hanc opinionem communiter approbari. & in l. 1. §. quod ait prætor. le 2. ff. quor. leg. Cui ſententiæ maximum arg. præbet text. in l.ſed Iulianus. §. ſed etſi filiusfamil. ff. ad S. C. Maced. vbi ſi filiusfam. rem patris, viuente ipſo patre, pignori dederit, & is poſtea patri hæres fuerit, & pignus perſequatur,doli exceptione ſummouebitur.

103 *Dotis alienatio à vi reſacta,ei nocet,ſi eã lucretur.*

¶ Et hæc admodum cõfirmat text. ab omnibus propè ſuprà dictis allegatus, in dicta l. cùm vir. ff. de vſuc. vbi licèt vir, conſtante matrimonio, non poſſit dotem alienare, ſi tamen alienauerit, & ſoluto matrimonio dos ipſius lucro ceſſerit, tenebit alienatio, & eſt ſimilis text. in l. penult. ff. de fund. dot. Et id quoque etiam voluit gl. in dicta l. conſtante. C. de donat. & Alber. in l. 1. C. de fund.dot. Ex illoq; text.in dicta l.cùm vir.dicit Bar. ibi, col. pen. verſ. ſed pone ſtatutũ,quòd ſtante ſtatuto, vt debitor bannitus pro debito, non poſſit contrahere, niſi id debitum ſoluerit: ſi quis ita bannitus contraxerit, poſteaque illud debitum ſoluerit, confirmatur cõtractus ab eo bannito factus ante ſolutionem, nempe remoto obſtaculo impediente. quod refert. & ſequitur Pan. qui ad alia quoq; trahit, in c.cùm ex officij. colum. pen.verſ.ad hoc adduco.extrà,de præſcript. Et alius quoque text. in l. ſi dubitetur. §. filiusfam. ff. de fideiuſſor. vbi licèt filiusfam. qui pro patre fideiuſſit, non teneatur tantiſper, dum eſt in poteſtate patris: tamen cùm primùm iuris ſui poſtea effectus eſt, tenebitur.

104 *Contra ſuprà dicta.*

¶ Contrarium quoque videtur, vt ſcilicet mulier ſoluto matrimonio non teneatur ſtare huic contractui facto conſtante matrimonio, ſine conſenſu & autoritate mariti. Nam fauore mulieris ſtatutum eſt, ne poſſit contrahere ſine huiuſmodi conſenſu, & autoritate, vt ſuprà dictum eſt alibi. Ergo poteſt ipſe hoc caſu venire contra factum proprium, per l.ſi is. C.de præd.min. & authen. qui res, & ibi not. C. de ſacroſ. eccle.& in l. cùm lex.& ibi no.ff.de fideiu. Ideò quando fauore decepti contractus eſt nullus, poteſt ipſe deceptus contrauenire,vt not.in dicta l. eleganter, in princ. ff. de dol.& l.ſi res. §.1.ff.de iure dot. & not. in l. cùm ab eo,ff. de contrah.empt.

105 *Initiũ contractus inſpiciendũ.*

¶ Nec videtur obſtare,quòd hodie mulier iſta eſt ſui iuris, quia initium contractus debet attendi, l. ſi filius, ff.de verbor.oblig.& l.1.§. ſi ſeruus,ff.depoſ.& l.Pomponius. §.2.ff.de neg.geſt. & l.ſi procurator.in princ.ff. manda. Et licèt ſit nunc ſui iuris, tamen niſi de nouo conſentiat, quod primùm inutiliter fuit geſtum, non confirmatur.l. ſi verò renumerãdi. §.ſi filio.& quod ibi not. ff. mand. & l. ſi filiusfamil. ff. de teſta. vbi ſi filiusfamil. aut pupillus, aut ſeruus teſtamentum fecerit, non poteſt ex eo peti bonorum poſſeſſio, licèt filiusfamil. ſui iuris, aut pupillus pubes, aut ſeruus liber factus deceſſerit, & ſimilis text. in l. 1. §.exigit prætor.& §.ſeq.& l.pen.§.teſtamento.ff.de bon.poſſeſ.ſec.tab.

106 *Iterum de vxore quæ dotem alienauit.*

¶ Ideò quantum ad illum primum caſum pertinet, videlicet de alienatione dotis facta per vxorem, ſunt qui tenent contrarium, videlicet non valere eam alienationem, etiam ſoluto matrimonio: ſcilicet gloſ. ſibi contraria, in §. 1.in verbo, interdicta. & ibi Ang.Aret. qui dicit, hanc eſſe communem opinionem. Inſti. quibus alien.licet.& alia gl.in l.1.§.& cùm lex.& ibi Cyn. C. de rei vxor. act.Specul.ſibi etiam contrarius,in eod. titul. ſcilicet de empt.& vendit. eodemque §.tertio loco. verſ. quid ergo ſi vir.ad fin.ibi conſueuit autem notari.& ibidem Ioan. Andr. in addit. & Salyc. in dicta l. ſi prædium. in 3. quæſt. in fin.C.de iure dot.Alber.dum hanc.opinionem ponit poſteriorem, in dicta l.1. C.de fund. dot. per l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib.11.Imol.in dicta l.cum vir.ff.de vſucap.& in c.cùm contingat, colum.11.verſ. circa primum. & expreſsiùs colum.14. verſic. nunc reſtat videre, extrà, de iureiurando.& Ioan.Lup.in repet. rubric. de donatione inter virum & vxorem.§.17.colum.2.verſic.quæ quidem alienatio. De cuius rei veritate latè comperies per Vital. de Camb.in tractatu Clauſularum, chart. 96. colum.3. & aliquid per Steph. Bertr.conſ.95.honeſta,col.1.lib.1.

107 *Iterum de filio, qui liberauit debitores patris.*

¶ Sed & in illo caſu de filio, qui viuente patre liberauit debitores ipſius patris, contrarium quoque eius, quòd ſuprà diximus, tenuerunt Paul. Caſtr. Alexand. Franc. Aret.& Iaſon in dicta l.2. §.quòd ſi patris, verſ. item ſi voluntate.ff. ſolu. matrimo.moti,quia in illa actione de dote,de qua loquitur dicta l. & hæredi.§. filiafam. ff.de pact. & ſimiles. filia habebat ius de præſenti, quod potuit remittere in ſui præiudicium. At filius viuo patre nullum ius habet contra debitores paternos,ſed ſperat habere ius per ſucceſſionem: vnde non valuit à principio:ideò nec ex poſt facto videtur poſſe reconualeſcere. De quo etiam videtur eſſe text. expreſſus in l. & ſeruum hæredem,uerſ.idem probat.ff. de pactis.& ibi Pau. Caſtr.Sed & tu de hoc uide Dyn.Bar. & Alex.in addit. ipſius,in l.cùm dominus.§.filius.ff.de pecul.leg. Dyn.& Barto.in l.filiusfam.la 1.ff.de ſolut. Specul. tit. de pact. §.inſtrumentum.uerſ.ult. Lap. Petr. Anch. & Dom in c.quamuis,col.3.uerſic.quid ſi filius. & ibi Georg. Nat. in rep.colum.18.uerſ.quid autem ſi filius, de pact.lib.6. Bald Paul.Caſtr. Alexan.& Iaſon.in l.iuriſgentium.§.ſi ante, ff.de pactis.Fulgo.& Paul. Caſtr.in l. ult. C. eod. tit. Paul. Caſtr.Iaſ.& Philip.Dec.in l. filius paciſcendo, C. eod. titul. Hercula. & Thom. Parp. in dicta l. 2. §. quod ſi patris, uerſic. item ſi uoluntate, ff.ſol. matrimo. Philip. Dec.in l. quod in initio,colum.1.uerſ. ſimiliter liberatio, ff.de regul.iur. Ioan.Monteſ.in repet.l.frater à fratre, in 22. q. ff. de condi.indeb. Et hanc partem defendit, quòd Veſpaſianus author fuit Senatui decernendi, ne filiorumfam. exigendi crediti ius unquam eſſet,ac ne poſt mortem quidem patrum,ut ſcribit Suetonius in uita illius,cap.11.

108 *Reſolutio principalis quæſtionis.*

¶ Sed quicquid ſit in illis ſpeciebus, ſtatim, ac prima facie uideri poſſet in noſtro caſu, mulierem ſoluto matrimonio,non teneri ſtare contractui, quem fecit, conſtante matrimonio, non obſeruata ſolennitate noſtræ conſuetudinis, cùm ab initio non tenuerit ex defectu ſolennitatis, non magis quàm maior contractui quem fecit, dum eſſet minor ſine autoritate ſui curatoris, niſi ratum de nouo habuerit. Nam & in ſimili dicit Bald. in repet.l.1.colum.7. uerſic.ſextò incidenter quæro. C. de ſacroſanct.eccle. quod ſi filiusfam. fecerit teſtamentum ad pias cauſas, ſine conſenſu patris, quod tamen requiritur,per c.licet. & ibi Dd.de ſepultur.lib.6. ſi pater moriatur, non propterea conualeſcit teſtamentum, niſi denuò teſtamentum confecerit, per textum in l.1. §.ſi filius, ff.de lega.3. & l.1.ff. de reg. Cato. Quinetiam Signor. conſil.136. filiusfamil. not. conſuluit, quod ſi filiusfam. rem aduentitij peculij inſcio patre uendiderit, patre mortuo poterit ipſe filius rem ipſam ab emptore reuocare, & ad hoc multa allegat, ex quibus ſuprà multa adſcripſi.

109 *De eadẽ re.*

¶ Eſt tamen hoc caſu noſtro in primis uidendum, an huiuſmodi conſenſus mariti hic requiratur ad ſolennitatem, & in fauorem mulieris: nempe propter ſexus fragilitatem, an uerò propter mariti præiudicium, de quo latè ſuprà diximus, in glo.6. numer. 37. & ſeq. reſtat igitur, uſque ad finem eius gl. Nam ſi illud reſpicit, planum eſt, etiam ſoluto matrimonio non tenere contractum, ea quam diximus, ratione: ſi hoc contrà tenebit. Et ita ſcilicet tenere iudicatum eſt, ut audio, in Senat. Pariſ. vigeſimaſeptima die Martij, anno 1520. ante Paſcha, inter *Ioannem Cochor, dit, de Biban, &* *Carolum*

*Carolum Gueſdon.* & iterum die 7. Septembris, anni ſequen.inter eaſdem partes.Sunt autem quędam conſuetudines expreſſę in contrarium,vt ſcilicet non valeat huiuſmodi contractus,ſoluto matrimonio: ſcilicet Borboniorum,c.171.& Biturigum,ti.1.c.17.

110 *An hac cõſuetudo habeat locum in donat. facta ab vxore liberis.*

¶Duodecimò quæro, quid ſi mulier velit donare filijs ſuis, an requiratur conſenſus mariti, requiſitus ex hac noſtra conſuetudine? Bal.conſil.407.præſupponendum eſt,quòd in terris.li.2. mirabiliter ſimul & ſingulariter conſuluit, ſtatutum quod requirit conſenſum proximorum in contractibus mulierum,nõ habere locum, cùm mulier donat liberis. Mouetur, quia hæc donatio collata in liberos pietatis ratione, non intelligitur eſſe prohibita.l.1.C.de impo.lucra.deſcript.lib.10.& l.uoluntas. C. de fideicom. Et quia etiam huiuſmodi ſtatutum emanauit,propter fragilitatem mulierum,quę ratio non poteſt hoc caſu procedere, cùm mulier non id ex fragilitate facere videatur, ſed potiùs ex pietate, per l.liber captus.C.de capt.& poſtlim.reuer. Quæ quidem deciſio eadem ratione procedit in caſu noſtrę conſuetudinis,ſi ea fuit inducta ob fragilitatem mulierum. de quo alibi diximus.

111 *Vir & vxor poſsũt inuicẽ mutuo dare. Emere & vendere.*

¶Decimotertiò quæro, Certum eſt in iure,quòd uir & vxor poſſunt inuicem contrahere: vt de mutuo eſt tex.in l.pen.in princ.& in l.ult.ff. de in rem verſo.& in l. Aurelius.§.vlt. ff. de lib.lega. De venditione,in l. ſi vir. ff.de præſcrip.verb.& in l.cùm in fundo.§.vxor.ff.de iure dot.& l.ſi ſponſus.§. circa venditionem. ff.de donat. inter vir.& vxo.& l.quod autem. §. ſi vxor à marito.eo. titul.& rurſum in l.ſed ſi vir ex lana §.ſi duo.& §.ſi vir. eod.quoque tit.& l.ſi non verum.& ibi gloſſ.& Dd.eo. titu.& l.ſi Gaudentius.C.de contrahenda emptio.& venditio. *Societatẽ cõtrahere.* De ſocietate,in l. ex diuerſo. §.1.& ibi Bal.Imol. & recent. qui eum §.legunt cum §. ſocero. l.præcedentis.quæ eſt lex rei iudicatæ. ff.ſolut. matri.& l.alimenta. §.qui ſocietatem.ff.de alim.& cib.leg. & l. cùm hic ſtatus.§.ſi inter virum.ff.de donat.inter vir. & vxor.& uoluit Bald.in l.ſi vxor tua.col.2.uerſ.denuò quæro. C.de condi.inſer. *Permutare. Deponere. Pignorare.* De permutatione,in l.ſi prædia.in princ.& ibi Bal.de dona.inter uir.& vxor. De depoſito,in l. vlt. verſi.idem quærit.ff.ut legi.nomi.caueat.& Bal.in d.l.ſi vxor tua.col.3.uer.extrà quæritur. De pignore,in d.§.ſi vxor à marito.

112 ¶Idque ad omnes contractus, præterquam ad donationem, vbique trahunt Dd. vt Bal. in d.l.ſi prædia. & conſ.29.caſus,vir donauit,col.vlt.verſ. ſecunda concluſio,lib.1.& conſi.66.inter virum & vxorem. eodem lib.1.Fulg.in l.ſi mater. C. de contrah. empt. latè Alex. conſil.86.ſuper dictis duobus quæſitis.in princip. lib.5. vbi Carol. Molend. in addi. alios citat,quos videbis,& præter eos Georg. Nat. in repet. cap. quamuis. colum. 11. verſic.2.not.de pactis,lib.6. Fab. à Monte S.Sab. in tract.de empt.& vendit.in 2.quæſt. 3.quæſt. princip. & Philippus Dec.conſil.58. cuius ſuperſcriptio incipit, ſi maritus.

113 *An vir poſſit autoritatem præſtare vxori ſecũ contrahenti.*

¶Quid ergo, ſi vxor donet uiro, in caſu permiſſo, aut ei uendat,aut cum eo permutet, aut aliàs contrahat? poteritne maritus authoritatem, aut conſenſum, qui ex noſtra conſuetudine, in contractibus uxoris requiritur, ad ſuum commodum & utilitatem interponere? Et uidetur primùm, quòd non poſsit, per textum in l. 1. in princ.ff.de autor. tuto.& in l.1.§.fuit quæſitum.ff. ad S.C.Treb. quibus iuribus cauetur, non poſſe quempiam autoritatem accommodare ei actui, ex quo ſibi principaliter aliquid quæritur: idque etiam ſi fiat iuſſu teſtatoris: nam et in eo caſu nuncupatim loquitur d. §. fuit quæſitum.

114 *An proximi quorum conſenſus ex ſtatuto requiritur, poſsint ad ſuum commodum cõſentire.*

¶Et ex hoc expreſsè not.Barto.Imol.Alexand.in dicta l. 1.de auto.tuto. quod cùm per Italiam ſint ſtatuta, ne mulieres et minores contrahant ſine conſenſu proximorum, non poſſunt ipſi proximiores illis conſenſum præſtare in eo, quod ſibi directè eſt quærendum. & idem voluit Bald.conſ.139. ſecundum tale eſt, D.A. poſt mortem, in fin. lib.2.& conſil.407.præſupponendum eſt, colum.2.verſic.præterea conſiderandum,eod. lib.2. et conſil. 193.punctus, prohibetur per ſtatutum, lib. 5. & Angelus, loquens etiam in ſtatuto requirente conſenſum mariti, in §.œconomus, per illum textum, in authen. de ali. & ęmphyt. Imol.Raph. Co.Alexand. & Iaſon, in dicta l.j. §. fuit quæſitum, ff.ad Trebellian. Panorm. qui hoc dicit notandum, in cap. ſicut noſtris, colum.vltima, extrà,de iureiurando, Paul.Caſtren.in l. ſenium, C.qui teſtam. facere poſſunt,& conſi. 329.viſis & conſideratis, colum.3. verſi. itaque quia ſecundum, lib.j.et conſi.319.viſo puncto, colum.j.lib.2.Rom.in l. j.C.unde vir,& vxor,& in l.pactum, colum. pen.verſic. præterea contra hoc, C.de colla.Alex.conſ.106.quò ad præſens,col.vltim.lib.j.& Barb. conſi.41.immortalem, col.3.lib.4.Philip.Corn.conſi.254.videtur in hac conſultatione,colum.4,verſi. præterea conſenſus,cum ſeq. lib.j.& conſi.294.eleganter,colum.j.verſi.& dum Piſis legebam, eodem lib.j. vbi dicit, in hanc partem conſuluiſſe Bald.à Bar. Barpt. Soc. Saluſt.Bened. Bar. Othonem,Nicol. & alios plures præclaros Dd. Et idem quoque tenet Cępol.cautel. 237.vt vxor poſsit inſtituere,& Benedi.Capra, conſi.144.pro præfati dubij declaratione,colum.3.& Ioan. Lup.in repet.rubr. de donat.inter uir.et uxo.§.68.colum.5.uerſi.ex quo dicebatur. Et idẽ in ſtatuto,quòd nullus poſsit contrahere ſine conſenſu patris,tenuit Paul.Caſtr. conſi.405.viſo compromiſſo, poſt princ.lib.j.et Iaſon conſil.69.vt præſens deciſio.in 2.dub.lib.j.

105 *Filiusf.an poſsit donare cauſa mortis patri conſentienti.*

¶Et in ſimili dicit glo. in dicta l.j. ff. de autor. tutor. quòd cùm filiusfam. non poſsit donare cauſa mortis, ſine patris conſenſu, l. filiusfamil.ff. de donati. et l.tam is, §.j.de dona.cauſ.mortis,non poteſt pater conſenſum accommodare filio ſibi donanti cauſa mortis. Et illam glo.ſequuntur Dyn. et Bart.ibi, et idem Barto.in dicta l.tam is, §.j.colum. vlt. et in l.frater à fratre, colum.ult. in 6.quæſt. ff. de condict. indeb. Ioan. Andr. in addit. Specul.tit.de inſtrum. edit. §.porrò, col.j.verſi.quòd ſi filiusfam.Ioan.Fab.in l.ſenium, C. de teſtam.et in §.j. col.2.verſic.ſed an ipſi patri, Inſtit.quibus non eſt permiſſum facere teſtam. Bal.in l.ſi furioſi, ad finem, C.de nupt.et in l.bonorum, col.vlt.verſic.et ex prædictis determinatur quæſtio, et ibi Barto.in addit. illius, qui facit ſingul.illam gloſ. C.qui admit. et idem uoluit Bald. in dicta l.ſi uxorem,colum.j. C. de condit. inſer.et in l. quoties,in fin. ff.ſolut.matr. ubi et eam gloſ. dicit ſing. et in c.cùm conſuetudinis, circa medium, verſi.et ideò ſi filiusfam.extrà, de conſuetud. et conſil. 213.occurrit dubium,in princip.lib. 2. et conſi. 290. hæ quæſtiones, lib.3.et conſ.331.quædam puella, eod.lib.3.et conſ.60. ſoluto matrimonio, lib. 4. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem, et conſil.80. permittendum eſt, col.j. lib.4.et conſi.199. refutatio,lib.5.Angel.d.conſ.303.factum tale eſt, filia refutauit, Imol. in d.l.j. §. quæſitum, et ibi Socyn. qui dicit, quòd etiam eſt communis opinio,col.4.verſic.poſtremò, ff.ad Trebel. et idem Imol. in l.in ædibus, §.quòd ſi filius, ff.de donat. Rom. in l.2. in princ. col.2. verſicu.tertiò in quantum, ff. eod. Paul. Caſtr.conſi.459. ſequendo ordinem, in princip.lib.j.et conſi.465.viſo compromiſſo, colum.j.eodem libro j.et Petr.Ferr.tit. forma libel. quo agi. pro donat. in gloſ.1. col.pen.verſi.vlteriùs quæritur, Nicol. Mil.in ſuo repe. uerſi.filiusfa.Barb.d.conſ.41.col.3.lib.4.Corn.d.conſ. 294.lib. 4. Guid. Papę, qui dicit, ita fuiſſe determinatum,deci. Delph.229.item in cauſa, Socin.conſ.112.repetito, conſi.172. multum abundè, col.2.verſ.ſuccedit nunc ſecunda difficultas,lib.2.et cõſ.23.circa prędictã, colum.3.



col. 3. verſ. quantum autem ad ſecundam. lib. 4.vbi ita quoq; dicit Salluſtium Peruſinum conſuluiſſe. Card. Alex. in c. vlt. in princ. colum. 4. verſ.quid econtrà.de donat.inter vir. & vxo.Philip.Dec.conſi.279.placet mihi.col. 2.Lud.Bol. conſi.44.cor mundum, &c.pro tanto uiſis ſtatuto. & c.in princ. Anton.Rubeus,conſi.27. difficultas caſus. col. 3.verſic.præmiſsis tamen non obſtantibus.& conſ.27.circa dubium,col.2. Et ab hac opinione negat recedendum in iudicando Steph. Bertran. conſ.86.Chriſti,&c. viſis tribus, colum.1.lib.1.& Pau. Pariſ. qui dicit, ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum.conſil. 97. ſtatutum, col. vlt.libro 3. Et in hanc etiam partem bene facit textus, in Clemen.ſi vna, & ibi glo.in verbo, menſæ ſuæ.& Dd.de reb.eccle.non alienand. & quod voluit Panor. in c. per noſtras. extrà, de iure patron.

116 *De eadem re.*

¶Sed in hoc vltimo, de filiofamil. donante patri, (nam de alio poſtea dicemus) contrarium tenuerunt Iac.Ra.Pet.Cyn. & Alex.in addi.Bar. in d.l.1.ff. de aut. tut.Cyn.Ray. Mart.Salyc.Alber.vterque Raph.Flor.& Paul.Caſt. in d.l. ſenium.C.qui teſt.fac. poſ.inter quos Paul.aſſerit ita ſe conſuluiſſe cum pluribus Dd. Peruſinis.Bal.ſibi contrarius in d.l.ſi quando.§. 1. C.de inoffi. teſta.& ſubobſcurè ita conſuluit, conſi.144.ſtatuto ciuitatis Papiæ.lib.2.& latè & apertè dicto conſi.60.ſoluto matrimonio. libro 4. dum dicit hanc partem eſſe de iuris ſubtilitate veriorem. Angel. etiam ſibi contrarius, qui ita dicit ſe conſuluiſſe. Raph.Co. Paul.Caſt.& latè Alex. col.3. & 4. Iaſon, col.1. vbi ita dicit magis communiter teneri,in d.l. 1. §. fuit quæſitum, ff.ad Trebel. & ita à pleriſque conſuluiſſe dicitur ipſe Angel. conſil. incip.factum tale eſt, domina Legia, quod tamen conſilium inuenire non potui inter ipſius conſilia, licèt diligenter conquiſierim. Nicolaus Neapolit. & Paulus Caſtrenſ.in l.qui in poteſtate. ff. de teſta. idem Paulus in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis mandauerit. ff. de acquir.hæred. Roman. ſibi etiam contrarius, conſil. 515. in quæſtione qua quæritur. Fulgo. conſil. 88. uiſis ſuperiùs allegatis colum. 2.uerſicu. verùm hæc ſecunda. Alexand.dicto conſ.106.& iterum conſi.29.ſubtiliter. colum. penult.verſi. & pro hoc etiam facit cum multis ſeq.lib.3. Barba.ſibi contrarius,in addi.Bald.in d.l. ſi vxorem.C.de cond.inſer.& in c. poſſeſsiones.colum.vltima. extrà, de rebus eccleſ. non alie.& Socin.ſibi item contrarius.conſi.87. in præſenti conſultatione, colum. 2.verſi. ſed ad prædicta. lib.1.& Stephan.Bertrand.ſibi contrarius,conſi.7. etiam ſi caueretur, num.3.lib.2.& conſ.32.optaſſem. colum. 2. uerſic. ad ſecundum.libro 3.& conſil.156.ex themate. colum.3.in 3.dubio,lib.4. & Bened.in repet.c. Raynutius.in verbo,matrem inſuper Cleram. numer.46. & nouiſsimè Ioan. Montefer. in repet.dictæ l.frater à fratre.colum.15.uerſic.vndecimò quæritur.

117 *Rationes poſterioris opi.*

¶Mouentur,qui hanc partem ſequuntur, primò per textum in l. 1. circa princip. C.de impo.lucra.deſcript. lib.10.vbi filiusfamil. poteſt conferre in patrem ſuas facultates in poſtrema voluntate, quod de donatione cauſa mortis intelligendum eſt, cùm teſtari non poſsit, etiam conſentiente patre, per d. l. ſenium. & l. penult. C.qui teſtam.fac. poſſ. At certum eſt,quòd filiusfamil. non poteſt donare cauſa mortis, ſine patris conſenſu, vt diximus. Ex quo neceſſariò fit,vt in caſu illius l.pater conſenſum præſtiterit, alioquin non ualuiſſet donatio. Item per textum in dicta l. 1. §. ſin autem, ff. ad Trebel. vbi poteſt reſtitui hæreditas ei,qui præeſt collegio,cum decreto & conſenſu ipſiùs collegij. Item per textum in c.cùm in iure. de offic. deleg.vbi poteſt quis ſibi, & ad ſuam vtilitatem conſentire, & ibi concord.in gloſ. Præterea pater poteſt conſentire filio adeunti hæreditatem, d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum,cum ſequẽ.ff. de acquiren. hæred. & tamen hæreditas pleno iure patri quæritur. l.placet.ff. eod.cum ſimil.. Ad hæc, ſi negaretur, poſſe filium donare patri,cum conſenſu ipſius patris, ſequeretur quòd patria poteſtas, quæ eſt ad acquirendum patri deſtinata, & ita in fauorem patris introducta, retorqueretur in ipſius odium, contra l. quod fauore. C. de legi. cum ſimil. Deinde adde textum in l. ſi pro patre.§.1.ibi,niſi donans. ff.de in rem uerſo.& in l.ſi quis pro eo.§.1.de fideiuſſ. & in c.cùm in ueteri.extrà,de elect.& quod voluit Ioan. And.in c. qui tacet,de regul. iur.lib.6. & in addit. Specu.tit.de his,quæ fiunt à prælat.col.pen. & vlt. & Ant.in c. nouit.extrà, eod.titu. cum alijs,quæ videbis ſuprà,in gl. præced.num.27.quibus concinit quod pulchrè voluit.

118 *Reſponſiones ad rationes alterius partis.*

¶Reſpondent quoque iuribus, quibus innituntur, qui primam partem ſequuntur. Nam dicta l. 1. ff. de autor. tutor & dicta l. 1. §. fuit quæſitum. ff.ad Trebel. loquuntur in autoritate, quæ ex cauſa officij interponitur: hic verò quæritur de ſimplici conſenſu, qui priuatim adhibetur: qui quidem poteſt adhiberi ad propriam vtilitatem, per iura allegata pro ſecunda parte: ſicuti præter illos, quos ſuprà citauimus, tenuit etiam Socyn.conſi.160. in præſenti conſultatione,colum.antepenul. in princip.lib.2. Item dictæ leges loquuntur in autoritate, quæ requiritur ad integrandam perſonam pupilli, ſupplendamque eius imbecillitatem; hic verò ſecùs, quoniam non minus eſt integri conſilij, atque iudicij filiusfamil. quàm qui ſui iuris eſt, & nulla ratione ętatis, aut diſcretionis habita, ſemper requiritur conſenſus patris: ideoque talis conſenſus poteſt interuenire poſt actum, vt not.glo. & Dd.in l. ultima,§.neceſſitate. C. de bonis quæ liber. Quod non poteſt fieri, ſi per modum autoritatis, & ad integrandam perſonam, requiritur, quin in ipſo actu deberet interponi, ut latè diximus ſuprà, in gl.6.in princ. Item patria poteſtas ordinatur ad ipſius patris vtilitatem, & propterea non mirum, ſi interponatur ad ipſius patris utilitatem, ad quam ordinatur. At autoritas tutoris, de qua dictæ leges loquuntur, ad hoc non ordinatur, per textum elegantem & aureum, in l.qui ſine uſuris. ff.de nego.geſt. Sed & dicta Clem. ſi una. de rebus eccleſ. non alienan. cum alijs allegatis per Dd. loquitur in conſenſu ſuperioris, præſtando in actu inferioris, per modum autoritatis,ut no.Ioan.Andr.poſt alios,in c.1.de rebus eccl. non alien. lib.6. & Dd.in c.cùm vos. de his,quæ fiunt à prælat. Hic uerò ſecus, ut dictum eſt. Idem authoritas Prælati non ordinatur ad ſuum commodum, ſicuti nec tutoris: tutor enim & Prælatus æquiparantur, ut alibi latè diximus.

119 *Redit ad conſenſum mariti, & conſanguineorum.*

¶Sed redeundo ad primum caſum, qui ad hunc locum propiùs accedit, videlicet ad ſtatutum, quod exigit conſenſum mariti, aut proximorum in contractibus mulierum: fuere etiam, qui tenuere contrarium eius, quod ſuprà in princip. diximus, videlicet, quòd maritus, aut conſanguinei poſſunt huiuſmodi conſenſum ad ſuum commodum interponere. Ita enim videtur voluiſſe Oldrad. conſil. 182.licèt victoria.& Baldus, ſibi contrarius, in dicta l. ſi quando. §. 1. C. de inoffic. teſtam. & conſil.6. hæc eſt copia.ante fi.lib.2.& iterum conſil. 407. præſupponendum eſt. verſic.præterea conſiderandum eſt. lib. 2. & iterum conſil. 80. præmittendum eſt ad euidentiam. lib. 4. & Angel.ſibi etiam contrarius, in d. l. 1. fuit quæſitum. ff.ad Trebel.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Tuderti, in quæſtione facti: & ita ſanè, cùm ex facto incidiſſet, conſuluit ipſe conſil. 143. tria videntur impugnare, & vtrobique ijſdem fermè rationibus, quas ſuprà in altero caſu adduximus. Et Panorm. ſibi contrarius, in dicto c.cùm in veteri. col. 4. verſic. nota tamen primùm. de electio. Alexand.ſibi quoq; contrarius d.conſil. 29.col.pen.in fi verſ.confir-

mari poteſt.cum ſeq.lib.3.& latè Corne.ſibi item contrarius,conſ.242. Circa primum quæſitum,in tribus primis col.lib.4.& Ioan.Monteſer. in repe. d.l.frater à fratre.quo loco ſuprà citauimus.

120 *De eadem re.* ¶Et in eadem quoque ſententia videtur fuiſſe Bald. ipſe,in d.l.1.poſt princ.C.vnde vir & vxor.dum conſuluit, quòd ſi ſtante ſtatuto,quòd vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, vxor velit virum inſtituere, vt ipſe renuntiet iuri conſentiendi, quod facere poteſt, cùm ſit introductum in fauorem ipſius, argu. not. in l.2.C. de teſtam. & tandem ad cautelam conſentiat, l.ſi pater, in fin. ff. de man. vin. vt ſaltem de facto obſeruetur tenor ſtatuti.l. quidam cùm filium, ff. de uerbor. obligat. Nec obſtat, inquit, d.l.1. ff. de autor. tut. quia loquitur in autoritate, quæ exigitur fauore tertij, ſcilicet minoris:ideò tutor non poteſt ei renuntiare. Hic autem videtur factum ſtatutum in fauorem viri, l. cùm pater, §. libertis. ff. de lega.2. Hæc Bal. quem ſequitur Salyc.ibi, & Barb.in c.poſſeſsiones, ad fin. extrà, de reb. eccl.non alienan. Et in hanc quoque partem videtur inclinare idem Bald.in l. pactum quod dotali, in 21.q.C.de pact. de cuius inibi dicto latè diximus ſuprà, in glo.5.in verbo, *contracter*.nu.33.ſecundò intellige.& multis ſeq.& Rom. in l. transfactionem.in fine.C.de tranſact. Et Socinus, qui loquitur de conſenſu viri, conſil.80.præſens conſultatio.col.3.verſ.ſed contra hanc.lib.4.vbi tamen nonnihil nutat.

121 *De eadem re.* ¶Mirum eſt, quòd nihil fermè in iure noſtro ſine controuerſia eſt, ſiue id iuris obſcuritas efficit, ſiue ingeniorum ſubtilitas, ſiue contrà imbecillitas, ſiue etiam ſtudium contradicendi, ſiue aliud quicquam. Alex. autem in d.l.1.ff.de autor.tutor. & rurſum in d. l. 1.§. fuit quæſitum.ad Trebel.& cæteri recentiores dicunt, quòd deciſio huius articuli ex eo pendet, an hoc ſtatutum fuerit introductum in fauorem viri, ſiue propinquorum, an verò in fauorem mulieris ad integrandam illius perſonam. Nam ſi in fauorem viri, expeditum eſſe ad ſuum commodum poſſe conſentire, ſin ad integrandam perſonam, ſecùs. Tandem concludit, videri factum ad integrandam perſonam, & ſupplendam imbecillitatem mulieris, per not. per Bald. in d. l. transfactionem. C. de tranſact. Ideoque non poſſe maritum, aut conſanguineos mulieris conſentire ad ſuum commodum,niſi id palàm fieret, & bona fide,per l.cum ipſe C.de contrah.empt. & quod plenè not. Bart.in l.pupillus.§.vlt.ff.de auto.tuto.Et hoc(vt dicit) videtur ſentire Cyn. in d. l. ſenium. cùm allegat d.l. cùm ipſe, cum concord.traditis per ipſum Alex. in d.§. fuit quæſitum, in princ. & Socin.d. conſ. 87.col.2.ad fin.cum princip. ſeq.lib.1.

122 *De eadem re.* ¶Videant igitur ſtudioſi, vtram huiuſmodi ſententiarum veriorem ſuſtinere malint. Non noſtrum enim inter tot legum vertices, tantas componere lites. Tamen in caſu noſtræ conſuetudinis ſemper exiſtimaui, eam magis conſideraſſe viri commodum, quàm fragilitatem mulierum, vt ego dixi ſuprà,eod.§. in gloſſ.6.in fin. Ideò etiam paſsim utimur, & conſuetudine obſeruamus, vt maritus ipſe in caſu, de quo loquimur, uxori ſibi donanti, aut vendenti, autoritatem accommodet. *Cautela ad hãc rẽ.* Tamen ſi quis rem ipſam omnino claram atque apertam facere velit, vt ab omni dubitationis ſcrupulo ſit prorſus aliena, id facilè obtinebit, ſi loco conſenſus, aut autoritatis ipſius uiri, decretum ſiue autoritatem iudicis adhibeat, vt eſt Bald.ſententia, in d.l.ſi furioſi.in fin.per glo.ibi. C. de nupt. quam ſequitur & dicit ſingul.Alex.in d.l.1.ff.de auto.tuto.& illum quoque dicit ſing.& perpetuò not.idem Alex.in d.§. fuit quæſitum col. 4. vltimo pro hoc allegat, ff. ad Trebel. vbi etiam Iaſon col.1.ſequitur: vti etiam facit d. conſi. 69.in 2.dubio.libro 1.& etiam Barba.conſi.10.illud referam. colum.10.verſi.præterea etiam ex alio,lib.4. Et idem videtur voluiſſe Roma.in d.l.1.C. vnde vir.& vxor. dum dicit uirum non poſſe huic ſuo conſenſui renunciare, per l.ſcire debetis. C.vt in poſ. lega. Sed dat huiuſmodi cautionem,vt vir habeat,& iudex ſuppleat,arg.l.bonorum. C.qui admit. & l.ſi infanti. C.de iur. delib. & d.l. ſi furioſi, C. de nupt. & illum ſequitur Cœpol. cautela 237.ut uxor poſsit.

¶Illud autem non prætermiſerim, in ea Doctorum controuerſia fuiſſe, qui diſtinguerent, vtrùm videlicet pater vel maritus generaliter conſenſerit filio, aut vxori, vt videlicet poſsint cum quibuslibet contrahere: aut ſpecialiter:vt videlicet ſecum nuncupatim contrahant: & primo quidem caſu valeat conſenſus, etiam quantùm ad contractus, qui ſecùm poſteà fiunt, ſecundò non valeat.Ita poſt Pet.à Bel. Pertica,in d.l.1.ff.de aut. tuto. dicitur voluiſſe Bald. conſilio quodam à me nuſquam reperto, incip. quatuor puncta, prout illum referunt,& ſequuntur Socin.d.conſi.112.col.3.lib.4.vbi dicit, hanc diſtinctionem eſſe æquiſsimam, & d. conſil. 23.col.5.verſi.ad idem adduco, lib.4.& Corn.d.conſil. 242.col.2.lib.4.vbi etiam dicit,huic conſil. ſubſcripſiſſe Honofrium à Bartolinis, & Eugenium Peruſinum. Sequitur.item nouiſsimè Iaſon, qui id reputat ſingul. d.conſ.69.in 2.dub.lib.1.ubi & hoc dicit uoluiſſe Cyn. in d.l.1.ff. de autor. tuto.vti& ipſe voluit poſt Iac.Aret. quos etiam refert & ſequitur Alex. in d.l.1. §. fuit quæſitum,colum.penult. verſic. non omitto tamen,ff.ad S. C.Trebel. ſequitur item Philip.Dec. conſi.246.in cauſa quæ iam diu.col.2.in fi.& d.conſi.279. colum. penul. in quibus tamen locis hoc notabiliter intelligit, modo generalis ille conſenſus ita non uideatur factus, ut ex compoſito, & de induſtria cenſeatur adhibitus fuiſſe, eo fine, vt contractus ( de quo quæritur ) fieret cum eo, qui conſenſum præſtat, vt quia fuit præſtitus paulò ante eum contractum, & cætera, quæ ibi ſubtiliter declarat. 123 *De eadem re.*

¶Aliter autem diſtinguit Bal.d.cõſ. 60.lib.4. utrùm uidelicet pater palàm & bona fide conſenſerit, & ualeat: an in fraudem liberorum, & non ualeat. Cuius etiam ſententiæ ſatis uidetur fuiſſe Panor. in d. c. ſicut noſtris.in fin.de iureiur.& Alexã.in d.l.1. ff.de aut. tut. & in d.l.1.§. fuit quæſitum.ff.ad Treb. ubi ſuprà illum citauimus.& Socin.d.conſil.23.col.5.uerſi. hanc etiam partem.li.4.& d.conſ.80.col.5.uerſi.& licèt iſta reſponſio.libro 4.Pro quibus eſt text. in d.l. cùm ipſe, & quod ibi not.glo.Bal.& Salyc.C.de contrah.empt.& not.in l non exiſtimo. & in l.quatenus, §. ſicut. & in l. tutor rerum.ff.de adminiſtr.tut.& per Bar.in l.pupillus. §.ult.ff. de auto.tuto. 124 *De eadem re.*

¶Decimoquartò quæro, Maritus ſemel præſtitit conſenſum contractui uxoris, an poſtea poterit huiuſmodi conſenſum reuocare? Dic quòd non,quia per illius conſenſum legitimatus eſt ( ut ita loquar ) contractus, & ius ei quæſitum, qui contraxit: ideò non licèt in eius præiudicium uariare, ut in ſimili uoluit Paulus Caſtren.in l.ſi cùm dotem. §.eo autem tempore,uerſ.2. not. per glo.1.ff.ſolut.matr.& ante illum Bald. in l.ulti. §.neceſsitate,col.3.uerſicu.quæro an pater poſsit reuocare.C.de bon.quæ liber. Et hoc perpetuum eſt,ut cùm alicui fuit data facultas, aut conſenſus præſtitus, cui concedens obligari poteſt, non poſsit poſtea reuocare, per textum not.in l.1.§prodeſt. ff.quorum leg. Et conſuluit,illo tamen text. non citato, Angel.conſ.290.thema eſt tale.colum.4.uerſi. præterea hic. & ſeq.& uoluit Franc. Aretin.qui illum textum dicit ad hoc not.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.col.antep. ff.de acqui. hæredi. Secùs autem,ubi non obligatur concedens ei, cui conceſsit,per gl. not.in Clem.1.in uerbo, obtenta. de teſta. quam ſequuntur ibi Paul. Eleaz. & Cardina.Florentin. in 5. 125 *An vir qui conſenſit contractui vxoris poterit conſenſum reuocare.*



in 5.q.& Franc. Aret. in d. §. iuſſum, vbi dicit etiam illam glo.ad hoc eſſe not.

126 *De eadem re.* ¶Quibus adde quod ſcribit Bald. in repet.l. 1.col.6. verſi.ſed iuxta hoc quæritur incidenter, C.de ſacroſan. eccleſ. quòd ſi filiusfam. de conſenſu patris fecerit teſtamentum ad pias cauſas, vti poteſt facere,non poteſt pater ſolus huiuſmodi teſtamentum reuocare, nec quò ad inſtitutionem hæredum, nec etiam quò ad legata, per iura, quæ ibi allegat. De quo & ipſe Baldus in l. ſenium, C. qui teſtam. facere poſſunt. vide etiam in ſimili,quæ ſcribit Bart.in l.2. §.1.in 4. quæſt.& ibi Rom.in fin.princip.ff.de donatio.& idem Bar. in l. qui preci. ff. de donat. cauſa mort. & Cyn. & Alij in l.nec fratris,C. eod.tit.& Bald.in l.vltima, §.neceſsitate, col.3.verſicu. quæro an pater, C. de bon. quæ liber. & quæ diximus ſuprà,in glo. 5.in verbo, *contracter*, nume. 90.incip.illud item 6.& 2.ſeq.

127 *Si vir nolit conſentire vxori volenti cõtrahere, quid agendum.* ¶Decimoquintò quæro, Quid ſi nolit vir ab initio conſentire vxori contrahenti fortè vtiliter. Barto.in l.ſi cùm dotem, §. eo autem tempore, ff.ſolut.matrimo.dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſsit contrahere, vel teſtari ſine conſenſu conſanguineorum, ſi conſanguinei requiſiti nolunt conſentire, iudex examinabit cauſam contradictionis: & ſi eſt iuſta cauſa, bene quidem: ſin minùs, iudex permittet mulieri contrahere, aut teſtari, per illum text. & illum ſequuntur Bal.Angel. Imol.Rom. Paul.Caſtr.Alex.& omnes ibi, & Bald.qui hoc dicit not. in rubr. C. de contrah.empt. in 24.quæſt. & in l. 1. paulò ante fi. per illum text.C.de nupt. & in l.in coniunctione,col.vlt.verſicu. quid ſi iſti duo,C.eod.tit.& in l.1.colum.vlt.verſi.ſed quid ſi ſtatutum.& ibi Iaſon, col.antepen.verſi. confirmo per optimum ſimile, C. qui admit. & in l.ſi quis.§. ſi quis creabitur,ff.de excuſ.tuto. & in c.1.colum.vlt.verſi.& tunc eſt argumentum,& ibi Card. Alex.in verſi. quid autem, in princ.& Matth.Afflict. colum.2.num.25.tit.de conſuetud.rect.feud.Salyce.in l. dudum, in vlt.queſt. C.de contrah.empt. Anton.in c. cùm conſuetudinis,de conſuetud.Pet.Anch.in repe.in c.1.in 14.q.princ. verſi.ſed pone quòd ſtatutum, de conſtit. & Rom. & Iaſon in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, ff.de iureiurand.idem Rom.conſi.36.viſa diſputatione,poſt princip. Panor. in c. 2. tuæ fraternitatis, in vlt. char. de cler.non reſid. & in c. quod Dei.ad fin. de ſtat.monac. & in c. nullus, in 3.notab.per illum text. de iure patro. ubi dicit, ita ſe conſuluiſſe, ſicuti verè conſuluit, conſil. 65.ad deciſionem prædictorum, col. vlt. lib.2. in quib. duobus vltimis locis dicit,hoc eſſe generale, vbicunque requiritur conſenſus alienus in facto, aut ad fauorem alterius.Paul.Caſt. conſi. 91.in cauſa appellationis,col. 3.verſi.2.dicitur non fuiſſe,lib.1.Angel.Aret.in §.conſequens.ad fin.Inſt.de ſuſpect.tut.Barb.in c.ex parte.in addit.extrà,de accuſ.& conſ.12.ſcribitur apud Prophetam,col.11.verſic. cùm ergo huiuſmodi hæreditas. ſub num.18.lib.1.Corn.conſi.167.in hac conſultatione,colum.1.verſi.& aliàs habemus,lib.2.Fely.in c.cùm acceſſiſſent,col.9.uerſic.confirmari poteſt,de conſtit.& in c. ſuper quæſtionum, §.1.col.vlt. verſi. vlt.de offic.deleg. Iaſon in l.bonorum, col.3.verſic. hinc ſe offert, C.eod. Philip. Dec.in c. auaritiæ, in ſi. de præben. Corſ.in ſuis ſing.in uerbo,conſenſus,ſtatuto cauetur.Matth.Afflict. in Conſti. Siciliæ,incip.conſtitutionem diuæ memoriæ. in 5.notab.in 12.q.Hippol. Marſi.in l.1.§.præterea.col. antepenult.ff. de quæſtion. Ioan.Lup. in repet. rubr.de don.inter vir.& vxo.§.22.

128 *De eadem re.* ¶Et ad hoc faciunt not. in alijs ſimilibus, per glo.in c.ſi religioſus,in uerbo,obtenta.& ibi per Dd. de elect. lib.6.& in c.1.in uerbo,contradicant.65.diſt.Iac.Aret. Cyn.Bart. Bal.& alios,in l.vlt.§. neceſsitate,C.de bon. quæ lib.& Archid. in c. primatus,in fin.71. diſt.Specul. & Ioan. And.in addit.illius,in tit. de actore,§. 1.uerſic. ſed quid ſi pater.Ioã. Andr.in d. c.nullus, & in c.nobis, col.1.in uerbo. diocœſani,de iure patro.& in c.cùm ex eo.ſuper uerbo,poſsit. de elect.lib.6.Franc.Tigr.Bald. Salyc.Fulgoſ. Paul.Caſtr.Rom. Alex.& recentiores,in auth.quod locum, C.de collat. Bar. in l.1.§. ſi plures.in repet.col. 4.uerſi.quæro ſecundò, quid ſi ille,ff.de exer. & in l.vlt.col.vlt.C.de appel.rec. Rot. Dec.307.permutatio facta,ad fi.in nouis. Alber.in l. vbi ad adhuc.in fi. C.de iur. dot. & in l.1.in princ. uerſi. ex prædictis,ff.de admi.tut.ubi loquitur de tutore, qui negat præſtare autoritatem pupillo. Nicol.Neapol.in l.quid ergo, §.vſuras,ff.de contr. iud.tut.Bald.in l.uiduæ,per eum tex.C. de nupt.& in c.1.col.ult.uerſ.ſed quid ſi requiſiti.& ibi poſt eum Alua.& Card.Alex. etiam col. vlt. tit. quid ſit inueſtit. Fulg.conſi. 75.ex facto proponitur, in fi.Pan. in c.2.& in c.ex parte Aſtenſis. de conceſ.præben. & in c.auaritiæ, ad fi.de præben. & in c. 1. de rerum permut. & in c,relatum, colum. 2.uerſi,nunquid autem.de cler. non reſid.& conſi.58.quidam D.Iac.col.penul.lib.2.& quod ſingul.dicit ibi Panor.in c.cùm acceſſiſſent.& ibi poſt eum Fely.col.9. verſ.tertiò reſtringitur,de conſtit. Card. Flor.conſi.82.ad primum dico,uerſi.& ſi diocœſanus,Alex.in conſi. non ſolùm, col.pen.ff.ſolut.matr. & conſi.57.proſpectis teſtamento codicillis,col.3.ver. nec uidetur, quòd ex dicta diſpoſitione, & Fran. Aret. conſi.73.præſuppònitur in facto, col.pen.& Fran.Rip. in l.2. §.voluntatem, col.2. ff.ſolut.matri. & quæ diximus ſuprà,in 1.q.

¶Sed hoc multis modis declarandum eſt. Primò,vt ſcilicet non ſufficiat conſanguineum contradicere, ſine iuſta cauſa, ad hoc, vt poſsit mulier benè contrahere; quin ſi faciat, erit contractus nullus, niſi adhibeat iudicem, qui cognoſcat,an habeat iuſtam cauſam contradictionis, vt illi dicunt: & ſi iniuſtam comperiet, decernet mulierem poſſe contrahere. Ita expreſsè voluerunt Bal.& Card. Alex. in d.c.1.in locis ſuprà allegatis. tit. de conſuetu.rect. feud. & idem Bald.in d.rubric. de contrah.empt.in 14.q. & Corn. d.conſi. 167.colum. 1. ad fin.lib.2. 129 *Sed an ſatis ſit, non ſubeſſe cauſam cõtra dicẽdi, vt vxor poſſit contrahere.*

¶Et ita voluiſſe videntur omnes, quotquot ſuprà in princ.tractauimus, præter Rom.in d.conſi.16.vbi videtur voluiſſe, non eſſe neceſſe, licèt tutiùs ſit, iudicem adhiberi. Pro quo facit quod plerique volunt, contradictionem iniuſtam,& non legitimam, haberi pro conſenſu,per l.dotem.& ibi gl.Bal.& alios,ff.ſolut.matrim. &c.1.extrà, de his quæ fiunt à maio. part. cap.& uoluit Archid.in c.1. de conſti. lib.6. & Pan.in c. quoniam.in fin.extrà,de vit. & honeſt. cler.Bald.Nouel.in tractatu doti.in 2.ſpec.6.part. & Ioan. Lup.in d.rubr. de donat. inter uir.& uxo.§.22.in fi.Et idem etiam voluit in caſu d.l.vlt. §.neceſsitate. Accur.ibi,in princ.glo. magnæ.& Vber.Bonac. quem refert & ſequi uidetur Ioan.And.in d.§.quid ſi pater. per text.in l.1.§.non exigitur,ff.ut in poſ.leg.Et quia, vt dicit Ioan.Andr.præſens & conſentire nolens, pro abſente habetur: igitur non debet expectari eius conſenſus.l. ſi longiùs. ff. de iudic. & alijs iuribus per eum allegatis. 130

¶Tu tamen tene priorem partem, quæ verior eſt & communior. Quam tamen limitabis procedere, niſi eſſet periculum in mora, ſi expectaretur iudicis decretum, quia tunc eo non expectato, conſanguineis iniuſtè contradicentibus, poterit mulier liberè contrahere ſine ſolennitate, ſicuti ſingulariter etiam in hac ſpecie voluit Panor. in c. cùm in veteri. col. pen. verſ. ſed dubium eſt. extrà, de electione. Pro quo facit.quod in ſimili habetur in l. tutor, qui repertorium. ff. de admin. tut. quòd imminente neceſsitate, poteſt tutor ſine confectione inuentarij tutelam adminiſtrare, quòd aliàs non poſſet. Per quem text.dicit idem Panor. in c. vlt. 131 *Quid ſi periculum ſit in mora.*

colum. 2. verſ. omnia prædicta. de eccle. ædific. quòd ſi imminet neceſsitas alienandi bona eccleſiæ cathedralis, quæ exigat tantam celeritatem, quòd non permittat conſuli ſuperiorem, poteſt Epiſcopus liberè aliena re illo inconſulto, non obſtante iuramento ab eo præſtito, de non alienando eo inconſulto. Et quod voluit Anton. in c. inter quatuor. de cler. non reſid. quòd licèt clericus non poſſet ſine conſenſu Prælati abeſſe à ſuo beneficio, per c. relatum. de cleric. non reſid. Si tamen ſuperueniat talis neceſsitas, quæ ſine periculo non permittat adire Prælatum, poteſt abire eo inconſulto, Et quod etiam voluit diuus Thomas. 2.2. quæſt. 88. art. 2. ad fin. & iterum quæſt. 147. art. 4. inter medium, de obligato ad ieiunium, conſtituto in periculo adeò imminenti, vt non poſsit adiri ſuperior ad habendam diſpenſationem. Quæ omnia retulit Felinus, in dicto c. cùm acceſsiſſent, colum. 9. de conſtit Cui adde quæ diximus in noſtro tract. Retractuum, tit. 1. §. 26. in glo. 1. vbi multa de neceſsitate congeſsimus, & quæ in ſimili diximus ſuprà in gloſſ. 6. num. 34. incipiente, limita tertiò.

132 *An loco viri alius ſit ſubſtituendus.* ¶Secundò declara, vt videlicet ita procedat, vt cùm ſtatutum requirit proximiorem conſanguineum, ſi proximior contradicit, & quidem ſine iuſta cauſa, iudex in eius locum ſufficiat alium remotionem, qui conſentiat, ſi habeat alium. Ita voluit Bald. in dicta l. viduæ, per illum text. ibi, ſed fortè. C. de nupt. & ſequitur Paul. Caſt. in dicta l. ſi cùm dotem, §. eo autem tempore, in fin. & ibi etiam Alexand. qui. hoc dicit ſingul. colum. penult. ff. ſolut. matri. pro quo dicit ipſe Alexan. eſſe bonum textum, in l. cùm antiquitas, & quod ibi notat Paulus Caſtr. C. de teſtam. & in §. ſi verò abſint, in authen. de hær. & Falcid. Et facit quod in ſimili voluit Bald. in l. cùm ſententiam, ad fin. C. de ſent. & Paulus Caſtr. in l. 1. C. vnde vir & vxor. & multa, quæ congeſsimus ſuprà, in 1. q. numer. 20. ſed & tunc. & multis ſequentibus.

133 *Quid, ſi cõſuetudo vltra conſenſum viri requireret decretũ iudicis.* ¶Tertiò declara, vt etiam procedat, niſi ſtatutum requireret conſenſum conſanguineorum, & præterea decretum iudicis: quia tunc ſi conſanguinei recuſarent ſine iuſta cauſa, ſolus iudex ſupplere non poſſet, arg. not. in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. Ita voluit Bald. in dicta rubric. de contrah. empt. in 24. q. & Salyc. in dicta l. dudum, ante fin. C. eod. titu. vbi ad hoc præterea allegat in argum. d. l. vlti. C. ſi propt. pub. penſi. & not. per gl. in l. 2. C. de fide inſtrum. Et ſubdit, hoc caſu eſſe cautelam, vt duo iudices adhibeantur: vnus quidem, qui interponat decretum, ſeu conſenſum, & alter qui ſuppleat vicem conſanguineorum, recuſantium ſine iuſta cauſa, per id quod in ſimili habetur in l. vltima, §. ſin autem dubius. C. de iure delib. vbi cùm alijs tabularijs, ſpecialis tabularius adhibetur loco teſtatoris, qui neſcit ſcribere. Et facit etiam, inquit, l. hac conſultiſsima, verſicu. ſed quia tabulariorum, Cod. qui teſtam. fac. poſ. Quod dictum ſequitur, & dicit notab. & menti tenendum Alexand. in dicto §. eo autem tempore, colum. penult. vbi & illud dictum Bald. pro eleganti citat. Sequitur etiam Corn. d. conſilio 167. verſic. dictum autem Bart. lib. 1. & Iaſon, qui id reputat ſingu. in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, ff. de iureiur.

134 *Deciſio prĩcipalis quæſtionis.* ¶Ex quibus planè conſtat, quid dicendum ſit in caſu noſtræ conſuetudinis, requirentis conſenſum mariti in contractibus vxoris. Eſt enim eadem ratione idem dicendum, quod in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum, ſi tamen hæc noſtra conſuetudo exigit conſenſum mariti ad commodum vxoris, & ad integrã dam ipſius perſonam, vt fit in dicto ſtatuto, vt alibi plenè diximus. Sed quia arbitror, vt ſæpe ſuprà ſcripſimus, hanc noſtram conſuetudinem conſenſum mariti exigere in contractibus vxoris propter præiudicium ipſius mariti, cum res ipſa priuatim tangat commodum vel incommodum viri, qui, vt alibi cauetur, ſuos facit fructus omnium bonorum vxoris, poteſtque de illis & bonis mobilibus ipſius, vt libuerit, diſponere: ideò non putarem poſſe virum cogi, vt conſentiat, aut eo cõtradicente iudicem vxori permittere, vt contrahat, & ita conditionem mariti, eo inuito deteriorem faciat, niſi fortè vxor vellet facere contractum ſibi valde vtilem, & commodum: & nihil, aut etiam, ſi poſſum dicere, modicum præiudicij marito adferentem: tunc enim ceſſante præiudicio mariti, non uideo quin poſsit iudex vices ſuas interponere, vt in ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum. Cogita.

135 *Quid ſi vxor contrahat cũ extraneo, cui iureiurando ſe aſſerat innuptam.* Decimoſextò quæro, Quid ſi mulier maritata ſine conſenſu mariti contrahat cum externo quopiam, cui ſe doloſè iureiurando interpoſito, aſſerat innuptam, & ita liberam ad contrahendum? Videtur ualere contractus, per id quod in ſimili dicitur, in l. 2. & 3. C. ſi minor ſe maio. dixer. vbi valet contractus factus à minore, qui ſe maiorem aſſerit, nec iuuatur is beneficio reſtitutionis in integrum. & ſimiliter quod habetur in l. ſi decipiendi. in prin. & ibi not. ff. ad Velleian. & l. fœminis. C. eodem vbi ſi mulier pro alio intercedens, voluit decipere creditorem, ut quia induit ueſtem uirilem, quò vir, non fœmina crederetur, ut dicit glo. in d. l. ſi decipiendi. valet huiuſmodi interceſſio, nec poteſt ſe tueri mulier ex Senatuſconſulto Velleiano. Quodque ſcribitur in l. ſi ſine. C. eod. quòd ſi mulier in alienatione rei dotalis, eam rem non eſſe dotalem aſſerat, non auditur, ſi velit huiuſmodi alienationem impugnare: vt declarat not. Imol. in l. cùm uir, circa 16. col. ff. de vſucap. & in c. cùm contingat, circa 9. char. extrà, de iureiurando. Quod item traditur in l. 1. C. ad S. C. Macedo. filiumfam. non iuuari Senatuſcon. Maced. cùm ſe ſui iuris eſſe aſſereret, ei, à quo pecuniam mutuam accepit. De quo etiam eſt text. in l. eum qui, ff. ad S. C. Maced. & in l. qui cùm ſe, ff. de re iudic. Et in ſimili traditur in l. ſed ſi ex parte, §. 1. ff. quod cum eo, de eo, qui ſe patremfamiliàs mentitus eſt, cùm contraheretur cum eo.

136 *De eadem re.* ¶Et facit quod ſcribit Bald. in l. vltima, §. neceſsitate. colum. 3. verſic. & ideò præcepta, C. de bon. quæ lib. quòd ſi filiuſfamil. mentitus de morte patris, præceptum guarentigiæ paſſus ſit, ualet huiuſmodi præceptum, quod aliàs non valeret, vtpotè cùm habeat vim iudicij, in quo non poteſt filiuſfamil. agere, nec conueniri ſine conſenſu patris. Sed & Fulgo. conſi. 219. uiſis bonis proceſsibus, colum. 4. uerſicu. rurſum poſito ſine præiudicio, ait, quòd ſi ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu duorum proximorum conſanguineorum, mulier contrahat cum conſenſu duorum non proximorum, quos tamen proximiores aſſerit mulier, valet contractus, quia deceptæ, non decipienti, ſuccurrendum eſt, *Deceptis, non decipiẽtib. ſuccurrendũ.* l. 2. §. hæc uerba, uerſic. ſed ita demùm, & ſequent. ff. ad Velleian. & l. ſi ſine, C. eod. cum ſimil. & idem expreſsim voluit Stephan. Feder. in ſuo aureo libro, de Legum interpr. parte 2. char. 5. verſiculo, item debet intelligi, per multa circa quæ etiam allegat.

137 *Contra ſuprà dicta.* ¶Contrarium quoque videtur, per id, quod uoluit Iac. Bel. in ſua diſputatione, incip. lege Peruſina, ubi dicit, quòd leges ſuprà in principio allegatæ; procedunt, quando minor, qui ſe doloſè aſſerit maiorem, vellet nihilominus petere reſciſsionem contractus, beneficio reſtitutionis in integrum. Tunc enim ſuo mendacio punitur, vt non audiatur. Secùs vbi diceretur contractus nullus, ratione ſolennitatis municipalis in minorum contractu requiſitæ non obſeruatæ, per l. quid enim. iuncta l. præced, in fine. ff. de dolo. vbi contra pupillum,



pillum, qui mentitus eſt, datur actio de dolo. Ex quo fit manifeſtum, contractum non tenuiſſe. Nam ſi tenuiſſet, daretur actio ex contractu, non de dolo, quæ eſt ſubſidiaria, l. 1. §. ait Prætor. ff. eod. Et idem dicit in ſtatuto requirente conſenſum patris in contractu filijfamil. cùm filiuſfam. dicit ſe eſſe ſui iuris, vt propterea non valeat contractus.

138 *De eadem re.* ¶Quæ omnia refert & ſequitur Ioan. Andr. in addi. Specul. tit. de ſent. prola. §. vt autem quæ præmiſimus. colum. 2. in addi. quæ incip. ad hæc & ea, quę præmiſſa ſunt, & Petr. Anch. loquens etiam in contractu requirente conſenſum proximiorum, in contractu mulieris, in cap. 1. in 14. quæſt. prin. verſi. iuxta prædicta etiam quæro. extrà, de conſti. & Rom. qui hoc dicit ſingul. nec eſſe alibi, conſ. 12. viſo facto præſuppoſito, colum. 2. & Pau. Caſtr. conſil. 175. ad primum quæſitum, in 3. dub. lib. 2. Franc. Crem. qui hoc reputat aureum, & menti tenendum, not. 162. ſtatuto cauetur, & Socyn. conſi. 23. circa prædictam conſultationem, col. 3. num. 14. lib. 4. vbi & hanc rationem addit, quia ſi aliter diceretur, facilè fieret fraus ſtatuto, ſi videlicet ex ſola aſſertione filij, aſſerentis ſe eſſe emancipatum, contractus robur acciperet, cõtra regulam, cùm quid vna via, cum ſua materia. de reg. iur. lib. 6. Qua enim facilitate filius induceretur ad contrahendum, eadem & ad ita aſſerendum. l. doli clauſula, §. diuerſum, ff. de nouat.

139 *De eadem re.* ¶Et hanc partem fulcit, quod alibi conſuluit Paul. Caſtr. videlicet conſil. 342. conſiderandum eſt primò, colum. 1. verſi. item ex alio. lib. 1. quòd ſi minor habens curatorem, contraxerit cum alio, cui ſe aſſeruit non habere curatorem, non per hoc robur accipit contractus, quin irritus maneat, ex l. ſi curatorem habens, C. de integr. reſtitu. minor. Nam ex huiuſmodi, inquit, aſſertione non immutatur veritas. l. aſſumptio, in princip. ff. ad municip. & l. filio quem pater, ff. de lib. & poſthumis, & l. Caius, ff. de iure patro. & l. 1. Cod. ſi vt ſe ab hære. abſtin.

140 *De eadem re.* ¶Ex quibus fateor hanc rem diutiùs fuiſſe apud me ancipitem. Tandem verò comperi Alexand. conſi. 322. quoniam abundè, lib. 6. vtranque hanc ſententiam aduocaſſe, inque priore (ſi non fallor) reſediſſe, dum reſpondet ad dictam l. quid enim. de dolo. cui potiſsimùm innititur Iaco. Bel. Nam aut (inquit) ibi pupillus proximus pubertati, non erat factus locupletior, aut factus erat. Si primum, non poterat agi contra eum, ex eo contractu, cùm non eſſet ex eo obligatus, nec ciuiliter, nec naturaliter, l. 1. & ibi not. ff. de donatio. ideò non impeditur ſubſidiaria actio de dolo. Si ſecundum. valet contractus, vt ex eo agi poſsit, quatenus pupillus eſt factus locupletior, l. ſed mihi, ff. commo. & not. in dicta l. 1. cum ſimil. Nec ſi quicquam impedimento eſt, quin agi poſſet de dolo, quatenus non eſt factus locupletior, per not. per glo. Bart. & alios, in l. 2. C. de dolo. Et ita non concluditur ex illo textu, quod Iaco. Bel. intendebat.

141 *Sed an valeat in præiudicium mariti.* ¶Ideò ſi priorem illam partem teneas, eam limitabis procedere, vt ſcilicet valeat contractus ita factus, in præiudicium mulieris, quæ eam fraudem aut dolum fecit. Ita enim loquuntur iura, quæ ſuprà in principio huius quæſtionis adduximus: neque id quidem immeritò, cùm nemini ſua fraus, aut dolus, patrocinari, aut prodeſſe debeat, l. ita demùm, ff. de arbitr. & l. verùm. §. tempus. ff. pro ſocio, & c. ad noſtram, de emp. & vendit. cum alijs multis concord. à me collectis in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. gl. 9, in uerbo, ou, lignagier, num. 67. incip. denique ſi diceremus. Quid ſi id redundaret in præiudicium viri, qui fortè ex conſuetudine, vel ſtatuto facit ſuos fructus bonorum vxoris, vt eſt in multis conſuetudinibus Galliæ, nihil video, vt dolus, aut fraus vxoris, quæ ſe dicit innuptam, ei præiudicet. Nemo enim alterius dolo aut fraude prægrauari debet. c. nemo debet. de regulis iuris. lib. 6. cum concord. ibi adductis, nemoque ſine ſuo facto, aut culpa, ſuo iure priuari debet, l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris, cum ſimilibus.

¶Limitabis etiam ſecundò, vt id quod diximus procedat, niſi is cum quo contrahit mulier, quæ ſe dicit innuptam veriſimiliter ſciat eam nuptam eſſe: vt quia vicinus eſt, aut conſanguineus vxoris, per textum in l. de tutela, C. de in integrum reſti. vbi ſi minor ſe dicens maiorem, liberauerit auunculum ipſius tutorem ab ipſius tutelæ redditione, non valet huiuſmodi liberatio ipſo iure, cum auunculus ignorare veriſimiliter non poterat ætatem minoris. Ex quo not. Bal. ibi, quòd ſtante ſtatuto, quòd non poſsit minor viginti annis, contrahere ſine curatore, ſi ſoror contraxerit cum fratre, cui ſe iureiurando aſſeruit eſſe maiorem, non valet eiuſmodi contractus: quia frater præſumitur ſcire ſororis ætatem; ideò non uidetur decipi, ſed potiùs decipere, & inducere ſororem ad contrahendum. 142 *Quid ſi is ſciebat eã nuptã eſſe.*

¶Et quod voluit Dynus, conſil. quodam, incipiente, iure municipali cauetur, quòd ſi ſtante ſtatuto, quòd filiuſfamil. non poſsit ſe obligare ſine conſenſu patris, quiſpiam filiuſfamil. dicat ſe emancipatum creditori, qui id falſum eſſe ſciat, non valet obligatio, quia dolus non infertur ſcienti, l. cùm donationis, C. de tranſact. l. prima, in fine, ff. de actio. emp. & ſequitur Alexand. dicto conſil. 122. colum. 2. lib. 6. Et idem in ſtatuto requirente conſenſum proximorum in contractu minoris, tenuit Angel. conſil. 140. domina Catharina, col. vltima. Et bene facit textus in d. l. 1. ibi, quibus affirmationi credidiſſe iuſta ratione edocere potes, C. ad S.C. Maced. & quæ ibi not. per Bald. & Salyc. & vide quæ dicam in ſeq. quæſtione, præſertim numero 159. tamen ſi teneas. 143 *De eadem re.*

¶Decimoſeptimò quæro, Quid ſi communi hominum opin. mulier quæpiam exiſtimetur maritum non habere, cum tamen habeat, an valeat contractus factus ab ea, inſcio marito? videtur quòd non, per ea, quæ iam diximus in præcedenti quæſt. & per id quoque quod voluit Iacob. Aret. in ſua diſput. incip. quæro, ego produco contra te inſtrumentum, quòd non valent geſta per eum, qui communi opinione reputatur tutor, cùm non ſit, l. 2. ff. de eo, qui pro tuto. & l. qui neque, ff. de rebus eo. Et quod etiam voluit Baldus in l. 2. in fi. C. de ſent. quòd non valet teſtamentum filijfamil. uel ſerui, qui communi hominum opinione reputatur eſſe ſui iuris, & ſequitur, & dicit ſingulariter Alexand. in l. prima, colum. 2. uerſic. & ex hoc deciditur, & ibi Iaſon columna 2. uerſi. iſtam legem ſic extenſam, C. de teſtam. Et idem Alexand. conſi. 147. uiſo themate, colum. pen. uerſic. non obſtat etiam, lib. 7. & Philip. Dec. qui hoc reputat ſingul. in l. ſi emancipati, colum. 3. uerſicu. & ad prædicta notandum eſt, C. de colla. & Catel. Cot. qui etiam dicit ſingul. in memor. incipiente, opinio communis. 144 *Quid ſi vxor cõi hominũ opi. creditur maritũ nõ habere.*

¶Et quòd maior pars Doct. tenet, non valere inſtrumentum factum à non notario, qui uidelicet nunquam creatus fuit notarius, licèt communi opinioni reputetur notarius. Ita enim voluit Azo in Summa, titulo in authen. de fide inſtrum. Andr. Piſa. Guil. Cun. Guid. Ray. Oldr. Bald. in repe. & Iaſon in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. Spec. & Ioan. And. in tit. de inſtrum. edi. §. reſtat. verſ. quid ſi is, & ibi quoque ipſe Ioa. And. in verſic. & ſcias. in addit. incip. ad intellectum illius, & iterum vterque in tit. de probati. §. probare, uerſi. illud autem. & ſeq. Idem Specul. titu. de procurat. §. ratione autem formæ, verſ. 2. Cyn. in l. comparationes, C. de fide inſtrum. Iac. Aret. in dicta diſput. incip. quæro, ego produco contra te Bart. in l. Herennius, per illum text. 145 *An valeat inſtrumentum à non notario confectum, qui cõi opinione exiſtimatur notarius, vide infrà, num. 153.*

ff. de decuri. & in l. actuarios, & ibi Ioan. Plat. Cod. de numer. & actu. lib. 12. Bald. in d.l.1.in 6.q.& ibi quoq; Salyc. Angel. in vna lect. & Alex. qui ita dicit ſe conſuluiſſe, & Corn. col. penult. C. de teſtam. Idem Bald. in d. l.2.col.2.C. de ſent. & in l. ad teſtium, §.1.& ibi quoque
145 Angel. Imol. Paul. Caſt. & recentiores, ff. de teſta. Idem Bald. in l.2.col.2. C. de ſerui. & aqua. & in l. nihil, C. de manu. vindi. Can. communiter in c. 1. de fide inſtrum. Anton. in repet. c. conſultationibus, col. 24. verſi. veniò ad, ſecundum, de iur. patr. Pet. Anch. conſi. 113. pro iſto patre inſtuto, col. 2. verſi. ad iſta patet, & latè Alexand. conſ. 138. opportunè cõſideratis, lib. 1. vbi adducit multa ſimilia, quæ tu videre poteris, & Steph. Bertr. conſil. 13. venditio, in 3. dub. lib. 1. & conſ. 41. circa proceſſum num. 2. eod. lib. 1.

146 *De filiofa. qui cõi. op. reputatur ſui iuris.* ¶ Contrarium tamen videtur: nam communis opinio de habilitate & legitimatione agentis, tempore quo aliquid facit, operatur, vt illud valeat, ac ſi eſſet verè habilis ac legitima perſona, quamuis poſtea appareat, non fuiſſe huiuſcemodi. Quod hinc liquidò patet, quòd valet, tenetque, & obligat mutuum, quod accipit filiusfamil. qui communi opinione reputatur eſſe ſui iuris, perinde ac ſi eſſet ſui iuris, l.2.C.ad S.C. Macedonianum, & l.3. ff. eod. Quibus innixus Bald. in l. vlt. §. neceſſitate, col. 3. verſi. ideò præcepta, C. de bon. quæ liber. dicit, quòd licèt aliàs filiusfam. non poſsit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, ſi tamen communi fama reputatur eſſe ſui iuris, valet quod ab eo geſtum eſt in iudicio, vel inſtrumento guarentigiato, quod habet vim iudicij.

148 *Præſentatio ab eo facta, qui com. opin. putatur patronus.* ¶ Item valet præſentatio ab eo facta, qui communi opinione exiſtimatur eſſe patronus, & eſt in poſſeſſione eius rei: nec vitiatur, licèt poſtea appareat non fuiſſe patronum, dicto c. conſultationibus, de iure patro. & c. querelam, de elect. per quem etiam textum idem dicimus de rectore putatiuo. Et idem quoque de collatione facta ab eo, qui poteſtatem conferendi communi opinione putabatur habere, per c. cùm olim, de cau. poſſeſ. & per Rotam, deciſ. 457. quidam impetrauit, in antiq.

148 *Solutio facta ei, qui procurator com. op. putatur. Et quæ fit Prælato putatiuo.* ¶ Et ſoluens ei, qui communi opinione etiam reputatur procurator creditoris ad exigendas pecunias liberatur, quamuis non ſit procurator, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. peta. & l. ſi quis ſeruo, ff. de ſolut. cum ſimil. Et idem de ſoluente prælato putatiuo dicit Barto. in l. ſi vrbana, verſi. vltim. per hanc legem, & ibi quoque Bald. Angel. Paul. Caſtren. & recentiores, qui adferunt concordan. ff. de condit. indeb. vbi tamen videbis qualiter intelligatur: præſertim verò per Iaſonem, de quo etiam vide glo. Innoc. & alios in c. nihil, de elect. Bald. in c. in literis, col. 2. verſi. ſed nunquid debitores, extrà, de reſtit. ſpol. & Panor. in c. cùm ſuper, in fin. de cauſ. poſſ. & propriet.

149 *Seruus opinione cõ. reputatus liber.* ¶ Valet quoque teſtamẽtum, in quo ſeruus, qui communi opinione reputabatur liber, eſt teſtis adhibitus, per l.1.C. de teſta. & §. ſed ſi aliquis, Inſtit. eod. tit. licèt ſeruus in teſtamento non poſsit eſſe teſtis, per l. qui teſtamento, §. ſeruus, ff. de teſtam. Et idem de teſte infami, vel aliàs inhabili, qui communiter reputatur non
*Infamis reputatus bona fama.* infamis & idoneus, voluerunt Iac. Rau. Cyn. Bart. Bald. Paul. Caſt. Rom. Alex. & recentiores in d. l.1.C. de teſt. Imol. Rapha. & Paul. Caſtr. in d.l. ad teſtium, §.1. ff. de teſta. Bal. in l.1. C. de ſecund. nupt. & in l. Caſſius, ad ſ. ff. de Senato. & in d.l.2. col.1.C. de ſent. & ante hos glo. quam ſequuntur recentiores in l. cum lege, in fin. ff. de teſta. quam reputat ſingul. Bald. in c. ſuper eo. le 1. extrà, de teſtibus.

150 *De iiſdem rebus.* ¶ Et valent geſta à ſeruo, tanquam iudice, qui communi opinione exiſtimatur liber & iudex, d.l. Barbarius, de offic. Prætor. & d.l.2.C. de re iudic. licèt ſeruus iudex eſſe non poſsit, l. cùm Prætor, ff. de re iudic. & c. ſciſcitatus, de reſcript. & §. tua, 3. q.7. quod non in iudice tantùm procedit, ſed & in alijs ad alios magiſtratus aſſumptis, ſecundum Bald. in l.1. ad fi. C. qui & aduerſus quos. Valet etiam ſententia lata à iudice excommunicato, qui communi opinione habetur pro legitimo, cap. ad probatum, de re iudic. Valent & inſtrumenta confecta à notario excommunicato, qui communi opinione reputabatur non excommunicatus, gloſſ. in c. decernimus, in gloſ. vlt. ante fin. de ſenten. excom. lib. 6. Innoc. in c. pia, de excep. lib. 6. Ioan. Andr. in c. auaritiæ, de elect. lib. 6. & Panor. in c. veritatis, col. 8. verſi. & ampliando. extrà, de dolo & contum.

151 *De iiſdem rebus.* ¶ Et faciunt not. in ſimili, per Inno. in c,1. de ſchiſm. & in cap. ſi verè, de ſent. excom. & in d.c. veritatis, & ibi etiam Pano. quo loco ſuprà citauimus, & per Specul. in tit. de lega. §. ſupereſt, verſi. ergo ſi quis, & multa in eam rem exuberanter congeſta per Marian. ſeniorem, conſi. 32. ex ijs quæ ſuperiùs, col. 7. verſ. ſed poſſet quiſpiam, & ſequẽ. col. Ex quibus conſuluit valere conductiones ab eo factas, qui communi opinione reputabatur Rector, aut Prælatus. Et idem de contractibus ab eo factis, qui communiter reputatur Abbas, vel Epiſcopus, reſpondit Dom. (quem ille non citat) conſ. 8. quidam Cardinalis, col. vlt. Cui & illud adde, quod ſingul. conſuluit Feder. Senen. conſi. 167. mulier accuſata, excuſari ab adulterio mulierem, cuius uir communi opinione mortuus reputatur, ſi alterius patiatur concubitum. Igitur cùm in noſtro caſu huiuſmodi mulier reputatur ſui iuris, videntur valere geſta ab ea, tanquam ſui iuris eſſet.

152 *De iiſdem rebus. Qui cum alio cõtrahit, non debet ignorare eius cõditionem.* ¶ Hic paululùm aduerte Lector: nam quæ dicta ſunt in præcedenti quæſtione, de muliere maritata, quæ ſe innuptam mentiebatur, in hoc uidentur differre ab ijs, quæ nunc tractamus, quòd hic nihil imputari poſsit ei, qui communi opin. credens, contraxit eum muliere. Ibi verò imputari poteſt, quòd nulla communi opinione ductus, non inueſtigauit de conditione illius cum qua contraxit, per l. qui cum alio, ff. de regul. iur. vbi gloſſ. dicit etiam non vacare culpa, qui id ignorat. Et illum text. valde not. dicit Bald. in c. rurſus ſi fidelis, titu. quib. mod. feud. amit. Et adde text. in l. ſi patronus, & ibi Iac. Aret. & Bart. ff. de confir. tut. & in l.2. §. quæſitum, ff. de ſeparat. & ibi glo. quæ adfert alios, & in c. innotuit, & ibi quoque gloſſ. in uerbo, ignorantia, de elect. & quod tradit gl. in l. Iulianus, ff. ad S.C. Mace. & alios quos tibi citauimus in noſtro tractat. Retract. tit. 1. in fi. num. 41. nonò quæro.

153 *De eo quod dictum eſt de notario.* ¶ Nec ſimiliter quicquam videtur facere, quod de Notario diximus. Nam præterquam quòd nonnulli contrarium tenuerunt, videlicet Innoc. in c. cùm dilectus, de fid. inſtru. Hoſti. in Summa, eod. titu. in princ. col. 2. verſi. quid ergo ſi Tabellio, Bar. in d.l. Barbarius, & ibi Alberic. colum. penult. & vlt. ubi dicit hanc opinionem de conſuetudine obſeruari, & Fulg. qui hanc quoque partem dicit humaniorem, & in iudicio tenendam, ff. de officio Prætoris, Bald. ſibi contrarius in l. non ignorat, colum. 3. verſi. in contrarium facit, C. qui accuſ. poſſ. & Angel. in authen. de tabel. in princ. col. 2. & in l.2. in princip. ff. ad Maced. & conſi. 140. quidam Mathæus, & Ioan. Fab. in §. ſed cùm aliquis, Inſtit. de teſtam.

154 *De eadem re.* ¶ Dici etiam poteſt, nihil ad hunc caſum pertinere rationes, quibus potiſsimùm innituntur, qui priorem partem ſequuntur: ſunt enim huiuſmodi, quòd qui ſe pro notario gerit, qui non eſt, falſum committit, per l. eos. §. qui ſe pro milite, ff. de fal. ergo non poteſt inſtrumenta conficere, per l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & arca. lib. 10. Item ſolus Princeps confert tabellionatum, non rerum natura, non vſus priuatorum, vt not. Innocen. in c. penult.



cap. penul. de fid. inſtrum. cum ſimil. Item officium non probatur, niſi per literas decernentes officium: & ideò cùm ſit data certa forma probandi, quaſi poſſeſſio nihil operatur, l.1.C. de man. Princip. & l. decernimus, C. de ſacroſan. eccl. & leg. ſi qua per calumniam, C. de epiſc. & cler. & l. probatorias, C. de diuer. offi. & l. Herennius, ff. de decur. Quæ quidem rationes (vt videre licet) nihil ad hunc caſum faciunt.

155 *De eo quod dictũ eſt de ſeruo teſtato re.* ¶ Sed quod dictum eſt de teſtatore ſeruo, vel filiof. re putato communi exiſtimatione libero, aut ſui iuris, non parum quadrat. Nam qui dicunt, non valere illius teſtamentum, ea ratione mouentur, quòd in eo caſu defectus eſt in ſubſtantia, ſeu in cauſa efficiente: id eſt, in eo, qui actum gerit, qui multò grauior eſt eo, qui in cauſa materiali eſt, vel in ſolennitate, vt in dicta l.1.C. de teſt. Hic autem in noſtro caſu, de quo loquimur, non tantum eſt defectus ſolennitatis, ſed etiam ſubſtantiæ cum perſona, quæ actum gerit, non ſit habilis. Ergo nihil operatur communis opinio.

156 *Cõm. opi. an & quã do habeatur pro ueritate.* ¶ Præterea quod dicitur communem opinionem haberi pro veritate, procedit in his, quæ reſpiciunt officiũ publicum, per dictã leg. Barbarius, ſecùs ſi priuatim, ſecundum Inno. in ca. cùm dilectus, de conſuet. & in dicta c. nihil, de elect. Compo. in c. cùm Vinctonienſis, eod. tit. & Ioan. An. in d. cap. veritatis, & ibi alij, extrà, de dolo & contumacia, & in ca. 1. de reſcript. lib. 6. & Calder. in d. cap. approbandum, de re iudic. & in ſua diſput. incip. excommunicatus. Fedr. conſil. 5. quidam monachus, col. vlt. Bald. in repet. d.l. Barbarius, ſed tamen hic vide 2. ſeq. verſi.

157 ¶ Sed his omnibus facilè reſponderi poteſt: nam primum de filiofam. ſiue ſeruo teſtante, non eſt omnino indubitatum, quando ſit gloſſ. contraria, in l.2. in verbo, ſeruus, C. de edict. D. Adr. tol. quam ſequuntur Doct. ibi, inter quos Iaſon ibi ſolus, vt dicit, eam expendit contra dictum Bald. in d. leg. 2. C. de ſent. & eam ad hoc dicit ſingul. niſi dicas eam loqui in poſſeſſorio, non etiam in petitorio. Sed quocunque modo ea loquatur, certè de illa Bald. deci. dubitat Iaſon in d. leg. Barbarius, colum. 6. verſi. quartò notabiliter limita. nec immeritò, cùm in d. leg. 2. C. ad Maced. & in leg. 3. ff. eod. eſſet defectus in ſubſtantia, ſiue cauſa efficiente: id eſt, in eo, qui mutuum accepit, & tamen communis opinio dat robur actui.

158 *De iiſdem rebus. Reſolutio quæſtionis.* ¶ Ex quibus etiam iuribus refellitur, quod dictũ eſt, communem opinionem in his tantùm operari, quæ ex publico officio dependent, quando illic de priuata tantùm agitur. Ideò rebus maturè perpenſis, animaduerſiſq; nihil hic video, quò minus valeat contractus factus à muliere, communi opinione reputata ſui iuris, cùm eſſet tamen maritata, niſi fortè quatenus cederet in præiudicium mariti, per id quod voluit Inno. in cap. conſuluit, de procu. & Bal. in repe. d.l. Barbarius, col. 9. verſic. & nota quòd materia, & ibi Iaſon, col. antepen. uerſi. ſecundò limita. Cald. & Ant. in d.c. ad probandum, de re iudic. & not. in c. apoſtolicæ, & in c. propoſuit, de cler. excom. mi. Cogita Lector amantiſsime.

159 *Quid ſi cõtrahens cũ muliere, ſcit hanc cõm. opin. eſſe falſã.* ¶ Tamen ſi teneas, valere huiuſmodi contractum, ob communem hominum opinionem, intelligas, niſi is, cum quo contrahitur, ſciat eam opinionem eſſe falſam, & ſic mulierem, cum qua contrahit, habere maritum: hic enim nihil illum iuuabit communis opin. in contrarium, vt expreſsè & notabiliter voluit, hoc modo limitans d.l. Barbarius, Ioa. Cald. in d. cap. ad probandum, & ibi etiam Pan. & Felin. vterque, colũ. pen. idem Cald. in ſua diſput. incip. excommunicatus, qui communi opin. col. vlt. Ioan. An. ſuboſcurè, in cap. dilectus, le 2. in glo. pen. & ibi clarius Imol. col. 4. uerſic. & prædicta, & Pan. col. 3. uerſi. ex prædictis, de præben. Anto. in c. ſciſcitatus, ad fi. & ibi etiam Pan. de reſcrip. ipſe Pan. in c. ſi duobus. col. pen. verſi. ad hoc quod not. de appel. & in c. poſt ceſſionem. col. pen. verſ. idem ſi erat occultum. de probat. & in d. c. veritatis. vbi ſuprà, de dolo & contum. & Rom. qui hoc ſing. reputat, ſing. 763. incip. lex Barbarius. Domi. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. Nicol. Mil. in ſuo repertorio, verſic. error communis non iuuat. & Phil. Dec. conſ. 407. viſis & diligenter conſideratis. col. 1. cum multis ſimil. collectis à Felin. in d. ca. ad probandum. Et facit text. in c. ſi qui epiſcopi. 1. q. 1. & in ca. & ſi neceſſe. extrà, de dona. inter vir. & vxo. & quæ diximus ſuprà, in præced. q. nume. 142. incip. ideò ſi priorem, & ſeq. Et vide ſuper hac quæſt. Alciat. in tract. præſumpt. regula 2. præſumpt. 2. nu. 3. & ſeq.

¶ Sed antequam hinc digrediamur, operæpretium putamus ſcire, quid dicatur communis opinio, vt robur det actui: an videlicet neceſſe ſit, omnes eiuſdem ciuitatis, aut regionis ita opinari. Dic ſatis eſſe, eius opinionis eos eſſe, qui veriſimiliter hoc ſcire debent, puta vicinos, conſanguineos, & qui mulierem hanc veriſimiliter cognoſcunt: vt voluit glo. in l. cùm quidam, §. quod dicitur, in verbo, obſtetrices, & ibi Bar. ff. de acq. hæred. & in l. inter omnes, in gl. 1. & ibi Bart. Bal. Alex. & recentiores, ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. vlt. in gl. 1. C. ſine cen. vel reli. Bar. Bal. Salyc. Raph. Rom. Alex. Cor. & Iaſ. in d.l. 1. C. de teſtam. Bar. in d.l. de minore. §. plurimum. in 2. q. ff. de quæſt. 160 *Cõmu. opi. cuiuſmodi eſſe debet, ut det robur actui.*

¶ Quin ſufficit, vt maior eorum pars, qui eam cognoſcunt, ita exiſtiment, etiamſi non omnes, per d.l. 3. ff. ad Maced. iuncta l. 2. C. eod. & in ſimili voluit Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi tãtùm à maiori parte arg. l. quod maior. ff. ad munic. cum ſimil. Ray. Alb. Alex. Corn. & Iaſ. in d.l. 1. C. de teſta. Bart. in d.l. de minore, in 2. q. dũ allegat d.l. 1. Angel. & Fran. Aret. in d.l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſta. & Ioan. Fab. in d. §. ſed cùm aliquis. Inſtit. eo. Ant. in c. quod per nouale. col. 5. & 6. de verb. ſign. licèt ſint, qui contrarium teneant, videlicet Imol. in d.l. ad teſtium. §. 1. Rom. qui limitat, in dict. l. 1. de teſtam. & Angel. Aretin. in d. §. ſed cùm aliquis. colum. vlt. Inſtit. eod. tit. 161 *De eadẽ re.*

¶ Decimooctauò quæro, Quid ſi mulier contrahat in fauorem eccleſiæ, aut alterius piæ cauſæ, vel etiam clerici, ſine conſenſu viri, an vitiabitur contractus, ex defectu huius ſolennitatis? Videtur quòd non, per id quod voluit Bal. in l. generali, in 1. & 2. q. & ibi poſt eum Fulg. qui elegans hoc reputat, Paul. Caſt. in fi. & And. Alciat. C. de ſacroſ. eccl. quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſsit teſtari, aut ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, id tamen poteſt liberè facere in fauorem eccleſiæ, aut piæ cauſæ. Eccleſia enim, & alia quæcunq; pia cauſa, eſt priuilegiata: ideò non valet ſtatutum contra priuilegium, l. vltim. C. eod. Et idem conſuluit ipſe Bal. in ſtatuto requirente conſenſum mariti, conſil. 93. ſuper dictis punctis, libro 2. vbi hac ratione mouetur, quòd ad pias cauſas non ſeruatur Ius Ciuile, vel municipale. Sed tantùm Ius Canonicum, quo iure indubitanter teſtamentum, & contractus ſine huiuſmodi ſolennitate valet, per cap. licèt, de ſepult. lib. 6. & c. cùm eſſes. & ca. relatum. le 1. de teſta. 162 *Quid ſi vxor cõtrahat cũ eccleſia, aut pia cauſa ſine conſenſu viri.*

¶ Et illud primum dictum Bald. ſequitur Pet. Anch. in repet. c. 1. char. 22. verſ. dicit etiam dominus Bald. qui eſt in 11. q. prin. de conſtit. & Panor. in repet. c. eccleſia. col. 16. verſic. quid enim ſi ſtatutum. & ibi Felin. col. 61. verſ. alia autem. de conſtit. & idem Pan. in d. c. relatum. le 1. col. 2. ver. & ex his infero. extrà, de teſta. Paul. Caſt. in l. 1. ad fin. & ibi Iaſon, col. vlt. C. de ſacroſ. eccl. Mari. Socin. Senior, in tract. oblationum, lib. 9. in vlt. quæſt. Phil. Fran. in ca. vlt. de immu. eccl. lib. 6. & in ſua diſput. petitorij, incip. ex nobiliſsima vrbe, in 4. dub. col. pen. verſ. ſoluendo ergo. Alex. in addit. Bartol. in l. 1. in 5. q. prin. C. de ſum. Trin. & conſ. 210. ſtatutis accuratè perſpectis. 163 *De eadem re.*

ſpectis, col.2.in duobus locis,lib.2.& conſ.105.viſo ac diligenter conſiderato, col. 3. verſ. ex quibus omnibus, & iterum verſ.quinimò dicit vltra,lib.4.Barb.latè conſ. 139.benè enim cuncta geruntur, col.9.verſic. præterea ad hoc conſideret, lib.3.vbi etiã hoc elegans dicit Cor. ſi is eſt, cuius inter ipſius conſi.eſt conſi. 276. conſuluit dominus,col. 2. & in ſubſcriptione eiuſdem conſi. quæ haud dubiè eſt ipſius, lib.1. & conſi.104.circa primum conſultationis articulum, col.vlt.lib.3.& conſi.259.dicta diſpoſitio, col.2.verſic.his tamen minimè refragantibus,lib.4.Franc.Aret. qui hoc dicit ſing. in l. mutum, col.vlt. verſ. illud etiam ſcias,ff. de acquir.hæred.Laur. Calc.latè conſil. 13. pro parte negatiua, col.2.& multis ſeq.& ibi quoque Mart.Laud. & Iac.Put.in ſubſcriptione illius conſil.& Steph. Fede. in ſuo opere, de Legum interpretatione, part. 2.char. 6.verſic. item fallit quatenus,Firm.in tract. de Epiſcopo, in 4. par.lib.4.in fi.31. q.Iaſon in l.ſi vnus ex argentarijs, §. pactus ne peteret, col.9.verſ.tertiò limita,ff.de pact.& in l. filiusfam.§.diui,in 2.lect.col.11.nu.84.ff.de legat. 1.vbi tamen nutat, Felin.in c.quæ in eccleſiarum, col. 28. verſ.cæterùm in quantum,& iterum col .ſeq.verſi. ſed in 2.impugnatione,de conſtit.& Phil. Dec. in c.in præſentia,in 14.not. verſ.& iſta concluſio, de probat.& conſ.455.placet cõcluſio,col.vlt.& conſi. 504.in caſu occurrenti, col.1.& Ioan. Lup. qui hoc reputat ſing. in repet.rubr.de dona. inter vir.& vxor,§.48.col.vlt.vbi tamen de hoc dubitat Andr.Alciat.lib.1.de verb.ſign.chart. 4.in fin. & Cæſar Lamb.in tract.de Iure patro.in 3.art. 5. q.princ.1. part. lib.1.per totum illum articulum.

164 *De eadem re.* ¶ Quin aliàs generaliter in donationibus, & relictis ad pias cauſas, non requiruntur ſolennitates ſtatutorum, vt voluerunt præter illos, quos ſuprà citauimus, Bart.in d.l.in 5.q.6. eiuſque vlt. q.princ. & ibi Bald.C. de ſum.Trin.Ioan.Cald.in ſua diſput.incip.Bononienſi ſtatuto,Bal.in 1.lect.& Paul.Caſt.in l.1.vterque ad fi. C.de ſacroſ.eccl.idem Bal. & fermè omnes in auth. caſſa,C.eod.tit. Ant. Ioan. Lign.Imol.& propè omnes, in d.c.eccleſia S.Mariæ,extrà,de conſtit. Anton.in c. quod clericis,de for. comp.& in c.vlt. de reb. eccl. non alien. & in d.c.relatum,le 1. de teſtam. & dicemus poſtea latiùs, ideò & Paul.Caſt.conſi.432. cùm ſtatutum,col.2. verſicu.tertiò principaliter,lib.1.illud etiam generaliter dicit, quòd ſtatuta, quæ certam ſolennitatem exigunt in contractibus, non habent locum in ijs, quæ fiunt cum eccleſijs & monaſterijs, id quod dicit Oldrad.determinaſſe in publica diſputatione, illumque ſequutum fuiſſe Barto.in l.vlt.C.de ſacroſan. eccle. Quamuis tamen Oldr.iſtud non dixerit, ſed de alio caſu loquitur vt licet etiam videre apud Bar.in d.l.vlt.columna vltima verſiculo ex hoc concludo.

165 *Contrà ſupradicta.* ¶ Sed contrarium voluit Alb. in 2. parte ſtatutorum q.2.ex prædictis oritur, in fi. vbi loquitur in ſtatuto diſponente, quòd quis non poſsit alienare ſine licentia ſuperioris,vel alia certa ſolennitate, & Salyc.in d.authen. caſſa,in pe.q.quę eſt in vlt.q.verſi.quæro modò de ſtatuto,vbi nominatim loquens in ſtatuto requirente conſenſum proximorum, dicit, quòd huiuſmodi ſolennitas debet obſeruari, etiam ſi fiat contractus cum clerico.& idem quoque in eccleſia voluit expreſſum Card. Flor.in c.perpendimus,in 9.q.de ſenten.excom.vbi huius rei reddit rationẽ, quia eccleſia in hoc nullo iure ſpeciali reperitur munita. & Rom.conſil.166.viſa diligenter,in 1.dubio,vbi mouetur, quia poteſt ciuitas ſtatuere certam formam obſeruandam in actu, per ſuum ſubditum celebrando, etiam cum eccleſia, per text. in c.1.§.donare,tit.de prohib.feu.alie.per Fede. vbi vaſallus non poteſt alienare feudum, etiam pro anima, niſi obſeruata ſolennitate requiſita: ſcilicet conſenſu domini: ideoque expreſsim carpit Bal. in d. l.generali. Et rurſum idem Rom. in repet. auth. ſimiliter, in 16. ſpeciali piæ cauſæ,inter contractus, C.ad leg. Falcid.etiàm per text. in d. §. donare, & in d. l. generali,quam retorquet contra Bal. & Alex.ſibi contrarius,conſ.93.viſis & ponderatis,colum. vlt. lib. 2.& Barb.ſibi etiam contrarius, conſ.14.clementiſsimi Dei,col.4.verſ.& adduco,quod voluit,& multis ſeq.lib.2.& conſ.65. referamus in medium, col.9.verſi. præterea accedit quod refert, lib.4.& Domin.Bont.cui ſubſcripſit Corne. inter conſil. ipſius Corne.conſi.64.conſuluit,col. 4.verſi.ad idem not. lib. 3.& Philip.Dec.ſibi quoque contrarius in d.c. eccleſia, col.pen.de conſtit.

166 *Noua ratio poſterioris opin.* ¶ Pro quibus adduco rationem,nondum à quopiam quem hactenus viderim, ad hoc annotatam. Libertas eſt actus pietatis, l.1.ad fin. & ibi not. Bald.C.de com. ſer.ma.& propterea libertas & cauſa pia æquiparantur, vt voluit Barto.& Imol.in l.proximè,in fi.ff.de his quæ in teſtam. delen.idem Bart. in l.ſi vnus, C.de teſtam.& in l.Titio vſusfructus, §.vlt. ff. de condi. & demonſt.& Bal.in l.2.circa princ.C.de fideic.liber.& in l.ſi iure,C. de manu.teſtam.& Alex.in l.Centurio,col.2.ff.de vulg. & pupil. cum alijs multis concor. per me adductis, infrà,tit.16.§.1.in gloſſ.vlt. ad fi. Imò libertas eſt fauorabilior quauis alia cauſa pia, ut probauimus in repet. l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus, num. 329.libertas autem. Tamen minor 20. annis non poteſt ſeruum manumittere, niſi obſeruatis certis ſolennitatibus: & ſi fecerit,non valebit manumiſsio, per text. in c.eadem lege, vbi hoc not.Angel.Aret.Inſt.qui,& ex quib.cauſ. manu.non poſ.

167 *Minor nõ alienat ad cauſas pias ſine decreto.* ¶ Adde item,quod pulchrè voluit Innoc.& Io.And. in c.in præſentia,ille,col.2.hic,col.3.uterque, in uerbo, minor annis,extrà, de probat. quòd licèt minor 25. annis ingrediendo monaſterium ſine curatore, & decreto,bona ſua in monaſterium transferat, per tex.ibi: tamen, ſi aliàs alienaret, etiam ad pias cauſas, non ualeret ſine curatore & decreto, arg.l.2.§.uoto,ff.de pollic. Et illud dictum ſequitur, & dicit benè not.Panor.in d. c.in præſentia, in ult.not. de quo per Maria.in d.tracta. Oblationum,lib.9.in 5.q.

168 *Statutum concernẽs ſolennitatem cõtractus, ſeruari debet, etiã cum contrahitur cũ clerico.* ¶ Sed & hanc ſententiam confirmat, quod voluit Anton.in c.1. de ſponſal. & Pan.ſibi contrarius,in rep. c.eccleſia S.Mariæ,ad fi.de conſti. & rurſum in c. quod clericis,col.ult.uerſic.ego uerò,de foro compe.quòd ſi ſtatutum concernat ſolennitatem adhibendam tempore contractus,ſiue ſit ſtatutum laici,ſiue clerici,ſi laicus contractum faciat cum clerico ſine huiuſmodi ſolennitate, non ualebit contractus. Nam ſubditus non poteſt contrahere, etiam cum non ſubdito, ſpreta lege ſui ſuperioris, imò peccat, ſi fecerit,c. 2.de mai.& obe. cum ſimil.quæ allegat. Et ſic haud dubiè ex parte laici nulla fuit contracta obligatio, cùm lex reſiſtat, l. cùm lex,ff. de fideiuſ. & quod not.in c. ſi diligenti, de foro compet.& in c. cùm contingat, de iureiur. Ideò etiam clericus, aut eccleſia ex ſua parte nulliter contrahit, quia contractus non poteſt ex vna parte tantùm ſubſiſtere: quin debet eſſe ultrò citroque obligatorius,l.Labeo,ff.de verbor. ſignifi. Et ideò ſecundum hoc ſtatutum iudicabitur inter clericum & laicum in utroque foro: quia ſi contractus non ualet,debet ex eo ius reddi,per not.per Cyn.in l.2.C.quæ ſit long.conſuet.

169 *Eccleſia non poteſt cedere nobili contra popularẽ, ſtatuto talem ceſsionem prohibente.* ¶ Allegat etiam Panor. quod in ſimili voluit Feder. Senen.conſ. 85.ſtatuto ciuitatis Peruſinæ, quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd non valeat ceſsio facta nobili contra popularem: ſi eccleſia ceſſerit nobili contra popularem, non valet ceſsio: nec cenſetur tale ſtatutum contra libertatem eccleſiæ, quę licèt poſsit contrahere cum quocunque, debet tamen intelligi de non prohibito, lege generali, vel particulari, arg.l. ſi quando, in princ. C.de inoffic.teſtam.Alioquin,inquit,dici poſſet, quòd

eccleſia



eccleſia poſſet contrahere cum prodigo, cui bonis eſt interdictum, vel cum minore ſine ſolennitate, & quod leges & iura non haberent locum in contractibus eccleſiæ,qui eſſet error maximus.

170 *De ijſdem rebus.* ¶ Hæc fermè Feder. quæ etiam ſequitur Domi. in c. vlt. col.vlt.de immun. eccle. lib. 6. & Alex.qui dicit,in hoc non inueniri contradicentem, d.conſil. 93. col. 2. verſic.& puto quòd dictum ſtatutum, lib.2.vbi per hoc conſuluit, ꝙ non poteſt ſtatutum inhabilitare perſonas certas ſubiectas ſtatuentibus ad recipiendam inueſtituram, niſi ſeruata aliqua ſolennitate, & Ioan. Bapt.S. Seuer.in repet. l. cunctos populos, ad fin. C.de ſumma Trinita. Sed & illud dictum Panor. ſequuntur Barb.& Fr.Aret.in d.c. quod clericis,ille, col.26.hic, col.vlt.de foro compet.idem Barba. in multis conſil. ſuprà alleg. Felin. in d. c.eccleſia S.Mariæ, in 8. q. in 4.caſu, ubi & multa ſimilia collegit, omnibus illic expoſita: & nouiſſimè Roch.Curt.in repet.c. vlt.in 11.q.princ.in 4.limitatione,extrà, de conſuetud. Et facit item quod ſcribit Salyc.in authen.caſſa, col.vlt.verſi.quæro modò de ſtatutis,C.de ſacroſ. eccle.quòd ſtatutum, vt in alienatione rei immobilis minoris interueniat conſenſus alicuius cognati ipſius minoris, habet etiam locum, ſi minor contrahat clerico.

171 *Statutum laicorum, ne bona alienantur in extraneos, comprehendit eccleſiã et clericos.* ¶ Facit in hanc partem quod plerique voluerunt, quòd ſtatutum laicorum diſponens, quòd bona immobila non poſſunt alienari in non ſubditos, comprehendat eccleſiam, & clericos, vt videlicet in eos non poſſint bona immobilia alienari. In qua ſententia fuit Iacobus Bu.in d.auth. caſſa, C.de ſacroſ.eccle.& in l.aſsiduis,C.qui poti.in pigno. habe.Signor. Homod.conſil. 22. viſo ſtatuto ciuitas Mediolani, vbi hoc probat 15. rationibus,Bald.in repet.d.l.1.col.8.verſi. ſed & quid ſi ſtatutum diſponit,& ibi quoque Salyc.col.vlt. vt à multis citatur, C. de ſacroſ.eccl. cum alijs multis concord. ibi à me latè adductis, in tract.Retractuum, tit.j.gloſſ. 13.in verbo, *l'achapteur*, nu.5.& in ſimili, vt ibi uidere poteris,ne hic repetam.

172 *Qui cõtrariũ tenẽt.* ¶ Sunt tamen plerique, qui contrarium in hoc quoque vltimo tenuerunt: videlicet Ioan. And. Pet.Anch. Lap.Domi. & Philip. Franc.in d.c. vlt.de immu. eccle. lib.6. Ioan.Andr.in c. ſtatutum, de hæret. lib. 6. Feder. Senen.d.conſ.86. col. penult.vbi & hoc dicit determinaſſe Oldra. in quadam diſput. Alber.in 2.part.ſtatutorum,q.2.ex prædictis,col.2.verſ.ſed ſuppoſito,& ſeq.& vſque ad fin. vbi hanc rem latiſsimè omnium exequitur, Bart.in d.l.filiusfam.§.diui, col. 3.verſic.ſecundum punctum,& ibi quoque ipſe Alber. Angel. Flori. Imol. Raph.Alex.et Ioan. Crotus,in repet. ff.de lega.1.idem Bart.in l.vlt. col.vlt.verſic.ex hoc concludo,& ibi Bald. ſibi contrarius, col.4.verſic. extrà dicit, C.de ſacroſan. eccl. Idem Barto.in l.dudum, C. de contrah.empt.& in l.vlt.C.de exact.trib.lib.10.Bal.in l. iubemus nullam,in 2.not.C.de ſacroſ.eccl.Angel.conſ,48.quidam Franciſcus,Imol.in d.c.eccleſia,col.pen.de conſtit.Anto.in c. tua nuper,per illum text.de deci.Pan. in c. à nobis,le 1. in 3. not. etiam per illum text. de ſent. exc. & in c.relatum,le 1.de teſtam.& conſ.26. caſus, quidam officialis, col.2.verſ.4.adduco,lib.1.& conſil. 63. uidetur primò, col.1.lib.1.Raph.Co.conſi. 84.præſuppoſito caſu,in fi. Pet.Anc. in rep.c.in 3.q.princ. verſi. dicit etiam Bal.de conſtit. Paul.Caſt.conſi.89.poſſet quis dicere,in princ. lib.2.Card.Flor.ſibi contrarius,conſi.66.in dubio præmiſſo, et iterum conſ. 144. ſuper themate, col.1.Ioan. Plat.in l.1.col.1.verſi.& per hanc,C.non lic. hab.lib.1. Phil. Fran. in materia petitorij, in 4. eodemq; vlt. dub. Firm.in tract.de Epiſcopo,in 4.par.li. 4.in 45.q.verſic. quæro etiam an prohibitus, vbi & ita dicit ſe conſuluiſſe Socin.conſi. 14. capio primùm, poſt prin.lib.4. Fab. à Monte S.Sab. in tract.emp.& uẽd.in 21.q.3 par.princ. Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.in 9. q. de conſtit. Franc. Rip.lib.reſpon.1.c.2.clerici propria prędia.in 1.dubio.

*Reſolutio principalis rationis.* ¶ Ex quibus clarè liquet, hanc rem eſſe admodum dubiam. Ego tamen, quantum ad conſuetudinem noſtram attinet, haud dubiè exiſtimo, mulierem non poſſe ſine conſenſu mariti donare inter viuos, vt aliàs contrahere in fauorem piæ cauſæ, aut eccleſiæ. Nam de vltima voluntate alibi iam ſatis ſuprà diximus. Et vt ſic dicam, me mouent vltra allegata per Doctores in dictis locis, duo potiſsimùm noſtras conſuetudines peculiariter tangentia, primùm, quia hæ noſtræ conſuetudines ſunt miſtæ clericorum, & laicorum, vt quæ fuerunt communi omnium conſenſu & conſilio, & inductę, & reformatæ, ut eſt palàm omnibus, & teſtimonio perpetuo eſt, delegatorum in eam rem à Principe renuntiatio: id eſt (vt vulgò loquimur) proceſſus uerbalis. Ideoque & inter laicos, & inter clericos, & in cauſis eccleſiaſticis debent obſeruari, ut uoluit Bal. in cap. cum veniſſent.col. 3.verſi.oppo.dicitur hic,per text.ibi,quem ad hoc dicit not.& ibi Panorm.in 2.not. extrà,de eo qui mit. in poſ. cum alijs multis, quos latè congesſimus in noſtro tract. Retractuum,ti.1.§.1.gl.13 in uerbo, *l'achapteur*. num. 2.ſed hic quæſtionis..

174 *Conſuetudo omnes laicorum & clericorum debet ſeruari in vtroque foro.* ¶ Alterum, quo maximè mouemur, id eſt, quia fauore mariti (ut ſuprà ſæpiùs diximus) mulier per noſtram conſuetudinem prohibetur contrahere, ſine conſenſu illius. At vbicunque lex, aut ſtatutum prohibet aliquem teſtari, aut contrahere fauore alicuius, nunquàm cenſetur talis prohibitio remiſſa, fauore piæ cauſæ, ut dicit Bar.in l.1.C.de ſacroſ.eccle.quem ſequitur Panor.conſi.63.uidetur primò dictum legatum,col.3.uer. quartò adduco.li.j.ubi hoc dicit apertè probari in c.licèt.§.ult. de ſepul. li.6.

*Quid ſi vxor contrahat cum fiſco vel principe.* ¶ Decimononò quæro, Quid ſi mulier cum fiſco, aut principe contraxit, ſine autoritate mariti, an ualeat contractus? videtur quòd ſic, per id quod uoluit Iac. Are.in l.ſi mercedem.§.ſi habitatoribus.ff. de act.emp. quòd ſtante ſtatuto, quòd filiusfa. non poſſit obligari, poterit tamen obligari fiſco.& ſequitur Ang.Are. inter conſil.Soc. in quadam ſubſcriptione ipſius, quæ adijcitur, conſil. 302. cuius hoc caput, uidebatur primo aſpectu, ſuperſcriptio autem ita incipit, diligẽter thema propoſitum, col.3.uerſi.ſecundò reſpondetur, li. 2. Et confirmari poteſt, quoniam Princeps non ſubeſt ſtatutis, & legibus ſubditorum, ex ſententia Card.conſ.2.circa ſtatutum, cum concor.à me traditis.in tract.Retractuum, ti.1.§.13.in uerbo, *l'achapteur*. nu.38. poſtremò illud. Ac ne ſuis quidem.l.princeps.ff.de legib.& l.ex imperfecto.ff.de leg.3.cum ſimil.

*Princeps non ſubeſt ſtatutis ſubditorũ.*

¶ Contrarium tamen uidetur in hoc caſu, quoniam hic agitur de iure alterius, uidelicet mariti, quod Princeps ipſe ſine cauſa tollere non poteſt, per no. in l.quoties.C.de prec. Imp.offe.& in l.vlt. C. ſi contra ius.cum ſimi. Et licèt hoc ius ſit ex ſtatuto, aut conſuetudine introductum, non poteſt tamen negari, quin ſit Iuris gentium, poſtquã iam eſt quæſitum, per no. in l.hoc iure.ff. de iur.nat.gent.& ciu. Pręterea huiuſmodi conſuetudo fundatur ratione naturali & diuina. Nam ut ſuprà in prin.huius operis plenè oſtendimus, mulier eſt in poteſtate uiri, iure diuino & naturali, ideoq; congruum eſt, vt non poſſit ſine viri ipſius autoritate quicquam agere, quod ſibi noxium eſt. At conſuetudo, ſiue ſtatutũ, quod ratione naturali nititur, ligat Principem, vt uoluit Bald. in c.1.§. vlt.col.1.ti.qui feu.dar.poſ. cum concor.etiam à me congeſtis, titu.noſtrarum Conſuetudinum 4. §.1. in gl.5. & in d.tract. Retract. ubi ſuprà,nu.39. quod tamen intelligendum. Igitur cogita quid ſit dicendum.

*Niſi naturali ratione nitantur.*

*An cõſenſus à viro praſtitus ſit cauſa* ¶ Viceſimò quæro, an conſenſus à marito præſtitus in cõtractu uxoris ſit immediata cauſa transferendi dominium. Bal.in l. mater tua.in fin. C.de rei uenditio.loquens

quens

*Immediata translationis dominij.* quens in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum,in contractu mulierum, dicit quòd non: quia non poſſunt propinqui ipſi transferre dominium: ſed eſt, inquit, cauſa habilitandi perſonam transferentem, & nihil aliud operatur iſte conſenſus, per illam l. in prin. Et hoc ſequitur Franc. Aret.in l.qui in poteſtate,col.3. ff.de teſta. & Alb.Brun.in tract. de conſt.decret.ſtat.& conſuet.in verbo, conſenſus,col.9.verſi. conſenſus propinquorum per ſtatutum, & iterum in verbo, contrahere, col.2. verſ. ſtatutum dicit,quòd mulieres. Cuius autem effectus ſit hoc,facilè cognoſces ex not.in ea ipſa l.mater tua. Porrò illud planum eſt, conſenſum domini, qui rem ſuam transfert, eſſe cauſam immediatam translationis dominij, vt videre licet apud Bald. in l.1. col.2.verſi. & facit ad quæſtionem, & ibi quoque Alex. col.3.verſicu.ex hac tamen glo.ff.ſolut.matr.Ex quibus etiam intelliges,quis ſit eius rei effectus.

178 *Vxor,quæ vendit rē alterius cō ſentiētis, cui poſtea ſuccedit, an poſſit hanc venditionem impugnare.*

¶Vigeſimoprimò quæro, Mulier ſine conſenſu mariti vendit, aut donat domum Titij, conſentiente ipſo Titio:demùm mulier ipſa ſuccedit Titio, dicitque non valuiſſe venditionem, aut donationem, quam fecit ſine conſenſu mariti, ex huiuſmodi conſuetudine: quid iuris? Bal.in l.vlt.in fi.C.de pact.loquens in ſtatuto diſponente,vt non poſſit minor promittere,ſine ali qua ſolennitate, dicit, quòd ſi minor quiſpiam promittit aliquid ex bonis Titij, cui ipſe poſtea ſuccedat, non poteſt ipſe minor huiuſmodi promiſsionem refringere per illud ſtatutum.Nam iſta promiſsio non tantum robur accipit ex promiſsione minoris,ſed ex cōſenſu maioris, ex quo principaliter dependet: ſtatutum enim eſt productum, propter minoris imbecillitatem: ſed hic iure communi vtitur,obſequendo voluntati maioris:ideò nullo pacto læditur, arg.l. quidam cùm filium,ff.de hæred.inſt. & l.non videtur,ff. de in integ.reſt.min.Et hanc Bal.deciſ.ſequitur Iaſ. in d.l.vlt. col. 4.in 7.no.per illū tex.vbi prohibitus diſponere, de re alicuius,poteſt eo conſentiente diſponere, ſequitur etiam Alex.(cuius Iaſ.nō meminit)conſ.215.pōderatis narratis in themate, col.3.li.3.

179 *Quid, ſi vir conſentiens non intelligit quid vxor contrahit.*

¶Vigeſimoſecundò quæro, Quid ſi maritus bene conſentit vxori contrahenti, non tamen intelligit quid vxor contrahit, quia fortè ſimulat vendere, dum donat, aut aliter tegit quod facit, an valeat contractus? Dic breuiter,quòd non, tanquam factus ſine conſenſu mariti. Neque enim conſentit quis rei, quam ignorat, argu.l.mater decedens, ff.de inof.teſtam. & l.nec ignorans, C. de dona. cum ſimil. Quemadmodum nec quis dicitur præſtare præſentiam, niſi intelligat quid agitur,l.diem proferre, §.coram,ff.de arbitr.& l.coram,ff. de verbor.ſign. & l.hæredes palàm, §.in teſtamentis,in verbo,certiorentur, ff.de teſta.& optimus text.loquens de tutore,in l.non multum, ff. de auto.tuto,ubi ita ſcribitur: Non multùm intereſt,an abfuerit tutor,cùm negotium contraheretur: an præſens ignorauerit, quale eſſet,quod contraheretur. Et tantum abeſt,vt actus,qui ſolo conſenſu perficitur, poſſit fieri per ignorantem,vt nec per dubitantem quidem poſſit, l.ſi is ad quem, & l. hæres inſtitutus, cum ll. ſeq. ff. de acq. hæred. iuncta l. pro hærede,in prin. & l.gerit, ff.eod.tit. & l.ſi auia, ff.de iur. delibet. Nihil enim intereſt, ignores, an dubites,l. vlt. §. ſin autem neſcius & dubitans, & ibi Bart. qui dicit ſing.& Ang. C. de furt. cum alijs multis à me collectis in repet.l.ſi vnquam,in præfat. nu.97.ſecundo modo,C.de reuoc.dona.

180 *De eadem re. Donatio non dicitur inſinuata,niſi iudex apertè intelligat.*

¶Et propterea Bal.in rubr.C.qui admi.col.2.verſ.& ideò de facto, dicit, quòd ſi partes ſimulant vendere, cùm tamen donationem celebrant, licèt iudex interponat decretum, non propterea dicitur donatio inſinuata, quia non erat notum iudici, quòd intenderant donationem conficere. Apertè ergo,vt ſubdit,& intelligibiliter natura negotij exponenda eſt, & declaranda iudici,per l.vlt. C.de edict.D.Adri.tol. Aliàs non intelligitur factum in præſentia ipſius. Et idem eſt, inquit, ſi in aliquo actu requiratur præſentia propinquorum, vel amicorum: nam debent actum clarè intelligere: aliàs ſi eſſet ſimulatus, non dicuntur fuiſſe præſentes, vt voluit gl.quam ipſe dicit ſing.in l.ſeruus, §.tutor,(aliàs ille §.pro l. allegatur) ibi, amicis & iudice ſcientibus, ff. de bon. poſ. Et illam Bal.deciſ. ſequuntur recentiores,in d.rub.& inter cæteros longè lateque Barb.in rep. eius rub.in 1.q.ipſius Bald. vbi ad hoc multa allegat, & idem Barb.in c.cauſam matrimonij, & ibi quoque Fely. de offic. deleg. vbi ipſe Barb.dicit,etiam illam glo.ſing. & ipſe Barb.conſil. 40.præclarè,col.16.verſi.& ad hoc accedit,lib.1.& conſil.53.quod et eodem capite,col.8. verſic. item in caſu lib.2.Card. Flor.qui id dicit ſing.in c.vlt.col.vlt.in 7.& 8. q.extrà,de maio. & obed.& Ro. in l.ſub ſpecie,col,11.verſi.& ex prædictis,C.de poſtu. & Corn.conſ.105.circa primum, colum.8.verſ.hinc eſt quòd actus,lib.2.& Soci.conſ.92.in cauſa domini Antonij colum.9.verſ. ſed ad hoc reſpondetur,lib.3.Ant. Canar.in tracta.de inſinuationibus, in 11. q. & Iaſon in l.1.§.item acquirimus, col. 2.in vtraque lect.ff.de acq. poſ.& Ant.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,minor, ſi ex diſpoſitione ſtatuti.

181 *De eadē re.*

¶Et idem propè voluit idem Bald. conſi. 375. certū eſt, quòd filia, col.2.uerſic. ſed videamus in propoſito, lib. 3. quod per decretum iudicis appoſitum ſuper donatione, non cenſetur fuiſſe facta inſinuatio donationis, ſi cauſa non fuerit coram iudice expoſita. Nominatim enim debet pars dicere, quòd vult donare, ita vt iudici quid agatur, & quid contrahatur innoteſcat,l.1. C.de prædi. curial.lib. 10. Super eo enim, quod iudex non examinat, & quod ei bona fide non narratur, decretum interponere non videtur. Errat enim in facti cauſa, aut ignorat,l.tutor ſi petitus, ff.de tut.& cur.dat. ab his.& l.cum Aquiliana, ff.de tranſact. & idem etiam voluit Laur.Calc.conſ.25. Titius nobilis,col.13.verſi. vnde cùm non interuenerit.

182 *De eadem re.*

¶Et ſimile quippiam tradit ipſe Bal. in l.1. colum.9. verſ. ſed pone in actu, C.eod.qui admit.quòd ſi minor emancipatus præteritus, coram iudice recipit ſolutionem,à debitore hæreditario, & iudex intelligit hunc filium eſſe in caſu agnoſcendi, videtur agnoſcere coram iudice,ſicuti contrà repudiare,l.ſi præteritus,ff.de bon. poſ.cont.tab.& l. ſi filius, ff.de minor. Sed ſi iudex hoc non intelligit, non videtur factum coram iudice. Nam non videtur,nō intelligere,qui cauſam ignorat,l.ſi is ad quem, & l.pupillus, ff.de acqui.hæred.ſcientia enim eſt certitudo cuiuſlibet rei ſenſitiua, vel ſpeculatiua,quam quis habet per ſe,vel per alium, l.in bonorum,ff.de bonorum poſſeſ.& ſequitur Corn.vbi ſuprà.

183 *Ratificatio plenā actus notitiam requirit. Notitia debet eſſe plena.*

¶Et generaliter ad hoc vt ratificatio, ſiue approbatio, aut autoritas, vel conſenſus det robur actui, neceſſe eſt, vt ratificans, vel approbans, ſiue conſenſum,aut autoritatem præſtans, habeat plenam ipſius actus notitiam,vt ſcribit Dyn. in c. ratum, col.1.ff.de regul.iur. lib.6.per l.cùm teſtamentum, & l.non idcircò, C.de iu.& fact.igno. et Cardin.Flor.conſi. 44.quòd ratificatio circa medium, per l.quo enim, §. Iulianus, ibi, certior factus,ff. rem rat. hab. Nec dicitur quis habere alicuius rei notitiam, ſiue ſcientiam, niſi plenè ſciuerit, & cum omnibus eius rei qualitatibus, & circunſtantijs, ex ſententia glo. not. in c concertationi,in uerbo, ſciuerit,& ibi Dom. et Phil. Franc. et alij, de appel.lib.6.Roman. qui eam dicit not. conſil. 343. ex propoſito, paulò ante finem, et alij multi, quos tibi latè cumulaui in noſtro tractatu Retractuum, titul.1.§.36.gloſ.in uerbo, *notifier au greffe*, numero 30. porrò ſi teneas. Sed interim non prætermittam textum, hæc omnia verè comprobantem, in l. in totum, ff. de regulis iuris, ubi ita ſcribitur: In totum omnia, quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.



184 *Si teſtator iuſſerit aliquid vēdi, an vxor illius hæres id poſſit facere ſine mariti conſenſu.*

¶Vigeſimotertiò quæro, Teſtator iuſſit teſtamento vend. Titio domum ſuam certo pretio: idq; facit vxor mea hæres illius,ſine meo conſenſu, an valeat venditio? Barb.conſ.39.benè etenim cuncti geruntur,col.7.in 3. dubio,lib.3.conſuluit in caſu ſtatuti prohibentis mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, poſſe eam etiam contrahendo, mandatum teſtatoris, cuius hæres eſt,adimplere.Mouetur, quia id factum videtur à teſtatore,non à muliere ipſius hærede, quæ tantum voluntatem illius adimpleuit, per l.vnum ex familia. §.ſi de Falcidia.ff.de leg.2.per quem Imol. poſt alios dicit, quod officialis electus per habentem poteſtatem à conſilio generali ciuitatis,intelligitur eſſe electus ab ipſo cōſilio,& facit l.item eorum, §. ſi Decuriones, ff.quod cuiuſque vniuer.Hæc fermè Barb.

185 *De eadem re.*

¶Cui & adde tex.in l. pater ex prouincia, ff.de manu.vin.vbi ſimiliter probatur,id cenſeri factum à teſtatore,quod eo mandato factum eſt. Quem tex.in ſimili caſu adducit Alexander conſ.215. ponderatis narratis, col.4.lib.6.vbi ex hoc conſuluit,poſſe executores teſtamenti alienare bona ex mandato teſtatoris, cui ſucceſſerunt pupilli,ſine decreto & citatione amicorum, licet ſit ſtatutum,quòd bona puuilli non poſſint alienari ſine ea ſolennitate. Quod & idem conſuluit ipſe Alex. conſ.27.attentis narratis,colum.1.lib.3.Sed & his adde quod tradidit Gul.Cu.in l.cum hi, in verſ. planè. & ibi quoque Bal.in vtraq; lect.ff. de tranſact.quòd ſi teſtator damnauit hæredem vendere alimenta,iſq; ea uendidit, non poterit tranſigi ſuper huiuſmodi obligatione, tanquam dependente ex teſtamento,inſpecta ſcilicet cauſa originali,per l.vxorem.§.agri plagam,ff.de leg.3.& alia iura, quæ ibi uidere poteris.

186 *Contrahēs ex neceſſitate præcedētis oblig. propriè nō contrahit. Vendēs iuſſu teſtatoris,an incidat in pœnam ſtatuti.*

¶Confirma per alium text.no in l. ſi tibi pecuniam, ff.ſi cer.pet.& ibi Doc.inter quos Franc.Are.in 4.no.dicit ex eo ſing.no.eum qui contrahit ex neceſſitate præcedentis obligationis,uel promiſsionis,nō dici propriè contrahere. Ideoq; per eum tex.tenuiſſe Iac.Bu. (uti etiam refert & ſequitur Ro.ibi) ſtatutū diſponēs, quòd qui uendit rem extraneo, incidit in pœnam, nōn comprehendere hæredem, qui in teſtamento damnatus eſt uendere: nam eſt obligatus ui præcedentis obligationis:ideo hæc non eſt propriè uenditio, per illum tex. & d.l.uxorem,§.agri plagam, ff.de leg.3.Et hoc quoque in caſu illius ſtatuti uoluit Io,And.poſt ipſum Iac.But. & Oldr.in addit.Spec.in rub.de rer.permu.col. pe.uerſic. expeditis beneficialibus.Bal.in l.ſi hæres,per illum text. ff.de act. emp.Alb.in 2.parte ſtatutorum,q.2. ex prædictis oritur,in prin.& iterum q.178.incip.Iac. etiam Bu. diſputauit. & alij quoque plurimi à me congeſti in d. tract.Retract.tit.1.in ſi.num.6. facit item. Quanquam multi alij tenent contrarium, quos etiam uidebis in eodem loco,num.8.nam & in eo,ne hic repetamus.

187 *Mulier liberè poteſt liberare ſoluentem ſine cōſenſu propinquorum,requiſito ex ſtatuto.*

¶Huc etiam pertinet tex.in l. 1.in prin.ibi,quāquam enim.ff.de contrar.& util. acti. tutel. ubi licèt regulariter non obligetur pupillus, ſine tutoris autoritate, tamen ſine ea obligatur, & ipſi quidem tutori, qui pro eo aliquid de ſuo ſoluit: quoniam hæc obligatio neceſſariò ex ipſa ſolutione proficiſcitur. Cuius arg.Ro.ex facto interrogatus,conſ.280.quod ad uerbum repetitur, conſ.394. præſuppoſito, reſpondit,mulierem poſſe liberare maritum, qui ei quippiam, quod ei debebatur, ſoluit ſine conſenſu propinquorum, qui ex ſtatuto requiritur,cùm id ſit neceſsitatis, per l. ſicut datam. C. de libe.cau.cum ſimi. licèt aliàs liberare non poſſet, ut latè tractauimus ſuprà in gl.3.in 1.q.

188 *Minoris bona tacitè obligatur pro dote ſine alia ſolennitate, vide nu. 193.*

¶Et quòd uoluit gl.ord.in l.ult. in uerbo, teneri ſecundum ult.intellectum. C.de legit.tut. quod bona minoris ſunt tacitè obligata pro dote, licèt non interuenerit tutoris autoritas, aut decretum iudicis, quia hæc obligatio legalis eſt ex neceſsitate, & conſquentia actus permiſsi, vt etiam voluerunt Pet.Cy.Ray.Forl.Io.Fab. Bal.qui hanc dicit eſſe communem opin. Ange.& Saly. ſequentes eam gloſſ.ibi,Io. And.qui & alios antiquiores citat in addi. Spec.tit.de dote poſt diuor.reſti.§.vlt.ver. quid ſi mulier, Iac.Aret. & poſt eū Alb.in l.ſed hic,quæ eſt ſecunda,in prin.ff.de reb.eor. Idem Iac.Are.Bal.Ange.Ro.Alex.& Iaſ.in l. ſi conſtante,in prin.ff.ſol.matr. Gul.Cu.Bal.Ange.Pau.Caſt. & Alex. in l. item quia,ff. de pact.Ipſe Io.Fab. in §.fuerat,col.5.verſi.item quid ſi maritus,Inſti. de act. Bald.in l.certi,in 8.q.& ibi Angel. circa mediū,C.loc.in l.1.§. & vt plenius, C.de rei vxo. acti.vbi hoc reputat no.& in l.1.col.2. ver.item pro dote,C.de priuil.dotis, Ro.d.conſi. 280.col.2.verſi.ſecundò ad idem,Corn.conſ. 151. videtur in hac conſultatione,col.2.lib.4.Calca.conſ.13.pro parte negatiua,col.4. verſ.nec obſtat quod dicit,Soc.conſ.80.præſens conſultatio,col.4.verſi. & pro his optimè,lib.4. & Carol.Rui. conſil.61. ex themate, col. 2.nu.4.lib.3. & idem in non diſsimili caſu reſpondit Anto. conſi.35.viſa forma contractus, in 2.dubio.

189 *Minoris bona inuecta obligata pro conducti. vide nume. 193.*

¶Et ſimile eſt quod voluit Bal. in d.l.certi,in 8.q.C. loca. quòd ſi minor conduxit domum ſibi conducibilem & vtilem, & quædam bona inuexit in eam, ea ſunt domino tacitè obligata, vt & bona cæterorum illata; licèt non interuenerit decretum iudicis,quia non ipſe eſt qui obligat, ſed lex:nec dicitur lædi minor ex obligatione legali, & neceſſaria, vel etiam probabili, vt dicit ipſe Bal.qui & hoc dicit tenuiſſe Nico. Mat.& idem quoque voluere Iac.Are.& Alb.in d.l. ſed hic,ff.de reb.eor.

190 *Minoris intrantis relig. bona transferūtur in monaſteriū.*

¶Nec admodum diſsimile eſt,quod plerique voluerunt, bona minoris intrantis religionem,ipſo iure, & ſine aliqua ſolennitate aliàs requiſita de iure communi vel municipali, transferri in monaſterium: quià huiuſmodi translatio ex lege neceſſariò reſultat. Ita enim voluerunt Inno.& Io.Andr .in c.in præſentia, vterque in verbo,minor annis, & ibi quoque Pan. col.5.verſi.vltimò no.de probat.Iac. Aret. in l. quidam, ff.de reb.dub. Spec.tit.de ſta.mona.§.1.verſi.37.quæritur, vtrùm minor,Io.Fab.in auth.ingreſsi, col.vlt.verſi. nec eſt opus, C.de ſacroſ.eccl.Bar.diſtinguens inter pupillum & adultum,in d.l.2.ff.de reb.eor.& Rom.in d.conſi. 281. col. 2.verſic.tertiò. Et illud quoque de minore ingrediente monaſterium,latè voluit Maria.Soci. in tractatu Oblationum,libello 9.in 5.q.

191 *Minores tenet obligatio legalis.*

¶Et pro ea ſententia optimè facit text. ille in d. l.2. iuncto,§.vlt.l. 1.ff.de reb.eor.ex quo illud apertè colligitur, minorem obligari obligatione legali, ſine tutoris autoritate aut decreto iudicis,prout illum expendunt Dy.& Bar. plerique omnes ibi:nam loquitur de pignore,quòd ex lege contrahitur ad ſolutionem pretij rei venditæ,& idem dicit Bar. in obligatione conſuetudinaria, vel ſtatutaria,per l.ſine hærede, §.Lucius,ff.de admi.tuto.vbi & idem Bart. not. conſuetudinem reſpicientem rem,ligare etiam minores: de quo nos latiùs diximus in Tract.Retractuū,tit.1.§.1.gl.13.in verbo, *l'achapteur*, nu.14.quid autem,ſi emptor,& in ſi.eiuſdem,tit.nu. 54. d.autem §.Lucius,vbi videre poteris. *Et ſtatutaria.*

192 *Alienare prohibitus actum, ex quo alienatio ſequitur, facere prohibetur.*

¶Quamquam ne illud omittam, contra illa, quæ diximus,facit, quòd qui non poteſt alienare, debet agere, & curare,ne ex actu quem facit,ſequatur alienatio ex diſpoſitione legali: & ſi contrà facit, actus ille non valet, per tex.in l.codicillis, §.matre,& ibi Bart. ff.de leg.2.& gl.no.in l.ſi ita quis promiſerit, §.ea lege, & ibi Baldus, Raph.Co.Fran.Are. & Iaſon,ff.de verb.obli.cùm alijs multis concord. & tex. & Doct. à me latè cumulatis,in d.Tract.Retractuū,tit.1.§.1.gl.14. in verbo, *ou equipollent*,nu.14.ex quo Bal.ipſe.

Ideoque

193 *Contra ſuperiora.* ¶Ideoque ſunt, qui contrarium tenent eorum, quæ ſuprà diximus de obligatione bonorùm minoris pro dote, & inuectorum pro conductione, Videlicet in priore caſu, Bart. & Fulgo. in dict.l.item quia, de pactis, & idem Bart. in d.l.ſi conſtante, in 4.quæſt.3.partis princ. & ibi etiam Imo.& Raph.ff.ſolut.matrim.per l.dos data, C. de donat. ante nup. iuncta l.Titia, cum ibi not.ff. de iur.dot. & Salyc.in d. l.certi, in 3.quæſti. C.loca.Pet. Anch.conſ.93. iſta domina Ioanna, poſt prin.Ang.Aretin.in §. item Seruiana, colum. 2. verſi.quid in minore, ff.de actio. De ſecundo, gl. Guil. Cu.Bar.ipſe, Salyc. & Raph. Fulg. in d.l. item quia, Cy.in d.l.certi, in 4.q. & ibi Ioan.Fab.Ang.ſtatim poſt prin.& Salyc.in d.3.q. C.loca.Dyn.in d. §.item Seruiana, & ibi quoque Ioan. Fab.col.2.verſi.ſed quid de minore. Sed & contra tertium illum caſum de minore ingrediente religionem, tenuit Nicol.Caſtellanus inter conſi.Bar.conſi.475.caſus ſuper quo, col. vlt.verſic. item ratione, & ante illum Cyn.poſt Pet.in auth. ingreſsi, col.2.verſi.quintò quæro, C.de ſacroſ.eccleſ.

194 *Minor ſine decreto vẽdit quod teſtator vendi iuſsit.* ¶Sed quicquid ſit in illis tribus caſibus, illud certùm eſt, vt propiùs ad noſtrum caſum accedamus, minorem aut tutorem illius, poſſe ſine ſolennitate decreti alienare prædium, quod teſtator iuſsit, vel promiſit ſe venditurũ, vel ſtipulanti ſponderit: quia hæc alienatio huiuſmodi eſt, quæ neceſſariò ex voluntate teſtatoris dimanat. Hæc enim ſcribuntur in l.1.§.1.& l.magis puto, §.ſi pupillus, & l.vlt.ff. de rebus eorum, & in l.prædium, & ibi gl.Fab.& alij, C.quan.decre.op.non eſt, & id latè proſequuntur Bar.Bal. Fran. Aret. & alij recentiores, in l.qui Romæ, §. cohæredes, ff.de uerbo.obl. Et illius quidem l.prædium, arg.Guli.Cu.in l.cùm hi, in verſ.planè, & ibi quoque Bal.in 2.lect.ff.de tranſact. tradunt, quòd teſtator poteſt permittere, vt tranſigatur ſuper futuris alimẽtis legatis ſine decreto.

195 *Tutor põt compromittere ex ſtatuto.* ¶Suffragatur præcedentibus, quòd licèt tutor non poſsit compromittere ſuper re aut lite pupillari, vt voluit Ange.in l.Imperatores.ff. de pact. Paul. Caſt.Alex. & recentiores in l.iuriſgentium, §. vlt. eo. tit.poteſt tamen, ſi ſtatuto caueatur, quòd quælibet cauſa compromittatur, cùm id ex neceſsitate ſtatuti faciat: vt voluerunt Bald.Ang.qui ita dicit ſeruari in practica, Paul. Caſt.Alex.& Iaſ.in d.§. vlt.per tex.ibi, qui tutori poteſtatem facit remittendi gratis, quod neceſſariò remittendum eſt, quem dicit ſingu. ad hoc Paul. Sed & illud de compromiſſo voluerunt Bal. Saly. Pau.& Alex.in l.vlt. per illum tex.C.de in integ. reſtit.mino. Bal.conſi.358. ſuper eo, col.2.verſi. præterea pupilli, lib.3.& conſi.96. pupillus, in prin. lib. 5.Ang. in l.ſi plures, ad princ.ff.de pactis.Roman.in l.1.col.9. verſi. adde tamen, quòd ubi Prælatus, ff. de arbit. Barb.conſil. 44. illud afferam, col. pen.lib.3.

196 *Statutum exigens cõſenſum viri in obligatione.* ¶Adſtipulatur quoque quod pulchrè cõſuluit Paul. conſi.183.in cauſa quę vertitur coram domino, col.vlt. verſi.non obſtat ſtatutum, lib.1. quòd ſtatutum exigens conſenſum mariti, in obligationibus, & contractibus vxoris, intelligitur de noua, & voluntaria obligatione, & non de ea, quæ deſcendit ex ſtatuto, vel conſuetudine de gabellis, & alijs iſtiuſmodi iuribus ſoluendis: quia pro illis poterit vxor ſe obligare ſine autoritate viri, per l.2.& ibi notat.ff.de rebus eorum.

197 *Mulier ſine ſolennitate ſtatuti poteſt ſecundo viro in dotẽ dare, quæ dederat primo.* ¶Nec hinc logiùs diſtat, quod & pulchrè conſuluit Socy.conſi.80. præſens conſultatio, colum.pen.verſic. iſta concluſio, & per totum illud conſ.lib.4.quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu Mundualdi, poterit tamen mulier eo inſcio, in dotem dare ſecundo marito, quæ primo dederat, tum quia huiuſmodi dotis conſtitutio venit ex diſpoſitione, & interpretatatione legis, per l.dotem, ff.de iure dot. tum quia mulier tenetur dotare, etiamſi matrimonium contractum fuerit, nulla dotis mentione facta, ut dicit Bal.in l.vlt.C.de ſent.quæ ſine cer.quant. argu.glo.in §. vlt.in auth.de non elig.ſecun.nub.idque maximè in ſecundo matrimonio, ar.gl.authen.ſed quamuis. C.de rei uxo. actio. Igitur cùm ad conſtituendam dotem cogi poſſet, conſequens eſt (inquit) ut ſine illa ſolennitate id poſsit facere, arg.d.l.1.uer.quanquam.ff.de contra.& util.acti.tutel. Et idem quoq; reſpondit in eodem prope ſtatuto Caro.Ruin.d.conſi.61.ex themate, in 1.dub.lib. 3.Et vide quæ ſuprà diximus in gl.5.nu. 123.incip. poſtremò illud quærimus, & tribus ſeq.

198 *Mulier minor contrahens matrimonium, an dotem in rebus immobi. poſsit conſtituere.* ¶Et his admodum concinere videtur, quod ex facto interrogatus Bal.non reſpondit, conſi. 99. in cauſa iſta conſiderandũ, col.2. verſ. mouetur ad aliud dubiũ, quòd licèt adulta minor 25. annis, non poſsit alienare immobilia, ſine decreto iudicis, l.prædia, C.de præd.minor.cum ſimi.tamen contrahendo matrimonium cum pari, poteſt dotem conſtituere, per multa quæ illic allegat, repræhenditque Bart.contrarium tenentem, in d.l. ſi conſtante, ff.ſol.matr. Quod an procedat, cùm ex ſtatuto vir lucratur dotem, vide Raph.Co.conſi.901. domina Ioanna, in 1.dubio. Sed & tu ſuper illa Bar.& Bal. controuerſia, vide gl.in l. lex quæ tutores, in verbo, vel in dotem, & ibi Doct. C. de admin.tutor, & in l. 2. in verbo. omnia bona ſua, C.ſi aduerſ. dot.

199 *Pactum de futura ſucceſsione.* ¶Huc item quadrat, quòd licèt non ualeat pactum de ſucceſsione futura, certo modo diſponenda, ſine cõſenſu eius, de cuius ſucceſsione tractatur, per l.vlt.C.de pact. cum ſimi.tamen ſi huiuſmodi pactum fiat ex neceſsitate præcedentis contractus liciti, valet, per tex.in l. ſi quis ſeruum, ff.de acti.empt.vbi hoc not.gl. Bar. & alij, & Bal.& in d.l.vlt.col.ult.& ibi Iaſ.col. 3.in 6. limitatione, ff.de pact.

200 *Alienationis prohibitio nõ comprehendit neceſſariam.* ¶Omnibus his ſuffragãtur duæ regulæ à legibus traditæ. Prima, quòd quæcunq; generalis alienationis prohibitio, non includit neceſſariam alienationem, l.alienationes, ff.fami.erciſ.& l.Diuus.ff.de petit.hæred.& l.mulier.§.ſi hæres, ff.ad Trebel. & l.qui potuerunt.ff. de manu.teſta.& l.1.ff.de fun. dota.& l. filiusfami.§. Diui, de leg.1.& §.licet, Inſti. qui manu.non poſ.& no. Bar.in l. quemadmodum, C.de arg.& cenſ.lib. 11.& in l.ſi finita, §.ſi de uictigalibus, ff.de dam.infect.cum alijs propè infinitis concor.& tex.& Docto.à me adductis in tract. Retractuum, tit.1.§.1.gl. 14.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.11.& generale eſt.

201 *Actus neceſſarius non comprehenditur ſub lege.* ¶Secunda, & ea quidem generalior, quòd actus ex neceſsitate factus, non comprænditur ſub lege prohibente actum fieri, l.1.ff.de off.Procon. & l. 2. §.itidẽ agitatum.ff.ad leg.Rho. de iact.& l.1. ff. de excu.tutor. & l.vt gradatim.C.de muner.& honor.& l.generaliter. §.ſpurij.ff.de Decu.& l.cùm ſpecialis, C.de iudic.& c. ſi quis per neceſsitatem, extrà de furt.& c.quod non eſt licitum, extrà de reg.iur.& c.ab arbitris, de offi.deleg.li. 6.cum alijs quoque plurimis concor. à me item collectis in illo tractu.Retract.tit.1.§.26.nu.14.illud autem ſcio, & mulis ſeq. quibus oſtendimus neceſsitatem, legi non ſubeſſe.

202 *De iiſdem rebus. Prohibitio teſtatoris alienandi non impedit alienationem neceſſariam.* ¶Quas regulas adſcribit Rom.conſ.119. ex themate conſultationis præmiſſæ, vbi illis ſubnixus conſuluit quòd diſpoſitio l.hac edictali.C.de ſecun.nup. qua prohibetur mulier ſecundò nubens, titulo dotis plus in virum transferre, quàm in unum ex filijs primi matrimonij, non habet locũ in tranſlatione neceſſaria. Propterea ſi mulieri aliquid fuerit relictũ ea conditione, vt in dotem det marito, poterit ſecundò nubens & hoc dare in dotẽ, licèt nõ tãtùm relinquat filijs primi matrimonij.

203 ¶Sed & ex illa priori regula ſcribit Pe.Fer.in ti. forma libel.in act.rea. declar. in gl. veris ac legitimis titul. col.8.verſ.ſed circa hoc quæro, quòd licèt prohibitio alienandi facta à teſtatore, alienationem ipſam impediat. l.peto.



l.peto. §.ult.& l.cùm pater.§. liberis, ff.de legat. 2.& l. cùm pater.§.filiam.ff.de leg. 3. non impedit tamen alienationem, quæ fit ex cauſa neceſſaria trahente originem ab ipſo teſtatore, qui obligauit ſe, & ſua creditori, & ideo hæres trahit in ſolutum creditori, per textum in d. leg.filiusfamil.§.Diui. & alia quædam in dicta 1. regula allegata.

204 *Vxor liberè poteſt reuendere à ſe prius emptum facultate redimendi. Contra ſuprà dicta.* ¶Et per hæc aliquando dixi, ualere venditionem, quam fecerat mulier ſine conſenſu mariti, cuiuſpiam rei, quam ante matrimonium mulier ipſa emerat, cum pacto reuendendi, quoniam mulier cogebatur ex reuenditionem facere ex huiuſmodi pacto appoſito, in primo cõtractu uenditionis. Quibus adde, quæ & nos diximus ſuprà in 5.gl.in uerbo, *contracter*, nu. 165.incip.ſed hoc intellige, niſi daret, & alijs ſeq. & iterum nu. 196.incip. ſecundum membrum. Et ex his omnibus facilè poteris intelligere, hanc noſtram conſuetudinem non procedere, ubi mulier ex neceſsitate contraheret. Licèt ſciam Pau.Caſt.Alex.Fran.Purpu.in l.certi condictio.§.quoniam, ff.ſi cert.pet.fuiſſe in ea opi. ut in caſu ſtatuti prohibentis mulierem obligari ſine conſenſu propinquorũ, non ualeat promiſsio facta à muliere ſine eo conſenſu etiam in eo, de quo efficaciter tenebatur: quibus autem rationibus, ibi uidere poteris.

205 *Si mulier vendit emphyteuſim ſine marito, an cadat emphyteuſi.* ¶Vigeſimoquartò quæro, Mulier non obſeruata ſolennitate huius conſuetudinis, uendit emphyteuſim ſine conſenſu domini: an res cadat in commiſſum? iuxta l.3.C.de iure emphy.quæ quidem lex in Gallia non obſeruatur. Verùm non nobis tantùm ſcribimus, ſed & alijs.Bal.in l.2.colum.2.uerſi.ex prædictis uidetur, C.de Epiſcop.audi.loquens in caſu ſtatuti requirentis conſenſum propinquorum in cõtractibus mulierum, dicit mulierem ipſam non cadere emphyteuſi, quæ ita, alienauit, quia uerbum, uendidi, abſolutè prolatum, non compræhendit uenditionem nullam ex defectu ſolennitatis, ar. l.4.§.condemnatum, ff.de re iudi. & l. alienationem.ff. de uerb.ſig.& ſequuntur alij penè infiniti, quos tibi collegi in tract. Retractuum, titu.1.§.1.gloſſ.2.in uerbo, *à vendu*.nu.6.horum opin. Quibus addes Sebat.à Monte S.Sab.in tract.empt.& uendi.in 35.q.3.q. prin. Hippo.Marſil.ſing.28.emphyteuta.& Fran. Rip.in d.§.condemnatum, col.1.nu.5.

206 *De eadem re.* ¶Contrarium tamen, cum ex facto conſuleretur, in eodem caſu reſpondit Rapha.Fulgo.conſi.219.uiſis binis proceſsibus, col.pen.uerſi.alijs quoque multis: motus, quia per d.l.3.de iure emphy. uenditio facta inconſulto domino, eſt nulla ipſo iure, & tamen ipſe emphyteuta per eam uenditionem cadit re ipſa. Nam & aliàs (inquit) ſufficit de facto contrà facere, ut pœna committatur, quando ex ipſa contrauentione damnum poteſt uerſari, ut not.per Bart.in l.ubi pactum. C.de tranſact.& in l.Mutianæ.ff.de condit.& demonſt. Cui adde tex.in l.1.C.de ſepul.uio.& in l. eum qui duas. C. de adult. & in l. quid ergo. §. cum autem.& ibi gloſſ. Albe. & Bal.ff.de his qui not.infam.& in l.3.§.ſi quis codicillis, uerſi.item ſiue iure ualeat. ff. de S.C. Syllan.cum alijs multis ſimilib.& concord.tex. & Doct. à me adductis, in tract.Retractuum, §, 26.glo.2.nu.11.quæ autem dicta ſunt.

207 *De eadem re.* ¶Et ex illis dictis intelliges, hæc poſtrema & ſimilia procedere, cùm non aliunde actus nullus eſt, quàm quòd geſtus eſt contra conſtitutionem actum prohibentem, & ipſam annullantẽ. Quòd ſi ex alio capite ſit nullus, ut quia geſtus eſt ſine ſolennitate aliàs requiſita à lege uel à ſtatuto, tunc nullitas impedit, ne contrahens cadat re alienata. Et ita omnia hæc contraria, quæ videntur, componit Cardi.Alex.in c.1.col.1. tit.de prohi. feud.ali. per Fede. Et id uerum puto. Qùemquam huic aduerſari uidetur, quod tradit Bald.conſil.349. qui lit habebat, libr. 2. quod qui uendit feudum litigioſum ſine conſenſu domini, eodem cadit: licèt venditio nulla ſit, propter vitium litigioſi, quia in prohibitis non requiritur iuris effectus.

208 *De eadem re.* ¶Sed vt redeamus, prior illa ſententia Bald. in d.l.2. de Epiſco. aud. multis ſimilibus comprobatur. Primò, per text. in l. 1. §. vlt. ff. quod quiſque iuris, vbi lex puniens aliquem facientem actum, non compræhendit actum nullum. Ex quo not. Bal. quòd ineptè, & ita inutiliter opponens exceptionem, non cadit in pœnam ſtatuti. Sed & ex eo notat Ang.& poſt eum Alex.& recent. quod iudex, qui tulit ſententiam nullam, non facit litem ſuam. quod & voluit gloſſ. in l. vlt. in princ. ff. de var. & extraord. cog. & Bar. in q. per illum diſputata, incip.à ſententia iudicis.

209 *De eadem re.* ¶Secundò, ex eo quod voluit Barto. in l. filium. §.ſi quis bonorum, per illum text. & alios, quos allegat.ff. de legat. præſtand. quòd ſtante ſtatuto, quòd ſi aliquis ceſſerit actione alicui nobili, cadat à iure ſuo: ſi quis ceſſerit, qui cedere non poſſit, vel aliàs ceſsio fuit inutilis, non cadat à iure ſuo. Quod monet menti tenendum. Et idem quoque voluit ipſe Bart.in l.non putauit. §. non quæuis, per illum textum. ff. de bonorum poſſ. cont.tab.& Roman.in repetit.l.ſi verò.§. de viro, in 33. fal. ff. ſolut.matrimon. Firm. in tract. Gabel.in 3.parte 8. partis princip. quæſt. 32. ver. item ſequitur quòd cedens. Iaſon in dicta l.1.§.1.in 5.no.ff.quod quiſque iur. & in d.l. 3. colum. antepenult.verſic.22.C.de iure emphyt. & Franc. Ripa in dicto §. condemnatus, colum. 1. num.4. licèt contrarium teneat Bal.in dict.l.quid ergo. §. cùm autem, ad fi. per illum textum. ff. de his qui not.infam.

210 *De eadem re.* ¶Tertiò, quod notabiliter conſuluit Bal.conſil.9.factum tale eſt, anno domini, colum. penul.lib.1.quòd ſi minor ſine decreto iudicis vendat feudum, non ob id perdit feudum ipſum, cùm venditio non teneat, & ad hoc illic multa allegat, quæ tu ipſe videre poteris.

211 *De eadem re.* ¶Quartò, & quod eleganter conſuluit idem Bald. conſ.139.factum tale eſt in d.A.paulò ante finem lib.2. quòd ſtatutum in duplum puniens eum, qui ceſſerit alteri debitum prius ſolutum, non habet locum in minore, qui ſine conſenſu patris & coniunctorum, qui ex alio ſtatuto debet interuenire, ceſsit debitum ſibi antè ſolutum.

212 *De eadem re.* ¶Quintò, quod generaliùs voluerunt idẽ Bal. & Sal. in l. ea quidem, in 2.not. per illum tex. C.ſi mancip.ita fue.ali.ne veneat. quòd fruſtratorium factum pœnam efficaciter nõ committit: quia ſecundum Philoſophos, ex nihilo nihil ſequitur, de quo tamen videbis per Bar. in d. l.vbi pactum, col.vlt.& ibi recentiores. C.de tranſact.& eundem Barto. in l.continuus, §. cùm quis.ff.de verb.& oblig. latè Fely. qui alios multos citat, in ca.tua nos, col. 3.extrà de iureiur.

213 ¶At ſuprà dictis aliud obſtare videtur, quòd licèt contractus factus contra legem communem vel municipalem, non valeat quantum ad commodum eorum qui ita contrahunt: valet tamen quantum ad eorum incommodum. l. peto. §. fratre.ff.de leg.2.& l.pater.§.Iulius Agrippa, à contrario ſenſu.& §.ſeq.ff.de leg.3.& c. ſi religioſus, in prin. & ibi Domi. in vlt. no.de elec.lib. 6. Bart. in l. non dubium, col.3.verſ.oppo.quòd ſecundum & ibi etiam Fulg. col. 10. C. de legib.& pleniùs diximus in d.Tractatu Retractuum, li.1.§.26. gl. 2.nu.8. incip. & facit etiam, Sed hæc & ſimilia procedunt, vbi qui eum actum facit, habet perſonam integram, & legitimam, nullius alterius conſenſum, aut autoritatem requirentem, Aliàs enim quotidie videremus minores, prodigos, & cæteros id genus, contrahendo contra leges, ſuis rebus cadere.

214 *An id ſtatutũ ſit fauorabile, an verò odioſum.* ¶Vigeſimoquintò quæro, an iſtud ſtatutum ſi fauorabile, an odioſum? æquum, an iniquũ? De quo dicere debui-

debuimus omnino in principio, vt proinde ſciremus in multis quæſtionibus iam tractatis, an debeat extendi, an potius reſtringi. Et quidem omnes fermè de hac re loquentes, in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum in contractu mulieris, aut minoris, dicunt tale ſtatutum eſſe fauorabile, & inter cæteros Bart. in l. qui exceptionem, in prin. ff. de condi. indeb. Bal. conſil. 60. quædam ſoror de ordine Minorum, lib. 5. & in l. tranſactionem. & ibi quoque Paul. Caſtren. Alex. & Iaſon. C. de tranſact. Angel. conſil. 88. præmitto primò, col. 2. Alexand. conſ. 207. ponderatis verbis ſtatuti, colum. 2. lib. 6. Franc. Aret. conſil. 2. intellecta diligenter, colum. 2. Soci. conſ. 77. in præſenti conſultatione, col. antepen. & iterum col. pen. Baldus de Bartol. in rubr. ff. de verb. oblig. col. pen. Et dicit Bal. in l. 2. in 9. q. C. de reſcind. vendi. huiuſmodi ſtatutum eſſe æquiſsimum. Omnium fermè fundamentum eſt, quia eſt excluſiuum doli, & metus, per not. in d. l. tranſactionem, de tranſact. Idem Bal. in c. 2. col. pe. de probat. dicit id ſtatutum in ſe habere rationem naturalem.

215 *De eadem re.* ¶ Baldus tamen ſecum hic apertè pugnans, vt ſæpe alias, (adeo inconſtanti ingenio eſt) in l. omnes populi, colum. 7. verſ. item ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſtit. & iur. conſtanter aſſeuerat huiuſmodi ſtatutum eſſe iniuſtum, & iniquum, proindeq; reſtringendum. Nec ſolus fuit in ea ſententia. nam eum nuncupatim ſequitur Corn. vir haud dubiè optimi & ſolidiſsimi iudicij, conſil. 241. de duobus quæritur, col. 2. verſ. 3. pro hoc facit, & rurſus in fi. primi dubij, lib. 2. Et quod ſit etiam ſtrictè interpretandum, tradit Imo. conſ. 74. in caſu præmiſſo. quod & nos alibi diximus, & Pau. Pariſius. conſ. 99. inhærendo, col. pe. num. 51. lib. 1. Verùm pro priori ſententia faciunt, quæ diximus ſuprà in prima Lege Connub. nu. 71. incip. ſed quiſnam miretur. & ſeq. & in gl. 6. nu. 37. reſtat igitur, rurſumq; in hac gl. nu. 1. & 3. ſeq.

216 *An mulier Pictauica poſsit alibi contrahere ſine conſenſu viri.* ¶ Vigeſimoſextò quæro, Quid ſi vxor alicuius Pictauienſis non contrahat in Pictauia, ſed in alia prouincia, in qua poſsit mulier contrahere ſine conſenſu mariti: an valebit contractus? Et videtur quòd ſic, quia quando ſtatutum requirit in actu aliquam ſolennitatem, non attenditur in actu facto extra territorium, etiam ſi ſtatutum ſit prohibitorium, non abſolutè quidem, ſed ratione ſolennitatis omiſſæ. vt voluerunt Bar. Bal. Saly. & alij in l. cunctos populos. C. de Sum. Trin. & fide catho. & Pet. Anch. in rep. c. 1. extra de conſtit.

217 *De eadem re.* ¶ Et hoc generale eſt, quòd circa ſolennitates attenditur ſtatutum, & conſuetudo loci, vbi actus celebratur. l. 1. C. de eman. lib. & l. ſi non ſpeciali. & l. vlt. C. de teſt. & l. ſi fundus vænierit. ff. de euic. & l. 1. in fi. ff. de vent. inſpic. et l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. et l. 2. C. quemad. teſt. ape. et l. vlt. ff. de teſt. mil. et l. 1. C. de Decur. lib. 10. et not. Innoc. Io. And. Compo. et pleriq; omnes in rubr. extrà de conſuet. et videtur eſſe glo. ordi. in l. 2. ff. de eo quod certo loco.

218 *De eadem re.* ¶ Et in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu viri, conſuluit Fran. Aret. conſil. 54. in cauſa magiſtri Blaſij, col. 2. ver. tertia ratio principalis. Sed et in ſtatuto prohibente filiumfamiliàs obligari ſine cōſenſu patris, hoc quoque tenuit idem Franc. Are. conſil. 73. diligenter et maturè, colum. 4. verſic. his ergo præmiſsis, vbi et in eam ſententiam multa allegat. Et idem quoq; in ſtatuto prohibente, ne poſsit mulier teſtari ſine conſenſu viri, conſuluit Corn. conſ. 241. de duobus quæritur, in primo dubio, lib. 2. vbi et alia quoque allegat, dicitque ita conſuluiſſe Bald. conſ. incip. factum ſic proponitur, domina B. de Peruſio, cui ſe ſubſcripſerunt Petrus frater ipſius, et Hono. de Barto. ſed illud conſilium reperire non potui.

219 ¶ Contrà non videtur poſſe mulierem Pictauicam, etiam extra territorium Pictauiæ contrahere ſine conſenſu viri, multis rationibus, quas hic continenter ſubijciemus. Prima, quia conſuetudo hæc diſponit circa perſonam, & quidem reſpectu ipſius perſonæ ſimpliciter, non reſpectu perſonæ in loco. Ideo vbicunque mulier ſubdita contrahat, non valet contractus, non ſeruata forma, quæ reſpicit habilitatem, ſiue inhabilitatem perſonæ. Sicuti ſi daretur hic curator minori Pictauico, is certè nullibi terrarum poterit contrahere ſine autoritate huius curatoris. l. ſi curatorem habens. C. de in inte. reſtit. mino. cum ſimilib. Similiter, ſi alicui eſt bonis interdictum, huiuſmodi interdictū vbique vim habet, nedum in loco interdictionis, per l. is cui bonis. ff. de verborum obligat. & l. Iulianus. ff. de curat. furio. & l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relegat. Item ſuſpenſus ab officio, vel excommunicatus, vbiq; intelligitur ſuſpenſus. & excommunicatus. c. quiſquis. 4. quæſt. 5. & no. glo. in l. ex ea cauſa. ff. de poſtul. & Archid. in cap. ſi quis presbyter. 7. quæſt. 1. Præterea ſententia quæ afficit perſonam, vbique vim ſuam extendit. l. j. C. vbi de cri. agi. opor. & c. vlt. de foro compe. Ad hæc conſtitutio Papæ vel Imperatoris ligat ſubditos, quocunque ſe conferant. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. & l. 2. C. de commer. & mer. & l. 2. C. de vectigal. &c. vlt. extrà de conſtitu. Ergo & ſtatutum. ar. l. ſi duo. ff. de adminiſtrat. tutor. vbi Bart. per illum text. dicit, quòd ſi per ſtatutum minor, vel filiusfamiliàs, vel mulier prohibetur aliquod genus contractus celebrare, ita porrigitur effectus illius quocunque, ſicut porrigitur effectus vniuerſalis interdictionis & adminiſtrationis. Idē quoq; Bart in l. ex Caſtrenſi. ff. de caſt. pec. dicit, quòd ſtatutum diſponens, quòd non poſsit filiusfamiliàs obligari ſine conſenſu patris, vires ſuas extendit ad contractum factum extra territorium ſtatuti. Et alibi ſcribit idem Bart. videlicet in d. l. cunctos populos, in ſexta quæſt. quòd ſtatutum prohibens minorem teſtari, trahitur ad ſubditum vbique teſtantem. & idem ibi dicit Bald. quò ad bona ibi ſita, & Saly. etiam ibi. Præterea poteſtas ſtatuendi inter ſubditos ſuos, non arctatur territorio. l. vlt. ff. de decret. ab ordin. fac. & l. ſi quis in hoc. C. de Epiſc. & cleric. & cap. tuæ & c. vltim. extrà de clericis non reſid. Et ex differentia locorum non debēt variari iura ſtatutorum. l. vlt. C. de temp. in integ. reſti. Item iſtud ſtatutum eſt fauorabile, vt ſuprà dictum eſt: ergo vim ſuam porrigit extrà terriorum d. l. 2. ff. quod certo loco. & c. vt animarum, de conſtit. lib. 6. Deniq; ſi aliter dicer emus, facilè redderetur hæc conſtitutio eluſoria, eſſetque ludibrio, quia ſemper mulier vt contraheret ſine conſenſu viri, alibi contraheret. quod eſſet abſurdū, arg. l. mercatores. C. de commerc. & merca. & l. 2. C. de eunuch. Et facit l. ſi prætor, in prin. ff. de iudi. & l. 1. §. exceptiones. ff. quar. re. act. non dat. l. vlti. C. de vſur. rei iudic. & c. abbate, de verb. ſign. & c. commiſſa, de elect. lib. 6.

¶ Et ita in hanc partem concludit Bald. conſ. 418. ſuper 1. puncto, lib. 4. & iterum conſ. 60. quædam ſoror 220 *De eadem re.* de ordine Minorum, lib. 5. loquens vtrobiq; in ſtatuto diſponente, non ualere cōtractus, aut teſtamentum mulierū, ſine præſentia & conſenſu conſanguineorum. Et Bap. de S. Seuerino, loquens in eodem ſtatuto, in repe. d. l. 1. col. 54. de Sum. Tri. Floria. in l. 1. ff. de uſur. ubi loquitur de ſtatuto diſponente, quòd minor non poſsit contrahere ſine præſentia cōſanguineorum, & Firmia. in tract. Gabel. in 6. parte principali, in 5. q. ubi dicit, ſe iudicaſſe in Capitulo urbis, mulierem Viturchianam non potuiſſe conficere teſtamētum in ciuitate Viterbij, ſine conſenſu propinquorū, qui requirebatur ex ſtatuto Viturchiano. Et faciunt ſcripta in non diſsimilibus caſibus, à Rom. conſ. 39. in propoſita queſt. & Barb. conſil. vlt. illud referam, col. 19. verſ. non obſtat, cùm dicebat, & multis ſeq. lib. 5. & Benedict. Capr. conſ. 21. cùm de duo-



de duobus, col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus, & conſ. 144. pro præfati dubij declaratione, col. 3. vbi tamen dubitanter loquitur.

221 *Diſtinctio. De eadem re.* ¶ Sunt autem, qui hanc controuerſiam ita componunt. vt videlicet tale ſtatutum prohibens, ne mulier poſsit teſtari ſine conſenſu certorum propinquorum, non porrigatur ad teſtamentum factum extra territorium, per allega. pro priori parte, niſi actus fieret extra locum ſtatuti in fraudem illius, vt expreſsè voluit Saly. in d. l. cunctos populos, vbi ita dicit ſe conſuluiſſe apud Rhegium, & ſuo conſilio ſubſcripſiſſe Ray. & Io. Lig. & ſequitur Fran. Are. ibi, col. 12. verſ. ſecundò principaliter, & d. conſ. 54. & dicto conſ. 73. & Alex. conſil. 41. viſis quæ ſubtiliter, colum. 2. lib. 5. repetito conſ. 116. lib. 6. vbi hanc rem late tractat. Et hæc diſtinctio confirmatur ex ijs, quæ ſcribit Imol. in l. pupillus, in fin. ff. ad legem Falcid. & Phil. Corn. conſil. 89. viſo ſuprà ſcripto puncto, colum. 4. verſ. nec obſtat, quod de facili, libro 3.

222 *Alia diſtinctio.* ¶ Sed Petrus Ancha. in repet. c. 1. in 12. q. prin. verſic. hic cadit quæſtio, qui eſt in 40. charta, in paruis, de conſtit. loquens etiam in ſtatuto diſponente, ne mulier poſsit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, ſcribit Zachariam Triuiſanum profundæ ſcientiæ virum, hanc quæſtionem diſputaſſe, an huiuſmodi ſtatutum liget mulierem alibi contrahentem ſine conſilio duorum propinquorum, in eamque ſententiam tandem inclinaſſe, vt non valeat talis contractus, ſi is qui cum muliere contraxit, habeat huius ſtatuti notitiam: ſecus, ſi ignorabat.

223 *Alia item.* ¶ Baldus autem in ſimili, in repet. l. vltim. ff. de iuriſdict. omnium iudic. dicit, quòd ſi ſubditus cum ſubdito contrahat extra territorium, non valebit contractus: ſi cum non ſubdito, valebit. Nam ad non ſubditum, non extenditur præiudicium, neque commodum legis municipalis. Refert tamen alios dicere, quòd ſtatutum poteſt inhabilitare ſubditum, vbicunque gerat actum à ſtatuto prohibitum, ſi eiuſmodi actus ſit, qui ab eo ſolùm pendeat, vt factio teſtamenti minoris viginti annis. Nam ſiue ſubditum ſiue extraneum hæredem inſtituat extrà territorium, non valebit: ſed in contractu vltrò citroque obligatorio, æquam eſſe illam diſtinctionem, an non ſubditus ſcieuerit prohibitionem ſtatuti, an ignorauerit. Et hoc ſequitur Pet. Anchar. vbi ſuprà, & Alex. d. conſ. 42. lib. 5. & Roch. Cur. in c. vlt. in 13. q. in 3. limita. extrà de conſuet.

224 *Alia quoque.* ¶ Verùm idem Bal. (vt parum ſibi conſtat) aliter diſtinguit, conſ. 474. ſtatutum eſt in ciuitate, lib. 4. conſultus ſuper ſtatuto prohibente nullam perſonam poſſe teſtari, niſi reſeruauerit ius communis Eugub. Nam quiſpiam eius ciuitatis fecerat teſtamentum in alio loco, in quo nec iure communi viuebatur, & in eo teſtamento hanc reſeruationem non fecerat, dubitaturq; an valeret huiuſmodi teſtamentum, & reſpondit non valere in bonis tributarijs illius communitatis, in cæteris autem valere: tanquam in huiuſmodi rebus inſpiciendus ſit locus bonorum, vt alias ſæpè in ſtatutis, præſertim realibus, vt per Barto. & alios in dicta l. cunctos populos, Nos verò ſequimur eam opinionem, quæ irritum facit contractum, vbicunque factum ſine conſenſu mariti.

225 *Quid è diuerſo, ſi mulier extranea cōtrahat in Pictauia.* ¶ Vigeſimoſeptimò quæro, quid contra, ſi mulier extranea contrahat in Pictauia, an ſit adhibendus conſenſus mariti, vt valeat. Hanc quæſtionem in noſtro caſu poſuit Bald. in l. velles, in fin. C. de reuoc. donat. nec tamen decidit eam, ſed tantùm dicit eius rei deciſionem colligi ex nota. in dicta l. cunctos, C. de Summa Trinit. Videtur autem primùm, quòd non: nam ſtatuta non poſſunt habilitare, vel inhabilitare non ſubditos, per l. 2. in fin. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, & l. etiam ſecundum vnam lect. ff. de tutel. Et ideo dicunt noſtri Docto. quòd ſtatutum prohibens virum inſtituere vxorem, aut filiumfamiliàs, vel minorem 22. ann. teſtari, & ſimilia, non trahùtur ad forenſes actum conficientes in ipſo loco ſtatuti. Ita voluit Specul. tit. de ſentent. prolat. §. qualiter, verſ. item pone, quidam Flandren. Bartol. in d. l. 1. de tutor. & cura. dat. ab his. & in dict. l. cunctos populos, colum. 8. verſic. ſed circa hoc dubitatur. & ibi quoque Bald. colum. 9. verſic. circa iſtam inhabilitatem. Saly. Franc. Are. colum. 10. verſi. quærit nunc. & alij recentiores. C. de Summa Trin. Pet. Anch. in d. c. 1. in 12. quæſt. princ. verſ. quæro vlterius circa iſta ſtatuta, de conſtitut. vbi & hoc poſt Bald. ampliat, vt procedat etiā quò ad bona ibi ſita, quia bona veniunt acceſſoriè ad perſonam, vbicunque ſunt ſita: nec ratione eorum poteſt fundari iuriſdictio, & poteſtas ſtatuendi in forenſem, arg. not. in l. 1. C. vbi pe. tuto. & voluit Inno. in cap. paſtoralis, de priuil. & facit l. libertus. §. ſola. ff. ad municipa. Et hanc quoque partem tenuit Phil. Corn. conſil. 152. licèt in hac conſultatione. colum. 2. verſ. confert etiam, lib. 1.

¶ Contrarium tamen in noſtro caſu videtur ex eo, 226 *De eadem re.* quod not. Bald. in repet. d. l. vlt. ff. de iuriſdict. omnium iudi. vbi dicit, quòd ſtatutum diſponens, ne minor 22. annis poſsit contrahere ſine conſenſu duorum proximorum, vel ſine autoritate iudicis, debet obſeruari & in forenſi minore ibi contrahente. Quem refert Petr. Anc. in dicto c. 1. in 12. q. verſi. quid dices in obligatione perſonali, de conſti. vbi dicit hoc primum videri repugnare doctrinæ Barto. & ipſius Bald. in dicta l. cunctos populos. niſi (inquit) quòd ibi loquuntur, cùm ſtatutum, diſponit ſimpliciter de ſtatu perſonæ, ad actum ſibi per ſtatutum, vel prohibitum, vel permiſſum, quo caſu tale ſtatutum non cōpræhendit forenſes: ſed in hoc caſu ſtatutum non ſimpliciter diſponit de habilitate, vel inhabilitate perſonæ, ſed de perſona cōtrahēte adhibet certam formam, & ſolennitatem: ideo & ad forenſem trahitur illic contrahentem. Actus enim ſolennis, ſiue ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, ſortitur eſſentiam ſecundum legem loci, vbi fit, per l. 1. C. de emancip. liber. & l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. cum ſi. & ita refert Petrus Anchar. vbi ſuprà, quem ſequitur Franciſc. Aretin. dicto conſil. 54. colum. 2. & rurſum dicto conſi. 73. colum. 4. Et idem in ſtatuto requirente præſentiam iudicis in donatione, conſuluit Corn. conſil. 195. tria principaliter, colum. 6. lib. 2. Cogita, quia ſi ſtatutum hoc videtur factum in fauorem mariti (de quo alibi diximus) fortè aliud dicendum eſt.

¶ Vigeſimooctauò quæro, an hęc conſuetudo proce 227 *An hoc ſtatutum in muliere Pictauica habeat locū in bonis alibi ſitis.* deret in muliere Pictauica, etiam quoad bona alibi ſita. Et videtur quòd non. Nam bona dicuntur ſub illius iuriſdictione, in cuius territorio ſunt ſita. l. iubemus nullam. C. de ſacroſanct. eccleſ. & cap. poſtulaſti. & ibi Innoc. de foro compet. Ergo licèt ſtatutum habeat ciuem ſibi ſubditum, attamen non videtur poſſe trahi ad bona ipſius exiſtentia in alieno territorio: quia in eis deficit iuriſdictio, quæ eſt cauſa efficiens & extenſiua ipſius ſtatuti, cap. per venerabilem. cùm ibi not. per Innocen. & alios, extrà, qui filij ſunt legitimi. & quod not. Bart. in l. 1. C. de Summa Trinit. quod legitimatio facta per principem, non trahitur ad bona exiſtentia in territorio alieno. Item ſicut ſtatutum non compræhendit perſonam non ſubiectam, vt diximus in præcedenti quæſtione, ita nec bona ſibi non ſubiecta, argu. illo à perſonis ad res. l. qui plures liberos. ff. de vulga. et pupil. & l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. ff. de leg. 1. cum ſimilibus.

¶ Contrarium tamen in ſimili decidit Bart. in d. l. 1. 228 *De eadem re.* C. de Summa Trin. et in l. ſi duo. C. de admi. tut. et poſt eum Ro. d. conſi. 39. in propoſita quæſtione, in ſecundo dubio,

dubio. Eſt enim (inquit) conſiderandum, quòd ſtatutum aliquando ſtatuit principaliter & directè, circa bona ſui ſubditi, in alieno territorio exiſtentia: & tunc non valet ratione defectus iuriſdictionis, quam in eis certum eſt non habere, cùm extrà territorium habeatur loco priuati. l. 3. ff. de offic. Præſi. & l. vltima, ff. de iuriſdict. omnium iudicum. & l. 1. §. ſed & ſi quid, & l. vltim. ff. de offic. Præfect. vrbis, & l. iuriſperitos. §. cum oriundus. & l. illud. ff. de exc. tut. & c. vt animarum, de conſtit. libro 6. Aliquando autem ſtatuit principaliter & directè, circa perſonam ſibi ſubiectam, & tunc ſtatutum extenditur ad bona alibi ſita, tanquam acceſſoria ipſius perſonæ. l. propter lites. §. licet. ff. de excuſ. tutor. & l. 2. C. eod. & l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum eſt, & l. argentarium. §. nomine. ff. de iudic. & l. magis puto. §. illud quæritur. ff. de rebus eor. & l. cùm vnus. §. is qui. iuncta gloſſ. ff. de bon. auto. iudic. poſſ. & l. à D. Pio, §. 1. ff. de re iudic. & l. properandum. C. de iudic. & cap. Romana. §. contrahentes, de foro comp. lib. 6. Sed tu vide, quæ multò latiùs dicam in Tracta. Primogen. in ea quæſtione, an ſtatutum deferens quandam primogenituræ prærogatiuam, trahatur ad bona alibi ſita: quæ quidem eſt 46. eius Tractatus, & vide etiam hic Cald. conſ. 17. ſtatuto ciuitatis, tit. de conſtit. & conſi. 34. ſtatuto Ferrarienſi, tit. de teſt.

229 *Quid de muliere alterius originis, nupta in Pictauia.*

¶ Viceſimononò, Quòd in muliere hic matrimonio copulata, quæ tamen eſt de origine alterius prouinciæ, quæ iure communi vtitur, an ea poterit contrahere ſine conſenſu mariti, conſiderata ipſius origine? an verò non poterit conſiderato ſtatuto mariti? Super hoc expreſsim conſuluit Bald. conſil. 139. ſtatuto communis Aſiſij cauetur, libro 5. vbi multa allegat ad interpretationem ſtatuti illius, quæ nihil ad noſtrum caſum pertinent: tandem verò concludit, huiuſmodi mulierem cẽſeri eſſe eius prouinciæ, cuius eſt maritus: proindeque ligari eo ſtatuto, quod prohibet mulierem contrahere vel teſtari ſine præſentia vel conſenſu mariti. Et id ſequitur & dicit ſingul. Cat. Cotta. in memor. incip. ſtatutum quòd vxor. Et id quidem ſequor, licèt Corn. apertè contrarium conſuluerit, conſil. 241. de duobus quæritur, in primo dubio. Sed tu pro Bald. ſententia vide, quę diximus in prima Lege Connubia, numero 28. incip. illud etiam ex eodem fonte, & duobus ſeq. & iterum in gloſſ. 2. numero 45. incip. item quæro ſecundò, & multis ſequen. Vide tamen quæſt. proximè ſequentem.

230 *Quid è diuerſo in muliere Pictauica alibi nupta.*

¶ Trigeſimò, Quid ſi è diuerſo, mulier Pictauica origine, nubat marito alterius prouinciæ, quæ hac conſuetudine non vtatur, an poterit contrahere ſine conſenſu mariti, inſpecta origine iſtius mulieris, an non poterit inſpecto domicilio mariti? Videtur inſpiciendum eſſe domicilium mariti per id, quod dictum eſt in qu. præcedenti, & locis inibi allegatis: tamen Bald. conſil. 226. præmiſsis verbis ſtatuti, libro 5. loquens in ſtatuto prohibente mulierem habentem filios teſtari extra perſonas filiorum, multa in vtramque partem allegat. Et tandem videtur concludere, quòd poſsit teſtari de bonis, quæ ſunt ſita in prouincia mariti, non etiam in his quæ ſunt ſuæ prouinciæ, per l. 1. C non lice. habit. metro. libro 11. Quæ deciſio, ſi benè expendatur, videtur aduerſari ijs, quæ diximus in præcedentibus quæſtionibus. Ideo cogita.

231 *An in his quæſtionibus inſpiciatur locus conſtitutionis procuratoris, aut contractus.*

¶ Triceſimoprimò, Retenta ea opinione, quæ vult hoc caſu requiri conſenſum mariti in contractu, qui hic conficitur, non etiam alibi, & mulierem extraneam non poſſe hic contrahere ſine conſenſu mariti: pone, quòd mulier quæpiam in alieno territorio conſtituit procuratorem ad contrahendum: procurator in hac prouincia contrahit ſine conſenſu mariti: an ualeat contractus? Videtur quod ſic, quia videtur inſpiciendus locus, in quo mulier fuit, cuius mandato res geritur, ſicuti etiam attenditur eius perſona: quia qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm. & c. qui per alium. de regul. iur. lib. 6. cum concord. *à procu. facti.*

232 *De eadem re.*

¶ Tu autem dicito contrarium, videlicet inſpiciendum eſſe locum initi contractus, non mandati: nam inter mandantem, & mandatarium fit contractus mandati, & eius reſpectu debet conſiderari ius, vel conſuetudo loci ipſius mandati. At principalis contractus fit poſtea inter procuratorem nomine mandantis, & alium cum quo contrahitur. Ideoque quantùm ad iſtum, cum quo ſcilicet contrahitur, attenditur locus principalis contractus, in quo ipſe interuenit cum procuratore: cum actus recipiat ſubſiſtentiam, vt diximus, in perſonam procuratoris. l. quæcunque gerimus. ff. de action. & obligat. ideo quoad ipſum contractum inſpiciendus eſt locus ipſius, non locus mandati, prout in ſimili dicit Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. quòd in delicto commiſſo per mandatarium nomine mandantis, attenditur locus, & tempus commiſsi maleficij, non mandati, per l. Prætor ait, la 2. §. hoc autem edicto. ff. de vi bo. rapt. Et quia ipſe mandans obligatur ex delicto propter mandatum, non ex mandato propter delictum, arguendo à ſimili, quòd mandans obligatur ex contractu celebrato propter mandatum, non ex mandato propter contractum, per l. ſi quis vxoris. §. neque verbo. & l. qui ſeruo. §. 1. ff. de furt. Et ſic arguit Bart. de contractu ad delictum. Vnde ſicuti in delicto concludit attendi locum delicti, ita quoque in contractibus dicendum eſt in quibus id videtur habere pro re minùs dubia. Et id quoque ſuadet ratio: nam ex quo in contractu duæ perſonæ ſunt æquè principales, l. 1. ff. de pact. videtur quòd non debeat attendi tempus vel locus mandati, in quo nullo pacto interuenit altera perſona principaliter contrahentium. Et ita in hanc partem concludit Corn. conſi. 186. tria principaliter, col. 6. verſ. nec obſtat, ſi dicatur, li. 2. loquens in ſtatuto diſponente, quòd donatio non valeat ſine conſenſu iudicis.

233 *Si mulier habet uerũ maritum, quẽ putat mortuũ, et alterũ, cuius cõſen. contrahit, an valeat.*

¶ Trigeſimoſecundò, Quid ſi mulier habet verum maritum, quem fortè putat mortuum, ideoque & alteri nupſit, qui putatur eſſe maritus, cùm non ſit, & hoc conſentiente contrahit: poſtea compertum eſt, verum maritum viuere, qui non conſenſit, an valebit contractus? de hoc loquitur Bald. conſi. 132. verus maritus, libro 4. vbi adeo obſcurè loquitur, vt vix ſcias, quid de hac re ſentiat: videtur tamen in eam ſententiam inclinare, vt non valeat. Sed tu vide, quòd dicam in ſequen. q. & no. in ſimili per Ang. Pau. Caſtr. Alex. & Iaſon. in l. ſi tibi decem. §. cum poſſeſſor. ff. de pact. Paul. Caſtrẽ. & Alex. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiur. Imo. & alios Cano. in c. nihil. & in ca. tranſmiſſum, de elect. cum multis còncord. adductis per. Iaſo. in d. §. cum poſſeſſor.

234 *Quid ſi vxor nõ habet uerũ, ſed tantũ putatiuũ, an eius cõſenſus requiritur.*

¶ Trigeſimotertiò, Quid autem, ſi cùm vxor non haberet verum maritum, ſed tantùm putatiuum, vt vocamus, contraxit ſine ipſius autoritate, aut conſenſu: an ualebit huiuſmodi contractus, comperto illum non fuiſſe maritum, fortè propter impedimentum ab initio contrahentibus ignotum, nunc uerò compertum? Et uidetur primò ualere, quia cùm fœmina non habet maritum uerum, non habet locum in ea ſtatutum requirens mariti conſenſum, ut latè diximus ſuprà in eadem gloſſ. in 7. quæſtione. At iſta non habet maritum uerum, ſed tantum putatiuum. qui ſimpliciter maritus non eſt: ſicuti nec falſus & putatiuus denarius, eſt denarius, nec falſa fides, fides eſt, per tex. in l. omnes. & ibi gloſſ. in uerbo, non habent. C. de hæret. cum ſimil. alibi à me collectis, in noſtro Tractatu Retractuum, tit.

1. §. 1.



1. §. 1. in gl. 20. in verbo, *d'or ou d'argent*, nu. 11. incip. at illud quoque, & ſeq. vbi idem videbis de falſo tutore, iudice, teſtamento, inſtrumento, modio, & cæteris.

235 *Leges loquentes de viro & vxore, non intelliguntur de putatiuo.*

¶ Ideoq; (vt propiùs accedamns ad caſum noſtrũ) nec iura loquentia de marito, & vxore, habent locum in ijs, qui putantur tantùm, maritus & vxor eſſe, non ſunt tamen, per textum in l. ſi concubina, in prin. ff. rerũ amo. vbi vxor putatiua non habet priuilegium, ne furti conueniatur, ſicut vera vxor. Et hinc Barb. ibi not. quòd licèt matrimonium putatiuum habet quædam priuilegia circa dotem putatiuam, per l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, qui eſt vlt. ff. ſol. mat. non tamen circa alia. Cui accedit tex. not. in cap. 1. in verbo, totam dotem, extrà de donat. inter vir. & vxor. vbi maritus putatiuus non habet priuilegium veri mariti, ne videlicet conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, vt no. Ioan. Andr. Anton. & Panormit. ibi, & Bald. Imo. Alexand. & Fran. Are. in d. leg. diuortio. §. impendia. ad fi. ff. ſol. matr. & Iac. Bel. in l. 1. in fi. C. de rei vxor. act. Bal. Imo. & Paulus Caſt. in l. filio, la 2. ff. ſol. matr. Ro. qui illum tex. dicit ſingu. in d. l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, col. 7. verſi. 2. & ibi quoque Alex. col. 1. & idem Alex. in l. ſi maritum, poſt prin. eod. tit. Barb. in c. iurauit, col. 3. nu. 18. de probat. & in cap. ex literis, col. vlt. extrà de pig. & conſi. 46. ſcripſit præclarè, col. 9. verſi. capio modò tertiam, lib. 2. & Phil. Dec. conſi. 153. in effectu quæritur, col. 1. Fran. Ripa in rub. ff. ſol. matr. nu. 63.

235 *Dos putatiua an admittit except. compenſa.*

¶ Imò nec etiam ſemper circa dotem habet matrimonium putatiuum priuilegia veri. Nam licèt, in vero matrimonio dos habeat priuilegium, vt non poſsit opponi exceptio compenſationis, per d. l. 1. §. taceat. C. de rei vxo. act. non tamen in matrimonio putatiuo, ſecundum gl. in d. §. impendia. quam ita intelligit & ſequitur Alex. ibi. Ex qua & illud etiam apertè colligitur quod licèt maritus verus lucretur fructus dotis, per textum ibi, non tamen putatiuus, per tex. in l. in inſulam, §. fructus, eodem tit. ſolut. matrimo. quam gl. ſequuntur communiter omnes, in d. §. impendia. & voluit etiam Bal. in l. pe. §. Iulianus, ff. quod fal. tut. aut. & Ro. in d. §. tranſgrediamur. col. 7. verſic. 4. Sed & ex d. §. fructus, videre licèt, quòd quamuis uerus maritus adeo lucretur fructus, vt nec impenſas quoque in dotẽ factas nõ deducat: tamen putatiuus deducit ſumptus gratia eius factos, & ad hoc dicit illum tex. ſing. Rom. poſt Dy. ibi. & no. ipſe Rom. vbi ſuprà, verſi. 5. *Marit. putat. non lucratur fructus dotis. uide 261.*

235 *Marit. putat. an lucretur dotem ex pacto vel ſtatu. uide 264.*

¶ Similiter nec lucratur maritus putatiuus dotem ex pacto, vel ſtatuto, de dote lucranda, vt de primo, id eſt, de pacto, eſt tex. in l. 1. vbi id not. Bal. Saly. & Ang. C. de cõdi. ob cau. & in d. §. Iulianus, & ibi gl. & Bal. in §. verò ab initio, & iterum in §. adſcripto, & ibi Ang. in authen. de nupt. & voluit Franc. Aretin. in l. ſi ante, colum. 3. ff. ſol. matrim. Barb. in cap. ex literis, colum. vltim. de pig. & d. conſi. 46. lib. 2. De ſtatuto etiam voluerunt Bal. Angel. Saly. in d. l. 1. de condi. ob cau. idem Bald. conſ. 184. ſi qua, inquit, mulier, lib. 3. Paul. Caſt. Rom. qui id declarat, & Alex. in d. l. ſi cùm dotem, §. vlt. ff. ſol. matri. Fran. Rip. in d. rub ff. ſol. mat. De vtroque Bal. in cap. iurauit, colum. 1. & ibi Barb. in c. iurauit, col. 3. & Fely. col. vlti. de prob. Imol. Paul. Caſt. & Ro. in d. l. ſi ante, ſol. matri. Barb. conſil. vlti. col. pen. lib. 2. Hippo. Marſi. ſing. 129. dum eſſem aliàs.

237 *Marit. puta. non lucra. dotem ob adulterium uxoris. vide 265.*

¶ Præterea licèt maritus verus lucretur dotem ob vxoris adulterium, leg. conſenſu, §. vir quoque. C. de repud. & c. plerunque, extrà de dona. inter vir. & vxor. idque veteri iure Romanorum, vt ex eo conſtat, quod ſcribit Valerius Maximus, lib. 8. ca. 2. C. Marium damnaſſe Ticinium quendam, qui de induſtria, Fanniam impudicam fœminam duxerat, vt eo crimine poſtea repudiatam dote ſpoliaret. Quòd è noſtris retulit Io. And. in d. c. plerunq; in prin. Et huç alludens Horat. libr. Sermo. 1. Saty. 2. loquens de muliere, quæ veretur deprææhendi in adulterio, metuens doti, inquit:

*—— Vel pallida lecto,*
*Deſiliat mulier: miſeram ſe conſcia clamet:*
*Cruribus hęc metuat, doti deprenſa.*

Tamen putatiuus maritus id lucrum non conſequitur, vt voluit expreſsim gl. in d. §. vir quoque. in verbo, ſibi habere. & Ant. in d. c. plerunque. Roma. in l. Lucius Titius, col. 6. verſ. ſed ſuccedit. ff. ſol. matr. & Alex. in d. l. ſi cùm dotem. §. vlt. col. 2. ff. eo. tit.

¶ Nec etiam is maritus putatiuus habet dilationem, quæ veris maritis conceditur ad reſtitutionem dotis, ſed illico debet eam reddere, æquè ac quilibet extraneus, ſecundum gloſſ. in d. l. 1. §. exactio. in glóſ. magna, poſt princi. C. de rei vxo. actio. quam ſequuntur expreſsim Rayn. & Saly. ibi. & Pan. in d. c. de prudentia, extrà de donat. inter vir. & vxor. & Alexan. in l. ſi cùm dotem. §. ult. ff. ſol. matrim. 239 *Nec habet dilationẽ reſtituẽda dotis.*

¶ Nec item habet locum ſucceſsio ab inteſtato ex bonorum poſſeſsione, vnde vir & vx. inter coniuges putatiuos, vt apertiſsimè declarat tex. in l. 1. ff. vnde vir & vxor, cuius hæc verba ſunt: Vt bonorum poſſeſsio peti poſsit, vnde vir & vxor, iuſtum eſſe matrimonium oportet. Cæterùm ſi iniuſtum fuerit matrimonium, nequaquam bonorum poſſeſsio peti poterit. An autem ex teſtamento capere poſsit, vide tex. qui illic ſequitur atque etiam tex. in l. vxori maritus. & ibi gl. & Doct. ff. de vſu fruct. lega. & in l. Præfectus. ff. de rit. nupt. & in l. 2. §. 1. ff. de his quib. vt in dign. & in l. qui contra. & l. ſi quis inceſt. C. de inceſt. nupt. 240 *Nec poſſe. bonorũ ex edict. unde uir, & uxor.*

¶ Nec vxor putatiua ſequitur forum viri putatiui. l. de iure. §. vlt. ff. ad municip. gl. in c. eos 22. diſt. & in ca. 3. in gl. 1. ad fi. 11. q. 1. Bar. in l. vlt. §. item reſcripſerunt, le 2. in 3. q. ff. ad municip. Bal. qui ex eo dicit ſing. in ea non procedere l. exigere dotem. ff. de iudic. in d. c. iurauit, col. 1. & ibi quoque Fel. col. vlt. de prob. idem Bal. conſ. 439. ſuper primo puncto, col. 2. verſ. item nuptiæ, lib. 4. Maria. Soc. in c. 1. col. 10. in 17. declarat. extrà de for. compet. Card. Alex. in c. 1. colum. pen. de ſponſa. & ibi quoq; Fely. col. pen. verſic. ſecundò limita, qui dicit ſing. id quod dictum eſt de d. l. exigere dotem, & Iaſ. in l. cunctos populos, in 6. limit. C. de Sum. Trinit. 241 *Vxor put. non ſequitur forum viri.*

¶ Nec in dote putatiua inducitur tacita illa ſtipulatio, quæ in vera inducitur, ex d. l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. vt voluit gl. no. in §. ſi aduerſus, in verbo, exactioni, Inſtit. de nupt. & Ang. in l. 2. §. vlt. per glo. ibi. ff. de priuil. cred. Quod vel hinc ſatis liquidè probatur, quòd pro huiuſmodi dote repetenda datur condictio ob cauſam, vel ſine cauſa, vt habetur in l. 1. C. de cond. ob cauſ. & in l. vlt. ff. de cond. ſine cau. & voluit etiam gl. in rub. ff. ſol. mat. in d. §. ſi aduerſus, & in d. c. de prudentia, in gl. 1. de donat. inter vir. & vxor. & Spec. tit. de dote poſt diuor. reſtit. §. formatis, verſic. quid ſi mulier agit, ibi, ſed ſi matrimonium. 242 *Dos puta. non habet tacitã ſtipulationẽ.*

Et ex hoc aliud aſſumitur huic noſtro propoſito ſatis accomodatum, quòd quamuis ex vero matrimonio diſſoluto ipſo iure tranſeat dominium dotis in vxorem, leg. in rebus, C. de iure dot. non ſic autem ex putatiuo: quod hinc manifeſtè liquet, quòd nulla condictio datur dominio, l. 1. ff. de vſusfr. quemadmod. cau. & §. ſic itaque, Inſtit. de actio. & ita nuncupatim annotauit, Bal. à Bar. quem Nouellum appellant, in d. l. ſi cùm dotem, §. ult. ff. ſol. mat. & iterum in tractatu dot. in 8. parte, in 6. priuileg. in 12. limi. & iterum in 11. parte, col. 15. verſi. 11. differentia. 243 *Dotis putat. dominium ipſo iure non tranſit in uxorem.*

¶ Nec hic quoque maritus putatiuus poteſt accuſare vxorem putatiuam iure mariti, ſed tantum iure extranei, l. ſi vxor. §. ſed ſi ea ſit, ff. de adult. cuius hæc uerba ſunt: Sed ſi ea ſit, cum qua inceſtum commiſſum ſit: uel ea, quæ quamuis vxoris nomine animo habe- 244 *Maritus putati. non accuſat uxorem adult. iure mariti.*

retur, vxor tamen eſſe non poteſt: dicendum eſt, iure mariti eam accuſari non poſſe, iure extranei poſſe. Nam quod prius in eadem. l. poſt principum ſcriptum fuerat, in hunc modum, Planè ſiue iuſta vxor fuerit, ſiue iniuſta, accuſationem inſtituere vir poteſt: intelligi non poteſt, ſcilicet iuſta vxori, pro vera & legitima, & iniuſta pro putatiua, & illegitima, vt intelligunt glo. Bart. & alij ibi, aliàs vterque locus eiuſdem l. è diametro ſecum pugnare, quod cùm in alijs veriſimile non ſit, per l. non ad ea. ff. de condi. & demonſt. tamen multò minus in Iuriſconſulto. Sed prior ille locus iniuſtam vxorem vocat, cum qua matrimonium eſt, ſed non ſolenniter celebratum, ex Homero, lib. 9. Iliad.

*Iuſta vxor qua.*

Ἠ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι. Et cætera quę ſequuntur.

Quem locum & ipſe Iuriſconſultus inibi citat. Quod ſi pleniùs ſcire vis, quæ ſit iuſta & iniuſta vxor, quidue differat iuſta vxor à pallaca: vide Budæum in Annotationibus eius loci: ſed ita ut conſideres illum locum Liuij, libro 9. Belli Macedonici. Hunc iuſta matreſfamilias, illum pellice ortum eſſe, & alium Suetonij in Veſpaſiano, cap. 3. Cænidem Antoniæ libertam, & à manu dilectam quondam ſibi reuocauit in contubernium, habuitque eam Imperator penè iuſtæ vxoris loco. Cui iunge & alium locum eiuſdem capitulo 21. Poſt deciſa, quæcunque obueniſſent, negotia, geſtationi, & inde quieti vacabat accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat. Nam quod de pellice, & pallaca Iuriſconſulti noſtri tradunt in leg. Maſſurius, de uerborum ſign. & Alcia. inibi, atque etiam in libro quarto eodem titulo. & Floridus Sabinus in libro de Iuris Ciuilis Interpretibus vix ad hunc locum pertinet, ſed id obiter tibi dicere voluimus.

*Pallaca. Iuſta materfamilias. Pellex.*

245 *Maritus putatiuus an poſsit occidere adulterum.*

¶ Sed ab eo, quod diximus in principio verſi. præcedentis, non admodum diſtat, quod ſcribit Bar. in l. marito, §. illud, qui eſt vlt. verſi. quæro vtrùm ſi vxor. ff. de adul. quòd maritus putatiuus, qui ſcilicet duxit vxorem, quam non licebat, non poteſt adulterum interimere etiam eo caſu, quo verus maritus poteſt. Nam cùm eum, nec uxorem putatiuam accuſare non poſsit, vt diximus in d. præced. verſi. ſequitur, neq; ei licere eos occidere. Et id (inquit ipſe Bart.) uerum eſt, licèt gl. dicat contrarium, & malè, in l. pen. §. ult. ff. ad municipa. quæ dicit, non legitimum matrimonium, quo ad aliquid pro legitimo haberi, ut quia adulterium committitur, per d. l. ſi uxor. §. planè, cuius uerba in d. præced. verſi. poſuimus.

246 *De iiſdem rebus.*

¶ Ego verò putarem, ſi huiuſmodi uxor non iniuſtè putabatur eſſe uera vxor, cùm tamen talis non eſſet, ob aliquod impedimentum, quod maritus ipſe non abs re ignorabat, licuiſſe illi adulterum impunè occidere; vt etiam in præcedenti illo caſu hunc maritum poſſe eam uxorem adulterij accuſare, ſi ea tenebatur & tractabatur, vt uera uxor, etiam ſi uxor eſſe non poterat, vt per ipſum Bart. in d. l. ſi uxor. §. ſed ſi ea ſit. De quo tamen antequam tuum iudicium interponas, uide Bald. in l. non ignorat, col. 3. uerſi. uel aliter in hoc puncto. C. qui accuſ. non poſſ.

247 *Pater non obligatur pro dote putatiua data filiofamil.*

¶ Et licèt pater non obligetur pro uera dote filiofamiliàs, ut latè per omnes in d. l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur, ff. ſol. matrimo. id tamen non procedit in matrimonio putatiuo, quod ſcilicet nullum eſt: ut à Rom. ſcriptum eſt in illo ipſo §. tranſgrediamur, col. 4. uerſic. quod tamen declara. & ibi quoque Alexander, colum. 1. uerſi. quod limitat. ſol. matr. Quos refert & ſequitur Io. Lupus in rep. rub. extrà de donat. inter uir. & uxor. §. 21. col. 3. uerſi. prædicta ſunt plana. Innititurq; Ro. ratione eius quod in ſimili, & eo quidem no. ut ipſe dicit, caſu ſcribitur in l. 1. uerſi. pro infante, C. de muneri. & hono. non conti. lib. 10.

248 *Dos uera non retinetur ob impenſas: cõtrà in dote putatiua.*

¶ Sed & quamuis propter impenſas factas in uera dote, non habeat locum retentio ipſius dotis, per dict. l. 1. §. ſed nec ob impenſas, C. de rei uxor. act. & l. dote. ff. de dote præleg. tamen ea locum habet in dote putatiua, propter impenſas in ea factas. l. ſed & ſi quid. & ibi gl. & Rom. qui eam l. legit cum §. tranſgrediamur, col. 7. verſi. duodecimò, quòd quamuis, ff. ſol. matr. vbi dicit eum caſum eſſe notandum.

249 *Donatio inter coniuges putatiuos an confirmetur morte.*

¶ Deinde donatio facta inter coniuges putatiuos, nõ confirmatur morte, per textum not. in l. cùm hic ſtatus, §. ſi quis ſponſam, ff. de donat. inter uir. & uxor. quem in id dicit ſing. Bald. in l. eam quam, colum. 5. uerſic. modò ego quæro. C. de fideic. & in ſua marga. col. 2. uer. donatio, in uerbo, donatio facta per uirum. Rom. in d. §. tranſgerdiamur, col. 7. uerſi. ſextò, quòd quamuis donatio. & ibi quoque Alex. col. 2. uerſi. ex hoc uerificatur, & ijdem Rom. & Alex. in l. ſi donatione, ille, col. 4. uerſic. in eadem gloſſ. ibi, nec tenet: hic, col. 5. verſic. in eadem, ibi, nec poſtea, & iterum col. ſeq. verſic. nec obſtat, d. §. C. de colla. qui & ipſi dicunt ſing. d. §. ſi quis ſponſam. Alex. in addi. Bar. in l. donationes, la 1. C. de don. inter vir. & vxor. et Barb. in l. ſi diuortio, col. 14. ff. de uerbor. oblig. in c. iurauit, col. 3. nu. 15. de prob. et in d. c. ex literis, col. vlt. de pign. et Iac. à S. Georg. in l. ſi pater. C. de hær. inſtit. Sed eſt ſimilis tex. in l. ſi ex uoluntate, vbi & Bal. ipſe no. C. de dona. inter uir. et uxo. et aliàs item in l. 2. in fin. cum ſeq. ff. de priuile. cred. et uoluerunt propè omnes in d. l. ſi pater. et Steph. Bert. qui alios citat, conſil. 17. ex eo quod apparet, col. 7. lib. 4. et Io. Lup. in rep. d. rub. de dona. inter uir. et uxor. §. 36. col. 3. uerſ. et ideo non ualet.

250 *Putatiui alij non ueniunt in conſiderationem.*

¶ Nec tantùm in hoc caſu coniugum putatiuorum, ſed aliàs ſemper, non habent locum leges in quibuſuis alijs putatiuis. Nam habes tex. in l. ſi is qui. ff. de eo qui pro tut. non valere alienationem etiam factam cum decreto, de re pupilli, cum autoritate tutoris putatiui, et ibi Bar. et Bald. eum text. ad hoc not. et alium tex. in leg. qui in aliena. §. ſi is qui putabat. et ibi gl. et Ro. ff. de acq. hær. ubi filius putatiuus non quærit patri putatiuo, ut uerus vero. Et idem Bal. in l. 1. col. 11. uerſ. quò ad nouum. C. qui admit. latè probat filium putatiuum inſtitutum hæredem, etiam fauore patris putatiui, non teneri adire hæreditatem eo iubente. per tex. inter cæterea in l. iuſto, in prin. ff. de uſucap. et ſequitur Iaſ. in l. qui aliena. §. ſi is qui putabat. ff. de acq. hær.

251

¶ Sed et tex. eſt in l. ſi pater. et in l. nec apud. C. de hæred. inſtit. non ualere inſtitutionem factam de filio aut fratre putatiuo, ſiue inſtituens errauerit in facto, uti loquitur d. l. ſi pater, ſiue in iure, ut loquitur dict. leg. nec apud. Idq; etiã procedit in donatione inter uiuos, vt voluit Bal. in d. l. nec apud, quem ſequitur Alexand. Corn. Iaco. à S. Georg. ibi, per tex. in d. l. cum hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam. Licèt Pet. Cy. et Ang. tenuerunt contrarium in d. l. nec apud.

252

¶ Eius autem l. autoritate ſubnixus Raph. Ful. conſil. 23. Engelpertus, col. vlt. uer. ad ſecundum, reſpondit non ualere inſtitutionem filij naturalis, qui putabatur legitimè legitimatus, cum eius legitimatio non ualeat. Et idem quoque uoluit Paul. Caſt. in l. eam quam, col. 2. uerſ. et per iſtam l. C. de fideicom. per tex. ibi, ſecundũ lec. Azo. et ita dicit ſe conſuluiſſe, et ſequuntur recentiores, ibi. De quo tamen Phil. Dec. conſi. 166. viſo themate, col. 2. uerſi. ſed prædictis, et iterum col. 4. uerſi. ſecundò principaliter, & col. ſeq. uerſ. & ita requiſitus, vbi de hoc nutat: tamen uidetur tandem id ſequi, vt etiam facit conſi. 453. conſultum fuit in fi.

253 *Contra ſuprà dicta.*

¶ Contrarium tamen uidetur, matrimonium putatiuum habere priuilegia ueri. Primùm per text. in d. leg.





ſi cùm dotem, §. vlt. ſolut. matrim. vbi duo ad eam rem probantur: Primum, quod res empta ex pecunia dotali, in matrimonio putatiuo, eſt quaſi dotalis, ſicut in vero eſt dotalis, per l. ita conſtante, ff. de iure doti. cum ſi. Et ad hoc eum text. in d. §. vlt. expendunt omnes ibi: inter quos Rom. verſic. 7. dicit eſſe not. & Io. Lup. in rep. cap. per veſtras, §. 32. de donat. inter vir. & vxor. Et id quoque voluit Pet. Anch. in d. ca. 1. col. 1. eo. tit. per text. in d. l. ita conſtante, quæ tamen, vt diximus, loquitur de vero matrimonio. Alterum, quod probatur ex d. l. ſi cùm dotem, §. ult. (vt eò redeamus) eſt, quòd vxor putatiua habet priuilegium, vt præferatur cæteris creditoribus, quibus & vera præfertur. Ad quod etiam benè facit text. in leg. ſi ſponſa, ff. de iure dot. Sed id quomodo intelligatur, videbis apud Bald. Nouellum in dicto tractatu dotium, in 2. parte 11. partis princ. col. 1. & 2. ubi id tribus modis limitat.

*Vxor putatiua habet priuilegiũ prælationis.*

154 *Actio, quæ datur pro dote putatiua, priuilegiata eſt.*

¶ Et ad hoc benè facit, quod pleriq; non paruæ autoritatis tradunt, actionem quæ pro dote putatiua datur vxori putatiuæ æquè priuilegiatam eſſe, atque eam quæ ueræ vxori datur. Ita enim voluerunt glo. & Bal. qui id dicit not. Alber. & Salyc. qui id dicit communiter teneri, in d. l. 1. C. de condic. ob cau. Hoſt. Ioan. And. & Panor. in d. cap. de prudentia, extrà de dona. inter vir. & vxor. Spec. in eodem tit. vt plurimi citãt, ſed & in tit. de dot. poſt diuor. reſtit. §. 1. verſi. ſed ſi matrimonium aliàs eſt ſub verſic. quid ſi mulier.

255 *Vxor putatiua an habet hypothecam & eam priuilegiatam.*

¶ Et hæc quidem ita procedunt, vt vxor ipſa putatiua in ijs habeat & tacitam hypothecam, & eam quidem priuilegiatam, vt expreſsim dicit glo. in d. l. ſi cum dotem, §. vlt. de quo tamen latè per Bar. Imo. Paul. Caſt. Rom. & alios ibi, & etiam per gloſ. & alios in l. 2. §. ultim. ff. de priuilegijs cred. & glo. in l. vltim. ad finem magnæ glo. & ibi Cyn. in 7. quæſt. Bart. Bald. colũ. ult. Ioan. Fab. paulò poſt medium, & Saly. in 6. quæſt. C. qui poti. in pingno. hab. Bald. in l. eos qui. C. eod. tit. & in l. dotis appellatio. ff. de iure dot. & in d. l. 1. in fin. C. de condict. ob cauſ. Collect. Imo. Pet. Anch. & Barb. in d. c. ex literis, de pign. & idem Anch. in d. c. 1. col. 1. de dona. inter uir. & vxor. Barb. d. conſi. 46. vbi ſuprà, lib. 2. & latè Bal. Nouel. vbi ſuprà, col. 3. uerſi. ſecundò conueniunt, & colũ. ſeq. verſi. 3. conueniunt, etiam in 10. parte prin. in 12. limi.

256 *Dos putatiua alienari nõ poteſt.*

¶ Et quemadmodum dos uera illud habet priuilegiũ, ne alienari poſsit, l. 1. & propè per totum tit. ff. de fun. dotal. & c. cùm contingat, de iureiur. ita & putatiua, ut uoluit glo. no. in l. dotale prædium, la 1. §. dotale, in verbo, præſtabitur, ff. de fun. dot. per d. leg. ſi cùm dotem, §. vl. ff. ſol. matri. quo in loco Ro. colum. 7. uerſi. eſt ergo, & Alex. eam gloſſ. ſequuntur, & dicit ipſe Rom. ſing. vti etiam Barb. in d. c. iurauit, col. 4. ſub nu. 18. de prob. & in d. c. ex literis, col. vlt. de pign. & Bal. Nouel. in d. tract. dotium, in 6. parte prin. in 1. ſpeciali, in 15. limita. vbi & id dicit communiter teneri, & Io. Lup. in rep. d. rub. de dona. inter uir. & vxo. §. 36. col. 2. verſ. habet etiam vxor putatiua, & Thomas Parp. in rep. rub. ff. ſol. matr. colũ. 4. uerſi. in 3. caſu.

257 *Inſtrumenta dotalia putatiui matrimonij habẽt executionem paratam.*

¶ Et ſi inſtrumenta dotalia habent executionem paratam ex ſtatuto, cuiuſmodi ſunt plurima in Italia, æquè habent inſtrumenta dotalia putatiui matrimonij, vt ueri: ſicuti pulchrè uoluerunt Bal. & Saly. in d. l. 1. in fin. ff. de condict. ob cau. & ſequuntur Paul. Caſtr. & Alexand. in d. l. ſi cùm dotem, §. vlt. vbi Alexand. ipſe dicit mirandum, cùm talia ſtatuta ſint correctoria iuris communis, ex quo inſtrumenta publica non habent huiuſmodi executionem paratam l. minor annis 25. cui fideicommiſſum, in principio, ff. de minori. & dicemus alibi latiùs.

258 *In uniuerſum.*

¶ Et generaliter omnia veræ dotis priuilegia, competere & putatiuæ, magna autoritate confirmat Spec. tit. de dote, poſt diuor. reſtit. §. formatis, verſi. ſed ſi mulier agit, ibi, ſed ſi matrimonium, argu. l. ex facto, ff. de pecul. & d. l. 2. §. vlt. cum ſeq. ff. de priuil. cred. ubi ſcribitur, priuilegia dotis habere locum, etiam matrimonio non ſequuto. Quæ res ſi obtinet, maiori, aut ſaltem eadem ratione obtinere debet in matrimonio putatiuo ſequuto.

259 *Declaratio præcedẽtium.*

¶ Verùm hæc tantùm procedunt, ut ij dicunt, quos ſuprà pro priori parte citauimus, cùm agitur de fauore mulieris. Intereſt enim reipublicæ, ut fœmina dotẽ quibuſcunque modis conſequatur, ut deinde nubere poſsit: vt eſt tex. not. loquens de uxore putatiua, in l. 3. ff. de priuil. credi. dum reddit rationẽ pręcedentis §. ult. l. 2. priuilegium doti putatiuæ concedentis, ut nuper diximus. Quę ratio non habet locum ex parte uiri putatiui, & ideo non debet conſequi priuilegia conceſſa veris, ut ſuprà dictum eſt in priori illa parte.

260 *Maritus putatiuus non conueniendus, niſi in quãtũ facere poteſt.*

¶ Sed hoc nondum in rem iudicatam tranſijt: quandoquidem habemus gloſſ. ord. quæ contra illud, quod ſuprà in illa priori parte diximus, ſcilicet nume. 235. inci. ideoq; vt propiùs, uoluit maritum putatiuum, non magis conueniendum, ultrà quàm facere poſſet, quàm verum, in d. c. 1. extrà de don. inter vir. & vxo quàm ſequuntur Pet. Anch. & vterque Cardi. Flor. & Ale. ibi. Ex quibus poſterior dicit, quòd hæc opinio ſeruetur in practica. Sequitur etiam Raph. in d. l. ſi cùm dotem, §. vlt. ſol. matrim.

261 *Maritus putatiuus an lucretur fructus dotis.*

¶ Sicuti & contra illud, quod dictum eſt, num. 236. inci. imò nec etiam, maritum putatiuum non lucrari fructus dotis, plurimi tenuerunt: de quo per gloſ. Pet. Dy. Albe. Bar. Ro. & omnes in d. l. ſi ante nuptias, ff. ſol. matr. gl. Cy. Bal. & alios, in l. 1. C. de dotis promiſ. gl. & Odofr. in l. dotis fructus, in princi. ff. de iur. dot. & in d. l. pen. ff. quod. falſo tut. aut. Azo. in Summa. C. de iure dot. Spec. d. tit. de dote poſt diuor. reſti. §. formatis, uerſic. quid ſi mulier minor. & ibi Bald. in addi. & eundem Bald. in leg. 1. C. de vſucap. pro dote. Ang. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. quare. ff. de adul. & in l. nec vllam. §. omnibus, ff. de peti. hære. Ro. in d. §. tranſgrediamur, colum. 6. verſic. 4. & in d. leg. in inſulã, §. fructus, quem legit cum leg. viro, nu. 18. ff. ſol. matr. Barb. in d. cap. ex literis, col. penult. de pigno. Bal. Nouellum in d. tracta. dot. in 1. parte prin. in 6. combinatione.

262 *Maritus putatiuus habet cauſam onerosam, etiã in lucro dotis.*

¶ Nam quod hanc opinionem multùm confirmat, ſicuti verus maritus dicitur habere cauſam oneroſam in dote, non lucratiuam, l. ex promiſsione, ff. de acti. & obl. & l. pro oneribus, & ibi Bart. & alij, C. de iure do. cum ſi. idque etiam in ipſius dotis lucro, per text. not. in l. 1. §. ſi verò, iuncta gl. in verbo, ad lucrum, & ibi Bald. & Ioan. Plat. C. de impo. lucra. deſcrip. libro 10. & gloſſ. Bald. Ro. Alex. & recentiores in l. ſi donaturus, ff. de condi. ob cau. cum alijs concor. à me collectis in repet. leg. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 217. incip. poſterior. Ita & maritus putatiuus, vt voluit gloſſ. no. in leg. Proculus, in gloſſ. vltim. ff. eod. tit. de iure dot. quam nuncupatim ſequitur Ro. qui eam dicit ſing. in d. leg. tranſgrediamur, col. 7. verſi. 8. Iaſ. in d. l. ſi donaturus, §. 1. in gl. & in l. Neſenius, colum. 2. ff. de re iudic. & conſil. 171. viſo inſtrumento dotis, col. 5. verſi. ex iſtis omnibus, libro 4. & Ioan. Lupus, qui eam dicit ſing. in repet. ca. per veſtras, §. 22. col. 3. verſi. intellige prædicta, de donat. inter vir. & vxor.

263 *Dos putatiua præbet iuſtum ti. ad præſcribendum.*

¶ Et mentio illius l. Proculus, monet vt aliud dicam, antequam ad alia progrediamur, quod & ipſum ad hãc tractationẽ pertinet. Nempe quòd ſicut dos vera præbet iuſtum titulum ad præſcribendum, per leg. Pomponius, §. in dote, ff. de acquir. poſſ. & per totum titu. ff. & C. de uſuca. pro dote. Ita & dos quoque putatiua, ut eſt tex. notab. in dicta l. Proculus, quem ad hoc expendit Ro. in d. l. trangrediamur, colum. 7. verſi. 11. de cuius ſuper hoc interpretatione, vide omnino Bald. Nouellum

in d.tract.dotium,in 2.par.11.partis prin.col. 7. verſi.& ex hoc poteſt inferri,cum multis ſeq.

264 *Maritus putatiuus an lucretur dotem ex pacto.*

¶ Sed & contra illud,quod in ea priori parte dictum eſt ex aliorum opione,in nu.237. incip. ſimiliter nec lucratus,maritum putatiuum non lucrari dotem ex pacto appoſito in contractu matrimonij putatiui,tenent Dyn. Alb.vterq; apud omnes autoritatis maximæ,in d.l.ſi ante nuptias, ff. ſol.matr. nam licèt ij loquantur de pacto lucrandi fructus: tamen eadem ratio eſt lucrandi & ipſam dotem ex pacto, ſi nihil aliud obſtet. Ego tamen de hoc dubitarem,cùm mulier hic paciſcatur tanquam cum uiro futuro,non tanquam extraneo, vt dicemus poſtea,nu. 271.& quemadmodum.

265 *Maritus putatiuus an lucretur dotem ob adult. uxor.*

¶ Vti etiam contra illud quod dictum eſt in nu. 238. incip.præterea licet,maritum putatiuum non lucrari dotem ex adulterio vxoris putatiuæ, tenuit gloſſ. ordi. in d. c.plerunque,& ibi quoque Innoc.Hoſt.Goffr. Io. And. Phil.Card.Flor.Pan.qui eam dicit ſing.& Cardi. Alexã. extr.de dona.inter uir.& vxo. & Barpto. Brixi. in diſput. 63.mulier quædam.Pet.Anch.in d.c.1.in fi.eod.tit.Paul. Caſt.conſi.147.reuocatur in dubium,col.1.lib.2. Ludo. Bolo.conſi.23.maritus quidam,col. 2. Tho.Parp. in repe.rub.ff.ſol.matr.col.2.in fi.Hippo.Marſ.conſi.13.diuini numinis, columna penult. in fin. Ioan. Lup. in repe. rub.de dona.inter vir.& vxor.§.36.col.2.uerſi.ad prædicta etiam facit.

266 *Maritus putatiuus an habeat dilationẽ.*

¶ Sed & contra illud,quod dictum eſt nu. 239. inci. nec etiam is, maritum putatiuum non habere dilationẽ ad ſolutionem dotis putatiuæ, ſatis ſentire uidetur glo. in d.c.de prudentia,in glo.1. illam referendo ad textum, qui loquitur de matrimonio inualido : quam & ita intellectam,ſequuntur.quidam recentiores in d.l. ſi cùm dotem,§.ult.ſol. mat. prout retulit Bald.Nouel. in d. tract. dotium,in 2.parte 11.partis prin.colum.13.uerſ.differentia. Et ex antiquioribus quoque uoluerunt Iac.Aret.in l. 1.§.ex actio.C.de rei uxor.acti. & Collect.in d.c. 1.col. 2.uerſic. ſed quid ſi matrimonium, extrà de dona.inter. vir.& uxo.illam glo.ad uerbum refert & ſequitur Hoſt. in d.c.de prudentia.

267

¶ Sed ut & ad alia acedamus, ſi ſit ſtatutum,nec mulier dotata ſucedat extantibus maſculis, ut ſunt plurima in Italia,id vtique obtinebit, ſi quæpiam dotata ſit in matrimonio inualido. Ita enim fuiſſe Piſis conſultũ per ſolennes Doc.& ſe eorum conſ.ſubſcripſiſſe tradit Bal. Nouel.in d. tract. dotium,in d. 2.parte 11. partis princi. col.10.verſi.12.conuenientia.

268 *Dos putatiua impẽſa minuitur ut uera.*

¶ Et ſicut impenſa neceſſaria dotẽ minuit in vero matrimonio, l.quod dicitur, ff.de impen.in reb.dota.fac.& l.1.§.quod diximus,ff.de dot.præleg. cum ſi. Ita quoq; in matrimonio putatiuo & illicito, vt eſt tex. expreſſus in l. dote,ff.de rit.nupt.quem ad hoc dicit ſing.Bald.Nouel. in eo tract. vbi ſuprà,col. 5.verſi. ſeptima conuenientia, & iterum col.15.verſi.decima differentia, vbi hoc latius tractat,& declarat.

269

¶ Ex quibus facilè intelligis, matrimonium putatiuũ non ſolum habere priuilegia veri, in fauorem mulieris, ſed & contra eam. Sed vt intelligas id non ſolum procedere quantùm ad dotem, ſed & quantùm ad cætera, habes tex.in c.ad audientiam, de ſponſ.probantẽ ex matrimonio putatiuo contrahi publicam honeſtatem, vti ex vero,de quo in c.ſponſam, eo.tit. & alium quoque text. in c.nuper,de biga.non ord.quo cauetur, pœnam & effectum bigamiæ contrahi etiam ex matrimonio putatiuo.

270 *Conquæſtus commu. inter coniuges putatiuos.*

¶ Quid,quòd ſi ex ſtatuto,conquæſtus (ita ulgò uocamus in Gallia acquæſtus factos conſtante matrimonio) ſunt communes inter maritum, & uxorem,id quoque ſtatutum habebit locum inter coniuges putatiuos: ita enim poſt alios antiquiores voluit Pan. in ca. 2.per illum tex.iuncta glo.& ibi etiam Card. Alex. ext.de dona. inter vir.& uxo.& ſequitur etiam Barb.in d. cap.iurauit, col.3.nu.17.de proba.& in d.c.ex literis, col. ult.de pig. & Io.Lup.in rep.rubri.de dona. inter vir.& vxor, §.36. verſ.& hinc eſt: & iterum §.62.col.pen. uerſi. ampliabis iſta, & vtrobique dicit ita diſponere legem regni, For. leg.lib.3.tit.6.l.4.& iterum char.33. col.2.

261 *Quæſita ab uxore præſumi quæſita ex bonis uiri. Similiter & ab uxore putatiua.*

¶ Sed ex eod.tex.in d.c.2.iuncta etiam glo.vlt. apertè probatur,quod quemadmodum quæſita ab uxore,cõſtãte matrimonio,præſumuntur fuiſſe quæſita ex bonis viri,ut turpis quæſtus ſuſcipio vitetur,l.Quintus.ff.de don. inter uir.& uxo.& l.etiam,C.eod.tit.vbi Bar.dicit,ad hoc ſemper tex.allegari,nam & apud Plautum ( ut id obiter dicam)in Caſina,Myria mulier ita Cleoſtratam alloquitur,quæ dicebat ancillam quampiam ſuam eſſe:

*Vnde ea tibi eſt? nã peculi probam nihil habere addecet*
*Clàm uiro,& quæ habet partũ, ei haud commodum eſt*
*quin viro aut ſubtrahat,*
*Aut ſtupro inuenerit: hoc uiri cenſeo eſſe nunc, quid*
*tuum eſt.*

Similiter & id procedit in matrimonio putatiuo,vt probatur ex illo tex.& gl.vt diximus.

272 *Donatio inter coniuges putatiuos non ualet.*

¶ Et quemadmodum non valet donatio inter veros coniuges,ita nec inter putatiuos,vt ſatis probatur ex leg. 3.§.uideamus,ff.de dona.inter uir.& uxor. & l.ſi ex voluntate,& ibi Doct.C.eo.tit.& uoluit etiam gl.in ca.ult. in prin.& ibi quoque Io. And.& alij,extrà eo quoq; titu. & Azo.in Summa.C.eo.item tit.colum.1.& Paul. Caſtr. conſi.352.curator datur,col.ult.lib.1.Nec ob aliam cauſam uidetur huiuſmodi donationem factam inter coniuges putatiuos,non confirmari morte, quemadmodum inter uiuos, ut ſuprà diximus in priori parte, niſi quia huiuſmodi confirmatio cenſeretur fieri contra mentem vxoris donãtis,quòd nõ quaſi extraneo, ſed quaſi marito, aut è contrario donauerit:ut dicit tex.in d.l. cùm hic ſtatus,§.ſi quis ſponſam,ff.de don.inter uir. & vxo.

273

¶ Sed & aliud præterea dicit Paul.Caſt.conſ.232.qd & ad hunc locum pertinet,ideoq; nobis non eſſe præter eundum duximus: uidelicet,quòd ſicut non ualet donatio facta à minore vero ſuo curatori, cùm idem autor eſſe non poſſit donationi,etiam alteri faciendæ,cùm idipſum,ſcilicet donare,non pertineat ad adminiſtrationem, ſed potiùs ad diſſipationem l. contra, ff.de pact.& leg.ab agnato.& l.ult.ff.de curat.fur.cum ſim.ita nec donatio facta ab ipſo minore curatori putatiuo per multa illic allegata,quæ tu videre poteris.

274 *Maritus putatiuus poteſt interuenire pro uxo.*

¶ Et ſicuti maritus uerus poteſt interuenire pro uxore,l.maritus,C.de proc.& l.vlt.C.de pact. cõuen.ita quoque putatiuus,ut not.voluit Alber. poſt Vber. Bobi.in d. l.maritus,in princi.argum.d.l.dote, ff.de ritu nup. & d.l. 3.§.uideamus,ff.de do.inter uir.et uxor,At Iaſ.in d.l.maritus,colum.2.uerſi.extende iſtam, l.tenet contrariũ hac ratione,quam ſuprà diximus in priori parte,quòd matrimonium putatiuum habet priuilegia ueri, circa dotem tantùm.Quod tamen uerum non eſſe liquidò apparet ex multis quæ diximus.

275 *Quædam ſimilia.*

¶ Et quia ſuprà in fin.prioris partis, nu. ſcilicet 249. incip.nec tantùm in hoc caſu, & 2.ſeq. locuti ſumus de tutore putatiuo, & ſimiliter de patre & alijs, poſſunt quoque pro hac parte adduci multa ſimilia, ut de ſolutione facta ex iuſta cauſa creditori putatiuo, quæ parit liberationem,etiamſi ſine iudice facta fuerit,l.1.§. ſi rem à ſeruo,ff.depoſiti.Bar.& Alber. in l. vrbana, ff. de condit.indeb.Car.Rui.conſi.171.viſis conſilijs, col.1. nu.4. lib.4. Quod tamen poſtea, ſcilicet colum. ultim. intelligit, in debitore ſpeciei, non etiam in debitore quantitatis,ſecundum Doct.communiter, in leg.cùm fundus, §.ſeruum tuum imprudens, ff.ſi cert.pet.& alios, quos ibi citat,colum.pen.num.8.Et ſic hic caſus facit pro vtraque parte.

276

¶ Quodque tradit Bald.in l.eam quam,colum.2.uerſic.extrà quæritur, C.de fideicom. quòd eccleſia acquirit



rit etiam per ſacerdotem putatiuum, arg.l. peto.§. mater,ff.de leg.2.& quæ aliàs de Prælato putatiuo ſcribit Inno.in cap. querelam,de elect. & in c. in literis, de reſtit. ſpoli.& Io.And.in ca. per venerabilem, in verbo, loco, qui fil. ſunt legit. & Bald. in l.ſi is qui. ff.de eo qui pro tut. & Lapum alleg.89.factum,col.16.in paruis. & Docto.ſæpè,& quæ diximus ſuprà in 17.q.num.148.incip. & ſoluens ei,& alijs multis verſ.illius quæſt. Et quæ noſtris legibus traduntur de his, qui ſe pro tutoribus gerunt,quę ſunt omnibus obuia.

277 *Si uxor vẽdidit viro non conſentiente, cui res vendita perit.*

¶ Trigeſimoquartò, Quid ſi mulier ſine conſenſu vendidit,& tradidit rem venditam,quæ poſtea perijt caſu fortuito:cuius erit periculum,emptoriſne, an mulieris? Et videtur, mulieris, quæ propter non obſeruatam huius ſtatuti ſolennitatem remanſit domina, cùm contractus ſic actus ſit nullus ipſo iure,vt patet ex ijs, quæ latè diximus ſuprà in gloſſ.4. poſt princ. Res enim perit eius periculo, cuius ea eſt, l. pignus. C. de pign. acti. & ff. de peric.& commo. rei uendi. ferè per totum. & ita nuncupatim in cauſa ſimilis ſtatuti voluere uterque. Deci.Lancel.& Phil.in l. non omnis.§. ſi pupillus.ff. ſi certum petatur.

278 *De eadem re.*

¶ At contrarium quoque uidetur hoc quidem caſu, quo ſcilicet dominium remanſit apud mulierem, non ex iure communi, ſed potiùs de iure ſpeciali, & ueluti ex priuilegio, quo caſu ceſſat. d.l. pignus.& ſi. ut uoluit gl.no.in d.§.ſi pupillus, in glo.1. quam no. & commendat Ro.ibi,qui ſe iactat ad primum ex ea annotaſſe, dicitq; per hoc obtinuiſſe contra multos Doct. qui ualdè mirabantur, quòd ſtante ſtatuto,quòd contractus à muliere initus ſine autoritate conſanguineorum, ſit nullus, ſi mulier contraxerit ea ſolennitate non ſeruata, & tradiderit:quamuis mulier remaneat domina, non tamen res ipſi perit, ſed emptori,ne quod in fauorem ipſius mulieris ſtatutum eſt,in ipſius damnum detorqueatur.l. quod fauore.ff.de legibus.Et ſequuntur Alex. & Iaſ. in d.§. ſi pupillus.Et illam quoque ultra Rom.not.Paul.Caſt.Socin.& ipſe Iaſ.ibi,ex quibus Paul.& Iaſ. eam dicunt ſingul.& idem Iaſon in l.1.colum.4.verſicu. aduerte etiam quòd illud, C. de iure emphyt. vbi & ad id dicit facere l. Iulianus.§. ſi à pupillo.ff. de actio. emptio. cùm ſimili.

279 *De eadem re.*

¶ Sed his continuò occurrit ipſe Philip. Dec.in d.§. ſi pupillus.Nam regula (inquit) l. quod fauore, qua innituntur ea gl.Ro.& ſequaces,intelligitur,quando principaliter reſultaret in odium illius : ſecus ſi odium veniret ex conſequentia, & natura rei, vt not.Bald.in dict.l. quod fauore, in 7.oppoſ.per l.cùm oratione.ff.de excuſat.tuto.& ideo dicit ipſe Bald. quòd receptus in ciuem, tenetur ad onera, quæ ciuibus incumbunt. quem ſequitur idem Rom.conſ.219.electio domini,colum. 1.verſ. hoc primò probatur. Et facit text. in l. ſed & milites.§. ſcribit autem.ff. de excu. tutor. vbi à ciuitate pulſus excuſatur ab vrbica tutela, quia ei vrbem ingredi non licet, & excommunicatus non debet celebrare,cap. 2. de cleric. excom.& tutor remotus ob ſuſpicionem, non obligatur ulterius pro adminiſtratione tutelæ. l. decreto. ff.de ſuſpec.tut. Ergo in propoſito licèt in fauorem pupilli dominium non transferatur, videtur tamen, quòd periculum rei ad eum ſpectat: nam hoc in conſequentiam venit, ex natura rei, quia periculum ad dominum ſpectat.

280 *De eadem re.*

¶ Præterea, ſi pupillus vel minor alienauit prædium ſine ſolennitate requiſita, venditio non tenet, & poteſt res vendicari cum fructibus.l.ſi prędium, & l.prædiorũ. & l.non ſolùm.C. de prædi. mino. & tale dominium retinetur iure ſpeciali.l. ſi minor. eodem titul. Et cùm ratione dominij debeantur fructus,per dict.l. ſi prædium, eſſet abſurdum, vt ad emptorem ſpectaret periculum, argum.l.ſecundum naturam.ff. de reg. iur. Et facit (inquit) quia res eodem modo fuiſſet peritura apud pupillum,& ſic lucraretur ex tali contractu:quod minimè dicendum eſt, ſed ſatis eſt vt damnum non patiatur. Ideo & is pretium reddit,d.l.ſi prædium. & facit item text. in l.ſi à furioſo.ff. ſi cert. pet. vbi tum demum accipiens à furioſo obligatur,ſi in eius utilitatem conſumpta eſt pecunia,& non aliter. Et quia ſi pecunia caſu perdita ſit, non ſunt conſumpti nummi ſecundum voluntatem dantis,vt dicitur in l.ſi ego,eodem tit,Et quia pecunia in effectum non venit ad accipientem.l.2.§. perueniſſe.ff. de hære.vel actio.vend.vbi tamen requiritur in caſu d. §. ſi pupillus.Et quia etiam ille, qui recipit in ſolutum, non dicitur locupletior, ſi res perdita ſit: & id conſideratur in liberatione.l.Caſſius.ff.de ſolut. Et quia vterque tractat de damno uitando, durior eſt cauſa actoris.l. ſi ſeruum.§.ſequitur. ff. de verb. oblig. Hæc propemodum Phil.Dec.

281 *De eadem re.*

¶ Porro Frã. Ripa in c.cùm eccleſia Sutrina, col.20. verſ. prædicta etiam concluſio, extrà de cauſ. poſſeſ. & propr. poſt relatam utriuſque illam opin. dicit, quòd prior opin. poſſet ſuſtineri, ſi conſtaret rem ſimiliter fuiſſe perituram penes mulierem quæ vendidit, ut perijt penes emptorem: quia tunc ceſſaret ratio glo.d.§.ſi pupillus. Pro quo facit quod in ſimili dicitur in l. ſi plures.§.1.ff.depo.& l.ſi is qui,in prin.ff. de iure dot. & per gl. Bart.& alios,in l.quod te mihi.ff.ſi cert. pet. & alios à me relatos in tract.Retractuum,titu.1.§.15.gl.2.nu.11. & id quidem.

282 *An uxor captiua poſſit cõtrahere pro ſua redemptione ſine cõſenſu uiri.*

¶ Trigeſimoquintò quæro, quid ſi mulier captiua cõtrahat,ſine autoritate mariti, quò ſe captiuitate liberet? Ludou.Rom.conſ.316.circa propoſitum,col.ulti.verſ. poſtremò conſiderandum, reſpondit ſtatutum prohibens contrahere ſine quapiam ſolennitate, non habere locum, ſi prohibitus contrahat, ut ſe redimat captiuitate:nam iura(inquit) prohibitiua relaxantur in huiuſmodi contractibus, qui ad captiuorum redemptionem celebrantur.l.quamuis,& ſeq.ff.ſolu.matrimon. quia permittitur mulieri vendere rem dotalem : vt parentes, aut fratres,aut alios neceſſarios ab hoſtibus ex vinculis redimeret,& auth.ſancimus. C.de ſacroſ.eccl. & ca. ſacrorum. 12.q.2.quibus permiſſum eſt vendere res ſacras, & eccleſiaſticas ob redemptionem captiuorum,& in l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.ubi tollitur prohibitio donationis excedentis 50. ſolidos, ſine inſinuatione, cum tit. ad redemptionem captiuorum. Et hanc Rom. deciſionem ſequitur & dicit ſing.Bened. in repet.c. Raynutius,in verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num 803. de teſtat. Et idem voluit Maſuer.in tit. de dote & matrimo.& item maritus & uxor, per l. mutus.§. maneate.ff. de iure dot.

*Donatio excedens 50. ſolidos.*

283 *Res ſubiecta reſtitutioni.*

¶ Quam tu alijs multis potes confirmare:nam res ſubiecta reſtitutioni, & ita prohibita interim alienari, poteſt tamen alienari propter redemptionem eius, qui reſtituere tenebatur,ut expreſſim uoluit Bar.in l.quemadmodum, colum. 2. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Imo & propter redemptionem ſui filij,idem Bart.Bald. Angel. Pau.Caſt.& Corn.in auth.res quæ.C. com. de leg. Nam ſi licet(inquiunt) id facere pro dote filiarum, ut ibi dicit tex. multò magis pro redemptione,per not.gloſ. in l. ob æs.C.de prædi.minor. Et patris quoque, vt dicunt Paul. Caſt. & Corn. qui id dicit communiter teneri, in d. auth. res quæ.

284

¶ Et ut alia ſimul iungam, adde text. in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſs. Epiſcop. ubi licèt datum cauſa dotis, uel propter nuptias, aut etiam legatum factum ſub conditione nuptiarum, vel filiorum non exiſtentium, non deficiat, ſi legatarius aut donatarius grauatus reſtituere, efficitur monachus, deficiente cauſa, aut conditione: fallit tamen, vbi ea reſtitutio debet fieri in redemptionem captiuorum. Et tex.in §. ſi verò & ipſam

*Quarta diminutio.* ipſam quartam, in auth. de reſtitut. vbi non permittitur diminutio quartæ, quæ de fideicommiſſis debetur, niſi ob captiuorum redemptionem, & ibi gloſ. nota. quædam pro captiuis alienari, licèt aliàs ſunt inalienabilia. *Legatum incertum.* Et text.in l.nulli. & l. ſi quis ad declinandam.C. de Epiſcop. & cler. quibus conſtat ualere legatum factum pro redemptione captiuorum, ſine denominatione cuiuſpiā perſonæ, licèt aliàs legatum ita incertum vitiaretur.l.qui plures.ff. de vſufruct.legat.& §. incertis, Inſtit. de legat. Et text.in §.ſi vnum, in auth. vt cùm de appel.cog. & in *Sine mandato ualet alienatio.* auth.ſi captiui.C. de Epiſco.& cleri. vbi ſine mandato poteſt res alterius alienari ob redemptionem. & ibi in priore loco dicit gl.id eſſe mirabile: & quod mirabilius eſt, captiuus tenetur eam alienationem ſine eius mandato factam, habere ratam, vt in iiſdem locis ſcribitur, & voluit Raph. Co.conſ.81.in cauſa quæ vertitur, verſicu. concludo. Et text.in §.cauſas, in d.auth.vt cùm de appel. *Exhæredatio ob patrem nō redemptum. Priuatio ſucceſſionis.* cog. quòd filius, qui neglexit patrem captiuum redimere, poteſt exhæredari. Imò verò, etiamſi non fuerit exhæredatus, tamen priuatur illius ſucceſſione.l. ſi captiui.C. de Epiſcop.& cleri.vbi plus dicit, quòd filius 18. annos natus, in hoc reputatur maior, ut non excuſetur. Et in ſimili dicit gl.not.& ſing.in l.alio.C.de liber. cauſ. quòd libertus, qui neglexit redimere dominum, in ſeruitutem reuocatur.

285 *Vxor ſe obligare poteſt pro redemptione mariti.* ¶Quid, quòd Baldus conſil.5. conſiderata cauſa, libro 5.videtur in hoc reſidere, vt vxor poſſit ſe obligare pro redemptione mariti captiui, licèt huiuſmodi obligationes, quæ pro maritis fiunt, magis prohibeantur, quàm pro cæteris, vt conſtat ex auth. ſi qua mulier. C. ad Senatuſconſul. Macedonia. Idem conſilio 213. occurrit dubium, lib.2. uidetur item in ea ſententia manere, vt *Et filiusf. pro redemptione patris.* filiusfa. poſſit ſe obligare pro redemptione patris cum conſenſu ipſius, ſtante ſtatuto, ne filiusfamil. poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris, licet alioqui potuiſſet videri dubium, an pater potuiſſet huiuſmodi conſenſum præſtare, per ea, quæ latiſſimè diximus ſuprà in 13.quæſtio.huius gloſ.

286 *Redēptio captiuitatis, pia cauſa.* ¶Nec prætermittendum interim huiuſmodi captiuorum redemptionem reponi à noſtris inter pias cauſas rerum omnium fauorabiliſſimas, per textum in d.l. ſi quis pro redemptione, in illis uerbis, piiſſimam adminiſtrationem.C. de donationibus, & in d.§. ſi vnum de prædictis, ibi, ex hac cauſa piiſſima, in auth. vt cùm de appel. cogn. Nam ita voluerunt Doctores ibi, & inter cæteros Bald. & Pau. Caſt.in l. illud.C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bald. in auth.ſimiliter.C. ad leg. Falcid.& quos citabo verſ. ab hinc 2.& ſeq. Et conſtat etiam ex infinitis, c.12.q.2.

287 *De iiſdem rebus, ex externis ſcriptoribus.* ¶Et vt aliquid adferam ex manſuetioribus literis, Cicero vir quidem pientiſſimus, ſcribit hanc pietatem etiā Reipubl. vtilem eſſe, redimi à ſeruitute captos Lactantius quoque noſtræ religionis defenſor acerrimus, lib.6. Diuinarum Inſtitutionum, qui de vero cultu inſcribitur, cap.12. Captiuorum (inquit) redemptio magnum ac præclarum iuſtitiæ munus eſt. Subditque hanc ſe cōſuetudinem benignitatis largitioni munerum longè anteponere. Hanc enim eſſe grauium hominum atque magnorum, proprium autem iuſtorum opus eſſe, redimere captiuos. Illud autem ex Feſti Pompeij Commentarijs annotauimus, omnem priuatum luctum apud Romanos deponi ſolitum, cùm pater, aut filius, aut frater ab hoſte captus, rediret.

288 *An autem ſuperiora obtineant in captiuis ob ſcelera.* ¶Sed quæſtionis eſt, an hæc procederent in redemptione eius, qui ob ſcelera in vinculis detinetur? quod placuit glo. in d.c.ſacrorum.12.q.2.Bal.Imol.Rom.Alex. in d.l.quamuis.& ſeq.ff.ſol. matrim. per tex. ibi, in verbis, ex vinculis.Bal. in d.l. illud, in prin.C.de ſacroſ. eccleſ. & in dicta authen. ſimiliter, etiam in prin.C. ad leg.Falcid.& in d.authen.res quæ, colum.2.verſic.quæro vtrùm per iſtam, & ſeq. & ibi quoque Fulg.C. com. de leg. & idem Bal.in §. interdicimus, in authen. de eccleſ. tit.Ioan.Ana.in c.ſignificauit, colum.3. verſ. nunquid autem iura. de Iudæis.Angel. Aret. in tract. malefic. in uerbo, qui iudex dictum Caium retineri & carcerari iuſſit, colum.3.Alex.in l. Marcellus.§. res quæ, col. 1.poſt prin.ff.ad S.C. Trebel. vbi hanc dicit eſſe de iure veriorem, & Auſie.in Deciſ.Tolo.q.214. item fuit quæſitum, an laicus.& Io.Lup.in repet. rub. de donat. inter vir.& vxo.§.78.col. vltim. verſicul. facit ad prædicta. Et afferunt multas rationes, quas hic adſcribere ſuperſedemus.

¶At ſunt multò plures, qui tenent contrarium, vide- 289 *De eadem re.*
licet glo.in cap.non ſatis, in verbis, propter debitum, 86. diſt.And. Iſer.in c.porrò.§. item ſi fidelis. & ibi poſt eū Mart. Lau.Iac. Alua.& Card. Alexand. poſt princi.titu. quæ fuit pri. cau.bene.amit. Idem And.in ca.1. per eum tex.titu.hic finit.lex Corra.Alberic.in ſuo Dictionario, in uerbo, dominus Bald. ſibi contrarius, in auth. contrà rogatus, in duobus locis, videlicet primùm ſuper tex. in verbo, captiuorum, deinde in ver.vlt.gloſſ.quærit, C. ad S.C. Trebel.Ang.Imol.& Rom.in d.l. Marcellus.§. res quæ.ff.eodem tit.idem Angel. Salyc. Paul. Caſtr. & Iaſon. qui hanc dicit eſſe communem opi. in d. Auth. res quæ.& ibi quoque ante eos Bar.ſed ſubdubius. Alex. in addi.ipſius Bar. in l. placet.C. de excu. mune. libro 10. Io.à S.Georg.in tract.feud.in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt.colum.11.verſ.13.cauſ.Matth.Afflict.in Cōſtit. Siciliæ, incip.domini à uaſallis, colum.3. verſicu. 2. not.& in Conſtitut.qnamplurimum, in 3.notab. Et afferunt quoque aliàs non contemnendas rationes, quæ omnes propemodum in id recidunt, vt non ſit eis ſubueniendum, qui ipſi ſibi ſuo ſcelere id mali adſciuerunt: de quo multa uidebis ad aliud propoſitum à me collecta in repe.l.ſi unquam, in uerbo, bona, num.5. ſed nec illud, & ſeq.

¶Nec deſunt, qui hanc tam controuerſam contro- 290 *De eadem re.*
uerſiam ita componere nituntur, ut ſi agitur de alterius præiudicio, ut in caſu rei ſubiectæ reſtitutioni, & ſimilibus, non ei ſubueniri, quia ſua culpa incidit in eam captiuitatem, cum præiudicio alterius. At ſi nullum verſaretur alterius præiudicium, aliud dicendum, ita voluerunt Imo.Rom.& Alexan.in d.l.Marcellus.§.res quę.ff. ad Senatuſconſul.Trebellia.& Felyn.in cap. quæ in eccleſiarum, columna 26.uerſicul.nec iſtud repugnat prædictis, extrà de Conſtit. & ſatis uidetur uoluiſſe Iaſon in dicta authen. res quæ, colum. 6. uerſicul. 6. & ultim. Vide Philip. Dec. in dicto ca. quæ in eccleſiarum, colum.pen.

¶Trigeſimoſextò quæro, quid ſi vxor inſcio marito 291
conferat ſuum contractum in tempus ſoluti matrimonij: an ſaltem hoc caſu valebit? Quod uidetur per textum in l. ſi ſeruum.§. ultimo.ff. de donatio. inter uirum & uxor. ubi donatio aliàs prohibita inter uirum & uxorem, ualet tamen, ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij. Et aliàs ſemper paria ſunt, facere tempore permiſſo, & in ipſum tempus permiſſum conferre, & è diuerſo: ut ſcilicet magis inſpiciatur tempus, in quod actus confertur, quàm tempus, in quo confertur. l. eum qui.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & l. in tempus.ff. de hæred. inſtitut. cum multis ſi. à me collectis in Tracta. Conſtitut. in ſecunda limitatione, numero tertio, incip. ad huius autem limitationis confirmationem.

¶Verùm duo ſui ſeculi lumina in eadem facti ſpe- 292
cie interrogati, ſcilicet Caro. Rui. & Phil.Dec.ille, conſil.145.circa primum, col.2.uerſ.nec obſtat quòd dicta, lib.1.alter, conſ.502. ex duobus, colum.1. Nam id (inquiunt) ſtatutum reſiſtit initio: ideo nec in aliud tempus conferri poteſt, ut ualeat: ut in ſimili dicitur in l. ſi minor.



minor.C. de ſeruis export. vbi ſicuti minor non poteſt purè actum facere, ita nec poteſt in tempus commiſſum conferre: quia ſcilicet lex initio reſiſtit, ſecundum Bar. in l.1.§.nuntiatio.ff.de oper.nou.nunt.& Imol. in d.l.in tempus.in princ.ff.de hæred.inſtit. Sed id ex eo pendet, an id ſtatutum requirat conſenſum mariti ad integrandam perſonam mulieris, an ob viri ipſius præiudicium: de quo tam ſæpe ſuprà diximus, præſertim in gloſ.6.nu. 37. & ſeq. Nam primo caſu non valeret, ſecundo contrà.

# GLOSSA NONA, IN TEXTV,

## Ne les ſiens propres.

1 *Parapherna quæ dicantur.* MARITVS ergo, ſecundum conſuetudinem noſtram, habet admi[illegible]ſtrationem bonorum vxo[illegible]n modò dotalium, ſed & eorum, quæ præter dotem ſunt, (quæ Græci dicūt Parapherna, ἀπὸ τῶν παρὰ, quòd eſt, præter, & φερνὴ, dos) vel inuita vxore, quod eſt contra ius commune, vt diximus ſuprà in gloſ. præced. in princip. & eſt textus elegans in l. hac lege.C. de pact. conuent. in hæc verba: Quamuis bonum erat mulierem, quæ ſeipſam marito commiſerit, res etiam eiuſdem pari arbitrio gubernari: attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit eſſe fautores, nullo modo, prohibente muliere virum in paraphernis ſe volumus immiſcere. Hæc ibi. At etiam de iure communi, ſi mulier ipſo viro rerum ſuarum adminiſtrationem non prohibeat, poteſt ipſe eas liberè adminiſtrare: & ita fructus earum lucro ipſius mariti cedunt: vt dicit Ioan. Fab. in dicta l. hac lege.per tex. in l.ultim. eodem titu. & in l. maritus. C. de procur. In quo videtur ſentire, ſatis eſſe, mulierem non pati, vt vir adminiſtret, vt fructus lucretur.

2 *De eadem re.* ¶Super quo vide glo. Bald. Angel. & alios in l. ubi adhuc. C. de iure dot.gl. Ray. Odof.Cyn. Bal.Salyc. & alios in l. vlt.C. de pact. conuen.glo.Bart.Bald. Angel. Imol. Paul. Caſtr. & Alex. in l. maritus. quæ eſt penult. in princip.ff. ad leg. Falcid. Ioan.Andr.in c.per veſtras. col.2.in gl.4.& ibi Pet.Anch.col.4.verſ.vlt.de donat.inter vir.& vxor.Bart.Bald.Paul.Caſtr.& alios, in d.l.maritus. C.de procur.Bar.conſil.225.quæſtio talis eſt, Titius habens vxorem, Bald. in l.aſſiduis, colum.3. verſic. quid de fructibus.C. qui pot. in pign. hab. & in l. dotis cauſa.ff. de iur. dot.& in l.ſi viua.ad fin.C. de bon. mat. & in c. ex parte.col.vlt.de conſuet.& conſil.276. verba ſtatutorum, lib.3.& 293. factum ſic proponitur, domina Bartolina, col. vltim.eod.lib.3. & inter ipſius conſil. Andr. Alpheum, conſ.366.ad euidentiam.lib.2.& eundem Bald.conſ.ſeq.& Ioan.Capic.& Argent. inter conſilia eiuſdem, conſ.437.ſuper dubia, col.2. verſ. & breuiſſimè uidetur dicendum. lib.3. & ipſum Bald. conſil. 478.quædam ſunt res, lib.5.Raph.Co. Imol.Paul.Caſt. Flor.& alios quoſdam inter conſ.ipſius Raph.conſ.104 quæritur nunquid bona. Petr. Ancha.conſ. 94. iſta domina.& Paul.Caſtr. conſ.199.ſuper primo reperio.lib. 2.Franc. Aret.conſ.160.longa eſt. col.2. uerſ. his præmiſſis.Alex.conſil.42.ſuper præmiſſo themate.col.1. & iterum col.6. verſ. nec obſtat, quòd dicta bona.& col. ſeq.lib.1.& conſ.63.ſuper primo dubio.lib.2. & Corn. conſ.129.ad euidentiam.col.1.& 2.lib.4.& omnino Socin.conſ.82.in cauſa vertente, col.3.& multis ſeq. lib.4 & Guid.Pap.deciſ.468.de fructibus.Carol. Ruin.conſ. 222.ad euidentiam.col.1.& ſeq.lib.1.& Steph.Bertran. conſ.19.ponitur in facto.in 4. dub. lib.3.& Mat. Affli. Dec.Neap.44.de tribus, nu.5.& ſeq.

3 *Quid ſi vxorē non dum nubilē duxerit.* ¶Quid autem, ſi quiſpiam duxerit vxorem nondum nubilem? Videtur non eſſe locum huic conſuetudini, per id quod voluit gl.in l. ſi ante.ff. ſol. matr. quòd maritus, qui duxit vxorem non nubilem, non facit fructus dotis ſuos, per text.ibi, & in l.præced.loquentem de nuptijs & matrimonio: tanquam hoc caſu, non ſit matrimonium, niſi de facto. & idem voluit gl. in l. dotis.ff. de iur.dot.& ſequitur ibi Bart. ea ratione motus, quòd pupilla nec expreſſè, nec tacitè poteſt donare.& Bald. in l. ſi pro dote.C. de dot. promiſ. vbi & hoc dicit potiſſimùm procedere, vbi maritus debet lucrari quoſdam fructus ex forma ſtatuti, loquentis de matrimonio: quia ſtatutum ſtrictè eſt intelligendum: & hoc caſu non eſt propriè matrimonium.

4 *De eadem re.* ¶Contrarium tamen uoluerunt Azo in d.l. ſi ante. & in d.l.ſi pro dote.& in Summa. C. de iure dotis. col. pen. Odof.in d.l.dotis fructus. ubi dicit, ſic fuiſſe pluries iudicatum. Spec.tit.de don.inter vir. & uxo.§.vlt. uerſi. quid ſi mulier. Hoſt.in Summa, eo. tit. Sed tamen ſuper hoc uide omnino Dyn. Cyn. & alios, in d.l. ſi pro dote. Bart. Imol. Rom. Fran. Aret. & alios in d.l. ſi ante. vbi multa uidebis in eam rem adducta per recentiores. Sed & tu uide quæ diximus in præced.gloſ.in 33.q. & Bald. in l.dotis fructus.ff. de iur. dot. Et hæc quidem quæſtio non inutilis eſt. Nam ſi uxor ipſa moriatur, antequam ſit facta nubilis, ſtante prima opinione, hæredes poterunt repetere fructus, quos vir ipſe percepit, tanquam nihil omnino iuris habuerit in illis.

5 *Si vxori cōpetit ius patronat. uter præſentabit, uir an uxor.* ¶Quæro ſecundò, quid ſi uxori competit ius patronatus, utrum præſentabit, uir an uxor? Videtur quòd maritus: nam ipſe habet omnimodam bonorum uxoris adminiſtrationem, ut hic dicitur. Quin etiam (quod adminiſtratoribus non competit) poteſt liberè diſponere de fructibus eorū, ut alibi expreſſius dicetur. Imò uerò cenſetur ex noſtra conſuetudine, dominus non dotis tantùm, quod ius commune iam ſanxit, in l. doce ancillam. C.de rei uend. ſed & aliorum quorumcunque ex noſtris Conſuetudinibus Franciæ, quibus maritus ipſe, non uxor, eorum præſtabat homagium, quòdque per mortem illius, ueluti domino eorum mutato, ſuperior dominus ius habet rachatus, ut uocamus. *Præſētatio in fructu. Et collatio.* Præſentatio autem eſt in fructu, ut dicit gl.ordin.in c. cùm Bertoldus, in gl.ult.de re iudic. Innoc. & alij, in c. conſultationibus, de iur.patr & Bald.in l.1.C. de diſtr. pig. Sicuti etiam collatio beneficij, ſecundum glo.in c. cùm olim.de maior.& obed.& ibi Dd.

6 *De eadem re.* ¶Propterea Domini à Rota, deciſ.422.fuit dubitatum, utrùm ualeret, in nouis, in ſimili caſu, uidelicet in iure patronatus competente ratione rei dotalis, dicunt, huiuſmodi ius tranſire in maritum, hocque de conſuetudinæ obſeruari. Tamen ſubdunt, quòd ſi uir & uxor præſentarent, præferendus eſt præſentatus ab uxore, inſtar eius quod de pupillo, & tutore præſentantibus, tradit gloſ. poſt Tanc.& Bar.Brix.in c. ex eo.in uerbo, ſuffragium. in fin. vbi etiam recentiores. de elect. libro 6. & Petr.Anch.(ut hoc illis addam) conſ.355.uiſis pūctis, & quæſitis. in ultimo dubio. quod inculcatur inter conſilia Anton.conſil.3. Sequitur per omnia Card. Alexand.in c.per ueſtras.colum.3.uerſ. item quæro, dicitur.& ſeq. de donat. inter vir.& uxor. Felin.in c. quoniam.in calce. de teſtib. ubi per hoc limitat, quod dicit Bald. in l.prima.ff.de Sena. quòd ſi non conueniat inter maſculum & fœminam patronos in præſentando, præfertur præſentatus à maſculo, quod et idem tenet Fulgoſ. ibid. ut uidelicet procedat, cùm uterque ius æquale habeat in iure patronatus, ſecus ſi inæquale, ut in hoc caſu. Sequitur etiam Paulus Cita. in tractatu de Iure

de iure patro.in 6.part.art.3.q.39.& iterum in 7. par. q. 16.eademq; vlt.& Cæſar Lamb. in tract.eiuſdem tit. in 3.art.6.q.princ.3.par.2.lib.& Gaie.in rep.c.vlt.col. 35. verſ. ex hoc infert.de elect.lib.6.& Bened. in c.Raynutius,in verbo,duas habens filias.colum. 2.num.3. de teſta.& D.Io. à Selua, in tract.de benefic. in 6. q.2.part. colum.ultima.

7 *De eadem re.*

¶Sed & ſimpliciter, quãtum ad primam partem pertinet,vt ſcilicet tranſeat id ius in uirum, ſequitur Card. Flor.in c.ex literis.de iur.pat.& in Clem.plures.in prin. in 6.q.eod.tit.& Card.Alex.in d.c.per veſtras.col.3.verſicu. item quæro.dicitur in text.& ibi Io.Lup. in rep.§. 43.extrà,de don.inter vir.& vxor.& ſubobſcurè Felin. in d.c.cùm Bertoldus,colum.vltim.de re iudic. & latiſſimè Roch.Curt.in tract.de Iure patr.in verbo,ipſe, vel is,à quo cauſam habuit, in 28.q. vbi ita dicit tranſire in virum,vt ad vxorem non ſpectet,in hoc diſcedens à ſententia Rotæ,ſuffultus primùm autoritate d.c. ex literis. de iur. patro. vbi id ius tranſit omnino in conductorem vniuerſitatis,nec competit locatori. At certum eſt,pinguius eſſe ius mariti in dote, quam conductoris in re cõducta,vt expreſsè dicit Bald. in d.l.doce. Nam uir dicitur propriè habere dominium dotis,vt dicit idem Bald. in l.in rebus.in 3.not.C. de iur. dot. Igitur ſi ad conductorem ita tranſit ius patronatus,vt locatori non competat,multò magis in maritum, vt vxori etiam nõ cõpetat.

8 *De eadem re.*

¶Et illam eandem rationem ante Rochum (licet nõ alleget) voluit Card.Alexan. vbi ſuprà.Nam non ſimile eſt, inquit, quod dictum eſt de pupillo, & tutore. nam pupillus eſt dominus, & liberè vti poteſt, ſine conſenſu & authoritate alterius hoc iure ſpirituali, ſi ſit maior ſeptennio, per c. ſi annum.de iudic.lib.6. nam & is contrahit ſponſalia.c.literas.& ca. acceſſit. de ſponſal.imp. Ideo licèt non poſſet ilegere per d.c.ex eod. de elect. libro 6. poteſt tamen præſentare,cùm per hoc contrahatur matrimonium ſpirituale, ſicut per electionem: nec vllo iure cauetur ſecũdum Archid.in d.c.ex eo. ꝙ tutor detur ſpiritualibus. Igitur nec ad id, quod eſt ſpirituali annexum. Quod videtur tenere idem Archid. in c. decernimus, 15.q.7. in princ. Secùs in marito, qui eſt dominus rerum dotalium.

9 *Fructus iuriſdictionis rei dotalis ſpectant ad maritum.*

¶Adde autem & tu, quod in ſimili dicimus, quòd ſi mulier in dotem caſtrum dederit, fructus iuriſdictionis ratione caſtri competenti, ſpectant ad maritum, ut uoluerunt Bart.Bal.Ang.& recentiores, in l. diuortio. §.ſi uir in fundo.ff.ſol.matr. Bart.in l.vlt.ff.eod.Ang.in l. ſi conſtante.§.quoties.ff. eodem.Bald. in l.1.col.3.C. de fruct.& lit.expen.Pet. Anch.in c.2.ne præl.vic.ſuas. Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo, cætera bona, nu. 36.extrà,de teſtám.

10 *Contra ſuprà dicta.*

¶Sed & ſunt nonnulli, qui ex profeſſo in ea ſunt ſententia, ut præferatur præſentatus à marito præſentato ab uxore. Quod & idem eſt, quod ſuprà ex alijs diximus, inter quos eſt Phil.Fran.in d.c.ex eo.col.1.verſ. & ad prædicta.de elect.lib.6. vbi tamen erranter dicit, ita tenere D. à Rota, vbi ſuprà. Verùm Cæſar Lamb. omnium,ut opinor,ſolus, in d. tract. de iur. patro. in 2. art.6. quæſt.princip.3.part. lib.2. dicit, locum eſſe præuentioni.

11 ¶Sunt tamen, qui tenent, nullo pacto tranſire in uirum ius patronatus ratione rei dotalis competens, uidelicet Paul. Liaz. in rep.c. à nobis.col.pen. de iur. pat. & iterum in ſua 4. diſput. incip. patronus eccle. S. Iac. col.ult.Anto.Imol. Pan.in d.c.vlt.de conceſ.præb. Pet. Anch.in d.Clem.2.col.3.verſ.2. poteſt. & iterum verſ. quò ad aliud. de iur.patr. Fel. ſibi contrarius, in c. cùm olim.col.2.de maio.& obed. in c.cauſa.col.4.uerſ. & ſi dicis ſicut.ibi,vnde ſi dico.de præſcript. & Iaſon in d.l. diuortio.§.ſi vir in fundo. col. ulti.ff. ſol. matr. & in d.l. vlt.in fin.ff.eod.tit.& Bened. in d.c. Raynutius. vbi ſuprà,nu. 37.& Ioan. Monteſ. in repet.l. frater à fratre. in 23.q.ff.de cond.indeb.

¶Mouentur iſti, quoniam ius patronatus eſt quædã 12
honorificentia (vt ipſi appellant) quæ nihil habet proportionabile ad onera matrimonij, propter quæ fructus rei dotalis cedunt marito. d.c. per veſtras. de donatione inter uir.& uxor. & ca. ſalubriter. de uſur. quoniam ex præſentatione nullum fructum re ipſa exiſtimabilem conſequitur, ex quo poſſit ſufferre onera ipſa matrimonij, ſicuti etiam dicimus, quòd ius patronatus non tranſit in creditorem ex pignore ſibi dato, quoniam huiuſmodi fructus non ſit æſtimabilis, ut poſſit computati in ſortem, nec habeat aliquid proportionis ad debitum, ut not. Innoc. Hoſt. Bald.& omnes,in d. cap.cùm Bertoldus. de re iudic. & latè diximus ſuprà, titul. omnium primo.§.item 1. in gl.4. in ult.q.Item maritus ex dote non poteſt percipere fructus, qui breui non rena- [illegible] l.diuortio.§. ſi uir in fundo.ff. ſol. mat. præſentatio [illegible]e eſt eiuſcemodi: ergo ad maritũ non pertinet.

*Horum rationes. Ius patronatus non tranſit ad creditorẽ.*

¶Sed his rationibus facilè reſponderi poteſt. Nam 13
quantum ad priorem pertinet, ea prorſus inuertitur ex d.cap. ex literis. ubi ius patronatus tranſit ad conductorem, nulla eius ratione habita, quod nihil hoc ius habeat proportionis ad pretium conductionis, ratione cuius pertinent fructus ad conductorem, ſed eo tantùm conſiderato, quòd ius patronatus tranſit cum vniuerſitate, ut aliàs quoque in venditione ſit: licèt etiam non ſit pretium quouis modo proportionabile ad ius patronatus. ca.cùm ſęculum de iur. patr. nec enim conſideratur ius ipſum patronatus in ipſa conductione, aut uenditione, ſed acceſſoriè tranſit,ut etiam annotat Pan. in d. ca. ex literis.in 3.not. Sic igitur in ſpecie propoſita,licèt ius tale nihil ſpectet, nihil proſit, nihil conferat ad onera matrimonij: nihil tamen prohibet, quin tranſeat cum uniuerſitate in dotem data: quia non conſideratur per ſe, ſed uenit tantùm acceſſoriè. Secunda autem ratio falſa eſt: neque enim ille.§. ſi uir in fundo. loquitur de fructu, qui breui non renaſcitur: ſed id tantum dicit, non eſſe in fructu, quod non renaſcitur præſentatio autem renaſcitur: ideoque in fructu eſt, ut iam diximus, & nemo negat.

*Reſponſio ad eas rationes.*

¶Et hæc quidem procedunt ex mero iure commu- 14
ni ex quo vxor non eſt in poteſtate viri, ſed poteſt libere bona ſua adminiſtrare ſine conſenſu & authoritate uiri.l.uelles.C. de donatio.& alibi ſuprà ſæpè diximus. Sed ſtante hac conſuetudine, prohibente (vt ſuprà in prin. huius quæſt.dictum eſt) vxori bonorum ſuorum adminiſtrationem, & eam marito, in cuius poteſtate eſt, concedente,maius dubiũ eſt,an uxor ſola: ſine conſenſu & autoritate mariti, poſſit præſentare. Nam (ne id ignores) præſentatio eſt in bonis, ut non obſcurè uoluit Bal.conſ.32.quidam nobilis.col.1.lib.1.& clarius Panor.in d.c.ex literis.de iure patro. & latè diximus & probauimus in repet.l. ſi vnquam.in verbo, donatione largitus,in 24.quæſt.num.355. incip.ſed de hoc admodum dubito.C.de reuocanda donatione.Quòd ſi dicatur,vt iam dictum eſt,nihil in huiuſcemodi rebus curari alienam poteſtatem,ſiue authoritatem,per d.c.2.de iudic.lib.6. cum ſimilib. poteſt reſponderi ex eo quod dicitur, pupillum poſſe præſentare cum authoritate tutoris,vt per Ioan.Andr.in d.c.ex eo,col.1.verſ.in gloſ. ſed de iure.& colum.ſeq.verſic.in gloſ.ibi,ipſi de elect. lib.6.Ideò cogita,& vide, quæ diximus ſuprà in gl.5. in verbo,*con traſtos*.in 26.q.quæ eſt nu.221.& ſeq.

F I N I S

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA